OTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLIII
H
22
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
X

Digitized by Google


CAROLI
SIGONII
OPERA OMNIA
TOMUS QUINTUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLI SIGONII
MUTINENSIS
OPERA OMNIA
EDITA, ET INEDITA,
CUM NOTIS VARIORUM ILLUSTRIUM VIRORUM,
ET EJUSDEM VITA
A CLARISSIMO VIRO
LUDOVICO ANTONIO MURATORIO
SERENISSIMI DUCIS MUTINÆ BIBLIOTHECARIO CONSCRIPTA,
PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
Nunc primùm collegit, ſuaſque Animadverſiones in aliquot ipſius SIGONII Opuſcula adjecit, necnon Indicibus locupletiſſimis exornavit.

TOMUS QUINTUS.



MEDIOLANI, MDCCXXXVI.
IN ÆDIBUS PALATINIS.
SUPERIORUM PERMISSU.

B. R.
NAPOLI

Digitized by Google



EXCELLENTISSIMO D. D.

RAYMUNDO
VILANA PERLAS,
MARCHIONI DE RIALP,

COMITI S. R. I. EX MAGNATIBUS HUNGARIÆ, DOMINO OZAIL, BROD, ET CASTRI GROBNICH, S. C. C. M. A PENITIORIBUS CONSILIIS, ET IN UNIVERSAS PROVINCIAS AB IMPERIALIBUS EPISTOLIS

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
S. P. D.

S*I quid umquam ad ingenioli noſtri modulum bene quadraverat,* MARCHIO EXC.ME, *liceat mihi de illuſtrandis, atque iterum edendis* Caroli Sigonii *libris conſilium præ ceteris æſtimare; vix enim ex innumeris*

pene recentiorum Scriptorum libris alterum invenire potuiſſem, in quo de ſacra & profana omni antiquitate, de doctrinis, artibuſque ſingulis politiori ſtili elegantiâ uberior copia traderetur, quàm in aureis hiſce Sigonianis, qui per omnes ætates ac tam varia ſimulque graviſſima, & inextricabilia olim argumenta feliciter excurrunt; quamobrem editis jam Viri Clariſs. operum duobus tomis, illico ſenſi me de literis bene fuiſſe meritum ex plurium gratulatione, quibus opera noſtra fuerat acceptiſſima; atque hinc ingenuè fateor aucta eſt mihi laborum meorum æſtimatio eouſque, ut cùm Excellentiæ Tuæ pluribus nominibus me debere ſciam, non indignum gravitate doctrinæ, atque bonorum dignitate, qua polles, reputavi, ſi muneris vice tertium hunc Sigonii tomum dedicarem. Et ſanè diu meditabar officium perſolvere in Patronum eximium, per quem quidquid ab Imperatore CAROLO VI. *feliciſſimo gratiarum & honorum liberaliſſimè datum eſt, id omne per bonitatem erga me tuam vel eſt impetratum, vel ad me auctum bonæ ſpei humaniſſimis incitamentis derivatum. Atque hinc facilè cognoſcere poteris, quanta ſit debitio noſtra, qui ſine* CÆSARIS *largitate, ac tuo præſidio vix eſſe poſſumus in tanta rerum ac temporum difficultate. Sed & alia etiam ratio tomum hunc Excellentiæ Tuæ dedicandi fuit, quòd præcipuè contineat Bononienſis urbis monumenta plurima, quæ mihi homini Bononienſi ob caritatem in patriam ſupra ceteros tomos expolita cariſſima ſunt,*

ac

ac frequentius ob oculos verſantur; inde namque præſentia Excellentiſſimi Nominis Tui, me aſſiduè monitum volui ad grati animi officium, atque ita inter cives meos memoriam æternam Patrocinii Tui faciliùs perennare poſſe credidi, quod patriæ, civibus, mihique, bonori maximo erit futurum.

Nihil enim ſublimius, nihil ſanctius, nihil denique divinitati fere proximum excogitari poteſt, quàm quod propius ad Imperialis Coronæ faſtigium accedit, neque felicior homo uſpiam inveniri, quàm eum, qui Cæſarei conſilii particeps, & adminiſter Romanum tuetur Imperium, & majeſtate ſua univerſo Chriſtiano nomini propagando aſſiduè vigilat, & intendit. Quæ cùm tam vera ſint, quàm quod veriſſimum, ne laudis argumenta accipiam à Generis nobilitate, & illuſtribus cognationibus tuis tam in Germania & Hungaria, quàm in Italia noſtra, quæ potius Fortunæ ſunt dona; jam quiſque intelliget quantus qualiſque fueris, MARCHIO EXC.ME, *qui Cæſaris judicium in Te unum ex tanta non hominum, ſed populorum multitudine converteris, ac dexteritati fideique tuæ traditas noſtras omnium fortunas non ſolùm ſervaveris, ſed ſi Dîs placet, auxeris & ornaveris, prudentiæ ac vigilantiæ eximiæ præſidio, ob quas virtutes ceteris cumulatiſſimas in omne futurum ævum gloria Nominis Tui manebit. Ita ſervet Te DEUS OPTIMUS MAX. incolumem diu ad univerſarum gentium commodum & felicitatem, ut aſſiduis votis pre-*

cor

cor, dumque munus offero quale poſſum, at mihi cariſſimum, benigno, quo ſoles, animo accipias rogo, ac me, familiamque meam in clientelæ tuæ deliciis perpetuò ſerves obſecro inſtantiſſimè, quod honori meo maximo dabitur, cognoſcentque poſteri me noviſſimum omnium conditione perſonæ, ſupra ceteros obſequio Tibi dicatum. Vale.

Dab. Mediol. V. Non. Sextiles MDCCXXXIII.

Digitized by Google



ILL.^{MO} AC REV.^{MO} PRÆSULI

D. D. ALBERICO

COMITI ARCHINTO

IN SACRA CONGREGATIONE CONSULTATIONIS,
quam vocant, PONENTI, PROTONOTARIO APOSTOLICO EX NUMERO PARTICIPANTIUM,
ABBATI COMMENDATARIO S. MARIÆ
BRAYDENSIS MEDIOLANI
&c. &c. &c.

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
S. P. D.

C*eſſit expectatiſſima tandem illa dies*, PRÆSUL ILLME, *in qua meliori ſpe renaſcente, ſolvendo debito par eſſe videor ipſe mihi, pudoremque non impleti hactenus officii jam prope depono;* Sigonium *namque cariſſimum Patriæ, mihique novo cultu decorum, & vario li-*

teratorum Virorum labore, veluti accedente pompa gaudentem, in hocce quinto ipſius operum tomo ad Te feſtinantem, ut ita dicam, poſt inſignes temporum viciſſitudines, ac privatas difficultates, in publicum emitto, & quod præ ceteris æſtimandum, Illuſtriſſimi Nominis Tui ſplendore coruſcantem educo, Manibus etiam doctiſſimi Auctoris obſequutus, quòd libros Græcæ, Latinæque penitioris antiquitatis copiâ, & ſoliditate abundantes, eruditiſſimo atque in utriuſque Gentis lingua, moribus, & inſtitutis cognoſcèndis, atque in arte Juris exercitatiſſimo dedicaverim, ut inde melius pretium æſtimare poſſis, non muneris noſtri, quod exiguum, at officii, cum in id potiſſimum animadverterim, ut libros doctrinæ tuæ pares, ac lectione tua dignos proponerem; novi quippe ex diuturna in paternis ædibus conſuetudine, quæ ſint ingenio tuo vires, quæ in omni ſacra & profana antiquitate peritia, quàm longa ſtudiorum exercitatio, quantuſque in eam amor & deſiderium; quamobrem ſi Græca tibi propoſueris, erit in Attica *noſtra melius, quàm ante perluſtrata, graviſſimo novo Scriptore duce, Tibique deditiſſimo, quo liberiùs per explanatas iterùm vias vagari poſsis, & ad Scientiarum omnium fontem propius accedere, atque inter ipſas Muſas innocentiſſime verſari. Si Latina fortunæ dono in majeſtatem ampliſsimam elata diſtinctius inquirere velis, erit veluti Orbis univerſi forma ſub oculos repræſentata in libris de* antiquo jure Civium Romanorum, Italiæ, *ac* Provinciarum, *& inexhauſtus eruditionis ocea-*

nus,

nus, quem feliciter, per innumeras ferè ſyrtes, & ſcopulos critices ope ſuperare poſsis, & ad novas, atque hactenus incognitas inſulas accedere, ne ab adhibita ſemel metaphora diſcedam. Ac demum ſi cetera poſthabueris, Romaniſque legibus, quæ tibi ſunt in deliciis, operam dare velis, erit in libro de Judiciis, *unde veras earum origines repetere juvet, earumque mentem, & vim, ablegatis quorumdam deliramentis, felicius inveſtigabis: itaut novo in dies accedente cultu, ſtudiorum tuorum latiſsimus campus felicius effloreſcat, maturique inde fructus in proprium atque univerſæ Excellentiſs. Familiæ tuæ ornamentum uberius producantur; Archintææ namque Genti per omnes ætates familiariſsimum, ut ad veteres Langobardicorum regiorum Avorum honores, ad illuſtres cognationes, ad ampliſſimas dignitates, & opum copiam, hoc etiam præcipuum decus ſibi ſinguli à virtutibus doctriniſque comparare voluerint. Et ſane quis unquam pietate ac liberalitate* Anſelmo *tuo major? qui D. Bernardi virtutes amicitia, & imitatione ſua ita coluit, ut Clarævallenſe Monaſterium tertio à Mediolano lapide ære ſuo ædificaverit. Quis illius nepote* Manfredo *largior? à quo Monaſterio eidem dono dati latiſſimi & fœcundiſſimi campi, qui hactenus in marmoreis tabulis præ foribus Eccleſiæ recenſentur, miraculo poſteris futuri, cum noverint eorum fructus, alendis olim Monachis omnibus redundaſſe, noſtriſque temporibus in inſignem Commendam, ut vocant, collatos eſſe ad eminentioris ordinis Eccleſiaſticos viros*

opibus & dignitate fulciendos. Quis unquam Philippo *Mediolanenſi Archiepiſcopo prudentior? in quem unum graviores temporum difficultates, ac depravatos noſtrorum mores ita ſæviſſe cognoſcimus, ut Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtituendæ viam paraverit ſucceſſori ſuo* D. CAROLO BORROMÆO, *& in rebus agendis ita ceteros opinione gravitatis anteiverit, ut cariſſimus æterni nominis Imperatori* CAROLO V. *brevì factus, Imperialis gratiæ favorem, non in privatum commodum, ſed in publicum Patriæ ſuæ, ac Judicum, Equitum, & JCC. Collegium converterit, quod ipſæ hactenus Imperiales literæ, quibus ampliſſimis honoribus & privilegiis Collegium hoc honeſtatum fuerat, non ſine maxima Philippi laude teſtantur. Quid dicam de ceteris qui Philippum præceſſerant? cum res Mediolanenſium Principum florentiſſimæ ſtarent, de ipſorum fide, ac in rebus agendis dexteritate, de fortitudine, artiſque bellicæ peritia? cum plures ad varios Europæ Principes, & ad Pontifices Maximos Legati, in patriis annalibus laudati, frequentiſſime occurrant, nullumque pene ſit album vel antiquorum Conſiliariorum Principis, vel Senatorum, vel Quæſtorum, vel Judicum, quod non ſit Archintæo nomine vel inſcriptum, vel illuſtratum. Quod ſi militares faſtos excurramus, vix erit annus, qui ſine cariſſimo patriæ univerſæ, ac ſingulis ordinibus Archintorum nomine non ſit bene auguratus. At omnium ferè gloriam non æquaſſe tantùm, ſed & ſuperaſſe dicendum eſt*

Phi-

Philippum *Avum tuum, ejuſque fratrem* Joſephum *S. R. E Cardinalem, ex gente tua Mediolanenſem alterum Archiepiſcopum, quorum in publicis rebus gerendis conſilium, & apud exteras nationes auctoritatem ſola probaverat prudentia, & ſcientiarum omnium cognitio, quam domi per eam ætatem, in qua* PRÆSUL ILLUSTRISSIME *flores, imitatione majorum, & aſſidua lectione, literatorumque virorum frequentia & conſuetudine comparaverant, itaut unus turbolentiſſimis temporibus apud Flandrios re publica bene adminiſtrata, civili prudentia militarem Farneſii Principis fortitudinem æmulatus, Catholico Regi apprime carus, & ſupremis auctus togæ honoribus in patrium Senatum iterum redux, quaſi lenis in otio, licèt inter cives occupatiſſimus, genio indulſerit, ac ruſticæ amœnitati apud Robeccum eâ ædium conſtructarum magnificentiâ, quæ regias plures ſuperaſſe, & celebratiores æquaſſe præſentibus mirantibuſque dicendum ſit: alter verò apud* CAROLUM II. *Hiſpaniarum Regem Pontificia legatione functus, & Eccleſiæ Romanæ negotiorum geſtorum utilitate laudatus, Cardinalitiæ Purpuræ, & ſupremæ in Patria ſua infulæ dignitatem conſequutus eſt; tantique nomen ejus domi foriſque celebratum fuit, ut bonorum omnium vota virum Chriſtiana ſeveritate conſtantiſſimum primâ Petri Cathedrâ dignum ad Pontificatum Max. exaltandum exoptarent. Sed jam excurrit non ſine lacrymis recordatio ad Excellentiſſimum patrem tuum Comitem* Carolum,

qui

qui Sacri Velleris aureo torque donatus, & cum Philippo patre ſuo Magnatum Hiſpaniæ numero adlectus, dignitatibus omnibus erat major, quod vinceret omnium doctrinam, prudentiam, animi magnitudinem, & virtutes ceteras, quæ Virum effinxerant heroibus unicè comparandum, quemque Muſas educaſſe, patriæ, amicorum, clientum, & pauperum commodo fatentur omnes memoriam gratiſſimi nominis colentes, per omnem ætatem inter Mediolanenſes noſtros undequaque duraturam. Vivit enim perpetuò, atque hactenus inter penates ſuos verſantem & comitate ſua ſingulos accipientem intuentur omnes, qui ad eos accedunt, inter aulæa pretioſiſſimamque ſuppellectilem ad celeberrimam eam Bibliothecam excurrentes, quam ſumptu ferme regio brevì comparaverat. Noſti, PRÆSUL ILL.ME, *quanta generoſi animi bonitate me ſibi, ſuiſque devinxerit, & quam grave propterea ſit, gratiſſimum ceteroquin argumentum de prædicandis Patroni mei virtutibus: at animus non ſuſtinet ingentis jacturæ præſentiam, cui tantum reparandæ perpetuum in Excellentiſſimum fratrem tuum* Philippum, *Teque, ac ceteros fratres debitum ob accepta beneficia non vulgare obſequium ſuffecerit. Quamobrem calamum pono, Teque inſtantiſſime rogo, ut libenti, quo ſoles animo, noſtrum hoc munus accipias, ac me veluti vernam, quod paternis in ædibus ferme iterum natus, quidquid hoc rerum eſt Archintorum dono comparatum profiteor, gratiæ tuæ favore ac patrocinio diutius foveas. Vale.*

Dabam Mediol. Idibus Maji MDCCXXXVI.

E L E N C H U S
TOMI QUINTI.

CAROLI SIGONII de Republica Athenienſium Libri IV. cum Adnotationibus Anonymi de Societate Jeſu.

Tabula Corographica Atticæ cum Præfatione ad eandem.

CAROLI SIGONII de Temporibus Athenienſium, Lacedæmoniorumque Liber.

In Librum CAROLI SIGONII de Athenienſium Lacedæmoniorumque temporibus Auctarium Chronologicum ab Anonymo de Societate Jeſu.

CAROLI SIGONII de Antiquo Jure Civium Romanorum Libri II.
De Antiquo Jure Italiæ Libri III.
De Antiquo Jure Provinciarum Libri III. &
De Judiciis Libri III. cum Adnotationibus Jo: Georgii Grævii, & Latini Latinii jam editis, nunc vero à J. C. Joanne Maderno novis Commentariis illuſtrati, cum binis Præfatioobus J. C. Ludovici Voigt.

INDEX Rerum ac Nominum.

Digitized by Google

IN LIBROS
CAROLI SIGONII
DE REPUBLICA ATHENIENSIUM
PRÆFATIO.

NOn immerito queritur *Jacobus Gronovius in Præfatione Voluminis Quinti Theſauri Græcarum Antiquitatum* caviſſe *Sigonium*, ne in ſuis de *Atbenienſium Republica* libris aliquid Græcum conſpiceretur. Ita enim plerumque naturâ comparati ſumus, ut quemque linguâ ſuâ loquentem audire malimus, quàm alienâ, ſive id fiat, quod Interpretes ſæpenumero Auctoris ſententiam non aſſequantur, ſive quòd de eorum fide, qui rem ex ipſo fonte non proferant, dubitemus. Uſus jam obtinuit non ſine maximo literariæ rei incremento, ut nemo prope jam auſit, vel Græcum auctorem, vel Hebraicum, vel aliâ quapiam utentem linguâ proferre, ejuſque Teſtimonio uti, quin ipſiſſima Scriptoris verba exſcribantur, quibus in eorum gratiam, qui peregrinam linguam non calleant, interpretatio ſubjungatur. Et ſane id unum deeſſe adhuc videbatur Eruditiſſimo ac Clariſſimo viro *Carolo Sigonio* in hiſce libris, ut ſcilicet quis hanc ipſi operam navaret, Græcoſque textus Latinis, quos unice ipſe tradit, adjungeret. Demus hoc contigiſſe *Sigonio*, cum ab ipſo primum, ab aliis dein ejus opera recuderentur, non quidem Viri doctiſſimi, aut eorum, qui poſteriores editiones procurarunt, incuriâ, ſed potius temporum vitio; cum paſſim in hiſce lucubrationibus tantum accurationis non deſideraretur; occurrendum tamen erat huic incommodo, ut nova hæc Sigonianorum operum editio, eruditorum expectationi cumulatiùs reſponderet. Quamobrem ſin præcipua, prima ſaltem, ac ſatis obvia cura fuit, *Sigonii* fidem adductis Græcis Auctorum textibus liberare, Auctoreſque ipſos pro *Sigonio* vades ſiſtere.

Quantum porro vel hinc ſolùm Sigonianis his libris de *Republica Atbenienſium* acceſſerit pretii prudens lector judicabit. Accedit præterea quod φιλέλλωνι præjucundum erit, cum Græcis Latina conferre, utrorumque vim, ac interpretis fidem expendere, quin aliò recurrendum ſit, quin plures codices evolvendi, non ſine labore, ac tædio, non ſine maxima temporis jactura. Plurima demum ſunt, quæ ſolius interpretationis præſidio ægre quis aſſequatur; ea nimirum, quorum cum vis legenti Græca ſtatim appareat, ſatis tamen explicari latine vix poſſint. Collata itaque ſunt, quæ habet *Sigonius* ex auctoribus Græcis, cum his, ex quibus petita ſunt fontibus, accuratè. Qua quidem in re multo plus deſudandum fuit, multo plus laboris ac tædii ſubeundum, quam ut quiſpiam facile poſſit exiſtimare. Quis enim verò ſatis explicet, quàm injucundum ſit, quàm moleſtum,

& inſuave *Demoſthenis* (ejus utar exemplo, in quo ſæpius fuit, ac diutius immorandum) *Demoſthenis* inquam modo hanc, modo illam orationem, à capite ad calcem bis, terque percurrere, non quidem quo dictionis ſplendorem, ſententiarum gravitatem, quidquid demum eſt artis, non ſine maxima animi voluptate, quod eruditis uſuvenit, admireris, explores, ad uſum ſeponas; ſed eo tantùm ut ſententiola quædam verbis interdum pauciſſimis obvoluta deprehendatur? Bene quidem actum eſt mihi, quod vix ullum occurrerit apud *Sigonium* σφάλμα in Auctoribus referendis, cæterum ægre admodum ex his me ſalebris extricaſſem. Verumtamen quantum ex hac parte decrevit difficultatis, tantum accrevit ex altera. Per quâm enim ſæpe *Sigonius*, quippe qui brevitati ſtuduit quâm maximè, cum Græcos Auctores citat non ad amuſſim eorum verſionem adſert, ſed potius ſententiæ veluti ſuccum, ex ipſorum ſcriptis expreſſæ; quod eſt in notis interdum, cum res tulit, indicatum.

Sed nec omnia quidem dare viſum eſt, nec fieri potuiſſet niſi ab eo, qui vellet actum agere, notarumque molem in immenſum protendere, eaque propter eruditorum reprehenſionem incurrere. Satis appoſitè hac de re, is, de quo paulo ante eademque in Præſatione, *Gronovius*. De *Sigonio* enim loquens: *ſumpto*, inquit, *indice*, *quem* Ariſtoteles *olim occupaviſſe legitur*, *fragmenta ejuſdem* Pollucem Ariſtophanis *Scholiaſtem*, Demoſthenem, *& porro omnem illam Rhetorum cohortem ſic adhibet quaſi* Cononis *exemplo manibus eorum reparare prorſus urbem conaretur*, Harpocratione *interim omnem paginam faciente*. *Itaque quod obiter notare debeo hoc illud Ærarium eſt*, *cujus parietes ſuffodiens*, *& eruens*, *ille ſagax alienæ doctrinæ ſpectator latinam ejus lexici interpretationem furari auſus*, *verba Sigoniana pro Friſicis venditavit*. *Confer modo*, *& ubique ipſa Sigoniana cernes*, *immo & ipſam eorum ſeriem*. Abludat nec ne à propoſito, iniquius ne ſit *Gronovii* de *Nicolao Blancardo* judicium (hunc enim paſſim Friſicum interpretem appellat) nihil moror. Vide ſi placet *Fabricium* parte 2. *Bibliothecæ Græcæ* Lib. 4. Cap. 36. n. 12. pag. 586. Eò enim loci *Nicolaum Blancardum* ab eâ, quam ipſi *Gronovius* impingit, notâ liberare pluribus ſatagit. Ipſe ſane non procul ab eodem crimine abſuiſſem, ſi prope totum *Harpocrationis* Lexicon exſcripſiſſem, quod ei omnino præſtandum erat, qui *Harpocrationem* ſibi referendum, quoties eo Sigonius utitur, exiſtimaſſet. Idem de *Suida*, *Heſycchio*, *Polluce* aliiſque id genus judicium eſto. Parcior itaque in his exſcribendis, quàm in cæteris fui, quòd eos Lectori adeundos exiſtimem, Sigonianos Libros de *Republica Athenienſium* ſolertiùs evolventi; Parcior inquam non tamen quin interdum nonnulla, Lectoris commodo, adjecerim, à quibus fortaſſe quis cenſeat me potuiſſe citra operis detrimentum abſtinere.

Cæterum quo tibi, erudite Lector, horum librorum pretium ſit exploratius, auctoremque noſtrum tum pro eo, ac decet, facias, tum ſtudioſius legas; non abs re fuerit *Sigonium* cum

iis,

iis, qui eandem hanc Spartam excoluerunt, paulo ſubtiliùs comparare. Et ſi vero quamplurimi Græcas Antiquitates attigerint, neminem tamen arbitror, quæ propria Atticorum ſunt diligentiùs perveſtigaſſe, quàm *Guilielmum Poſtellum*, *& Joannem Meurſium*. *Guilielmus Poſtellus* in *Tractatu de Republica*, *& Magiſtratibus Athenienſium* de iis agit, quorum titulum præfert, eoque, quem ſibi ex arbitrio præſtituit, ordine. Satis quidem dilucide; exacte item, quantum fieri ab eo poteſt, qui nec intima rerum, de quibus ſermo eſt, & penitiora pervadat, nec minutiora quædam, fortaſſe non ſine Lectoris incommodo negligenda, perſequatur. Viſus enim *Poſtellus* eſt Atticos Magiſtratus ac Curias voluiſſe tantum à limine ſalutare, ac digito veluti indicare Lectori. Nec mirum, cum *Poſtellus Atticam* quidem totam obeat, ſed ita ut videatur *Galliam* ſolummodo *Venetias* atque *Bizantium* ſpectare, cum eô tertio quoque verbo deflectat, Athenienſiumque πολιτείαν fere omnem ad illarum regionum mores, conſuetudinemque traducat. Quod ſane ipſi præcipuè fuit ea in Tractatione propoſitum. Potiſſima tamen *Athenienſium* tum δικαστήρια, tum ἀρχὰς exequutus rudem quandam, & adhuc impolitam Atticæ Reipublicæ ſpeciem leviori pennicillo adumbravit, novis poſtmodum coloribus à *Sigonio* exquiſitioriſque artis magiſterio perficiendam.

Alter, à quo dicebam *Atticam* fuiſſe quam maxime illuſtratam, *Joannes Meurſius*, per quem unum, jure dixerim, ſtetit, quod nondum penitus interierint vetera Athenienſis Reipublicæ monumenta. Multa quæ huc faciunt edidit *Meurſius*; *Cecropiam*, *de Athenis Atticis*, *Areopagum*, *Piræeum*, *Fortunam Atticam*, *Piſiſtratum*, *Solonem* aliaque bene multa, eruditè enim vero, luculenter, accuratè. Sed is mihi videtur non inopportunè cum eo comparandus, qui ſubactam calcem, polita ſaxa, ſectas trabes, coctoſque lateres cæmentario ſufficiat ingens ædificium molituro. Quidquid enim Atticam, ac quoquo modo ſpectet, apud ipſum occurret, cum prope nullam illius partem inexploratam ſiverit. Nihil ipſi inacceſſum, impervium nihil. *Rerum Atticarum* Scriptores omnes diligenter excuſſi, quæque ſitu, ac pulvere apud ipſos ſquallebant literariæ opes ſolertiſſimè conquiſitæ, ac compilatæ. Quidquid de *Areopago*, *de Athenis*, *de Piſiſtrato*, *de Solone*, aliiſque id genus apud plurimos ſparſim legeris, unus tibi ſuppeditabit *Meurſius* accuratiſſimè, libris de re quaque ſingularibus. Verum cum partes fere ſingulas Athenienſis Reipublicæ *Meurſio* debeamus, ab ipſo tamen Athenienſem Rempublicam non habemus. Divulſa paſſim, ac diſtracta vaſti corporis membra affabre elaboravit, nexus tamen quibus invicem colligata, unum corpus efficerent, non appoſuit. At *Sigonius Poſtelli* conſilium aggreſſus Meurſianam ſolertiam antevertit; quo fieret ut apud ipſum duo ſimul in unum coaleſcerent, quorum alterum in *Poſtello* deſiderabatur, alterum deinceps erat *Meurſio* defuturum.

Totam enim quanta quanta eſt Athenienſem Rempublicam

animo

animo complexus, partes ejùs ſingulas ita explicat, ut, cum quid per ſe ſe quæque ad commune bonum præſtaret, tum, qua ratione potiſſimùm cæteris cohæreret, perſpectum lectori faciat commodiſſimè. Quid *Areopagus* exempli cauſa, fuerit, à quo primùm, quove tempore inſtitutus, docet, *Poſtellus* quidem perpaucis, *Meurſius* vero luculentiſſimè. At qui cum *Areopago Quingentorum Senatus*, *Delphinium*, *Heliæa*, ac cætera δικαστήρια, ac Magiſtratus pro ſalute Reipublicæ conſpirarent, unus vel ſaltem nitidius præ cæteris monſtrabit *Sigonius*; dum ſingulorum jura procurationeſque, quibuſque inter ſe ſe officiis, ac ope mutuâ juvarentur, exponit. Habes apud *Sigonium*, quarum præcipuè legum auctoritate, quibus conſiliis, quibus inſtitutionibus *Athenienſes* Græciæ totius imperium, etſi ipſi eſſent tam arctis limitibus circumſcripti, obtinuerint tandiu; Regeſque potentiſſimos Græciæ libertatem, inmenſo belli apparatu, florentiſſimis terrâ, marique copiis oppreſſuros, fregerint, debellarint. Habes quibus ſanctionibus pro diversâ temporum ratione, ſapientiſſimi viri, iis incommodis, iis morbis occurrerint, quibus plerumque ſolet bene conſtitutæ Reipublicæ ſtatus labefactari. Pulcherrimi operis ἰχνογραφίαν *Ariſtoteli* acceptam referri debere arbitror cum *Gronovio*; *Sigonio* tamen illud dandum eſt laudi, quòd cœptis grandibus non defuerit, quòd molem egregiam pro ea, qua par erat, dignitate ad faſtigium uſque perduxerit. Civem itaque primò Athenienſem, poſtquam obiter regni jura, jam inde à *Cecrope* exorſus, explicuit, Civem, inquam, quo ſine neque Urbs, neque Reſpublica conſtaret, ejuſque jura deſcribit. Cum porro in democratico dominatu, qui potior *Athenis*, ac diutiùs obtinuit, poteſtas quidem omnis, auctoritaſque penes Populum ſit, ſapientia vero, rerumque gerendarum uſus penes paucos; quæ ad *Senatum Quingentorum* primò, quæ ad *Concionem* deinde, quæ demum ad *Areopagum*, exequitur. Quibus quidem duabus veluti anchoris, volebat *Solon Concionem* importunis de more æſtibus abreptam, agitatamque contineri. Legibus porro conſtitutis, cum fieri nequaquam poſſet, quin controverſiæ identidem inter Cives, quâ publicæ, quâ privatæ ſuborirentur, poſtulabat Doctrinæ ordo, ut *Conciliis Judicia* ſubjicerentur, & quænam cauſæ, quove in Foro agitandæ eſſent, explicaretur; in quos denique Magiſtratus, totidem veluti in rivulos, totius Populi auctoritas diſpergeretur. Vides hîc, lector, totam Sigoniani operis οἰκονομίαν; vides nihil ex arbitrio Scriptoris tantùm, ſed cuncta ex rei ipſius, ac doctrinæ ordine, non ſeorſim ſingula, atque aliter, non ſolâ rerum geſtarum ſerie, quod Hiſtorici munus eſt; ſed ſibi ſemper conſtantis orationis fluxu, aptis invicem ſe ſe nexibus excipientia, ſapientiſſimarumque legum deſcriptione, deducta. Nihil moror ſermonis elegantiam, atque eloquentiam, ad cujus nitorem, majeſtatem, & copiam nihil addi poſſe, quis eat inficias?

Hæc ſuis in libris *Sigonius*; hæc in notis conatus ſum pro viribus illuſtriora facere, adjectâ interdum, præter eos, quos

citat

citat ipſe, aliorum Scriptorum auctoritate, accuratè diſcuſſis eorum, qui aliter opinantur, ſententiis. Vix unquam viſus eſt ab A. N. placitis recedendum; adeo quæque protulit quâ conjecturis, quâ veterum teſtimonio, quâ rationibus egregiè communita. Interdum, ne quid diſſimulem, hæſit aqua, cum nempe apud Scriptores veteres, pugnantia inter ſe ſe occurrerunt. Quò enim te vertas, quid conſilii capias, cum hinc *Demoſthenis*, vel *Pollucis*, inde *Harpocrationis*, *Suidæ*, vel alterius cujuſpiam auctoritas mutuo incurſu elidatur? Utraque tunc Patronos habet ſententia, utraque adſtipulatores ſuos; nullus præterea conjecturæ locus, nihil, quod allatis rationibus confirmari, vel infirmari poſſit. Tunc enim vero ſatis *Sigonio*, ſatis lectori conſultum exiſtimavi, ſi rem ipſam expenſis hinc inde rationum momentis, in medio relinquerem. Illud præterea monendus es lector, qui Sigoniano ſtylo in Hiſtoricis tantûm rebus aſſueveris, libros hoſce non ejuſmodi eſſe, ut obiter tantûm ſint percurrendi. In his enim *Sigonius*, plenior rebus, quam verbis. Immorandum propterea, diuque habitandum in ipſo ei, qui utilitatis quidpiam, ac fructus ex hac lectione decerptum velit.

Locus ac facultas minime deerat arreptâ paſſim occaſione multo latiùs expatiandi. Poterant plures Diſſertatiunculæ hiſce notulis interſpergi, lectorum nonnullis, nec inutiles, nec injucundæ. Miſſas tamen feci, duabus potiſſimùm de cauſis. Primò quidem, quòd noverim Provinciam hanc fuiſſe ab aliis occupatam. Gronovianus *Græcarum antiquitatum theſaurus*, Venetis è typis recèns redivivus inſtar omnium erit lectori rerum Atticarum ſtudioſo. Unam illam Chorographicam Diſſertationem, quæ ſub notarum finem coronidis loco occurret, ideo attexendam judicavi, quòd argumentum ejuſinodi, cum rei Atticæ illuſtrandæ quammaximè neceſſarium ſit, à nemine adhuc viderim ex profeſſo pertractatum. Cui enim bono oleum, atque operam perdere in iis perſequendis, quæ ab aliis jam fuerint ſatis, ac pro dignitate diſputata, recoctamque toties crambem lectori ad nauſeam uſque reponere. Illud unum vereor, ne cum à pluribus recenſendis datâ operâ abſtinuerim, adhuc videar multò plura, quàm res ferret, congeſſiſſe. Addo præterea ad hæc omnia perſequenda nec otii, nec temporis ei ſatis fuiſſe, cujus animus tum ex ea, quam profitetur, vitæ inſtitutione, tum ex iis, quibus ex majorum arbitrio addictus eſt muneribus, in diverſa omnino ſtudia, in alias curas diſtrahebatur. Non erat demum ad manus ea librorum copia, quibus ſi careas, hoc poſſis campo tutò decurrere. Patuit mihi quidem ad uſum inſtructiſſima, ac libris optimæ notæ referta Bibliotheca Eruditiſſimi & Clariſſimi viri *Franciſci Dominici Bencini* Abbatis *Sancti Pontii*, artiumque liberalium in Regio Taurinenſi Archigymnaſio Præſidis, ac moderatoris, editiſque libris literario orbi notiſſimi, cujus cum humanitati plurimum debeam, ac conſilio in his exarandis ſæpiſſime uſus fuerim, ab ingrati animi vitio non abeſſem, niſi, cum vicem ex æquo rependere tenui-

tati meæ integrum minime ſit, eorum ſaltem, quibus ab ipſo obſtrictus ſum, beneficiorum memoriam, teſtatam publicè facerem etiam apud Poſteros duraturam. Fieri tamen nequaquam potuit, quin Scriptorum veterum volumina non pauca, quorum uſus non infrequens, fruſtra à me diu fuerint conquiſita. Quod quidem eo etiam dictum volo, Erudite Lector, uti ſcias, non omnes à me auctores domi ſuæ adiri potuiſſe. Plurimos ſane, qui erant ad manus, præſens ipſe conveni, eorum ſcripta bis terque perlegi; nonnullorum, quòd non ſuppeterent, Græca verba dare non licuit, vel apud exſcriptores, alienæ nimirum domi, non ſatis interdum ſecurè, coactus ſum expiſcari.

Qua in re deſiderabis fortaſſe, Lector, ejus prudentiam, qui præſidiis tam neceſſariis imparatus, auſus ſit operi id genus admovere inconſultas manus. Impactam imprudentiæ notam nec deprecor, nec amolior. Verùm ſi quid, judicio tuo, peccatum eſt, Erudite Lector, totum quantum eſt ei adſcribas velim, qui me reluctantem, eademque hæc ſæpius occinentem, repetitis officioſiſſimis literis in hæc ſtudia compulit pene invitum, V. C. loquor *Philippum Argelatum*, qui, cum dies noctesque continenter ſecum ipſe diſpiciat, ac meditetur rationes omnes juvandæ Reipublicæ literariæ, pulcherrimamque *Sigonii* editionem moliretur, in tantâ doctiſſimorum virorum copiâ, quorum lucubrationibus, vigiliiſque illuſtrata ſunt Sigoniana opera, me quoque voluit, pro eo, ac me ſemper facere viſus eſt, tenuem hanc ſymbolam conferre; non quidem, quòd exiſtimaret quidquam per me ſplendoris, ac dignitatis acceſſurum *Sigonio*; (ſentio enim quàm longe abſim ab hac laude;) verumtamen ne fortaſſe in *Sigonio* hiatus extaret minime expletus, ac nova propterea hujus Auctoris editio præmiſſæ expectationi non reſponderet.

Hæc ſunt, de quibus te, Lector benevole, volebam monitum antequam librorum Sigonianorum de *Athenienſium Republica*, & notarum lectionem aggredereris. Vale.

CAROLI

CAROLI SIGONII
DE REPUBLICA ATHENIENSIUM,
LIBRI QUATUOR.
AD REVERENDISS. VIRUM
PETRUM DONATUM
C Æ S I U M
EPISCOPUM NARNIENSIUM.

V*Eteris memoriæ, priſcarumque literarum cognitio quantum hominibus uſum, quantamque utilitatem afferat, nec tu* PETRE DONATE CÆSI, *vir ſapientiſſime ignoras, & res ipſa, ſi diligenter attendimus, per ſe ſatis oſtendit. Ut enim liberalem, atque omnium jampridem vocibus, ac literis celebratam animi remiſſionem illam omittam, quæ ex rebus, quæ, ante quam nos in hanc lucem prodiremus, geſtæ ſunt, cognoſcendis, & hominum, qui ſupra nos vixerunt, moribus, ſtudiiſque perſpiciendis incredibilis proficiſcitur, quibus nemo tam agreſtibus inſtitutis vivit, quin ſine ulla alterius fructus expectatione mirifice capiatur: innumerabilia certe virtutis, atque prudentiæ monumenta, quibus apud antiquos rerum auctores obſervandis, atque ad noſtram tum privatam, tum communem vitam accommodandis probe nos, noſtramque Rempublicam gubernemus, merito noſtrum unumquenque ad ſuperioris memoriæ ſtudium, & veterum notitiam exemplorum debent impellere. Ac me quidem cum hæc ratio vehementer honeſta jampridem hujus cupiditate ſcientiæ inflammavit, tum illa præterea, ut huic me totum ſtudio traderem, incitavit: quod videbam me pulcherrima Græcorum, Latinorumque ingenii monumenta, quæ ſola relicta nobis eſſent ad ipſam aut eloquentiæ, aut etiam prudentiæ ſpeciem intuendam exempla, vetere illorum incognita & privata, & publica diſciplina, haudquaquam conſequi poſſe; poſtremo autem plurimum etiam apud me tacitus pietatis ſenſus quidam valuit, ut à quibus hominibus humanitatem, literas, & doctrinæ, quæcunque eſſet, rationem omnem accepiſſem, eorum jam prope obſoleſcenti memoriæ pro virili parte conſulerem, & præclara illorum ad omnem vitam inſtituta ex tenebris vetuſtatis extracta ab oblivione hominum, & ſilentio vindicarem. Itaque quantum ſuperioribus annis in rebus Romanis explicandis induſtriæ, atque operæ collocarim, ſatis complures à me editi eo de genere commentarii, ut opinor, oſtendunt. Nunc vero Athenienſium Rempublicam ut omnium quondam prædicatione, ſcriptiſque clariſſimam, ſic præſentium vitio temporum, noſtrorumque ignavia hominum hoc tempore obſcuriſſimam cum meis, qualiacunque ſint,*

con-

conſignare monumentis inſtituiſſem, æſtimari vix poteſt, quantum in hoc opere deſudarim, ac quantum vigiliarum, curarumque conſumpſerim; neque enim illud tantum contendi, ne Græcum ſcriptorem ullum prætermitterem, quem non diligenter ad conquirendam vetuſtatem, eliciendamque pervolutarem; verum duo illa etiam quacunque ratione providi, & ut ſelectis rebus iis, quæ mihi illuſtriores ad memoriam viderentur, eas non caſu, ſed conſilio, quam poſſem, optimo diſpenſarem, & Græcorum jura, ac inſtituta, quanquam à conſuetudine ſæpe, moreque Romanorum aliena, Latinis tamen quam maxime ad rem aptis poſſem, dicendi formis exprimerem, ut diſputationi cum ſua natura ſubtili, tum crebra teſtimoniorum prolatione impeditæ non ſua ſolum dignitas, ſed etiam ſuavitas quædam minime auribus legentium injucunda accederet. Neque enim eorum ego inſtitutum hominum ſatis probo, qui, nobis pueris Græcorum verborum ſignificationibus grammaticorum more anxie perſequendis laudem reſtitutæ Athenienſium Reipublicæ quæſiverunt; cum & multa memoratu digniſſima prætericrint, & trita leviaque nonnulla auribus noſtris magno ſæpe cum faſtidio inculcarint, ac demum ita perturbate, atque inculte omnia tradiderint, ut uni confuſioni, aſperitatique orationis ſtuduiſſe, de ordine, & lenitate diſputationis haud multum laboraſſe videantur; multoque minus eorum laudare conſilium poſſum, qui Magiſtratus Atheniensium literis ſe prodituros magna quadam pollicitatione profeſſi, uno, ut apparet, Pollucis commentariolo lecto duabus pagellis tanto ſe muneri ſatis facturos eſſe ſunt arbitrati. Quod non idcirco dico, ut aliquid de illorum auctoritate diripiam, quam tum quidem maximis regibus, nunc vero doctis etiam hominibus multis curæ eſſe intelligo, ſed ut meum in his libris conficiendis conſilium non ſolum utile, ſed etiam neceſſarium eſſe demonſtrem, qui in magnis adhuc rerum Atthicarum tenebris, & in ſummis veterum monumentorum, unde idonea teſtimonia peterentur, anguſtiis, de Republica Atheniensium ita ſcribere ſum ingreſſus, ut in maxima præceptorum copia non tam rei veritatem certiſſimis ſemper antiquorum veſtigiis, quam illi ſæpe ne in ſua quidem, ut ita dicam, paupertate ſunt aſſequuti, ſim perſequutus, quàm ordinem in diſputando, & ornatum in ſcribendo quendam, quæ illi prorſus neglexiſſe videntur, magno ſtudio conſectatus ſim. Quod ſi propoſitum, ut quidem opto, tenuero, non dubito, quin hujus ætatis hominibus aliquid & ad dicendum, & ad intelligendum, & ad vivendum opis, atque præſidii comparáro; quippe cum ex omni antiquitate clara, atque illuſtria ad omnem & eloquentiæ, & doctrinæ, & vitæ præceptionem Atheniensium fuerint inſtituta. Cujus tu mihi rei unus omnium optimus eſſe teſtis PETRE DONATE *potes, qui ea non ex veteribus modo literis, quarum peritiſſimus es, didiciſti, ſed etiam in nobiliſſima hac civitate, cui à* PIO IV. PONT. MAX. *præfectus es, gubernanda uſque adeo expreſſiſti, ut quam multos illa quondam civitas juſtitiæ, bonitatis, & ſolertiæ gloria excellentes diverſis temporibus*

ribus

ribus viros tulerit , tam multos tu hoc quadriennio nobis in hac noſtra divina quadam virtutis indole adminiſtranda retuleris . Vere enim dicam , nunquam accidit , ut hæc ſcribens aut in Ariſtidis , aut Niciæ , aut Periclis mentionem inciderim , quorum alios Athenis quondam opinione juſtitiæ floruiſſe , alios popularibus commodis mirifice ſtuduiſſe , alios nobiliſſimis urbem operibus inſtruxiſſe priſca ipſorum monumenta loquuntur , quin tuæ ſtatim aſſiduæ cogitationes , curæque quotidianæ mihi occurrerint , quas unas tu huic urbi præfectus ad talium æmulationem , contentionemque contuliſſe laudum videris : cum tantam in jure dicendo æquabilitatem , tam inauditam in annonæ levanda caritate ſedulitatem , tam incredibilem in publicis operibus extruendis diligentiam adhibueris , ut te merito ad præcipuum hujus civitatis commodum , ſalutem , & ornamentum omnes natum eſſe exiſtiment , PIUMQUE *ipſum cum aliis multis prudentiæ , ac ſapientiæ in cœlum laudibus effirant , tum maxime , quod in te uno ex omnibus , quem tantis rebus præficeret , eligendo minime opinione , atque judicio lapſus ſit . Itaque in communibus laudum , virtutumque tuarum præconiis alii quidem æquitatis , alii prudentiæ , alii moderationis , alii benignitatis tuæ magnitudinem prædicant , alii , ut cujuſque animus , atque judicium eſt , publica opera per te prope infinita curata magna conſenſione concelebrant , nempe fluvios coërcitos , aquas inductas , vias directas , fora conſtructa , ſcholas inſtauratas , regiam multis & magnis in partibus perpolitam , & reliqua ejuſmodi memorantes , quæ tu unus tanta , ac tam multa hoc quadriennio perfeciſti , quanta , & quam multa ne omnes quidem , qui huic urbi præfuerunt , omnibus ante ſeculis cogitatione ſua taciti deſignarunt . Ego vero cum hæc omnia cum ceteris eximia , atque omni laude , & commemoratione digniſſima judico , tum perpetuam iſtam curam , quam tu in hac reſtituenda , atque ornanda omnium antiquiſſima Academia poſuiſti , omnibus tuis æternæ gloriæ monumentis , ac laudibus antepono ; admiror autem non ipſam ſolum in ſtudioſa juventute undique in hanc urbem allicienda induſtriam , ſed etiam in eadem retinenda , fovenda , & ſalutaribus ad virtutem capeſſendam legibus adſtringenda prudentiam ; nam quid de magnifico ipſo , ac prope divino ſcholarum opere dicam ? quo celeritate incredibili , diligentia ſingulari ad exitum faſtigiumque magna cum omnium admiratione perducto cum omnem antiquorum in ſimili genere gloriam ſuperaſti , tum poſteris vix ullam poſt annos mille laudis ejuſmodi ſpem reliquiſti ; & nos denique omnes , quos privatis humanitatis promereri officiis unquam deſiſtis , publico hoc etiam parato commodo tibi in perpetuum devinxiſti . Quæ cauſſa fecit , ut ego eo ſtudioſius hoc gratiſſimæ meæ in te voluntatis argumentum literis , memoriæque prodiderim , ut quod primum induſtriæ meæ munus Bononiæ peperiſſem , id ipſum in tuo multo ampliſſimo , atque ornatiſſimo nomine divulgarem ; ſcilicet , ut cujus potiſſimum auctoritate me præſtantiſſimus Bononienſium Senatus hæc in iſta Academia ſtudia tractare non*

obſcuro loco juſſiſſet, ei ſtudiorum eorum fructum, ut arbitror, non leviſſimum, tanquam ocii auctori, & fautori induſtriæ, ac denique patrono optime merito conſecrarem. Verum de tuis laudibus, meiſque partibus uberior fortaſſe alius dabitur dicendi locus; nunc quod inſtat, de vetere Athenienſium Reipublicæ ſtatu, quæ dicenda videntur, exponere aggrediamur.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

DE Regno Athenienſium. Regum Athen. tempora: Eorumdem nomina. A quo, & quomodo regnum conditum? XII. Oppida Atticæ. Urbs Athenarum. Una Atticorum Reſpublica Athenis collocata. Regnum Atticum quale? Illud virtutis opinione delatum. Hereditarium fuit. Quandonam defecerit? Regum poteſtas in bello. Ipſorum jura imminuta, cum Archontes nominari cœpti.

II. De Conſiliis. Civium diviſiones à quibus inſtitutæ? Tribus quot & quales? Qui ab initio & deinceps vocitatæ? Quomodo diſtributæ? Curiæ quid? Gentes. Populi: Quorum nomina recenſentur. Pediæi, Parali, Diacrii, quinam? Patricii, Ruſtici, Opifices, quales? Atticorum Reſpublica duplex. Senatus, Concio, quid?

III. De Judiciis. Quot & qualia fuerint apud Athenienſes? Areopagus à quo inſtitutus? Prytaneum quando conditum? Delphinium quid, & quibus conſecratum: Palladium quo tempore fundatum? Ejus origo qualis? Phreattium quid, & quando excitatum? Heliæa, Trigonum, Parabyſtum, Metychium, qualia fora, & à quibus conſtituta? Lyci decas quid? Judices quales fuerint?

IV. De Magiſtratibus. Pauci ii fuerunt. Polemarchus, Quæſtor, Colacretæ, Naucrari, Phylarchi quinam? Sacra Minervæ unde originem trahant? Neptuni itidem: ut & Jovis, Cereris, Apollinis, Dionyſii. Sacra alia varia: Metœcia, ſive Synœcia, Apaturia, Thargelia, &c. His omnibus quales Sacerdotes præfecti?

V. De Populari Republica Athenienſium. Democratiæ tempora. Eadem quotuplex, & à quibus inſtituta? Theſei Reſpublica: ut & illa Draconis. Archontes quinam, & quot fuerint? Ipſis commiſſa Reſpublica. Eorum jura. Solonis Reſpublica præ cæteris celebrata. Cliſthenis, Ariſtidis ac Periclis Reſpublica. Qui deinceps adminiſtrata? Civis duplex ſtatuitur.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

DE generibus Conſiliorum. Quid fuerunt apud Athen. Judicia quibus de rebus agebant? Multa Conſilia Athenis fuere, quæ recenſentur.

II. Tribus IV. ab initio fuere: Cliſthenes ex IV. decem fecit. Eponymi qui? Tribuum X. nomina: earumdem partes. Gentium nomina. Quos Deos præcipue habuere? Populi à quo in Tribus deſcripti? Eorum nomina. Tribuum, Curiarum, Gentium, Populorumque jura. Cives novi in Tribus relati. Profeſſio puerorum apud curiales, & populares. Tabulæ variæ. Cives excutiuntur à popularibus. Magiſtratus à Tribubus & Curiis editi. Tribuum & Curiarum Reſpublica ſeparata. Tribuum ad multas res uſus.

III. De Senatu Quingentumvirûm. Senatus duplex à Solone inſtitutus. Unus Quingentumvirûm, alter Areopagitarum. Prioris uſus. Ejuſdem lectio. Præfectorum Senatus lectio: qui Prytanes vocati. Senatorum probatio, jusjurandum. Novi Senatus ingreſſus. Officia Præfectorum Senatus. Sententiæ Senatorum. Decreti ſcriptio. Suffragia Senatorum. De quibus Senatus conſuli ſolitus? Ejuſdem præmium.

IV. De Concione. Ejus uſus. Quid fuerit? Ipſius Præfecti. Conciones ordinariæ, & extraordinariæ. Earumdem dies: locus. Quomodo Concio proſcribebatur? Qui in eam venirent, aut cogerentur? Quomodo in ea Præfecti ſederent? Ipſius ſacra. Quinam ad ipſam ferrent? Qui in ea ſententias dicerent? Ipſius ſuffragia. Quomodo dimitteretur? Decreti ſcribendi ratio. Quibus de rebus Concio ſtatuerit? De Legibus: De Sacris: De Magiſtratibus: De bello & pace: De præmiis benemeritorum: De civitate: De immunitate: De coronis: De Proedriis. De ſtatuis & victu in Prytaneo. Concionis judicia. Oſtraciſmus quid? Qua ætate debebant eſſe Judices?

V. De Senatu Areopagi. Ipſius uſus. Areopagitarum lectio. Eorum cognitio.

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

DE generibus Judiciorum. Controverſiarum genera. Γραφὴ quid? Φάσις. Ἀπαγωγή. Ἐφήγησις. Ἀνδρολήψιον. Εἰσαγγελία. Hæ publicæ Actiones fuerunt. Privatæ multo plures: quæ recenſentur. Harum & illarum differentiæ. Æſtimationes quid?

II. De judicio Areopagi. Cauſæ capitales ad ipſum. Ordo agendi apud eundem. Ejuſdem ἀνάκρισις quid? Quibus diebus convenerit, & quo in loco? Ipſius laudes.

III. De judiciis Ephetarum, &c. Quinam hi fuerint? Eorundem numerus, lectio, cognitio. In quatuor foris de ſanguine judicabant; in Prytaneo ſcil., Palladio, Delphinio, & Phreattio.

IV. De judiciis Heliææ, &c. Quale forum fuerit? Parabyſtum, Trigonum, Metychium quænam fora, & unde nomen acceperint? Heliææ magnitudo. Ordo agendi apud Heliaſtas, & alios Judices. Citatio rei: Accuſatio: Vocatio in jus. Excuſſio actoris. Sortitio Judicum. Eorumdem ſacramentum. Introductio cauſarum. Depulſio judicii. Dilatio ejuſdem. Recriminatio. Mutua litis intentio. Jusjurandum actoris & rei. Sportulæ. Oblata conditio. Teſtimoniorum ratio. Tabularum obſignatio. Hora ad dicendum clepſydra notata. Sententiæ ferendæ ratio. Ipſius executio.

V. De judiciis Arbitrorum. Ii qui, quales, & quot fuerint? Eorum duo genera. Agendi ordo apud ipſos. Εἰσαγωγεῖς quinam Magiſtratus? Quo menſe Arbitri poteſtate abirent?

LIBER

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

De generibus Magiſtratuum. Hi quinam fuerint? Eorum jus quale? Ipſorum genera multa. Diſquiſitio. Probatio. Inſignia, Provocatio. Cur plerique Magiſtratus deni? Quo anno ætatis operam ſuam Reipublicæ præſtabant?

II. *De Præfectis conſiliorum. Phylarchi qui? Curatores Tribuum. Gentium curatores. Demarchi. Prytanes. Proedri. Epiſtatæ. Prætores, Theſmothetæ quinam fuerint?*

III. *De Præfectis judiciorum. Novem Archontes. Rex. Theſmothetæ. Archontis munia. Polemarchus. Paredri. Prætores Urbani. Curatores navalium. Apoſtolei. Quadraginta-Viri. Agoranomi. Metronomi. Sitophylaces. Curatores emporii. Nautodicæ. Epagogei. Pecuniæ publicæ genera. Quinam eam tractarunt. Venditores quot? Epigraphei. Apodectæ. Antigraphei. Hellenotamiæ. Quæſtores Deæ. Practores. Inquiſitores. Syndici. Pecuniæ publicæ varius uſus. Quæſtor Populi. Antigrapheus ejuſdem. Quæſtores militarium. Theoricæ pecuniæ quæ? Earum Quæſtores. Sitonæ quinam? Aſtynomi. Murorum Curatores. Præfecti aquarum: Operum publicorum. Nomophylaces. Sophroniſtæ. Gynæcoſmi. Oenoptæ. Gynæconomi. Logiſtæ. Euthyni. Undecim-Viri quænam munia obierint?*

IV. *De Præbitoribus publicis. Liturgi qui? Choragi. Gymnaſiarchi. Epulones. Trierarchi. Collatores. Immunitates. Symmoriæ. Earumdem principes, & curatores. In Trierarchiis variata conſuetudo. Hæc munera neceſſaria. Voluntaria quænam fuerint?*

V. *De Præfectis militaribus. Ætas militaris quæ? Sacramentum militare. Peripoli. Militia pedeſtris. Peditum ſtipendium. Iidem ex Tribubus conſcripti. Equeſtris militia. Ejuſdem ſtipendium. Probatio equeſtris. Navalis militia. Turba navalis. Nautæ ex populo conſcripti fuerunt. Prætores. Taxiarchi. Hipparchi. Phylarchi. Quæſtores militares. Sacræ triremes. Conquiſitores peregrinorum. Epiſcopi.*

VI. *De Oratoribus, & Legatis. Syndici qui? Rhetores. Legati, ſeu præcones. Iſti quomodo eligebantur?*

VII. *De Præfectis ſacrorum. Regis, & Reginæ munia. Archon quibus præerat? Polemarchus. Athlothetæ, Agonothetæ. Sacerdotes. Sacrifici. Boonæ. Miagogi. Orgeones. Geraræ. Ciſtiferæ. Theori. Pylagoræ. Hieromnemones.*

CAROLI

CAROLI
SIGONII
DE
REPUB. ATHENIENSIUM
LIBRI QUATUOR,

CUM ADNOTATIONIBUS

ANONYMI DE SOCIETATE JESU.

Digitized by Google



CAROLI SIGONII
DE REP. ATHENIENSIUM
LIBER PRIMUS,
Qui de forma Reipublicæ inſcribitur.

CAPUT PRIMUM.

De Regno Athenienſium. Regum Athen. tempora: Eorumdem nomina. A quo, & quomodo regnum conditum? XII. Oppida Atticæ. Urbs Athenarum. Una Atticorum Reſpublica Athenis collecata. Regnum Atticum quale? Illud virtutis opinione delatum. Hereditarium fuit. Quandonam defecerit? Regum poteſtas in bello. Ipſorum jura imminuta, cum Archontes nominari cœpti.

POpulus Athenienſis, cujus antiqua jura, Remque publicam univerſam his mandare cõmentariis inſtituimus, nõ uno, neque eo perpetuo Reip genere uſus eſt, ſed pro rerum conditione, & temporum varietate diverſo; ſiquidem ab initio regium, deinde popularem, aliquando tyrannorum,

A ſæpe etiam paucorum dominatum, atque imperium pertulit. Hæc autem quando inſtituta, per quos, & quibus legibus in civitatem ſint inducta, maximeque quæ regalem, popularemque ſtatum attingere videantur, nos, quoniam res eſt præclara, & multis de cauſis cognitione digniſſima, quam planiſſime in tanta monumentorum & ſæculorum vetuſtate poſſumus, exponamus, atque è tetra prope temporum caligine educta in lucem, conſpectumque hominum proferamus. Primum igitur Athenis imperium fuit regium, jam inde à Cecrope eo, qui urbem condidit, inſtitutum, ac poſteris deinceps uſque ad annum octingenteſimum ſexageſimum ſextum, quaſi
B per manus traditum; quorum decem & ſeptem Regum nomen tulerunt, viginti vero Archontum; conſtitutum eſt autem annos ante, quàm à Græcis in Aſia Ilium caperetur, trecentos ſeptuaginta quinque; quàm Olympiades in Græcia inirentur, ſeptingentos ſeptuaginta duos; quàm urbs Roma à Romulo in Latio conderetur, ſeptingentos nonaginta ſex; ut merito Athenienſes inter alias ſapientiæ, fortitudinis, eruditionis, & eloquentiæ laudes, quibus longe Græcis ceteris præſtiterunt, antiquitate etiam imperii, & gentis vetuſtate gloriari poſſe videantur. Fundatum autem una cum urbe, clariſſimo futuro ſummi imperii domicilio à Cecrope

regnum hi reges, Euſebio, & Apollodoro teſtibus, deinceps eaceperunt, &, quo ad potuerunt, induſtria, atque virtute auaerunt, Cranaus, Amphyction, Erichthonius, Pandion, Erechtheus, Cecrops minor, Pandio minor, Ægeus, Theſeus, Meneſtheus, Demophoon, Oxynta, Aphidas, Thymœta, Melanthus, & Codrus. Condendo vero imperio hæc cauſſam occaſio attulit. Tenebat Actam in Græcia, regionem, quæ poſt Attica nominata eſt, eum ditione, & imperio Actæus, (1) quem alii Actæona nuncuparunt, cum eo ex Ægypto vir haudquaquam contemnendus Cecrops acceſſit. Ubi cum præclara multa prudentiæ exempla, & fortitudinis edidiſſet, dignus Actæo viſus eſt, cui filiam in matrimonio collocaret; prudentiæ vero ejus illud maaimo fuit argumento, quod primus in Acta virum fœminæ matrimonio legitimo junait, (2) cum antea vulgo ita liberi naſcerentur, ut ſolas matres agnoſcerent. Quo factum eſt, ut biſormem eum Attici appellarint, ut vulgaræ fabulæ locum dederint, hominem eum fuiſſe, atque leonem, (3) quod ad prudentiam nimirum, & fortitudinem ejus referentes finxiſſe ſapientes homines non ſine cauſſa videntur. Hoc tempore cum Bœoti à terra, Cares à mari Actam crebris latroci nns, & excurſionibus, prout illis ferebatur temporibus, divexarent, auctor fuiſſe omnibus ejus incolis Cecrops dicitur, qui tum in agris diſperſi habitabant, ut univerſi in duodecim oppida commigrarent, ſeque in his adverſus quotidianos hoſtium impetus com munirent; quorum nomina fuerunt, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelia, Eleuſis, Aphydna, Thoricus, Brauro, Cythe us, Sphettus, Cephiſia, & Phalerus Quo facto, ipſe Cecropiæ, quam à ſuo nomine appellavit, regem ſe haud modicis nimirum ſuæ ſui opibus declarandum curavit; quemadmodum Strabo libro IX. Pauſanias in Atticis, & Trogus libro II. optimi auctores in primis, memoriæ prodiderunt. Quam vero Cecrops à ſe Cecropiam nominavit, ea haud ita multo poſt à Minerva nomen eſt Athenarum adepta. Narrat enim Apollodorus in iis libris, quos de deorum origine ſcripſit, cum hoc tempore diis placuiſſet, urbes eas, in quibus privatos quiſque habituri eſſent honores, occupare, Neptunum, ac Minervam ſe in Actam contuliſſe, atque illum percuſſo tridente ſalo fretum, hanc terra oleam produxiſſe; orta vero inter eos de regionis appellandæ jure controverſia, duodecim deos à Jove judices datos ſua ſententia cauſſam Minervæ, Cecrope rege teſtimonium dicente, (4) adjudicaſſe. Regio autem, quæ ab Actæo, ut ajunt, Actica dicebatur, poſt ab Atthide Cranai regis filia Atthis, atque Attica nuncupari eſt cœpta, ſi Strabonis, & Pauſaniæ teſtimonio auctoritatem tribuimus; nam mihi multo ad veritatem propeoſior eorum videtur opinio, qui, ut narrat Stephanus, & Arpocratio, eaiſtimarunt, cum ante Cecropem hæc regio Acta diceretur, quod tota fere acta eſſet, id eſt, littus (ſiquidem duabus ex partibus mari alluitur) inde communem loquendi uſum, ut [illegible], id eſt, terram Acticam dicerent, deduaiſſe; quod cum brevius dicere vellent, primum Acticam, poſt meliore aliquanto vocis ſono Atticam appellaſſe. Atque hoc quidem modo Cecrops omnibus ferme Atticæ incolis in duodecim oppida congregatis, (5) unum totius Atticæ regnum, unamque omnium horum oppidorum Remp. collocavit Athenis. Poſt autem, temporibus aliquot interjectis, Theſeo regi, magni animi, ſummique conſilii viro, in mentem venit, magnam urbem unam ex omnibus, qui Atticæ oppida, populos, agroſque diſperſi tenerent, efficere, (6) atque dilatatis Athenarum muris eò Atticos omnes compellere, ſedeſque eis ad habitandum dare; id quod facillime, qua erat eloquentia, atque induſtria præditus, perſuaſit primum, deinde etiam diligentiſſime obiit. Cujus rei ſi veterum teſtimonia quærimus, certiſſima Thucydidis, Strabonis, Diodori, & Plutarchi habemus. Thucydides enim Cecropis, & primorum regum ætate Atticam uſque ad Theſeum, [illegible], id eſt, oppidatim fuiſſe habitatam, Atticoſque ex oppidis, & ea agris eatractos, in una urbe ab eo collocatos, prodit. Strabo Theſeum duodecim oppida in unum contuliſſe, Diodorus eundem populos Atticæ numero plurimos, magnitudine modicos in urbem unam redegiſſe ſcribit. Plutarchus omnes Atticæ incolas in urbem unam contraxiſſe, & unius oppidi populum unum, qui ad eam uſque diem diſſipatus fuerat, atque ægre ad communia tractanda commoda convocari potuerat, & ſæpe etiam inter ſe armis, belloque contenderat, effeciſſe, idque per

(1) *Pauſanias in Atticis.* [illegible] *Actæum ferunt in Attica, quæ nunc vocatur, Regnum tenuiſſe: poſt cujus mortem Cecrops Principatum excepit, qui Actæi filiam uxorem habebat.* Quæ ſane non congruunt cum *Euſebio* lib. X. de *Præparatione Evangelica.* [illegible] *Poſt Ogygum vero, ob vaſtationem magnam à diluvio illa, quæ nunc Attica dicitur, ſine Regibus permanſit uſque ad Cecropem, annis centum octoginta novem.* Idem affirmat Stephanus, aliique. Niſi fortaſſe quis dicat extitiſſe quidem Actæum in Attica, cujus filiam duxerit Cecrops, ſed illi perperam Regis nomen adhæſiſſe; Regemque à Poſteris appellatum, quod Regis Socer eſſi poſt mortem tantum extiterit. Nonnulli præterea memorantur, qui ante Cecropem regnarint in Attica, quos vide apud *Meurſium lib. 1. cap. 6. de Regibus Athenienſium.*

(2) Ita *Athenæus lib. 13. Juſtinus Hiſtor. lib. 2. cap. 6. Nonnus Dionyſ. lib. 41. v. 382.*

(3) Draconem verius. *Ariſtophanes* in *Veſpiſ. v. 444.*

[illegible]
O Cecrops Heros, Rex pedibus draconem referens.

Apollodorus lib. 3. Demoſthenes [illegible]

(4) Utique hæc ex *Apollodori lib. 3.* ex *Ovidio* Metamor. lib. VI.

Cecropia Pallas ſcopulum Mavortis in arce
Pingit, & antiquam terræ de nomine litem
Bis ſex cæleſtes, medio Jove, ſedibus altis
Auguſta gravitate ſedent.

Verum Scholiaſtes *Homeri Iliad. lib.* XVII. *Nonnus Dionyſ* 36. Non apud duodecim Deos contentionem inſtitutam ajunt, ſed apud ipſum Cecropem. *Nonni* breviorem textum adſcribo;

[illegible]
Nec te relinquat palmæ amor, neque recordatio olivæ
Quâ rurſus, Neptune, hic judex Cecrops!

(5) Horum nomina paulo ante recenſui; eademque habes in Tabula Chorographica huic operi ſubjicienda.

(6) Vide *Theſeum Meurſii* hæc uberius explicantis.

per ſingulos populos, gentesque perſuaſiſſe. A Murorum autem ambitum ita propagavit Theſeus, ut antiquum Cecropiæ oppidum pro ſumma arce reliquerit, novam urbem, quam ille aſtu (7) vocavit, civibus habitandam conceſſerit. Id quod video à Thucydide eodem etiam in loco memoriæ proditum. (8) „ Ante Theſeum, *inquit*, arx fuit oppidum, „ ſimulque pars ea, quæ ſub arcem ad auſtrum „ potiſſimum vergit; argumento eſt, quod „ ſacella in ipſa arce & aliorum deorum „ ſunt; & quæ extra eam ſunt, ad hanc par„ tem oppidi magis erecta ſunt, ut Jovis „ Olympii, & Pythium, & Dionyſii in Li„ mnis, & alia. Itaque ab Athenienſibus, „ *inquit*, propter antiquam habitationem ad B „ hodiernum uſque diem arx oppidum appel„ latur. Ut autem Athenæ in media Græcia, (9) ſic arx in media urbe, & ut arx in edito ſita loco, ſic urbs in imo, & plano conſtructa eſt; quod ab Ariſtide in Panathenaico; Strabone in ſexto; Thucydide in ſecundo traditum eſt. Quoniam autem orbs non longe quidem à mari, ſed tamen non ad mare poſita fuit, ut è Xenophontis libro de vectigalibus intelligitur, propterea multis portubus cum ad civitatis quotidianos uſus, tum ad bellicarum rerum opportunitates indiguit; primus autem Phalerus extructus eſt, & quidem antequam Theſeus ad regnum evocaretur; ſiquidem ſcriptum eſt apud C Pauſaniam, (10) Theſeum in Cretam ad pœnas ob Androgei necem regi Minoi dandas profecturum, & Meneſtheum regem cum aliquot navibus ad Trojam iturum, ambos Phalero portu ſolviſſe. Poſt Phalerum autem Munichia communita eſt; verum id quidem, ut etiam Piræus, Repub. jam dominatu regio liberata.

Qui autem oppidum condiderunt, aut auxerunt, iidem etiam Reip. genus inſtituerunt, Cecrops quidem regium, Theſeus autem populare; quod tamen non eſt, niſi poſt multa ſecula, obſervatum. Quæ autem Attici regni jura fuerint (nam multa regnorum genera fuiſſe tradit Ariſtoteles) difficile eſt, ex D tanta annalium, & temporum vetuſtate eruere; ſi tamen Iſocrati rhetori Athenienſi, omnia ad laudem patriæ in Panathenaica oratione trahenti, atque poëtico more in majus ornanti credimus, optimum, ac præſtantiſſimum fuiſſe regnum exiſtimabimus; ſic enim ille diſputat, cauſſam, cur Athenienſium civitas primis temporibus inter alias præcipue floruerit, merito ejus eſſe regibus tribuendam, qui multitudinem ad virtutem, juſtitiam, & temperantiam inſtituiſſent, atque actionibus ſuis docuiſſent, Reipublicæ moderationem animam eſſe civitatis, tantam vim habentem, quantam in corpore obtinet prudentia; ipſam enim eſſe, quæ de rebus omnibus ſtatuat, & bona tueatur, calamitates devitet, civitatis commoda paret; hujus autem non eſſe oblitum populum, ſed vehementius ad hanc rem, quam ad alias, animum adjunxiſſe, ut duces eos adipiſceretur, qui popularem ſtatum diligerent, iis vero moribus eſſent præditi, quibus fuiſſent, qui ſibi ante præfuiſſent. Quod ſi ita eſt, ſane non improbarem, Athenienſium regnum ejus generis extitiſſe, cujus fuerunt, quæ Ariſtoteles heroicis celebrata temporibus inquit. Quæ primum qualia fuerint, verbis ipſis ejus prolatis, oſtendemus; deinde ut ad ejus deſcriptionem Athenienſium regum jura, actaque dirigi, atque accommodari poſſint, conſiderabimus; ſic igitur ille in tertio de Republica. „ Primi, *inquit*, voluntate populo„ rum, quos artibus, aut bello demeruiſſent, „ aut diſperſos in unum congregaſſent, aut „ agris, ſedibuſque ad habitandum donaſſent, „ reges fiebant, eaque regna poſteris jure „ hereditario prodebantur; & reges imperii „ ſummam, dum bellum gererent, habebant, „ præerantque ſacrificiis: quæcunque ad Sa„ cerdotia non pertinebant, & cauſſas judi„ cabant quidam injurati, alii jurejurando „ devincti; erat autem jusjurandum erectio „ ſceptri; reges igitur antiquitus tum in ci„ vitatem, & populos, tum extra fines con„ tinenter imperium tenebant; poſtea vero „ quædam remittentibus regibus ipſis, alia „ populis auferentibus, ſola ſacrificia regi„ bus relicta ſunt in aliis civitatibus; ubi „ vero regnum merito vocari poſſet, impe„ rium duntaxat externorum bellorum obti„ nebant. (11) Quæ verba ſi diligentius attendamus, ſanè intelligemus, omnia, aut certe pleraque in reges Athenienſium convenire; primum enim videmus, Cecropem, quod Atticos in duodecim oppida coëgiſſet, eoſque ab impetu externorum hoſtium, & populationibus aſſiduis tutos præſtitiſſet, quodque leges tum incognitas matrimonii oſtendiſſet, ac virtutes, juſtitiam, ac temperantiam docuiſſet, voluntate eorum ad regnum eſſe evectum; eodemque modo poſt aliquot ſecula Melanthum, cum hoſtem populi Athenienſis bellum graviſſimum inferentem ſingulari prælio proſtraviſſet, regalem poteſtatem ſummo omnium ſtudio aſſequutum. Regnum autem fuiſſe hereditarium non eſt dubium; nam præter Amphictyonem, qui ſocero ſuo Cranao pulſo, & Erichthonium, qui Amphictyone exacto regnum occuparunt, reliqui ita regnarunt, ut duæ ſolæ familiæ Athenis fue-

(7) Vox græca ἄστυ.

(8) Nimirum *lib.* II. en aliquot ejus verba: Τὸ δὲ πρὸ τοῦ (ſcilicet ante Theſeum) ἡ ἀκρόπολις, ἡ νῦν οὖσα πόλις ἦν, καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον; ac paulo poſt: καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτῃ κατοίκησιν, καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπ' Ἀθηναίων πόλις.

(9) Adi Tabulam Chorographicam, eique adjectam diſſertatiunculam, ſub harum notarum finem.

(10) *Pauſ.* ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ſtatim ab exordio: Φαληρὸν δέ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τοῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν, καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν ἐς Τροίαν ἀναχθῆναι, καὶ τούτου πρότερον Θησέα δώσοντα Μίνῳ δίκας τῆς Ἀνδρόγεω τελευτῆς. *Phalerum vero, nam hic minimum ab urbe mare abeſt, navale erat; ac Meneſtheum ajunt hinc cum claſſe in Trojam ſolviſſe; atque ante illum Theſeum, Minoi pœnas daturum ob Androgei mortem.* De his omnibus vide eandem Tabulam.

(11) *Ariſtoteles Polit. lib.* 3 *cap.* 10. διὰ γὰρ τὸ τοὺς πρώτους γενέσθαι τοῦ πλήθους εὐεργέτας κατὰ τέχνας ἢ πόλεμον, ἢ διὰ τὸ συναγαγεῖν, ἢ πορίσαι χώραν, ἐγίγνοντο βασιλεῖς ἑκόντων, καὶ τοῖς παραλαμβάνουσι πάτριοι. κύριοι δ' ἦσαν τῆς τε κατὰ πόλεμον ἡγεμονίας, καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί. καὶ πρὸς τούτοις τὰς δίκας ἔκρινον. τοῦτο δ' ἐποίουν οἱ μὲν οὐκ ὀμνύντες· οἱ δ' ὀμνύντες· ὁ δ' ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις. οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἀρχαίων χρόνων, καὶ τὰ κατὰ πόλιν, καὶ τὰ ἔνδημα, καὶ τὰ ὑπερόρια, συνεχῶς ἦρχον. ὕστερον δέ, τὰ μὲν αὐτῶν παριέντων τῶν βασιλέων, τὰ δὲ τῶν ὄχλων παραιρουμένων, ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν αἱ θυσίαι κατελείφθησαν τοῖς βασιλεῦσι μόνον· ὅπου δ' ἄξιον εἰπεῖν εἶναι βασιλείαν, ἐν τοῖς ὑπερορίοις τῶν πολεμικῶν τὴν ἡγεμονίαν μόνον εἶχον.

fuerint per tot ſecula dominatæ, una Erechthidarum, altera Melanthidarum. Ac Erechthidæ quidem ab Erechtheo rege nomen, ſed ab Erichthonio genus traxerunt, qui Pandionis pater, Erechthei avus fuit; ex quo deinceps Cecrops minor minoris Pandionis pater eſt natus, unde Ægeus, & ex Ægeo Theſeus, ut Pauſanias prodidit. Nam Meneſtheo (12) mortuo, qui incitato per ſeditionem in abſentem Theſeum populo, regem ſe declarandum curaverat, Demophoon Theſei filius paternum, avitumque regnum, teſte Plutarcho, recuperavit; cui, ut verſibus Tetzea mandavit, Oxyntes frater, Oxyntæ vero filius Aphidas eſt ſubrogatus; quem cum minor frater ex concubina ortus Thymœtes interfeciſſet, regalem ſibi poteſtatem aſcivit, quemadmodum nos à Pauſania, (13) & ab Athenæo (14) accepimus. Melanthidarum autem, quorum princeps, & auctor fuit Melanthus, uſque ad extremum familia integra, incolumiſque permanſit. Melanthus autem is fuit, qui reverſis in Peloponneſum Heraclidis, (15) Meſſene patria amiſſa, cum ſe in Atticam contuliſſet, atque Xanthum Bœotorum ducem, bellum cum Athenienſibus gerentem, ſecum ſingulari certamine congreſſum interemiſſet, (16) propterea ab Athenienſibus regno, Thymœte ſe ultro abdicante, (17) donatus eſt; quod ſcriptum Pauſaniæ, & Strabonis in commentariis reperitur. Atque hic quidem moriens Codrum filium regem reliquit, qui cum in bello contra Dores ſe pro patria devoviſſet, (18) Medonti filio regnum tradidit, qui primus Archontis nomen, atque imperium Athenis obtinuit; ex quo hæc familia modo Codridarum, modo Medontidarum nomine appellata eſt, atque uſque ad Eryxem longo Archontum ordine ad annos quingentos octoginta ſex eſt deducta, quorum nomina fuerunt (19) Medon, Agaſtus, Archippus, Therſippus, Phorbas, Mecades, Diogenetus, Pheredus, Ariphro, Theſpieus, Agameneſtor, Æſchylus, Alcmæon, (20) Charops, Æſimedes, Clidicus, Hippomenes, Leocrates, Abſander, & Eryx. (21) id quod Euſebius, quo in primis auctore hæc tempora digeſſimus, in chronicis notatum, & deſcriptum reliquit. (22) Quanquam autem Archontum, non Regum Medontidæ nomen tulerunt, non eſt tamen illud tempus populari ſtatui aſſignandum, ſed regio; eorumque auctoritate, ac teſtimonio ſtandum, à quibus hæc ad noſtram notitiam dimanarunt, qui omnes principatum Archontum pro regno acceperunt, quanquam magna ex parte jam fracto, ac debilitato. Nam & Euſebius, qui profitetur, ſe nomina regum omnium, qui Athenis imperium habuerint, expoſiturum, non in Theſeo, qui popularem ſtatum deſcripſit, neque in Codro, qui ultimus regale nomen uſurpavit, ſed in Eryce, (23) qui poſtremus Archontis decennalia imperium geſſit, regnum notat Athenienſium defeciſſe; & Pau-

---

(12) Qui ſane ex eadem Erechthidarum familia erat, ac Theſeus quem expulerat. *Euſeb.* [illegible] *Athenienſium undecimus Rex fuit Meneſtheus, Peteï filius, Ornei nepos, Erechthei pronepos*; ut ut aliter ſentire videatur *Diodorus Siculus lib.* 1. Habet enim Peteum Meneſthei Patrem Ægyptium fuiſſe, Athenis deinde & Civitate, & Regno potitum eſſe; cum id nemo prorſus tradiderit præter ipſum; nec in laterculo Regum Athenienſium apud *Euſebium* hujuſce Regis occurrat mentio.

(13) *Pauſanias in Corinth.* [illegible] *Thymœtes vero Theſidarum poſtremus regnavit Athenis.*

(14) *Athenæus lib.* 3. [illegible] *Aphidanta cum Athenis regnaret Thymœtes junior frater nothus occidens regnavit ipſe.*

(15) Habes ex *Strabone lib* 9 [illegible] *Post Heraclidarum reditum, & regionis diſtributionem aſſuevit, ut multo ab iis, & qui una rediiſſent Dorienſibus, ſedibus ſuis expulſi, in Atticam migrarent: inter quos Melanthus etiam, Rex Meſſenæ.* Vide etiam Pauſaniam in *Corinth.*

(16) Idem *Strabo*, eodem libro 9. [illegible] *Hic vero (Melanthus) quum certamine ſingulari Xanthum, Bœotorum Regem, deviciſſet, ultro Rex ab Athenienſibus eſt creatus.* Euſebius præterea Suidas, Ariſtophanis Scholiaſtes ad Acharnenſes.

(17) Per vim tamen abſtuliſſe innuit *Pauſanias in Corinthiacis.* [illegible] *Melanthus vero etiam Regnum tenuit, erepto illud Thymœtæ, Oxyntæ filio.* Paulo aliter *Euſebius*: [illegible] *Cum Thymœtem provocaſſet Xanthus Bœotius, & Thymœte recuſante, Melanthus Pylius Andropompi filius, ſuſcepiſſet ſingulare certamen, ac deinde regnaſſet; quæ quidem* cenſeo ad veritatem propius accedere, cum poſſint præterea tum *Cononis apud Photium*, tum *Suidæ*, tum aliorum teſtimonio confirmari.

(18) Res notiſſima, quamque reperias apud Scriptores innumeros. Præ cæteris videndi *Lycurgus in Orat. in Leocratem. Plato in Convivio. Cicero de Finibus* lib. V, & *de Nat. Deorum lib.* 3. *Horatius lib.* 3. *Od.* 19. Qua ſe de cauſa devoverit, Oraculum cujus monitu id fecerit ſive ſponte, ſive, quod aliis magis placet civium juſſu. Vide apud *Meurſium lib* 3. *de Regibus Athenienſium cap.* 11. & *ſeq.*

(19) Quæ quidem nomina paulo aliter refert tum *Meurſius* ſub finem libri 3 *de Regibus Athenienſium*, tum *Petavius Rationarii Temporum Parte II. lib.* 2. *cap.* 8. Hoc modo:

Medon.	Pherecles.
Acaſtus.	Ariphron.
Archippus.	Theſpieus.
Therſippus.	Agameſtor.
Phorbas.	Æſchylus.
Megacles.	Alcmæon.
Diognetus.	

(20) Hucuſque Archontes perpetui, quos ſubnectit, Decennales.

(21) *Petavius* loco cit. legit *Apſander Eryxias.*

(22) Τῶν Ἀρχόντων tempora enucleatiùs dabimus in notis ad Sigonii opuſculum *de Athenienſium Lacedæmoniorumque temporibus.*

(23) Non poſſum ſubſcribere huic ſententiæ, cum *Euſebius* liquido profiteatur *Codrum* Athenienſium Regum ultimum extitiſſe. Hæc enim habet. [illegible] *Athenienſium Rex fuit decimus ſeptimus Codrus Melanthi filius, annis 21., nec deinceps alii Reges, verum Principes perpetui Athenienſibus conſtituti*; ita *Vellejus lib.* 1. *cap.* 2. *Juſtinus lib.* 2 *cap.* 7. etſi alii aliter ſentiant. Facillime porro leviuſculum ejuſmodi diſſidium componas, ſi dixeris Archontes perpetuos, & ſi placeat Decennales, Regis quidem auctoritatem obtinuiſſe, non vero nomen, nec aliter Regiam in ipſis Majeſtatem imminutam, quam quòd quemadmodum cæteri Magiſtratus, ipſi etiam reddendæ rationi eſſent obnoxii, ac præterea, quæ primùm uni tantum rerum omnium ſumma commiſſa erat, atque poteſtas, in novem deinceps principes, quo minus erat civibus ſuſpecta, diſpergeretur.

& Pauſanias teſtatur, ipſum etiam regnaſſe Theſeum, & poſt Meneſthei mortem regnum ad quartum uſque poſteritatis gradum in illius familia permanſiſſe; &, ſi de gentilitate ſibi ſit hiſtoria inſtituta, omnes ſe, qui à Melantho ad Clidicum Æſimedæ filium, & qui poſt eos deinceps regnarint, facile enumeraturum. Nam quid aut Ælianum in varia hiſtoria proferam, qui Athenienſes ſcribit regnum ſub Cecrope, & Erechtheo, & Theſeo, & Codridis inferioribus paſſos? aut Heraclidem in libro de rebus publicis, qui poſt Codridas neminem regem eſſe narrat creatum, quod viderentur molles nimis, ac delicati? Hippomenem vero unum ex Codridis inuſtam hanc familiæ maculam delere cupientem, adulterum cum filia Limona deprehenſum exquiſito ſupplicii genere interfeciſſe? Quod ſi ita eſt, profecto apparet, regnum Athenienſium fuiſſe, ut probandum ſuſceperamus, hereditarium. A B

Erat alia heroici regni ab Ariſtotele deſcripti conditio, quod reges ii ſummam militiæ poteſtatem haberent; qua reges item Athenienſium præditos fuiſſe invenio; id quod ex bellis, quæ ab his geſta ſunt, facile declaratur, quanquam tenuis admodum eorum ad nos memoria pervaſit. Erechtheum tamen bellum cum Eumolpo Thrace, & cum Eleuſiniis gerere, & pacem, quibus placet, conditionibus componere, videmus apud Pauſaniam (24) parique ratione Theſeum contra Amazones, Codrum contra Dores in acie ducem cum ſummo imperio ſtare. Eoſdem etiam jus dixiſſe, quæſtiones exercuiſſe, & ſacris præfuiſſe, poſt apertius apparebit. Nam quod inquit Ariſtoteles, alia jura à regibus remiſſa, alia à multitudine eſſe extorta, eorum primum ad Theſeum referendum videtur, qui ultro Rempublicam popularem inſtituit, ſeque non regem, ſed belli ducem, & legum cuſtodem futurum, reliqua vero populo permiſſurum pollicitus eſt; alterum vero ad Medontem, qui poſt Codri mortem primus Archon perpetuus, & ad Charopem, qui primus Archon decennalis creatus eſt, vetere & imperio, & imperandi tempore imminuto. Quod Pauſanias in Atticarum rerum commentarios retulit, his verbis: (25) C D

„ Athenienſium civitas Melanthi poſteros,
„ qui Medontidæ dicti ſunt, magna parte
„ poteſtatis ſpoliavit, & ex regno redegit
„ ad imperium referendis rationibus obno-
„ xium; deinde cavit, ne ultra decem annos
„ id ipſum continuarent; & Paterculus libro primo, cum ſcripſit: „ Codri filius Medon
„ primus Archon fuit; ab hoc poſteri apud
„ Atticos dicti Medontidæ; ſed hi inſequen-
„ tes Archontes uſque ad Charopem, dum
„ viverent, honorem uſurparunt, inde per-
„ petui Archontes eſſe deſierunt, cum fuiſ- E
„ ſet ultimus Alcmæon; cœperuntque in de-
„ nos annos creari; quæ conſuetudo in an-
„ nos ſeptuaginta manſit, ac deinde annuis
„ commiſſa eſt magiſtratibus Reſpublica. Ex
„ iis, qui denis annis præfuerunt, primus
„ fuit Charops, ultimus Eryx: ex annuis
„ primus Creon. Atque hoc idem chronicis quoque ſuis mandavit Euſebius. Ex quibus intelligi poteſt, quid ſit id, quod reges populo Athenienſi remiſerint, & quo ab eo quodammodo ſpoliati ſint, quam heroico quoque regno conditionem affinxit Ariſtoteles. Atque de jure quidem, & poteſtate regia hactenus.

CAP. II.

De Conſiliis. Civium diviſiones à quibus inſtitutæ? Tribus quot & quales? Qui ab initio & deinceps vocitatæ? Quomodo diſtributæ? Curiæ quid? Gentes. Populi: Quorum nomina recenſentur. Pediæi, Parali, Diacrii, quinam? Patricii, Ruſtici, Opifices, quales? Atticorum Reſpublica duplex. Senatus, Concio, quid?

NUnc quam partem Reipublicæ cives Athenienſes regibus dominantibus obtinuerint, & quod jus in civitate habuerint, exquiramus. Multæ autem civium diviſiones, communicandæ omnibus Reipublicæ gratia prudenter, ut video, ſunt à regibus inſtitutæ; quarum quæ prima, atque antiquiſſima fuit, in φυλὰς, id eſt, in tribus diſtributa, eſt; tribus autem quatuor Cecrops major intulit, Cecropidem, quam à ſe, Autochthonem, quam ab Atticis, qui ſe αὐτόχθονας, id eſt, indigenas eſſe gloriabantur; Actæam, quam ab Atticis ad litus habitantibus; & Paraliam, quam ab iiſdem ad mare (duobus enim Attica, quemadmodum dixi, lateribus mare attingit) incolentibus appellavit, ut ſcribit Pollux, (26) & Stephanus. Harum autem numerum ſervarunt poſteri illi quidem, ſed nomina immutarunt; ſiquidem Cranaus unam à ſe Cranaidem, alteram à filia ſua Atthidem, tertiam Meſogæam (27) à campeſtribus Atticæ incolis, & quartam à montanis Diacridem nominavit. Cranai vero exemplum imitatus Erichthonius eaſdem Diadem, Athenaidem, Poſidoniadem, & Hephæſtiadem, nimirum ductis à Jove, Minerva, Neptuno, & Vulcano nominibus, nuncupavit; & Erichthonii veſtigiis inſiſtens Erechtheus, eaſdem ab Ionis filiis, à quo ipſe in bello Eleuſinio adjutus fuerat, appellavit ὁπλίτας, ἐργάδεις, γεωργοὺς, & αἰγικορεῖς, id eſt, armatos, opifices, agricolas, & caprarios; quæ omnia in Pollucis commentario ſunt octavo. Plutarchus tamen in Solone ſcribit, fuiſſe, qui putarint, has non ab Ionis filiis, ut Herodotus prodidit, ſed à vitæ generibus vocitatas, bello, opificio, agricultura, & paſtura. (28) Atque hic numerus, & hæc appellatio uſque ad Cliſthenis dominatum, de quo poſtea dicemus, incolumis permanavit. Factum eſt autem, ut unaquæque tribus in tres item partes divideretur, quas illi ternis item idem valentibus nominibus ſingulas appellarunt τριττύας, ἔθνη, & φρατρίας, quas nos uno Latino curias nominabimus; ſingulas vero curias in partes tricenas deſcripſerunt, quæ γένη, id eſt, gentes,

(24) *In Atticis*: ἀρχθείς τε ἔχειν ἐν ταῖς ἀνοίαις, ἐς ὕστερον Ἐλευσινίοις μάχη, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀνίστασαν ἰσομοιρίαν, τὰ ὁμολογα.

(25) *In Meſſeniacis*: τοὺς γὰρ ἀπὸ Μελάνθου καλουμένους δὲ Μεδοντίδας κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἀφείλοντο ὁ δῆμος τῆς ἐξουσίας τὸ πολὺ, καὶ ἀντὶ βασιλείας μετέστησαν ἐς ἀρχὴν ὑπεύθυνον.

(26) *Pollux lib. 8. cap. 9. Sect.* 109. καὶ αἱ φυλαὶ τέως μὲν ἐπὶ Κέκροπος ἦσαν τέτταρες. Κεκροπὶς, Αὐτοχθὼν, Ἀκταία, Παραλία. *Tribus jam uſque à Cecrope erant quatuor; Cecropis, Autochthon, Actæa, Paralia.* Ipſum præterea ejuſque Scholiaſtas vide.

(27) Mediterraneam.

(28) Quæ ſane conjectura veroſimilior.

Digitized by Google

tes, dixerunt; qua in re naturam ipſam, conditionemque anni acute, induſtrieque admodum expreſſerunt, qui quatuor tempora ita eſt complexus, ut totum unum quodque tres menſes, ſingulos tricenis diebus præditos aſſequutum ſit. Quare ut anni tempora quatuor, menſes duodecim, dies CCCLXV. in toto anno ſolari fuerunt, ſic tribus quatuor, curiæ duodecim, gentes CCCLXV. in totum Athenienſi populo numeratæ ſunt; erant autem gentiles, quos illi γεννῆτας dixerunt, non qui genere, ac ſanguine inter ſe conjuncti eſſent, ſed qui ex gentibus eſſent iis, quæ in curias erant conjectæ, ſocietatem inter ſe quandam, ut etiam curiales, quos φράτορας nominarunt, lege, & inſtituto colentes; itemque qui ex primo genere triginta gentium fuerunt, quos etiam primis temporibus ὁμογάλακτας, id eſt, collactaneos, dictos fuiſſe, teſte Arpocratione, & Suida, ſcribit Philochorus. Hanc vero diviſionem etiam ante Theſeum factitatam, indicat Plutarcus, cum ſcribit, Theſeum per ſingulas gentes Attico populo demigrationem ex agris perſuaſiſſe.

Fuit etiam altera civium deſcriptio in populos, & quidem ante conſtitutam à Theſeo Rempublicam uſurpata; quod ex iiſdem Plutarchi verbis elicitur, cum inquit, Theſeum eam demigrationem per gentes, populoſque perſuaſiſſe. Populos autem jampridem appello, quos illi δήμους vocarunt; quos, ſi rei rationem attendamus, vicos appellare non incommode fortaſſe poſſimus; ſiquidem Ariſtoteles in Poeticis ſcribit, quas alii κώμας, id eſt, vicos, dicerent, eos δήμους ab Atticis nominatos; fuerunt autem oppidula, vicique, quibus univerſa eſt terra Attica frequentata uſque ad Theſeum, qui eos ex agris in unam Athenarum urbem convocavit. Neque tamen, cogente Atticos in urbem Theſeo, deſerti propterea agri, populique ſive vici Atticæ ſunt, ſed ſemper frequentiſſime culti, ac civium multitudine celebrati. Quod oſtendit Thucydides, cum initio Peloponneſii belli, Periclis conſilio, juſſuque omnes Atticos in urbem ex agris, quibus mirifice populus ille delectatus ſit ſemper, ſcribit eſſe compulſos; atque hoc idem poſt etiam imminente Atticæ terræ Macedonum rege Philippo paulo ante, quam ad Chæroneam pugnaretur, repetitum eſſe, Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte poſuit. Ut ergo civis nemo fuit, quin aliquam tribum ex quatuor, ſic nemo, qui non aliquem ex populis Atticis obtinuerit, ſive ibi, ſive in urbe domicilium habuerit. Nomina vero eorum magnâ a nobis diligentiâ conquiſita, huic mandare commentario placuit, ut iis demum cognitis, totius Atticæ, quam quærimus, civitatis partes, & quaſi membra nota, ac perſpicua omnibus ſint; fuerunt autem (29) Æxone, Athmon, Agraole, Anagyrus, Angele, Araphen, Acharnæ, Agnus, Halimus, Aphydna, ſive Aphidnæ, Æthalidæ, Azenia, Amazantea, Anacæa, Alieus, ſive Elæus, Acherdus, Ægelia, Alopecæ, Anaphlyſtus, Amphitrope, Achradus, Brauron, Butea, Bate, Beſſa, Cedi, Cepheſia, Cytherus, Cydarhenæum, Cydantidæ, Conthyle, Colyttus, Ceramis, Cephale, Cholargus, Cetti, Crepia, Chollidæ, Ceriadæ, Corydalus, Criora, ſive Criona, Cothocidæ, Colonus, Cœle, Dedalidæ, Diomea, Dirades, Decelia, Echelidæ, Epiecidæ, Evonimi, Erechthia, Ericea, Erchia, Epicepheſia, Ermus, Euripidæ, Ecale, Eroeadæ, Eleuſis, Echelidæ, Gargettus, Hippotamadæ, Hepheſtia, Hyba, Icaria, Ionidæ, Ireſidæ, Leuconæum, Lacia, Luſia, Lambra maritima, Lambra inferior, Lenus, Melite, Myrrhinus, Marathon, Melenes, Oa, ſive Oee, Oeum Ceramicum, Oeum Decelicum, Oenoe ad Eleutheras, Oenoe ad Marathonem, Otrynæ, Phlya, Pambotadæ, Pergaſe, Phegus, Pitthis, Praſia, ſive Praſiæ, Probalinthus, Pæania ſuperior, Pæania inferior, Philaida, Phegæa, Plothia, Phyla, Prelea, Perithoedæ, Proſpalta, Porus, Potamus, Pæonidæ, Pelex, Phrearri, Pallene, Phalerus, Pentele, Perrhidæ, Phegees, Pſaphis, Piræus, Perſidæ, Rhamnus, Sypalettus, Sybridæ, Stiria, Sphettus, Sunium, Scambonidæ, Sphendale, Trinemes, Themacus, Tithras, Tyrmidæ, Thria, Thoricus, Thymoetadæ, Thoræ, Titacidæ, Thyrgonidæ, & Tricorythus. Atque hos quidem ex Strabonis, Pauſaniæ, Arpocrationis, Stephani, Suidæ, & Heſychii commentariis hauſimus. Fuerunt alii quoque, qui numerum explerent centum, ut inquit Strabo, ſeptuaginta, quorum nomina temporum injuriâ exciderunt.

Poſſumus etiam tertiam diviſionem adjungere, qua populus Atticus in campeſtres, maritimos, & montanos, quos illi πεδιεῖς, παράλους, & διακρίους vocarunt, eſt diſpertitus, quæ à Cranao, qui hinc tribuum nomina duxit, ut videtur, illata, uſque ad Piſiſtrati tempora triſtis ſemper diſcordiarum, & ſeditionum inteſtinarum fuit materia. Nam cum montani popularem ſtatum amarent, campeſtres autem, paucorum, maritimi mediam, atque ex his utriſque confuſam Rempublicam ſectarentur, diu civitatis otium perturbarunt; quod Herodotus, (30) & Plutarchus in Solone memoriæ prodiderunt.

His

(29) De hisce Populis vide Tabulam noſtram Chorographicam, eique adjectam Diſſertationem.

(30) *Herodotus lib.* 1. Στασιαζόντων τῶν Παραλίων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων, καὶ τῶν μὲν προεστεῶτος Μεγακλέος τοῦ Ἀλκμαίωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου Λυκούργου Ἀριστολαΐδεω, καταφρονήσας (ὁ Πεισίστρατος) τὴν τυραννίδα, ἤγειρε τρίτην στάσιν. συλλέξας δὲ στασιώτας, καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προστὰς, μηχανᾶται τοιάδε. τρωματίσας ἑωυτόν τε καὶ ἡμιόνους, ἤλασε ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθρούς, οἵ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν. ἐδέετό τε τοῦ δήμου φυλακῆς τινος πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι, πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στρατηγίῃ [illegible] *Cum fidelis etia eſſet inter Paralios, & Pediæos,* *atque illis præeſſet Megacles, Alcmæonis filius; his Lycurgus, Ariſtolaidis; Tyrannidem animo agitans (Piſiſtratus) tertiam ipſe factionem excitavit, collectiſque, qui à partibus ſuis ſtarent, cum ſe Hyperacriis velle opitulari præ ſe ferret, rem hujuſmodi machinatur; Vulneratis ſe, muliſque, & in forum acto curru, ceu ex hoſtibus evaſiſſet, qui rus ipſum proficiſcentem interimere voluiſſent, rogat populum, ut cuſtodiam aliquam darent. Pridem gloriam reportaverat, capta in Megarenſi expeditione Niſæa, aliiſque claris facinoribus editis. Ergo Athenienſis populus, fraude ſeductus dat delectos cives aliquos; qui armati clavis ligneis, & non haſtis, eum ipſum ſequerentur, atque iſti, cum Piſiſtrato concitati arcem occupant.* Vides hic ab Herodoto [illegible] dici montanos, qui apud alios Auctores ſunt διάκριοι. Abunde ab [illegible] verbis, quæ vide, ſi placet, apud ipſum in Solone.

A His adjici quarta etiam diviſio poteſt, patriciorum, ruſticorum, & opificum, quos hujus diſtributionis auctor Theſeus εὐπατρίδας, γεωμόρους, & δημιουργοὺς nominavit, ac primos dignitate, ſecundos uſu, tertios multitudine præſtare io civitate, eodem teſte Plutarcho, voluit. Hic autem populus quomodocunque diviſus duas jam tum tenentibus omnia regibus patrias eſt adeptus, unam loci, alteram juris. Itaque cum & domi propriam haberet Rempublicam & Athenis communem, ad utriuſque, cum erat opus, adminiſtrationem adhibebatur: princeps tamen, quæ Athenis erat collocata, & aliarum quaſi domina putabatur, cui regem Athenienſem ſummo præ B fuiſſe cum imperio diximus. Hæc autem ita eſſe, non dubio veterum teſtimonio confirmanda mihi videntur. Thucydides libro primo: (31) „ Cecropis, *inquit*, & primorum „ regum ætate Attica perpetuò uſque ad „ Theſeum oppidatim eſt habitata, & prytaneis, & magiſtratibus uſa; neque vero niſi „ duris temporibus conveniebant ad regem „ de rebus communibus deliberaturi; ſed „ per ſe quiſque civitatem gubernabat, ac „ conſilium capiebat; quin etiam nonnulli „ eorum aliquando bellum cum regibus ſuſceperunt, ut Eleuſinii adjuncto Eumolpo „ cum Erechtheo; poſtea vero quam Theſeus regnum obtinuit, vir non tam pru- C „ dentia, quam opibus clarus, cum aliis in „ rebus regionem conſtituit, tum vero aliorum oppidorum curiis, quæ illi buleuteria „ nominarunt, & magiſtratibus diſſolutis in „ eam, quæ nunc eſt, urbem una curia, & „ uno prytaneo conſtructo, omnes ad incolendum contraxit, & tractantes res ſuas „ quenque, ut antea, uno uti oppido coëgit; „ quod omnibus demum ad id conferentibus „ auctum, ac poſteris à Theſeo traditum eſt. Neque vero Plutarchus aliter cenſuit, cum ſeditionem adverſus abſentem Theſeum à Meneſtheo concitatam exponens, potentes in civitate homines à Theſeo alienatos fuiſſe inquit, quod cernerent, imperium, & re- D gnum ſingulis populorum patriciis, cum in unam urbem concluſi ſunt, eſſe ademptum; plebejos autem vehementer commotos, quod patriis, & ſacris ſuis ſpoliati eſſent ad id, ut pro multis, & bonis, & legitimis regibus in unum dominum advenam, & peregrinum intuerentur; neque enim Theſeus ab omnibus pro Ægei regis filio habebatur. Quin etiam idem communem Atticis omnibus fuiſſe Remp. ante Theſeum innuit, cum difficiles eos fuiſſe inquit, quippe in agris diſperſos, qui ad publica de communibus commodis conſilia convenirent, additque prytaneis, & curiis, & magiſtratibus apud quoſque everſis, unum omnibus prytaneum, unamque curiam ibi, ubi ſua etiam ætate viſebantur, ædificaſſe. Quibus ex verbis illud elici mihi videtur poſſe, quod à veriſimilitudine non abhorret, ſi ſinguli Atticæ populi ante conſtitutam à Theſeo civitatem ſua prytanea, & ſuas curias ad jus dicendum, & conſilium de ſumma Republica ineundum habuerunt, multo veriſimilius Athenis poſt deſcriptam ab eo Rempublicam & prytaneum, & curiam aliquam extitiſſe. Ac de prytaneo quidem non dubito, quod urbis penetrale fuit, ubi, quibus is honos datus eſſet, publica veſcerentur; quoque magiſtratus juris dicundi cauſſa conveniſſe traduntur. Senatus autem, ad quem de ſumma Republica referrent, qualis regibus fuerit, haud ſane mihi certum eſt. At cum populo eos egiſſe, ejuſque ſuffragiis multa ſanxiſſe facile adducor, ut opiner; hoc enim oſtendit, ſi attendimus, aperte ſatis Thucydides, cum Atticos ait non niſi dubiis in rebus ad regem Athenienſium conveniſſe, & Plutarchus, cum ægre eos Athenas convocari inquit potuiſſe. Habeo etiam auctorem Demoſthenem in oratione, quam ſcripſit adverſus Neæram, (32) Athenienſes poſt inſtitutam à Theſeo Rempublicam nihilo minus regem ex iis, qui virtute in populo viderentur excellere, porrigendis manibus deſignaſſe; *Lycurgum* (33) autem in oratione contra Leocratem, civitatem Athenienſium poſt Codri interitum Cleomanti Delpho, poſteriſque ejus perpetuum in Prytaneo victum publicum decreviſſe, quod occultum ſibi oraculum, unde victoriam illam de Doribus pepererant, indicaſſet. At quemadmodum aut reges, aut mortuis regibus interreges populum advocarint, aut eum de rebus publicis conſuluerint, aut in ſuffragia miſerint, inter alia nimia vetuſtate incomperta hoc quoque referendum eſt. E

CAP. III.

De Judiciis. Quot & qualia fuerint apud Athenienſes? Areopagus à quo inſtitutus, Prytaneum quando conditum? Delphinium quid, & quibus conſecratum: Palladium quo tempore fundatum? Ejus origo qualis? Phreattium quid, & quando excitatum? Heliæa, Trigonum, Parabyſtum, Metychium, qualia fora, & à quibus conſtituta? Lyci decas *quid? Judices quales fuerint?*

NEque vero reges, & hujus Reipublicæ fundatores judicia neglexiſſe, ac reliquiſſe intractata videntur; ſiquidem fora judiciorum, ab illis dicaſteria (34) nominata, quæ poſtea magna in laude fuerunt, à regibus ſunt omnia conſtituta; quod de multis affirmare, de nonnullis etiam facile ſuſpicari licet;

(31) *Thucydides lib.* 1. ἐπὶ γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα αἰεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο, πρυτανεῖά τε ἔχουσα καὶ ἄρχοντας· καὶ ὅτε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῇσαν βουλευσόμενοι ὡς τὸν βασιλέα, ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολίτευον, καὶ ἐβουλεύοντο. καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ᾽ Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. Ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας καὶ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας· καὶ νεμομένους τὰ αὑτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ πρὸ τοῦ, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι, ἣ ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν, μεγάλη γενομένη, παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα.

(32) *Demoſ. in Neæram.* ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνῴκισεν αὐτοὺς, καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγένετο, τὸν μὲν βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ᾑρεῖτο ἐκ προκρίτων κατ᾽ ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. *Poſtquam autem Theſeus cives in unum congregavit, liberamque Rempublicam inſtituit, & Urbs multitudine incolarum frequentare cœpit: Populus nihilominus Regem creabat, delecto è viris præſtantiſſimis habito.*

(33) *Lycurgus* apud *Suidam*. τῷ δὲ Κλεομάντει τῷ Δελφῷ ἡ πόλις, αὐτῷ τε καὶ ἐκγόνοις ἐν Πρυτανείῳ ἀΐδιον σίτησιν ἔδωκε.

(34) δικαστήρια.

A ſicet; quorum autem certa ad nos pervenit notitia, omnia de cæde fuerunt, Areopagus, Prytaneum, Palladium, Delphinium, & Phreattium; quorum origo fuiſſe fertur ejuſmodi.

Areopagum Cecrops major inſtituit. Euſebio enim ita ſcribenti (35) potius aſſentior, quàm iis, quos ſcribit Plutarchus exiſtimaſſe, (36) eum à Solone primum eſſe deſcriptum; ut autem ei aſſentiar, me & graviſſimorum virorum auctoritas, (37) & antiqua vulgatæ fabulæ (38) fama adducit; quid autem gravius eſt Ariſtotele? (39) at ille in ſecundo de Republica, Solonem ſcribit Areopagitarum conſilium, cum eſſet antea, evertere noluiſſe.

Apollodorus (40) autem, Dædalum, qui Ægeo regnante floruit, de cæde in Areopago condemnatum narrat, & Pauſanias (41) in Meſſenicis Meſſenios tradit, cum in offenſionem Lacedæmoniorum primum incidiſſent, unde poſtea gravia inter eos bella multa ſunt conſequuta, Æſimede decennali Archonte Rempublicam moderante, cauſſam ad Areopagitarum conſilium deferre voluiſſe, quod judicium antiquitus (42) Athenis de cæde erat conſtitutum; in Achaicis (43) vero, Spartanos Codri regis tempore ab Athenienſibus in urbe violatos, ad aras Dearum, quæ Severæ dicuntur, in Areopagum ſe recepiſſe. Fabula autem ea eſt, (44) cujus cum Pau- B

(35) Ad ipſius enim annum quadrageſimum primum hæc habet: [illegible], quæ ſic reddidit *Hieronymus*. *Hoc tempore Areopagus nomen judicii, conſtitutum.*

(36) Acriter utrinque diſceptatur ab Auctoribus, cui adjudicanda ſit Areopagi inſtitutio. *Demoſthenes* quidem *Orat. in Ariſtocratem* nihil habere ſe explorati hac ſuper re candide profitetur. [illegible] *Qui hæc inſtituta primi ſic ordinarunt, quicumque illi fuerint, ſive Heroes, ſive Dii, non inſultarunt fortuitis caſibus; ſed humaniter, quoad ejus fieri honeſte potuit, calamitates ſublevarunt.* Plutarchus eorum ſententias ac conjecturas refert, qui Areopagum cenſuerunt à Solone inſtitutum. Habet enim *in Solone* [illegible] *Plurimi igitur, ut dictum eſt, à Solone conſtitutum Areopagi Senatum, ſunt Auctores; quibus adſtipulari videtur, quod Draco nuſquam dicat aut nominet Areopagitas: ſed ubique cum Ephetis agat de rebus capitalibus.* Lucianus in *Anacharſide* Solonem ipſum loquentem inducit, ac præ dicantem a ſe Areopagum fuiſſe conſtitutum. Nihil tamen luculentius, ad adſtruendam ſententiam hanc, Ciceronis teſtimonio: *De Offic. lib. 1 cap. 23* (non 22. ut citat Meurſius) *Quamvis enim Themiſtocles jure laudetur, & ſit ejus nomen, quam Solonis illuſtrius: citeturque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ, quæ anteponatur conſilio Solonis, ex, quo primum conſtituit Areopagitas: non minus præclarum hoc, quam illud judicandum eſt. Illud enim ſemel profuit, hoc ſemper proderit civitati. Hoc conſilio leges Athenienſium, hoc majorum inſtituta ſervantur. Et Themiſtocles quidem nihil dixit, in quo ipſe Areopagum adjuverit: at ab illo verum eſt adjutum eſſe Themiſtoclem. Eſt enim bellum geſtum conſilio Senatus ejus, qui à Solone erat conſtitutus.* Plutarchus tamen dubius hæret, uti conſtat ex ejus verbis, quæ mox ſubjicio: [illegible] C D E *At Tabula Solonis decimatertia octavam legem ita ad verbum habet deſcriptam. Qui ante Solonem Archontem infamia notati fuerunt, integræ famæ ſunto; præterquam qui in Areopago, vel apud Ephetas, ſive item in Prytaneo, à Regibus damnati homicidii, aut latrocinii, aut tyrannidis affectatæ, in exilium ſunt miſſi, cum lex hæc fuit promulgata. Hæc ſane ante Solonis Magiſtratum, & ab eo latas leges Areopagi Senatum extitiſſe, oſtendunt.* Cumque ex ea Solonis lege, quam attulit, proſpectum fieri animadverteret etiam ante Solonem extitiſſe Areopagum, ſubdit: [illegible] *Nam qui tandem fuiſſent illi in Areopago condemnati, ſi primus Solon Areopagitico Senatui judicationem dedit? Niſi, Hercules, habuit obſcuritatem aliquam hæc Tabula, aut defectum; ut convicti criminum, quæ ad cognitionem pertinent Areopagitarum, aut Ephetarum, Prytanumve, quum hæc lex eſt promulgata, manerent infames, aliis famæ reſtitutis;* quo ſcilicet allatæ legis elevet fidem, obſcuritatis, aut alterius defectus prætextu. Etſi vero quæ recitata ſunt ex *Plutarcho* vim quamdam habeant, graviora tamen ſunt, quæ Auctorem noſtrum in ſententiam oppoſitam pepulerunt. Vide ſequentes Notas.

(37) Auctores ſubinde afferemus.

(38) De hac fabula paulo poſt Auctor noſter n. 44.

(39) *Ariſt. lib. 2 cap. 10. Polit.* [illegible] *Videtur autem Solon illa quidem, cum antea eſſent, Senatum nempe Areopagiticum, & Magiſtratuum electionem non ſuſtuliſſe.*

(40) *Apollod. lib. 3.* [illegible] *Ubi comperta cædes eſſet, judicatus in Areopago Dædalus, ac damnatus ad Minoem fugit.* Quod ſane Dædali judicium ſi recte tempora ſupputentur, annis circiter ducentis Solonis ætatem anteverrit. Vide quæ ſuo loco dicenda ſunt, cum agemus de *Temporibus Athenienſium*.

(41) *Pauſ.* in *Meſſenicis*. [illegible] *Permittere vero Tribunali, quod Athenis eſt, & Areopagus dicitur; quod jam dudum id de cædibus judicare ſolitum eſſet.* Quod quidem judicium cum ageretur eodem teſte *Pauſania* circa *Olimpiadem* nonam, Solonis ætatem antevertit annis centum quinquaginta.

(42) Cum etiam tunc temporis cenſeretur ſolitum eſſe, uti *Pauſanias* ait, de cædibus judicare.

(43) *Pauſ.* in *Achaicis*. [illegible] *Reliquus quidem Peloponneſiorum exercitus Attica deceſſit, ſimul ac Codri mortem audiiſſet: ex Spartanis autem ii, qui intra mœnia erant, ubi abeſſe ſuos animadvertunt, noctu quidem latuerunt, ſed, cum illuxiſſet dies, & in ipſos impetum facerent Athenienſes, in Areopagum confugerunt.* Porro nemo non novit quantum a Codro diſtaret Solon.

(44) Adſcribo tantum verba *Demoſthenis* in *Ariſtocratea*. [illegible] *Primum igitur de Antiquis, ut ea nobis tradita ſunt: in hoc ſolo judicio Dii, jus de cæde dare & accipere voluerunt, & diſceptatores eſſe, inter ſe, ut ferunt, diſſentientes. Nam Neptunus à Marte pœnas exegit interfecti Alirrhotii filii, & Furiis, ac Oreſti jus dixerunt duodecim Dii.*

A Pauſanias in Atticis, cum Demoſthenes in oratione adverſus Ariſtocratem meminerunt, cum ſcripſere, deos in hoc foro voluiſſe, tum dare de cæde pœnas, & expetere, tum vero judices eſſe iis, qui inter ſe judicio decertarent; expetiſſe Neptunum de Halirrhotii filii nece à Marte, judices ſe Eumenidibus, & Oreſti deos duodecim præbuiſſe. Qui vero cauſſas hujus nominis indagarunt, duas (45) in primis attulerunt, unam, quod ibi judicium de cæde ſit conſtitutum, quæ nomine Martis exprimitur; alteram, quod ibi Mars, cum à Neptuno in judicium eſt adductus, haſtam defixerit; id quod Suidas (46) in collectanea retulit. Addit etiam Pauſanias, ſpectatam ibi eſſe ætate adhuc ſua Minervæ B Areæ aram, quam Oreſtes quondam abſolutus dicarit, in proximo autem ædem dearum, quæ Severæ dicerentur, fuiſſe; eodemque in loco Plutonis, Mercurii, & Telluris ſigna extitiſſe, ad quæ rem divinam facerent quicunque capitis periculo emerſiſſent. Deas autem Eumenides propterea conſecratas inquit Ulpianus (47) ad Medianam, quod, cum de cæde in Areopago cognoſceretur, ſi quid eos lateret, ad id coarguendum, & in lucem proferendum deas vicinas opem laturas exiſtimarint. In hoc ergo loco de cæde conſultò facta ab iis judicibus, qui inde Areopagitæ nominabantur, eſt judicatum.

C Poſt Areopagum ſequutum eſt Prytaneum, Erechtheo regnante conditum; in quo de ferro, aliiſque rebus inanimatis, unde mors eſſet conſequuta, quæſtio habita eſt; ſcribit enim Pauſanias, (48) regnante Athenis Erechtheo Buphonum ad Poliei Jovis aram bovem mactaſſe, ſtatimque relicta bipenne ex finibus exceſſiſſe, bipennem autem judicio abſolutam. Demoſthenes (49) autem in eadem, quam modo commemoravi, oratione inquit, ſi lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quidpiam illapſum percuſſiſſet, atque aliquis, à quo id conjectum eſſet, neſciret, ſed telum, quo cædes facta eſſet, noſſet, ac teneret, ei fuiſſe in Prytaneo judicium intentatum.

Succeſſit inde Delphinium ab Ægeo rege Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ, teſte Polluce, (50) conſecratum; in quo cauſſam dicebant, qui cædem ſe feciſſe faterentur, ſed jure feciſſe defenderent. Itaque Theſeum narrat Pauſanias, (51) cum Pallanta, ejuſque filios res novas adverſus ſe molientes interemiſſet, ibi eſſe abſolutum, cum ante Theſeum interfector exilii cauſſa ſolum verteret, aut talionis pœnam ſubiret. Demoſthenes (52) tamen ita de eo loquitur, ut poſt Oreſtis judicium, quo matrem ſe necaſſe confeſſus, jure tamen ſe ulciſcendi patris cauſſa occidiſſe contendit, hoc forum inſtitutum videatur innuere. Oreſtem autem cauſſam arbitror regnante Demophoonte dixiſſe; ſiquidem anno primo Demophoontis regis Ilium ab Agamemnone dicitur eſſe exciſum. (53)

Palladii (54) certe regnante Demophoonte fundamenta jacta omnes conſentiunt; at in exponenda tantæ rei origine prorſus diſcrepant. Narrat enim Arpocratio, Agamemnona, & Argivis cum Palladio ab Ilio Athenas appulſis, Demophoontem Palladium rapuiſſe, & pleroſque eorum, qui vim propulſabant, interfeciſſe, forumque in quo quinquaginta Athenienſes, & totidem Argivi (55) de cæde inconſulta & inſidiis judicarent, conſtituiſſe. Pau-

(45) Tertiam namque adfert tum Etymologici auctor. Ἄρειος πάγος, δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἀπὸ τοῦ ... [illegible] Areopagus, tribunal Athenis, ita dictum, quod Amazones, Martis filiæ, caſtra ibi metatæ fuerint; tum Euſtathius Commentario in Dionyſium Alexandrinum; tum demum dilucidius cæteris ac luculentius Æſchylus in Eumenidibus:

Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ', Ἀμαζόνων ἕδραν
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος.
Areopagum hunc, Amazonum ſedem,
Ac tentoria, cum veniſſent Theſei invidia,
Exercitum adducentes, urbemque recens conditam
Hanc, altis turribus inſignem, obſediſſent;
Martique ſacra feciſſent: hinc cognominata
Rupes, Areopagus.

(46) *Suidas* in Ἄρειος πάγος. [illegible]

(47) Vide num. 278. lib. 4.

(48) *Pauſanias* in *Atticis*. [illegible] *In Prytaneo, quod vocatur (Tribunal) ubi de ferro, aliiſque inanimatis item rebus, fit judicium, & principium equidem hoc fuiſſe arbitror. Erechtheo regnante Athenis, Bovem Sacerdos, is qui Buffonus appellatus, primum ad Jovis Poliei aram occidit; atque is quidem relicta illic ſecuri, è regione in exilium ſtatim ivit; ſecuris autem judicio eſt abſoluta: ac quotannis in hunc modum judicatur.*

(49) *Demoſt.* adverſus *Ariſtocratem*. ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, [illegible] *Si lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quidpiam delapſum percuſſerit, atque aliquis, à quo id conjectum ſit, ignoret, ipſe vero norit, & habet telum, quo cædes facta eſt, his de rebus in hoc loco (nimirum in Prytaneo) judicium dictatur.*

(50) *Pollux lib. 8. cap. 10. Sect. 119.* τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ (δικαστήριον) ἱδρύθη ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, λέγεται δὲ Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ, καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. *Quod in Delphinio (Tribunal) conſtitutum eſt ab Ægeo. Dedicatum autem eſt Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ.*

(51) In *Atticis*, ubi Athenienſium τὰ δικαστήρια enumerat.

(52) Adverſus *Ariſtocratem*. [illegible] *Cum igitur Oreſtem interfecta matre, idque haud negantem, Deos Judices nactum, cædis abſolutum eſſe reperiſſent: ſtatuiſſe cædem aliquam eſſe juſtam; nec enim Deos injuſte quidquam pronunciaturos.*

(53) Vide quæ dicenda ſunt, ubi de *Temporibus Athenienſium*.

(54) De Palladio præter Auctores à *Sigonio* citatos, quorum verba non refero, ne modum in hiſce notis excedam, videri etiam poſſunt *Pollux lib. 8. cap. 10. Sect. 118. Suidas* ἐπὶ Παλλαδίῳ. *Euſtathius* Comment. in *Odiſſ.* lib. 1. *Etymologici* auctor. *Demoſthenes* demum in *Orat.* adverſus *Ariſtocratem*.

(55) Eoſque Ephetas tum primum ait appellatos *Suidas* loco citato. [illegible] *Indignante autem Agamemnone, judicium (Demophoontem) ſubiiſſe quinquaginta Athenienſium, totidemque Argivorum, eoſque Ephetas appellatos, quod judicium ipſis ab utraque parte commiſſum eſſet.*

Pauſanias autem Demophoontem refert in hoc foro primum cauſſam dixiſſe, neminem ambigere; at cujus is criminis reus fuerit, non inter omnes convenire. „ Diomedem „ quidem, *inquit*, tradunt, cum in patriam „ reveheretur, per noctem viæ errore ad „ Phalerum appulſum eſſe, & Argivis, qui „ cum eo erant, in agrum, tanquam in ho- „ ſtilem, prædandi gratia excurrentibus, ut „ qui aliam eſſe, quàm Atticam terram, „ eam inter tenebras crederent, Demophoon- „ tem regem & ipſum neſcientem Argivo- „ rum eam claſſem eſſe, ad propulſandas po „ pulationes excitum; ubi cum aliquot inter- „ fectis Palladio erepto domum rediret, ab „ ejus equo Athenienſem hominem ſubver „ ſum interiiſſe. Ita Demophoontem alii ab „ ejus, qui interfectus fuerat, propinquis: „ alii vero ab Argivis reum factum prodi „ derunt. (56)

Quintum forum Phreattium eodem Demophoonte rege arbitror excitatum, reverſo à bello Trojano in Salaminem patriam Teucro. Hunc enim primum omnium in hoc foro cauſſam dixiſſe narrat Pauſanias, cum ſe apud Telamonem patrem nullam Ajacis fratris necis culpam ſuſtinere defenderet. Phreattium autem à Phreatto antiquo heroë quodam nomen duxiſſe, prodidit, teſte Arpocratione, in libris de legibus Theophraſtus. Meminerunt hujus fori Demoſthenes, & Pauſanias, atque ambo quidem eodem modo. Demoſthenis autem verba tantum, quia illuſtriſſima ſunt, huc ex oratione contra Ariſtocratem afferam. (57) „ In Phreattio, „ *inquit*, cauſſam dicere, lege jubetur, ſi „ quis ob cædem non cogitatam in exilium „ profectus, nondum iis, qui illum exege- „ tant, ei conciliatis, alterius voluntariæ „ cædis inſimuletur; neque enim quia ille „ huc venire non poteſt, eum neglexit, qui „ hæc ſingula deſcripſit; neque propterea, „ quod prius tale quid patrarit, ſimile cri- „ men ſatis in eo probatum cenſuit, ſed ra- „ tionem iniit, qua & pietati conſuleret, „ & illum nec defenſione, nec judicio ſpo- „ liaret; deduxit ergo judices eo, quo huic „ accedere licebat, demonſtrato regionis ma- „ ritimo quodam loco, qui in Phreattio no- „ minatur; deinde ille navi accedens, terrâ „ non contactâ verba facit; illi vero audiunt, „ & judicant in terra; quod ſi convincitur, „ pœnas luit cædi voluntariæ conſtitutas; „ ſin evadit, eo crimine liberatur, & exi- „ lium ob priorem cædem indictum ſuſtinet. Locum autem hunc ad Phalerum fuiſſe Pauſanias, reum ſine retinaculo, ac ſine anchora ex navi cauſſam dixiſſe, Pollux adjecit. (58) Hæc ſunt fora quinque, in quibus de rebus capitalibus, quas illi φονικὰς dixerunt, eſt diſceptatum; quatuor video mentionem feciſſe etiam Ariſtotelem in Politicis, cum de judiciis conſtituendis in civitate præciperet. „ Cauſſarum, *inquit*, capitalium genera „ ſunt, ſive inter eoſdem judices, ſive inter „ alios res agatur, & quæ de induſtria, & quæ „ inconſultò patrantur, & quæ conceduntur „ illa quidem, ſed jure facta defenduntur; & „ quarto loco quæcunque iis, qui de cæde „ exulant, in reditu objiciuntur; quale Athe- „ nis dicitur forum, quod ad Phreattum vo- „ catur. (59) Quem in locum interpretes omnes mirifica prope portenta quædam loquuntur.

Neque vero hæc ſola à regibus fora eſſe arbitror conſtituta; cujus enim juſtitiæ, aut prudentiæ foret, capitalibus cauſſis tam diligenter conſuluiſſe, reliquis vero, quæ prope infinitæ ſunt, & publicis, & privatis judicium nullum comparare? Itaque & Heliæam, & Trigonum, & Parabyſtum, & Merichum, quæ nomina judicialibus foris fuerunt, à regibus fuiſſe deſcripta omnia puto. Heliæam quidem maximum inter omnia fora fuiſſe teſtatur Pauſanias; Ulpianus autem ita dictum affirmat, aut quod eò maxima hominum multitudo convocaretur, aut quod à Sole locus illuſtraretur. (60) Trigonum (61) autem à loci forma; Parabyſtum (62) ab obſcuro, in quo

(56) Διομήδη γάρ φασιν [illegible] ... [illegible]

(57) Græca ſic habent: [illegible] ... ἐν Φρεαττοῖ. [illegible] ... [illegible]

(58) *Pollux lib. 8. cap. 10. Sect. 120.* τὸ ἐν Φρεαττοῖ. [illegible] ... [illegible]

(59) *Ariſt. Politic. 4. cap. ult.* [illegible] ... ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον. Porro portenta ejuſmodi, quæ paſſim occurrunt apud interpretes hujus loci, non vacat perſequi. Adeat Lector, ſi lubeat, locum indicatum.

(60) En ejus verba. In Oratione *Demoſt. contra Timocratem.* [illegible] ... *Sciendum autem eſt, Heliæam dici locum ipſum magni judicii, & conventum eorum, qui jus ibi dicebant. Dicta eſt autem Heliæa locus ab eo, quod ibi conveniret, & congregaretur multitudo judicum. Nam in verbo* ἀλίζεσθαι *α in η mutatum eſt, quod etiam alias ſæpe fit. Quidam ex eo dicunt appellari, quod ſub dio eſſet locus ille, & Sol immitteret radios.* Secunda conjectura magis arridet, quòd, cum ad ejuſmodi judicium multitudo maxima conveniret, neceſſe erat illud ſub dio peragi, inde nomen factum Tribunali ἡλιαία.

(61) De Trigono *Pauſanias in Atticis.*

(62) De Parabyſto *idem Pauſanias.* Vide quod infra de utriſque adnotabitur num. 87. lib. 3.

A qun ſitum eſſet. loco; Metychium (63) à Metycho architecto nomen adeptum, Pauſanias, Pollux, Arpocratio, & Heſychius memoriæ prodiderunt; quanquam ex eorum verbis non apparet, regia ne in Republica, an tantum in populari fuerint celebrata; à Solone certe, qui illam Rempublicam legibus poſtea temperavit, non videntur inducta.

Narrat porro Arpocratio, (64) Eratoſthenem ſcriptum reliquiſſe, Lyeum heroëmanta fora Athenienſium lupi imagine præditum conſtitutum fuiſſe, ad quem qui dona judicia corrumpebant, in decem diviſi convenerint, unde Lyci decas manarit: Ariſtotelem autem in Athenienſium Republica Anytum corrumpendorum judiciorum auctorem pro- B didiſſe.

Quod autem ad judicium, eorumque, qui judiciis præeſſent, rationem & veterem eorum judiciorum conſuetudinem pertinet, nihil ſane mihi legiſſe videor, niſi quod ſcribit Arpocratio, in Areopago Areopagitas, in Palladio Ephetas (65) judicaſſe: Ephetas autem centum Athenienſes, centumque Argivos illos fuiſſe, qui inconſultæ cædis cauſſis cognoſcendis præfecti ſunt. His autem judiciis omnibus aut regem, aut regis amicos præfuiſſe, eaſque quæſtiones, & lites cognoviſſe, facile mihi perſuaſerim: primum quia ex Ariſtotelis auctoritate ſupra ſtatuimus, re- C ges judicia exercuiſſe; deinde quia magiſtratus ii, qui in horum locum, ſemotis à Rep regibus, ſucceſſerunt, his maxime judiciorum muneribus occupati fuerunt. Regem enim capitales cauſſas in Areopagum introduxiſſe, eundemque de rebus inanimatis quæſtiones exercuiſſe, uno in loco notat Pollux, in alio vero ſuos ipſum amicos, qui Græce φιλοβασιλεῖς dicebantur, ei judicio præfeciſſe, eoſque delapſum telum inanimatum è finibus ejeciſſe; ex quo intelligi poteſt, aut regem hæc judicia exercuiſſe, aut, ſi regi non vacaret, amicos eis ſuos præpoſuiſſe.

CAP. IV.

De Magiſtratibus. Pauci ii fuerunt. Polemarchus, Quæſtor, Colacretæ, Naucrari, Phylarchi quinam? Sacra Minervæ unde originem trahant? Neptuni itidem: ut & Jovis, Cereris, Apollinis, Dionyſii. Sacra alia varia: Metœcia, ſive Synœcia, Apaturia, Thargelia, &c. His omnibus quales Sacerdotes præfecti?

JAm vero de magiſtratibus, quibus reges aliquid publici muneris tractandum permiſerint, multo obſcurior hiſtoria eſt. B Paucos tamen in regno fuiſſe magiſtratus libet ſuſpicari, vel quia res omnino tum parvæ fuerunt, vel quia penes regem omnia erant, iidemque per amicos fortaſſe ſuos pleraque procurabant. Polemarchum tamen, id eſt, belli præfectum, regibus affuiſſe, Pauſanias indicat, (66) cum ſcribit, Erechtheum regem Ione Xuthi filio in bello Eleuſinio Polemarcho uſum eſſe; nam de Quæſtoribus Pollux, & Veſparum interpres, teſtes ſatis idonei ſunt, qui antiquos publicarum ſacrarumque pecuniarum cuſtodes, Colacretas (67) dictos prodiderunt: itemque in Parallelis Plutarchus, qui Pyrandrum in Eleuſinio bello quæſtorem fuiſſe narrat. Reliqui vero fere C Naucrari extiterunt in ſingulis tribubus duodeni, in ſingulis curiis quaterni, qui præter cetera munera, tributa populis Atticis impoſita, eorumque impenſas ſuffragiis ſubjeciſſe feruntur; nam unamquamque Naucrariam equites duos, & navem unam præbuiſſe, auctor eſt Pollux: itemque Phylarchi quatuor, qui, teſte Herodoto, ſingulis tribubus ſinguli præfuerunt.

Jam vero religionem à regibus conſtitutam in primis, multa indicio ſunt, ſed maxime ſacrorum multitudo, quæ in ea civitate curata ſunt; quorum magna ex parte auctores, conditoreſque reges fuere. Inter ceteros autem deos Minervam antiqua religio- D ne, & cerimonia coluerunt: (68) quippe cui urbem, agrumque jam inde ab initio conſecra-

(63) De Meticho vero *Pollux lib. 8. cap. 10. Sect. 121.* Τὸ δὲ Μητίχου δικαστήριον μέγα, ὡς πλῆθος ἐν ἀρχιτέκτονος Μητίχου. ἐδίκαζον δὲ οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη ἐκ τῶν ἐπιτίμων καὶ μὴ ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. *Metichi vero Tribunal magnum, ita vocatum ab fabro Meticho. Judicabant autem egreſſi annos triginta ex honoratis, & non debentibus ærario.*

(64) *Harpocration* in Λυκόζων (non intelligo cur Auctor noſter cjuſmodi nomini adſpirationem non addat, cum ei ex etymo debeatur) Λύκος ἐστὶν Ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τὸ θηρίου μορφὴν ἔχων· πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες κατὰ δέκα γενόμενοι συνεστρέφοντο, ὅθεν ὄνομα Λύκου δεκάς. Addit præterea Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, Ἄνυτόν φησι καταδεῖξαι τὸ δεκάζειν τὰ δικαστήρια. *Ariſtoteles in libro de Republica Athenienſium ait primum Anytum judicum corruptionem inſtituiſſe.*

(65) *Heſychius* præterea: ἐπὶ Παλλαδίῳ. δικαστήριον, ἔνθα ἐδίκαζον οἱ Ἐφέται τοῖς ἀκουσίου φόνου δικαζομένοις. *Ad Palladium: forum, in quo Ephetæ jus dicebant de cædibus involuntariis accuſatis.* De *Ephetis* vide *Harpocrationem* n. 55 relatum.

(66) *Pauſ.* in *Achaicis* ſtatim ab initio. *Pollux* præterea *lib. 8. cap. 9. Sect. 91.* Scholiaſtes *Ariſtophanis* in *Veſpis*, aliique quam plures, quos fuſe & erudite refert *Meurſius Attic. lect. lib. 2. cap. 14.* Vide præterea quæ dicenda inferius *lib. 4. n. 46.*, & ſequentibus; quo in libro multa enucleatius explicantur, quæ tradit Sigonius in primo.

(67) En *Ariſtophanis*, ejuſque Scholiaſtis verba loco citato:

Σὺ δὲ χασμᾶ[illegible] τὸν Κωλακρέτην
At tu Colacretam inhias.

ἀντὶ τοῦ ἐκπλαγεῖς, πότε ἔλθῃ ὁ Κωλακρέτης, καὶ ἐνέγκῃ σοι τὸ τριώβολον. Κωλακρέτης δὲ καλεῖται, ὁ κατέχων τὰ χρήματα τῆς πόλεως, ὁ ταμίας τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. *Pro eo quod eſt, obſervas, quando adventat Colacreta, ac triobolum ſibi adferat. Colacreta enim vocatur, qui pecuniam publicam penes ſe habet, Quæſtor mercedis judicialis.*

(68) Feſtum antiquiſſimum memorat, quin tamen explicet *Proclus* in *Timæum* Comm. 1. ὅτι τὰ Παναθήναια [illegible] Ἀθηναῖοι [illegible] ἑορτὴν ποιοῦνται [illegible] ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς [illegible]. *Quin etiamnum pro victoria Minervæ apud Athenienſes celebrata ſunt: atque iſtud feſtum habent, cum Neptuno a Minerva ſuperato;* quod quidem conſtat jam inde à Cecropis tempore contigiſſe. De conſecratione *Apollod. lib. 3.* καὶ τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς ἱδρύσατο. *Ac, quod in arce eſt Minervæ ſignum dedicavit* (Erichthonius). *Hygin.* præterea *in Poët. Aſtr. Erichthonius, & quadrigas, ut ante diximus, & Minervæ ſacrificia, & Templum, in arce Athenienſium primus inſtituit.* Exploratiora ſunt, quæ tradit Sigonius, de Minervæ apud Athenienſes cultu, quàm, ut velint proluſius explicari.

craſſent, ac ſe, fortunaſque ſuas dicaſſent. Hinc Athenæa (69) facta Erichthonius intulit, eaque, ut quotannis ſolemnia permanerent, inſtituit; nam Panathenæa (70) quinto quoque anno agi, quæ Magna dicerentur, poſtea ſanxit Theſeus, quod Arpocratio, & Libanius, & Pauſanias in Arcadicis prodidit. Narrat etiam idem in Atticis, cum urbem, tum agrum Atticæ univerſum Minervæ ſacrum fuiſſe, & populos cum ſuos quemque deos privatim coluiſſe, tum Minervæ communiter rem divinam feciſſe, ſignumque ejus omnium ſanctiſſimum de communi omnium populorum conſilio dedicatum in arce, tum cum ea oppidi nomine appellaretur. Hinc etiam virgines emanarunt, quæ κανηφόροι dictæ ſunt, quòd in pompis ciſtas ad deam ferrent, in quibus eſſent, quæ ad ſacrificium pertinerent; quas dignitate præcellentes ab Erichthonio rege lectas ex Philochori ſententia prodit Arpocratio.

Eadem etiam ratione ſummos Neptuno honores habuerunt, factis ſcilicet Poſidoniis, & menſe Poſideone, (71) & communi ei cum Minerva ſacerdote dicatis. Narrat enim Apollodorus, (72) mortuo Pandione, Erechtheo regnum; ſacerdotium vero Minervæ, & Neptuni Buti fratri ejus eſſe delatum. Hic eſt autem Butes, à quo qui profecti ſunt, Butadæ, & Eteobutadæ fuerunt, ex quibus lectam eſſe ſacerdotem Arpocratio ſcribit, quæ ſacra Poliadis Minervæ obivit.

Jam vero Jovi quantum cultum tribuerint, declarant diverſa ejus nomina, quæ ſunt variis inditis cognominibus eleganter expreſſa. Siquidem Jovem venerati ſunt πολιέα (73) ſive πολιεὺς, [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible] & [illegible]; eique dies feſtos, Pandia, Diaſia, & Dipolia conſecrarunt. Quid de Cerere, & Proſerpina dicam? quas illi ſanctiſſima quadam religione videntur obſervaſſe, nimirum beneficii memores, quo à Cerere Proſerpinam filiam quærente affecti ſunt, cum ab ea ſerendi frumenti incognitam ante rationem didicerunt. Itaque Theſmophoria, quæ & Myſteria, & Initia dicta ſunt, ab Erechtheo rege, ut in Eleuſine fierent, (74) ſancta ſunt; quorum originem Arnobius libro adverſus gentes quinto diligenter eſt perſequutus; atque hæc quidem Magna dicta; Parva vero, quæ poſtea Theſeus, ut ſcribit Plutarchus, inſtituit, ut iis Herculem, tum forte hoſpitem ſuum, initiaret; ac parva quidem menſe Antheſterione, magna vero Boëdromione (75) confecta ex eiſdem Demetrio, & Phocione didicimus. Hinc in myſteriis peragendis Eumolpidæ, Hierophantæ, Daduchi, Ceryces, Myſtæ, & Epoptæ nobilitati. Eumolpidæ autem ſacerdotes fuerunt, ab Eumolpo, qui Cereris initia in Eleuſine primus fecit, genus ducentes, eorumque ſactorum cuſtodes, de quibus interpres Oedipi Colonei in hunc fere modum: (76) „ Quæritur, cur Eumolpidæ initiis præſint, cum „ ſint peregrini; reſpondetur, placere Iſtro, „ Eumolpum Triptolemi ex Deiope filia ne„ potem, non Thracem, Eleuſina myſteria „ inſtituiſſe; Aceſidorum vero cenſere, quin„ tum à primo Eumolpo fuiſſe, qui initia „ demonſtrarit; ex Eumolpo enim Cerycem „ natum, ex quo Eumolpum, ex quo Anti„ phemum, ex quo Muſæum poëtam, ex quo „ Eumolpum, qui myſteria docuit, quæ „ quotannis Cereri, & Proſerpinæ fiunt. „ Ceryces autem, qui ejus ſacri miniſtri „ fuerunt, à Ceryce natu minimo Eumolpi „ filio originem duxerunt. Alii tamen Cerycem non Eumolpo, ſed Aglauro Cecropis filia, & Mercurio natum, ut in Atticis exponit Pauſanias, prodidere.

Quin etiam magnum honorem Apollini, (77) & Dianæ adhibuerunt; argumento eſt, quod

(69) De hiſce fuſius ubi de Athenienſium temporibus; vel ſi placeat adi *Meurſii de Panathenæis librum ſingularem*, ſive *Græciam Feriatam*.

(70) Panathenæa ab Erichthonio inſtituta narrat *Hyginus in Poët. Aſtronomic. Alii Erechtheum dixerunt primo tempore adoleſcentiæ ludos Minervæ Panathenæa inſtituiſſe*: idem habet *Apollod.* loc. citato: [illegible]. *Et Panathenæorum feſtum inſtituit*. Etſi obſtet *Pherecidis* auctoritas in Fragmento *lib. 1. Hiſtoriarum*, affirmantis, initium non habuiſſe ante Archontem Hippoclidem. Vide præter libros numero præcedenti indicatos etiam *Theſeum* ejuſdem *Meurſii*: neque enim eſt hujus loci religioſius hæc perſcrutari. περὶ δὲ τῶν κανηφόρων aliquid dicendum lib. 4. num. 387.

(71) Scilicet *Decembri*.

(72) *Apollod.* [illegible] *Poſtquam Pandion fatis conceſſit, filii hæreditatem Patris inter ſe partiuntur, atque Regnum Erechtheus accepit: Minervæ vero, & Erichthonii Sacerdotium, Butes*. De his videnda quæ *lib. 4. num. 275.* tradentur.

(73) [illegible] præterea, [illegible]: vide *num. 77.* ex *Pauſania*, ex *Heſychio*, ac *Polluce*, aliiſque. Obiter nota apud *Pollucem* legi [illegible], non [illegible], ut habet A. N.

(74) *Meurſius lib. 4. Atticarum lectionum cap. 21*, ubi luculentiſſime agit de *Theſmophoriis*, cenſet, nec abs re, hæc ab *Eleuſiniis* fuiſſe multò diverſa, ipſum vide.

(75) *Novembri* ſcilicet, & *Auguſto*.

(76) Adſcribam integrum *Interpretis Sophoclei* textum: [illegible]

(77) Dicebatur enim πατρῷος, ut inquit paulo poſt *Sigonius*; Scholiaſtes *Ariſtop.* ad *Nubes*. [illegible]. *Colitur apud Athenienſes Jupiter Patrius, & Apollo, quia primi Deum utrumque exceperant in eam regionem, & ſacrificia perfecerunt ſecundum Tribus, & Populos, & cognationes ſoli Græcorum*. Dianam ab Athenienſibus cultam teſtatur *Pollux lib. 8 cap. 10.* [illegible]. *Quod in Delphinio* (Tribunal) *conſtitutum quidem ab Ægeo, dedicatum verò fertur Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ*. Aliud item Dianæ [illegible], venatricis Templum trans Iliſſum, ex *Pauſan.* in *Atticis*; eique votum ab Athenienſibus nuncupatum Bello Perſico docet præter *Agathiam lib. 2.*, etiam *Xenophon* de *Cyri expeditione lib. 3.*, *Herodotus lib 6.*, eoque alluſit *Ariſtophanes* in *Equitibus*; ejuſque *Scholiaſtes*.

quod communiter Apollinem patrium, ex Ionis Xuthi filii inſtituto, coluere, qui Erechtheo regi, ut diximus, opem in bello Eleuſinio tulit, eaque de cauſſa ut ſcribit Arpocratio, ſacra Boedromia inſtituere, & quod, eodem teſte, Metagitnia (78) Apollini dedicarunt, à vicinitate populorum inter ſe contracta; quod in libro de exilio oſtendit Plutarchus, inquiens: (79) „ An vero peregrini, „ & expertes civitatis ſunt Athenienſes illi, „ qui ex Melita in Diomidem commigrarunt, „ ubi etiam menſem Metagitnionem, & ſa„ cra commigrationis Metagitnia peragunt, „ mutuam cum alteris vicinitatem hilari, & „ læto animo excipientes.

Nam de Dionyſio neminem puto expectare dum dicam, (80) cui Dionyſia bina dicata, ſatis conſtat; in Demoſthenis enim Mediana, & Æſchinis Timarchiana ſcriptum eſt, Dionyſia in urbe, & in agris confecta. Quem morem declarare Acharnenſium videtur interpres, cum ſcribit, ludos Dionyſio bis in anno actos; primum vere in urbe, cum tributa à ſociis pendebantur; iterum in agris in Leno, cum peregrini propter hiemis difficultatem intereſſe non poterant; cujus rei mentio in Stephani quoque commentario de urbibus reperitur. Quin etiam ille idem eodem in loco ex Apollodori ſententia prodit, Antheſteria communi nomine feſtos dies, qui Dionyſio agerentur, vocari, partes vero (81) Pitœgiam, Choas, & Chytram. Choas autem octavo Pyanepſionis, aut, ut aliis placet, decimo Antheſterionis concelebrari. Non eſt conſilium, hoc loco ſacra omnia Athenienſium perſequi, ſed tamen Metœcia, ſive Synœcia tacitus præterire non poſſum, quæ ſcribit cum Plutarcho Thucydides (82) in honorem deæ inſtituta à Theſeo, tum cum Atticos ex agris in urbem compulit, & eos in unam quaſi domum convocavit: neque Apaturia (83) quæ Melanthus, qui poſtea Rex fuit, victo per fraudem ſingulari certamine hoſte Xantho, ſuſcepit; quorum quatuor dies fuerunt; primus δόρπεια, in quo curiales inter ſe convenientes epulabantur; ſecundus ἀνάῤῥυσις, in quo Jovi Curiali, & Minervæ rem divinam faciebant; tertius κουρεῶτις, quo pueros, & puellas inter curiales referebant; addunt etiam quartum quidam, ut inquit Suidas. ἐπίβδα. Jam vera ſummæ etiam antiquitatis ſacra fuerunt Thargelia, Plynteria, Hepheſtia, Promethea, & Chalcea, quæ vetere inſtituto, & more majorum Athenis ſunt obſervata. His autem ſacris operam dediſſe reges, & reginas, ad ea, quæ ſupra ex Ariſtotele attulimus, Demoſthenis etiam non obſcura accedit auctoritas, qui in actione contra Neæram ita loquitur: (84) „ Quondam erat dynaſtia in civitate, & re„ gnum erat eorum, qui in omni ætate ex„ cellerent, quia indigenæ eſſent. Sacrificia „ vero omnia Rex faciebat, & quæ arcana „ erant, uxor ejus curabat, cum eſſet regi„ na; poſtea quam vero Theſeus eos in unum „ compulit, regem nihilominus populus „ creabat; uxorem autem ejus civem lege „ ſtatuit eſſe, & quæ nulli antea viro nupſiſ„ ſet, ut arcana ſacra pro civitate more pa„ trio faceret. Neque vero ſolum reges, ſed etiam amici regis operati ſacris ſunt, in Regia porticu conſidentes prope Bucoleum, ut notat Pollux. Multos autem Sacerdotes propterea à regibus inſtitutos, cum conjectura probabile eſt, tum quibuſdam etiam veſtigiis indicatur. Ariſtides enim in Panathenaica refert, Erechtheum, cum in bello Eleuſinio filiam devoviſſet, referendæ gratiæ cauſſa ab Athenienſibus deorum, qui in arce eſſent, aſſeſſorem eſſe creatum. Erechtheo verò ipſi poſt mortem conſecrato Sacerdotem deſtinatum Cicero innuit in tertio de natura deorum: „ Sed ſi ſunt hi dii, *inquit*, certe eſt „ Erechtheus, cujus Athenis & delubrum „ vidimus, & Sacerdotem. Præterea Leonis civis Athenienſis filiabus, quæ civitate peſtilentia oppreſſa devotæ pro ſalute publica erant, ſacra, templumque nomine Leocorium inſtitutum eſſe, ibidem Ariſtides demonſtravit; poſtremò multa Theſeo, multa Herculi fana dicata, in Plutarchi, & Pauſaniæ (85) monumentis animadvertimus; ex quibus intelligi poteſt, in tot deorum, heroumque tantis honoribus magna etiam Sacerdotum multitudine religioſæ præſertim, & præter ceteras cultui divino deditæ civitati opus fuiſſe.

CAP.

(78) [illegible] Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσι.

(79) *Plut.* [illegible]

(80) Non video cur *Sigonio* ſuccenſeat *Gronovius* in Præf. *Vol.* 5. *Theſauri Græcarum Antiquitatum*, quod *Dionyſium*, inquit ipſe, *pro Baccho venditet, atque dicat ludos factos in Lena*. *Lenæ* quidem obrepſerit librarii vitio pro *Lenæo*; nihil miror. Cæterum Sigoniana ſententia habet adſtipulatores, quos citat *Demoſthenem*, *Æſchinem*, *Stephanum* cujus verba adſcribo: Λήναιος, ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τῆς ληνοῦ. *Lenæus, certamen Bacchi in agris ab torculari*. *Heſychium*. ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών. [illegible] Διονύσου ἱερόν. *Inter Lenæum certamen. Eſt in urbe Lenæum, ſeptum habens magnum, & in eo Lenæi Bacchi fanum*; alioſque quamplurimos, quos minime opus recenſere. Vide præterea *Natalis Comitis* Mythologiam *lib.* 5 *cap* 13.

(81) *Acharn. Interpret.* [illegible] μέρος δὲ, Πιθοιγίαν, Χόας, Χύτρας. *Dicit vero Apollodorus Antheſteria vocari communiter univerſum feſtum Baccho celebratum; per partes vero Pitœgiam, Choas, Chytras. Hinc Novembri factum nomen.*

(82) *Plutarchus* in *Theſeo*, *Thucydides lib.* 2.

(83) Ac ſi diceris *deceptoria*. Vide *Meurſium de Regibus Athen. lib.* 4. *cap* 10., ejuſdemque *Græciam Feriatam* fuſe omnia, quæ hic curſim à *Sigonio* indigitantur, pertractantem.

(84) Τὸ γὰρ ἀρχαῖον δυναστεία ἐν τῇ πόλει ἦν, [illegible] *Ariſtotelem* dedimus ſupra num. 11. De aliis, quæ memorat, Sacris, vide iterum *Meurſii Græciam Feriatam*.

(85) Adde etiam *Ciceronis lib.* 3. *de Nat. Deorum*.

CAP. V.

De Populari Republica Athenienſium. Democratiæ tempora. Eadem quotuplex, & à quibus inſtituta? Theſei Reſpublica: ut & illa Draconis. Archontes quinam, & quot fuerint? Ipſis commiſſa Reſpublica. Eorum jura. Solonis Reſpublica præ cæteris celebrata. Cliſthenis, Ariſtidis ac Periclis Reſpublica. Qui deinceps adminiſtrata? Civis duplex ſtatuitur.

EXpreſſa, vel potius, quoquo modo in tanta temporum prope caligine potuit, adumbrata Athenienſium regni forma, ſequitur, ut popularis Reipublicæ ſtatum literis, quo ad conſequi poſſumus, perſequamur; complectemur autem totum tempus illud, quod eſt à tertio XXIV. olympiadis anno uſque ad ſecundum centeſimæ decimæ octavæ, quod eſt ſpatium annorum trecentorum viginti quinque; illo enim demum anno, Archontibus decennalibus abrogatis, fundamenta primum popularis Reipublicæ ſunt inſtituta; (86) hoc vero paucorum, qui nuper invaſerat, dominatu everſo, ſunt reſtituta; (87) qua hiſtoria nihil eſſe judico aut ad dignitatem magnificentius, aut ad utilitatem fructuoſius, aut ad lectionis voluptatem certe jucundius; ſiquidem hoc temporum intervallo extiterunt, quæcunque Athenienſes unquam memoratu digna aut cum Barbaris, aut cum Græcis bella geſſere, omnes inſignes ſeditiones, omnes illuſtres populi motus hoc tempore emerſerunt; qui aut bellica laude, aut ſenatoria, aut doctrinæ, aut eloquentiæ gloria Athenis unquam floruere; quos innumerabiles fuiſſe accepimus, omnes hoc ſeculo viguerunt; (88) poſt olympiadem autem CXVIII. ſatis Athenienſes habuere, ſi recuperatam beneficio Demetrii, Antigoni Macedonum regis filii, antiquam libertatis, & Reipublicæ poſſeſſionem retinere inter tot potentiſſimorum regum, & florentiſſimorum populorum arma potuerunt. Etenim poſt mortem Alexandri Magni adeo multi, magnique in Aſia, & in Europa reges ſunt exorti, & Romanorum vires in Italia increverunt, ut Romani cum Græcis populis, regibuſque facile armis jam contendere, reges autem Græcorum populorum opes, ſi bello de principatu decernendum eſſet, nullo etiam negotio evertere, ac labefactare poſſent.

Hanc autem Rempublicam cum complector animo, duplicem fuiſſe invenio; unam, quæ in di[illegible] civium imperio fuit; alteram, quæ in omnium liberorum. Prior à Theſeo rege inſtituta, poſt à Dracone, & à Solone legibus, & magiſtratibus eſt inſtructa; poſteriorem Cliſthenes, Ariſtides, & Pericles, aliique, qui popularem gratiam aucupati ſunt, induxerunt. Hæc autem per quadringentos primum, (89) deinde per triginta tyrannos, (90) poſt per Caſſandrum Antipatri Macedoniæ regis filium labefactata (91) rurſus per Theramenem, Thraſybulum, & Demetrium Antigoni filium reſtituta eſt. Draco autem primus popularem Rempublicam jam tum à Theſeo deſcriptam legibus, ut ſignificat etiam in Politicis Ariſtoteles, temperavit. Quæ cum haud ita multo poſt civili ſeditione, atque partium diſcordia ad paucorum dominatum recidiſſet, melioribus à Solone legibus, & magiſtratibus eſt aſtricta. At vero cum paucis poſt annis Solonis Rempublicam tyrannide in civitatem illata, Piſiſtratidæ deleviſſent, Cliſthenes Alcmæonis filius, vir & civis egregius, exactis tyrannis, eam non ſolum, ut inquit Herodotus, reſtituit, ſed etiam, ut cenſuit Ariſtoteles, auxit. Sequutæ inde res ſunt Medicæ, quo tempore virtus Athenienſium maxime in propugnanda libertate Græciæ adverſus incitatos Darii Xerxiſque armorum impetus admirationi omnibus fuit; tum vero Ariſtides, qui plurimum ex iis bellis auctoritatis erat adeptus, & poſt eum vir manu, & lingua promptus, Pericles popularem hunc Reipublicæ ſtatum amplificarunt, cum omnia plebi, & imperitæ multitudini tradiderunt, quibus Solonis legibus ei fuerat interdictum. Quoad clade omnium maxima in Sicilia accepta, cum exercitum, duceſque omnes, & præclarum in primis civem, & imperatorem Niciam miſere amiſiſſent, ſtatum Reipublicæ quadringentis viris commiſerunt, atque ex populari paucorum dominatum reddiderunt. Quibus paulo poſt, cum ſe impotenter, ſuperbe, & crudeliter in civitatem gererent, duce Theramene, viro fortiſſimo, à Reipublicæ dominatione remotis, & abrogatis, vetus popularis Reſpublica eſt revocata. Quam cum per ſeptem annos tenuiſſent, rurſus amiſerunt, cum obſeſſi à Lyſandro Lacedæmonio, fameque afflicti, populari ſtatu cedere, & Rempublicam triginta viris permittere juſſi ſunt. Qui eâdem, qua quadringenti ante, viâ ingreſſi eundem exitum ductu Thraſybuli exulis Athenienſis, à quo recepta Republica & reducto à Phyla in urbem populo, armis exacti ſunt, facile invenere. Poſtremo autem cum bello Lamiaco Antipatrum Macedoniæ regem jam Alexandro mortuo laceſſiſſent, neque poſtea imperium ejus in ſe, & diuturnam ſuſtinere obſidionem poſſent, ei ita ſe tradiderunt, ut populari Republica dimiſſa, paucorum divitum dominatum acciperent; quem cum per annos decem & ſeptem, Demetrio Phalereo cive ſuo, quem Caſſander impoſuerat, omnia pro arbitrio gerente, pertuliſſent, tandem à Demetrio Antigoni filio, atque adeo ab ipſo Antigono liberati, antiqua inſtituta, juraque omnia beneficio

(86) Cum ſcilicet Archontibus decennalibus abrogatis rerum ſumma novem iiſdemque annuis Magiſtratibus commiſſa eſt, Regi nimirum, Archonti Polemarcho, Theſmothetis ſex. Archon dictus *[illegible]*, quod annus ab ipſo nomen haberet. Cæterum hærere puto mendum in numeris Sigonianis; Temporis enim ſpatium quod inter Olympiadis XXIV. annum tertium, & Olympiadis CXVIII annum ſecundum intercipitur, ſi recte ſupputetur, annos continet circiter tercentum ſeptuaginta quinque.

(87) Paulo per Demetrium Antigoni F. cognomento *Poliorceten*, Caſſandro, qui rerum ſumma, imperioque Athenis potiebatur.

(88) Res per ſe conſtat cuicunque vel leviter Hiſtoriam græcam attigerit; ac clarior fiet, cum de *Temporibus Athenienſium* agendum erit.

(89) *Olympiadis* 92. *anno* 5.

(90) *Olympiadis* 94. *anno* 1. Triginta Tyrannorum nomina ſi habebis apud Auctorem noſtrum in libro de *Athenienſium Temporibus*.

(91) *Olymp* 115. *anno* 3. In iis, quæ ſequuntur, rationem temporum minime perſequar, ne ea, quæ olim dicenda ſunt, inopportune præripiam.

A ficio illorum ſingulari recuperarunt, in iiſque poſt per multa ſecula permanſerunt.

Nos autem popularem utranque Rempublicam deſcripturi, ordiamur primum à priore. Hæc Theſei Reſpublica dici poteſt, quia ad exemplum ejus, quam quondam deſcripſerat Theſeus, eſt inſtituta; quin etiam Reſpublica poteſt Draconia vocari, quòd ei Draco primus leges dederit. Neque vero quorum conſilio, & qua occaſione vetere abrogato Archontum imperio popularis potiſſimum Reſpublica placuerit, in veterum commentariis ullis reperio. Illud tantum invenio ſcriptum apud Iſocratem oratorem in Panathenaica, Theſeum civitatem populo admini- B ſtrandam permiſiſſe, Athenienſes vero ſumme laudandos eſſe, qui inſtitutam à Theſeo Rempublicam receperunt, quòd cum rerum publicarum ignari, & rudes eſſent, non erravint in ea deligenda, quæ omnium confeſſione non ſolum communiſſima, & juſtiſſima, ſed etiam utiliſſima, ac jucundiſſima eſſet; inſtituiſſe enim popularem Reipublicæ ſtatum; non eum, qui præcipiti animi impetu gubernatur, & qui libertatem in intemperantia, beatitudinem in quidlibet faciendi licentia poneret; ſed qui hæc ejuſmodi omnia improbaret. Ego autem ſic exiſtimo, populum Athenienſem Codridarum, ſive Medontidarum diuturni imperii tandem eſſe pertæ- C ſum, quippe qui nimia, ut ſupra dixi, libidine, luxuriaque diffluerent, ac Theſei, & diſciplinæ ab eo quondam traditæ recordatum, ut eſt ſuavis libertatis ſenſus, & rerum novarum dulcis aſpectus, ad eam Rempublicam, quæ de libertate una cogitat, animum popularem animo inclinaſſe. Hanc tamen non ſtatim illi legibus fundarunt, credo, quòd nemo tum ita ſapientia excellere in civitate putaretur, ut leges tum paucis cognitas, inſtitutæ Reipublicæ conſentaneas poſſet excogitare; anno vero poſtquam populus præeſſe Reipublicæ cœpit, ſexageſimo quarto, trigeſimæ nonæ olympiadis anno quarto, ut Euſebius, & Clemens memoriæ prodide- D runt, Draconi Reſpublica legibus conſtringenda commiſſa eſt. Hunc narrat Gellius (92) civem fuiſſe Athenienſem, virum probum, & multa prudentia præditum, juriſque divini, & humani peritum, primùmque omnium leges ſcripſiſſe, quibus Athenienſes uterentur: verum, ut inquit Plutarchus, uſque adeo graves, & acerbas, ut noxis omnibus pœnam capitalem adſcripſerit; quippe qui in eos, quod ignavos fuiſſe, atque olera, pomave ſurripuiſſe comperiſſet, æque atque in ſacrilegos, & homicidas animadverti voluerit. Unde illuſtris vox illa Demadis dimanavit, Draconis leges ſanguine fuiſſe, non atramento deſcriptas. Cujus rei cum E cauſſam ab eo quidam quæſiſſet, reſpondiſſe fertur, parvas quidem ſe culpas ea pœna di-

gnas exiſtimaſſe, magnis vero quam majorem conſtitueret, nullam habuiſſe. Uſi ſunt autem iis per annos XXVII., uſque ad olympiadis quadrageſimæ ſextæ annum tertium; quo anno Solo Rempublicam inteſtinis afflictam diſcordiis, novis legibus, & inſtitutis erexit. Popularis autem Reſpublica ea primum placuit, ut populo quidem univerſo concio, & judicia, at magiſtratus, & ſacerdotia ſolis patriciis paterent. Hoc autem Theſei inſtitutum fuerat; de quo Plutarchus: (93) *Cum civitatem*, inquit, *magis augere vellet, omnes ad æqualem Reipublicæ partem vocavit; unde illud, ut narrant, emanavit, quod edictum eſſe Theſei exiſtimatur: Huc adeſte omnis populus; neque tamen democratiam inordinatam, & confuſam propter indiſcretam multitudinem in civitatem influentem eſt paſſus, ſed primus populum in patricios, & ruſticos, & opifices diſtinxit; itque patricios res divinas cognoſcere, & magiſtratus gerere, & leges, ac ſacra interpretari voluit; æquavit autem eos cum aliis civibus, cum dignitate patricii, uſu ruſtici, multitudine opifices anteirent*. Hæc Plutarchus fere. Hoc autem poſt à Dracone quoque in inſtituendis legibus eſſe retentum docet idem, cum ait, Solonem pauperes jure magiſtratuum ſpoliaſſe, idque ut ante fuerat, divitibus, & patriciis reliquiſſe. Illud autem maxime populare viſum eſt, quod pro uno Reipublicæ Præfecto, quem in decennium archontem creabant, novem inſtituerunt, qui tantum magiſtratum in annum gererent. Significat autem hoc non obſcure Euſebius, cum inquit, expleto archontis Erycis decennio Athenienſes Rempublicam novem principibus mandaſſe ex cuncta civitatis nobilitate ſelectis; & Vellejus, cum ſcribit, conſuetudinem archontum in decem annos creandorum in annos LXX. manſiſſe, ac deinde annuis commiſſam magiſtratibus Rempublicam eſſe; ex iis, qui denis annis præfuerunt, primum fuiſſe Charopem, ultimum Erycem; ex annuis primum Creontem. Neque vero dubitandum videtur, quin novem principes fuerint, qui Græce novem archontes dicuntur, nempe, Rex, Archon, Polemarchus & Theſmothetæ ſex; quibus jus omne, quod primum regum, deinde archontum fuerat, ita eſt diviſum, ut in eorum manu, & poteſtate tota eſſet Reſpublica. Cur autem his ſignati nominibus ſint, nemo tradidit. Mihi vero in eorum poteſtatem, & nomen attentius intuenti, illud ſequuti Athenienſes videntur, ut quoniam regum, & archontum imperio diu obtemperarant, ne illa omnino vocabula jam prope populo ſancta obliterarent, aliquem etiam regem, & archontem, ſed minore multo, eaque breviore cum poteſtate in populari Republica eſſe voluerint, & quia reges in bello Polemarchum adhibuerant, hunc quoque militiæ retinuerint; ne vero civitatis legibus

(92) *Lib. 11. cap. 18. Draco Athenienſis vir bonus, multáque eſſe prudentia exiſtimatus eſt; juriſque divini, & humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienſes uterentur, primus omnium tulit. In illis legibus furem cujuſmodicunque furti, ſupplicio capitis puniendum eſſe, & alia pleraque, nimis ſevere cenſuit ſtatuitque. Ejus igitur leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto juſſoque, ſed tacito illiteratoque Athenienſium conſenſu oblterata ſunt; poſtea legibus aliis mitioribus à Solone compoſitis uſi ſunt.*

(93) *In Solone*: Ἔτι δὲ μᾶλλον αὐξῆσαι τὴν πόλιν βουλόμενος ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις, καὶ τὸ δεῦρ' ἴτε πάντες λεῴ, κήρυγμα Θησέως γενέσθαι φασὶ, πανδημίαν τινὰ καθιστάντος· οὐ μὴν ἄτακτον οὐδὲ μεμιγμένην περιεῖδεν ὑπὸ πλήθους ἐπιχυθέντος ἀκρίτου γενομένην τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς Εὐπατρίδας, καὶ Γεωμόρους, καὶ Δημιουργούς, Εὐπατρίδαις δὲ γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων, καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς· τοῖς ἄλλοις δὲ πολίταις ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν Εὐπατριδῶν, χρείᾳ δὲ Γεωμόρων, πλήθει δὲ Δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων.

A gibus carentis adminiſtratio in unios, ot an-ni, voluntate conſiſteret, ſex theſmothetas, quaſi juris totius cuſtodes, crearint. Le communi autem novem archontum ante Solonis legislationem imperio admonet nos libro primo Thucydides, cum in Cylonia ſeditione exponenda, quæ ante, quam Solo leges daret, eſt excitata, inquit, arce à Cylone occupata ſtatim ex agris omnes accurriſſe, & Cylonem obſidione cinxiſſe; quæ cum in longum duceretur, Athenienſes feſſos pleroſque receſſiſſe, cuſtodia novem archontibus commiſſa, & poteſtate ſumma rei, ut eis optime videretur, gerendæ conceſſa, tum enim pleraſque res civiles novem archontes adminiſtraſſe. B Confirmat idem Plutarchus in Solone, qui ait, Megaclem archontem, & collegas Cylonios ſocios ex arce degreſſos contra datam fidem ad aras deorum obtruncaſſe. Hos autem eoſdem prytanes naucrarorum vocavit Herodotus, cum de eadem re loquens ſcripſit, Cylonios ſocios ab aris deorum à prytanibus naucrarorum, qui tunc Athenas gubernabant, eſſe abſtractus; erant autem naucrari magiſtratus in ſingulis, ut ſupra dixi, tribubus duodeni, qui, ut ante regibus, ſic poſtea novem archontibus videntur fuiſſe ſubjecti. Quin etiam, quæ ſcribit Suidas, huc referenda ſunt; ſcribit autem, novem archontibus una judicare ante Solonis legislatorem non licuiſſe, ſed regem ſediſſe ad C Bucolium, qui locus erat prope Prytaneum, archontem ad Eponymos, theſmothetas ac Theſmotheſium, juſque tum abſoluti judicii habuiſſe. Quibus ex rebus intelligi poteſt, multo majore, antequam Solo ad Rempublicam legibus vinciendam accederet, novem archontes fuiſſe in Republica auctoritate, quam poſtquam ille eam legibus temperavit. Quæret quiſpiam, qua re potiſſimum? non poſſum de ſingulis ejus partibus in tanto ſcriptorum ſilentio affirmare; ſed eos tamen populi concioni, judiciis, ſactis, reique bellicæ præfuiſſe, facile ducor ad opinandum, cum eos in regum, archontumve, penes quos hæc omnia jura erant, locum ſuc- D ceſſiſſe confideto. Quemadmodum tamen illi aut concionem habuerint, aut cum populo egerint, haud ſane extat; eademque ratione quæ quiſque eorum judicia hoc tempore exercuerit, nemo narrat; illud tantum eſt apud Pollucem, cum Rex quæſtionem de iis exerceret, qui inviti cædem feciſſent, Draconem à rege ad Ephetas provocationem inſtituiſſe. Quin etiam verba tabulæ tertiæ decimæ legum Solonis ſatis declarant, reges ante Solonem judiciis aliquot præfuiſſe, quæ ſunt apud Plutarchum: „ Quicunque infamia „ notati erant, antequam Solo magiſtratum „ iniret, ea eximantur, præter eos, qui ab E „ Areopago, aut à Prytaneo condemnati à „ regibus ob cædem, aut ob vulnera, aut „ ob tyrannidem in exilium pulſi erant, tum „ cum hæc lex ferebatur. Archonti vero cum aliarum rerum cognitionem permiſſam eſſe, ſuſpicari licet, tum certe honos ille habitus eſt, ut ab eo tempora, atque anni nominarentur; quemadmodum ante receptam etiam libertatem obſervabatur, unde ille Eponymos dictus eſt. Nam Polemarchum ad belli procurationem ex regia Republica eſſe retentum, non eſt dubium. Theſmothetæ vero, ſi nominis rationem ſpectemus, inducti primom videntur, quod in civitate, quæ more potius majorum, aut regum arbitrio, quam ſcriptis legibus regeretur, opus eſſe annuis legislaturibus putarint; ſatis enim inter veteres ſcriptores conſtat, Theſmothetas inde appellatos, quod inſtitutorum curam haberent, quæ Græce θεσμοὶ dicuntur. Quare, ut ad id redeam, quod tractare ab initio cœpi, univerſam, quæ in archontum poteſtate fuerat, Rempublicam recuperata ex omni parte libertate, novem bis archontibus dico eſſe commiſſam. Magiſtratus autem hos populi ſuffragiis ante Solonis legislationem creatos, documento ſunt primum Euſebii verba, qui ſcribit, novem hos principes ex cuncta nobilitate fuiſſe delectos; & Plutarchus, qui Solonem archontem, & pacificatorem, & legiſlatorem declaratum à civibus ait, deinde Solonis lex, qua cum cavit, ut ſorte eligerentur, aperte aliter ante ſe obſervatum fuiſſe oſtendit. Atque hæc quidem, quæ de Draconis Republica ſcriberem, vix inveni; eſt enim horum temporum memoria tantis vetuſtatis tenebris involuta, ut neque per quos hæc Reſpublica inſtituta, nec quibus magiſtratibus, nec quo illorum jure munita ſit, ſcire poſſis; nam Herodotus, qui hæc tempora attigit, alia omnia, quam civilia jura, deſcripſit, & Draconis leges omnes, præter paucas, quæ de cæde latæ erant, Solo poſtea ſuſtulit. Quoniam vero populus Athenienſis prima ſua quaſi vitæ incunabula, ac Reipublicæ initia Soloni accepta referre ita ſolitus eſt, ut veteribus prope omnibus inſtitutis obliteratis, unius Solonis Rempublicam, & in quotidianis ſermonibus celebrarit, & in concionibus ad populum uſurparit, ne nos quidem ſuperiora tempora nimia temporum obſcuritate obducta, magni admodum faciamus, ſed Athenienſium democratiam à Solone potiſſimum deſcriptam conſideremus, atque inde quaſi à novo orſi principio, ſingulas ejus partes inveſtigemus.

Annus agebatur urbis à Cecrope conditæ nongenteſimus quinquageſimus tertius, qui in annum primum incidit olympiadis quadrageſimæ ſextæ, cum Athenas peſtilentiæ morbo jamdudum propter Cylonios ad aras deorum obtruncatos oppreſſas Epimenides Cres, vir ſapientiſſimus, ſolemni facto ſacrificio liberavit, populumque Cylonia primum ſeditione, poſt morbo graviſſimo jactatum ad ſpem melioris vitæ revocavit, ut Diogenes, & Plutarchus literarum monumentis, uterque in Solone mandavit. (94) Quo Athenis profecto alia rurſus civitatem peſtis invaſit, acerba nempe ſeditio, quam civium impar conditio excitavit, cum alii divitiis parum neceſſariis abundarent, alii victus etiam quotidiani inopia laborarent; cui malo occurri vix videbatur poſſe, niſi tyranno Reſpublica mandaretur; nam plebs univerſa magno ære alieno contracto ſe divitibus obſtrinxerat; quippe cum aut agros ita colerent, ut ſextam fructuum partem eis penderent, qui inde he-

(94) Si quis velit, quæ hic habet Auctor noſter, ad exactam rationem temporis revocare, *Meurſium* adeat in *Solone cap.* 9. de *Epimenidis* adventu, apud Solonem hoſpitio, de urbis luſtratione eruditiſſima diſſertationem, ac deinceps cætera, quæ ſequuntur, quæque huc uſque tradita ſunt in hoc capite explicantem.

hectemorii, theteſque, id eſt, mercenarii, **A** dicebantur, aut ære alieno ſuper corpus obruti nexos ſe fœneratoribus præberent: atque alii alibi venum irent; multi etiam filios ſuos vendere, nulla præſertim lege vetante, atque propter fœneratorum acerbitatem urbem deſerere cogerentur; maxima vero pars, quæ opibus præpollebat, inter ſe conjurarant, ne rem pro nihilo haberent, ſed Præfecto uno homine fideli delecto, omnes, qui ad diem non ſatisfeciſſent, ſpoliarent, agrumque eorum divenderent & Reipublicæ formam immutarent. In hoc rerum ſtatu, qui prudentia ceteros anteibant, de Republica uni viro præter cæteros ſapienti, ac probo committenda cogitarunt: cumque unum Solonem **B** eſſe animadverterent, cum ſapientem, ſiquidem unus fuit è ſeptem, tum neque divitum injuriæ participem, neque cum pauperibus anguſtiis rei familiaris oppreſſum, rogarunt eum, ut communi ſuſcepta cauſſa popularem ſeditionem ſedare, & Rempublicam novis legibus conſtituere vellet, eumque archontem, & diſcordiarum arbitrum, & legumlatorem, recuſantem primum, deinde ſe in civium poteſtate futurum pollicentem crearunt. Ille vero rem difficillimam, atque omnium in ea civitate maxime illuſtrem aggreſſus, cum popularem motum novis tabulis, quam ille *σεισάχθειαν* (95) appellavit, inductis compeſcuit, tum patriam democratiam **C** ſublato paucorum dominatu reſtituit, ac ſtabilivit; primum enim civium cenſus quatuor excogitavit, ita ut qui ex ſiccis, humidiſque modios explerent quingentos, in prima claſſe collocarit; qui quadringentos, in ſecunda; qui trecentos, in tertia; reliquos inde omnes in quarta; ac primos quidem quinquemodiales vocavit, alteros equites, tertios zeugitas, quartos thetas; atque iis quidem tantum, qui copiis abundarent, magiſtratus mandari, quemadmodum etiam ante ſe obſervatum fuerat, voluit; qui autem parvis præditi facultatibus eſſent, eos à magiſtratibus repulſos conciones inire, & judicia exercere tantum conceſſit. Areopagi vero auctoritatem in **D** Republica non modo non imminuit, ſed etiam vehementius auxit; quæ omnia non Plutarchus ſolum in Solone, ſed Ariſtoteles etiam in ſecundo de Republica tradidit. (96) „ Solonem quidam, *inquit*, probum legumlatorem fuiſſe putant, qui paucorum imperio intemperanter abutentium dominatum ſuſtulerit, & ſervientem populum in libertatem vindicaverit, & patriam democratiam recte temperatâ Republicâ conſtituerit. Nam conſilium Areopagi ad paucorum potentiam pertinere traduot; quod autem ſuffragio magiſtratus mandentur, ad optimatum imperium; judiciorum autem rationem popularem eſſe. Solon autem, ut videtur, illa, quæ prius erant, non ſuſtulit, conſilium dico, & magiſtratuum lectionem, populum autem judicibus ex omnibus ad judicia aſciſcendis conſtituit; quare non defuere, qui factum Solonis accuſarent, quod alteram Reipublicæ partem ſuſtuliſſet, rebus cunctis ad judicum, qui ſorte legebantur, arbitrium revocatis; *& paulo poſt*: Solon, ut videtur, poteſtatem populo maxime neceſſariam mandandi, & corrigendi magiſtratus tribuit; quæ poteſtas ſi populo denegetur, ſervum eum eſſe neceſſe eſt, & hoſtili odio diſſidere; magiſtratus vero cunctos nobilibus, & locupletibus mandari voluit, ex iis videlicet, quorum cenſus eſſet quingentorum modiorum, & ex zeugitis, & item ex cenſu tertio equeſtri nominato; quartus autem cenſus erat theticus, cui nullus magiſtratus communicabatur. Atque hæc quidem Theſei, Draconis, Soloniſque Reſpublica fuit; quæ vero poſt à Cliſthene, & ab Ariſtide, & Pericle inducta, & poſtremò à Demoſthene, atque æqualibus ejus adminiſtrata eſt, ea fuit ejuſmodi. Cliſthenes enim tribuum numerum auxit, in eaſque ſervos, & peregrinos deſcripſit, & oſtraciſmum adverſus eos, qui virtute excellentes in civitate populari obeſſe libertati poſſent, induxit. Ariſtides infimæ etiam plebi magiſtratus communicavit. Pericles populum mercede plebi ad judicandum, & ad locos in theatris ludorum cauſſa emendos aſſignata inſolentiorem, atque arrogantiorem effecerit, & per Ephialtem ſummam illam Areopagi potentiam labefecit. Quod Ariſtoteles eodem etiam in loco tradidit. (97) „ Poſtquam, *inquit*, populi vires judiciorum communicatione prævaluerunt, populo quaſi tyranno gratificantes Rempublicam in ſtatum popularem, quo nunc eſt, induxerunt. Areopagi conſilium Ephialtes, & Pericles imminuit, ejuſque auctoritatem afflixit; judicibus mercedem Pericles idem con-

(95) Quaſi dixeris *oneris excuſſionem*, dicitur enim *ἐκ τοῦ σείειν τὸ ἄχθος onus excutere*.

(96) *Ariſtoteles Politicorum lib.* 2 *cap.* 10. Σόλωνα δὲ, ἔνιοι μὲν οἴονται νομοθέτην γενέσθαι σπουδαῖον· ὀλιγαρχίαν τε γὰρ καταλῦσαι, λίαν ἄκρατον οὖσαν, καὶ δουλεύοντα τὸν δῆμον παῦσαι, καὶ δημοκρατίαν καταστῆσαι τὴν πάτριον, μίξαντα καλῶς τὴν πολιτείαν. εἶναι γὰρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν, ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς, ἀριστοκρατικόν· τὰ **E** δὲ δικαστήρια, δημοτικόν. ἔοικε δὲ Σόλων, ἐκεῖνα μὲν ὑπάρχοντα πρότερον οὐ καταλῦσαι, τήν τε βουλὴν, καὶ τὴν τῶν ἀρχῶν αἵρεσιν· τὸν δὲ δῆμον καταστῆσαι, τὰ δικαστήρια ποιήσας ἐκ πάντων. διὸ καὶ μέμφονταί τινες αὐτῷ· λῦσαι γὰρ θάτερον, κύριον ποιήσαντα τὸ δικαστήριον πάντων, κληρωτὸν ὄν . . . . . . Ἐπεὶ Σόλων γε ἔοικε τὴν ἀναγκαιοτάτην ἀποδιδόναι τῷ δήμῳ δύναμιν, τὸ τὰς ἀρχὰς αἱρεῖσθαι, καὶ εὐθύνειν. μηδὲ γὰρ τούτου κύριος ὢν ὁ δῆμος, δοῦλος ἂν εἴη καὶ πολέμιος. τὰς δὲ ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων, καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας, ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων, καὶ ζευγιτῶν, καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππάδος· τὸ δὲ τέταρτον, θητικὸν, οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν. Hæc *Ariſtoteles*; accipe jam quæ habet in hanc rem *Plutarchus* in *Solone*: Δεύτερον δὲ Σόλων τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας ὥσπερ ἦσαν τοῖς εὐπόροις ἀπολιπεῖν βουλόμενος, τὴν δ' ἄλλην μῖξαι πολιτείαν, ἧς ὁ δῆμος οὐ μετεῖχεν, ἔλαβε τὰ τιμήματα τῶν πολιτῶν, καὶ τοὺς μὲν ἐν ξηροῖς ὁμοῦ καὶ ὑγροῖς μέτρα πεντακόσια ποιοῦντας, πρώτους ἔταξε, καὶ πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευσε· δευτέρους δὲ, τοὺς ἵππον τρέφειν δυναμένους, ἢ μέτρα ποιεῖν τριακόσια· καὶ τούτους ἱππάδα τελοῦντας ἐκάλουν. ζευγῖται δ' οἱ τοῦ τρίτου τιμήματος ὠνομάσθησαν, οἷς μέτρον ἦν συναμφοτέρων τριακοσίων. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν, καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας. ὃ κατ' ἀρχὰς μὲν οὐδὲν, ὕστερον δὲ παμμέγεθες ἐφάνη.

(97) *Ariſt. Politic. lib.* 2. *cap.* 10. Ἐπεὶ γὰρ τοῦτ' ἴσχυσεν, ὥσπερ τυράννῳ τῷ δήμῳ χαριζόμενοι, τὴν πολιτείαν εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν μετέστησαν. καὶ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε, καὶ Περικλῆς· τὰ δὲ δικαστήρια, μισθοφόρα κατέστησε Περικλῆς. καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἕκαστος τῶν δημαγωγῶν προήγαγεν, αὔξων εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν. φαίνεται δ' οὐ κατὰ τὴν Σόλωνος γενέσθαι τοῦτο προαίρεσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ συμπτώματος· τῆς ναυαρχίας γὰρ ἐν τοῖς Μηδικοῖς ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος, ἐφρονηματίσθη, καὶ δημαγωγοὺς ἔλαβε φαύλους ἀντιπολιτευομένων τῶν ἐπιεικῶν.

„ conſtituit. Ita aſſentatores populares po„ puli potentiam augentes Rempublicam in „ hunc popularem dominatum deduxerunt; „ id tamen non Solonis voluntate, ſed caſu „ factum videtur; nam cum navalis victoriæ „ auctor Medorum bello fuiſſet, magnos ſpi„ ritus, & arrogantiam ſumpſit, habuitque „ pravos duces auræ popularis captatores, „ bonis civibus contra nitentibus. Quamobrem, ſi quis roget, quæ popularis Athenienſium Reſpublica fuerit, haud abſurde reſponderi poterit, quæ præcipue in Solonis legibus, Cliſthenis, Ariſtidiſque contineretur; quorum ille divites, hi pauperes extulerunt. Nam ſi quis diligenter conſideret, facile intelliget, ex hoc principio omnes, quæ poſtea inter cives de Republica diſſenſiones ſunt conſequutæ, tanquam ex uberrimo quodam fonte fluxiſſe, nempe quod de eadem Republica non idem ſentirent omnes, ſed alii locupletum, alii tenuiorum partes, cauſſamque ſuſcipientes, immoderatas opes, & parum liberæ civitati tolerandas ſibi quærerent; ſic enim Themiſtocles cum Ariſtide Cimo cum Pericle, & cum eodem Thucydides, & Nicias cum Cleone contendit, ut eorum quiſque non ſuam; ſed illi divitum, hi pauperum cauſſam tueri ſe ſimulantes eum ad propriam amplitudinem, & potentiam ſibi aditum compararent. Quod malum ne latius ſerpens Rempublicam funditus aliquando diſſiparet, jam tum Cliſthenes oſtraciſmo in civitatem inducendo providit. Solo autem omnes civilis adminiſtrationis partes diuturna conſultatione complexus, eas ita legibus aſtrinxerat, ut in perpetuum, ſi iis obtemperaretur, ea ratio diſciplinæ conſtaret; cumque leges ſuis ſatis multas fore ad omnia conſilia domi, foriſque expedienda, ancipiteſque rerum eventus omnes providendos putaſſet, propterea legum ferendarum exiguam aliis copiam fecerat. Neque tamen, ſi quando id fieret, id caſu, aut temere, ſed ſummo conſilio, & magna adhibita diligentia curari voluerat. Ex quo factum eſt, ut poſt Solonis legiſlationem leges à paucis, decreta vero quotidie prope ab innumerabilibus ſcripta ſint; inter quæ illud intérfuit, quod leges in univerſum latæ ſunt, & ſummam Reipublicæ attigerunt, ita ut nec Senatus, nec populus, nec judices, nec magiſtratus, nec ſi qua alia in civitate conſilia fuerint, quidquam, niſi ex præſcripto legum decernere, potuerint; decreta vero oni plerunque, & de quotidianis rerum eventis ſcripta ſint, ita tamen ut neque latis legibus repugnarent, & ex receptarum legum præſcripto ad Senatum, populumque ferrentur. Ac leges quidem dictæ ſunt, quas Solo, & ex Solonis inſtituto poſtea ad Nomothetarum conſilium præſtantes aliquot cives tulerunt; decreta vero, quæ Senatore, aut cive aliquo ſcribente, aut Senatus aut populus accepiſſet; quæ ut omnem ab legibus Solonis vim, & auctoritatem obtinuerunt; ſic iis etiam multo minus firmitatis, & virium habuerunt; hæ vero leges in tabulas deſcriptæ partim ἄξονες, partim κύρβεις ſunt appellatæ; (98) quanquam ſunt, qui ſcribant, κύρβεις præcipue fuiſſe, in quas leges de ſacris; ἄξονας vero, in quas reliquæ inciſæ eſſent. Ac primum quidem in arce collocatæ, deinde, ut omnibus paterent, per Ephialtem in Prytaneum, & forum delatæ ſunt; (99) unde legis inferioris uſurpatio dimanavit, (100) ejus ratione, quæ in ſumma arce obſervabatur; quod ſcriptum Plutarchus in Solone, & Pauſanias in Atticis reliquerunt. Quas autem leges in Metroo ſervatas eſſe Arpocratio tradidit, eas fere non tam Solonis, quam eorum, qui poſt Solonem novis legibus Rempublicam inſtruxerunt, leges fuiſſe crediderim. Quamobrem in populari Republica deſcribenda legum tantum, quibus ea continebatur, mentionem faciemus; decreta vero, ut ab inſtituto noſtro aliena, omnino ne attingemus quidem.

Quoniam autem omnis Reipublicæ fundamentum eſt civis, popularis autem Athenien-

(98) *Plutarchi* verba adfero rem totam dilucide explicantis in *Solone*: καὶ κατεγράφησαν (οἱ τῶν Σόλωνος νόμοι) εἰς ξυλίνους ἄξονας, ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους· ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο. καὶ προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, κύρβεις. ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως ἐν οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι περιέχονται, κύρβεις· ἄξονας δὲ τοὺς ἄλλους ὠνομάσθαι. *Relatæ fuerunt* (Solonis leges) *in axes ligneos, qui vertebantur in lignis oblongis: eorumque in Prytaneo adhuc noſtro tempore reliquiæ parvæ aſſervabantur. Appellabantur autem, ut Ariſtoteles ait*, Cyrbes. *Nonnulli vero dicunt, propriæ* Cyrbes *appellatas, quibus ſacra, ac ſacrificia continerentur*: Axes *vero, cæteros appellatos fuiſſe. Ammon. de Diff. voc.* tradit, Axes quidem fuiſſe quadratos, Cyrbes triquetros.

Etymologici vero *Auctor* addit, Axes ligna quædam fuiſſe a ſolo uſque ad tectum pertingentia, quæ in fiſtula quadam circumagerentur.

Harpocration Cyrbes lapideos fuiſſe affirmat ſtantes triangulos ex *Eratoſthenis* ſententia. Non deſunt tamen qui tradant tum Axones, tum Cyrbes, non ligneos, aut lapideos, ſed æneos fuiſſe *Pollux lib. 8. cap. 10. Sect.* 128. [illegible]; quem vide, adjectaſque in hunc locum adnotationes, ſi plura cupis Lector.

Tradit præterea *Harpocration* in his leges ſcriptas fuiſſe βουστροφηδόν, idest ſulcatim; quod ſcilicet [illegible] (inquit Heſychius) [illegible]. *Similiter ac arantes boves converſiones aliquas facit.*

(99) In Prytaneum tralatos per Ephialtem tradit præter *Harpocrationem ex Anaximene*, etiam *Pollux lib. 8 cap. 10 Sect.* 128. rationemque addit Ἀνέκειντο δὲ οἱ ἄξονες, καὶ οἱ κύρβεις ἐν ἀκροπόλει πάλαι. αὖθις δ' ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν, εἰς τὸ πρυτανεῖον, καὶ τὴν ἀγορὰν μετήχθησαν. *Cuſtodiebantur autem Cyrbes & Axes olim in arce: poſtea vero, ut omnibus liceret occurrere* (melius veteres ut *omnibus præſto eſſent*,) *in Prytaneum & Forum tranſlati ſunt.*

(100) Non reperi, qui hac ratione explicandam cenſeat eam, quam dicebant inferiorem legem τὸν κάτωθεν νόμον. *Demoſthenes* in *Ariſtocratea*, & *Harpocration* inferioris quidem legis mentionem faciunt, quid rerum fuerit, non explicant. *Meurſius* ſane *lib.* 1 *cap.* 22. *Atticarum lect.* τὸν κάτωθεν νόμον intelligit, qui in inferiori τῶν ἀξόνων parte ſcriptus erat. *Meurſii* ſententiam nec amplector, nec refuto. Non amplector, quòd ad eam adſtruendam nihil adferat amplius, quam levem quandam ex emendata *Harpocrationis* ac *Suidæ* lectione conjecturam. Non refuto, quod nihil occurrat melius. Sane Auctoris noſtri ſententiam probabiliorem judico, cum veroſimillimum ſit, leges quidem pleraſque, quarum videlicet uſus erebrior, ab arce fuiſſe in Prytaneum tranſlatas; cæteras vero in arce, quo tutius aſſervarentur, nec uſum tantum haberent, retentas; quæ conjectura non abhorret à citatis paulo ante *Pollucis* verbis. Hinc factum ut cum citarentur ab Oratoribus leges; aliæ quidem dicerentur: οἱ ἄνωθεν νόμοι: aliæ vero οἱ κάτωθεν.

nienſium Reſpublica fuit duplex, duplicem A etiam ejus civem faciamus oeceſſe eſt. Nam ſi civem eum eſſe Athenienſem definiemus, qui conſiliorum, & judiciorum, & magiſtratuum in civitate poteſtatem habuerit, haud ſane huic quæſtioni cumulate ſatisfaciemus; neque enim omnes in Solonis Republica jus magiſtratunm habuerunt. Sin autem magiſtratus è jure civium detrahamus, civem ab Ariſtide conſtitutum, qui particeps etiam honorum fuit, oon complectemur; nos autem omnem diſputationem ad poſteriorem Rempublicam dirigentes, & ejus regula civem, quem quærimus, metieates, civem Athenienſem eſſe defendimus, qui publicorum conſiliorum, judiciorum, magiſtratuumque B jure præditus fuit; popnlarem autem Rempublicam Athenienſium vocamus, in qua conſilia, judicia, & magiſtratus æque omnibus civibus patuerunt; atque hanc qoidem diſputationem à Solone Reipublicæ qnodam modo conditore uſque ad Demetrium Antigoni filiom, per quem eſt reſtituta, perducimus. Quo temporum intervallo civitas Athenienſium plurimum rei militaris gloria, & inter Græcos auctoritate, atque opibus floruit. Etenim pulſis iterum, profligatiſque terra, marique Medis, muriſque urbis, quos illi barbara uſi importunitate dejecerant, celeriter, vel adverſa Lacedæmoniorum juſtis C jampridem vicinæ civitatis laudibus æmulantium voluntate refectis, portuque Piræeo ad claſſem ampliſſimam recipiendam extructo, vix æſtimari poteſt, quem aditum ad imperii principatum, in qoem toto animo jam inde poſt exactos tyrannos incumbere cœperat, ſibi pararit. Quæ res quo maturior eſſet, ſcelerata Pauſaniæ Spartani ducis de prodenda Xerxi Græciæ libertate conſilia effecerunt. Quibus ſocii alienatis prorſus ab imperio Lacedæmoniorum animis totos ſe in Athenienſes cum ſpectata Themiſtoclis virtute bello proximo claros, tum ſingulari Ariſtidis æquitate jam etiam in pace longe inter omnes illuſtres converterunt; atque ut ejus conſilio libenter commune adverſus barbaros ærarium in Delo conſtituerunt, ſic ejuſdem etiam ſtudio facile totius rei maritimæ imperium ad Atheoienſes à Lacedæmoniis tranſtulerunt. Huic enim arti ſe potiſſimum civitas ab Æginetico bello, Themiſtocle monitore, dediderat. Quare Piræeum ille portum rei nauticæ commoditatem contemplatus conſtruxerat, totamque civitatem ad mare tranſtulerat, contrario uſus conſilio, ac reges ab initio fnerant; qui cives à maritimo ſtudio ſemper avocarant, eoſque in agris colendis occupatos habuerant. Itaque urbem portui, & terram mari adjunxerat, atque ea re populi opes adverſus optimates, translatâ ad remiges, navalemque turbam potentiâ, mirum in modum amplificarat, & inquilinos, ac artifices omnes ad turbam nauticam in urbem alliciendam immuoitate donarat. Unde Xenophon in libro de Republica Athenienſium æquum eſſe ſtatuit, ut tenuiores in omnium rerum partem vocarentur, qnia plus afferrent ad opes civitatis, quàm nobiles, com rem navalem omnem continerent. Pericles autem florentibus jam Reipublicæ rebus urbem ædificiis plurimis inſtruxit; in primis autem propylæa arcis, & longos muros, quibus Piræeum cum urbe conjunxit, ædificavit; ex quo potiſſimum tempore Piræeus pro civitatis parte haberi eſt cœptus; ſiquidem narrat Thucydides, cum more majorum in agris habitarent, imminente bello Peloponneſio, omnes in urbem ſe conjeciſſe, atque vacua omnia loca ejus inædificaſſe, ut etiam in longis muris, & in Piræeo domos extruxerint, & Pelasgicum, locum arci ſubjectum, quod nefas incoli habebatur, ædificiis occuparint. Verum de magnitudine, & potentia civitatis non eſt nobis hoc loco conſilium ſcribere, cum vix ad Reipublicæ jura, diſciplinamque veterem explicandam, quod unum inſtituimus hoc tempore, valeamus. Nunc ad reliqua pergamus.

Explicit Liber Primus de Republica Athenienſium.

CAROLI SIGONII
DE
REP. ATHENIENSIUM
LIBER SECUNDUS,
Qui inſcribitur de Conſiliis.

CAPUT PRIMUM.

De generibus Conſiliorum. Quid fuerunt apud Athen. Judicia; quibus de rebus agebant? Multa Conſilia Athenis fuere, quæ recenſentur.

EXpoſitâ ſuperiore libro popularis Atheniensium Reipublicæ formâ, civeque Atheniensi, quantum perfici diligentiâ potuit, circumſcripto, ſane relinqui videtur, ut quoniam & Reipublicæ & civis à nobis deſcripsi jura omnia in conſiliis, & judiciis, & magiſtratibus collocata ſunt, deinceps de his ſingulis breviter, quid invenerimus, explicemus. Ac conſilia quidem atque judicia uſque adeo popularis ejus, quem quærimus, propria ſtatus fuerunt, ut ne Solo quidem, qui anguſtiorem populi dominatum inſtituit, ea plebi, cum magiſtratus adimeret, eripienda duxerit; probe vero in primis, atque prudenter. Etenim, ut ſcribit in Politicis Ariſtoteles, quanquam liberis, & pauperibus hominibus magiſtratus recte non committuntur, quia injuſtitiâ, & imprudentiâ facile modo ad injuriam, modo in errorem impelli poſſunt, tamen nihil eis tribuere, nihil communicare, res admodum eſt plena periculi; quia ſi multi, iique egentes, bonorum expertes ſint, urbem hoſtibus plenam eſſe neceſſe ſit; ex quo fit, ut iis ſaltem conſilia, & judicia impertienda ſint: Soloque recte fecerit, qui magiſtratus legendi, corrigendique jus tribuit; ut autem ſeparatim per ſe magiſtratum gererent, non permiſit. Ac conſilia quidem fuerunt, (ſic autem appello, quæ illi συνέδρια nominarunt) in quibus fere de rebus iis, quæ ſtatum Reipublicæ continent, & commodum civitatis conſervant, conſultarunt, ut de civibus, de legibus, de ſacris, de magiſtratibus, de bello, pace, fœderibus, de pecuniis publicis, & de præmiis bene de Republica meritorum. Judicia vero, in quibus de rebus iis diſceptarunt, quæ fere juſtitiam, æquitatemque attingunt. Neque vero ſine cauſſa his duabus præcipue rebus, utilibus nimirum, & juſtis eſt in omni civitate conſultum; ſiquidem civitas nihil aliud eſt, quam quædam boni, juſtique communio, ad quam quidem quantopere natura propenſi homines ſint, facile ex ipſo ſermonis officio declaratur, qui nobis nulla alia de cauſſa à natura tributus eſt, quam ut inA ter nos, quæ utilia, juſtaque ſunt, quorum ipſi ſoli inter cetera animantia ſenſum habemus, exprimeremus, cum belluis vox tantummodo data ſit ad voluptatem, & moleſtiam, quibus ſolis afficiuntur, inter ſe indicandas. Quoniam autem conſilia Athenis multa, nempe tribuum, curiarum, gentium, populorum, Senatus, concionis, & Areopagi fuerunt, res poſtulare videtur, ut primum de primis agentes, deinceps, qua tribus, curiæ, gentes, populique auctoritate, jureque fuerint, oſtendamus.

CAP. II.

B *Tribus IV. ab initio fuere: Cliſthenes ex IV. decem fecit. Eponymus qui? Tribuum X. nomina: earundem partes. Gentium nomina. Quos Deos præcipue habuere? Populi à quo in Tribus deſcripti? Eorum nomina. Tribuum, Curiarum, Gentium, Populorumque jura. Cives novi in Tribus relati. Profeſſio puerorum apud curiales, & populares. Tabulæ variæ. Cives excutiuntur à popularibus. Magiſtratus à Tribubus & Curiis editi. Tribuum & Curiarum Reſpublica ſeparata. Tribuum ad multas res uſus.*

POpulum igitur in partes quatuor primus diviſit urbis, ut dixi, conditor Cecrops;
C quibus autem præcipuis unamquanque nominibus & ille, & reliqui deinceps reges ornarint, ante cognitum eſt. (1) Ac Solo quidem in conſtituendo populo, ut numerum earum, ſic nomina etiam ab Erechtheo rege demum impoſita conſervavit, nempe Armatorum, Opificum, Agricolarum, & Paſtorum. Cliſthenes vero, qui pulſis Piſiſtratidis cum Iſagora cive potentiſſimo de principatu certavit, & popularem Rempublicam jam funditus tyrannide Piſiſtratidarum everſam, traducto ad ſuas partes populo, excitavit, cum alia multa, tum veterum tribuum numerum, & nomina, ut ſcribit Herodotus, immutavit; nam ex quatuor decem fecit, &
D eas à decem heroibus nominavit, qui poſtea Eponymi ſunt appellati, quod ab iis univerſus eſſet populus Atticæ nominatus; fuerunt autem reges quatuor, Cecrops, Erechtheus, Pandion, Ægeus, & duo regum filii, Oeneus Pandionis, & Acamas Theſei, & civis Athenienſis Leo, qui filias pro ſalute publica quondam devoverat; reliqui diis, heroibuſque prognati, Hippothoon Neptuno, & Antiochus

(1) Vide caput ſecundum lib. 1. *Tribuum* recenſionem, de qua paulo poſt *Sigonius*, accuratius tradimus in Diſſertatione Chorographica. Obiter hic tantum nota *Leontis* ſcribendum potiùs, quam cum A N. *Leonis*. Lege quæ mox mox ex *Demoſthene* ſubjicimus.

chus Hercule ſatur: decimum autem peregrinum, hoſpitem quondam, atque amicum civitatis Ajacem Telamonis Salaminium aſcivit. Unde tribus appellatæ, Cecropis, Erechtheis, Pandionis, Ægeis, Oeneis, Acamantis, Leonis, Hippothoontis, Antiochis, & Ajacis, quemadmodum ſcriptum in veteribus Pauſaniæ, & Pollucis commentariis reperitur. Quod idem ſenſiſſe videtur etiam Demoſthenes, cum in funebri Athenienſium laudatione de his ita diſſeruit, ut priſcam earum originem cum laude civium, qui in eas erant deſcripti, conjunxerit. „ Quæ tributim, *inquit*, ſingulos ad fortitudinis ſtudium accenderunt, exponam; meminerant Erechthidæ, eum, à quo appellantur, Erechtheum pro patrii regni incolumitate filias ſuas, quas Hyantidas vocant, ad manifeſtum exitium dediſſe; Ægidæ vero, Theſeum Ægei filium par, æquumque jus in civitate inſtituiſſe; Pandionidæ autem, quam acriter Procne, ac Philomela illatam ſibi à Tereo contumeliam eſſent ultæ; Leonidæ vero, Leonis filias à poëtis celebratas, quòd ſe victimas civibus pro patria devoviſſent. Acamantidis porro Homerici verſus veniebant in mentem, quibus poëta propter matrem Phædram Acamantem ad Trojam eſſe profectum affirmavit; Oenidis autem, Cadmo natam Semelem, hujus vero eum eſſe filium, quem in hoc funere nominari dedecet, eoque prognatum Oeneum, qui princeps ipſorum vocaretur; Cecropidis vero, principem ſuum partim draconem, partim hominem celebratum, quod prudentia hominem, robore draconem æquipararet. Hippothoontidis autem nuptiæ Alopes occurrebant, ex quibus ortus eſſet Hippothoon; Ajacidis, Ajacem erepto præmio ſibi vivendum non eſſe exiſtimaſſe; ut Antiochidis, Antiochum Herculis filium extitiſſe. Quo factum eſt, ut omnes aut pro dignitate acceptæ à majoribus gloriæ vivendum, aut honeſta morte ſibi occumbendum putarint. (2)

His igitur nominibus cum denas tribus Cliſthenes affeciſſet, in his eandem diviſionis rationem ſervavit, quæ ab aliis ante in quaternis fuerat inſtituta, ut tribuum unamquamque in aliquot curias, ſingulas autem curias in aliquot gentes diffuderit; at quo numero curias, quo gentes eſſe voluerit, nihil, quod pro certo tradi poſſit, accepi. Gentium certe nomina multa celebrantur, ut Alcmæonidæ, Brytiadæ, Eteobutadæ, Chœronidæ, Chonnidæ, Ceryces, Eunidæ, Phytalidæ, Praxiergidæ, Phylidæ, Cynidæ, quæ apud Arpocrationem, Heſychium, & Suidam inveniuntur. Brytiadarum autem meminit etiam Demoſthenes in oratione contra Neæram, Phytalidarum Plutarchus in Theſeo, Praxiergidarum in Alcibiade, Cerycum vero, & Eteobutadarum in Andocide, & Lycurgo. Hæ vero gentes cum ſacra quædam inter ſe patria obiverunt, tum præcipue Jovem Hercæum, & Apollinem patrium, quem colerent, habuerunt. (3)

Quod autem ad populos (4) attinet, ſane conſtat, omnes, teſte Herodoto, in ſingulas denas tribus ab eodem Cliſthene eſſe deſcriptos, in Cecropidem quidem Æxonam, Athmonem, Dedalidas, Epiecidas, Melitam, Pitthim, Phlyam, Sypalettum, Trinemes, & Xypetem; in Erechtheidem vero Agrœlem, Anagyrunta, Cepheſiam, Evonimos, Lambram maritimam, Lambram inferiorem, Pambotadas, Pergaſen, Phegunta, Sybridas, & Themacos; in Pandionidem autem Angelem, Cytherum, Cydathenæum, Cydantidas, Conthylem, Myrrhinunta, Oam, Praſias, Probaſinthum, Pæaniam ſuperiorem, Pæaniam inferiorem, Phegæas, & Sτiriam; in Ægeidem vero Araphena, Butem, Colyttum, Diomeam, Erechthiam, Ericeam, Erchiam, Gargettum, Icariam, Ionidas, Philaidas, Phegæam, Plothiam, & Tithranta; in Oeneidem autem Acharnas, Baten, Epicepheſiam, Hippotamadas, Laciam, Luſiam, Phylam, Pteleam, Perithœdas, Tyrmidas, & Thriam; in Acamantidem vero Agnuntem, Ceramés, Cephalem, Cholargum, Ireſidas, Ermum, Iteam, Hepheſtiam, Proſpaltam, Porum, Sphettum, Thoricum, & Thymoetadas; in Leo-

(2) Integrum adferam etſi longiorem ex *Demoſthene* textum. Auctor enim noſter pro more quædam tantùm attingit; eoque libentius adferam, quòd mirifice partem hanc græcæ antiquitatis illuſtrat: [illegible] … [illegible]

(3) Immo nemo apud Athenienſes pro cive habebatur niſi qui *Apollinem* [illegible], & *Jovem Hercæum* haberet. Conſtat ex Dinarcho: [illegible]. Vide *Harpocrationem* in [illegible] hæc luſius explicantem; *Pollucem* præterea *lib. 8. cap. 9. Sect. 85.*, ubi de Theſmothetarum anacriſi. Vide etiam infra num. 8, & 275. *lib. 4.*

(4) De Populis Atticæ vide Diſſertationem Chorographicam, quam hiſce notis præpoſuimus.

A Leonidem vero Halimunta, Aphidnam, Æthalidas, Cetros, Crepiam, Chollidas, Diradas, Euripidas, Ecalem, Hybam, Leuconæum, Marathonem, Oeum Ceramicum, Potamum, Pæonidas, Peleces, Phrearros, Scambonidas, & Sunium; in Hippothoontidem autem Azeniam, Amaxanteam, Anacæam, Achardunta, Ceriadas, Chorydallum, Deceliam, Eroeadas, Eleuſim, Elæunta, Oenoem ad Eleutheras, Oeum Decelicum, Piræeum, & Sphendalem; in Antiochidem vero Ægeliam, Alopecas, Anaphlyſtum, Amphitropem, Beſſam, Crionam, Melenes, Pallenem, Phalerum, Penthelem, Perrhidas, Thoras, & Titacidas; & in Ajacidem demum Rhamnunta, Tricorithum, Oenoem ad Marathonem, Phegeas, & Phalares. Quæ omnia in Pauſaniæ, Stephani, Arpocrationis, Suidæ, & interpretum Ariſtophanis commentariis ſcripta extant. Reliqui vero populi, ut Cothocidæ, unde fuit orator Æſchines, & Colonus, unde poeta Sophocles, & Otrynes, qui apud Demoſthenem in oratione adverſus Leocharem, & Achradus, & Cynoſarges, & Lenns, (5) qui à Stephano memorantur, in quibus tribubus fuerint, adhuc expiſcari non potui. An vero Cliſthenis hæc utique deſcriptio fuerit, merito dubitare aliquis poſſit; præſertim vero cum aliquando ex una tribu in alteram populos motos conſtet, ut Aphidnæos, Perſidas, Titacidas, & Thyrgonidas, quos ex Ajacide traslatos narrat ex Nicandri ſententia Arpocratio; & Aphidnam, ac Marathonem, quos in Ajacidem in primo Sympoſiacorum refert Darii in bello Plutarchus, in Leonidem vero, poſteriorem, ut opinor, conſuetudinem reſpiciens conjicit Stephanus.

Jam vero ſingulis his partibus Præfectos quoſdam eſſe conſtitutos, tribubus quidem curatores tribuum, curiis vero φρατρίαρχοι, & populis δήμαρχοι (quos ipſos, nisi Græcum nomen mallemus, curiarum, & populorum Præfectos Latine appellare poſſemus) atque hos omnes tribuum, curiarum, & populorum concilium, cum opus fuit, advocaſſe, ad eaque de rebus publicis retuliſſe, poſt apparebit. Horum autem conciliorum ſumma, ut video, jura duo fuerunt; unum, ut de civibus cognoſcerent; alterum, ut curationes quaſdam, & ſacerdotia publica ex ſuo corpore proderent. Civium autem cognitio multiplex fuit. Nam & peregrini, quos populus civitate donarat, non ante ſe pro civibus gerere potuerunt, quam in tribus, populoſque conjecti ſunt, & pueri indigenæ civium munera obire nulla potuerunt, qui non certa ætate apud curiales, populareſque profeſſi ſunt; & omnino nulla civium, & civitatis excuſſio, niſi inter tribules, curiales, gentiles, populareſque ſuſcepta eſt

Ac primum quidem, quod dixi, peregrinos, cum aſciſcebantur in civitatem, eoſdem in tribus, populoſque fuiſſe deſcriptos, facile confirmari Cliſthenis inſtituto antiquiſſimo poteſt, qui cum, Piſiſtratidis exactis, civium augere numerum vellet, peregrinos, ſervoſque in civitatem, ita ut omnes in tribus referret, accepit, quemadmodum ſcriptum eſt apud Ariſtotelem libro de Republica tertio; & præterea Platæenſium, qui Bœotiæ B populus fuit, recentiore confirmari exemplo licet; qui everſa, teſte Diodoro, à Thebanis, archonte Socratide, patria, Athenas cum profugiſſent, in civitatem ita aſcripti ſunt, ut in tribus, populoſque conjecti ſint: ſic enim eſt in decreto de civitate Platæenſibus data apud Demoſthenem in oratione contra Neæram: (6) „ Hippocrates cenſuit, Platæenſes cives eſſe ab hoc die Athenienſes, „ eoſdemque in populos, & tribus diſtribui. Unde illa ſunt etiam in oratione Lyſiæ contra Pancleonem: „ Cum dixiſſet, ſe Platæenſem eſſe, quæſivi, ex quonam populo? „ reſpondit, ex Decelia.

Neque vero indigenarum civium filii ſe pro civibus gerere potuerunt, niſi plane C pueri nomina primum curiales, deinde apud populares profeſſi eſſent; quam profeſſionem δοκιμασίαν vocarunt. Annus autem prioris profeſſionis legitimus, annus ætatis decimus quintus fuit, ut ſcriptum eſt apud interpretem Veſparum Ariſtophanis ex auctoritate Ariſtotelis; cujus cum haud ſatis certum ſumere argumentum poſſent ii, qui ei probationi Præfecti erant, quos illi δοκιμασταὶ nominabant, pudenda ipſa puerorum ſtudioſius inſpiciebant. Dies autem huic præcipue profeſſioni dicata eſt, quæ fuit Apaturiorum tertia, quæ propterea κουρεῶτις eſt appellata; facta vero eſt per parentes jurejurando obſtrictos, liberos eos ſuos eſſe, quos profiterentur, & quidem ex conjuge ſua cive Attica natos. Poſterioris autem profeſſionis an- D nus fuit decimus octavus, (7) quod poſtea demonſtrabitur, quo anno ex pueris in ephebos, atque adeo in viros adſcribebantur. Atque horum quidem inſtitutorum multa, eaque illuſtria in primis Demoſthenes nobis monumenta reliquit in oratione contra Bœotum; ſic enim Mantitheus quidam apud eum loquitur: (8) *Cum pater meus Bœotum, fratremque ejus ex Mangone ſuſceptos agnoviſſet,* eos

(5) Vide iterum eandem Diſſertationem. Hic etiam in Tribuum recenſione *Leontidem* repone pro *Leonidem*.

(6) Ψήφισμα περὶ Πλαταιέων. [illegible] E

(7) Ex *Suida* tradit *VVolfius* in Annotationibus ad *Orat. Demoſthenis* de Cor. *Suidas* enim [illegible] exponit [illegible] *uſque ad decimum octavum annum duraſſe*. Actum demum [illegible]. Videnda etiam, quæ diximus n. 206. *lib* 4.

(8) [illegible] Videſis obiter quam longe abſit a verbis Demoſthenis, quæ ex ipſo citat *Sigonius*, quamque neceſſe ſit græca Authoris verba proferre. Id quidem brevitatis ſtudio præſtitit *Sigonius*, cum à vera Scriptoris ſententia non averteret; non tamen Lectori ingratum futurum cenſeo, ſi rem ipſam poſſit ex fonte, quod ajunt, derivare. Ne tamen ipſe, quo Sigoniana brevitati conſulam prolixior ſiam, ſatis habebo pauca hæc attuliſſe. Res enim ſatis per ſeſe patet majoris lucis minime indiga. Brytiadarum familiam ex *Demoſthene* in *Orat.* contra *Neæram* recenſes, de qua paulo ante. De Lexiarchicis Tabulis, de quibus paulo poſt A. N vide numerum præcedentem, & ea, que mox quos referentur ex *Demoſthene*, & *Æſchine*.

um ad curiales adducere neceſſe habuit; adducunt, A adoptavis, profitetur Apaturiis nomen hujus Bœotum apud curiales, illius vero Pamphilum; ego vero Mantitheus aſcriptus ſum; cum autem pater ante è vita deceſſiſſet, quàm apud populares profeſſio fieret, hic populares adiens, ſe pro Bœoto Mantitheum inſcripſit; & paolo poſt: *Prius me apud populares profeſſus eſt pater, quam hunc apud curiales*; & in oratioon contra Eubulidem: *Parentes me puerum adduxerunt ad curiales, & in Apollinis patrii ædem, & in alia fana, & pater juratus legitimum jusjurandum profeſſus eſt, me civem ex cive uxore ſua eſſe natum, ſcire*; & Iſæus de hereditate Apollodori: *Ubi Thargelia venerunt, adduxit me ad aras, & gentiles, & curiales ex* B *lege, quæ eſt, ſi quis aut naturalem, aut adoptivum filium profitetur, ſacris tactis affirmare, ſe ex cive Attica natum profiteri*; iterum idem ille contra Neæram: *Teſtatur Timoſtratus Cephalenſis, ſe & Phraſtorem Ægilienſem ex numero gentilium eſſe, qui dicantur Brytiadæ, & volente Phraſtore in numerum gentilium filium ſuum proferre, quod ſcirent, eum ex Neæra filia eſſe ſuſceptum*; item: *Adduxit ad curiales, & Brytiadas, quorum ipſe eſt gentilis*; & Andocides in ea, quam de myſteriis: *Puerum jam grandem adducit ad Ceryces, affirmans filium ſuum eſſe. Ceryces autem decreverunt ex lege, quæ eſt, patrem ipſum juratum adducere, ſe vere filium ſuum adducere*. Adde etiam moris C fuiſſe, ut, cum pueros profiterentur, ex iis nomina & patris, & populi adſcribenda curarent; quod item ex eadem contra Bœotum elicitur: *Qua lege iſta appellatio inſtituitur, ut à matre nominatio fiat, aut aliud addatur, quam pater, & populus?* & poſt: *Si quis de te quærat, quod nomen profeſſus es? Bœotum dicere; hoc enim inſcriptus es*; & paulo poſt legem fuiſſe adjicit, quæ patribus poteſtatem nominis filiis imponendi, atque pro arbitrio adimendi daret. Erant porro tabulæ aliæ apud curiales, & gentiles, aliæ apud populares; illæ communes, ut ſcribit Arpocratio, hæ Lexiarchicæ dictæ; quarum in eas referebantur, qui apud curiales profitebantur, in D has qui apud populares; quod ex Iſæi oratione de Apollodori hereditate cognoſcitur. Quas autem communes tabulas Iſæus, eaſdem modo communes, modo curiales vocat Demoſthenes in orationibus adverſus Eubulidem, & Leocharem. Lexiarchicæ vero dictæ ſunt, quaſi hereditati potentes; λῆξιν enim antiquitus hereditatem nuncuparunt, quamquia earum demum tabularum auctoritate pro arbitratu tractare jam adulta ætate pueri potuerunt, propterea Lexiarchicæ dictæ ſunt. Quod Arpocratio nobili, credo, Æſchinis adductus teſtimonio tradidit; (9) qui Timarchum inquit, poſteaquam in Lexiarchicas tabulas relatus patrimonii compos fuit factus, patruum ſuum ſenem, in cujus tutela fuerat, deſpexiſſe. Neque vero patrimonii ſolum, ſed etiam totius Reipublicæ compotes earum auctoritate tabularum fiebant; ſcriptum eſt enim apud Suidam, omnium civium Athonienſium, qui ætate eſſent ad magiſtratos capiendos idonea, nomina, adjunctis etiam populorum nominibus, in iis tabulis eſſe inſcripta, & ex iis tabulis eos magiſtratuum poteſtates eſſe ſortitos. Itaque Æſchines in ſuperiore oratione dixit, cives poſtquam in tabulas Lexiarchicas eſſent relati, legibus de impudicitia fuiſſe obſtrictos. Quin etiam in iiſdem index concionalis fuit, quem illi πίνακα ἐκκλησιαστικὸν appellarunt, cujus auctoritate & concionem obire, & communia participare iis licuit; quod elicitur ex oratione adverſus Leocharem: (10) „ Primum progreſſus tentavit in Otrynenſium indicem
„ concionalem ſemetipſum inſcribere, cum
„ eſſet Eleuſinius; deinde antequam inſcri-
„ beretur in tabulas Lexiarchicas Otrynen-
„ ſium, communium rerum partem adipiſci;
„ cui rei cum nos reſiſteremus, ille convo-
„ catis paucis quibuſdam Otrynenſium, &
„ Demarcho ſuadet, ut, cum apertæ tabulæ
„ fuerint, ſemetipſum in Archiadæ nomen
„ inſcribant; poſt autem Panathenæis magnis
„ ſub diſtributionem ad theoricam pecuniam
„ venit, & cum populares alii cepiſſent, pe-
„ tiit ſibi etiam dari, & in tabulis in nomen
„ Archiadæ inſcribi. Tantam autem vim ad civitatem habuit hæc apud curiales, populareſque profeſſio, ut non ſolum curialium, & gentilium ea de re teſtimonium, ſed hanc etiam apud curiales, populareſque profeſſionem pro argumento civitatis communicatæ firmiſſimo Eubulidi apud Demoſthenem Euxius oppoſuerit; meritò; ut enim donatæ civitatis fundamentum eſt tribus, & populus; ſic tribus & populi communicati ipſa apud cu-

(9) En *Æſchinis* verba in *Timarchum* non parum lucis his, quæ tractamus allatura. [illegible] E [illegible] *Ut autem Ariſtius etiam, Timarchi Pater obierat: primis quidem temporibus, dum iſte puer adhuc erat, Arignoto à Tutoribus æqua omnia præſtabantur. Poſteaquam vero in album civitatis inſcriptus eſt Timarchus, atque opes in ſuam redegit poteſtatem: repulſo homine ſene, & calamitoſo, eoque patruo ſuo, cum facultates occultaviſſet, tum Arignoto nihil ſuppeditavit: ſed in tantis opibus nomen inter inopes & cauſarios dare paſſus eſt. Denique id, quod eſt omnium graviſſimum, cum ſenex inopum explorationi non interfuiſſet, atque Senatus pro mercede impetranda ſupplicaſſet: iſte cum & Senator, & Præſes eo die eſſet, illi patrocinari noluit, ſed amittere mercedem Senatoriam paſſus eſt*

(10) [illegible]

curiales, popularesſque profeſſio; unde illa manarunt in Bœotum: (11) „ Age vero, ſi „ quis de te quærat Bœote, cur nunc es in „ Acamantide tribu, & populo Thoricius, „ & Manthiæ filius? nihil aliud reſpondeas, „ niſi, quod te, dum viveret, Manthias „ adoptavit; ſi quis roget, quo argumento „ hoc probes? ſane, quia apud curiales me „ profeſſus eſt, dices. Quo argumento, quaſi à quodam veritatis impulſus impetu Euxius dixit, omnibus populis pellere, nihil aliud eſſe, quàm civitatem adimere. Ac de ſolemni quidem civium per curiales, popularesſque probatione hactenus diſputatum ſit.

Excuſſio vero, quam illi [illegible] appellarunt, fuit, cum eos, qui ſe pro cive gerebant, aut ut legitimos probarunt, aut ut adulterinos repudiarunt. Solo enim ab initio ſcivit, ut tam nothi, quam legitimi filii cives à patribus ſcriberentur; nothos autem vocavit eos etiam, qui è matre peregrina, non cive Attica eſſent ſuſcepti; unde Themiſtocles, quia matrem habuit Thracem, pro notho, teſte Plutarcho, habitus eſt. Poſt annos autem aliquot Pericles, cum propter magnam auctoritatem, ac potentiam in Republica dominari videretur, legem, ut idem teſtis eſt, tulit, ut ſoli cives Athenienſes eſſent, qui ex duobus civibus Athenienſibus orti eſſent; quam legem intelligit Libanius in argumento orationis contra Eubulidem, cum legem extuliſſe Demoſthenis memoria ſcribit, ut cives omnes, qui in tabulis civium eſſent ſcripti, excuterentur, an veri eſſent, nec ne; & qui ex cive patre, matreque nati non eſſent expungerentur, populares autem de iis ſententiam ferrent; quòd ſi à popularibus peregrini eſſent judicati, ad judices provocare poſſent; qui ſi eos retinuiſſent, cives eſſent, ſin minus, venum irent; itaque Plutarchus, hac lege lata, cum quæſtiones acerbe in eos, qui ſe pro cive ferrent, eſſent habitæ, paulo minus quinque millibus damnatos tradit, quatuordecim autem millia & quadraginta eſſe retenta. Addit idem, Periclem ipſum poſtea, cum à populo vix impetraſſet, ut filium, quem unum, legitimis omnibus amiſſis, nothum habebat, lege ſua ſolutus in civium tabulas referret, cum inter curiales retuliſſe, ac Periclis nomine affeciſſe. Populares porro de hit ſententiam, ut ſcriptum eſt in lege, tuliſſe ſatis aperte commemorata Euxii provocatio indicat; in qua ille: (12) „ Sub noctem populares ætate „ graviores, qui in urbem ſuffragii cauſſa „ venerant, rus remigrarunt; nam populus „ quinque & triginta ſtadia ab urbe aberat, „ & maxima pars eorum ibi habitabant; qui „ vero remanſerunt, ab Eubulide inducti,

A „ cum non eſſent plures triginta, ſuffragia „ de me pluta, quam ſexaginta, tulerunt. Non eſt illud quoque ſilentio prætereundum, quod ex eadem oratione cognoſcitur, cum ejuſmodi civium excuſſio fieret, obſervatum eſſe, ut quæreretur de ſingulis, quos patres, quos curiales, quos Apollinis patrii, & Jovis Hercei gentiles, popularesſque haberent. Suffragia vero, quod ſcribit Pollux, frondibus, in quibus veros, falſosque cives inſcripſiſſent, tulerunt, unde [illegible] fuit, frondium ſuffragio civitate movere; judicia vero populorum talia [illegible] vocata ſunt; unde dixit Æſchines in Timarchum: (13) „ Fiebant „ [illegible] in populis, & quiſque noſtrûm

B „ ſuffragium tulit de corpore, qui Athenienſis vera eſſet, & qui ſecus. Ac de civitatis quidem cognitione hæc dicta ſint.

Quod autem ad publicas conſtituendas curationes pertinuit, id eam quidem vim, atque ſententiam habuit, ut cum magiſtratus alii univerſi populi ſuffragiis, alii ſorte, alii editione deligerentur, editio ipſa proprie tribubus, & curiis, & gentibus, & populis mandaretur; cujus rei uno exemplo contentus ero. Cum muros Athenarum multis in partibus ruinoſos reparare, ac reficere populo placuiſſet, decretum latum inquit Æſchines, ut tribuum conſilium, quam ille [illegible] vocat, haberetur, imperatumque ut ſingulæ

C tribus operum publicorum curatores, & quæſtores ex ſuo quæque corpore daret. Quare cum Pandionis Demoſthenem edidiſſet, vehemens illa poſt ei cum Æſchine contentio in cauſſa Creſiphontis exarſit. Ex quo perſpicitur, tribus ipſas quandam quaſi ſeparatam Rempublicam habuiſſe, cum non ſolum magiſtratus ſuos quoſdam, ut oſtendi, ediderint, ſed etiam de quibuſdam rebus ſeparatim conſultarint, atque decreverint, & quædam judicia exercuerint, &, quod mirabilius videri poteſt, ærarium etiam Eponymo quæque ſuo (14) ſacratum habuerint. Quæ omnia cum ex iis, quæ diximus, tum maxime ex oratione Demoſthenis adverſus Theocrinem in-

D telliguntur. (15) *Cum lex*, inquit, *jubeat* [illegible] (publicæ genus id actionis eſt) *eſſe adverſus eos, qui ærario debent, & ſi quis Minervæ, aut aliorum deorum, aut Eponymorum alicui debeat, iſte apparebit debere, neque unquam pependiſſe, ſeptingentas drachmas, quibus mulctatus eſt in rationibus referendis, Eponymo tribus ſuæ*; item: *Præſentes tribules ſuos non eſt reveritus, cum ita eorum rem communem adminiſtraſſet, ut eum peculatus damnarent*; item: *Ipſum autem Theocrinem confiteri, eam manere mulctam, eumque pro ſe, ac pro fratre ſpopondiſſe tribulibus, nec ſervata religione, ac ſine infamia* [illegible] *hanc poſſe repudiari*, recita decre-

E

(11) [illegible]

(12) Nimio ſcilicet græcum *Demoſthenis* textum in citata contra *Eubulidem* oratione, quòd prolixior ſit, ejuſque vix pauca quædam attingat *Sigonius*, tamen ad inventum ſatis.

(13) [illegible] *frondium ſuffragio quempiam ejicere.* Vide *Pollucem lib.* 8. *cap.* 5. *Sect.* 18. Græca *Æſchinis* verba, quæ refert A. N, ſunt, quæ ſequuntur: [illegible]

(14) A quo videlicet nomen quæque ducebat; de his fuſe numero ſecundo hujus libri.

(15) [illegible]

cretum, quod in Scirrhonidæ ſententiam factum eſt inter tribules.

Jam vero ut tribus eædem & Senatus, & concionis, & judicum, & omnium magiſtratuum, & rei demum bellicæ, ac militaris ſeminarium quoddam ubertimum fuerint, quoniam res eſt ab hoc ſermone aliena, poſt ſuo loco commodius demonſtrabitur; nunc, quod ſequitur, de Senatu dicamus.

CAP. III.

De Senatu Quingentumvirûm. Senatus duplex à Solone inſtitutus. Unus Quingentumvirûm, alter Areopagitarum. Prioris uſus. Ejuſdem lectio. Præfectorum Senatus lectio: qui Prytanes vocati. Senatorum probatio, jusjurandum. Novi Senatus ingreſſus. Officia Præfectorum Senatus. Sententiæ Senatorum. Decreti ſcriptio. Suffragia Senatorum. De quibus Senatus conſuli ſolitus? Ejuſdem præmium.

QUi ante Solonem Senatus Athenis fuerit, parum, ut ſupra dixi, compertum eſt. Plutarchus certe ita loquitur, ut Solonem ejuſmodi auctorem, inſtitutoremque conſilii prodere videatur, cum Senatum ab eo geminum inſtitutum inquit, unum Quingentumvirûm, alterum Areopagitarum: nimirum ut his duabus quaſi anchoris populi concio fluctuans regeretur. Dicam igitur primum de priore, quem illi τὴν τῶν πεντακοσίων βουλὴν nominarunt; hunc enim præcedere ordine Solo voluit, ut illum alterum dignitate. Hic igitur ob eam potiſſimum rem à ſapientiſſimo legiſlatore eſt inſtitutus, ut eſſet, quemadmodum ſcribit Plutarchus, qui concionis rudis, & imperitæ, penes quam Reſpublica erat univerſa, deliberationes, & conſilia gubernaret; neque enim cum magnam cuicunque decretorum ad populum ferendorum poteſtatem permitteret, ea ipſa ferri, niſi ἐκ τοῦ προβουλεύματος, id eſt, niſi ea ſenatus præconſulto, voluit, qui prudentia, & moderatione ceteris antecelleret. Cum enim, ut notat ad Androtianam Libanius, magna populi multitudo eſſet, eaque facile, quod occultam decretorum fraudem non ſentiret, in errorem induci poſſet, propterea ante ad Senatum ea mitti Solo inſtituit, ut vitiis demum, ſi qua hærerent, excuſſis, perferrentur ad populum. Quare lex, quam profert adverſus Androtionem Demoſthenes, ne decretum aliquod ad populum, niſi ex Senatus præconſulto, feratur, lex mihi hæc eſſe Solonis videtur, quam poſtremis ille temporibus vetuſtate jam aliqua ex parte obſoleviſſe ſignificat. Itaque decretum, quod ad populum Androtio ſine Senatus præconſulto pertulerat, ut vetus Senatus ob Rempublicam bene geſtam coronâ donaretur, ab accuſatoribus eo nomine eſt reprehenſum, quod ante Senatus cognitioni non eſſet commiſſum; ille vero hoc prætermiſerat, veritus, ne ſi ad novum Senatum decretum de veteris Senatus honore miſiſſet, quæ eſt hominum improbitas alienæ laudi ſemper, & eorum maxime, qui ante ſe Rempublicam geſſerint, invidentiam, ab eo fortaſſe repudiaretur. Hinc factum eſt, quod narrat Plutarchus, ut *Lyſias* Syracuſanus, cum Thraſybulo decretum ſcribente in civitatem eſſet aſcitus, haud ita multo poſt, ab Archimo decreto Thraſybuli accuſato, quod ſine Senatus præconſulto latum ad populum eſſet, eadem ipſa civitate ſit ſpoliatus. Unde illa ſunt etiam in Timocratea: (16) *Acceſſit ad Senatum, præconſultum ſcriptum eſt, advocata concione populus decrevit*; & in ea, quæ de ementita legatione dicta eſt: (17) *In tyrannorum, & paucorum dominatu omnia ex edicto propere procurantur; apud vos autem primum rebus de omnibus Senatum audire, & præconſulere oportet, deinde concionem advocare*. Neque vero hanc ſolam poteſtatem Senatui largitus eſſe legiſlator videtur, ut quæ decreta ad populum ferenda eſſent, ipſe ante perpenderet, ſed etiam ut nullo populi ſcito accedente ſtatuere poſſet, ſcribit enim Arpocratio, cum Senatus decretum populo eſſet propoſitum, populum conſueviſſe ſtatuere, an ea de re ſibi ſciſcendum eſſet, an ſatis Senatus præconſultum valeret, eamque προχειροτονίαν eſſe appellatam. In quo illud attendendum eſt, quod in Ariſtocratea ejuſdem extat, quanquam ea Senatus auctoritas erat, ut de rebus civitatis omnibus conſuli poſſet, ejus tamen decreta ad populum non perlata in annum tantummodo valuiſſe: quod ſi à populo eſſent confirmata, populum in perpetuum obſtrinxiſſe. Ex quo mirabile quoddam Senatus cum populo vinculum eſt initum, ut neque populi ſcita legitima, & rata haberentur, quæ Senatus auctoritas ante non approbaſſet; nec rurſus diuturna decreta Senatus eſſent, niſi populi ad ea ſuffragatio acceſſiſſet; hæc igitur, ut hunc locum concludam, Solonem hominem ſapientiſſimum ratio impulit, ut Senatum hunc in hanc Rempublicam introduxerit.

Quod vero ad ejus lectionem pertinet, mirifice mihi in eo fuiſſe cautus ille, ac diligens videtur; neque enim cum eam ſorti permitteret, niſi certo numero Senatores legi, eoſque ſpectata ætate, probataque vita eſſe voluit. Inſtituit autem eum, teſte Plutarcho, ex quadringentis, nimirum centenis ex ſingulis tribubus, quæ tum erant quatuor, ſumptis; quem numerum poſtea Cliſthenes aucto numero tribuum aliquanto amplificavit, atque ad quingentos perduxit. Sorte autem quotannis (18) lectum, & Libanius in Androtianam tradit, & præter alios graviſſimus auctor Thucydides lib. VIII. oſtendit, cum eum τὴν βουλὴν ἀπὸ κυάμου, & τοὺς βουλευτὰς ἀπὸ κυάμου, id eſt, Senatum, & Senatores a fabavo-

(16) προσῆλθε τῇ βουλῇ· προβούλευμα ἔγραψε. μετὰ ταῦτα γενομένης ἐκκλησίας, προεχειροτόνησεν ὁ δῆμος.

(17) οὐδὲ γὰρ τοὺς χρόνους [illegible] .... [illegible]. Extabat porro Lex, qua cautum erat, ut Senatus conſulta, ſive Decreta, ad Populum perlata, annua tantum eſſent. *Demoſthenes* in *Ariſtocratea*: [illegible] τῆς βουλῆς [illegible].

De hac lege paulo poſt *Sigonius*.

(18) *Libanius* loc. cit. [illegible], (ſermo eſt de Magiſtratibus) [illegible] ἡ βουλὴ [illegible]. Poſt alia demum quam plurima addit, cum annuum tantum, ad Areopagitarum diſcrimen fuiſſe: [illegible]. Hinc Quingenti διάδοχοι dicti ſunt, ideſt *permutatores*; Areopagitæ verò ἀδιάδοχοι, καὶ [illegible], quòd nunquam a ſuſcepto ſemel munere, niſi quidpiam ſceleris admiſiſſent, dimoverentur.

A vocat: & Andocides in oratione de myſteriis, cum τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων λαχοῦσαν τῷ κυάμῳ, id eſt, Senatum quingentorum ſorte fabæ lectum, in quodam vetere decreto recitando appellat. Fabas enim ad ſortem adhibuerunt ita, ut cui alba obtigiſſet, is honoris beneficium à ſorte acciperet; cui nigra, repulſam, quemadmodum perſpicue Plutarchus in Pericle demonſtrat; unde idem quoque magiſtratum ſortito lectum ἀρχὴν κυαμευτὴν appellavit. Fuit autem hæc, quantum ego intelligere poſſum, ſortiendi ratio talis. Singularum tribuum curatores, nomina omnium tribulium ſuorum, qui per ætatem Senatores eſſe poſſent, eamque dignitatem ambirent, B æneis tabellis ſigillatim inſcripta, quæ πινάκια ut inquit Arpocratio, dicebantur, in hydriam unam conjiciebant; in alteram vero fabas totidem, ex quibus quinquaginta albæ erant, reliquæ vero nigræ, tam multæ numero, quam multi erant, qui ſupra quinquaginta petebant. Ita cum eodem tempore tribulis unius nomen ex hydria una, & faba ex altera duceretur, fiebat, ut, qui albæ ſortem nactus eſſet, is Senator eſſet; atque hoc pacto ductis ex ſingulis tribubus civibus quinquagenis, numerus erat Senatorum quingenorum expletus. Hoc facto inde eos, qui Senatui præeſſent, quos illi prytanes vocarunt, ſortiebantur, ita ſcilicet, ut nomini- C bus decem tribuum in hydriam unam dejectis, in alteram vero faba alba una, & novem nigris, quæ fabam albam prima tribus tulerat, ea Senatui in prima prytanea præeſſet, quæ ſecunda, in ſecunda, atque ita deinceps. Erat autem prytanea ſpacium dierum triginta quinque: hæc enim decima pars erat anni apud Athenienſes, quem illi ad Lunæ curſum dirigentes dierum CCCLIV. numerarunt. Sed quoniam ſi decies triginta quinque multiplicaveris, numerum dierum tantum CCCL. conficies, propterea quatuor illos, qui ex CCCLIV. ſupererant dies, primis quatuor prytaneis addebant, ut illæ dierum eſſent triginta ſex, reliquæ vero trigin- D ta quinque. Ita fere Arpocratio. Nam Libanius (19) hos dies quatuor magiſtratibus creandis eſſe dicatos, inquit; perque eos dies Atticam ſine magiſtratibus fuiſſe. (20) Lectis autem prytanibus, tum deinceps procdros, & epiſtatam legebant; ex quibus autem eos legerint, haud plane convenit inter antiquos. Libanius (21) enim proëdros decem ex ipſorum prytanum numero, ut Senatui præſiderent, lectos ſcribit, eoſque per ſeptem dies præſuiſſe, ita ut ſinguli ſingulorum dierum imperium obtinerent, tribus tantum exceptis, qui ad imperium diei pervenire nequirent, eos vero epiſtatas eſſe appellatos, qui per diem in magiſtratu eſſent. Atque hoc idem E confirmare videtur Ulpianus in Medianam,

A cum proëdros nuncupatos ſcribit, qui à tribu prytaneatum gerente ad Senatum, & rurſus à Senatu ad populum, ut ibi præſiderent, miſſi eſſent. Arpocratio vero, quem libentius ſequor, (22) proëdros novem non ex tribu prytaneatum gerente, ſed ex reliquis reliquarum novem tribuum Senatoribus, ex ſingulis ſingulos lectos, ex Ariſtotelis ſententia prodit: huic autem lectioni præfuiſſe epiſtatam prytanum, eum, qui in ſingulos dies imperium obtineret. Quod idem etiam intellexiſſe videtur Pollux, cum ſcripſit, ubi prytanes coëgerunt Senatum, aut populum, epiſtatam proëdros ſortitum ex unaquaque tribu unum, præterquam ex ea, quæ prytaneatum gereret. B Eorum autem meminerunt etiam Demoſthenes, Æſchineſque; ille quidem contra Androtionem: „ Primum qui Senatui præſidebant, & qui hæc ſuffragiis ſubjiciebat, „ epiſtata, rogarunt; hic vero contra Timarchum: „ Et cum eſſet in Senatu illius „ diei proëdrus, adeſſe patruo opem imploranti noluit; hic enim proëdrum pro epiſtata uſurpavit, ut etiam in Timocratea Demoſthenes. His rebus expeditis, deinceps, ſi erant, qui id peterent, ſecunda ſortitione alios ſenatores, alios prytanas, alios proëdros, aliumque eodem modo epiſtatam ſublegebant; non ut illi extemplo inirent, ſed ut ſi primi forte aut mortui, aut rejecti eſ- C ſent, ipſi extemplo in eorum locum ſuffici poſſent. Declarat hoc Arpocratio: „ Æſchi„ nes, φησί, Demoſthenem neque λαχόντα, „ neque ἐπιλαχόντα, id eſt, neque ſortitione, „ neque ſubſortitione Senatorem lectum „ propterea dixit, quia qui Senatores, aut „ magiſtratus eſſe cupiebant, in ſortem con„ jiciebantur, deinde unicuique ſorte ducto „ alterum ſubſortiebantur, ut ſi prior, quem „ ſors tulerat, aut rejectus, aut mortuus „ eſſet, qui in ejus locum aut Senator, aut „ Magiſtratus ſub ſortito ſufficeretur, non „ deeſſet

His rebus omnibus rite adminiſtratis, tum judicium coonſtituebatur, quod illi δοκιμα- D σίαν vocabant, in quo Senatorum, qui lecti erant, vita diligenter exquirebatur; qualis eſt cauſa, quæ adverſus Phylonem à Lyſia ſcripta legitur. Solo enim legem tulit, quam commemorat adverſus Timarchum Æſchines, qua cum aliis probris notatos, tum maxime impudicos, eſſe in Senatu prohibuit. Quod ſi parum integra illi vita judicati fuiſſent, in eorum locum, qui ſub ſortitione lecti erant, ſubſtituebantur: ſin autem probati erant, ſolemne juſjurandum quoddam jurare jubebantur; quod innuit Demoſthenes in oratione contra Neæram, cum dicit: (23) „ Sortitur „ Senatum Apollodorus, probatuſque jure„ jurando legitimo ſe obſtringit. Jurabant E autem, primum ſe in ea litera, cujus ſortem nacti

(19) In eodem argumento Orationis *Demoſthenicæ* adverſus *Androtionem*. Obiter obſerva apud nonnullos ambigi num ejuſmodi argumentum *Libanii* Sophiſtæ ſit, an alterius.

(20) Dictos propterea eos dies ἀναρχίας, ἢ ἀναρχίαις.

(21) In loco ſupra citato.

(22) *Sigonio* non aſſentitur *Joſeph Scaliger*. Vide *Ubbonem Emmium* in Deſcriptione *Reipub. Athenienſ.* apud *Jacobum Gronovium* in Theſauro Græcarum *antiquitatum*, utriuſque Auctoris ſententiam, quin ipſe ſuffragium ferat, referentem. Nec ſane video qua ratione poſſint inter ſe conciliari, cum hinc *Libanii*, hinc obſtet *Harpocrationis* auctoritas, uterque porrò abeat in diverſa. Addo *Pollucis* verba, quæ latine recitat A. N., quibus, mea quidem ſententia, nodus multo evadit implicatior, cum affirmet ab ipſo Epiſtata electos [illegible] πρόεδρους, idque ſingulis vicibus, quemadmodum ejus verba præſeferunt, cum Senatus, aut Populus cogeretur. Sic enim habet *lib. 8. cap. 9 Sect. 96* [illegible] (ἐπιστάτης ſcilicet, de quo eſt ſermo) [illegible]

(23) λαχὼν βουλεύειν Ἀπολλόδωρος· δοκιμασθεὶς δὲ, καὶ ὀμόσας τὸν νόμιμον ὅρκον,

nacti eſſent, aſſeſſuros; (etenim, quod in Pluti commentario ex Philochori annalibus proditum eſt, Glaucippo archonte inſtitutum fuerat, ut ſinguli Senatores ſingula curiæ ſubſellia, quæ ſingulis literis erant ſignata, in ſortem conjicerent) deinde, ut eſt in ipſo, de quo dixi, Apollodori jurejurando, ſe populo præcipue conſulturos; tum ſe neminem unquam Athenienſium in vincula conjecturos, niſi aut prodendæ civitatis, aut populi evertendi conſilia iniviſſet, aut vectigalium emptor, aut ſponſor, aut collector, Reipublicæ non ſatisfeciſſet. Quæ verba in eos eſſe ſcripta Demoſthenes in Timocratea interpretatur, non de quibus judicium factum eſſet, ſed qui nondum cauſſam dixiſſent; nimirum ne vinculis impediti aut incommodius agerent, aut omnino imparati ad eam dicendam accederent.

Primo autem anni die menſe Ecatombæone, (24) in Senatum venientes unà ſolemne quoddam ſacrificium faciebant, quod *εἰσιτήρια* nominabatur; votaque pro Republica ſuſcipiebant. Sacrificii meminit Demoſthenes in oratione de ementita legatione. „ Senatus, „ *inquit*, *εἰσιτήρια* ſacrificavit, convivium celebravit, una libarunt Prætores, & prope „ dicam, omnes magiſtratus; & contra Midiam: „ Et tamen tanto flagitio mihi objecto, me *εἰσιτήρια* facere, & ſacrificare, & „ victimas ferire pro vobis totaque Republica permiſit. Hoc autem factum eſſe adjicit Ulpianus, cum Senatus in curiam ingrederetur, ut ex ſententia deliberationes procederent. Vota vero ſuſcepta à Senatu eſſe ad Jovis Bulæi, & Minervæ Bulææ ſacella, quæ erant in curia, docet aperte Antiphon in oratione de choreuta, cum inquit: (25) „ In „ curia Jovis Bulæi, & Minervæ Bulææ ſacellum eſt, ad quæ ingredientes Senatores „ vota faciunt; ex quibus ego etiam tum Senator unus fui, qui hæc feci, & una cum „ Senatu in alia ſacella ingreſſus ſum, & ſacrum, votumque ſuſcepi pro hac civitate, „ & ad hæc prytaneatum geſſi in prima prytanea tota duobus diebus exceptis, & rem „ divinam pro democratia feci.

Principes ergo, ut dixi, Senatus quodammodo prytanes quinquaginta fuerunt, ità ut Senatum cogendi, & eos, qui res novas nunciarent, audiendi, & qui Senatum poſcerent, producendi, & omnino de rebus omnibus, de quibus conſuli oporteret, ad Senatum referendi poteſtatem haberent. Ut autem his muneribus commodius inſervirent, inſtitutum erat, ut in Tholo, qui locus prope curiam fuit, quotidie verſarentur. Itaque in eo loco prytanas unà ſacrum feciſſe, epulatos eſſe, ac libaſſe, Demoſthenes in oratione de ementita legatione, & Pauſanias in Atticis prodiderunt. Unde illa demum in oratione de myſteriis apud Andocidem emanarunt: „ Edixerunt, ut Athenienſes, qui „ in urbe habitarent, in forum armati irent; „ qui in longis muris, in Theſei ædem; qui „ in Piræeo, in forum Hippodamium; equi„ tes in Anaceum; Senatum in arce futurum, „ ibique pernoctaturum; prytanes autem in „ Tholo.

Ac quotidie quidem prytanas Senatum, niſi ſi vacatio aliqua eſſet, advocare ſolitos, narrat Pollux; res autem novas ad eos delatas, eoſque in repentina re Senatum coëgiſſe, Demoſthenes in cauſſa Cteſiphontis demonſtrat: (26) „ Adveſperaſcebat tum, cum „ nuncius allatus eſt ad prytanes, captam „ eſſe Elatiam; tum vero eorum alii medio „ convivio ſurgentes omnes, qui in tabernis „ erant, & in foro verſabantur, ejiciunt, & „ vela incendunt, alii Prætores accerſunt, „ tubicines evocant, in urbe plena tumultus „ erant omnia; poſtridie autem prima luce „ prytanes Senatum in curiam vocant. Qui vero Ariſtophanis Pacem exponit, ſcribit, prytanas in curiam, qui Senatum poſcerent, produxiſſe, atque illud officium quæſtui habuiſſe. Fuit autem moris, quod ſcribit Pollux, ut antequam Senatus haberetur, in tabella quadam, quibus de rebus agendum eſſet, proſcriberetur; id quod Demoſthenes in oratione de ementita legatione ſignificat, cum inquit: „ Oportet, Senatum audire, & præ„ conſulere, ubi præconibus, & legationibus „ Senatum dari proſcriptum fuerit; (27) & contra Evergum: „ Juſſit Senatus, ut eum „ deferrem, & prytanes ei judicium intra „ biduum proſcriberent. Quod etſi ita fiebat, tamen prytanes etiam ad frequentem Senatum de rebus omnibus referebant. Ac neſcio, an præcipuum illud epiſtatæ officium fuerit; neque enim quo alio in Senatu munere functus ſit epiſtata, diſpicere ſatis poſſum, niſi totius collegii nomine, quæ eſſent in Senatu diſcutienda, propoſuerit; ſummæ tamen eum in Senatu fuiſſe auctoritatis oſtendit Æſchines, cum Timarcho objecit, quod cum diei ejus proëdrus eſſet, quo de patrui ſui re in Senatu agebatur, pro eo ne verbum quidem fecerit. Sed ſive epiſtata omnium collegarum nomine, ſive ſinguli prytanes ſeparatim de ſingulis rebus, vel volentibus, vel invitis collegis retulerint, omnino fixum, ratumque illud eſt, univerſam relationem ad prytanas attinuiſſe.

Relatione autem facta, ſententiæ à ſingulis, & quidem ſurgentibus Senatoribus dictæ ſunt. Quod oſtendit Andocides in oratione de myſteriis: „ Poſtquàm Senatus ſte„ quens

(24) Junio. De his, quæ ſubdit *Sigonius*, ſparſim occurrent quamplurima in ſequentibus; interim vide num. 277. *lib.* 4.

(25) Adſero græca verba, quæ rem propius attingunt: ἐν αὐτῷ βουλευτηρίῳ Διὸς βουλαίου, καὶ Ἀθηνᾶς βουλαίας, ἱερόν ἐστι. καὶ εἰσιόντες οἱ βουλευταὶ προσεύχονται.

(26) ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν. ἧκε δ' ἀγγέλλων τις ὡς τοὺς πρυτάνεις ὡς Ἐλάτεια κατείληπται. καὶ μετὰ ταῦτα οἱ μὲν εὐθὺς ἐξαναστάντες μεταξὺ δειπνοῦντες, τούς τ' ἐκ τῶν σκηνῶν, τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον, καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν· οἱ δὲ τοὺς στρατηγοὺς μετεπέμποντο, καὶ τὸν σαλπικτὴν ἐκάλουν. καὶ θορύβου πλήρης ἦν ἡ πόλις. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ οἱ μὲν πρυτάνεις τὴν βουλὴν ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευτήριον, ὑμεῖς δ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπορεύεσθε. καὶ πρὶν ἐκείνην χρηματίσαι καὶ προβουλεῦσαι, πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆτο, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἦλθεν ἡ βουλὴ, καὶ ἀπήγγειλαν οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα ἑαυτοῖς, καὶ τὸν ἥκοντα παρήγαγον, κἀκεῖνος εἶπεν, ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; παρῄει δ' οὐδείς, πολλάκις δὲ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος, οὐδὲν μᾶλλον ἀνίστατ' οὐδείς, ἁπάντων μὲν τῶν στρατηγῶν παρόντων, ἁπάντων δὲ τῶν ῥητόρων, καλούσης δὲ τῆς κοινῆς τῆς πατρίδος φωνῆς, τὸν ἐροῦνθ' ὑπὲρ σωτηρίας. ἣν γὰρ ὁ κῆρυξ κατὰ τοὺς νόμους φωνὴν ἀφίησι, ταύτην κοινὴν τῆς πατρίδος δίκαιον ἡγεῖσθαι.

(27) *Demoſth.* in Orat. de *Falſa Legatione*: ὑμῖν δὲ, πρῶτον μὲν δεῖ ..., τὴν βουλὴν ἀκοῦσαι, καὶ προβουλεῦσαι δεῖ· καὶ τοῦθ', ὅταν ᾖ κήρυξι, καὶ πρεσβείαις προγεγραμμένον, οὐκ ἀεί. Quæ paulo poſt Auctor noſter refert ex *Æſchine* de *Timarcho*, jam dedimus ſupra num. 9.

„ quens convenit, ſurgens Callias dixit; & Lyſias in oratione contra frumentarios: „ Ubi ad Senatum prytanes de frumentariis „ retulerunt, adeo illis ſuccenſuerunt, ut „ oratores quidam dixerint, eos indemnatos „ XI. viris eſſe tradendos; ego vero cum „ acerbum eſſe putarem, ſi talia Senatus fa„ cere aſſueſceret, ſurgens dixi, lege mihi „ videri cum frumentariis eſſe agendum.

A

Dictis ſententiis, decretum ſcribebatur, ſcriptum autem invenio non ſolum à prytanibus, ſed etiam à quibuslibet Senatoribus; à prytanibus, ut quod ſcripſiſſe ſe affirmat Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, tribu Pandionide prytaneatum gerente: fuit enim Demoſthenes è Pandionide tribu; & quod in eadem ſcripſit Ariſtonicus Phrearius tribu Leonide prytaneatum gerente: fuerunt enim Phreatii populares è Leonide tribu; à quibuslibet Senatoribus, ut in oratione contra Neæram: „ Apollodorus decretum ſcribit „ in Senatu, cum eſſet Senator, & Senatus „ præconſultum defert ad populum; & quale illud eſt, quod Cteſiphon Anaphlyſtius de coronando Demoſthene ſcripſit, tribu Oeneide prytaneatum gerente; neque enim Cteſiphon tum prytanis eſſe potuit; cum Anaphlyſtii Antiochidem obtinuerint, non Oeneidem, quæ tum in prytaneatu fuiſſe fertur; & quale illud, quod in oratione de ementita legatione a Timarcho Senatore ſcriptum eſt, ne quis ad Philippum arma deferret. (28)

B

C

Decreto vero recitato prytanum aliquis de eo ſuffragium Senatoribus permittebat, quod illi dicebant ἐπιψηφίζειν. Atque hoc cum tradit Ulpianus aperte in Midianam, tum ſignificat non obſcure Demoſthenes in eadem oratione, cum inquit: „ Prytanes ad ſuffra„ gia danda inducto; & Antiphon ſuperiore loco: „ Et ego prytaneatum gerens in pri„ ma prytanea ſuffragium dedi, & ſenten„ tiam dixi de rebus maximis. Suffragia vero fabas albas, nigraſque fuiſſe; illas ad jubendum, has ad vetandum; Ulpianus notatum reliquit. Id autem ſi Senatorum major pars ſciviſſet, pro rato habebatur, eique nomen & ejus, qui ſcripſerat, & tribus, quæ tum prytaneatum gerebat, affigebatur, ut: „ Tribu Oeneide prytaneatum gerente, Cte„ ſiphon Leoſthenis Anaplyſtius dixit; item: „ Hippothoontide tribu prytaneatum geren„ te, Demoſthenes Demoſthenis Pæanienſis „ ſcripſit; & reliqua ejus generis infinita.

D

Quæret hoc loco aliquis, quibus de rebus præcipue Senatus hic ſit conſuli ſolitus; difficile eſt, ſingula perſequi: ſummam aperit Xenophon in libro de Republica Athenienſium, (29) cum ait, eum de bello faciendo, & de parandis pecuniis ſtatuiſſe, præterea tributa accepiſſe, ac rei navalis, & ſacrorum curam geſſiſſe, &c., quod latiſſime patet, de quotidianis negotiis omnibus cognoviſſe. Quod autem de tributis ſcribit Xenophon, id ipſum lege etiam, cujus meminit adverſus Timocratem Demoſthenes, confirmatur. „ Eſt, inquit, „ apud vos lex præclara in primis, „ qui poſſident ſacras, publicaſque pecunias, „ eos in curia ſolvere: ſin minus, Senatum „ ab iis, leges telonicas adhibentem, exigere. Omnino autem quæcunque ad populum lata, eadem fere in Senatu tractata ſunt. Quæ vero hæc fuerint, commodius dicemus, cum de concionis poteſtate dicemus. Illa vero propria Senatus jura fuerunt, primum, ut eos exquireret, qui propter imbecillitatem, & paupertatem à ſe ſtipem vitæ tuendæ cauſſa petebant. Hi ſunt, qui ἀδύνατοι appellati ſunt; ſtipis autem, teſte Arpocratione, duo oboli, vel, ut placuit Ariſtoteli, obolus fuit; ejuſmodi vero hominum diſquiſitionem, δοκιμασίαν dictam, Senatus quoque cognitioni commiſſam oſtendit Æſchines contra Timarchum: (30) „ Arignotum, patruum ſuum, inter imbecillos ſtipem petentem deſpexit, & ſeni „ in probatione, quæ imbecillis proponitur, „ ſuperato, & Senatus opem imploranti, „ cum Senator, & illius diei proëdrus eſſet, „ adeſſe noluit; & Lyſias item in oratione, quæ inſcribitur, Ne ſtips imbecillo detur; in qua in Senatu de imbecilli hominis obolum petentis probatione accurate diſſeritur. Alterum fuit, ut de æſtimationibus eorum cognoſceret, quorum nomina ad ſe eſſent delata, quam actionem illi εἰσαγγελίαν dixerunt. Ea vero à Polluce expoſita eſt: (31) „ Si quis, inquit, in iis rebus, de quibus „ nullæ extant leges, deliquerit, aut magi„ ſtratus, aut orator, apud Senatum εἰσαγγε„ λία adverſus eum conceditur; qui ſi leviter peccaſſe videatur, à Senatu ipſo mul„ ctatur; ſi vehementius, æſtimata mulcta, „ quam ei ſolvere aut pati oportet, tradit „ eum judicibus. Scribit etiam Arpocratio εἰσαγγελίαν publicorum fuiſſe delictorum, quæ propter magnitudinem procraſtinationem non paterentur, & de quibus neque magiſtratus, neque leges magiſtratibus latæ eſſent, quibus adduci in judicium poſſent, ſed ad Senatum, aut populum primum deferrentur; apud quos ſi reus convictus eſſet, graviſſima pœna mulctaretur; accuſator vero, etiam ſi non damnaret, nullo detrimento afficeretur, niſi, ſi quintam partem ſuffragiorum non ferret, mulcta mille drachmarum; cum antiquitus pœna acerbiore afficeretur. Ut autem in ceteris rebus, ſic in ejuſmodi delationibus judicandis

E

(28) Placet ſaltem exemplum unum græcis verbis afferre ex Oratione *Demoſthenis* de Corona. Ψήφισμα. Ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, Γαμηλιῶνος ἕκτῃ ἀπιόντος, φυλῆς πρυτανευούσης Λεοντίδος, Ἀριστόνικος Φρεάρριος εἶπε. *Decretum. Prætore Chærondo Hegemonis F. XXVI. Januarii, Tribu Leontina Præſidente, Ariſtonicus Phrearrius dixit.* Recoſe quæ notata ſunt num. 5. cum legeris hic pluſquam ſemel *Leonide Tribu*. Ceterum nihil occurret ſæpius Græcos Oratores, *Demoſthenem* præ reliquis, evolventi, quam ejuſmodi decreta.

(29) Δεῖ δὲ τὴν βουλὴν βουλεύεσθαι πολλὰ μὲν περὶ τοῦ πολέμου, πολλὰ δὲ περὶ πόρου χρημάτων, πολλὰ δὲ περὶ νόμων θέσεως, πολλὰ δὲ περὶ τῶν κατὰ πόλιν ἀεὶ γιγνομένων, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις, καὶ φόρον δέξασθαι, καὶ νεωρίων ἐπιμεληθῆναι καὶ ἱερῶν. *Senatus deliberandum de bello, de pecunia parandá copiá, de Legum latione, de iis, quæ quotidie in rebus urbanis accidunt, de ſociis quoque; ad hæc accipienda tributa, cura navalium, & rerum ſacrarum ſuſtinenda.*

(30) Vide græca *Æſchinis* verba *num.* 9. hujus libri, neque enim textum truncum exhibendum exiſtimavi, cum ejus pars altera hic loci opus futura eſſet.

(31) *Lib. 8. cap. 6. Sect. 51.* ἡ δὲ εἰσαγγελία, τέτακται ἐπὶ τῶν ἀγράφων δημοσίων ἀδικημάτων κατὰ τὸν νόμον εἰσαγγελτικόν. ἀμφοτέρως γὰρ λέγουσιν, ὡς λέγω περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι· ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκηται, ἢ ἄρχων, ἢ ῥήτωρ, ὡς τὴν βουλὴν εἰσαγγελία δέδοται κατ' αὐτοῦ, κἂν μὲν μέτρια ἀδικῶν ὀφθῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολήν· ὧν δὲ μείζω παραδίδωσι δικαστηρίῳ. περὶ τῆς εἰσαγγελίας iterum dicendum *cap. 1. lib. 3.*

A dis omnia per prytanas & acta, & confecta ſunt, quod ex verbis Demoſthenis ex oratione contra Evergum aperte perſpicitur. (32) „ Cum ego, *inquit*, & pignoribus ſpoliatus „ à Theophemo, & præterea verberibus affectus eſſem, veniens in Senatum & verbera oſtendi, & quomodo mulctatus eſſem, „ exigendis Reipublicæ armamentis, expoſui; ea re offenſus Senatus, quod non me, „ ſed ſe ipſum, & populum, qui legem de „ exigendis armamentis juſſiſſet, læſum putaret, juſſit, ut ego eum deferrem, & prytanes ei, ut homini injurioſo, & navalem „ expeditionem impedienti, intra biduum „ judicium proſcriberent eo nomine quod B „ armamenta non reddidiſſet, & pignora „ eripuiſſet, & me, qui exigebam, & Reipublicæ inſerviebam, malo affeciſſet; facto „ igitur de Theophemo judicio in Senatu ex „ delatione, quam ego detuleram, & facta „ utrique dicendi copia, & ſuffragiis occultis à Senatoribus latis, damnatus eſt in „ Senatu, & injuſte feciſſe viſus eſt; & cum „ jam in eo Senatus eſſet, ut decerneret, „ utrum judicibus traderet, an drachmis „ quingentis mulctaret, quod à legibus mulctandi jus habebat, orantibus illis omnibus, & ſupplicantibus, & quem non allegantibus, & deſcriptionem armamentorum ſtatim in Senatu reddentibus, & ſe „ arbitro rem permiſſuros, cui ego voluiſ- C „ ſem Athenienſium, dicentibus, conceſſi, „ ut Theophemo lis quinque & viginti „ drachmis æſtimaretur. Quibus ex verbis aperte, ut opinor, declarantur, quæ ab Arpocratione, & Polluce de delatione dicuntur. Illud autem memorabile, his delationes Senatum recepiſſe in ſummis tantum ærarii anguſtiis conſtitutum, quod ſcribit in oratione contra Nicomachum Lyſias: „ Non „ ignorabat, Senatum, cum ſatis pecuniarum ad res gerendas habet, nihil delinquere; cum vero in anguſtias eſt deductus, „ cogi delationes recipere, & civium ora„ torumque bona publicare.

Pertinuit illud etiam ad judicium, cognitionemque Senatus, ut Senatores, qui parum ſancte ſe gererent, è Senatu demoverent (33) id quod, quia frondibus nomina Senatorum inſcriptis adminiſtratum eſt, propterea, teſte Polluce, ἐκφυλλοφορεῖν dixerunt, ut Æſchines de Timarcho Senatore diſſerens: (34) „ Si Senatus, ubi hunc improbe feciſſe „ ſtatuerit, & frondibus ejecerit, etiam ju„ dicio tradiderit, donate illum. *Item*: Poſt „ hæc Senatus in curiam ingreſſus eum fron„ dibus expulit, ſuffragio vero retinuit; quod „ autem judicio non tradiderit, id vero ini„ quo animo fero.

B Atque hæc quidem hujus Senatus jura extiterunt. Præmium vero ei non obſcurum fuit, corona, quam, ſi ſe egregie geſſiſſet, & in primis ſi triremes novas aliquot feciſſet, à populo petere, atque accipere per legem potuit; quam legem affert adverſus Androtionem orator, (35) cum ille de Senatu corona donando, etiam non conſtructis triremibus decretum ad populum pertuliſſet. Merces autem quædam pecuniæ ſumma fuit, quæ non Senatui ſolum, ſed etiam concioni, & judicibus numerata eſt. Quod uno inſigni maxime adverſus Timocratem loco oſtenditur, in quo ita orator: (36) Lex eſt vobis, „ ſi qua alia, præclara, ut qui ſacras, pu- C „ blicaſque pecunias poſſident, in curia pen„ dant; ſin minus, ut Senatus ab eis, legi„ bus uſus telonicis, exigat; hac igitur lege „ res communes adminiſtrantur; ſiquidem „ quæ in conciones, & ſacrificia, & Sena„ tum, & equites, & alias res pecuniæ im„ penduntur, hujus beneficio legis abunde „ ſuppetunt; cum enim vectigalia non ſuffi„ ciunt, quæ adpenſiones dicuntur, metu „ legis hujus penduntur; quomodo igitur non „ omnes Reipublicæ partes diſſolventur, cum „ vectigalium penſiones non fuerint ſatis, „ neque hæc niſi in exitu anni capere liceat; „ Senatus autem & judices, eos qui adpen„ ſio-

D (32) [illegible]

E (33) Tradit *Harpocration*: [illegible]

(34) [illegible]

(35) Hac de re fuſe agit in Orationis decurſu, quæque propterea, niſi obſtaret prolixitas, fere tota huc eſſet referenda.

(36) [illegible] Legem hanc quam adſcripſimus jam citarat *Sigonius* paulo ante poſt num. 29: operæ pretium propterea duxi integram ex Oratore exhibere.

„ ſiones non ſolvant, vinciendi poteſtatem „ non habeant? quid agemus? non conveniemus, nec deliberabimus, ſi opus erit? „ & amplius popularem ſtatum retinebimus? „ non judicabunt fora & privata, & publica? non inibit Senatus, & tractabit ea, „ quæ legibus continentur? at gratis ſcilicet „ hæc faciemus; quid vero iniquius eſt, „ quam ſi ex lege, quam tu mercede corruptus tuliſti, populus, & Senatus, & „ judices mercede ſua priventur? Hæc ille. Hanc ergo, opinor, conſuetudinem Athenienſium intuens Ariſtoteles, qui ſuos de Republica commentarios diligenti omnium rerum publicarum obſervatione, & maxime, ſi quis attendat, Athenienſis, confeciſſe videtur, ſcripſit, populare maxime eſſe, mercedem omnibus dare, concionibus, Senatui, judiciis, & magiſtratibus, & ex concionibus maxime ordinariis, & ex magiſtratibus in primis iis, qui unà eſſe, & inter ſe veſci quotidie cogerentur.

CAP. IV.

De Concione. Ejus uſus. Quid fuerit? Ipſius Præfecti. Conciones ordinariæ, & extraordinariæ. Earundem dies: locus. Quomodo Concio proſcribebatur? Qui in eam venirent, aut cogerentur? Quomodo in ea Præfecti ſederent? Ipſius ſacra. Quinam ad ipſam ferrent? Qui in ea ſententias dicerent? Ipſius ſuffragia. Quomodo dimitteretur? Decreti ſcribendi ratio. Quibus de rebus Concio ſtatuerit? De Legibus: De Sacris: De Magiſtratibus: De bello & pace: De præmiis benemeritorum: De civitate: De immunitate: De coronis: De Proëdriis. De ſtatuis & victu in Prytaneo. Concionis judicia. Oſtraciſmus quid? Qua ætate debebant eſſe Judices?

His expoſitis tranſeamus ad concionem, quam illi ἐκκλησίαν dixerunt, in qua populus tantas opes habuit, ut ab ea una popularis Reſpublica nomen invenerit; nam concionis arbitrio univerſum à Solone populare permiſſum erat imperium; quod & intellexit Demoſthenes, cum in oratione contra Neæram, populum Athenienſem, omnium rerum, quæ ſint in civitate, dominum eſſe, eundemque pro arbitratu de iis ſtatuere poſſe ſcripſit, & res ipſa nemine etiam loquente teſtatur; ſcilicet, quia ad Senatum, & ad judicia niſi ſorte pervenire nemo potuit: at concio omnibus, poſtea quam per ætatem in populatium concionales relati tabulas eſſent, ſine ullo ſortis beneficio patuit; idque potiſſimum ex inſtituto Solonis, (37) qui, ut inquit Plutarchus, cum magiſtratus ſolis divitibus tribuiſſet, concionem æque omnibus impertivit. Eſt autem concio populi conventus legitime advocatus rei alicujus publicæ cauſſa ſuffragio ſuo aut jubendæ, aut vetandæ. Quod autem dixi legitime, id habet hanc vim, ut & à magiſtratu legitimo advocata, & die locoque legitimo habita, & reliqua, quæ continentur in lege de habenda concione, ſervata ſint; quæ ipſa nos, quoad poterimus, ex infinitis prope vetuſtatis tenebris, dabimus operam, ut eruamus.

Ac magiſtratus quidem, qui populi concionem regebant, erant prytanes, proëdri, & epiſtata. Prytanes erant iidem, atque ii, qui in Senatu prytaneatum gerebant. Proëdri vero novem erant, ſinguli ex ſingulis novenis tribubus iis, quæ in prytaneatu non erant, ſorte in ſingulis concionibus lecti; quod & Arpocratio tradit, & Æſchines in oratione de ementita legatione confirmat. (38) „ Lectis, *inquit*, legatis ad jusjurandum „ à Philippo de pace accipiendum concio „ habita eſt, in qua Demoſthenes Senator „ ſorte lectus eſt proëdrus; & lex, quam recitat in Timocratea Demoſthenes: „ Proë„ dri, quibus ſorte obtigerit, ut in ea con„ cione præſideant. Epiſtata vero alius fuit ab eo, de quo ſupra cognovimus; ille enim prytanum princeps fuit hic proëdrorum; ille Senatui præfuit, hic concioni; ille in diem magiſtratum obtinuit, hic in eas tantum horas, per quas concio habita eſt. Duos autem hos fuiſſe epiſtatas, unum, qui lectus ſit ex prytanibus, alterum, qui ex proëdris, atque illum quidem hujus ſortitioni præfuiſſe, hunc vero ab illo imperium accepiſſe, Arpocratio ex Ariſtotelis ſententia aperte ſcriptum reliquit; poſtremis autem temporibus, quod ſcribit contra Timarchum (39) Æſchines, lex nova lata eſt, ut tribus unius ſors duceretur, eaque in tribunali præſideret. Ac prytanes quidem ut Senatum, ſic etiam concionem advocandi jus habuere; quod ſcriptum eſt apud (40) Ulpianum in Timocrateam, & Pollucem libro octavo. Proëdri vero, qui ante prytanas in concione ſederunt, res, de quibus agendum erat, proponebant; quod in eodem commentario præcipit Ulpianus, cum inquit, ſatis conſtare, prytanes cogiſſe concionem, proëdros vero ſubjeciſſe, qua de re conveniſſent; & Demoſthenes in Mediana, cum legem jubere inquit, ut poſtquam proëdri retulerint de rebus ab archonte adminiſtratis, referant etiam de injuriis in pompa alicui factis; & Æſchines in Timarchiana, cum ait: „ Quomodo „ jubet lex proëdros referre? ubi ſolemnis „ expiatio, & precatio facta fuerit, jubet „ proëdros προχειροτονεῖν de ſacris patriis. (41) Epiſtata vero in eum uſum inſtitutus videtur,

(37) *Plutarchi* verba retulimus ſub finem num 96.

(38) [illegible] Satis hæc ex *Æſchine* attuliſſe. Quæ autem habet hic A. N. clariora fient, tum ex his, quæ dicta ſunt num 22., tum ex eo, quòd inquit *Suidas* duplicem fuiſſe [illegible], quorum alter ex Prytanibus, alter ex Proedris eligeretur. Verùm, quidquid dixeris, quod alibi adnotatum eſt, vix te feliciter poteris, ex hac Quæſtione, tot ſcilicet ſalebris impleta, veterumque Auctorum [illegible] extricare.

(39) [illegible]

(40) Vix ſane innuit *Ulpianus* in Orationis ab Auctore noſtro citata, & quidem ſubobſcure: [illegible]

(41) Paulo poſt initium: [illegible] Adde quæ ſubdit ex eodem Oratore *Sigonius* in Accuſatione *Cteſiphontis*: [illegible]

A tur, ut cum prytanes concionem coëgiſſent, proëdri retuliſſent, ipſe populo ſuffragium daret. Quod declarat Æſchines in accuſatione Cteſiphontis: „ Jubet lex, prytanes concionem cogere, nomothetis inſcriptis, epiſtatam autem proëdrorum ſuffragiorum poteſtatem permittere populo; & Demoſthenes in Androtiana: (42) „ Qui præſidebant Senatui, &, qui hæc ſuffragiis committebat, epiſtata rogarunt, & populo ſuffragandi poteſtatem dederunt, cui dignus „ eſſe Senatus præmio videretur, & cui ſecus. Tribus autem, quæ præſidebat, opem, ut inquit Æſchines, legibus, & populari ſtatui adverſus improbos oratores aſſerebat. Cum
B ergo horum quaſi imperio Athenienſis concio teneretur, hinc Demoſthenes oratorio more in Ariſtogitonem decreta contra leges ſcribentem invectus dixit, eum non à prytane, non à præcone, non ab epiſtata, non à præſidente tribu, quæ decima pars eſſet civitatis, coërceri potuiſſe. Præconis autem mentionem fecit, quia per præconem ſubjiciente ſcriba omnia prytanum, proëdrorum, & epiſtatæ edicta pronunciabantur. Ac per quos quidem conciones haberentur, & regerentur, expoſitum ſit.

Conciones autem aut ordinariæ fuerunt, aut extraordinariæ. Illæ ſtatis cujuſque prytaneæ diebus habitæ ſunt; hæ, ut res & oc-
C caſio tulit; illæ de rebus certis, hæ de incertis; illæ ab uno magiſtratu ſemper, nimirum à prytanibus, hæ & à prytanibus, & à Prætoribus; illæ proprio nomine ἐκκλησίαι, hæ κατακλησίαι, & σύγκλητοι ἐκκλησίαι dictæ ſunt. Ordinariæ porro quatuor in quaque prytanea, auctore Polluce, habitæ ſunt: prima, quæ κυρία dicta eſt, in qua magiſtratus rogarunt, an bene haberent, aut abrogarunt, & qui voluerunt, εἰσαγγελίας detulerunt, & bonorum publicatorum tabulas recitarunt ii, quibus hoc negotium datum erat; in ſecunda permiſſum eſt, ut quicunque vellet, de rebus privatis, & publicis libere diceret; tertia præconibus & legatis data eſt, ſi modo ante prytanibus literas reddidiſſent; quarta ſacris eſt attributa. Quod autem ſcribit Pollux, illud totum ex libro de Republica Athenienſium Ariſtotelis eſt mutuatus; ex quo hæc recitat Arpocratio: (43) „ Quæ ſint, inquit, „ κυρίαι ἐκκλησίαι, docet in Athenienſium Re- „ publica Ariſtoteles, cum ſcribit, prytanes „ coëgiſſe Senatum, & populum, & Senatum „ quidem quotidie, niſi ſi vacatio aliqua „ eſſet, populum vero quater in ſingulis „ prytaneis; proſcribunt autem, inquit, etiam „ κυρίαν ἐκκλησίαν, in qua magiſtratus abro- „ gant, qui male gerere magiſtratum vi- „ deantur, & de agri cuſtodia agunt, & „ εἰσαγγελίας qui volunt, deferunt. Ulpianus autem legem quandam antiquam exponens, ſingulis, inquit, menſibus ternas conciones rerum civilium cauſſa fuiſſe habitas, niſi forte aliqua belli neceſſitas coëgiſſet, ut aliæ quoque præter has vocarentur, primam fuiſſe undecimo die menſis, ſecundam circa viceſimum, tertiam circa triceſimum. Lex autem hæc in Timocratea extat oratione. (44) „ Prima prytanea, undecimo die in populo, „ votis à præcone noncupatis, legum ἐπιχει- „ ροτονία fiat, primum Senatoriarum, deinde „ communium, tum earum, quæ latæ ſunt „ novem archontibus, poſtea aliis magiſtra- „ tibus; diquiſitio autem prior fit, cui vi- „ deantur leges Senatoriæ ſufficere; poſte- „ rior vero, cui non videantur; deinde de „ communibus eodem modo; diquiſitio vero „ legum fiat ex legibus, quæ extant; quod „ ſi quæ leges receptæ improbatæ ſint, pry- „ tanes, quorum in magiſtratu diquiſitio „ fiet, de improbatis ultimam ex tribus ha- „ beant concionem. Quod ſi populo ordinariis

(42) ὅτι πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς, καὶ ὁ [illegible] ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης, ἠρώτων, καὶ διεχειροτονεῖ [illegible], ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἀξίως ἡ βουλὴ βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μή.

D (43) Adtero prius, quæ habet *Pollux lib. 8. cap. 9. Sect. 95, & 96* cujus veluti verſionem tradit *Sigonius*: [illegible] (ſcilicet *tertia*) [illegible] (ſcilicet *quarta*) [illegible]. Addo jam
E *Harpocrationem*: [illegible]

(44) Legem hanc placet græcis verbis integram exhibere his, quæ inferius habet *Sigonius* uſui futuram, ac præterea uti ſit Atticarum Legum quoddam veluti παράδειγμα. Eſt autem earum prima, quas in *Timocratea* recenſet *Demoſthenes*: Ἐπιχειροτονία νόμων. Ἐπὶ τῆς πρώτης πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ, ἐν τῷ δήμῳ [illegible]. Addam præterea, quæ alteri legi ſubjicit *Demoſthenes*, tum legem alteram multo clariorem, ne quæ eodem colliment Lectoris incommodo disjungantur. En quibus verbis Græcus Orator legem, quam retulit, veluti interpretatur: [illegible]

riis concionibus omnibus perfuncto grave aliquid, quod ad ejus arbitrium pertineret, incideret, tum Senatus ſummam decernendi poteſtatem habebat, ut oſtendit in oratione de ementita legatione Demoſthenes. „ Poſtquam, (45) *inquit*, concio nulla reſtabat, „ legati vero nondum abierant, ego decretum ſcribo, cum Senator eſſem, quod Senatui populus auctoritatem permiſerat, ut „ primo quoque tempore legati proficiſcantur. Atque ordinariæ quidem erant ejuſmodi, quemadmodum Ulpianus (46) ad orationem de ementita legatione ſcriptum reliquit, ut ad eas ultro à nemine vocatus populus conveniret; extraordinariæ vero, ut circumeuntibus, & convocantibus quibuſdam repente haberentur; unde in oratione de falſa legatione dixit Demoſthenes: „ Incerto adhuc „ rerum futurarum eventu cœtus, & ſermones in foro multi habiti ſunt; timebant „ videlicet, ne repente σύγκλητος concio advocaretur; *& Æſchines de eadem*: Philippo „ ex Macedonia egreſſo, plures conciones „ συγκλήτους cum timore, & tumultu coactis „ eſſis inire, quam legibus conſtitutas. Hæ vero quia plerunque de bello cogebantur, propterea à prætoribus habebantur, aut, ſi Senatus mandaſſet, etiam à prytanibus. De Prætoribus multa teſtimonio ſunt, maxime autem decretum, quod eſt in oratione pro Cteſiphonte. (47) „ Mneſiphilo archonte „ συγκλήτῳ concione à Prætoribus habita, & „ ex prytanum, Senatuſque ſententia decima „ die Mæmacterionis abeuntis Callippus dixit. Hinc illud eſt apud Diodorum libro XVI.: „ Cum Philippus in Atticam irrupiſſet, eo „ nuncio accepto populus in theatrum con „ venit ſummo mane à nullo magiſtratu, ut „ mos erat, vocatus, ut prætores venerunt, „ & eum, qui nuncium pertulerat, produxerunt, & ille dixit, ſilentium, & ſtupor „ incredibilis conſequutus eſt, ut nemo loqui auderet; de prytanibus vero Æſchines auctor eſt, qui in oratione contra Cteſiphontem Demoſtheni objecit, quod decretum in Senatu ſcripſerit, ut prytanes concionem haberent octavo die menſis ineuntis Elaphebolionis, cum Æſculapio res divina fieret; (48) & in oratione de ementita legatione, quod decretum ſcripſerit, ut prytanes poſt Dionyſia urbana, & in theatro Dionyſii duas proſcriberent conciones, unam octavo decimo, alteram nono decimo die.

Locus porro concionum fuit diverſus; ſiquidem & in foro, & in Pnyce, & in theatro habitæ ſunt. De foro teſtis eſt Arpocratio, ubi de voce πάνδημος differit, qui priſcis temporibus concionem in foro habitam eſſe narrat, eaque de cauſſa tum concionem ἀγορὰν eſſe appellatam; de Pnyce, & theatro Pollux, qui ſcribit concionem olim habitam eſſe in Pnyce, deinde in theatro Dionyſiaco. (49) Pnycis autem mentio eſt etiam in lege Solonis, ut eſt in oratione contra Cteſiphontem: (50) „ Legislator jubet in populo, in Pnyce „ concione renunciari, qui à populo coronetur, alibi vero nequaquam. Pnyx vero aut à conſultorum, aut à ſubſelliorum denſitate, quæ πυκνότης dicitur, nomen, teſte Arpocratione, invenit. Hinc Thucydides libro octavo: (51) „ Athenienſes, *inquit*, concionem „ advocarunt, unam extemplo in Pnyce, „ ubi alias etiam ſoliti erant; in qua cum „ Quadringentos abrogaſſent, quinque millibus Rempublicam tradendam eſſe decreverunt; habitæ ſunt aliæ quoque pnycæ conciones, in quibus & nomothetas, & alia „ in Rempublicam reduxerunt. Fuit autem, ut ſcribit Pollux, locus antiqua ſimplicitate non in theatri magnificentiam fabricatus, in quo fuit ſuggeſtum, ex quo ad populum agebatur, & quidem ad mare verſum, quod maritimam turbam fundamentum eſſe popularis imperii, ut narrat in Themiſtocle Plutarchus, arbitrarentur. De theatro vero Dionyſii elicitur etiam ex lege, quam recitat Demoſthenes adverſus Mediam: (52) „ Prytanes concionem cogunto in theatro Dio- „ nyſii,

[illegible] En demum legem alteram, quæ in hanc ipſam rem facit: [illegible]

(45) [illegible]

(46) [illegible] ad hæc *Ulpiani* verba paulo ante reſpexerat *Sigonius*.

(47) [illegible] (Septembris ſcilicet menſe) [illegible] (non *Callippus* uti habet *Sigonius*) [illegible]

(48) Adſcriptam ea tantum, quæ habet *Æſchines* in Oratione contra *Cteſiphontem*; [illegible] Obiter nota, quod ſane mirum fuiſſe a *Sigonio* viro ceteroquin accuratiſſimo prætermiſſum, nunquam diebus feſtis haberi ſolitas fuiſſe conciones apud Athenienſes. [illegible] *Februarius*.

(49) *Pollux lib. 8. cap. 10. Sect. 132. 133.* [illegible]

(50) [illegible]

(51) [illegible] (alii fortaſſe melius legunt [illegible]) [illegible]

(52) [illegible] Placuit integrum textum adferre inferius recolendum. Ceterum num [illegible] in *Pandione*, tuum eſto judicium Lector. *Wolfius* ſane vertit *pro re dio*

A „ nyſii, poſtridie in Pandione; & ex decreto ejuſdem in oratione de ementita legatione: „ Placuit ut poſt Dionyſia urbana, & in „ Dionyſii theatro conciones duas prytanes „ proſcriberent. Atque hæc quidem duo loca concioni habendæ fuere ſolemnia; extra ordinem vero & in Piræo, & in Colono, & in Munichia habitas eſſe (53) Demoſthenes in ea, quam modo dixi, oratione, Thucydides libro octavo, & Lyſias in oratione contra Agoratum demonſtrarunt.

Moris præterea fuit, ut antequam concio cogeretur, προγραμμα præferretur, id eſt, res, qua de agendum eſſet, proſcriberetur, ut omnibus in concionem venientibus, quo de conſulendi eſſent, pateret: quod (54) Ulpianus B ad primam contra Philippum, & ad eam, quæ eſt de ementita legatione, notatum reliquit: & voluiſſe Demoſthenes videtur, cum in eadem oratione dixit: „ Proſcriptum autem erat Prætoribus, & legatis; & in Timocratea: „ Cum de legibus agendum eſt, „ proſcribendum eſt, Nomothetis; & Andocides in oratione de myſteriis: „ Erat concio Prætoribus, qui in Siciliam mittebantur.

Ut autem nemo concionem inire poterat, qui non in tabulis concionalibus ſcriptus eſſet, ſic ſi quis ex iis eò non veniret, aut ægre veniret, multis rationibus cogebatur; ut apud interpretem Acharnenſium ſcrip C tum eſt. „ Nam & vela, *inquit*, laxarunt, „ & vias, quæ in forum non ferebant, ob „ ſtruxerunt, & venalia ex foro removerunt, ne circa ea tempus tererent, & tincto fune circumſcribentes eos in concionem compulerunt. Quod autem vela ille laxata ſcribit, & ab Arpocratione exponitur: „ Omne integumentum, *inquit*, ſive ex pelle ſive ex alia materia γέῤῥον dicebatur (55) Demoſthenes autem in oratione pro Cteſiphonte ait: „ accepto nuncio de Elacia „ capta prytanas ex medio convivio ſurgentes, eos, qui in tentoriis, quæ in foro „ ſunt, verſabantur, exegiſſe, & γέῤῥα, id eſt, D „ vela, incendiſſe, ne in foro circa venalia „ convenirent, neque alia de re moram traherent; in oratione vero contra Neæram, inquit, „ in donanda civitate jubere legem, „ prytanas ponere urnas, & ſuffragium dare „ ingredienti populo, antequam peregrini „ introëant, & vela tollere; quod aut idem eſt cum loco orationis pro Cteſiphonte, aut aliquid ejuſmodi ſuſpicandum eſt, prytanas civibus in concione ſedentibus ſuffragium dediſſe ante peregrinorum ingreſſum, & antequam tollerentur obices, id eſt, priuſquam in concionem laxarentur cuilibet diecere cupienti. Hæc Arpocratio; ex quibus apparet, ne illum quidem, quæ γέῤῥα eſſent, ſatis ſecum conſtitutum habuiſſe. (56) quod autem interpres dixit, fune tincto populum in concionem eſſe compulſum, id ipſum ab eodem alio loco ita declaratur. „ Quoniam, *inquit*, „ Athenienſes ægre conveniebant in conciones, ſoliti erant duo miniſtri funem coccino tinctum per forum extendentes turbam „ in concionem cogere; qui vero tincti erant, „ mulctam pendebant; & à Polluce, cum ſcribit, qui in concionem non veniſſent, eos à Lexiarchis mulctatos, & fune tincto per B ſagittarios in concionem eſſe compulſos. (57)

In ſecundo autem prytanes, proëdri, epiſtatæque prima tribunalis ſedilia occupabant, eaque proëdria dicebatur, ut oſtendit Dinarchus contra Ariſtogitonem: „ Nonne „ hic ærario debere convictus in proëdria „ prytanum aſſedit? & Æſchines contra Cteſiphontem: (58) „ Cum per annum Senator „ fuiſſet Demoſthenes, nullos unquam legatos in proëdriam vocavit, ſed tum primum „ legatos appoſito pulvino, circumſtrataque „ veſte puniceа in proëdria collocavit. Hinc in Acharnenſibus veteris expreſſor moris ac diſciplinæ facetiſſimus comicus ita ſcripſit: „ Nunc cum eſſet concio κυρία, ſummo mane C „ deſerta erat ipſa Pnyx; qui vero in foro „ verſantur, nugantur, atque in inferiore, „ & ſuperiore parte funem tinctum fugiunt; „ neque prytanes veniunt, niſi intempeſtive; „ deinde dum veniunt, urgent ſe inter ſe ob „ primum ſedile, quia unà confluunt. Populo autem convocato concionis initium ab expiatione concionis, & votorum ſuſceptione, & deteſtatione capiebatur. Ac de expiatione quidem proditum eſt eo commentario Acharnenſium in hunc modum: „ Moris fuit Athenienſibus mactare porculum, & ſubſellia ſanguine „ illius imbuere in honorem Cereris, quia „ fruges ejus lædit; *item*: Qui in concione „ erant, expiabantur mactato porculo, unde D „ Æſchines dixit; poſteaquam piaculum circumlatum erit, & præco patria vota fecerit, tum jubet lex ad populum agi; immolatus vero ad expianda loca porculus „ καθάρμα dicebatur, & qui expiabat, καθάρτης; Æſchines vero contra Timarchum „ καθάρσιον vocat. Et in expoſitione Concionantum: „ Periſtarchus præerat in expiationibus; dicebatur vero περίσταρχος, quia expiationes dicebantur περίστια; item Pollux, qui periſtarchos expiaſſe porculis minutulis con-

die *Jovialia*. Vide ipſum non modo in verſionibus, verum etiam in annotationibus in hunc locum. Idem de *Falſa legatione*: [illegible]

E (53) Paſſim occurrent ejuſmodi textus.

(54) *Ulpianus* ſtatim ab exordio primæ in *Philippum* Orationis: [illegible] *Quandoquidem tabellas quaſdam conſcribebant, quibus res, de qua conſulendum, & propter quam convenerant, & indicta erat concio continebatur*.

(55) Satis erit *Demoſthenis* verba recolere, quæ numero vigeſimo ſexto hujus libri jam attulimus.

(56) VVolfius *crates* interpretatus eſt.

(57) *Pollux lib. 8, cap. 9. Sect. 104.* ληξίαρχοι δὲ καθίσταντο [illegible] (*funiculum minio tingentes*) [illegible]

(58) [illegible] Quæ habet deinceps *Sigonius* ex *Ariſtophane*, ejuſque *Scholiaſte* ſtatim occurrent in Acharnenſibus non longe ab initio. Ejus loco dabo, quæ citat ex *Pollux lib. 8. cap. 9. Sect. 104.* [illegible] ex ipſo diſce *Periſtiarchos* legendum non *Periſtarchos*. [illegible] enim *expiatrices victimæ* hinc [illegible].

concionem ait. De votorum autem nuncupatione cognoſcitur ex lege, cujus meminit Demoſthenes contra Timocratem, in qua hæc ſunt: (59) „ Prytanea prima, die undecimo, in populo, votis à præcone nuncupatis, diſquiſitio fiat legum. Lex autem, ut inquit ſuperiore oratione Dinarchus, præconem cum bona ominatione precari jubet, ut populo de rebus à diis conſilium traderetur. Cum votis porro execratio quoque conjuncta fuit, ut ex oratione Demoſthenis de ementita legatione colligitur. *Recita execrationem*, inquit, *ex lege*. Execratio (60) *hæc pro vobis, Athenienſes, in ſingulis concionibus præco precatur, quæ conſtituta lege ſunt*. Videtur autem execratio hujus ſententiæ fuiſſe, quantum ex iis, quæ apud eum ſequuntur, verbis elicitur, ut qui contra Rempublicam ſenſiſſet, dixiſſetve, ipſe cum gente, domoque ſua à diis everteretur. Unde Dinarchus eadem in cauſſa dixit, in unaquaque concione deteſtationes adverſus improbos homines factas: Si quis donis acceptis diceret, ac decerneret de Republica, eum peſti devotum eſſe.

His rebus rite peractis, proëdri, qua de re conſuleretur populus, proponebant; de qua ſi quod Senatus præconſultum extaret, illud primum populo recitabant, deinde, an ſatis id eſſet, an ſuffragatio adjungenda eſſet, rogabant; quorum illud declaratur ab Æſchine in oratione de ementita legatione, cum ait: Alexımarchus dat legendum proëdris decretum; hoc vero à Demoſthene contra Timocratem, cum inquit: „ Indicavit, acceſſit ad Senatum, præconſultum ſcriptum „ eſt, poſt hæc habita concione populus προχειροτονεῖ, & iterum ab Æſchine contra Timarchum: (61) „ Poſtquam expiatio circumlata fuerit, & præco patria vota fecerit, lex jubet, proëdros προχειροτονεῖν de „ ſacris patriis. Erat autem, ut ſupra dixi, προχειροτονία, cum Senatus præconſulto ad populum delato, ante à populo ſtatuebatur, an opus eſſet de rebus propoſitis populum conſuli, an Senatus præconſultum ſatis valeret.

Quod ſi ſe de propoſita re conſuli populo placuiſſet, tum præco proëdrorum juſſu cives omnes ad dicendum de Republica ſententiam invitabat, clara voce rogans, numquis ſententiam dicere vellet ex iis, qui ſupra quinquaginta annos nati eſſent. Oſtendit Demoſthenes pro Cteſiphonte: (62) „ Poſtridie, ſummo mane prytanes Senatum vocant in curiam, vos vero in concionem veniſtis, & antequam ille ageret, & præconſuleret, totus populus in ſuperiore parte ſedebat; poſt hæc autem ut Senatus ingreſſus eſt, & prytanes, quæ ad ſe delata „ erant, expoſuerunt, & eum, qui venerat, „ produxerunt, & ille loquutus eſt, præco „ interrogavit, quis loqui vult? nemo vero „ proceſſit; ſæpe vero præcone rogante, nemo tamen ſurgebat neque oratorum, neque prætorum, cum communis patriæ vox citaret, qui de ſalute diceret; quam enim „ præco ex legibus vocem mittit, hanc communem patriæ exiſtimare oportet; & Æſchines contra Cteſiphontem: „ Conticuit pulcherrimum illud edictum in civitate: quis „ loqui vult eorum, qui ſupra quinquaginta „ annos nati ſunt, & deinde ex aliis civibus? item: „ Cuperem ego & Senatum Quingentumvirum, & conciones à Præfectis ipſarum recte gubernari, & leges, quas tulit Solo de oratorum modeſtia, vigere, ut liceret primum maximo natu civium ita ut „ legibus ſancitum eſt, modeſte ſuggeſtum aſcendenti ſine tumultu optimum civitati „ conſilium dare, deinde & ex aliis civibus, „ qui vellent, ſervato ætatis gradu ſeparatim de quaque re ſententiam ſuam exponere. (63) Juſſu vero proëdrorum hoc factum dixit quod idem in oratione de ementita legatione negat, ſe in poſteriore de pace concione dicere potuiſſe, proëdris dicendi copiam adimentibus.

Quanquam autem cives omnes invitabantur; non omnibus tamen ſententiam in concione dicere licuiſſe, ex lege liquet, qua Solo impudicos, militiæ deſertores, impioſque à ſuggeſto removit, ut idem in eadem actione docet, cum inquit: (64) „ Legiſlator aperte oſtendit, quos oporteret in concione dicere, & quos non; neque à ſuggeſto rejicit, ſi quis non ex majoribus Prætoriis natus ſit, nec ſi quis opificium aliquod victus neceſſitatis cauſſa exerceat, ſed „ eos maxime amplexatur, & propterea ſæpe rogat; quis loqui vult? quos vero non „ putavit dicere oportere? qui parentes percuſſerint, aut non luerint, aut tecto non „ exceperint, qui turpem victum egerint, qui „ ſtipendia imperata non fecerint, qui ſcutum abjecerint, qui muliebria paſſi ſint, „ qui patrimonium dilapidarint. Quin etiam in prima adverſus Ariſtogitonem, qui ærario deberent, eos dicendæ ſententiæ jure vacuos fuiſſe, Demoſthenes inquit. Suggeſtum autem nominavi, quia qui dicturi erant, in ſuggeſtum aſcendebant, ut ex ſuperiore loco agentes commodius audirentur; unde Æſchines contra Cteſiphontem objicit Demoſtheni, quod occupaverit ſuggeſtum, & nemini locum ad dicendum reliquerit: & ille alter pro Cteſiphonte

(59) Vide numerum quadrageſimum quartum.
(60) [illegible]
(61) Adi numerum quadrageſimum primum.
(62) Adi numerum vigeſimum ſextum.
(63) Quædam ex his, quæ ex *Demoſthene* recitat A. N. græca dabimus inferius ſub finem n. 68. cætera vide ſtatim ab exordio citatæ Orationis.
(64) Non in eadem actione, id eſt de *Ementita legatione*, ſed in ea, quæ eſt contra *Timarchum* cujus verba jam refero: [illegible]

phonte reſpondet: „ Si qui ſalvam Rempu„ blicam volebant, procedere oportebat, „ vos omnes, & reliqui Athenienſes ſurgen„ tes in ſuggeſtum aſcendiſſetis; Atque hæc eadem omnia de præconſulto, & concione, & dicendarum ſententiarum more uno etiam Medianæ orationis loco planiſſime demonſtrantur: (65) „ Poſtquam milites Tamynis „ circunſederi nunciatum eſt, & Senatus „ præconſultum fecit, ut omnes equites, è „ quibus hic erat Medias, exirent, hic hanc „ veritus militiam in poſteram veniens con„ cionem, antequam proëdri ſederent, trire„ mem pollicitus eſt; ut autem in concione, „ verbis factis, equitibus opus non eſſe in„ tellectum eſt, triremem ipſe non conſcen„ dit, ſed alterum præfecit.

Dictis ſententiis, deinceps decretum ſcribebatur, atque ſuffragiis populi committebatur. (66) Scriptum oſtendit Plutarchus, cum inquit, reclamante, & vincente Alcibiade, Demoſtratum oratorem ſcripſiſſe, oportere Prætoribus ſummum imperium apparatus, & totius belli concedere. Suffragiis autem permittebat epiſtata, ita ut præconem populum, quid ei videretur, rogaret, eumque ad decretum ſuo ſuffragio aut ſciſcendum, aut antiquandum invitaret; quod illi [illegible] & [illegible] dicebant. Atque hoc, ut ſupra dixi, in Androtiana oſtendit Demoſthenes, cum inquit: (67) „ Qui Senatui præſidebant, & qui hæc ſuf„ fragiis permittebat epiſtata, interroga„ runt, & jubendi facultatem dederunt; item: „ Hæc interrogavit epiſtata, juſſit po„ pulus, placuit; non eſt hic opus, inquit, „ præconſulto Senatus; & Æſchines in Cteſiphontea: „ Jubet lex, prytanes cogere con„ cionem, proſcriptis nomothetis, epiſtatam „ vero proëdrorum jubendi facultatem popu„ lo dare. Juſſu tamen aut voluntate proëdrorum in hoc epiſtatam munere eſſe verſatum, (68) Ulpianus videtur innuere, cum in Medianæ commentario ſcribit, proëdrorum officium fuiſſe, interrogare populum, an de re propoſita ei ſtatuere placeret; item proëdros rogaſſe populum per præconem, vellente ſe ea de re conſuli; atque omnino ſine proëdris populum nulla de re ſtatuiſſe;

A pariterque Æſchines in eadem, cum ait: „ Nunc vero ſcribunt facile quidam ſenten„ tias contra leges, atque decreta; nonnulli „ alii ſuffragiis committunt, qui non juſte, „ ſed coitione proëdratum adepti ſunt; & de falſa legatione: „ Aleximacus decretum proë„ dris legendum præbet, quo lecto ex proë„ dris ſurgens Demoſthenes negat, ſe decre„ tum populi ſuffragiis commiſſurum; (69) & Plutarchus, cum Ariſtidem narrat ſæpe ſuſcepta ſententia deſtitiſſe, cum interrogaturo populum proëdro ex verbis factis decreti ſui vitium cognoviſſet.

Suffragium vero fuit manuum porrectio, quam illi χειροτονίαν dixerunt, & ad leges ju-
B bendas, & magiſtratus quoſdam creandos, & decreta ſciſcenda de Republica adhibuerunt. Quare ſcripſit (70) Ulpianus in Medianam, proëdros rogaſſe populum, an ei placeret, illum vero manus ſuſtuliſſe; & Xenophon rerum Græcarum libro primo: „ concio, *inquit*, dimiſſa eſt, quia adveſpe„ raſcebat, nec manus diſpicere potuiſſent; & Andocides in oratione pro pace: (71) „ Nos legati vos omnes legatos facimus ô „ Athenienſes; quicunque manum ſuſtulerit, „ ille legatus erit ſuæ voluntatis, pacem ne, „ an bellum malit; *& Cicero pro Flacco*: Sic „ ſunt expreſſa iſta præclara, quæ recitan„ tur, pſephiſmata, non ſententiis, neque
C „ auctoritatibus declarata, nec jurejurando „ conſtricta, ſed porrigenda manu, profun„ dendoque clamore multitudinis concitatæ; & poſt: „ Porrexerunt manus, pſephiſma „ natum eſt. Ex quo apparet, quod plurium manibus eſſet acceptum, id à populo juſſum, ſancitumque fuiſſe. An vero alius fuerit ſuffragii ferendi modus, poſt dicemus. Ubi vero populus ſuffragia tulerat, tum proëdrorum aliquis ea populo renunciabat; quod aperte ex orationis exordio contra Cteſiphontem intelligitur: (72) „ Si quis aliorum Se„ natorum rite proëdrus factus ſit, & veſtras „ χειροτονίας renunciarit, huic judicium com„ minantur.

D Illud autem prætereundum ſilentio non videtur, ſi interea dum populus in concione ſedebat, ſigni aliquid è cœlo appruiſſet, concionem dimitti, & in alium diem indici à pry-

(65) [illegible] Operæ pretium exiſtimavi ſextum integrum exhibere, cujus iterum mentio num. 201. *lib.* 4.

(66) Ab Epiſtata ſcilicet, quemadmodum paulo poſt innuit.

(67) Vide ſupra num. 41. & 42.

(68) *Ulpianus* loco cit. [illegible] Quibus adde *Æſchinis* verba, quæ ſubdit *Sigonius* [illegible] Habes hic etiam Græce, eorum nonnulla, quæ Latine recitat *Sigonius* paulo poſt num. 62.

(69) [illegible]

(70) Vide quæ ex *Ulpiano* attulimus paulo ante num. 68.

(71) Exploratiora ſunt hæc, quam ut luce adhue indigeant.

(72) Vide num. 68.

A à prytanibus ſolitam; cum enim Ariſtophanem in Acharnenſibus Dicæopolis dixiſſet: (73) „ Veto, ne concio habeatur Thracibus, „ quia ſignum à Jove editum eſt, & gutta „ me tetigit; *ac præco ſubjeciſſet*: Thracas „ abire dico, adeſſe vero in ultimum diem, „ quia prytanes ſolvunt concionem; notavit interpres, obſervaſſe Athenienſes Jovis dies, & conciones ſigno à Jove facto diremiſſe; fuiſſe autem Jovis ſignum, quam illi *διοσημίαν* vocarunt, intempeſtivam tempeſtatem; diſſoluta autem concione rurſus convocatos eſſe, cum iisdem de rebus ſciſcere cuperent.

Decreti porro ſcribendi ratio ea fuit, ut Oratoris potiſſimum, aut Senatoris, qui cenſerit, & tribus, quæ in prytaneatu eſſet, ei B nomen affigerent; unde contra Timarchum ſcriptum eſt: „ Talibus oratoribus in populi „ ſententias inſcriptis; & pro Cteſiphonte: (74) „ Archonte Mneſiphilo, Ecatombæonis „ ultimo, & nono, Pandionide tribu pryta„ neatum gerente, Demoſthenes Pæanien„ ſis cenſuit; & apud Plutarchum in Lycurgo: „ Anaxicrate archonte, in prytanea „ Antiochidis Stratocles Euthydidæ filius „ cenſuit; & alia ejuſmodi multa.

Ut autem Senatus ſcita, antequam ad populum perferrentur, præconſulta, (75) ſic poſtquam à populo accepta fuerant, decreta, vel ut ludens in Græcos Cicero dixit, pſe C phiſmata nominata ſunt; in quibus ſcribendis illud ſummo ſtudio providendum fuit, ne quid afferrent, quod aut receptis Solonis legibus adverſaretur, aut in iis ferendis legum præcepta violaret, quæ ab eodem de ſcribendorum decretorum ratione fuerant datæ. (76)

His expoſitis, nunc quæ potiſſimum res populi arbitrio, judicioque permiſſæ ſint, exponamus; neque enim actum eſt eodem modo de omnibus. Atque ut à legibus, quæ præcipua populi cognitio fuit, exordiamur, ſatis conſtat, legibus veteribus, ſive quæ Senatoribus, ſive quæ magiſtratibus eſſent latæ, recognoſcendis, primam, ut ante diximus, concionem eſſe dicatam; abrogandis autem, D & novis in earum locum jubendis aliam; verum legum veterum abrogandarum, novarumque inſtituendarum jus non univerſæ concioni, ſed meliori populi parti communicatum eſt, qui *νομοθέται* ſunt appellati. Sunt autem hoc loco Nomothetæ, non qui novas leges Reipublicæ ſcripſerunt, quomodo Draconem, Solonem, Cliſthenem, & Periclem nomothetas vocarunt, ſed præcipuum prudentum conſilium, qui in concione leges ad ſe perlatas ſuo judicio aut probarent, aut repudiarent. Solon enim cum Rempublicam ſatis multis legibus ſtabiliſſet, eas tamen, ſi uſus poſtularet, corrigi, & abrogari poſſe voluit, ſi pro iis novæ aliæ meliores, com- E modioreſque eſſent illatæ; inſtituitque ut ex univerſo populo homines, certo præditi numero, ſorte, ut ſcribit ad Leptinianam Ulpianus, legerentur, qui jurejurando Heliaſtico, de quo poſtea dicemus, obſtricti, & mercede affecti, huic cognitioni in concione operam darent. Atque hoc potiſſimum leges

A ipſæ Solonis, quæ in Demoſthenis, & Æſchinis orationibus recitantur, oſtendunt; quarum una in Timocratea ejuſmodi eſt: (77) „ Prima prytanea, die undecimo in populo, „ votis à præcone nuncupatis, legum *ἐπιχειροτονία* fiat primum Senatoriarum, deinde „ communium, tum earum, quæ novem „ Archontibus latæ ſunt, tum aliis magiſtra„ tibus; diſquiſitio vero prior ſit, cui ſuffi„ cere leges Senatoriæ videantur; poſterior „ vero, cui non videantur; deinde de com„ munibus eodem modo; diſquiſitio vero fiat „ ex legibus, quæ extant; quod ſi quæ leges „ receptæ improbatæ ſint, prytanes, quorum „ in magiſtratu diſquiſitio fiet, de improba- B „ tis, ultimam ex tribus concionem habeant; „ proëdri vero, qui forte in ea concione „ præſederint, neceſſariò referant, primam „ poſt ſacra de nomothetis, quomodo conſi„ deant, & unde nomothetis ſtips ſuppetet; „ nomothetæ vero ſint ex iis, qui jusjuran„ dum Heliaſticum jurarint. Quod ſi pryta„ nea, prout ſcriptum eſt, concionem non „ habuerint, aut proëdri, prout ſcriptum „ eſt, non retulerint, prytanum quiſque „ mille drachmas Minervæ dare damnas eſto; „ & indicatio eorum ſit apud Theſmothetas, „ non aliter, atque cum quis magiſtratum „ gerit, cum ærario debet. Theſmothetæ „ vero indicatos introducunto in forum ex C „ lege, alioquin ne aſcendant in Areopagum, „ ut qui legum emendationem perverterint; „ ante concionem vero Athenienſis, qui le„ gem ferre velit, proponat ante Eponymos „ ſcriptas leges, quas ferat; ut pro multitu„ dine propoſitarum legum de tempore de„ cernat populus nomothetis; qui vero novam „ legem fert, deſcribens in album, propo„ nat ante Eponymos quotidie, donec con„ cio habeatur; legantur autem ex populis, „ qui leges ſuaſuri ſunt, quæ inter nomothe„ tas abrogentur, quinqueviri ex Athenien„ ſibus omnibus, die undecimo Ecatombæo„ nis menſis. Atque hanc quidem legem laudibus efferens Demoſthenes in hæc poſtea D capita redegit. „ Lex primum, *inquit*, vobis „ diſquiſitionem concedit, utrum lex nova „ ſit inferenda, an quæ ſunt, ſufficere vi„ deantur; poſt ubi decreveritis inferre, „ non ſubito ferre jubet, ſed tertiam con„ cionem aſſignat; neque vero in ea ferre „ concedit, ſed conſiderare, quomodo no„ mothetæ conſideant; interea vero juſſit, ut „ qui inferre leges vellent, ante Eponymos „ proponerent, ut, qui vellent, poſſent & „ conſiderare, & quod vobis inutile perſpi„ cerent, enunciare, & per ocium contradi„ cere. Huic autem legi paulo poſt alteram multo breviorem, atque apertiorem adjungit ejuſmodi: „ Legum, quæ ſunt, nullam tol- E „ lere jus ſit, niſi inter nomothetas: tum „ vero Athenienſis, qui velit, tollere liceat, „ cum alteram aliquam ferat pro ea, quam „ tollat; proëdri vero manuum ſuffragia de „ his legibus permittant, primum de ea, „ quæ extat, an videatur commoda populo „ Athenienſi, an non; deinde de ea, quæ ro-

„ ga-

(73) Δι. ἀλλ' ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν
τοῖς Θρᾳξὶ, περὶ μισθοῦ· λέγω δ' ὑμῖν, ὅτι
διοσημία 'στὶ, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με.
Κη. τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἔνην·
οἱ γὰρ πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν.

(74) Num. 28. decreti integrum exemplum attuli, quod ſupervacaneum hic referre.

(75) Græce *προβουλεύματα*.

(76) Hinc ampliſſima diſſenſionum inter Oratores Græcos, *Æſchinem* præcipue, ac *Demoſthenem* in dicendo ſeges.

(77) Græca *Demoſthenis* verba, quæ Latina hic affert *Sigonius*, pete ex numero 44.

„ gatur; utram vero acceperint porrigendis manibus nomothetæ, ea rata eſto; contrariam vero legem ne jus ſit ferre legum, quæ extant, ulli; quod ſi quis tollens aliquam legum, quæ extant, alteram pro ea repoſuerit populo Athenienſium parum commodam, aut iis, quæ extant, contrariam, accuſatio ejus eſto ex lege, quæ eſt, ſi quis parum commodam legem tulerit. Atque hæc eadem etiam to actione Leptiniana ſunt, ubi orator aperte has leges omnes Solonis eſſe oſtendit. His adjungitur etiam Æſchinis in accuſatione Cteſiphontis auctoritas: (78) „ Tulit Solo, ut Theſmothetæ quotannis emendarent in publico leges, diligenter examinantes, an altera alteri contraria, an inter ratas irrita aliqua eſſet, an plures leges una de eadem ra ſcriptæ eſſent; & ſi quid tale inveniſſent, deſcribentes in tabulas, juſſit ante Eponymos proponere: Prytanes autem concionem, proſcripto NOMOTHETIS, habere: epiſtatam autem proëdrorum manum ſuffragia populo concedere, & alias tollere, alias relinquere, ut una lex eſſet de actione; una, non plures. Hæc autem legum inter nomothetas ferendarum conſuetudo cum uſque ad Quadringentorum dominatum incolumis permanaſſet, prorſus cum Solonis Republica & extincta, & eorum imperio abrogato, una cum eadem pariter eſt revocata; quod cum Thucydides graviſſimus auctor libro octavo mandavit, tum ex decreto etiam Tiſameni intelligitur, quod poſt annis ſeptem, remotis à Republica triginta tyrannis, ſcriptum eſt in hæc verba, ut invenio in oratione de myſteriis apud Andocidem: „ Placuit populo, Tiſamenus cenſuit, Rempublicam gerere Athenienſes patriis inſtitutis, legibus autem uti Solonis, & Draconis, quibus antea utebantur; quibus autem opus fuerit, eas lecti à Senatu nomothetæ deſcribant in tabulas, & proponant ante Eponymos iis, qui velint, conſiderandas, & tradant magiſtratibus in hoc menſe; traditas autem leges probet prius Senatus, & nomothetæ quingenti à populis editi, ubi jurarint; liceat autem privato curiam ineunti de commodo legum agere; poſtquam latæ fuerint leges, det operam Senatus Areopagi, ut latis legibus magiſtratus utantur; confirmatas vero leges deſcribant in parietem, ubi prius deſcriptæ erant, conſiderare volenti. Leges hoc decreto probatæ, & confirmatæ in porticu ſunt deſcriptæ. Tum lata lex eſt, ne non ſcripta lex ad rem aliquam, ſed ſupraſcriptæ leges adhiberentur; decretum autem nullum neque Senatus, neque populi firmius lege eſſet, neque in unum legem ferre liceret, niſi eadem in omnes Athenienſes ferretur, & ut legibus, quæ eſſent poſt Euclidam Archontem, uterentur. (79) Atque hoc quidem modo cum vetere Solonis Republica priſca etiam legum ferendarum conſuetudo eſt renovata. Quam Demoſthenes, ut video, retinens, cum poſt aliquot annos novam de trierarchis legem inferre vellet, veterem Solonis ante ea de re legem ſuſtulit; quemadmodum ipſe in oratione pro Cteſiphonte ſcriptum reliquit. (80) Timocrates autem legem rogaturus tulit, ut Prytanes Pandionidis Nomothetas in ſedibus collocarent, Nomothetæ vero eſſent mille, & unus ex juratis. (81) Ac de legum quidem cognitione hæc dicta ſint. Sacra vero ex Solonis illa, de qua dixi, lege in tertia concione tractata ſunt, aut, ut ſcribit Pollux, in quarta.

Ut autem magiſtratus quoſdam, Prætores, hipparchos, phylarchos, & taxiarchos crearint, & creatos, an egregie ſe gererent, explorarint, & abrogarint, poſtea demonſtrabimus. (82)

Nam legatos à Senatu, populoque decretos, & lectos, oſtendit Demoſthenes in ora-

(78) [illegible]

(79) *Andocides* in Oratione de *Myſteriis* Ψήφισμα. [illegible]

(80) En ipſiſſimum *Demoſthenis* Ψήφισμα: [illegible] *Decretum. Prætore Polycle XVI die ſextilis Tribu Præſidente Hippothoontia, Demoſthenes Demoſthenis F Pæanienſis, legem navalem priore ſubſtituit, qua contributiones ſiebant trierarchorum; juſſitque Senatus, & Populus. Cum autem violatarum legum reum feciſſet Demoſthenem Patrocles Phlyenſis, non accepta ſuffragiorum parte* (interpreti excidit *quinta*) *ſolvit quingentas drachmas*

(81) Accipe *Timocratis* Decretum Ψήφισμα. [illegible] *Senatus conſultum. Præſidente Tribu Pandionia, undecimo Senatus die, Timocrates dixit; ut & ſacris operari liceat, & ſumptuum copia ſit, & ſi quid ad Panathenæa defuerit, ut ſuppeditetur: ut Senatores Pandioniæ Tribus in craſtinum legumlatores creent. Legumlatores autem ſint unus & mille numero, e juratis.*

(82) Cum ſcilicet de iis ſingillatim agendum erit lib. 4.

oratione pro Creſiphonte, eam ait, placuiſſe populo, ut legati ad Philippum de navibus recuperandis legerentur, iiſque mandata darentur; & in ea, quæ eſt de ementita legatione, cum inquit, Æſchinem neque Senatus neque populi ſuffragio lectum, legatum ad Philippum eſſe profectum. (83) Legatos item exterarum gentium ad populum productos, & in conciona tertia auditos, tum apud Pollucem, ut diximus, tum in hiſtoriis ſæpe, ut apud Thucydidem, legimus.

De bello item, pace, & fœderibus eum populo actum eſſe perſpicuum eſt. Videmus enim bellum cum Lacedæmoniis Athenienſem populum decernere auctore Pericle apud Thucydidem; pacem autem jubere apud Demoſthenem in ea, quam modo commemoravi, oratione; ſiquidem inquit: „ Nam præter „ cetera, quæ attulit in priore concione, in „ qua de pace ſtatuebatis, pacem diſſuaſit: „ in poſteriore vero, in qua pacem confir„ mare oportebat, Philocrati ſe adjunxit.

Jam vero populi præmia fuerunt, civitatis, immunitatiſque largitio; præterea coronæ, proëdriæ, ſtatuæ, & victus in Prytaneo; quos honores ut primis temporibus raros, ac tenues, populus detulit, ſic poſtremis prope infinitos, atque effuſos bene de ſe meritis exquiſivit; cujus rei documento poteſt eſſe Miltiades, cui hoſte acerrimo à cervicibus patriæ, Græciæque repulſo, ea, teſte Probo, gratia eſt relata, ut in porticu, quæ Pœcile vocabatur, cum pugna depingeretur Marathonia, in decem Prætorum numero prima ejus imago poneretur, iſque hortaretur milites, præliumque committeret. (84) Quapropter jure queri videtur in or. de ſyntaxi Demoſthenes, Prætoribus vulgo ſtatuas collocari, quas majores ſui neque Miltiadi, neque Themiſtocli ſtatuiſſent, qui maximis Rempublicam periculis liberaſſent, atque externis hominibus temere civitatem concedi, cum majores Menoni Pharſalio, & Perdiccæ Macedonum regi, quorum ſingularia fidei, & benevolentiæ erga Rempublicam officia extitiſſent, non civitatem, ſed immunitatem tantum tribuiſſent; nimirum, quod civitatis Athenienſis communicationem nimis amplum, atque omni beneficio majus præmium eſſe ſtatuerent; (85) in quam ſententiam illa etiam in accuſatione Neæræ ſcripta reliquit: (86) „ Populus Athenienſis, cum ſit omnium re„ rum, quæ ſunt in civitate, dominus, cum„ que poſſit facere, quod lubet, adeo magni„ ficum munus eſſe, Athenienſem facere exi„ ſtimavit, ut leges condiderit, quomodo „ cives efficere oporteat. Lex autem eſt po„ pulo: nemini fieri Athenienſem licere, „ qui non de populo Athenienſi bene meritus „ dignus civitate videatur: etenim ubi per„ ſuaſus erit populus, & donum dederit, „ adoptionem ratam eſſe non ſinit, niſi ſuffra„ gio occulto poſtero die ſupra ſex millia „ Athenienſes decreverint. Prytanas autem „ jubet lex urnas ponere, & ſuffragium in„ gredienti populo dare, antequam peregrini „ introeant, & vela tollere, ut cum ſui quiſ„ que ſit dominus, eum, quem civem eſt fa„ cturus, intueatur, an dignus ſit, qui dono „ civitatis afficiatur.

Immunitates autem eum à populo donatas dicimus liturgiarum maxime vacationes intelligimus, qua de ratione poſt uberius diſputabimus.

Jam coronas à populo virtutis, & benevolentiæ ergo, quam erga populum Athenienſem haberent, eſſe conceſſas, locupletes teſtes ſunt duæ inter ſe contrariæ de Cteſiphonte orationes.

Proëdriæ vero cum alii, tum in Equitibus Ariſtophanes (87) meminit; quem in locum interpres ſcribit, qui ejuſmodi genus conſequuti honoris eſſent, eos & in curia, & in concione, & in theatro, & in aliis ejuſmodi conventibus omnibus, qui loca occupaſſent, dimovendi, atque ibi aſſidendi habuiſſe. Unde Plutarchus Democharem Demoſthenis donum a populo narrat petiiſſe, æneam ſtatuam in foro, & victum in Prytaneo, & Proëdriam ipſi ac poſterorum ejus natu maximo.

De ſtatuis autem, & victu publico in Prytaneo auctoritas extat Demoſthenis in oratione de falſa legatione: „ Alicuine le„ gatorum, quos miſit Philippus, æneam ſta„ tuam in foro collocabitis? quid? dabitis ne in „ Prytaneo victum, aut aliud aliquod donum, „ quo bene meritos excolitis? non opinor; & ad Polycem: „ His auditis populus me „ collaudavit, & ad prandium in Prytaneum „ vocavit. Itaque in decreto de honoribus Lycurgi apud Plutarchum hæc ſunt: „ Pla„ cuit

(83) Qua in re totus fere vertitur citatæ Orationis cardo. *Pollucem* porro dedimus num. 43. De bello & pace, ac fœderibus, actum in concionibus fuiſſe, adeo exploratum eſt in ſupe adductis *Æſchinis*, ac *Demoſthenis* Orationibus, ut minime operæ pretium ſit in hiſce diutiùs hærere.

(84) *Æmilius Probus* in Vita *Miltiadis* cap. 6. Hujus verba non adſero cum fere eadem ſint cum Sigonianis. Addam ſolummodo *Æſchinis* locum in Oratione contra *Cteſiphontem* hæc eadem confirmantis: [illegible] *Cogitate igitur porticum* [illegible] *Hic depicta eſt Marathonia pugna. At quis illic copiarum dux? Miltiades. Quanquam illic nomen non adſcriptum legitur; ſed pro nomine dedit (Populus) ut primus pingeretur, milites cohortantis ſpecie.*

(85) Non exſcribo *Demoſthenis* textum cum prolixus ſit; eum vide Lector in Oratione de Syntaxi, item in *Ariſtocratea* paulo ante finem.

(86) [illegible] Ac paulo poſt: [illegible]

(87) *Ariſtophanes* in *Equitibus* ſub finem actus primi: [illegible]
Nunc vero niſi Proedriam obtineant, & victum (ſcilicet in Prytaneo) ſe pugnaturos negant.
res ex *Ariſtophane* ſatis conſtat quin opus ſit etiam Scholiaſtem adtere.

„ cuit populo, ut bene meritis gratia refera-„ tur, laudare Lycurgum Lycophronis filium „ Butadem, virtutis, & juſtitiæ ergo, & „ populum ſtatuam ei æneam in foro collo-„ care, præterquam ubi lex erigi prohibet, „ victum vero præbere in Prytaneo in per-„ petuum poſterorum Lycurgi natu maximo; & apud Iſæum de hæreditate Dicæogenis: Hamordii poſteris victum publicum, proë-drias, & immunitates eſſe conceſſas. (88) Præter hæc vero judicia etiam quædam à populo facta eſſe comperio, ut earum cauſſarum, quæ εἰσαγγελίαι, & earum, quæ προβολαὶ dictæ ſunt. (89) Ac εἰσαγγελίαι quidem quorum criminum fuerint, ſupra diximus. Hæ vero tum ad Senatum, tum ad populum, & quidem in prima concione, teſte Polluce, delatæ ſunt. Itaque cum Alcibiades de myſteriis enunciatis ad populi judicium eſt adductus, eo genere accuſationis, ut ſcribit Plutarchus, eſt oppugnatus, quod εἰσαγγελία vocatur. In hoc autem genere accuſationis populus fabis albis, nigriſque (90) ſententiam ſuam declaravit, illis quidem ad abſolvendum, his vero ad condemnandum; unde apud eundem Alcibiadis illud admodum ſcitum eſt, qui, cum judicium declinaſſet, quærente de eo quodam, non credis patriæ ipſum de te judicium ô Alcibiades? „ in ceteris, inquit, „ credam: de capite vero meo ne „ matri quidem, ne forte imprudens nigrum „ pro albo calculum ferat. (91) Jam vero de actione ea, quæ προβολὴ dicta eſt, recitat legem adverſus Mediam ille noſter: (92) „ Prytanes concionem habento in Dionyſi, „ poſtridie in Pandione, in ea vero agunto „ primum de ſacris; deinde προβολὰς tradunto „ pompæ cauſſa factas, ut ludorum Diony„ ſiacorum, quæ tranſactæ non ſunt. Eſt autem προβολὴ actio, quæ præcipue in eum intendebatur, qui in feſtis, ludiſque alteri contumeliam, aut injuriam intuliſſet. Quo judicio Mediam Demoſthenes inſectatus eſt.

Imperii autem abrogationem non manibus palam tollendis, ſed ſuffragiis occulte ferendis adhibitam, idoneus eſſe Plutarchus teſtis poteſt, qui ſcribit, Periclem incitati populi iracundiam non ante placaſſe, quàm ille ſumptis in manus calculis eum prætura ſpoliarit, pecuniiſque mulctarit. Atque hæc quidem ex ordine.

Extra ordinem vero judicium conſtitutum eſt in prætores, qui in Sicilia civium cadavera è mari non collegiſſent; de quibus & in Senatu, & ad populum actum, eumque & manuum porrectione, & occulto ſuffragio ſententiam ſuam declaraſſe tradit Græcarum rerum libro primo Xenophon, cujus verba ipſa, quia mire ad veterem hanc Senatus, populique in decernendo conſuetudinem illuſtrandam valent, proponam. „ Poſt hæc, inquit, „ expoſuerunt in Senatu Prætores de „ navali pugna, & magnitudine tempeſtatis. „ Timocrate autem cenſente alios etiam vin„ ctos populo eſſe tradendos, Senatus eos in „ vincula tradidit; deinde concio fuit, in „ qua cum alii, tum Theramines in primis „ Prætores accuſavit, cum æquum eſſe diceret, eos rationem reddere, cur cadavera „ è mari non collegiſſent, & miſerunt Præ„ tores ad Senatum, populumque nihil aliud, „ quàm tempeſtatem, incuſantes; poſt hæc „ Prætores pauca pro ſe quiſque dixit (ne„ que enim cauſſa ex lege acta eſt) & popu„ lum perſuaſerunt. Volebant autem priva„ torum plerique ſurgentes ſpondere; at pla„ cuit rem in alteram concionem differre „ (tum enim ſerum erat diei, neque manus „ diſpicere potuiſſent) Senatum autem præ„ conſultum facere, quonam modo de viris „ judicare oporteret: deinde concionem ha„ buerunt, ad quam Senatus ſententiam ſuam „ detulit, Callixeno eam pronunciante, ut „ Athenienſibus omnibus per tribus hydriæ „ duæ apponerentur, & in unaquaque tribu „ præco pronunciaret, cui peccaſſe Prætores „ viderentur, in priorem ferret, cui ſecus, „ in poſteriorem; quod ſi peccaſſe viſi eſſent, „ capite mulctarentur, & XI. viris traderen„ tur, & bona publicarentur, decima vero „ Deæ eſſet; tum proceſſit in concionem „ quidam, qui Callixenum contra leges „ ſcripſiſſe aſſeruit; vulgus autem clamabat, „ indignum eſſe, populo, ut pro arbitrio „ ageret, non concedi; & ſuper his dicente „ Lyciſco, eos eodem ſuffragio judicandos „ eſſe, quo Prætores, niſi populo concionem „ permitterent, rurſus vulgus obſtrepuit, & „ coacti ſunt citationes recipere; prytanibus „ autem negantibus ſe ſuffragationem contra „ leges daturos, rurſus Callixenus aſcendens „ eos his de rebus accuſavit; illi vero cla„ mabant, ut eos, qui negarent, citarent. „ Quo metu perculſi prytanes omnes aſſen„ ſe-

(88) Adſcribo prius *Iſæi* verba, poſtea *Plutarchi* in Decreto de honoribus *Lycurgi*: [illegible] *Et mavult ſi Dicæogenis filius dici, quam Harmodii, & Ariſtogitonis: deſpiciens victum in Prytaneo, priores conſeſſus, & immunitates, quæ eorum poſteris datæ.* *Plutarchus*: [illegible]
Non vacat tempus hærere in re ſatis explorata. De qua *Ariſtophanis* Scholiaſtes in *Equitibus* ſæpius. *Laertius* in Vita *Socratis*. *Cicero de Oratore*. *Thucydidis* Scholiaſtes *Heliodorus*, aliique complures. Placet tantum innuere eruditionis ergo quod habet *Athenæus* lib. 4. [illegible] *Solon vero, in Prytaneo victitantibus, Mazam (libum) exhibere jubet; panem autem diebus feſtis; tum ex Suida decimas ventrium ex* animalibus, quæ immolabantur. *Hæc enim* habeto in [illegible] Quod quidem ipſum etiam liquet ex *Ariſtophane* in Equitibus:

[illegible]
Et te deferam ad Prutanes
Non decimatos Diis ſa-
cros habentem ventres.

(89) [illegible] uberius ſequente libro. De altera nonnihil jam dictum eſt num. 31.

(90) Fabarum uſus item in legendis Senatoribus. Vide caput tertium hujus libri.

(91) *Plutarchus* in Vita *Alcibiadis*: [illegible]

(92) *Demoſthenis* verba relata jam ſunt numero quinquageſimo ſecundo.

„ ferunt, præter Socratem Sophroniſci filium;
„ ille vero negavit, ſe niſi ex lege facturum
„ quidquam. Euryptolemus autem ſententiam
„ ſcripſit ſecundum Canoni decretum, ut de
„ ſingulis ſeparatim judicaretur; atque ita
„ primum de ſententia Euryptolemi judicium
„ tulerunt, deinde de Senatus, & poſt hæc
„ Prætores octo capite condemnarunt. (93)

Inter cetera vero populi judicia refertur etiam oſtraciſmus: Hunc Heraclides (94) ab Hippia tyranno, Piſiſtrati filio, adverſus eos, qui tyrannidem appeterent, inſtitutum ſcribit: Ælianus (95) vero à Cliſthene; atque hoc quidem ad veritatem mihi videtur eſſe propenſius; fuit enim Cliſthenes tyrannorum inimicus acerrimus, & libertatem Atticam adverſus immoderatam civium potentiam præclaris multis aliis inſtitutis ſepſit, atque munivit; oſtraciſmus vero ad intolerandas

A civium liberæ civitati opes abjiciendas, & ſuperbos eorum, qui ſe excellentius in Republica gerere viderentur, frangendos ſpiritus decem annorum exterminatio fuit. Aſſentitur tamen Heraclidi Arpocratio, (96) qui ſcribit reperiri in monumentis Androtionis, Hipparchum quendam Piſiſtrati propinquum, in exilium pulſum eſſe ea lege, quæ tum primum de oſtraciſmo lata erat. Ælianus autem, Cliſthenem primum ſua lege damnatum prodit. Eſt autem oſtraciſmus dictus à teſtola, (97) quam nomen ejus, quem pellere urbe cupiebant, inſcriptam pro ſuffragio ferebant. Etenim, ut Plutarchus in Ariſtide, & Pollux libro IIX. (98) iiſdem prope uter- B que verbis declarant, cum populo placuiſſet, oſtraciſmi judicium conſtituere, forum cancellis ſepiebatur, ita ut decem tantum aditus relinquerentur, per quos populus in tribus divi-

(93) *Xenophon* Græcarum Hiſtor. *lib.* 1. [illegible] Eò autem libentius attuli *Xenophontis* textum, quòd plura contineat eorum, quæ apud Athenienſes in uſu erant, cum haberentur Conciones apud alios Auctores non ſtatim obvia.

(94) De Rebuſpubl. [illegible] *Hippias autem* C *amarus Tyrannum ſe gerebat, & legem de Oſtraciſmo introduxit, quæ lata eſt per eos, qui Tyrannidem affectabant.*

(95) *Ælianus Var. Hiſt. lib.* 13. *cap.* 24. [illegible] *Cliſthenes autem Athenienſis, qui teſtarum judicio in exilium pelli oportere primus introduxerat, ipſe nactus fuit illam damnationem primus.*

(96) [illegible] *De hoc vero* (Hipparcho) *Androtion in ſecunda dicit, quod cognatus erat Piſiſtrati Tyranni, & primus teſtarum judicium expertus eſt, lege de Oſtraciſmo tunc primum lata.* D *Diodorus* quidem *Siculus lib. XI* tantum poſt ejectos Tyrannos Oſtraciſmum inductum putat. *Photius* in excerptis *Ptolomæi Hephæſtionis* ad *Abillem* quendam refert *Lyſum* filium. *Suidas* demum in [illegible] ex *Theophraſto* ad ipſum *Theſeum*; *Suidæ* conſentit *Euſebius* in Chronico, aſtipulatur *Ariſtophanis* Scholiaſtes ad *Plutum* his verbis: [illegible] *Poſtquam dannaverat Democratiam Athenienſibus Theſeus Lycus quidam calumniis eum circumveniens effecit damnari teſtarum judicio Heroem.*

(97) Græce enim τὸ ὄστρακον teſta.

(98) Addam ego *Ariſtophanis* Scholiaſten *ad Equites* cujus verba adſcribam: E [illegible] *Modus talis exoſtraciſmi: Primo ſuffragia ferebat Populus teſtam importans; & quando videretur, ſepiebatur aſſeribus forum, & relinquebantur aditus decem; per quos ingredientes ſecundum Tribus ponebant ſuas, impoſita inſcriptione* (ſupple nomine) *Præerant vero, & novem Archontes, & Senatus. Numeratis autem, quorum plurimæ eſſent, & non minus ſex millibus, hunc oportebat intra decem dies abire ex urbe; ſi vero non eſſent ſex millia, non exulabat.* Vide etiam *Diod. Siculum lib. XI.*

diviſus ingrederetur; tum archontes, & Senatus, qui judicio præerant, univerſam, quæ convenerat, multitudinem numerabant; nam ſi minus ſex millibus eſſent, qui judicaturi eſſent, judicium pro irrito habebatur; ſuffragium autem erat teſtula, in qua quiſque nomen potentis civis alicujus inſcripſerat, cujus ipſe præſentis, & Rempublicam tractantis magnitudine offenderetur. Qui autem à majore convocati populi parte notatus erat, is urbe extemplo cedere, & per decennium abeſſe, integris tamen bonis, (99) incolumibuſque fortunis cogebatur; hoc enim inter oſtraciſmum, & exilium intereſſe voluerunt, quod exules bonis mulctabantur, nec tempore, aut loco circumſcribebantur; qui vero teſtulis erant damnati, ii & bona retinebant ſua, & certo tempore & certo loco definiebantur; & exilium quidem flagitii pœna fuit, oſtraciſmus vero quædam nimiæ potentiæ diminutio; nam quos virtutis opinione, & populi favore, & clientelis, aut aliqua civili facultate excellere inter ceteros intellexerunt, eos urbe exigere hoc judicii genere ſoliti ſunt, ut Ariſtidem, Cimonem, Themiſtoclem, & Thucydidem, quos omnes nimia ſuſpicione potentiæ, & virtutis ejecerunt; præclarum enim illud, & ad memoriam poſteritatis inſigne, cum comitia oſtraciſmo eſſent indicta, agreſtis quidam homo, & rudis plane, ac literarum ignarus in forum properans, in Ariſtidem, qui Juſtus, ut erat, ita appellabatur, incidit, eumque teſtulâ oblatâ, ut Ariſtidis nomen inſcriberet, rogavit; miratus Ariſtides, cum quæſiſſet, num quid ab Ariſtide mali accepiſſet, minime vero, inquit ille, immo hominem ne novi quidem, ſed vulgatum iſtud Juſti cognomen æquo animo ferre non poſſum. Pulſus eſt ergo Ariſtides, quod Juſti cognomen offenderet, pulſus Damon Periclis magiſter, quod prudentiæ opinionem haberet. Poſtremo cum ignobiles, & flagitioſos homines exterminare cœpiſſent, quod nobilis priſtina conſuetudo ſordeſceret, prorſus oſtraciſmus extabuit; cum enim Alcibiades, & Nicias inter ſe ſeditioſe contenderent, populuſque inductis oſtraciſmo comitiis, alterum eorum ſine dubio expulſurus videretur, illi facta inter ſe coitione Hyperbolum, hominem non virtutis, ſed improbitatis magnitudine intolerabilem ejiciendum curarunt; quam rem adeo iniquo animo tulit populus, ut oſtraciſmi judicium poſthac nullum exercuerit. (100) Andocides autem cum in oratione contra Alcibiadem de oſtraciſmo diſputaret, eò dicendo provectus eſt, ut qui primus oſtraciſmi legem tulerit, eum contraria ſolemni populi, Senatuſque ſacramento tuliſſe dixerit, quo ſe populus, ac Senatus obſtringunt, civem neminem indicta cauſſa aut exacturos, aut capite mulctaturos; in oſtraciſmo enim neque accuſatos, neque defenſos, neque occulto ſuffragio pulſos dulci civitatis aſpectu, fructuque in certum temporis ſpacium ſpoliari. Ut autem populi jus fuit, urbe exigere, ſic in urbem ante diem lege conſtitutam reſtituere. Itaque Ariſtidem legimus apud Plutarchum Themiſtoclis decreto, & Cimonem Periclis, reſtitutos.

Illud etiam in Pluti commentariis Græcis invenio, neminem in concione judicaſſe, niſi ſexaginta annos natum, qui vero integra erant ætate, veniſſe quidem in concionem, verum non judicaſſe; minores autem natu concionem ne ingreſſos quidem eſſe; qui vero judicarunt, iis mercedis loco trea obolos Cleonem lege conſtituiſſe; quæ merces, ut omnibus concionibus, maxime ordinariis, propoſita fuerit, ſatis ſupra, cum de Senatu dixi, demonſtratum eſt; nunc ſententiam tantum Ariſtotelis in quarto Politicorum expreſſam referamus. (101) „ Senatus, *inquit*, „ res eſt popularis, præconſultor paucorum „ imperii; aliquos enim tales eſſe neceſſe eſt, „ quibus curæ ſit, populo præconſulere, ne „ populus ab ocio avocetur; diſſolvitur autem jus Senatus in iis democratiis, in quibus ipſe populus conveniens de omnibus „ rebus ſtatuit; quod accidere ſolet, cum „ opes abunde ſuppetunt, aut merces propoſita ſit iis, qui concionem frequentant; „ nam ocio ſuppetente ſæpe conveniunt, ac „ ipſi omnia decernunt. Sed de concione quidem hactenus.

CAP. V.

De Senatu Areopagi. Ipſius uſus. Areopagitarum lectio. Eorum cognitio.

SEquitur Areopagus, id eſt, Senatus ille, quem tanquam alteram, ut dixi, anchoram populari adhæreſcere concioni Solo voluit. Huic autem duo ille præcipue officiorum munera impertivit, & quidem, ut apparet, ambo graviſſima; unum, ut omnes Reipublicæ partes quaſi ex alta quadam ſpecula intueretur; alterum, ut de cauſſis capitalibus gravioribus quæreret; nos autem de priore poteſtate hoc loco agemus; nam de poſteriore, tum cum de judiciis diſſeremus, commodiore, & magis proprio eſſe acturi videmur. Hunc igitur Senatum ex iis, qui novem archontum imperium geſſerant, Solo conſtituit; novem autem archontes fuerunt, qui decennalibus, ut jam diximus, archontibus abrogatis Rempublicam ſuſceperunt. Rex, Archon, Polemarchus, & Theſmothetæ, quos Solo in ſua, ut ſupra dixi, Republica

(99) Paucis, at dilucidè tradit *Plutarchus* in *Ariſtide*: ὃν ὑπὸ τ̃ πλείςων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα, καρπούμενον τὰ ἑαυτοῦ: *Et à plurimis ſcriptum avocabant in annos decem, fruentem ſuis.* Porro diſcrimen exilium inter & Oſtraciſmum *Suidas* luculenter docet, ipſum vide. Idem teſtis eſt, Oſtraciſmum dictum etiam fuiſſe κεραμικὴν μάςιγα. μάςιγα μὲν (inquit *Heſychius*) διὰ τὸ βασανίζειν τοὺς ἐξοςρακιζομένους, ἢ κολάζειν. κεραμικὴν δὲ διὰ τὸ ἐκ κεράμου τὰ ὄςρακα εἶναι: *Flagrum quidem, quod exulaturos torqueret, ac caſtigaret; figulinum autem, quia ex luto teſtæ erant.*

(100) *Plutarchus* in *Nicia*: καὶ τὸ πέρας οὐδεὶς ἔτι τὸ παράπαν ἐξωςρακίσθη μεθ' Ὑπέρβολον, ἀλλ' ἔσχατος ἐκεῖνος. *Et tandem nemo adhuc omnino oſtraciſmo pulſus eſt poſt Hyperbolum, ſed ultimus ille.*

(101) *Cap.* 15. αὕτη γὰρ ἡ δημοκρατική, βουλὴ δ' δημοτικόν. δεῖ μὲν γὰρ εἶναί τι τοιοῦτον, ᾧ ἐπιμελὲς ἔςαι τ̃ δήμου προβουλεύειν· ὅπως ἀσχολῶν ᾖ. τοῦτο δέ, ἂν ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν ὦσιν, ὀλιγαρχικόν· τοὺς δὲ προβούλους ὀλίγους ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πλῆθος· ὥς' ὀλιγαρχικόν, ἀλλ' ὅπου ἄμφω αὗται αἱ ἀρχαί, οἱ πρόβουλοι καθεςᾶσιν ἐπὶ τοῖς βουλευταῖς. ὁ μὲν γὰρ βουλευτὴς, δημοτικόν· ὁ δὲ πρόβουλος, ὀλιγαρχικόν. καταλύεται δὲ καὶ τῆς βουλῆς ἡ δύναμις ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις, ἐν αἷς αὐτὸς συνιὼν ὁ δῆμος χρηματίζει περὶ πάντων. τοῦτο δὲ συμβαίνειν εἴωθεν, ὅταν εὐπορία τις ᾖ, ἢ μισθὸς τοῖς ἐκκλησιάζουσι· σχολάζοντες γὰρ συλλέγονταί τε πολλάκις, καὶ ἅπαντα αὐτοὶ κρίνουσι.

blica haud pari quidem, ſed tamen maximo cum imperio coacervavit. Hos igitur certiſſimum Areopagi ſeminarium fuiſſe, perſpicuum eſt; oſtendit Plutarchus, qui ſcribit, Solonem novem archontes, ubi magiſtratu annuo abiiſſent, ad Areopagum aſcendere voluiſſe, ipſumque, quia archon fuerat, Areopagitam fuiſſe; Periclem (102) autem Areopagitarum honore caruiſſe, quia neque rex, neque archon, neque polemarchus, neque theſmotheta fuerit, quod ii magiſtratus antiquitus ſortito mandarentur, ac inde in Areopagum aſciſcerentur; atque hoc idem etiam confirmat Pollux (103) quanquam Libanius (104) ad Androtianam rem in dubium aliqua ex parte videtur revocare, qui ſcribit, placuiſſe aliis, novem archontes in Areopagitas quotannis eſſe aſcriptos, aliis vero ipſos ſolum theſmothetas. Ac de theſmothetis quidem nulla controverſia eſt; ſcriptum eſt enim in vetere lege apud Demoſthenem in Timocratea: (105) „ Theſmothetæ eos, qui accuſati fuerint, introducunto in forum, ut „ lex jubet: alioquin in Areopagum ne „ aſcendant. Sed & archontem in Areopagitarum numerum eſſe relatum, ex ea Lyſiæ oratione cognoſcitur, in qua Evandrum defendit [illegible]; in qua nihil aliud agitur, niſi, ut Evander archontatu geſto, poſtquam vitæ rationem reddiderit, ad Areopagum aſcendat. Quare quod de archonte certum eſt, idem de rege, & polemarcho etiam ſuſpicari licet. Neque tamen omnes his honoribus functi eò aſpirare potuerunt. Significat hoc non obſcure Demoſthenes in prima contra Ariſtogitonem, cum inquit: (106) „ Quibuſcunque ex theſmothetis non licet „ in Areopagum aſcendere, ii omiſſa vi, de„ creto judicum acquieſcunt. Cur ita? nempe, quia acceſſe erat, ut annuo magiſtratu geſto rationem vitæ ſuæ iterum eo judicio redderent, quod [illegible] vocabatur; in quo periculum adibant, ne à judicibus rejecti ab eo conſilio excluderentur; quod & ad Leptinianam Ulpianus, & Plutarchus in Pericle (107) memoriæ prodiderunt. Quare in Areopagitica Iſocrates, cum de laudibus Areopagi diſſereret, dixit, nemini licuiſſe in Areopagitarum numerum aſcribi, niſi qui bene nati eſſent, & virtutis ac moderationis documenta permulta dediſſent; tantum autem primos illos Areopagitas monumentum virtutis, & continentiæ ſuæ in illo loco poſteritati reliquiſſe, ut etiam ſuo tempore, quo mores antiqui degeneraverant, obſervatum ſit, qui moribus intolerandis fuiſſe antea videbantur, ſi quovis modo forte in Senatum cum obrepſiſſent, ſubito eos commutaſſe, atque ex inſtituto potius Senatus, quam ex ſuo vitam egiſſe. (108) Hi vero, ut Ulpianus (109) adjunxit, per totam vitam in eo Senatu fuerunt, niſi forte inde crimine aliquo objecto ejecti ſunt, & propterea numero etiam incerto fuerunt. Itaque Libanius (110) ad eandem cum Senatum hunc vellet à Senatu Quingentumvirum ſeparare, tres differentias attulit; unam, quod illi certo numero includerentur, hi incerto; alteram, quod illi per annum in eo honore eſſent, hi uſque ad mortem; tertiam, quod iidem illi res publicas plerunque tractarent, hi præcipue capitales, & ſi qua urgeret neceſſitas, etiam publicas. Capitalium autem rerum cognitionem, qui ſolam huic Senatui tribuunt, ii regalis potius Reipublicæ inſtituta, quàm popularis, videntur ſpectare. Qui enim à regibus ad capitales quæſtiones exercendas eſt inſtitutus, idem à Solone ad totius propè Reipublicæ cuſtodiam, non adempta tamen rerum capitalium cognitione, eſt collocatus. Quod innuit non obſcure Plutarchus, cum Areopagitas rerum omnium ſpeculatores, & legum cuſtodes à Solone conſtitutos ſcripſit; (111) intellexit autem Cicero diſputans de offi-

(102) In *Solone*: [illegible] Idem iterum paulo poſt in Vita *Periclis*: [illegible] *Uſus eſt adverſus Areopagi curiam, cujus ipſe pars non erat, quod Archon, nec Theſmothetes, neque Rex, nec Polemarchus ſorte lectus eſſet. Hi enim Magiſtratus ſortito antiquitus creabantur, quique in his probati eſſent in Senatum Areopagiticum aſcendebant.*

(103) *Lib.* 8. *cap.* 10. [illegible] *Novem Archontes, qui annui erant, cum rationem reddidiſſent, ſemper Areopagitis adjuncti fuerunt.*

(104) In argumento illius Orationis: [illegible]

(105) [illegible]

(106) [illegible]

(107) Dictum jam ſuperius num. 102.

(108) *Iſocrates in Areopagitica*; quam quidem Orationem in adjectis notis ad hoc caput operæ pretium eſſet totam exſcribere: [illegible] *Majores enim noſtri modeſtiæ tantam rationem habuerunt, ut Senatum Areopagiticum cenſuræ morum præfecerint, in quem ordinem admitti nefas erat, niſi & honeſto loco natos, & virtute, & vita modeſtia ſpectatiſſimos. Quare non mirum eſt, eum Senatum univerſis totius Græciæ Conciliis antecelluiſſe. Quæ autem olim ejus loci ratio fuerit, ex his, quæ hodie fiant, intelligitur: nam nunc etiam deſignatos, & delectos in hunc ordinem, videamus, etiamſi cetera in rebus intolerabiles ſint, ubi in Areopagum aſcenderint, non endere natur[æ] ſuæ indulgere; ſed illis potius inſtitutis uti, quam pravitati ſuæ immorari. Tantum illi metum improbis injecerunt; ac tam illuſtria ſuæ virtutis, & modeſtiæ monumentum in eo loco reliquerunt.*

(109) Imme Scholiaſtes in argumento *Androtianæ*: [illegible] Vide ſupra num. 18.

(110) Immo Scholiaſtes alter Anonymus in eodem argumento, de quo numero præcedenti. Ejus verba non deſcribo, ne nimius ſim. Vide iterum num. 18.

(111) Fient hæc multo clariora ex eo, quem mox adtexemus *Iſocratis* textu.

officiis, cum conſilium Solonis, quo primum A conſtituit Areopagitas, non minus præclarum, quam illud Themiſtoclis fuiſſe dixit, quo Salaminia victoria parta eſt; illud enim ſemel, hoc ſemper profuiſſe civitati, hoc conſilio leges Athenienſium, hoc majorum inſtituta ſervata; & Themiſtoclem quidem nihil dixiſſe, in quo ipſe Areopagum adjuverit, at Solonem potuiſſe dicere vere, à ſe adjutum Themiſtoclem; eſſe enim bellum geſtum conſilio Senatus ejus, qui à Solone erat conſtitutus. (112) Quibus verbis factum illud præcipue etiam attingere Areopagi videtur, cum, ut ſcribit in Politicis (113) Ariſtoteles, mendicis temporibus, exhauſto B ærario, octonas drachmas ſingulis militibus numeravit, & victoria nobili parta multum propterea ſpiritus ſumpſit, eamque Reipublicæ partem ſeveriorem effecit. Præterea vero eoſdem moribus civium præfuiſſe, ſatis conſtat; hoc enim optimus in primis auctor in Areopagitica declarat Iſocrates. (114) „Apud „majores noſtros, *inquit*, pueri ne in viros „quidem adſcripti, quod jubebar, agere po„terant; ſed multo plures in corroborata, „quam in teneta ætate curatores habebant. „Etenim uſque adeo majores noſtri mode„ſtiæ ſtuduerunt, ut moribus inſtituendis „Senatum ipſum Areopagi præfecerint, cum C „autem omnium civium, tum præcipue ado„leſcentium curam ſuſceperunt, ut quos re„rum domeſticarum difficultate oppreſſos „cognoſcerent, ad agriculturæ ſtudium, & „mercaturæ converterent; quos divitiis „affluentes, in equeſtri diſciplina, & gym„naſiis, & venationibus, & ſtudio Philoſo„phiæ retinerent. Quamobrem urbe quidem „in vicos, agro vero in populos diſtributo „vitam cujuſque inſpiciebant, & parum „modeſtis moribus præditos ad Senatum ad„ducebant, ut eos ille aut admonitionibus, „aut increpatione, aut, ſi res poſceret, ſup„plicio coërceret. Ex quo ſcire in Axiocho D Socrates: „Ubi vero in ephebos aliquis, inquit, „inſcriptus ſit, omne tempus ſophro„niſtis, & Areopagi juvenum cenſuræ tri„buitur. Hoc autem à Solonis, ut cetera, prudentia profectum videtur, cujus conſilio inſtitutum ſcribit Plutarchus, ut Areopagi Senatus, quid quiſque Athenienſium ageret, & quo ſe quæſtu ſuſtentaret, inquireret; & ignavos, inerteſque pœna afficeret. (115) Itaque Athenæus libro XIII, ea Hyperidis ſententia prodidit, ſi quem in caupona cœnaſſe comperiſſet, eum in Areopagum aſcendere prohibuiſſe; (116) & Quinctilianus ſcripſit, puerum damnaſſe, qui coturnicum oculos eruebat, quod judicarit, ſignum id eſſe pernicioſiſſimæ mentis, multiſque malo, ſi adoleviſſet, futuræ. (117) Eundem porro, B quæ ad pietatem, & ſacerdotia pertinerent, procuraſſe, ex oratione contra Neæram apparet, in qua ſcriptum eſt mulctaſſe eum Theogenem regem, quo ad jus habuit, quod uxorem, quæ civis non erat, haberet, eamque ut reginam, ſacra pro patria facere paſſus eſſet. (118) Narrat etiam Plutarchus in Hyperide, cum contentio cum Deliis orta eſſet, utri ſacro præeſſent, Æſchine patrono lecto, Areopagum Hyperidem χειροτονῆσαι, (119) in Phocione autem, cum turbatores civitatis, & rerum novarum cupidi Charidemum in tribunal traxiſſent, eumque ſeditioſe Prætorem depoſcerent, optimates metu perculſos Areopagi Senatum, quem in populo C habebant, lachrymis; & precibus induxiſſe, ut Phocioni Rempublicam commendaret. Ex quo apparet, Areopagitas cum difficilibus, & turbulentis Reipublicæ temporibus ſubveniſſe, tum in conſiliis capiendis porrectione manuum, perinde ac populum, ſententiam ſuam declaraſſe. Ut autem prytanes ad Senatum Quingentumvirum, proedri ad populum, ſic novem archontes ad Areopagi Senatum retuliſſe, veriſimile eſt: ſiquidem in oratione contra Neæram ſcriptum eſt, novem archontes ſtatis diebus in Areopagum aſcendiſſe; & Lyſias in Areopagitica: „Atqui ſi ais, *in*D„*quit*, non oportuiſſe moriam cedere, novem „archontes adduxiſſes, aut alios ex Areopago. Ac de conſiliis quidem Athenienſium hæc invenimus.

(112) *Ciceronis* verba allata jam ſunt num. 36. lib. 1. cum de Areopagi inſtitutione ſermo eſſet.

(113) *Lib. 5. cap. 4.* [illegible] De octo drachmis, quas memorat Auctor noſter fuiſſe tunc temporis in milites ſingulos erogatas mentionem facit *Plutarchus* in *Themiſtocle*: [illegible] E

(114) Pauca quædam juvat ex *Iſocrate* delibare, cujus ſenſum veriùs, quam verba A. N. expreſſit. Cæterum tota percurrenda a capite ad calcem Areopagitica *Iſocratis* Oratio, cum tota in rem præſentem faciat: [illegible] Poſt pauca ſubdit: [illegible] Addo, quæ refert *Sigonius* ex *Socrate* in *Axiocho*: [illegible]

(115) *Plutarchus* in *Solone*: [illegible]

(116) Vide iterum, ſi placeat, Areopagiticam *Iſocratis*.

(117) *Quintilianus lib. 5. cap. 9.*

(118) [illegible]

(119) *Plutarchus*: [illegible] Eadem pete, ſi placet, ex *Demoſthene* in Oratione de *Corona*.

Explicit Liber Secundus de Republica Athenienſium.

CA-

CAROLI SIGONII
DE
REP. ATHENIENSIUM
LIBER TERTIUS,
Qui inſcribitur de Judiciis.

CAPUT PRIMUM.

De generibus Judiciorum. Controverſiarum genera. Γραφὴ quid? Φάσις. Ἀπαγωγή. Ἐφήγησις. Ἀνδροληψία. Εἰσαγγελία. Hæ publicæ Actiones fuerunt. Privatæ multo plures: quæ recenſentur. Harum & illarum differentiæ. Æſtimationes quid?

DEinceps ſequitur, ut de vetere Judiciorum ratione dicendum eſſe videatur; in quibus Solo maximam ferme Reipublicæ à ſe conſtitutæ partem collocaſſe B viſus eſt, cum ut concionem, ſic judicia civibus omnibus impertivit; credo, quod jam tum ſapientiſſimus legiſlator animadverterit, nihil, ut inquit Ariſtoteles, eſſe tam populare, quam omnes ex omnibus, & de omnibus, aut certe de plurimis, aut de maximis judicare. Difficilis autem hæc in primis, & plena obſcuritatis eſt diſputatio. Quare danda opera eſt, ut, ſi non aliud, at ordinis ſaltem lumen ad eam tractandam aliquod afferamus. Primum ergo ut in conſiliis de rebus iis præcipue, quæ ad commoda civitatis pertinent, conſultatur, ſic in foris judicialibus, quæ illi δικαστήρια nominarunt, de iis, quæ juſtitiæ ſunt, diceptatur, cum cives à C legum præſcripto diſcedentes, aut Reipublicæ, aut privato alicui injuriam attulerunt. Ex quo duo actionum, quas illi δίκας appellarunt, genera dimanarunt, publicarum unum, alterum privatarum. Ac publicæ quidem præcipuo nomine κατηγορίαι dictæ ſunt, privatæ vero communi δίκαι. Quam differentiam Iſocratem aperte docuiſſe video in oratione de Jugo, cum dixit, δίκας quidem de privatis criminibus intendi, κατηγορίαν vero

A de rebus civitatis inſtitui. (1) Inter has autem illud interfuit, quod in publicis actio cuique civi conceſſa eſt, in privatis vero ei tantum, qui ſe læſum eſſe aſſereret; quod & ſcripſit in Solone Plutarchus, & indicavit idem contra Lochitam Iſocrates, cum dixit: „ In aliis criminibus is ſolus, qui injuriam „ paſſus eſt, eum, qui fecit, in judicium ad„ ducere poteſt: in contumelia vero, quaſi „ communis res agatur, licet cui placet. Unde merito in prima adverſus Stephanum de falſo teſtimonio dixit Demoſthenes, ſe dicam privatam non potuiſſe intendere, quia bello dicæ ſublatæ erant, ſed ὕβρεως γραφὴν γράφεσθαι (2) probe. Fuerunt enim κατηγοριῶν B genera multa γραφὴ, φάσις, ἔνδειξις, ἀπαγωγὴ, ἀφήγησις, (3) ἀνδροληψία & εἰσαγγελία. (4) Id ita eſſe, non ſolum Pollux, qui hæc ipſa libro eſt octavo de induſtria perſequutus, ſed Demoſthenes quoque declarat, qui in Androtiana: „ Multis, *inquit*, modis Solo harum „ legum lator permiſit, ut accepta injuria „ jus veſtrum perſequeremini, & pœnas re„ peteretis ab iis, qui injurioſi fuiſſent: ve„ luti in furto, valeſne viribus? ἄπαγε; im„ becillior es? magiſtratibus ἐφηγοῦ; vereris „ ne mille drachmas? δικάζου furti apud arbi„ trum, neque periculum adibis; neutrum „ horum vis? γράφου; times & hoc? ἐφηγοῦ; „ horum nullum eſt idem; eadem ratione in C „ impietate ἀπάγειν, γράφεσθαι, δικάζεσθαι apud „ Eumolpidas, φράζειν apud regem licet; (5) & in oratione adverſus Bœotum: „ Si quid „ horum, *inquit*, in poſterum facere tenta„ verit, quales ſunt γραφαὶ, φάσεις, ἐνδείξεις, ἀπαγωγαί; & contra Theocrinem: „ Si quis „ ictum faceret, licere infamibus γράφεσθαι, φαίνειν, ἐνδεικνύειν. Agamus ergo de his ſingulis, quidque ea ſint, ex veterum, quoad poſſumus, ſententia aperientes, quàm multa, & varia

(1) Præter *Iſocratem*, quem citat A.N. vide etiam *Pollucem lib. 8. cap. 6.* ex quo quamplurima, quæ primo hoc capite occurrunt, deſumpta D ſunt. Vide etiam *Pollucis* adjectas notas in ejus editione Amſtelodamenſi anno 1706., ubi *Sigonius* tertio quoque verbo refertur, ac commendatur.

(2) [illegible] autem γραφὴν γράφεσθαι, actionem contumeliæ publicam cuiquam intendere.

(3) ἀφήγησις Librarii mendum, vel Typographi exiſtimo. Scribendum enim ἐφήγησις. Vide verba *Demoſthenis* in *Androtiana*, quæ damus n. 5. τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ. Vide ipſum *Sigonium* paulo inferius in eodem hoc capite, & præterea *lib. 4. cap. 3.*

(4) Quid ſibi velint ſingula explicat in decurſu.

(5) [illegible] ἄπαγε. ἐν χιλίαις δ' ὁ κίνδυνος. ἀσθενέστερος εἶ; τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ. [illegible] γράφου. [illegible] δικάζου κλοπῆς πρὸς διαιτητήν, καὶ οὐ κινδυνεύσεις. [illegible] ἀπάγειν, γράφεσθαι, δικάζεσθαι πρὸς Εὐμολπίδας, φράζειν πρὸς τὸν βασιλέα.

varia Athenis judicia conſtituta ſint, demonſtremus.

A . Γραφὴ (6) dictum eſt publici cujuſdam judicii genus, cum aut publice, aut perinde ac in publicis, alius alium judicio eſt perſequutus. Crimina vero, de quibus γραφὴ ſcribi per leges potuit, hæc fuerunt: (7) φόνος, τραῦμα ἐκ προνοίας, πυρκαϊά, φάρμακον, βούλευσις, ἱεροσυλία, ἀσέβεια, προδοσία, ἑταίρησις, φθορά, μοιχεία, ἀγαμίου, ἀστρατεία, λειποστρατίου, λειποταξίου, δειλία, λειποναυτίου, ἀναυμαχίου, τὸ ῥῖψαι τὴν ἀσπίδα, ψευδεγγραφή, συκοφαντία, ψευδοκλητεία, δῶρα, δεκασμός, ξενία, δωροξενία, ὕβρις, ἀγράφιον, ἀγραφου, μέταλλον ἀλόγιον, παρανόμων, δοκιμασία, εὔθυνα, προβολή, ἀπογραφή, ἀπόφασις· id eſt, cædes, vul-

B nus de induſtria, incendium, venenum, inſidiæ, ſacrilegium, impietas, proditio, impudicitia, corruptela, adulterium, neglectæ nuptiæ, neglecta militia, deſerta militia, deſertus ordo, timiditas, deſerta navis, neglecta pugna navalis, abjectum ſcutum, falſa relatio, calumniatio, ementita citatio, dona, munera, peregrinitas, peregrinitas dono tentata, contumelia, deletum nomen, improfeſſum metallum, non redditæ rationes, violatæ leges, probatio, repetundæ, probola, apographe, & apophaſis. Ex quibus alia ſatis, quid ipſa ſint, nomine ipſo declarant, alia explicationis lumen aliquod fortaſſe deſiderant, cui officio videtur faciendum eſſe, ut ſerviamus. Ac primum quidem de cæde

C leges ejuſmodi fuerunt, ut quod ſcriptum eſt in Mediana, qui mortem alteri de induſtria attuliſſent, eos morte, & perpetuo exilio, & bonorum publicatione mulctarent, qui vero inviti, venia, atque humanitate multa dignos exiſtimarent. (8) Βούλευσις autem nomen duobus, ut inquit Arpocratio, in criminibus valuit, uno, quando alter alteri per inſidias necem paravit, ſive conſequuta mors

A eſſet, ſive non eſſet; (9) altero, quando aliquis, ut ærarii debitor inſcriptus litem inferret alteri, quod ſe contra jus inſcripſiſſet; prioris teſtis eſt Iſæus in oratione ad Euclidem, qui inquit, de eo cognitum eſſe in Palladio; & Dinarchus contra Piſtium, qui in Areopago; Ariſtoteles autem aſſentitur Iſæo; poſterioris Demoſthenes in prima contra Ariſtogitonem, & Hyperides in prima contra Athenogenem. Προδοσία fuit ſi quis capta ab hoſtibus pecunia aut Reipublicæ nocuit, aut certe nocendi conſilium habuit. De proditione vero, & ſacrilegio legem recitat Xenophon in primo rerum Græcarum:

B „ Si quis civitatem prodiderit, aut ſacra „ ſurripuerit, adverſus eum judicium in foro „ conſtituatur; & ſi damnatus fuerit, in Attica ne ſepeliatur, ſed bona ejus publicentur. (10) Ἑταίρησις, quam impudicitiam vertimus, quæ fuerit, ſatis notum eſt. De ea vero lex extat Solonis apud Æſchinem in actione contra Timarchum: „ Si quis Athenienſium impudicus fuerit, ne ex novem archontibus „ ſit, neve ſacerdotium obeat, nec populo „ patrocinetur, neque magiſtratum aliquem „ gerat, neque præco, neque legatus eat, „ neque legatione functos judicet, neque „ mercede ſycophantam agat, nec ſententiam „ dicat neque in Populo, neque in Senatu. „ Quod ſi quis, *addit orator*, adverſus hæc

C „ fecerit, γραφὰς impudicitiæ Solo inſtituit, „ & maxima ſupplicia ſtatuit. (11) Φθορὰ præcipue inſidiæ dictæ ſunt liberis pueris libidinis cauſſa paratæ; quod indicavit Æſchines contra Timarcum: „ Cum Miſgolas, *inquit*, „ & Phædrus Timarchum adoleſcentulum „ cum peregrinis quibuſdam in caupona cœnantem offendiſſent, ac peregrinos ſe in „ carcerem ſequi juſſiſſent, quod adoleſcentulum liberum corrupiſſent, peregrini ti- „ more

(6) ἡ γραφὴ non explicari melius poteſt, quàm ex eorum criminum recenſione, de quibus intendebatur. Porro hæc crimina ſtatim ſubdit Auctor noſter.

D (7) Rem non injucundam me Lectori facturum confido, ſi Græca hæc nomina cum Latinis παραλλήλως adſcribam.

1 φόνος	1 Cædes.
2 τραῦμα ἐκ προνοίας	2 Vulnus de induſtria.
3 πυρκαϊά	3 Incendium.
4 φάρμακον	4 Venenum.
5 βούλευσις	5 Inſidiæ.
6 ἱεροσυλία	6 Sacrilegium.
7 ἀσέβεια	7 Impietas.
8 προδοσία	8 Proditio.
9 ἑταίρησις	9 Impudicitia.
10 φθορά	10 Corruptela.
11 μοιχεία	11 Adulterium.
12 ἀγαμίου	12 Neglectæ nuptiæ.
13 ἀστρατεία	13 Neglecta militia.
14 λειποστρατίου	14 Deſerta militia.
15 λειποταξίου	15 Deſertus ordo.
16 δειλία	16 Timiditas.
17 λειποναυτίου	17 Deſerta navis.
18 ἀναυμαχίου	18 Neglecta pugna navalis.
19 τὸ ῥῖψαι τὴν ἀσπίδα	19 Abjectum ſcutum.
20 ψευδεγγραφή	20 Falſa relatio.
21 συκοφαντία	21 Calumniatio.
22 ψευδοκλητεία	22 Ementita citatio.
23 δῶρα	23 Dona.
24 δεκασμός	24 Munera.
25 ξενία	25 Peregrinitas.
26 δωροξενία	26 Peregrinitas dono tentata.
27 ὕβρις	27 Contumelia.
28 ἀγράφιον	28 Deletum nomen.
29 ἀλογίου	29 Non redditæ rationes.
30 μέταλλον ἀλόγιον	30 Improfeſſum metallum.
31 παρανόμων	31 Violatæ leges.
32 δοκιμασία	32 Probatio.
33 εὔθυνα	33 Repetundæ.
34 προβολή	34 Probola.
35 ἀπογραφή	35 Apographe.
36 ἀπόφασις	36 Apophaſis.

(8) [illegible] ἀξιοῦσιν. Fuſe hac de re *Meurſius lib. 1. Themidis Atticæ* cap. xv. & xvi. qui quidem cum multa congerat, vix tamen ſtatuit Homicidas τοὺς ἐκ προνοίας fuiſſe morte mulctatos, cumque plurimis allatis teſtibus doceat, qua pœna coercerentur homicidæ tum voluntarii, tum involuntarii, miror quod hæc non attulerit *Demoſthenis* verba multo fortaſſe cæteris clariora.

E (9) *Antiphon Orat.* xv. ἀπολύει δέ με καὶ ὁ νόμος, καθ' ὃν διώκομαι, τὸν γὰρ ἐπιβουλεύσαντα κελεύει φονέα εἶναι: *Liberat vero me lex, ſecundum quam reus agor. Vult enim eum, qui inſidias ſtruxerit, homicidam eſſe*. Vide præterea num. 58.

(10) Τῶν δ' ἐν βουλῇ, κατὰ τόνδε τὸν νόμον κρίνατε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις καὶ προδόταις. ἐάν τις ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ· τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ, δημόσια εἶναι.

(11) Ἄν τις Ἀθηναίων ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, μηδ' ἱερωσύνην ἱερώσασθαι, μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ, μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν, μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητὴν, μηδὲ ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω, μηδὲ γνώμην λεγέτω, μηδὲ εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσίτω, μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω, μηδ' ἐντὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιῤῥαντηρίων (fort. ſepta) πορευέσθω. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιῇ, καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἑταιρεῖν, θανάτῳ ζημιούσθω.

„ more perculſi in fugam ſe conjecerunt. (12) Quo factum eſt, ut qui Socrati nocere voluerunt, duorum eum criminum reum fecerint, & quod deos novos induceret, & quod juventutem corrumperet; quorum illud eſt τὸ ἀσεβεῖν, hoc τὸ φθείρειν. Ἀστρατείας oſtendit in or. de ordine deſerto Lyſias (13) fuiſſe, quoties quis miles conſcriptus cum ceteris in caſtra non veniſſet. Λειποταξίου vero, non ſolum ſi prælio receſſiſſet, ſed etiam ſi pedeſtrem militiam neglexiſſet, & equeſtrem optaſſet. Ut autem inquit adverſus Cteſiphontem Æſchines, Solon iiſdem pœnis teneri ſtatuit eum, qui militiam neglexiſſet, & qui ordinem deſeruiſſet, & timidus eſſet; voluit autem naturam etiam inſimulari, ut unuſquiſque civium de pœnis, quæ legibus conſtitutæ ſunt, magis, quam de hoſtibus ſollicitus, melior patriæ propugnator evaderet; igitur eum, qui militiam neglexiſſet, & qui ordinem deſeruiſſet, & qui timidus eſſet, à foro arcuit, nec corona donari, neque ad ſacra publica admitti permiſit. (14) Ψευδεγγραφή, Polluce teſte, fuit, non ſi quis alterum falſo debitorem ad ærarium retuliſſet, quod Arpocratio cenſuit, ſed ſi falsò debitorem magiſtratui aliquem indicaſſet. (15) Ψευδοκλητεία Polluci fuit, ſi quis ſe alterum in jus citaſſe ementiretur. Arpocrationi vero, ſi quis falsò alterum, ut debitorem, in jus vocaſſet. Δῶρα & Δωροδοκία ſi quis ex iis, qui in Republica verſarentur, donis ſe corrumpi paſſus eſſet, ut Δεκασμός, ſi muneribus judicia corrupiſſet. Qua de re lex eſt in oratione ſecunda contra Stephanum: „ Si quis, *inquit*, „ coierit, aut Hæliæam, aut aliquod forum „ eorum, quæ ſunt Athenis, aut Senatum, „ præbitis ad corruptelam pecuniis, aut ac„ ceptis, aut manum fecerit ad popularis „ ſtatus everſionem, aut, advocatus cum „ eſſet, pecunias ceperit in privatis cauſſis, „ aut publicis, harum rerum γραφαὶ ſunto „ apud Theſmothetas. (16) Ξενία ſi quis natus ex ambobus parentibus peregrinis ſe pro cive geſſiſſet. Unde Ulpianus ad Timocrateam; „ ſi quem, *inquit*, conſtabat, ſibi vindicaſſe „ jus civitatis, cum Athenienſis non eſſet, „ & eadem tamen, quæ cives, faceret, hic „ ante judicium in carcere habitabat, poſt „ victus judicio venum ibat. Δωροξενία, ſi de peregrinitate poſtulatus, judicium pecunia ſubvertiſſet. Ὕβρις, quoties qui liberum, tanquam ſervum, aut vinxiſſet, aut verberaſſet. Unde dixit orator adverſus Nicoſtratum: „ Puerum in hoſtium vicinum immiſerunt, „ ut roſarium evelleret, eo conſilio, ut, ſi „ eum ego deprehenſum aut vinculis con„ ſtrinxiſſem, aut verberibus affeciſſem, ut „ ſervum, γραφὴν mihi intenderent contumeliæ. (17) Ἀγραφίου, ſi ærarii debitor, antequam ſatisfeciſſet, nomen ſuum de publicis tabulis deleviſſet. Unde illud eſt contra Theocrinem: „ Lex non adverſus eos, qui debent, & non „ inſcripti ſunt, γραφὰς ἀγραφίου conſtituit, ſed „ quorum nomina non ſoluto civitati debito „ è tabulis ſint expuncta (18) Ἀγράφου μετάλλου dicta, teſte Suida, fuit hujuſmodi. Qui metalla argentea exercebant, ubi novum aggredi opus cupiebant, rem indicabant iis, quos populus præpoſuerat, ut novi metalli vigeſimam quartam penſitarent; quod ſi quis metallum, quod non profeſſus eſſet, exercuiſſet, jus erat cuilibet, eum γράφεσθαι. (19) Ἀλογία vero, ſi rationes rerum, quas tractaſſet, non retuliſſet. Παρανόμων, ſi decretum ſcripſiſſet ita, ut leges, quæ de ferendis decretis erant, tranſgreſſus eſſet; quo de genere multa in Cteſiphontem Æſchines, & in Androtionem Demoſthenes. Δοκιμασία excutiebant, ut inquit Arpocratio, Senatores, & magiſtratus omnes, an idonei eſſent ad imperandum, oratores, an impudici eſſent, an patrimonium effudiſſent, an parentes male habuiſſent, & equites, an ſatis culti eſſent. Quam etiam Æſchines omnium, qui ad Rempublicam ſe contuliſſent, quamquam nullum magiſtratum geſſiſſent, vitam hoc genere judicii Solonia lege inquit eſſe à quolibet exquiſitam; atque eo nomine ipſe Timarcho judicium intentavit. Εὐθύνη actio fuit adverſus eos, qui magiſtratibus, aut legationibus functi eſſent, de pecuniis, & delictis intra certum tempus, quo tranſacto agere non licuit. Cui quæſtioni minimam etiam quamque curationem fuiſſe ſubjectam, idem adverſus Cteſiphontem contendit; quæ vero actio legatis eſt intentata, ea proprium nomen τὸ παραπρεσβείας obtinuit: quo judicio Demoſthenes ea, quæ extat, oratione Æſchinem oppugnavit. Προβολή, inquit Pollux, adverſus eos fuit, qui male erga populum affecti eſſent, qui ſycophantæ eſſent, qui in feſtis contumeliam, aut injuriam alteri intuliſſent, (20) ac denique, ut ſcribit Xenophon libro primo rerum Græcarum, qui popu-

(12) Παροξυνθέντες δὲ πρὸς τὸ πρᾶγμα [illegible]

(13) *Lyſiæ* Oratio omnino legenda cum multa contineat in hanc rem ſcitu digniſſima.

(14) Idem in *Mediana* ait ſibi ab adverſario actionem hanc per calumniam intentatam: [illegible] : *quod igitur deſertorum ordinum actionem contra me molitus eſt.*

(15) *Jungermanus* in Notis ad *Pollucem lib.* 8 *cap.* 6 *Sect.* 43. Sigonii ſententiam refert, exiſtimatque *Harpocrationem*, cujus verba recitat, à *Polluce* in deſcriptione τῆς ψευδοκλητείας non diſſentire ipſum vide. Idem intellige etiam de ψευδεγγραφῆς, de qua iterum *Sigonius*.

(16) [illegible]

(17) [illegible]

(18) [illegible]

(19) *Suidas*: Ἀγράφου μετάλλου δίκη. [illegible] quæ ſubdit A. N. ſatis alias, quemadmodum etiam περὶ δοκιμασίας, [illegible]

(20) *Ulpianus*, præterea in *Mediana*, non in ea quam citat *Meurſius* contra *Timocratem lib.* 2. *Lectionis Atticæ cap.* 24. [illegible]

A pulum decepiſſent. Ἀπογραφὴ erat, quoties quis publici quidquam alterum retinere arguebat, quique urgebat, ἀπογραφὴν inſtituebat, oſtendens, unde pecunias haberet, & quam multas haberet. Quod ſi ille ſe habere negaret, judicium, Arpocratione teſte, fiebat, quaſi non juſte facta eſſet ἀπογραφὴ, quæ cauſſa in oratione contra Nicoſtratum à Demoſthene pertractatur; fuiſſe autem publicum judicium, ex eo cognoſcitur, quod idem ſcribit, ei judicio mille drachmarum periculum propoſitum fuiſſe, & ne quem poſtea poſſet ſuo nomine γράφεσθαι; quæ conditiones ambæ in publica judicia convenerunt. (21) Ἀντίδοσις autem erat, cum alter alterius bona aperiebat, B & eo facto eum ad fortunarum, & publici muneris permutationem invitabat, quod Arpocratio ex Demoſthenis ad Phænippum oratione collegit. (22)

Φάσις (23) fuit detectio eorum, qui in metallis, aut emporiis exercendis deliquiſſent, aut qui vectigalia publica avertiſſent, & uno verbo omnes occultiorum delictorum patefactiones φάσεις appellatæ ſunt; quin etiam Libanius ex oratione adverſus Theocrinem elicit, legem fuiſſe, qua dabatur φάσις adverſus mercatores, & naviculatios, qui frumentum aliò, quàm Athenas, deportaſſent. (24) Lyſias autem in oratione contra Philonem oſtendit, φάσιν eorum fuiſſe, qui parum idonei C præeſſent Reipublicæ, cum inquit: „ Ego „ vero juratus in judicium veni, me optima „ Reipublicæ conſulturum; illud autem eſt in „ jurejurando, ſi quis Senatorem ſorte lectum „ parum idoneum cognovit, eum φαίνειν. (25) Ἔνδειξις actio fuit de delicto confeſſo, quod non judicium, ſed pœnam deſideraret; item actio in eos, qui legibus ab aliquo ſive loco, ſive actione repellerentur, quali Ariſtogitonem Demoſthenes perculit, qui cum lege à Republica removeretur, quia nomen ejus in tabulis publicis, ut debitoris, extaret, Rempublicam tamen capeſſebat; de quo eodem ita Dinarchus. „ Non ne hic ἐνδειχθεὶς à Ly„ curgo, & publico debere convictus, cum „ ei ſententiam dicere non liceret; & XI. D „ viris ex legibus traditus, ante fora judi„ ciaria ambulavit, & in proëdria prytanum „ aſſedit? (26) Itaque Demoſthenes idem in oratione cuntra Theocrinem, ἔνδειξιν inquit

eſſe adverſus ærarii debitores, quorum nomina in tabulis nulla extent, recitatque de hac re legem in Timocrates: „ Si quis ſupplicet „ in Senato, aut in populo pro iis, quos aut „ judices, aut Senatus, aut populus condem„ navit, ſi ipſe debitor ſupplicet, antequam „ pendat, adverſus eum eſto ἔνδειξις, non „ aliter ac ſi quis ærarii debitor judicet in „ Hæliæa. (27)

Ἀπαγωγὴ actio fuit adverſus facinoroſos homines, nempe quoties quis, quem abſentem ἐνδεικνύναι liceret, eum præſentem in ipſo furto deprehenſum abduceret, ac ſe periculo mille drachmarum objiceret. Unde illud eſt Andocidis adverſus Alcibiadem: „ Vobis maleficos homines in carcerem ab„ ducere haud ſatis commodum eſt; ne ſi „ quis quintam ſuffragiorum partem non „ tulerit, mille, quæ conſtitutæ ſunt, „ drachmas perſolvat. Fuiſſe autem actionem adverſus fures, & graſſatores, oſtendit Demoſthenes contra Androtionem: „ In „ furto, vales ne viribus? ἄπαγε; & Lyſias in oratione contra Agoratum: „ Phænipidem „ graſſatorem abduxit, & vos eum in judicio „ morte mulctaſtis; & iterum Demoſthenes in ſecunda adverſos Stephanum: „ Atqui ſi te „ forem abduxiſſem in ipſo furto deprehenſum; & contra Cononem: „ Cum dicerent, eum „ obnoxium eſſe, & τῶν λωποδυτῶν ἀπαγωγῇ ἐν ταῖς τῶν ὕβρεως γραφαῖς.

'Εφήγησις fuit, quoties quis, quem propter imbecillitatem non audebat abducere, ad ædes ejus, in quibus deliteſcebat, magiſtratum ducebat. Unde trita jam illa fluxerunt: „ In furto, vales ne viribus? ἄπαγε, „ imbecilliores? τοῖς ἄρχουσιν ἐφήγου. Quam vocem quoniam Ulpianus interpretatur ὑπόδειξιν, ſane ſequitur, ἐφήγησιν eſſe ſontis deliteſcentis ſubmonſtrationem. (28)

Ἀνδροληψία adverſus eos fuit, qui confugientes ad ſe homicidas dediturus recuſaſſent; ex quibus uſque ad tres viros comprehendere licuit; pignoribus autem coërcebant civitatem, quæ homicidas ſervaret, nec ſibi ad ſupplicium traderet: cujus rei lex hæc eſt in Ariſtocratea: „ Si quis violenta morte „ pereat, pro hoc propinquis ἀνδροληψίαι ſun„ to, donec aut pœnas cædis dent, aut in„ terfectores dedant; comprehenſio vero eſto „ uſ-

(21) Utrumque oſtendit *Demoſthenes* ſtatim ab exordio citatæ Orationis: [illegible] Quod nullo calumniandi ſtudio adductus, ſed iſtorum injuriis, ac contumeliis laceſſitus, eos ulciſcendos arbitratus deſcriptionem hanc inſtituerim, illud, Judices, argumento vobis ſit, quod, & parva eſt, & per me ipſum facta deſcriptio. Neque enim ſi calumniari voluiſſem, mancipia quatuor minarum cum dimidia deſcripſiſſem, quanti ea æſtimavit ipſe adverſarius: quum ipſe, & de mille drachmis, & de eo, ne quid unquam mihi ſubſcribat periclitor. In hac ipſa Oratione agit ſatis dilucide Orator etiam περὶ τῆς γραφῆς τῆς ψευδοκλητείας.

(22) Quæ quidem *Demoſthenis* Oratio (quidam vero ambigunt an ſit ejus) tota eſt de hoc argumento.

(23) Tranſit jam ad alterum τῶν κατηγοριῶν, quas ſupra recenſuit genus.

E (24) En ipſa *Libanii* verba ex citatæ Orationis argumento: [illegible] *Mercatores aut Naviculariæ Athenienſes, qui alio quopiam, quam Athenas frumentum vexerant, licebat deferre*. De hac iterum *Sigonius lib. 4. cap. 3. nu. 44.* Videndus præterea *Pollux*, cum adjectis notis *lib. 8. cap. 6. Sect. 47.*

(25) Intelligendus fortaſſe *Lyſias* ex iis, quæ præmiſit *Sigonius* paulo ante, omnes delictorum occultiorum patefactiones φάσεις appellatas fuiſſe; φαίνω propterea ſæpe uſurpatum ab Auctoribus tanquam peculiare quoddam verbum è Foro ſæpe etiam ita, ut *revelare, manifeſtare* unicè ſine ullo ad certam quandam accuſationis rationem, reſpectu, ſignificaret.

(26) Satis eccoleec, quas citat *Sigonius*, *Demoſthenis*, ſive alterius Oratoris, quod ſuſpicantur quidam, in *Ariſtogitonem* Orationes.

(27) [illegible]

(28) Quid ſit ἀπαγωγή, & ἐφήγησις, ſatis conſtat ex iis *Demoſthenis* verbis in *Androtiana*, quæ græca dedimus numero quinto;

„ uſque ad tres viros, non amplius. (29)

Εἰσαγγελία quæ fuerit, ſuperiore libro demonſtravimus; (30) nunc ad eam legem, quæ eſt apud Demoſthenem in oratione ad Timotheum, adjungamus, per quam adverſus eum εἰσαγγελίαν concedi ſcribit, qui populo promiſſum non præſtiterit; (31) & alteram, quam idem in oratione de iis, qui ſunt in Cherroneſo, innuit, cum inquit: „ Si into- „ leranda facit Diophetes, & naves deducit, „ parva tabella hæc omnia prohibere pote- „ rit; jubent enim leges, eos, qui hæc deli- „ querint, εἰσαγγέλλειν; (32) & quod ſcribit Pollux, adverſus impudicos tribus actionum generibus iri potuiſſe, γραφῇ, δοκιμασίᾳ, εἰσαγγελίᾳ. Nam adverſus ſycophantas, id eſt, qui falſum judicium intuliſſent, multo pluribus itum eſt, nimirum γραφῇ, προβολῇ, εἰσαγγελίᾳ, ἐνδείξει, & ἀπαγωγῇ. quod tradit Iſocrates in oratione de antidoſi, cum inquit: „ Majores noſtri de „ ſycophantis acerbiores leges, quàm de aliis „ maleficiis, tulerunt; ſiquidem de maximis „ injuriis uno tantum in foro judicia ſtatue- „ runt: adverſus vero ſycophantas γραφὰς „ apud theſmothetas, εἰσαγγελίας apud Sena- „ tum, προβολὰς apud populum propoſuerunt; (33) & Demoſthenes in oratione contra Theocrinem: „ Si quis ſycophantarum con- „ tra mercatores feciſſet, eorum ἔνδειξιν & „ ἀπαγωγὴν eſſe legiſlator voluit. (34) Caput autem εἰσαγγελίας fuit, ut, ſi qui delati eſſent, levius peccaſſe à Senatu judicati fuiſſent, ii mulctarentur à Senatu; ſi gravius, judicibus dederentur, mulcta, quæ eis ſubeunda eſſet, æſtimata.

Atque hæ quidem fere publicæ actiones fuerunt, quarum ea, ut ſcribit Pollux, vis, atque conditio fuit, ut iis civi cuicui uti licuerit; cum eo tamen, ut ſi quintam ſuffragiorum partem non ferret, drachmas mille penderet; cujus rei legem recitat contra Theocrinem Demoſthenes. „ Lex, *inquit*, „ inſtituentibus aut γράφεσθαι γραφὰς, aut φαίνειν, „ aut quidpiam aliud eorum facere, quæ in „ lege ſcripta ſunt, diſerte denunciat, qui- „ bus conditionibus horum quidque ſuſci- „ piendum ſit: quæ ſunt, ſi quis actionem „ perſequutus quintam ſuffragiorum partem „ non tulerit, ut mille drachmas pendat: ſi „ non perſequatur, alteras mille; ut neque „ ſycophantam agat quiſquam, neque impu- „ nitate propoſita prævaricetur, aut quæ ſunt „ civitatis, largiatur. (35) Quin etiam adjicit idem in ſecunda adverſus Ariſtogitonem, ſi quis alterum judicio perſequutus quintam partem ſuffragiorum non tulerit, ei in poſterum neque γράφεσθαι, neque ἀπάγειν, neque ἐφηγεῖσθαι licuiſſe. Illud autem proprii habuit εἰσαγγελία, quod actor non damnato reo mulctæ expers fuit: quod cum Hyperides, teſte Polluce, (36) tradidit, tum etiam Iſæus, cum dixit: „ Atqui mulcta εἰσαγγελίαις apud „ archontem nulla eſt propoſita, ne ſi dela- „ tores quidem nullum ſuffragium tulerint. Theophraſtus autem addit, cum homines facile ad εἰσαγγελίας inſtituendas adducerentur, legi poſtremo adſcriptum eſſe, ut qui reum non damnaſſet, mille drachmas perſolveret. Ac de publicis quidem controverſiis hactenus.

(37) Privatæ autem fuerunt, κακηγορία, αἰκία, βία, παροινία, βλάβη, κάκωσις, ἀποπομπή, κλοπή, παρακαταθήκη, χρέος, συμβόλαια, συνθῆκαι, εἰς δατητῶν αἵρεσιν, μίσθωσις οἴκου, ἐνοίκιον, σῖτος, καρπὸς, ἐξούλη, ὁσία φορὰ ἀφανὴς, μεθημερινή, βεβαίωσις, εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, ἐξαίρεσις, ἀποστάσιον, ἀπροστάσιον, ἐπιτροπή, κλῆρος, ψευδομαρτυρία, & ἀντιμαρτύριον. id eſt, convicium, verbe-

(29) ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή. Quod vero ait Author noſter pignoribus coërcitas civitates, quæ homicidas ſervarent, nec ad ſupplicium traderent, intelligendum de Civitate extra Atticam ſita. *Suidas*: [illegible] Ἀνδροληψίαν ἐκάλουν: *Si extra Atticam vir Athinienſis interfectus fuiſſet; & illi, qui Urbem inhabitabant, in qua facinus patratum, eum, qui in culpa eſſe videretur, dedere nollent, lege tres ex civibus Athenas adducere permittebatur, cædis judicium, & pœnam ſubituros; iiſque ea Androlepſion dicebatur.*

(30) *Libro* nimirum *ſecundo cap.* 3. Vide ibi præcipue num. 31.

(31) [illegible], ἐάν τις τὸν δῆμον ὑποσχόμενος ἐξαπατήσῃ, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ.

(32) εἰ γὰρ δεινὰ ποιεῖ Διοπείθης, καὶ κατάγει τὰ πλοῖα, μικρὸν πινάκιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτα πάντα κωλῦσαι δύναιτ' ἄν. καὶ λέγουσιν οἱ νόμοι ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας εἰσαγγέλλειν.

(33) Περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν, χαλεπωτέρους, ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακουργιῶν, τοὺς νόμους ἔθεσαν. τοῖς μὲν γὰρ μεγίστοις τῶν ἀδικημάτων, ἐν ἑνὶ τῶν δικαστηρίων τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο· κατὰ δὲ τούτων, γραφὰς μὲν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ' εἰς τὴν βουλήν, προβολὰς δ' ἐν τῷ δήμῳ.

(34) ἐὰν δέ τις παρ' αὐτοῖς περὶ τῶν συκοφαντούντων, ἔνδειξιν αὐτῶν εἶναι, καὶ ἀπαγωγήν.

(35) ὁ νόμος τοὺς ἐπιχειροῦντας ἢ γράφεσθαι γραφὰς, ἢ φαίνειν, ἢ ἄλλο τι ποιεῖν τῶν ἐν τῷ νόμῳ τούτῳ γεγραμμένων, διαρρήδην λέγει, ἐφ' οἷς ἕκαστον ἔξεστι ποιεῖν. ἔστι δὲ ταῦτα, ἐάν τις ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν· κἂν μὴ ἐπεξίῃ, χιλίας ἑτέρας· ἵνα μήτε συκοφαντῇ μηδεὶς, μήτ' ἄδειαν ἔχων ἐργολαβῇ, καὶ καθυφιῇ τὰ τῆς πόλεως. Pollucem addo *lib.* 8. *cap.* 6. *Sect.* 41. [illegible] . . . . . . ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. καὶ ἐν τούτῳ, ὁ μὴ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, προσωφλίσκανε χιλίας.

(36) Ipſum vide *lib.* 8. *cap.* 6. *Sect.* 51., & *ſeq.* Rem enim totam prolixiùs ibi explicat, quam ut operæ pretium ſit integrum ejus textum exſcribere.

(37) Hic etiam opportunum duco ad Lectoris commodum Privatarum controverſiarum capita Græcè, ac Latinè ex adverſo collocare.

1 κακηγορία	1 Convicium.
2 αἰκία	2 Verberatio.
3 βία	3 Vis.
4 παροινία	4 Ebrietas.
5 βλάβη	5 Damnum.
6 κάκωσις	6 Mala tractatio.
7 ἀποπομπή	7 Repudium.
8 κλοπή	8 Furtum.
9 παρακαταθήκη	9 Depoſitum.
10 χρέος	10 Debitum.
11 συμβόλαια	11 Commercia.
12 συνθῆκαι	12 Pacta.
13 εἰς δατητῶν αἵρεσις	13 Diviſorum electio.
14 μίσθωσις οἴκου	14 Domus locatio.
15 ἐνοίκιον	15 Inhabitatio.
16 σῖτος	16 Victus.
17 καρπός	17 Fructus.
18 ἐξούλη	18 Dejectio.
19 ὁσία φορὰ ἀφανής	19 Exportatio occulta.
20 μεθημερινή	20 Diurna.
21 βεβαίωσις	21 Præſtita venditio.
22 εἰς ἐμφανῶν κατάστασις	22 Manifeſtatio.
23 ἐξαίρεσις	23 Vindicatio.
24 ἀποστάσιον	24 Violatum patrociniū.
25 ἀπροστάσιον	25 Neglectum patrocinium.
26 ἐπιτροπή	26 Tutela.
27 κλῆρος	27 Hereditas.
28 ψευδομαρτυρία	28 Falſum teſtimonium.
29 ἀντιμαρτύριον	29 Delertum teſtimonii.

A beratio, vis, ebrietas, damnum, mala tra-
ctatio, repudium, furtum, depoſitum, debi-
tum, commercia, pacta, diviſorum electio,
domus locatio, inhabitatio, victus, fructus,
dejectio, exportatio occulta, diurna, præſtita
venditio, manifeſtatio, vindicatio, violatum
patrocinium, neglectum patrocinium, tutela,
hereditas, falſum, & deſertum teſtimonium.
Quarum quæ obſcuriores videntur ordine,
ut inſtituimus, explanemus. Κακηγορίας memi-
nit Iſocrates in oratione contra Lochitam,
cum dixit, leges jubere, ut ſi quis in alterum
non dicenda dixiſſet, quingentas drachmas
deberet; (38) Αἰκίας vero Demoſthenes in
oratione contra Evergum, ubi aperte αἰκίαν
B fuiſſe oſtendit, cum quis prior manus inju-
rioſas alteri intuliſſet; (39) & Iſocrates in
eadem, cum dixit: „ Me à Lochita manus
„ injurioſas prius inferente verberatum, te-
„ ſtes omnes; vos autem invenietis, qui le-
„ ges nobis tulerunt, eos in primis de cor-
„ poribus laboraſſe; primum enim de hac
„ ſola injuria & δίκας γραφὰς ſuſcipi nullâ de-
„ poſitâ pecuniâ ſtatuerunt, ut, prout no-
„ ſtrûm quiſque aut vellet, aut poſſet, ita,
„ de injurioſis hominibus pœnas ſumeret.
Quod autem inquit, de injuria corpori illata
γραφάς, & δίκας fuiſſe, eò referendum eſt,
quod ὕβρεως γραφὴ fuit; αἰκίας vero, & κακηγο-
ρίας δίκαι. unde dixit adverſus Mediam De-
C moſthenes: „ Si quis quemcunque privatum
„ contumelia affecerit, aut maledicto inceſ-
„ ſerit, γραφὴν ὕβρεως καὶ δίκην κακηγορίας φεύξε-
ται; & contra Cononem: „ Inſtitutæ ſunt
„ δίκαι κακηγορίας, ne conviciis vexati ad in-
„ ferenda verbera delabantur; ſunt etiam
„ αἰκίας, ne quis, ubi inferior ſit, lapide,
„ aut telo alio quempiam ulciſcatur; ſunt
„ γραφαὶ τραύματος, ne vulneratis quibuſdam
„ cædes aliqua conſequatur. Atque huic
quidem crimini pœnam nullam à legibus
conſtitutam, ſed accuſatorum arbitrio, &
judicum cognitioni permiſſam ſcribit Arpo-
cratio. Βιαίων, teſte eodem, lis fuit adverſus
eos, qui non ſolum virgines violaſſent, ſed
D etiam quodcunque per vim feciſſent. Βλάβης
δίκης meminit Demoſthenes contra Mediam,
cum inquit: „ Atqui veſtibus, & aureis coro-
„ nis corruptis potui privatam βλάβης dicam
„ intendere; addit que ſi quis volens nocuiſſet,
duplum; ſi invitus, ſimplum legibus pepen-
diſſe. Κακώσεως permiſſa fuit puellis heredibus
adverſus maritos, & parentibus adverſus fi-
lios, & pupillis adverſus tutores, cum male
ab iis habiti eſſent, ut Demoſthenes oſtendit

A in oratione contra Timocratem, (40) & Ly-
ſias de hereditate Hegeſandri. Hujus autem
criminis non ſolum δίκην fuiſſe, ſed etiam
γραφὴν & εἰσαγγελίαν, prodit Arpocratio. Κλοπὴ
quæ fuerit, ex lege apparet quam profert
Demoſthenes contra Timocratem: „ Si quis
„ interdiu ſupra quinquaginta drachmas fu-
„ ratus fuerit, adduci liceat ad XI. viros;
„ ſi quis vero noctu quodcunque ſurripuerit,
„ eum & occidere, & inter perſequendum
„ vulnerare, & ad XI. viros cuilibet addu-
„ cere liceat; convicto autem eorum facino-
„ rum, propter quæ ἀπαγωγαί ſunt, non li-
„ ceat datis vadibus ſatisfacere pro furtis,
„ ſed mors pœna ſit; & ſi quis è Lyceo, aut
B „ ex Academia, aut Cynoſarge veſtem, aut
„ lagunculam, aut quidquam aliud minimi
„ precii, aut aliquod vaſculum è gymnaſiis,
„ aut portubus ſurripuerit ſupra decem
„ drachmas, & eos morte mulctandos cen-
„ ſuerunt. Si quis verò privato judicio furti
„ convictus fuerit, ei licere duplum æſtima-
„ tionis perſolvere; penes vero judices eſſe,
„ furem præter argentum ad quinque die-
„ rum, totidemque noctium vincula damna-
„ re, ut omnes eum in vinculis videant;
„ cenſuit enim flagitioſum hominem non
„ tantum, quod rapuit, reſtituto, eſſe libe-
„ ratum, ſed eum duplum oportere ſolvere,
„ tum in vinculis habitum ſupra mulctam
C „ hanc, quod vitæ reliquum fuerit, ignomi-
„ nioſe traducere. (41) Συμβόλαια pacta fue-
runt, cum inter privatos de ratione pecunia-
rum, tum inter civitates de dando, & acci-
piendo jure inter privatos, ut inter mercato-
res; de quibus loquitur Demoſthenes in ora-
tione pro Phormione: „ Lex jubet, merca-
„ torias dicas τῶν συμβολαίων eſſe Athenis, &
„ ad Athenienſium emporium; *& poſt*: Leges
„ jubet τῶν Ἀθήνησι συμβολαίων dicas eſſe apud
„ Theſmothetas. Hæ vero fuerunt mercato-
riæ dicæ, quarum meminit in oratione con-
tra Lacritum. *Conatur vobis*, inquit, *ſuadere,*
ut ſtatuatis, mercatoriam hanc dicam introduci
non poſſe, cum nobis dicas mercatorias judicetis;
D & ad Apaturium: *Leges jubent, ut dicæ ſint*
naviculariis, & mercatoribus, quæ Athenas, &
quæ Athenis, de quibus ſyngraphæ extant; item
Lyſias: *Adverſus mercatores menſtruæ ſunt à*
Boedromione uſque ad Munichionem, ut ſubito
jus ſuum conſequuti ſolvere portu poſſint. Unde
Pollux, & Arpocratio tradiderunt, ἐμμήνους
δίκας, id eſt, menſtruas lites eſſe ἐρανικάς, &
ἐμπορικάς id eſt, de collecta, & mercatoribus.
Eſt autem ἔρανος, ut ſcribit Arpocratio, qui
col-

(38) Præter *Iſocratem* meminit etiam *Ariſtoteles Eth. Nicom. lib. 5. cap. 1.* προςάττει δ' ὁ νόμος, καὶ μηδὲ κακηγορεῖν: *Præcipit vero lex non maledicere.*

(39) Φεύγειν δέ με τὸν ἔλεγχον ἐκ τῶν ἀνθρώπων περὶ τῆς αἰτίας, ὅστις πρότερος ἦρξε χειρῶν ἀδίκων. ἅπαντες γὰρ ἴσασιν ἡ αἰτία. Subdo *Demoſthenis* verba *in Cononem*, quæ paulo poſt recitat A. N. εἰσὶ κακηγορίας δίκαι. φασὶ τοίνυν ταύτας διὰ τοῦτο γίγνεσθαι, ἵνα μὴ λοιδορούμενοι τύπτειν ἀλλήλους προάγωνται. πάλιν αἰκίας εἰσί. καὶ ταύτας ἀκούω διὰ τοῦτ' εἶναι τὰς δίκας, ἵνα μηδείς, ὅταν ἥττων ᾖ, λίθῳ, ἢ τῶν τοιούτων ἀμύνηται μηδενί, ἀλλὰ τὴν ἐκ τοῦ νόμου δίκην ἀναμένῃ· τραύματος πάλιν εἰσὶ γραφαί, τοῦ μὴ τιτρωσκομένων τινῶν φόνους γίγνεσθαι.

(40) τῶν κακώσεως, καὶ τῆς κλοπῆς δίκην Inter judicia publica amandant quidam. Vide *Pollucis* notas *lib. 8. cap. 6. Sect. 32.* περὶ τῆς κακώσεως. *Demoſthenes* in citata Oratione: ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ τῶν γονέων κακώσεως ἑαλωκώς: *Si quis abducatur, malæ tractationis Parentum convictus.*

(41) εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι, εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα εἰ βούλοιτο. τῷ δ' ἁλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, οὐκ ἐγγυητὰς καταστήσαντι, ἐκτίσειν εἶναι τὰ κλέμματα, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. καὶ εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου, ἢ ἐξ Ἀκαδημείας, ἢ ἐκ Κυνοσάργους ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ εἰ τῶν σκευῶν τι ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμάς, καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν εἶναι τὴν ζημίαν. εἰ δέ τις ἰδίαν δίκην κλοπῆς ἁλοίη, ὑπάρχειν μὲν αὐτῷ διπλάσιον ἀποτεῖσαι τὸ τιμηθέν· προστιμᾶν δ' ἐξεῖναι τῷ δικαστηρίῳ πρὸς τῷ ἀργυρίῳ δεσμὸν τῷ κλέπτῃ, πένθ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ὅπως ὁρῷεν ἅπαντες αὐτὸν δεδεμένον. καὶ τοῦτον ὀλίγῳ πρότερον ἠκούετε τὸν νόμον. οὗτος γὰρ οὐκ ᾤετο δεῖν τόν γε τὰ αἰσχρὰ ἐργαζόμενον, [illegible] ἀποδιδόντα ἀπαλλάχθαι (πολλοὶ γὰρ ἂν αὐτῷ ἐδόκουν οὕτω γ' οἱ κλέπτοντες ἔσεσθαι, εἰ μέλλοιεν λαθόντες μὲν ἕξειν, μὴ λαθόντες δέ, αὐτὰ [illegible]) ἀλλὰ τοῦτο μὲν διπλάσια ἀποτίνειν· δεδέσθαι δέ, πρὸς τῷ τιμήματι, ἐν αἰσχύνῃ ἤδη ζῆν τὸν ἄλλον βίον.

E

collectæ particeps eſt, & ſymbolum confert, quod in ſingulis conferre menſibus oportebat. De pactis autem inter civitates pluribus Demoſthenes diſſeruit in oratione de Haloneſo; maxime autem, cum inquit: „ Περὶ συμβολαίων „ Philippus ſe miſſurum ad vos inquit, qui „ ea paciſcantur; ea vero tum demum rata „ fore, non ubi in judicio apud vos confir„ mata fuerint, ut jubet lex, ſed ubi ad ſe „ relata fuerint; *& paulo poſt*: Jam vero non „ eſſe ſymbola inter Athenienſes, & Mace„ dones neceſſaria, præteritum tempus argu„ mento ſit; neque enim Amyntas, neque „ alii reges noſtra cum civitate ſymbola „ contraxerunt, cum tamen tum frequentius „ inter ſe miſcerentur, quàm nunc; in no„ ſtra enim poteſtate erat Macedonia, & tri„ buta nobis dabat, & emporiis tunc magis, „ quàm nunc, & nos eorum, & illi noſtris „ utebantur; & mercatoriæ dicæ non, ut „ nunc, ſevere fiebant, quæ efficiunt ſingu„ lis menſibus, ut non egeant ſymbolis, qui „ tantis inter ſe terrarum disjuncti ſpatiis „ ſunt. (42) Hæc autem σύμβολα Thucydides in primo συμβολαίαις πρὸς τοὺς ξυμμάχους δίκαις vocavit; Συνθῆκαι pacta fuerunt inter privatos vel de locatione, & mutuo, vel de judicii ratione; de locatione, ut pro Phormione: „ Hæ ſunt συνθῆκαι, juxta quas Paſion menſam huic locavit; (43) & ad Pantenætum: „ Propoſuimus συνθήκας, in quibus lo„ catio ſcripta erat; de mutuo, in prima contra Ariſtogitonem: „ Si quis alterum pe„ cunias debere criminaretur, ille vero nega„ ret, cum συνθῆκαι apparerent, per quas mu„ tuo dediſſet, eum impudentem judicaretis; de re arbitro permittenda, ut ad Apaturium: „ Cum inſtarent dicæ, ad rem arbitris per„ mittendam deſcendimus, & cum συνθήκας „ ſcripſimus, pacti ſumus, ſi inter tres arbi„ tros conveniſſet, nos eos eorum decreto „ ſtaturos; ſin minus, duorum; & συνθήκας „ apud eorum unum depoſuimus; item alias ſæpe Εἰς δατητῶν αἵρεσιν, quoties ex iis, qui ſocietatem coiſſent, qui communem rem dividere volebant, litem intendebant iis, qui recuſabant; ut Lyſias docuit in oratione ad Alexidemum, & Ariſtoteles, teſte Arpocratione, in Republica Athenienſium. Σῖτος victus erat, qui à maritis debebatur uxoribus, poſtquam ab iis diſceſſiſſent, aut dimiſſæ eſſent, nec dotem recepiſſent; etenim dimiſſæ, & dotem, & victum repetere poterant, eaque σίτου δίκη vocabatur; de qua lex eſt apud Demoſthenem in oratione contra Neæram: „ Si quis dimiſerit uxorem, reddat dotem; „ ſin minus, novem obolos uſuræ nomine „ pendat, & tutori mulieris pro ea de victu „ ad Odeum actio detur. (44) Itaque Andocides in oratione pro Nicoſtrato dixit: „ Dicat quæſo, apud quem Archontem pro„ miſſa uxor virum repudiavit, aut domum „ ejus; deinde à quo recepit dotem, mortuo „ illo, cui dicit promiſiſſe; quam litem vi„ ctus intenderit, aut dotis pro muliere „ deſponſa ei, qui Pyrrhi hereditatem poſſidet. Καρποῦ, & οἰκίας meminit, Arpocratione teſte, Lyſias: „ Si quid objicis, *inquit*, huic „ puero, & tuarum rerum aliquam poſſidet, „ dicam intende ex legibus, ſi de agro liti„ gas, καρποῦ; ſi de domo, οἰκίας; quemad„ modum iſte nunc tibi tutelæ dicam in„ tendit. Item Demoſthenes contra Olympiodorum: „ Cur nunquam, *inquit*, litem „ mihi οἰκίας intendiſti de domo, quam mihi „ ut tuam locaſſe dicebas? Prima vero lis, ſi de domo contendebatur, erat οἰκίας, ſi de agro καρποῦ; ſecunda τῆς οὐσίας tertia, ἐξούλης. Quod ſi in controverſia οἰκίας, καρποῦ, & οὐσίας victi eſſent, tamen in poſſeſſione permanebant; ſin autem etiam ἐξούλης eſſent damnati, tum eos victoribus cedere poſſeſſione neceſſe erat; quemadmodum Arpocratio tradidit. Ceterum ἐξούλης δίκην, eodem teſte, intendebant ii, qui ſe à rebus ſuis arceri dicerent, iis, à quibus arcerentur; dicta vero eſt ἀπὸ τοῦ ἐξίλλειν, quod eſt dejicere; auctore autem Polluce, quoties quis eum, qui publice emiſſet, rebus emptis frui non pateretur, aut victorem, quæ viciſſet; ſed aut poſſidentem dejiceret, aut poſſidere prohiberet, aut ipſe, qui deberet, aut alius pro eo. Itaque ſi ille, ut emptor, de poſſeſſione litigaret, hic vero ut hypothecam habens, judicium erat ἐξούλης. Quin etiam dicam ἐξούλης intenderunt, qui ad diem dictam mulctas non exegiſſent, culpa eorum, qui mulctati ad id tempus non ſatisfeciſſent. Itaque Ulpianus Medianam exponens dixit, ἐξούλης dicam fuiſſe, cum periculum erat, ne quis ex poſſeſſione aliqua, aut loco, aut domo dejiceretur, quia mulctam præſtituto tempore non ſolviſſet. Qui vero ἐξούλης convicti eſſent, eos convictori res ablatas reſtituiſſe, & ærario, quæ æſtimati erant, pependiſſe, Arpocratio ex Iſæi, & Lyſiæ auctoritate adjungit, concluditque tale nomen in omnes convenire, qui è ſuis bonis ejiciuntur, non quemadmodum cenſet Cæcilius, in eos, qui ex judicato debeant, ſolos. Βεβαιώσεως lis erat, quam intendebat emptor venditori, ſi altero litigante rem venditam non præſtaret; aliquando etiam arrabone ſolo dato, & venditore litigante, litem βεβαιώσεως intendebat is, qui dederat, ei, qui acceperat; quod oſtendit Lyſias. Ita fere Arpocratio. Pollux autem litem fuiſſe ſcribit, quoties aliquis empta domo, aut agro eum, qui litem inferret, ad venditorem adduce-

(42) [illegible] Hæc tantum ex *Demoſthene* attuli, cum cætera per ſe ſatis conſtent.

(43) [illegible]. Addo *Demoſthenem* in *Apaturium*: [illegible] (compromiſſum) [illegible].

(44) [illegible] (curatoris ſcilicet).

duceret, ut emptionem præſtaret; qui ſi non præſtitiſſet, obnoxius fieret ei liti, quæ βεβαιώσεως dicitur; quod ſi qui ad venditorem adducebat, cauſſa cecidiſſet, id de quo lis erat, victoris fiebat; victus autem ab eo, qui calumniatus fuerat, æſtimationem accipiebat. Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν lis erat, quæ ob id intendebatur, ut ea, de quibus eſſet controverſia, in apertum producerentur; cujus meminit Demoſthenes adverſus Nicoſtratum. Ἐξαιρέσεως δίκη fuit, quam is, qui in ſervitutem aliquem duxerat, intendebat alteri, qui eundem in libertatem vindicabat; quod, teſte Arpocratione, oſtendit Iſæus; itemque ex oratione Lyſiæ contra Pancleonem apparet. Ἀποστασίου concedebatur manumiſſoribus adverſus manumiſſos, ſi à ſe defeciſſent, & alium patronum adoptaſſent, nec quæ legibus continentur, obſervaſſent; convictique in ſervitutem revocabantur; unde contra Ariſtogitonem in prima Demoſthenes. „ Et „ matrem ejus, *inquit*, ἀποστασίου damnatam „ vendidiſtis. Ἀπροστασίου lis erat adverſus inquilinos, qui patronos cives Athenienſes non adoptaſſent; moris enim fuit, ut civem aliquem, à quo in rebus ſuis & privatis, & communibus defenderetur, ſibi quiſque inquilinorum adoptaret; quod Hyperides in ſecunda adverſus Ariſtogitonem ἀπροστασίου indicavit. De hereditate autem quæ eſt actio inſtituta, ea ἐπιδικασία, & διαδικασία eſt appellata, quod oſtendit Iſæus in oratione de Pyrrhi hereditate, qui ſine diſcrimine utrunque nomen pro lite hereditatis uſurpat. Unde ἐπιδικάζεσθαι eſt litem de hereditate intendere; præclare. Siquidem ea bona, ut inquit Suidas, dicebantur, ἐπίδικα, de quibus aliquis, ut ad ſe propter generis propinquitatem pertinentibus, contendebat, quod nec filios, nec omnino alios ullos mortuus heredes teſtamento inſtituiſſet. Hujus vero actionis partes fuerunt duæ, ἀμφισβήτησις, & παρακαταβολή. quarum inter ſe differentiam explicans Arpocratio, inquit, ἀμφισβητεῖν, & παρακαταβάλλειν dictos, qui de hereditate litem facerent, cum illi hereditatem controverſam eſſe assererent, quia filius extaret mortuo vel genitus, vel adoptatus: hi vero contra, nullis extantibus liberis, juſtius ſe, quàm qui occupaſſet, hereditatem tenere vel propinquitate, vel teſtamento, contenderent. Unde dixit Demoſthenes in oratione de hereditate Hagniæ: „ Et „ præcone clamante, an aliquis vellet ἀμφισβητεῖν, aut παρακαταβάλλειν de hereditate „ Hagniæ aut ſecundum genus, aut ſecun„ dum teſtamentum, nemo auſus eſt παρακατα„ βάλλειν. Pollux autem addit, παρακαταβολὴν dictam, quia qui ita agebant, decimam bonorum partem deponebant, amiſſuri, ſi litem non obtinuiſſent; hanc autem eandem dici quoque ἀντιγραφὴν colligo ex verbis Arpocrationis, cum ſcribit, ἀντιγραφὴν proprie in hereditatum litibus uſurpari, quoties aliquis nullis ſuperſtitibus mortuo liberis hereditatem ad ſe pertinere ex generis ſucceſſione contendit. Jam vero cum lite de hereditate conjunctæ fuerunt etiam controverſiæ τῶν ἐπικλήρων, ἐπιπροίκων, & ἐπιδίκων. Ἐπίκληρος fuit puella pupilla fratris expers, patrimonii heres. Lex autem fuit, auctore Suida, ut ſi legitima filia fratribus legitimis careret, ipſa, non nothus filius, hereditatem adiret, nothis autem uſque ad quinque minas relinqui tantummodo liceret. Ἐπίπροικος fuit puella, quæ fratribus prædita hereditatis partem loco dotis eſt aſſequuta. Ἐπίδικος puella heres, de qua controverſia eſſet, cui eſſet in matrimonio collocanda. Legis autem de teſtamento, unde omnes hæ controverſiæ ſunt profectæ, meminit Iſæus in oratione de hereditate Pyrrhi: „ Lex, *inquit*, diſerte præcipit, li„ cere teſtari, ut cuique lubet, de rebus „ ſuis, ſi filios mares legitimos non relique„ rit; quod ſi fœminas reliquerit, in earum „ beneficium. Igitur, *ſubjicit orator*, filiabus „ non licet. Atque hanc eandem legem commemorat quoque Demoſthenes in ſecunda adverſus Stephanum: „ Liceat, *inquit*, cuili„ bet pro arbitrio de rebus ſuis teſtari, niſi „ filii mares legitimi adſint, modo ne aut „ furore, aut ſenio, aut veneno, aut morbo, „ aut mulieris ſuaſu, aut neceſſitate, aut „ vinculo oppreſſus teneatur; (45) *item*: „ Quodcunque filiis legitimis ſuperſtitibus „ pater teſtatus erit, ratum ſit, ſi filii mor„ tui ſint, antequam pubertatem excedant. (46) Ultima autem omnium judiciorum actio fuit ψευδομαρτυριῶν, quæ adverſus eos intentata eſt, (quod illi ἐπισκήπτεσθαι dixerunt) qui in judicio aut falſum teſtem produxiſſent, aut falſum teſtimonium dixiſſent, aut alio falſi genere judicem circumveniſſent. Quod ex prima Demoſthenis contra Stephanum liquet: „ Vos juraſtis, judicaturos non de iis, de „ quibus vult reus, ſed de quibus fuerit „ actio; hanc vero neceſſe eſt pateſieri acto„ ris intentione, quam ego huic ψευδομαρτυριῶν „ intentavi; (47) & ex ſecunda, in qua recitat hanc legem: „ Eſto obnoxius falſo te„ ſtimonio, qui teſtimonium dixit ob id, „ quia contra legem dixit, & qui producit „ illum eodem modo. (48) Addatque legem vetare, ipſum ſibi teſtimonium dicere ἐν γραφαῖς, ἐν δίκαις, ἐν εὐθύναις. Cum hac autem actione etiam κακοτεχνιῶν δίκη conjuncta fuit, cujus meminit Arpocratio, & Demoſthenes in oratione contra Evergum, cum inquit: „ Præclaræ mihi leges illæ videntur, quæ „ poſt judicia falſi teſtimonii dicas conce„ dunt, ut ſi quis productis teſtibus, qui „ falſa dicant, aut conditionibus, quas non „ tulit, aut teſtimoniis, quæ contra leges „ dicta ſint, judices deceperit, nihil ea re „ proficiat, ſed ut qui injuriam accepit, te„ ſtimoniis ἐπισκηψάμενος, & ad vos ingreſſus, „ oſtenderit, teſtes de re falſum dixiſſe, tum „ ab eis pœnas repetat, & illius, à quo pro„ ducti ſunt, κακοτεχνιῶν ulciſcatur: propte„ reaque minorem actori, ſi victus erit, mul„ ctam ſtatuerunt, ne qui læſus eſt, pœnæ „ magnitudine à perſequendis teſtibus avo„ cetur; reo autem pœnas magnas propoſue„ runt,

(45) [illegible] διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ὑπὸ τούτων του παρανοῶν, ἢ ὑπ' ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς.

(46) ὅ,τι ἂν γνησίων ὄντων υἱέων ὁ πατὴρ διαθῆται, ἐὰν ἀποθάνωσιν οἱ υἱεῖς πρὶν ἐπὶ δίετες ἡβᾶν, τὴν τοῦ πατρὸς διαθήκην κυρίαν εἶναι. Ante ſcilicet quam puberes biennium fuerint.

(47) διωμόσατε γὰρ ψηφιεῖσθαι ὑμεῖς, οὐ περὶ ὧν ἂν ὁ φεύγων ἀξιοῖ, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν τῇ τοῦ διώκοντος λήξει δηλοῦσθαι, ἣν ἐγὼ τούτῳ ψευδομαρτυριῶν εἴληχα.

(48) ἔνοχος δὲ καὶ ὑπόδικος τῶν ψευδομαρτυριῶν ὁ μαρτυρήσας, αὐτὸ τοῦτο, ὅτι μαρτυρεῖ παρὰ τὸν νόμον, καὶ ὁ προβαλλόμενος κατὰ ταυτά.

„ runt, ſi convictus fuerit, & vobis falſum „ teſtimonium dixiſſe videatur; idque merito; vos enim teſtes intuiti, & eorum teſtimoniis freti, ſententiam fertis; ne igitur „ & vos decipiamini, & qui ad vos ingrediuntur, injuriis afficiantur, propterea „ eos obnoxios reddidit legiſlator. (49) Quin etiam tantam in hoc toto dicendi teſtimonii genere diligentiam poſuerunt, ut ſi quis de re, cui gerendæ affuiſſet, ſe teſtimonium dicturum profeſſus, fidem fefelliſſet, ei quoque, Polluce teſte, ἀντιμαρτυρίας litem intendi poſſe ſtatuerint.

A Atque hæ quidem publicæ, privatæque cauſſæ, liteſque fuerunt, longe inter ſe non ſolum ipſorum, quæ diximus, criminum genere, ſed etiam propoſitarum æſtimationum varietate, & judicum, qui eas cognoſcerent, diſſimilitudine, & tota demum actionis, ac judicii ratione diſpares, atque diverſæ. Æſtimationes autem, quas illi τιμήματα vocarunt, ſere fuerunt, ζημία, φυγή, ἀτιμία, δεσμός, κύφων & θάνατος, id eſt, mulcta, exilium, infamia, vincula, pila, & nex. (50) Ex quibus ζημία pecuniariam mulctationem attulit, φυγή urbe exegit, & bona publicavit, ἀτιμία, quam neſcio an ſatis apte infamiam dicamus, jure civium, & maxime honorum poteſtate ſpoliavit. Unde in tertia contra Philippum Demoſthenes ἄτιμον definivit eum, qui rerum communium partem non haberet; & contra Androtionem, cui neque dicere, neque ſcribere, id eſt neutiquam Rempublicam attingere liceret: δεσμὸν intellexerunt carcerem, quem inde δεσμωτήριον appellarunt, & vinculorum genera τὸ ποδοκάκκη, ſive τὸ ξύλον, quod vocabulum paſſim in legibus Solonis invenitur; στήλας autem dixit in tertia Philippica Demoſthenes, quos in pila ad perpetuam memoriam ut impios, aut ingratos deſcripſerunt: „ Majores, *inquit*, noſtri in ænea pila, „ in arce, literas has inciderunt: Arthmius „ Pyctonactis filius Zelita ſit hoſtis populi „ Athenienſium, & ſociorum, & ipſe, & „ genus, quia aurum ex Medis in Peloponneſum attulit, non Athenas; (51) Θάνατον autem omnia necis genera quocunque modo illata, nominarunt, gladio, laqueo, tympano, & veneno; τύμπανον, unde ἀποτυμπανίζεσθαι fluxit, ligna erant, quibus nocentes homines cædebantur, ut Pluti interpres prodit. Plato autem Socrati, & Xenuphon Therameni, capitis damnatis cicutam (veneni id genus eſt) ex legibus præbitam eſſe à cuſtodibus carceris ſcribunt. Quæ cum ita more, inſtitutoque majorum obſervarentur, inde formula illa judicandi manavit, cujus cum aliàs, tum in Timocratea Demoſthenes meminit, ut quibus criminibus æſtimatio nulla à legibus indicta eſſet, judices æſtimarent, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι, id eſt, quid reum aut pati, aut pendere oporteret; quibus verbis hæc omnia, quæ dixi, æſtimationum genera comprehenderunt. Quoniam autem, quemadmodum aut ſingulæ cauſſæ cognitæ, aut judicia earum facta ſint, niſi ſingulis judicum generibus expoſitis, elucere non poteſt, videtur faciendum eſſe, ut deinceps de ſingulis judicum foris, Areopagitarum, Ephetarum, Heliaſtarum, ceterorumque dicamus, atque unà propoſitis quæſtionibus ſatisfaciamus.

CAP. II.

De judicio Areopagi. Cauſæ capitales ad ipſum. Ordo agendi apud eundem. Ejuſdem [illegible] *quid? Quibus diebus convenerit, & quo in loco? Ipſius laudes.*

Agamus autem primùm de Areopagitis; inter omnes enim judices auctoritate, & gloria præſtiterunt, qui ex conſilio fuerunt Areopagi; quem Senatum non ſolum de rebus communibus conſultaſſe, ſed etiam de cauſſis capitalibus judicaſſe, ſatis conſtat; atque hanc quidem cognitionem eum jam inde à regibus adeptum eſſe, antea cognovimus; (52) quam non modò Solo non imminuit, ſed etiam aliqua ex parte adauxit; ſiquidem legem tulit, quemadmodum eſt in Ariſtocratea Demoſthenis, ut Areopagi Senatus judicaret de cæde, & vulnere de induſtria, & incendio, & veneno, ſi quis eo dato necem attuliſſet; (53) quæ eadem, adjuncto etiam parricidio, Lucianus in Anacharſide repetit. (54) Excepit tamen eos, qui adulterum cum uxore deprehenſum interfeciſſent, ut ex oratione Lyſiæ cognoſcitur: „ Audiſtis ne, *inquit*, quemadmodum „ Senatui Areopagi, cui patrium eſt cauſſas „ de cæde cognoſcere, diſerte mandatum „ eſt, ne eum condemnet de cæde, qui „ adulterum cum uxore deprehenſum necarit? (55) Excepit item eos, qui homicidam extra fines Atticos interemiſſent; de iis enim cognoſci voluit ab Ephetis. Jam de vulnere Areopagum cognoviſſe, multi teſtes ſunt, ut Æſchines contra Cteſiphontem, cum objicit Demoſtheni, quod Demomeli conſobrino ſuo de vulnere apud Areopagum diem dixe-

(49) Statim ab exordio: καλῶς μοι δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἔχειν, [illegible]

(50) Adeat præterea *Pollux lib. 8. cap. 6. Sect. 69.* [illegible] cum ſcilicet aut nota ignominioſa inurebantur, vel cum inflictis verberibus vapulabat. Utramque interpretationem vide, ſi placet, in *Pollucis* notis loco citato.

(51) ἄλλα γράμματα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δεικνύω, [illegible]

(52) Vide caput tertium lib. 1.

(53) [illegible]

(54) [illegible]

(55) [illegible] *Lyſias* de Cæde Eratoſthenis.

xerit? (56) & Demoſthenes contra Bœotum, apud quem Mantitheus ita loquitur: „ Iſte „ autem cum Menecle omnium harum rerum „ architecto inſidiis mihi pararis, & in jur„ gio manibus illatis, capite ſuo cæſo, de „ vulnere apud Areopagum me, ut orbe „ exterminaturus, reum fecit; & contra Cononem: „ Brauroniæ ſacerdotis patrem, „ qui interſectum non attigerat, ſed ad cæ„ dendum cohortatus interſectorem fuerat, „ in exilium ejecit Senatus Areopagi. (57) De inſidiis demum necandi cauſſa factis, quam illi [illegible] dixerunt, judicaſſe Areopagum, tradidit in Athenienſium Republica, Arpocratione teſte, Ariſtoteles. (58)

Jam vero ordo apud Areopagum agendi is fuit, ut actionem accuſator apud regem, qui unus fuit è novem, intenderet, is deinde receptam litem ad Areopagum introduceret, atque una cum eo, coronâ, ut inquit Pollux, depoſitâ, judicaret. Antequam autem actionis initium fieret, accuſator, & reus graviſſimo ſe jurejurando obſtringere jubebantur; inde bis utrique cauſſam orare, reo vero poſt primam dictionem ſolum etiam vertere permittebatur. Judices autem ſedentibus iis in duobus ſcabellis argenteis; quorum, teſte Pauſania, unum Contumeliæ, alterum Impudentiæ nominabant, noctu, & ſub dio cauſſas audiebant, & quidem ſummo ſilentio, adempta oratoribus conciliandorum, & commovendorum animorum omni per præconem facultate, quorum illud in exordio, hoc in peroratione facere ſoliti erant. Quæ quoniam neque apud unum ſcriptorem, neque uno in loco reperiuntur, ex quibus ea fontibus hauſerimus; indicandum eſt. Quod ergo dixi, quæſtionem harum cauſſarum ad regem pertinuiſſe, id ex multis orationis Antiphontis de Choreutæ morte locis perſpicitur; maxime autem, cum inquit: „ Rex & „ leges eis recitavit, & tempus oſtendit, „ quo dicam ſcribere non liceret, & citatio„ nes citare, quas oportebat; *& paulo poſt:* „ Quod regi objiciunt, quod mea cauſſa di„ cam ſcribi noluerit, id à veritate longe „ remotum eſt; oportebat enim regem, ubi „ tres quæſtiones ſcripſiſſet, eas in tribus „ menſibus exercere; dicam vero quarto „ menſe, ut nunc, introducere; duo vero „ magiſtratus ſui reſtabant menſes Thargelio, & Scirrhophorio; neque in ſuo ma„ giſtratu introducere poterat; neque cædis „ cognitionem alteri tradere licet, neque ab „ ullo unquam rege tradita eſt; neque ſcribi „ volebat contra leges. (59) De jurejurando autem teſtis eſt Demoſthenes in Ariſtocratea: „ Primum, *inquit*, jusjurandum dare, & ſi „ calumnietur, ſibi ac genti, familiæque ſuæ „ peſtem exoptare in Areopago cogitur is, „ qui aliquem de cæde inſimulat: deinde ju„ rejurando ſanctiſſimo ſe obligat; &, quod „ nemo in ulla alia re jurat, in viſceribus „ capri, & arietis, & tauri, qui, & per „ quos, & quibus diebus oporteat, ſint „ mactati; poſt autem ei, qui ſe tali religio„ ne obſtringit, nondum tamen habetur fides, „ ſed ſi mendacii convictus eſt, nihil aliud „ conſequitur, niſi ut liberos ſuos, & om„ nem familiam perjurio obſtringat; ſin au„ tem jure accuſaſſe videatur, & reum cædis „ damnarit, ne ita quidem damnatum in ſua „ poteſtate habet, ſed ſumendi ſupplicii jus „ penes leges eſt, & eos, quibus hæc com„ miſſa ſunt; huic vero damnatum inſpecta„ re pœnas ex lege dantem licet; nec præter „ id quidquam amplius; reus autem calum„ niæ jusjurandum eodem modo præſtat, „ conceditur que ut priore cauſſa dicta ſolum „ vertat, neque accuſator, neque judices, „ neque hominum aliquis eum retinere poteſt; (60) itemque Lyſias, cum in oratione contra Thomneſtum prima actorem juraſſe ait, quod interfecit; reum vero, quod non interfecit, quod ille [illegible] vocat; & Antiphon, cum in oratione de cæde Herodis inquit: (61) „ Tum vero, cum oporteret te jurare jusju„ randum maximum, & graviſſimum, exi„ tium tibi ipſi, & generi, & familiæ tuæ „ imprecantem, nempe te nihil aliud mihi „ objecturum, quàm cædem me feciſſe, in„ juratus me accuſas; poſtremo Dinarchus, qui Demoſthenem inquit omnibus diris, quæ in civitate ſuſcipiuntur, eſſe devotum, quod Severas deas in Areopago pejeraverit, aliosque deos, quos jurare leges jubent. (62) Jam vero

(56) [illegible Greek]

(57) Mitto textus hos græce afferre; ejus loco *Lyſiæ* locum exſcribam in *Andocide*: [illegible Greek] *Si quis viri corpus vulneraverit, ſive caput, ſive faciem, ſive manus, ſive pedes, ille quidem, juxta leges Areopagi exulare jubetur ex ea urbe, quam inhabitat, qui injuria eſt affectus.*

(58) [illegible Greek] pauca afferam ex *Harpocratione*, quæ jam ſupra attigit *Sigonius* [illegible Greek] Eadem fere Latine dedit *Sigonius* ſupra num 9. Eadem fere, ſed Græce habes apud *Suidam Harpocrationis* exſcriptorem.

(59) Videndus omnino *Antiphon* cum plura habeat, quæ in hanc rem faciunt, ſed pluribus in locis diſperſa.

(60) [illegible Greek]

(61) [illegible Greek]

(62) [illegible Greek]

vero teſtes eodem etiam ſe obligaſſe jurejurando, oſtendit Antiphon. „ (63) Et cum „ teſtes, inquit, oporteat eodem ſe obligare „ jurejurando, atque eo, qui accuſas, & „ victimis tactis contra me teſtimonium di„ cere, tamen injurati ſunt. Hinc idem ille cum pro Choreuta diceret, intulit, ſacramenta, & prædictiones, & cetera, quæ fiunt propter controverſias de cæde, multum inter ſe differre; & in eadem: „ Ex his intelligi „ licet, utri ſanctiora, & veriora jurarint; „ iſti ne, an ego; illi enim jurarunt me in„ ſidiis factis necem attuliſſe Diodoto: ego „ neque interfeciſſe, neque manum inferen„ tem, neque inſidias comparantem. Jam cetera, quæ de ratione dicendæ cauſſæ propoſuimus, earundem etiam orationum auctoritate firmantur, in quibus & illud eſt: „ Quod ſi quid horum mentiri videbor, licet „ accuſatori in ſecunda oratione quodcunque „ voluerit, reprehendere, defenſori vero „ priore dicta oratione licet abire. (64) Sed multo apertius à Luciano hæc omnia tractantur in Hermotimo, & Anacharſide; apud quem ita Solo loquens inducitur: „ Noli „ abs re longe aberrare, ſed imitare Senatum „ Areopagi, qui nobis cauſſas de cæde judi„ cat; cujus hic mos eſt patrius, ut ubi in „ pagum aſcenderit, de cæde, aut vulnere „ ex induſtria, aut incendio judicaturus, po„ teſtatem dicendi faciat utrique litigatori; „ ita ſeparatim dicunt accuſator, & reus, „ aut ipſi, aut patronos adducunt æquo ani„ mo, & cum ſilentio audit Senatus; quod „ ſi quis exordio colligendæ benevolentiæ „ cauſſa utatur, ut miſericordiam, aut indi„ gnationem alicunde commoveat, qualia „ multa oratores adverſus judices compara„ runt, ſtatim per præconem ſilere jubentur, „ non permittentem eos audiente Senatu „ nugari, & rem verbis involvere, ut facta „ nuda Areopagitæ inſpiciant. (65) Atque hoc idem etiam multis ante hunc ſeculis Ariſtoteles, ut ceteros omittam, in principio artis rhetoricæ literis prodidit. (66) Cur autem ſub dio judicium exercuerint, cauſſam reddit in oratione de Herodis cæde Antiphon, nempe ne judices in eundem locum convenirent, atque ii, qui manibus eſſent impuris, &, ne qui de cæde accuſabat, ſub eodem tecto eſſet, atque ille ipſe, qui cædem patrarat; (67) ſilentii vero eorum ſummi argumento ſit proverbium celebre, quo dicebatur, Areopagitâ taciturniorem eſſe; (68) nam vere tacitos eos judicaſſe, Macrobius etiam libro Saturnaliorum ſeptimo prodidit. Atque hæc quidem jura ferme omnibus nota, atque illuſtria ſunt.

Illud vero vulgare minus, ac tritum, quod idem Areopagus partim ſponte ſua, partim populi ſcito de aliis gravibus etiam criminibus, ut de proditione, quæſivit, & præjudicio facto ea judicibus Heliææ detexit, ac novo ab iis retractanda judicio tradidit; hanc autem quæſtionem, atque detectionem ζήτησιν illi, atque ἀπόφασιν dixerunt. Quæ omnia ex Dinarchi oratione contra Demoſthenem cognoſcuntur. „ Primum, inquit, „ Areopagus neceſſariò duobus modis ἀποφάσεις „ inſtituit, ſponte, populique decreto; item: „ Putatis ne Senatum Areopagi, cum de „ Demoſthene, Demade, & Cteſiphonte per „ ſex menſes quæſiverit, injuſte apud vos „ ἀποφάσεις inſtituiſſe? (69) item: Neque vero, „ ut eum abſolveretis, de eo quærendum „ Areopagi Senatum commiſiſtis; ſed ut, ſi „ ille detexiſſet, vos meritas pœnas ſumeretis; & paulo poſt: „ Cum tu decretum ſcripſiſti, „ ut Senatus Areopagi quæreret de iis, qui „ pecuniam ab Harpalo accepiſſent, ut ipſi „ patrium eſt, quæſivit, & judicibus detexit; item: „ An vero majores vires veritate ca„ lumniatio hujus habebit, qua dicturus eſt, „ multos, quos Senatus Areopagi populum „ læſiſſe detexerat; in huc ingreſſos forum „ evaſiſſe, aut Senatum in nonnullis ne quin„ tam quidem ſuffragiorum partem tuliſſe? „ hoc autem quo modo fiat, facile cogno„ ſcetis; Senatus quærit, quæ ſunt mandata „ à vobis, & quæ ſunt apud ſe crimina, „ non quo modo vos aliquando judicare ſo„ letis, ſententiæ plus, quàm juſto tribuen„ tes, ſed omnino, qui obnoxius eſt iis, quæ „ quæruntur, & quicunque patria violarit; „ exiſtimans, qui in parvis aſſueſcit injuſte „ ſe gerere, hunc magnas injurias facilius „ etiam illaturum; cum mulctaſſet eum, qui „ apud ſe naulo portitorem fraudarat, vobis „ detexit, eumque vos abſolviſtis, non quòd „ Areopagi Senatum mentiri judicaretis, ſed „ quòd

(63) In eadem Oratione de cæde Herodis: [illegible]

(64) Pollux præterea lib. VIII cap. X. [illegible] Poſt primam cauſæ dictionem licebat in exilium ire, etiam, ſi quis Parentes occidiſſet. Eorum autem bona, qui indictâ hoc modo causâ in exilium ibant per publicos venditores, quos πωληταὶ dicebant, publicabantur. Idem Pollux eodem libro cap. IX πωληταὶ [illegible] Venditores vendebant etiam bona eorum, qui poſt primam cauſæ dictionem ex Areopago in exilium conceſſiſſent.

(65) [illegible]

(66) [illegible]

(67) Neque id ſolum in more poſitum apud Areopagitas, verum etiam apud ceteras Curias, eodem teſte Antiphonte: ἅπαντα enim inquit, [illegible]

(68) Ejus Proverbii meminit Themiſtius Orat. [illegible] ſi boni quidpiam audieris, ſileto ut, & Areopagita taciturnior. [illegible] apud Alciphron.m in Epiſtola Auchenii ad Harmentum. Vide etiam Manutii Adagia cap. 9. Apud Athenas Atticas Areopagitæ tacentes indicant. Juvenalis præterea Sat. 9.

Ergo occulta teges, ut Curia Martis Athenis.

Id ipſum innuit Demoſthenes in Ariſtogitonem Orat. 1.

(69) [illegible] Satis hæc pauca ex Dinarcho retuliſſe,

„ quòd ſententiam magis, quàm juſtum ſpe-„ ctaretis. Non neceſſe eſt plura proferre; ſatis eſt locum indicaſſe; plenæ enim hujus ſunt rationis, atque doctrinæ ambæ Dinarchi in Demoſthenem, & Ariſtogitonem actiones. (70) Hic ergo Senatus ſeveriſſima, ut dicere cœperam, judicia fecit; quippe qui, ut ſcribit in Timarchum Æſchines, non tam ex verbis oratorum, & teſtibus, quam ex ſua ipſius quam de facto præceperat, conſcientia judicaret; (71) ſententias vero occultis ſuffragiis tulit, id eſt, calculis aut perforatis, aut ſolidis, & quidem ab ara, ut ſcribit in Cteſiphonteam Ulpianus, (72) acceptis, & tacite in ſiellam immiſſis.

B Ceterum, ut narrat Pollux, ter tantum in menſe legitimis diebus, quarto, tertio, & ſecundo abeuntis convenit, (73) & quidem in pagum cognomine Martium: extra ordinem autem in regia etiam porticu eſt coa ctus, quod oſtendit in prima adverſus Ariſtogitonem Demoſthenes, cum inquit, legum vi effici, ut ſedens in regia porticu Areopagus, quanquam funiculo tantum obtento, ipſe quiete res ſuas agat, & omnes ſtatim inde recedant. (74)

Atque hæc quidem de hoc Senatu, ſoroque quæ diceremus, habuimus; cujus tanta apud veteres laudum præconia prædicantur, at nulla virtus ſit, qua egregius Senator, & ſanctus Judex aliquis affici poſſit, quæ non ei C ſumma tribuatur, uſque adeo, ut Areopagi tam pro conſtanti Senatore, & ſeveriſſimo Judice M. Tullius, homo omnis antiquitatis peritiſſimus, ad Atticum ſcribens uſurparit; (75) & Ariſtides cum in Panathenaica priſcam Athenienſium diſciplinam laudibus celebraret, Areopagum omnem ſuperaſſe laudis ex-

A cellentiam dixerit, neque aliam vim in eo loco inſitam ad juſtitiam cognoſcendam fuiſſe, atque in iis, unde oracula fundebantur ad futurarum rerum prædictionem; tantæ vero auctoritatis eum fuiſſe, ut magiſtratus omnes, & conſilia cum alia, tum maxime populus, & privati cuncti ad ejus judicia venerint. Quibus de rebus tanta et ab omnibus civibus habita reverentia eſt, ut in conſpectu ejus ridere nefas exiſtimarint. „ Cum enim „ producto, *inquit Æſchines*, in concionem „ ex Timarchi decreto Areopago magnus „ riſus populum neſcio qua de cauſſa eſſet „ complexus, tum Pyrrhander increpans po„ pulum, quæſivit, cur non riſum Areopago „ B præſente continerent; illi vero reſponde„ runt: Non ignoramus, ô Pyrrhander, non „ oportere in horum præſentia ridere; verum „ tantæ ſunt veritatis vires, ut omnes homi„ num ſuperent rationes. (76) Hic eſt demum ille Senatus, cujus nimiâ potentiâ factum eſt, ut in Republica Athenienſium ſpecies aliqua paucorum imperii eluxerit. Itaque Pericles excellens auctoritate, atque potentia civis cum populi partibus ſe adverſus divites adjunxiſſet, Ephialtem, egregium item civem induxit, ut multis judiciis ereptis ejus opes decreto ad populum lato labefactaret; quod Ariſtoteles Politicorum ſecundo, (77) & Plutarchus in Pericle memoriæ prodiderunt. (78) C Hinc Æſchines in Timarchum, Areopagum, ut cetera imperia, reddendis rationibus fuiſſe obnoxium, & Demoſthenes adverſus Neæram, Areopagum non potuiſſe pro arbitrio in civem Athenienſem animadvertere dixit. (79) Memorabile autem illud in primis, quod idem in Ariſtocratea ſcriptû reliquit, Areopagum neque a tyrannis, neque à pau-

(70) Quæ enim in *Ariſtogitonem* Orationes inter *Demoſthenis* opera recenſentur, cum ab ejus ſtilo, atque indole abhorreant, altera *Dinarcho* puta, à quamplurimis adſcribuntur.

(71) Id ipſum innuit *Lucianus* in *Anacharſide*. Vide numerum ſexageſimum quintum.

(72) *Sigonium* carpit *Meurſius Areopagi* cap. 9., quod indiſcriminatim dixerit, ſumptis ab ara calculis ab Areopagitis lata fuiſſe ſuffragia, cum ipſe cenſeat id tantum fieri conſueviſſe in rebus, ac cauſis ſacris. Verum donec quidpiam novi adferat *Meurſius*, vel alius quiſpiam, non video cur ſit a *Sigonii* ſententia recedendum. *Demoſthenes* quidem eo, quem *Meurſius* refert, & laudat loco, de re agit, quam jure dixeris ſacram, ſcilicet de Templo Deliaco, cui Patronos dederat Athenienſis Populus, Areopagitas; at non ſane intelligo, qui conſtet ex eo, ſumendi ab ara calculi morem fuiſſe rebus ejuſmodi peculiarem. Quo res ſit manifeſtior adfero Græci Oratoris verba: [illegible] (Æſchinem) [illegible] Expende Lector illud [illegible] Demoſthenicum, *Meurſio* addiſpuletur nec ne.

(73) *Lib* 8. *cap.* 10. *Sect.* 117. [illegible] *quarto* ſcilicet, *tertio*, *prideque Kalendas*. Deinceps vero cum res ferret diem ſeptimum, demum etiam quotidie. Docet Lucianus in *Bis accuſato*. [illegible] *Audito Popule; Forum juris dicundo, quod bene vertat, hodie conſtituemus, menſis Elaph beloaris* (*nimirum Februarii*) *die ſeptimo; quicunque actiones inſtituerunt, in Areopagum veniunto. Ibi juſtitia ſortietur fora: atque ipſa aderit judicantibus. Judices ex univerſis Athenienſibus dabuntur; & tres obolos, cauſſæ cujuſcunque mercet; numerus Judicum pro ratione cauſſæ erit*. Idem in eodem: [illegible] *Auſcultationum, & Orationum judicialium, abunde habeo; quotidie aliquid litigantium in Areopago audient*.

(74) [illegible]

(75) *Lib.* 1. *Epiſt.* xv. *Romanæ autem res ſic ſe habent. Senatus* Ἄρειος πάγος; *nihil conſtantius, nihil ſeverius*. Sæpiſſime occurrunt ejuſmodi apud antiquos Areopagitarum Encomia.

(76) Orat. in *Timarchum*: [illegible]

(77) Cap. x. [illegible]

(78) *In Præceptis gerendæ Reipublicæ*: [illegible] In vita vero *Periclis*: [illegible]

(79) [illegible] Hæc ex Oratione *Demoſthenis* in *Neæram*; accipe, quæ ſubdit ex *Ariſtocratea*. [illegible] *Deinceps autem ſolum hoc judicium, non Tyrannus, non paucorum dominatus, non Populi imperium, capitalibus cauſis dijudicandis ſpoliare inſtituit: ſed omnes ſe de his controverſiis minus grave jus, quam ab his inventum eſſet, excogitaturos crediderunt*.

à paucis dominantibus ullis unquam è Republica fuiſſe remotum, & quod in Panathenaices minor multo natu tradidit Ariſtides, locum eum nulla perturbatione, quibus multis res conflictantur humanæ, unquam eſſe affectum.

CAP. III.

De judiciis Ephetarum. Quinam hi fuerint? Eorundem numerus, lectio, cognitio. In quatuor foris de ſanguine judicabant; in Prytaneo ſcilicet, Palladio, Delphinio, & Phreattio.

POſt Areopagitas ſequuntur Ephetæ; hi vero Demophoonte, ut ante dixi, (80) rege inſtituit, quinquaginta ex Athenienſibus, totidemque ex Argivis, ut in Palladio foro de inconſulta cæde cognoſcerent, majore deinde auctoritate, jureque ampliore à Dracone inſtructi ſunt; ſic enim inſtituit, ut unus & quinquaginta ex optimis eligerentur, qui, ut prodit Pollux, in furts capitalibus judicarent; ex quo exiſtimari poteſt, Athenienſes ſolos ad judicandum ab eo retentos, Argivos autem eſſe repudiatos, ephetaſque ab uno Palladio ad reliqua de cæde fora eſſe traductos. Itaque in Arpocrationis, & Suidæ commentariis reperitur, ephetas in quatuor, de quibus ſupra diximus, foris Prytaneo, Palladio, Delphinio, & Phreattio de ſanguine judicaſſe; eaque ephetarum fora vocata eſſe. Quod ſi ita eſt, ſane perſpicitur, certum ephetas forum obtinuiſſe, & lectione ad judicandi jus perveniſſe. Lectio vero eam habuit vim, ut neminem niſi ætate, & vita ſpectata admitteret; (ſiquidem Suidas niſi quinquaginta annos natos, & moribus probatiſſimis legi negat potuiſſe) & præterea ſortitionem adjunctam haberet; quod ex verbis quibuſdam, quæ apud Pluti extant interpretem mihi facile perſuaſerim, cum inquit, ex ſingulis tribubus viros quinque illuſtriores ſumptos, atque ex iis unum ſorte ad judicandum poſitum eſſe; neque enim lectio cum ſortitione conjuncta in alios poteſt judices convenire, quam in ephetas. Solonem autem, quanquam Areopagitas Ephetis, ut inquit Pollux, ad eorum deprimendam auctoritate oppoſuit, tamen hæc omnia comprobaſſe, leges ejus quædam indicant à Demoſthene recitatæ; quarum una eſt in oratione contra Macartatum: „ Si quis necaverit, „ decreverint autem quinquaginta & unus „ ephetæ, invitum necaſſe; (81) altera contra Ariſtocratem: „ Si quis homicidas neca„ rit aut cædis ejus cauſſam attulerit, cum „ abſtineret à mercatibus, qui in finibus „ ſunt, & ludis, & ſacris Amphyctionicis, „ iiſdem teneatur, ac ſi Athenienſem inter„ feciſſet, cognoſcant autem ephetæ. (82) Quin etiam eoſdem de inſidiis necis cauſa factis in Palladio cognoviſſe, ex Iſæi auctoritate prodidit Arpocratio, in Prytaneo vero de rebus inanimatis, ſignificat Æſchines in cauſſa Cteſiphontis, inquiens: „ Indignum „ ſit, ſi lignum, & lapides, & ſaxa, & fer„ rum, res mutas, & ſenſu carentes, cum „ quempiam ruina opprimunt, & necant, „ exterminamus. Demoſtheni vero, qui & „ ultimam expeditionem decrevit, & milites „ prodidit, honorem habebimus. (83) Regem porro in hæc item fora cauſſas introduxiſſe, argumento eſt, quod ſcribit Pollux, Regem de rerum inanimatarum cauſſis quæſiſſe, quas in Prytaneo judicatas, ſupra cognovimus. Quòd ſi rex cædis cauſſas in Prytaneum introduxit, profecto etiam in Palladium, cujus meminit Demoſthenes in oratione contra Evergum. „ Apud regem, *inquit*, ne inten„ das; neque enim id tibi lege licet, cum è „ tua familia non fuerit illa mulier, neque „ ancilla; leges autem cognatis, & dominis „ actionem dant; proinde ſi apud Palladium „ juraris, & ipſe, & uxor, & tum vos, „ tum familiam devoveritis, multis dete„ rior videberis; (84) item contra Neæram: „ Impegit falſum crimen, eum debuiſſe „ ærario ab annis quinque & viginti, pro„ fectumque aliquando Aphidnas ad fugiti„ vum ibi quærendum, percuſſiſſe mulierem, „ quo ictu illa perierit; & advocatis, & ſub„ ornatis hominibus ſervis, qui ſe Cyrenæos „ eſſe dicerent, ei diem apud Palladium dixit. Illuſtre autem ad memoriam illud quod eſt apud eundem in oratione adverſus Pantænetum: „ Si quis inconſultæ cædis reum feciſ„ ſet, eumque nocentem eſſe aperte oſtendiſ„ ſet, poſt autem ei ignoviſſet, atque remiſ„ ſiſſet, non amplius ejiciendi ejus poteſta„ tem retinebat; neque enim ſi qui paſſus „ erat, et, qui fecerat, ante obitum cædem „ remiſerat, reliquorum cognatorum ulli jus „ actionis habebant; ſed quos ejici, & exu„ lare, ſi convincerentur, & morte affici le„ ges juberent, hi ſi ſemel ſibi ignotum „ eſſet,

(80) Vide numerum quinquageſimum quintum libri primi.

(81) Legem, quam hic *Sigonius* paucis delibat, placet integram apponere ad illuſtrandam hanc Atticæ antiquitatis partem. [illegible] *Homicida in foro poſtuletur ab iis, qui ſunt intra conſobrinitatem, & a conſobrinis. Ita perſequantur eundem, & conſobrinorum liberi, & generi, & ſoceri, & ſobrini, & curiales; ſin cum eo redeundum in gratiam fuerit, ſi pater ſuperſtes erit aut frater, aut filii: aut omnium, aut ejus, qui prohibet, valeat auctoritas. Sin horum nemo erit, & cædem invitus fecerit, idque quinquaginta & unus Ephetæ pronunciarint, invitum feciſſe cædem, intromittantur Curiales ſi volunt decem. Ab his autem quinquaginta & unus ex optimatibus deligantur; & qui prius cædem fecerunt hac actione teneantur.* Græca *Demoſthenis* verba Lectori implexa fortaſſe videbuntur; ſenſus tamen utcumque elicitur; eaque una ex Orationibus ejus eſt difficilis explicatu.

(82) Νόμος. [illegible]

(83) Satis fuerit recolere, quæ dicta ſunt numero quadrageſimo octavo & nono lib. I.

(84) [illegible]

„ eſſe, omnibus periculis exulvebantur. (85) Neque vero minus memorabile illud alterum, quod narrat Æſchines in oratione de ementita legatione, à patribus traditum, ſua etiam ætate obſervatum eſſe, ut qui rei capitalis rei ſuffragia in Palladio præſtitiſſent, cæſis victimis jurarent, judices, qui ſententiam ſecundum ſe tuliſſent, vere, & juſte ſtatuiſſe, & nihil falſi dixiſſe; ſin minus, ipſum ſibi, & familiæ ſuæ peſtem precari, judicibus autem ut multa, eaque bona evenirent, optare. (86)

CAP. IV.

De judiciis Heliææ, &c. Quale forum fuerit? Parabyſtum, Trigonum, Metychium, quænam fora, & unde nomen acceperint? Heliææ magnitudo. Ordo agendi apud Heliaſtas, & alios Judices. Citatio rei: Accuſatio: Vocatio in jus. Excuſſio actoris. Sortitio Judicum. Eorumdem ſacramentum. Introductio cauſarum. Depulſio judicii. Dilatio ejuſdem. Recriminatio. Mutua litis intentio. Juſjurandum actoris & rei. Sportula. Oblata conditio. Teſtimoniorum ratio. Tabularum obſignatio. Horæ ad dicendum clepſydra notata. Sententiæ ferendæ ratio. Ipſius executio.

JAm vero præter quinque capitalia, quæ numeravimus, fora, fuerunt etiam alia multa, & quidem pleraque de controverſiis non leviſſimis conſtituta. Interpres Ariſtophanis in commentario Pluti (87) quinque ea fuiſſe prodidit, verum quæ, aut qualia fuerint, nobis, quod omnium minime vellem, quærendum, atque indagandum reliquit; quamobrem demus operam, ut locum difficilem in primis, & impeditum, quam firmiſſimis poſſumus niti conjecturis expediamus. Ego igitur, quantum ex verbis ſcriptorum elicere veterum poſſum, inter hæc fora Heliæam principatum obtinuiſſe: huic vero bina Parabyſta, & Trigonum, & Metychium adhæſiſſe opinor; hæc enim fororum nomina præcipue in priſcis Atticarum rerum monumentis inveniuntur. Heliæam autem cum aliis fora duobus conjunctam, ſed iis ipſis ſublimiorem fuiſſe, multis rationibus ducor ad ſuſpicandum, maxime autem quia Demoſthenes adverſus Ariſtogitonem in prima apud Heliaſtas judices ita dicit: „ Nolite „ putare, majores hæc vobis fora ædificaſſe, „ ut ejuſmodi hominum genus in eis tan„ quam vituloa, ſaginaretis; (88) & quia Arpocratio exponens, quid eſſet ὁ κάτωθεν νόμος, ac de Heliæa verba faciens, ſcripſit, fora alia ſupra, alia infra collocata fuiſſe; tertio loco, quod Antiphon in oratione de choreuta, inquit, Philocratem judicii cauſſa in Heliæam aſcendiſſe; nam niſi altior locus fuiſſet, haudquaquam illo opus aſcenſu fuiſſet; ne illud dicam; quod Heliæa dicta fuiſſe traditur à ſole, cujus ſplendore late ex omni

(85) [illegible]

(86) [illegible]

(87) De ſingulis deinceps agit, præter ea, quæ dicta jam ſunt lib. pr. Addo ex eodem Scholiaſte Tribunalia ejuſmodi fuiſſe certis quibuſdam literis inſcripta pro cujuſque dignitate. [illegible] *Athenis multa erant Tribunalia, & in quibuſdam de rebus capitalibus jus dicebant; in quibuſdam de civilibus, atque ipſorum unumquodque à ſpeciali quadam litera dictum erat. Exempli cauſa; erat quodpiam Tribunal, cui nomen* ἄλφα *datum; eodem modo alterum,* [illegible] *nuncupatum; tertium* γάμμα; *quartum* δέλτα; *quintum* ἐψιλόν; *uſque ad* κάππα; *ſiquidem decem Tribunalia Athenis erant, ſingulisque ante fores tinctura rufa notata erat litera ſua, à qua nomen accipiebat.* Quinque, inquit *Sigonius*, ea fuiſſe prodidit *Ariſtophanis Scholiaſtes*, præter quinque capitalia ſuperius recenſita explicataque, ſic ut ſimul omnia denarium numerum compleant. Quinque porro hæc fora fuere *Heliæa*, *Bina*, *Parabyſta*, *Trigonum*, & *Metychium*. Heliæam vero omnium maximum, ac præcipuum. Hæc apud omnes in confeſſo, & clariora ſiunt in decurſu.
Cæterum alia fuere apud Athenienſes τὰ δικαστήρια præter decem, de quibus hactenus. Ea refert *Meurſius*, *Areopagi cap.* ultimo, cujus ſententiam, Auctoreſque, quibus fulcitur, huc afferre Lectori commodum exiſtimavi. Ea porro ſunt: [illegible] De quibus antequam dicam, illud moneo. *Parabyſta*, ac *Trigonum* fora fuiſſe minimi apud Athenienſes momenti. Dicit *Pauſanias* in *Atticis*: [illegible] *Sunt etiam apud Athenienſes (præter cætera jam recenſita) alia judicia, ſed minus illuſtria. Eorum unum, Parabyſtum; alterum, Trigonum nominant; illud ab obſcura Urbis loco, & quod in eo de leviſſimis plane cauſis conveniatur; hoc à forma nominatum.*
Quo fit ut cætera, quæ paulo ante recenſui Athenienſium fora Auctori noſtro innominata, multo adhuc leviora eſſent. Dicamus jam de ſingulis ſi quid occurrit. [illegible] *Forum ad Lycum*, inquit *Pollux lib. 8. cap. 10. Sect. 121* [illegible] *a quo Lyci dictum; & heros ibi conſtitutus erat, ferè (Lupi ſcilicet) formam habens, olim vero conveniebant, qui ſimul corrumpebant fora.* Verumtamen ex *Heſychio*, *Harpocratione*, *Suida*, ex Etymologici Auctore, ex *Ariſtophanis* Scholiaſte in *Veſpis*, habemus [illegible] ſimulacrum fuiſſe ad cætera etiam Athenienſium Tribunalia conſtitutum. Adfero tantum *Harpocrationis* verba [illegible] *Lycus Heros eſt, ad Tribunalia, quæ Athenis, poſitus, feræ formam habens.* Non video propterea quare eorum unum præcipue ejuſmodi nomine inſigniretur. *Meurſius cap. ult. de Areopago* cenſet ab initio in Foro tantùm Lyci ſtatuam collocatam, deinceps proceſſu temporis ad ſingula Tribunalia. Sed hæc adhuc minime evincunt forum peculiare quoddam fuiſſe, quod ejuſmodi appellatione nuncuparetur. Immo ſi accurate ſpectentur *Pollucis* verba, quæ paulo ante ſunt recitata, nihil tale conficiunt. Quæ enim fori ratio eo in loco, in quem tantum ii convenire dicantur, qui judicia corrumpere moliuntur? *Pol-*

omni parte, eredo propter altitudinem ipſam, illuſtraretur. (89) Quibus ſi argumentis ſtare volumus, certe reliqua Heliææ ſubjecta fora duo Parabyſta fuiſſe dicemus, quorum unum majus, medium alterum nominat Pollux (90) Parabyſtum enim ab obſcuritate loci appellatum cum prodit Pauſanias, (91) idem taci te Heliææ oppoſitum fuiſſe, docere videtur, quæ ut dixi, à ſolis ſplendore nomen invenit. Nam Trigoni, & Metychii illius a figura, hujus ab architecto nomen adepti Pauſaniam, ut diximus, Arpocrationem, Heſychium, & Pollucem auctores habemus. Sed hæc omnia præter Heliæam ut auctoritatis minoris, ſic famæ etiam obſcurioris fuerunt; ita ut ad nos vix tenuis nominum ipſorum memoria permanarit. Heliæa vero maximum omnium fuiſſe forum dicitur; quippe quo judices quingenti, & ſi gravior res incideret, mille, ac mille & quingenti, quaſi è duobus, ut inquit Pollux, tribuſque foris convenire ſoliti ſint. (92) Itaque cum Demoſthenes in Timocratea dixiſſet, duo fora, ad unum & mille, tuliſſe ſententiam, notavit Ulpianus, in cauſſis gravioribus è duobus foris conveniſſe, ut mille & unus inæquali ſuffragiorum numero judicarent. Quo factum eſt, ut in cauſſa Demoſthenis, cum à Dinarcho de peconiis Harpali poſtulatus eſſet, atque poſt Areopagi præjudicium res apud judices tractaretur, mille & quingenti judices judicium fecerint; quod ille declarat, cum inquit: „ Et cum mille ac quingenti ſitis, omnem „ totius civitatis ſalutem in manibus habetis. In reliquis vero foris quo numero judices judicarint, nihil accepimus.

Ut autem quinque capitalia fora proprias, quas cognoverunt, cauſſas habuerunt, ſic Heliæa, Parabyſtum, & reliqua ſuis etiam inſtructa fuerunt; eademque ratione, ut illorum quodammodo princeps, gubernatorque Rex fuit, qui in ea, ut dixi, fora certas controverſias introduxit, ſic his foris alii magiſtratus præfuerunt, atque in his judicia exercuerunt, ut in Heliæa theſmothetæ, undecim viri in Parabyſto, in aliis alii, iiſque ſuas quiſque cauſſas in hæc ſingula introduxerunt.

Totius vero actionis, quam illi δίκην nominarunt, hæc ferme ratio fuit. Omnino qui alterum judicio perſequutus eſt, aut publico illum eſt aggreſſus, aut privato. Utrocunque autem modo ageret, ad magiſtratum uti-

---

lucis verba, quæ attulimus, aliter quidam legunt hoc modo: *οἱ ὁμοδικαστήριοι τὰ δικαστήρια: ſimul judicantes fora*. Sed lectionem hanc, meâ quidem ſententiâ, validiſſime impugnat *Meurſius* loco citato. *Quænam erant*, inquit, *ſimul judicantes Fora?* Omnino nulli. Quare rejecta prima lectione, ſi detur conjecturæ locus, ſic ſtatuo: Ubi primum conſtituta fuerat *Lyci* ſtatua, ibi erectum deinde Tribunal quoddam: cumque in locum, antequam ejuſmodi Tribunal erigeretur, conveniſſent eos, quibus in animo erat Judicum Æquitatem, integritatemque corrumpere oblatis donis. Cur vero decem, ex quo δέκα δεκάζειν? plane non video. Conjecturam firmat τὸ οὐδαμῶς, olim quod occurrit in *Pollucis* verbis.

Ἄρδηττος Ardettus alterum erat apud Athenienſes Forum, de quo idem *Pollux* loc. cit. *Sect.* 122. unum tradit; Judices nimirum per *Jovem Regem*, *Apollinem Patrium*, *Cereremque* jurare ſolitos ſe juxta legum normam judicaturos. *Pollucis* textum adſcribo, locum etiam in quo conſtitutus erat *Ardettus* indicantis: [illegible] *Jurabant vero in Prætorio Ardetta, Apollinem Patrium, & Jovem Regem, & Cererem. Eratque Ardettus prope Iliſſum; dicebaturque ab Heroe, qui tumultuantem populum ad concordiam juramento adegit. At Judicum quidem Juſjurandum erat, de quibus eſſent leges forent, de iis ſe ſecundum illas judicaturos, de quibus vero nulla omnino, quam juſtiſſime.* Vide etiam *Meurſium Areop. cap. ult.*, & prætaerea *Pollucis* notas.

Βατραχιοῦν, καὶ φοινικοῦν in *Pauſania* loco ſupra adnotato in *Atticis*: [illegible] *Parabyſtum à loci forma nomen habet; Batrachium vero, & Puniceum à colore.*

Ὠιδεῖον. Odeum de hoc peroclare, ut dilucide *Demoſthenes* Orat. in *Neæram*. [illegible] *Cum Stephanus ei diem dixiſſet de victu apud Odeum dotis nomine, ex lege, quæ jubet: ſi dimiſerit quis uxorem, reddat dotem; ſin minus novem obolos uſuram pendat, & curatori mulieris pro ea de victu ad Odeum detur actio.*

Demum ſi Magni Etymologici Auctori fides habenda in voce *Θησεῖον*, inter Athenienſium fora *Theſejum* etiam adnumerandum eſt; quo de tractans inquit: [illegible] *Agebantur vero etiam hic cauſæ*. Erat autem prope Theſei Fanum conſtitutum. Cum autem Theſeja ejuſmodi Fana ſaltem quatuor Athenis numerarentur, *Meurſio* affirmante *cap. 7. lib. 1.* in *Athenis Atticis*; tamen ſi περὶ τοῦ Θησείου δικαστηρίου ſi ſermo illud potiſſimum intelligendum eſt, quod erat prope mare περὶ τὸ μακρὸν τεῖχος. Docet *Andocides* Orat. περὶ μυστηρίων. [illegible] *Advocatis copiarum ductoribus, educere juſſerunt, qui in Urbe habitarent, uti ſumptis armis ſiſt, in Forum irent; qui in longo autem muro, in Theſeum;* ubi ſcilicet Focum. *Ariſtophanes* in *Veſpis*:

[illegible]

Hi quidem noſtrum ubi Archon; alii autem apud undecim.

Hi autem in Odeo judicant; hi autem ad Muros.

Addit demum *Suidas* quatuor præterea loca, in quibus jus dicebatur, quæ ſatis innuiſſe ipſius verbis in ἄρχων. [illegible] (In *Lyceo* non in τῷ, ἐπὶ Λύκῳ, de quo paulo ante) [illegible]

(88) [illegible] Hæc ſunt græca *Demoſthenis* verba, quæ recitat *Sigonius*. Num ex iis poſſit elici, Forum hoc fuiſſe cum duobus aliis conjunctum, viderit Lector; cum ſuſpicari quis poſſit exaggerationem Oratoriam in eo, quod numero multitudinis utatur *Demoſthenes* pro ſingulari; quid fuerit ὁ κώδων νόμος, dictum eſt ſub finem *lib.* 1.

(89) Porro de ratione nominis dictum jam ſatis numero ſexageſimo lib. 1.

(90) *Pollux lib. 8. cap.* 10. [illegible] *Medium Parabyſtum, majus Parabyſtus, ac majoris quidem meminit Lyſias*. *Meurſius* hoc loco non μέσον legit, ſed μικρὸν minus. Verum a prima lectione non arbitror recedendum, cum & communior ſit, & veterum codicum auctoritate roboretur. Vide notas in *Pollucem*.

(91) *Pauſaniæ* verba retulimus paulo ante num. 87, quemadmodum de Trigono. De Metychio autem num. 63. lib. 1.

(92) Paulo poſt ea, quæ modo retulimus: [illegible] De his quæ ſequuntur, vide lib. 4. num. 12. & 155.

atique, cui cjuſmodi crat permiſſa cognitio, A
venire neceſſe habuit; ac primum quidem,
adverſarium ſuum apud eum per citatorem
in jus vocavit, quod illi προσκαλεῖσθαι, & vo-
cationem πρόσκλησιν, & citatorem ipſum κλη-
τῆρα dixerunt, deinde verbis quibuſdam con-
ceptis actionem ei intentavit; eamque inten-
tionem in tabella deſcriptam magiſtratus ip-
ſius, aut paredro, aut ſcribæ dedit. Hujus
autem conſuetudinis in publicis quidem actio-
nibus teſtis eſt Ulpianus; qui, cum Demo-
ſthenes dixiſſet, Mediam Stratonem damnan
dum curaſſe contra omnes leges, neque cita-
tore, neque accuſatore inſcripto, notat, ac-
cuſationem his verbis inſtitui ſolitam: κατη-
γορῶ τὸν, καὶ προσκαλοῦμαι τὸν δεῖνα διὰ τὸν δεῖνα, B
id eſt, accuſo hunc, & voco in jus hunc
per illum; ex quo apparet, nomen actoris,
& rei, & citatoris, & criminis, quo de
actio intenderetur, in tabula ſcribi ſuiſſe ſo-
litum; item Demoſthenes contra Theocri-
nem, cum ait: „ Vocato in jus Polyeucto
„ γραφὴν adverſus eum infert malæ tractatio
„ nis apud archontem, & dat intentionem
„ Mneſarchidi paredro; & Phavorinus, qui,
teſte Laërtio, actionem impietatis Socrati his
verbis intentatam ſcribit: (93) Hæc ἐγράψατο
Melitus Meliti filius Pittheus Socrati Sophro
nici filio ab Alopecis: „ Peccat Socrates diis,
„ quos colit civitas, non colendis, & novis
„ aliis dæmonibus inducendis; peccat etiam C
„ juvenibus corrumpendis, æſtimatio mors.
Atque hoc eodem modo εἰσαγγελίαν etiam eſſe
delatam, Demoſthenes in oratione de iis,
qui ſunt in Cherſoneſo, declarat, cum inquit:
„ Si intoleranda facit Diopethes, & naves
„ deducit, parva tabella hæc omnia prohi
„ bere potuerit; jubent enim leges, eos qui
„ hæc deliquerint, εἰσαγγέλλεσθαι; & Plutar
chus, qui litis formulam, qua Alcibiades de
violatis myſteriis poſtulatus eſt, hoc modo
ſcriptam prodidit: „ Theſſalus Cimonis fi
„ lius Laciades Alcibiadem Cliniæ filium
„ Scambonidem detulit, deliquiſſe in deas
„ Cererem, & filiam, imitantem myſteria,
„ & indicantem ſodalibus ſuis in tectis ſuis, D
„ veſte indutum, qua hierophanta indutus
„ ſacra indicat, & ſemetipſum hierophantam
„ nominantem, Polytionem vero daduchum,
„ cerycem vero Theodorum Phegeenſem,
„ ſodales vero alios myſtas, & epoptas ap-
„ pellantem contra leges latas ab eumopidis,
„ & cerycibus, & ſacerdotibus ex Eleuſine.
Neque vero ſolum εἰσαγγελίαν ſed etiam φάσιν
eodem modo inſtitutam ſignificat Demoſthe-
nes in oratione contra Theocrinem, cum ait:
„ Vocato in jus Micone hanc φάσιν dedit,
„ accepitque eam Euthyphemus ſcriba cura-
„ torum emporii. In privatis autem actioni-
bus idem obſervatum oſtendit in oratione
contra Evergum, cum inquit: „ Vocavi E
„ eum in jus, & dicam verberum ei intendi;
& in oratione contra Macartatum: „ Vo-
„ cavit in jus Macartatum de hereditate, &
„ litem intendit apud archontem; & cum
legem hanc profert: „ Si quis de adita here-
„ ditate, aut pupilla herede controverſetur,
„ vocet in jus eum, qui hereditatem adiit,
„ apud archontem, quemadmodum fit in
„ aliis dicis: ſin autem ſine vocatione petie-
„ rit, irrita erit petitio hereditatis. (94)
Ut autem miniſter ipſe vocationis κλητήρ, ſic
officium ejus κλητεία eſt appellatum. Unde
illa ſunt contra Evergum: „ Me illum vo-
„ caſſe in jus οἱ κλήτορες teſtantur οἱ κλητεύσαντες.
& contra Nicoſtratum: „ Veni ad κλήτορα,
„ qui affirmabat, ſe κεκλητευκέναι; item: Κλη-
„ τῆρα, adverſus me fratrem ſuum Arethu-
„ ſium inſcribit. Unde ψευδοκλητείας actio ad-
verſus eos eſt inſtituta, qui aut non citaſſent,
cum ſe citaſſe dicerent, aut citaſſent illi qui-
dem, ſed non legitime; ut ex eadem oratione
perſpicitur. Pollux autem prodit, πρόσκλησιν
proprie in iis eſſe, qui de hereditate, aut
pupilla herede litigarent; qui enim contro-
verſiam, inquit, movet, vocat in jus eum,
unde petitur, apud archontem: quem ſi non
vocaret, irrita dica eſſet, quæ ἀπρόσκλητος di-
citur. Quo verbo uſus eſt orator contra Ni-
coſtratum. Adde, quod ut in publicis crimi-
nibus qui judicium inferebat, κατηγορεῖν, ſic in
privatis λαγχάνειν δίκην dicebatur; veluti con-
tra Apaturium: Νῦν δ' ἔλαχε μὲν ἐμὲ, κατηγορεῖ
δὲ ἐκείνου. Unde λῆξις ipſa eſt privatæ litis in-
tentio, ut in eadem: Αἱ δὲ λήξεις τῶν δικῶν τοῖς
ἐμπόροις ἔμμηνοί εἰσιν. Intendebatur autem ita,
ut litis genus, & ſumma ſcripto comprehen-
deretur; quod oſtendit Demoſthenes in ora-
tione contra Stephanum prima, inquiens:
„ Vos juraſtis judicaturos, non de quibus
„ vult reus, ſed de quibus eſt ὁ διώξις, quam
„ oportet ex actoris λήξεως elucere. Atque
hoc idem etiam ἔγκλημα nominabant; ut con-
tra Aphobum de falſo teſtimonio: „ Princi-
„ pium τοῦ ἐγκλήματος eſt, hæc ἐγκαλεῖ Demo-
„ ſthenes Aphobo, retinet Aphobus pecu-
„ niam meam, quam à tutela poſſidet; &
pro Phormione: „ Hic cum multis lites in-
„ tenderet, pecunias multas exegit, cum
„ ſcriberet εἰς τὸ ἔγκλημα: injuriam mihi fe-
„ cit ille non reddito mihi argento, quod
„ reliquit pater; & in prima contra Ariſto-
gitonem: „ Sororem abducendam vendidit,
„ ut inquit τὸ ἔγκλημα τῆς δίκης. Ego autem
λαγχάνειν δίκην litem intendere verto, quippe
cum ſcribat Suidas λαγχάνειν δίκην eſſe κατη-
γορῆσαι κρίσιν. Nam quod Cicero de Siciliæ mo-
re loquens dixit, Verrem Prætorem ſortitum
dicas, id longe ab hoc, quo de agimus
λαγχάνειν δίκην, eſt alienum; quod viri in hoc
literarum genere exercitati non viderunt; il-
lud enim eſt Prætoris judicia ſortientis, hoc
litigatoris judicium intentantis.

Lite autem intentata magiſtratus, ante-
quam eam in forum judiciarium introduce-
ret, actorem ipſum diligenter excutiebat,
cum ita quæreret: Vis ne accuſare, aut te-
ſtes habes ad accuſandum paratos? ajente
autem illo, tum actionem recipiebat, eamque
in forum introducebat; ea vero excuſſio ἀνά-
κρισις dicta eſt; quam Ulpianus in Medianam
deſcripſit, cum qui litem intendit, interroga-
tur ante forum à magiſtratu, ſit ne actionem
perſequuturus, teſtes ne habeat, egeat ne
ali-

(93) Pauca refero ex *Diogene Laërtio*: τάδε ἐγράψατο Μέλητος Μελήτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν. ἀδικεῖ Σωκράτης, ὃς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος. Quid ſi *Socrates* neque apud hæc Tribunalia cauſam dixerit, neque ab iis damnatus fuerit, verum ab Areopagitis, cum ad ipſos Quæſtiones de rebus ſacris pertinerent?

(94) ἐὰν δ' ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου, ἢ τῆς ἐπικλήρου, προσκαλείσθω τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων δικῶν. παρακαταβολὰς δ' εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. ἐὰν δὲ μὴ προσκαλεσάμενος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσται ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλήρου.

A alicujos præſeotia, ut rebus omnibus paratis accederet ad forum. (95) Hac de cauſſa Demoſthenes contra Oiympiodorum dixit: „ Poſt hæc archon nos omnes litigatores „ excuſſit, & excuſſos in forum introduxit; & contra Nicoſtratum: „ Cum ego adverſus „ eum de falſs citationis accuſatione excuſ„ ſus, & jam in forum ingreſſurus eſſem; & contea Theocrinem: „ Hanc [illegible] vocato „ in jus Micone dedit, accepitque eam ſcri„ ba curatorum emporii; jacuit autem diu „ ante concilium, donec iſte accepta pecu„ nia eam condunavit, magiſtratibus deſcri„ bentibus, atque ipſum ad excuſſionem vo„ cantibus; & Iſæus de hereditate Philoctemonis: B „ Cum excuſſiones fierent apud ar„ chontem, interrogati à vobis, quænam „ eſſe eorom mater, & cujos filia, dicere „ non potuerunt, jubente archonte, ut re„ ſponderent.

Quod ſi magiſtratus excuſſioae adhibita actiooem recepiſſet, eamque in forum introducere decreviſſet, tum vero ei foru, & omnibus, quæ poſtularentur, aliis ex omnibus Athenienſibus judices ſorte attribuebant. Hæc autem ſortitio ante indicta, quam facta eſt; ac indicta quidem eo modo, quo Lucianus oſtendit in eo libro, qui inſcribitur Dicaſteria; io quo Mercurium præconis loco judicum ſortitionem indicentem facit his verbis: C „ Aodite populos: Quod ſauſtum, felixque „ ſit, hodie concilium de litibus habebimus „ ſeptimo incuntis Elaphebolionis; quicun„ que [illegible] intenderunt, veniant in Areo„ pagum, ubi Dice ſortietur forum, & ipſa „ aderit judicibus; judices autem ex omni„ bus Athenienſibus erunt; merces cujuſque „ judicis tres oboli; judicum numerus pro „ ratione criminis. (96) Hæc enim quanquam ab illo joci, ludique cauſſa ſcribuntur; tamen ex conſuetudine Atticorum judiciorum dicuntur; ſic enim ſortitionem judiciorum Athenis præco indixit, ſic ſortitioni novem archontes una cum ſcriba decimo præfuerunt; ſic judicatus mercedem ſinguli judices ternos D obolos retulerunt. Facta autem eſt ſortitio in hunc modum, ut eſt apud Pluti interpretes. Fora quina ſingulis primis literis ii, quos nominavi, Prælecti deſignarunt, ac duas hydrias Atheoieoſibus omnibus, qui judicatum peterent, appoſuerunt; unam, in quam competitorum nomina dejecerunt; alteram, in quam tabellas totidem, quarum aliæ aliis, quas dixi, literis eſſent notatæ. Ita fiebat, ut prout quiſque hanc, aut illam literam ſortiretur, ita huic, aut illi foro judex traderetur. (97) Sortitione autem perfecta, deinceps ſubſortitio inibatur; quemadmodum etiam ſignificat Demoſthenes in prima contra

A Ariſtogitonem, cum inquit: „ Qoid eſt, cur „ vos ipſi omnibus pauloante in ſortem con„ jectis Athenienſibus, & omnibus io hoc „ forum pervenire cupientibus, ſoli nobis „ judicium redditis? nempe quia ſorte lecti, „ deinda ſublecti eſtis; ſic enim jubent leges. (98) Ut autem quiſque literæ ſortem nactus erat, ita præconi fori ejus oſtendebat; præco vero tabellam ei dabat, in qua nomen ipſius, & patris, & populi, & fori inſcriptum, ſimulque ſymboli loco virgam, in qua fori nomen, eodem, quo forum, colore ſignatum erat; quibus acceptis judicandi poteſtatem ille erat adeptus; nec ſine iis aut judicare, ac mercedem judicationis poſcere poterat. B Ariſtoteles tamen in commentario de Repub. Athenienſium ſcripſit, fora ſingula vario colore in veſtibulo diſtincta fuiſſe; illum vero ſumpta virga in forum ſe contuliſſe eodem, quo virga, colore præditum, & eadem, qua virga, litera ſignatum; ubi vero ingreſſus erat, ſymbolum publicum à magiſtratu accepiſſe. Unde Demoſthenes pro Cteſiphonte dixit: „ In communibus cauſſis ad majorum „ dignitatem reſpicere debetis Athenienſes, „ ſimulque exiſtimare, veſtrûm unumquem„ que una cum virga, & ſymbolo ſpiritum „ civitatis ſuſcipere. (99) Excludebantur autem à judicatu præcipue Heliææ, qui aut triginta annos nati noo eſſent, aut integram C famam non retinerent, aot ærario deberent; quarum conditionum omnium meminit Pollux; de tertia vero ſcriptum eſt etiam in lege Solonis in Timocratea: „ Si quis debi„ tor ſupplicet, antequam ſolvat, jus eſto „ eum [illegible], noo aliter, ac ſi debens „ ærario in Heliæa judicet. (100) Itaque Heliaſtæ antequam ad judicandum conſiderent, ſolemni jurejurando adigebaotur, & quidem teſte eodem in loco Demoſthene, in hæc verba: „ Sententiam feram ut jubent „ leges, & decreta populi Athenienſis, & „ Senatus Quingentumvirum; neque tyran„ norum, neque paucorum dominatum con„ ſtituam; nec, ſi quis evertat popularem D „ ſtatum Athenienſium, aut dicat, aut ſuf„ fragetur adverſus hæc, patiar; neque no„ vas tabulas, neque capite damnatos redu„ cam; oeque eos, qui incolumes ſunt, ex„ pellam contra leges, quæ extant, & de„ creta populi Athenienſis, & Senatus, ne„ que ipſe, neque alium quenquam conce„ dam; neque magiſtratum creabo, ut impe„ ret, rationibus alterius magiſtratibus non „ relatis, ſive ſit ex novem archontibus, ſive „ hieromnemon, ſive quicunque cum novem „ archontibus eodem die ſorte leguntur, & „ præco, & legatus, & ſynedri; neque bis „ eundem magiſtratum eundem virum, neque

E

(95) Accipe Lector ipſiſſima *Ulpiani* verba: [illegible Greek] Obiter hic notandum [illegible] etiam ſignificare excuſſionem illam, quæ fiebat ad probandos legitimos cives; propterea nomen eſſe genericum, vide *Sigonium* ſupra lib. 2. cap. 2.

(96) Vide numerum 73 libri hujus.

(97) Quòd Tribunalia Athenis variis literis notata eſſent, ſcriptum eſt paulo ante num. 87.

(98) [illegible Greek]

(99) [illegible Greek]

(100) *Pollucem* vide *lib.* 8. *cap.* 10. *Sect.* 122. *Demoſthenis* verba jam ſubdo: [illegible Greek] Primæ vero mentio fit in Heliaſtico jurejurando, quod ſtatim adſero,

„ que duos magiſtratus eundem gerere ſinam A „ eodem anno, nec accipiam munera propter „ Heliæa judicatum, aut ego aut alius quiſquam mihi, aut alii me conſcio, neque „ fraude, neque machinatione ulla, & natus „ ſum annos non minus triginta; & audiam „ accuſatorem, & defenſorem æquo animo „ ambos, & ſententiam feram de quo eſt „ actio; adjuro Jovem, Neptunum, Cererem; & ipſe mihi exitium imprecor, & „ familiæ meæ, ſi quid horum tranſgrediar, „ ſin bona fide præſtitero, præclara mihi multa, eaque bona eveniant. (101) Ejuſdem autem etiam jurisjurandi meminit Æſchines in exordio orationis contra Cteſiphontem, cum inquit, legislatorem hoc primum in jurejurando B judicum poſuiſſe: „ Feram ſententiam „ ex legibus. Pollux autem judices juraſſe inquit in Ardetto (102) (qui locus fuit prope Iliſſum amnem ultra ſtadium Panathenaicum) (103) Apollinem patrium, & Cererem, & Jovem regem, ſe de iis, quorum leges exſtent, ut jubent leges, ſententias laturos, quorum non extent, optima mente. Quod neſcio an de Heliaſtis ſit accipiendum, (104) an potius de populis judicantibus, in quorum jurejurando Demoſthenes in oratione contra Eubulidem poſita hæc verba fuiſſe ſignificat: „ Feram ſententiam juſtiſſima mente, neque odii cauſſa, neque gratiæ.

His rebus rite adminiſtratis, tum judi- C ces in ſuum ſe quiſque forum conferebant eo die, quem illis ad judicandum præſcripſerat magiſtratus; neque enim, ut ſcriptum eſt in Timocratea, eodem die judicium conſtitui, & concio haberi poterat. Ubi vero conveniſſent, magiſtratus actiones in forum introducebant, atque ipſi ei judicio præſidebant, & judicibus judicandi poteſtatem dabant. Quod tradit Arpocratio, cum quid ſit ἡγεμονία δικαστηρίου exponit: „ Aliæ, *inquit*, „ apud alios magiſtratus dicæ intendebantur, „ intentas autem magiſtratus, ut cuique lex „ præcipiebat, introducebat in forum, ei „ præſidens, atque præpoſitus; & Lyſias contra Alcibiadem de neglecta militia: D „ Grave eſſet, ſi theſmothetæ, qui judicium „ dederunt, & ſuffragium permiſerunt, ne „ quos condemnaretis, juberent. Quod autem dixi, magiſtratus lites in forum introduxiſſe, illud expreſſi, quod illi dixerunt εἰσάγειν δίκας εἰς τὸ δικαστήριον; quod eſt aliud nihil, quam accuſatori, aut litigatori judicium dare. Quare qui hoc officio fungebantur, εἰσαγωγεῖς, id eſt, introductores dicebantur; & δίκη εἰσαγώγιμος dicta eſt lis, quæ per

A leges à magiſtratu introduci, nec ab eo repudiari poterat. Sed de hoc toto genere introductorio, & quæ apud quemque magiſtratum lites intenderentur, & quæ à quoque in ſingula fora introducerentur, tum dicam, cum de jure magiſtratuum diſputabo; nunc quæ hujus ſunt loci præcipue, perſequamur. Introducta vero in forum actione, ſubſidia multa reo erant legibus comparata, quibus aut judicium à ſe depelleret, aut in aliud tempus differret, aut eodem judicii laqueo adverſarium ſuum impeditum, & conſtrictum teneret; primum autem præſidium fuit παραγραφή; quam nos exceptionem vocamus, quæ, teſte Polluce, & Ulpiano, erat, quoties ali- B quis negabat, actionem eam introduci poſſe, aut quia damnatus ante, aut quia abſolutus fuiſſet; aut quia tempus abiiſſet, quo judicari oportuiſſet; aut quia non publica actio intendenda fuiſſet, ſed privata; neque apud Areopagum, ſed apud Palladium; neque apud arbitrum, ſed apud archontem, aut theſmothetas; aut alios, aut non eo tempore, ſed alio. Extant autem multæ ejuſmodi apud Demoſthenem cauſſæ, ex quarum diligenti obſervatione aperte perſpicitur, παραγραφὴν nihil aliud eſſe, niſi cum docentur judices, δίκην μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι, quod præcipue ex paragraphe pro Phormione cognoſcitur; unde in prima contra Stephanum illud eſt: „ Litem C „ in qua hæc reſtata ſunt, παραγράψασθαι μὴ „ εἰσαγώγιμον εἶναι Phormio, quia ei crimina „ condonaſſem. Ut autem reus παραγραφὴν attulit, ſic accuſator διαμαρτυρίαν, nempe cum teſtem produxit, qui aſſereret, litem εἰσαγώγιμον εἶναι; deque ea judicium conſtitutum eſt adverſus ipſum conteſtantem, quem illi διαμαρτυρήσαντα vocarunt. Quin etiam actore nullum teſtem producente, reum produxiſſe; & litem μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι probaſſe, invenio apud Iſocratem in oratione ad Callimachum cum inquit: „ Intendit mihi litem decem „ millium drachmarum, cum ego teſtes proferrem δίκην μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι. Qui autem alterum falſi teſtimonii arguebat, is dicebatur D ἐπεσκήψατο. Quæ omnia ex una oratione de hereditate Pyrrhi apud Iſæum perſpiciuntur: „ Matre, *inquit*, noſtra, ſorore autem Pyrrhi „ litem de hereditate movente, tutor mulie„ ris, quæ hereditatem adierat, auſus eſt „ διαμαρτυρῆσαι, matri noſtræ fraternam here„ ditatem non eſſe ἐπίδικον, quia legitima fi„ lia extaret Pyrrho, cujus ab initio hæredi„ tas fuerat, nos autem ἐπισκηψάμενοι, & ad „ vos adducentes eum, qui auſus erat διαμαρ„ τυρῆσαι de iis, arguenteſque quod aperte „ falſa

(101) Heliaſtarum juramentum. Ὅρκος ἡλιαστικός. Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων, [illegible] E

(102) Immo Athenienſes omnes ibi jurare ſolitos tradit *Harpocration in* Ἄρδηττος. [illegible] *In eo, ajunt, publice Athenienſes omnes obſtringebant ſe ſe jurejurando Heliaſtico.* Quorſum vero Athenienſes omnes in *Ardetto* uſurparent jusjurandum illud, quod erat *Heliaſtarum proprium*? Num Athenienſes omnes *Heliaſtæ*?

(103) Vide numerum octogeſimum tertium, ubi de Ardetto.

(104) Non immerito dubitat Auctor noſter cum in Heliaſtico Juramento, quod paulo ante retulimus, ſiat quidem mentio Jovis, Cereris, ac Neptuni, non autem Apollinis, quem tamen Neptuno ſubſtituit *Pollux*.

„ falſa teſtatus eſſet, eum apud vos falſi te„ ſtimonii condemnavimus; item in oratione ad Leocharem: „ Iſte ψευδομαρτυριῶν, Archiadæ hereditatem non eſſe ἐπίδικον, quod ei „ extarent legitimi filii.

Alterum vero ſubſidium dictum eſt, ὑπωμοσία, quam definit Arpocratio, quoties differretur actio per cauſſam peregrinationis, aut morbi, aut aliqua re ejuſmodi, interpoſito jurejurando; idque apparere inquit ex oratione contra Olympiodorum, in qua ita orator: „ Poſtquam archon omnes litigato„ res in forum accivit ex lege, ὑπωμόσαμεν, „ id eſt, ſubjuravimus nos, hunc Olympio„ dorum abeſſe in exercitu; cum autem & „ hic ſubjuraſſet, & adverſarii contra ſubju„ rarunt, Olympiodorum hunc criminantes. Hinc Ulpianus in Medianam ὑπωμοσίαν, dixit eſſe jusjurandum, quo judicium prorogaretur, ſi quis aut morbum, aut amici mortem, aut fortunæ iniquitatem excuſaret. (105) Horum autem duorum ſubſidiorum meminit etiam contra Evergum Demoſthenes, cum inquit, eo teſtimonio priorem adverſarium ingreſſum forum, ſe neque, [illegible], neque ὑπωμοσάμενον.

Tertium fuit ἀντιγραφή, quoties, ut inquit Pollux, qui accuſabatur, contra accuſabat; qui ſi cauſſâ cecidiſſet, ſummam pecuniæ quandam debuit, quam vocarunt ἐπωβελίαν; unde illa apud Demoſthenem in oratione ad Phænippum: Me ἀντιγραψάμενον Phænippus, non juſte bonorum detectionem inſtituiſſe; & ad Leocharem: Et nos ἀντιγραψάμενοι, ſe Otryneńſem eſſe.

Quartum ἀπόλειψις, quando abſens aliquis foro, per præconem citatus, neque audiens, judicium deſeruiſſet; atque intra duos menſes (neque enim ultra licuit) mutuam actori litem intentaſſet; quod ſi litem non obtinuiſſet, inſcriptam mulctam debuit, & infamia notatus eſt. Deſertum autem, quod ego dixi, judicium, illi δίκην ἐρήμην vocarunt; unde ὀφλεῖν ἐρήμην fuit, litem ſecundum præſentem adverſus eum, qui judicium deſeruiſſet, dare, & ἐρήμην καταγιγνώσκειν, aut ἰδίᾳ alterum deſerti judicii nomine condemnare, & ἐρήμην ὀφλισκάνειν deſerti judicii nomine condemnari; quæ dicendi genera paſſim apud oratores inveniuntur. (106)

Quod ſi nullum horum remediorum reus tentaſſet, ſed recta via judicio occurriſſet, quod illi εὐθυδικίαν, & εὐθυδικίας vocabant, quemadmodum ex oratione ad Phormionem, & ex prima contra Stephanum liquet, tum vero multa adminiſtrari ſunt ſolita, quæ homines à judiciis temere inferendis facile deterrerent. Siquidem actor, & reus jusjurandum quoddam ſuſcipere, & pecuniam quandam deponere à magiſtratu coacti ſunt, quo cauſſam ſyncerius agitarent. Jusjurandum autem fuit duplex, idque duobus nominibus à Græcis, ut ſunt in fingendis, jungendiſque verbis felices, deſignatum eſt, προωμοσία, & ἀντωμοσία. Προωμοσία, (107) teſte Polluce, fuit jusjurandum, quo primum adigebatur ille, qui litem intendebat, vera ſe crimina objecturum. Ἀντωμοσία, quo reus, ſe non injurioſe acturum. Hinc Demoſthenes ad Aphobum dixit: „ Me vero προωμοσάμενον, hominem „ liberum eſſe, ſi contraria juraris, tibi ignoſco; & ad Macartatum: „ Aliquem ei eſſe genere „ propinquum nemo tentavit ἀντωμοσίαν. Iſocrates autem in oratione de Jugo uſus eſt ἀντωμοσίαν etiam, cum loqueretur de actore: „ Illus temporis, inquit, in criminando pa„ rente meo ponunt, quam in iis, de quibus „ ἀντωμοσίαν, edocendis. Quin etiam pro utriſque ſæpe etiam διωμοσίας, & διωμοσίαν adhibuerunt; quod ex ſuperioribus auctoritatibus colligi poteſt. In publicis autem judiciis accuſator præcipuo ſe ſacramento obſtringit, conteſtans deos, ſe pecunia accuſationem non dimiſſurum, neque ullo modo prævaricaturum; unde adverſus Timarchum Æſchines dixit: „ Et cum accuſationi in foro inſiſtens „ ſacris in manus ſumptis juraſſet, ſe mune„ ra neque accepiſſe, neque accepturum eſſe, „ &

(105) Tum ὑπωμοσίας, de qua hic, tum παραγραφῆς, de qua paulo ante definitionem tradit *Ulpianus* loco ab *A. N.* indicato; utramque adfero. Vide præterea num. 107. ὑπωμοσία, [illegible] *Hypomosia Jusjurandum est ad impetrandam judicii dilationem pertinens, si quis excuset aut morbum, aut mortem domesticorum, aut denique aliquod infortunium. Paragraphe also excludendi judicii causa est, vel tempus excipiens, vel personam.*

(106) Idem *Ulpianus* explicat in *Mediana*. [illegible] *judicii nomen est; neque enim se sistebat. In eos igitur hoc dicitur, qui parere nolunt, sed judicium detrectant. Jubebat autem lex eos, quibus judicii dicta esset dies, si ad statum diem præsto non essent, indicta causa damnare. In eos autem legibus mille drachmarum pœna statuta erat.*

(107) Cum de jurejurando inciderit ſermo, referre placet ex eo, quem *Sigonius* citat, *Polluce*, quam diverſimode apud Athenienſes acciperetur. *Pollux lib. 8. cap. 6. Sect. 54.*, & ſequentibus. [illegible] (*Henr. Stephanus de Dialec. Attica* cenſet ejuſmodi nomina, quod Attica ſint, ſcribenda per ω προωμοσία, & ſic de reliquis) [illegible] ...... Poſt pauca quædam agit ſeorſim de ſingulis. [illegible] (hanc aliter explicat *Harpocratio*, quem vide) [illegible] *Judicialia quoque nomina sunt, Juramenti protestatio, contrastatio, dejeratio, detestatio, suggillatio ...... Protestatio, juramentum, quo Accusator testatur, se vera dicere. Contratestatio id, quod contra reus jurat, se non deliquisse. Contestatio utrumque amborum juramentum. Dejeratio, cum quis ad legationem, aut aliud publicum quoddam munus electus, infirmitatis, aut impotentiæ prætextu dejerat, aut ipse, aut per alium. Dejerant etiam citati testes, si nihil eorum, ad quæ vocantur, scire se affirmant. Detestatio autem fiebat ab illis, qui contradicebant dejerantibus sub infirmitatis, aut absentiæ prætextu; Oratione autem hoc judicio, judicatio apud; detestatio nominatur. Suggillatio est, cum quis suffragium, aut legem sancientem redarguit, tanquam inutilem; hoc enim suggillare dixerunt. Et suggillatione facta, decretum irritum erat donec ratum haberetur.*

„ & cum deos juriſjurandi arbitros adjuraſ- A „ ſet, & ſibi ipſi peſtem optaſſet, tamen pe- „ cuniam accepiſſe convictus eſt.

Pecuniarum item, quæ deponerentur, multa genera fuerunt, πρυτανεῖα, παράστασις, παρακαταβολή, ἐπωβελία. Prytanea Pollux cum Arpocratione conſentit, pecuniam fuiſſe, quam ante judicium actorem, & reum deponere oportuit: qui vero judicio facto victus eſſet, pro utroque judicibus perſolvit; moriſque fuiſſe addit, ut qui de ſumma centum drachmarum uſque ad mille contenderent, tres drachmas deponerent, qui de mille uſque ad decem millia, triginta; alios autem exiſtimaſſe, prytanea æſtimatæ litis partem decimam fuiſſe, eamque pro ſportulis judicum B ab actoribus eſſe depoſitam. Paraſtaſis vero drachma fuit depoſita ab iis, qui privatis inter ſe de controverſiis diſceptarent; quo pacto accepit Andocides in oratione de myſteriis, cum inquit: „ His cognitis extemplo „ ego paraſtaſim depoſui, & litem Leagro „ priore de hereditate intendi. Ariſtoteles tamen, ut narrat Arpocratio, in quæſtionibus etiam, quas theſmothetæ exercuerunt, paraſtaſim depoſitam eſſe, memoriæ prodidit. Qui vero de bonis publicis cum Republica, aut de puellarum hereditate cum privatis contenderunt, ii παρακαταβολὴν depoſuerunt; illi quidem quintam partem honorum, quæ in controverſiam vocarentur, hi vero deci- C mam; quod & Polluci, & Arpocrationi multorum hoc oratorum auctoritate, maxime autem Demoſthenis adverſus Pantænetum, comprobanti videtur. Quæ autem pecunia exigebatur ab iis, qui quem accuſaſſent, non condemnaſſent, ea ἐπωβελία nominata eſt; nimirum, quod pro ſingulis drachmis obolus deponeretur, qui erat ſexta pars drachmæ. (108) Atque hoc eſt, quod dixit Demoſthenes contra Evergum: „ Poſtquam ſolvi mul- „ tis præſentibus teſtibus mille & centum „ tres drachmas, & duos obolos ἐπωβελίαν; & Iſocrates ad Callimachum: „ Intendit mi- „ hi litem decem millium drachmarum, me „ vero teſtes producente, quemadmodum lis D „ non eſſet εἰσαγώγιμος, arbitrio facto, illud „ ille perſequutus non eſt, quod ſciret, ſe, „ ſi quintam ſuffragiorum partem non tuliſ- „ ſet, ἐπωβελίαν debiturum; inducto autem „ magiſtratu, rurſus eandem dicam ſcripſit, „ tanquam in prytaneis ſolis periculum con- „ tracturus. Non in omnibus tamen actionum generibus hæ depoſitæ pecuniæ ſunt; oſtendit hoc Iſocrates contra Lochitam, cum inquit, de ſola contumelia & dicas, & γραφὰς conſtitutas eſſe ſine paracatabola; (109) & Iſæus in oratione de hereditate Pyrrhi, cum ait: „ Tu non detuliſſes ad archontem male tra- „ ctari puellam heredem ab adoptivo tanta

„ contumelia affectam, & paternis bonis ſpo- „ liatam; cum præſertim ſolæ hæ cauſſæ „ actoribus nihil afferant periculi, & liceat „ cuilibet opem ferre puellis; neque enim „ mulcta delationibus ad archontem propoſi- „ ta eſt, ne ſi nullum quidem ſuffragium tu- „ lerint, nec prytanea, nec paraſtaſis ulla „ in delationibus deponitur, ſed actores de- „ ferre ſine periculo poſſunt, damnati vero „ extremis ſuppliciis afficiuntur.

Sæpe etiam incidit, ut ante judicium ad finiendam litem litigatorum alter alteri conditionem aliquam ferret, quod illi προκαλεῖσθαι, & πρόκλησιν appellarunt; declarat hoc Demoſthenes contra Pantænetum: „ Ferunt, *inquit*, B „ nobis conditionem, quaſi non accepturis, „ ut aut omnes ab eis pecunias auferremus, „ atque abiremus, aut ipſis eam pecuniam „ ſolveremus, quam petebant; (110) & contra Stephanum: „ Tulit conditionem Phor- „ mio Apollodoro, ſi negaret; exemplum „ teſtamenti eas eſſe tabulas, quas Phormio „ in echinum immiſerat, ut aperiret teſta- „ mentum Paſionis. Maxime autem ſe inter ſe conditionibus laceſſere ſoliti ſunt, famulos famulaſque ad quæſtionem, aut ad teſtimonium poſcentes; ut contra Pantænetum: „ Recitat mihi πρόκλησιν ſane longam, poſtu- „ lans, ut ſervus, quem dicit harum rerum „ eſſe conſcium, in quæſtionem detur; & C contra Nicoſtratum: „ Volo, *inquit*, dicere „ de conditione, quam mihi tulerunt, quan- „ do prima recitatio eſt facta, dicentes, ſe „ paratos eſſe tradere mihi ſervos in quæſtionē, „ cum vellent, hoc ſibi aliquid teſtimonii eſſe; & contra Evergum: „ Atqui oportebat, ſoris „ in ſortem conjectis, producta muliere, & „ ſumpto præcone de me, an vellem quæ- „ ſtionem habere, & ingredientes judices te- „ ſtes adhibere, ſe paratum eſſe tradere. Hinc etiam ἀντιπροκαλεῖσθαι dixerunt, mutuo adverſarium conditione laceſſere, ac provocare; quo verbo uſus eſt Demoſthenes contra Pantænetum: „ Recita πρόκλησιν, *inquit*, „ per quam ego coactus ſum eum ἀντιπροκα- D „ λεῖσθαι, & ſervum tradere. In oratione autem pro Cteſiphonte (111) diſerte aperit, quarum rerum πρόκλησις inſtituta ſit, & quarum non ſit, cum inquit: „ Neminem ve- „ ſtrûm ignorare arbitror, earum rerum „ προκλήσεις inventas eſſe, quæ in veſtrum „ conſpectum proferri geſtæ non poſſunt; „ exempli cauſſa, torqueri præſentibus vobis „ non licet; ejus rei πρόκλησιν fit, neceſſe eſt; „ factum eſt aliquid extra regionem; ejus „ item πρόκλησιν eſſe neceſſe eſt; ubi vero res „ in veſtrum proferri conſpectum poſſunt, „ quid ſimplicius eſt, quam in medium eas „ adducere?

Quoniam autem qui litigabant, in pri- E mis

(108) Ita *Pollux lib. 9. cap. 6.* ἡ μὲν δραχμή, εἶχεν ὀβολοὺς ἕξ, ὅθεν καὶ ἐπωβελία τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος. *Drachma quidem, habebat obolos ſex; unde etiam epobelia ſexta pars drachmæ.*

(109) Nimius ſim, ſi, quæ habet in hanc rem *Pollux*, & *Harpocratio*, quorum præcipue auctoritate nititur *Sigonius*, omnia referam. Satis ſit *Pollucis* locum indicare *lib. 8. cap. 6. Sect. 37.*, & ſequentibus, ubi fuſe explicat quid ſit παράστασις, ἐπωβελία, πρυτανεῖα, παρακαταβολή. Percurrenda etiam in hunc locum notæ.

(110) Προκαλοῦνται πρόκλησιν ἡμᾶς ὡς οὐ δεξομένους, ἢ κομίσασθαι πάντα τὰ χρήματα παρ' αὐτῶν, καὶ ἀπελθεῖν, ἢ ἀπολῦσαι σφᾶς, ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλουν. Quæ quidem ſatis ſit retuliſſe ne notæ in immenſum excreſcant.

(111) Num *Demoſthenis* verba, quæ paulo poſt ſubdit *Sigonius*, etiam occurrant in Oratione pro *Cteſiphonte*, plane neſcio. Aptiſſima tamen lego in prima contra *Stephanum*; & ſunt ejuſmodi: οἶμαι γὰρ ἅπαντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι ὅσα μὲν δυνατὸν πρὸς ὑμᾶς εἰσαγαγεῖν τῶν πεπραγμένων, [illegible] ἀνάγκη [illegible] πρόκλησιν εἶναι. [illegible] ἀνάγκη καὶ τούτων πρόκλησιν εἶναι, [illegible] τί ἐστι ἁπλούστερον, ἢ αὐτὰ ἄγειν εἰς μέσον.

mis rem teſtimoniis confirmabant, hinc multa ſint etiam de citandis teſtibus, & dicendis teſtimoniis prodita monumenta; quorum ratio nequaquam nobis videtur eſſe in hoc doctrinæ commentario negligenda; ſunt autem duæ voces in primis in hoc genere factitatæ, μαρτυρεῖν, & ἐκμαρτυρεῖν, quarum illa fuit, quoties qui vidit, teſtimonium dixit, hæc vero, quoties qui audivit. Quod ſi qui viderat, teſtimonium dicere renuebat, tum per præconem citatus cogebatur aut teſtimonium dicere, aut ἐξωμνύσθαι, id eſt, abjurare, ſe non affuiſſe, aut certe mille drachmas pendere. Qui vero ad dicendum teſtimonium citabatur, is dicebatur κλητεύεσθαι; per quem citabatur, κλητήρ; qui mille drachmarum terrore teſtimonium dicere cogebatur, ἐκκλητεύεσθαι. Atque hæc quidem cum à Polluce, & Arpocratione traduntur, tum etiam priſcorum oratorum auctoritate, ac teſtimonio comprobantur; quorum verba cenſeo proferenda. Iſæus de hereditate Pyrrhi: „ In μαρτυρίαις eos, qui aſſuerint, qualeſcumque „ ſint, adhibeamus neceſſe eſt, ubi vero ab „ imbecillis, aut peregrinaturis ἐκμαρτυρίας „ elicimus, optimum quemque civem, & nobis notiſſimum omnes advocamus, neque „ cum uno, aut duobus, ſed quam plurimis „ poſſumus ἐκμαρτυρίας facimus. Æſchines in Timarchum: „ Quare ſi Miſgolas huc accedens verum μαρτυρεῖν voluerit, juſte faciet, „ ſin autem ἐκκλητεύεσθαι maluerit, quam vera „ μαρτυρεῖν, vos rei ſummam cognoviſtis; ſi „ enim qui egit, erubeſcit, & mille drachmas pendere ærario mavult, quam os ſuum „ vobis oſtendere; qui vero paſſus eſt, concionem habebit; ſapienter fecit legiſlator, „ qui hos tam flagitioſos homines à ſuggeſto „ removit; ſin autem obtemperaverit ille „ quidem, ſed ad impudentiſſimam rationem „ illam ſe converterit τὸ ἐξομνύσθαι, dum Timarcho rem gratam faciat, adverſus ſe pejerabit. (112) Demoſthenes contra Neæram: „ Hipparchum cugam μαρτυρεῖν, aut „ ἐξομνύσθαι, aut ἐκκλητεύσω illum; & in prima contra Stephanum: „ Primum vobis ex iis, „ qui eis adſunt, teſtimonium dicent ii, qui „ viderunt, neque enim puto fore, ut velit „ eos ἐξομνύσθαι. Quid plura? recitat idem in ſecunda leges, quibus hæc tota, quam dixi, conſuetudo ſancitur: „ Jubent, inquit, leges,

A „ quæ quis vidit, & quibus gerendis interfuit, ea in tabulis ſcripta μαρτυρεῖν, ut ne„ que demere liceat quidquam, neque addere ſcriptis; rem vero à vivente auditam „ pro teſtimonio dicere non ſinunt, ſed à „ mortuo; imbecillium autem, & peregrinantium ἐκμαρτυρίας ſcribi in tabulis. Adde etiam, moris fuiſſe, ut qui teſtimonium dixiſſent, ad aras progreſſi, ſe vera dixiſſe jurarent; (113) cujus rei documento eſt vir integerrimus, ſanctiſſimuſque Xenocrates, qui cum teſtimonio dicto jurandi cauſſa ad aras accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamarunt; unde celebris vox illa Periclis manavit: qui rogitus ab amico, ut
B pro ſe falſum dejeraret, probe reſpondit, amicum ſe illi tantum uſque ad aras futurum.

Hæc igitur omnia, cereraque quæ ad judicium, litemque pertinebant, ante judicium in tabulis, literaſque, Arpocratione teſte, referebantur, pacti, ſacramenta, in jus vocationes, teſtimonia, & ſi qua erant ejuſmodi alia, eorumque exempla, quæ ἀντίγραφα dicebantur, in capſulam, quam illi ἐχῖνον vocabant, includebantur, ac ne qua fraus admitti poſſet, diligenter obſignabantur, quemadmodum ex multis Demoſthenis locis colligitur, ut adverſus Bœtum de nomine: „ Et „ niſi jam obſignatis echinis hæc accidiſ„ ſent, teſtes ad vos produxiſſem; & contra
C Stephanum: „ Phormio Apollodoro conditionem tulit; ſi negaret ἀντίγραφον teſtamenti eas eſſe tabulas, quas Phormio in echinum intuliſſet, ut teſtamentum aperiret „ Paſionis; (114) item: Teſtimonium, quo „ me revincturum putabam, in echino „ non inveni. Et contra Olympiodorum: „ Ego huic conditionem tuli, meque ſequi „ ad Andocidem, apud quem pacta ſunt, „ juſſi, ut communi conſenſu pactis deſcriptis, iterum ſignarentur, ἀντίγραφα vero in „ echinum immitterentur, ne qua ſuſpicio „ oriretur. Ea vero obſignata in judicium deferebantur, ut præſto litigatoribus ipſis eſſent, ubi ea judicibus per ſcribam recitari
D juſſiſſent.

His autem peractis utrique litigatori hora ex lege ad dicendum ſtatuebatur, eaque clepſydra notabatur, propereaque ſpatium illud διαμεμετρημένην ἡμέραν appellarint. Erat autem, ut inquit Arpucratio, modus quidam aquæ

(112) Adſero iterum *Demoſthenis* verba rem totam, de qua agitur, explicantis: [illegible Greek] Huc etiam facit, quod idem Orator habet in ſecunda contra *Stephanum*, cujus tantum aliquot verba A. N. paulo interius attingit: [illegible Greek]

E *Leges autem non ita loquuntur: ſed quæ novit aliquis & quibus rebus gerendis interfuerit, ea teſtari jubent, atque tabulis inſcribere: ut nec adimere liceat quicquam, nec addere iis, quæ ſcripta fuerint. Rem vero e vivente auditam teſtari non ſinunt, ſed è mortuo. De rebus item quibus intereſſe minime potuerit, & quæ peregrè geſta ſunt, dictum aliena fide teſtimonium inſcribendum eſt Tabulis; eademque actione, & ipſum teſtimonium, & aliena fide dictum teſtimonium in judicium adducendum eſt, ſimul, ut ſi in ſe ſuſceperit is, qui dixit ipſe teſtimonium, ille obnoxius ſit falſi teſtimonii, ſin in ſe non receperit: ii, qui aliena fide teſtimonium dixerant.*

(113) Fortaſſe huc referendum, quod ſupra numero centeſimo ſecundo ex *Harpocratione* tradidimus, Athenienſes omnes in *Ardetto* jurare ſolitos.

(114) [illegible Greek] Eadem verba retulit paulo ante ſignum, ubi de oblata conditione.

aquæ ad dimenſum diei ſpatium fluens: quæ menſe Poſideone menſurata, in quo maxima, & maximis de rebus judicia exercebantur; in tres porro partes diſtribuebatur; unam, quæ actori dabatur; alteram, quæ reo; tertiam, quæ judicibus; quem morem cum ex commentariis Ariſtotelis de Republica Athenienſium prodidit, tum ex oratione Æſchinis in Cteſiphontem, in qua hæc verba ſunt: „ In tres partes dividitur dies, cum γραφὴ „ παρανόμων in forum introducitur; prima „ enim aqua accuſatoribus, & legibus, & „ democratiæ infunditur; ſecunda vero reo, „ & patronis; ubi vero primis ſententiis ab„ ſolutus non ſit, qui tranſgreſſus eſſe leges „ arguitur, tum tertia aqua infunditur æſti„ mationi, & magnitudini iræ veſtræ. (115) Clepſydra vero, de qua dixi, vas fuit perforatum, in quo, ut Veſparum ſcribit interpres, aquam infundebant, eamque fluere ſinebant uſque ad foramen, atque ita oratori ſilentium imponebant: ne fortaſſe dicendo diem eximeret, atque alios, ne dicerent, impediret. Hujus autem rei tam multa extant apud oratores teſtimonia, ut ea commemorare prorſus putidum eſſe videatur. Demoſthenes contra Nicoſtratum: *Non multis*, inquit, *poſt diebus in forum ingreſſus eſt ad diem dimenſam*; item ad Aphobum de falſo: *Quod tunc in parva quadam parte aquæ totas cum aliis objecimus, nunc ad totam aquam ipſum per ſe probaturi eramus*; & ad Polyclem: *Si quis poteſt oſtendere, me mentiri, ſurgens, in mea aqua redarguat*; & contra Neæram: *Procedente oratione, ſi volueritis audire, & mihi aquæ copia ſuppetat, demonſtrabo*; & Iſæus de hereditate Pyrrhi: *Recita, tu vero infunde aquam*. Videtur autem orator id mandare archonti; quia Demoſthenes in ejuſmodi de hereditate judicio infundendæ aquæ negotium archonti aſſignat. „ Poſtquam, *inquit*, archon eos in forum „ duxit, & cauſſam agere oportuit, cum alia „ omnia ſibi paraverunt ad judicium, tum „ aquæ, ad quam decertandum erat, quadru„ plo plus nobis ſumpſerunt; neceſſe enim „ habebat archon amphoram utrique litiga„ tori infundere, & tres choas poſteriori „ orationi. (116) Pollux autem miniſtrum aſſuiſſe quendam ſcribit, qui diceretur Ἐφύδωρ, qui Clepſydræ æqualitatem aſſervaret. Videndum tamen erit atque etiam admonet Arpocratio, quid ſit, quod Iſæus contra Elpagoram dicat, aliquando ad dimenſam diem ſine aqua judicium fieri, aliquando cum aqua.

Perorata vero tandem utrinque cauſſa, cum nihil addendum reo videretur, petebat, ut judices ſuffragia de ſe ferrent; quod ſignificare Xenophon in ſympoſio videtur, cum inquit: „ Atqui nihil habeo amplius, quod „ opponam; quare ferant ſuffragia, ut ſtatim „ videam, quid me pati, aut ſolvere, opor„ tet, modo occulte ferant. Tum vero magiſtratus, qui judicio præſidebat, ſuffragium judicibus dabat, quo reum aut abſolverent, aut damnarent; unde illud eſt, de quo diximus, Lyſiæ: „ Grave eſſet, ſi qui judicium „ dederunt, & ſuffragium permiſerunt, ne „ quos judices ipſi condemnarent, juberent. Præco vero, qui actori aderat: rogabat judices, ut cui reus videretur culpæ affinis eſſe, condemnatorium ferre calculum; qui ſecus, abſolutorium; verum hæc non in omnibus judiciis eodem modo; nam quibus criminibus pœna legibus erat conſtituta, qui ἀγὼν ἀτίμητος teſte Arpocratione, appellabatur, una ſententia ſatis erat, qua pœna illa reum aut mulctabant, aut liberabant; quibus vero nulla à legiſlatore certa propoſita pœna, ſed aut magiſtratus, aut accuſatoris arbitrio erat permiſſa, qui ἀγὼν τιμητὸς vocabatur, jubebat judicibus is, qui judicium exercebat, primùm condemnandus reus, an abſolvendus eſſet, ſtatuere; inde quid ei patiendum, aut ſolvendum eſſet, æſtimare. Itaque ſi quis quidpiam vel minimi quoque, ut ante cognovimus, precii ſurripuiſſet, capite plecti lex jubebat; (117) ſi vidua mariti mortui domum compilaſſet, aut ſi quis liberum hominem contumelia affeciſſet, primùm damnandus ne, an abſolvendus eſſet, ſtatui; deinde damnato, ſive à magiſtratu, ſive ab accuſatore pœna eſſet inſcripta, ſtatim quid ei pati, aut ſolvere oporteret, æſtimari; atque hoc idem in crimine etiam impietatis, cujus reus fuit Socrates, uſurpatum eſſe animadvertimus; de quo ſic Cicero (libentius enim hujus, quam Diogenis verba tecito:) „ Socrates damna„ tus eſt, neque ſolum primis ſententiis „ quibus tantum ſtatuebant judices, damna„ rent, an abſolverent; ſed etiam illis, quas „ iterum legibus ferre debebant; erat enim „ Athenis reo damnato, ſi fraus capitalis „ non eſſet, quaſi pœnæ æſtimatio. (118) Neque vero ſolum in fraude impietatis, ſed etiam violatarum legum hoc juris eſt uſurpatum; quod oſtendit Æſchines, cum inquit: „ Ubi vero primis ſententiis reus abſolutus „ non ſit, tum tertia aqua infunditur æſti„ mationi, & magnitudini iræ veſtræ. (119) Suffragia vero, ut inquit Pollux, primum marinæ conchæ fuerunt, quas poſtea ex ære confectas σπονδύλους dixerunt; (120) deinde teſte

(115) εἰς τρία μέρη διαιρεῖται ἡ ἡμέρα, ὅταν εἰσίῃ γραφὴ παρανόμων εἰς τὸ δικαστήριον. ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ, καὶ τοῖς νόμοις, καὶ τῇ δημοκρατίᾳ. τὸ δὲ δεύτερον ὕδωρ, τῷ τὴν γραφὴν φεύγοντι, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν. ἐπειδὰν δὲ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας. ὅς τις μὲν οὖν ἐν τῇ τιμήσει τὴν ψῆφον αἰτεῖ, τὴν ὀργὴν τὴν ὑμετέραν παραιτεῖται.

(116) καὶ ἐπειδὴ ἦγεν ὁ ἄρχων εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἔδει ἀγωνίζεσθαι, τὰ μὲν ἄλλα ἦν αὐτοῖς ἅπαντα παρεσκευασμένα, αὐτοῖς εἰς ἀγῶνα, καὶ τὸ ὕδωρ, πρὸς ὃ ἔδει ἀγωνίζεσθαι, τετραπλάσιον ἡμῶν ἔλαβον. ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἦν τῷ ἄρχοντι, ἀμφορέα ὕδατος ἐγχέαι ἑκάστῳ τῶν ἀμφισβητούντων, καὶ τρεῖς χοᾶς ὑστέρῳ λόγῳ; quæ *Demoſthenis* verba ex Oratione contra *Macartatum* deſumpta ſunt. Porro Græcorum *amphora*, ut hoc etiam obiter innuam, ſeu pes cubicus centum viginti libras aquæ continebat. *Choe* vero, quam eandem eruditi cenſent cum *Congio romano*, libras decem. Vide præterea *Pollucem lib. 8. cap. 9. Sect. 113.* ibi enim explicat quid ſit ἐφύδωρ.

(117) Lex quidem *Draconis* ab initio conſtituta. Poſtmodum dupli pœna teſtis *Aulus Gellius lib. XI. cap. XVIII. Solon ex ſeptem illis inclytis Sapientibus fuit. Is ſua lege in fures non, ut Draco antea, mortis, ſed dupli pœna vindicandum exiſtimavit*. Vide etiam numerum quadrageſimum primum libri hujus.

(118) *In lib. 1. de Oratore*.

(119) Relata ſunt hæc verba paulo ante num. 115.

(120) *Pollux lib. VIII. cap. V.* πάλαι χοιρίναις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο, αὗται δ' ἦσαν κόγχαι θαλάττιαι. αὖθις δὲ καὶ χαλκᾶς ἐποιήσαντο κατὰ μίμησιν. καὶ σπόνδυλοι δὲ ἐκαλοῦντο αἱ ψῆφοι αἱ δικαστικαί, χαλκαῖ πεποιημέναι. *Olim chœrinis, quæ conchæ marinæ erant, pro calculis utebantur; deinde æneos fecerunt ad harum ſimilitudinem: ac ſpondyli ſunt appellati calculi judiciales, qui ex ære facti.*

A teſte Ulpiano in expoſitione Timocrateæ, fabæ albæ, nigræque aut ſolidæ, & perforatæ à judicibus occulte in urnas quaſdam conjectæ ſunt; atque albæ quidem, ſolidæque ad abſolvendum, nigræ vero, perforatæve ad condemnandum. (121) De albis, nigriſque ſcribit item Ariſtophanis interpres in Ranas; de ſolidis vero, & perforatis in Veſpas. (122) De præcone autem judices ſententiam, ut paulo ante dixi, rogante, Æſchines contra Timarchum loquutus eſt: „ Si de ſtudiis, „ *inquit*, hujus dandum eſſet ſuffragium, Ti„ marchus ne peccaſſet, an non, res autem „ ageretur apud judices, ad vos autem, ut „ nunc, adductus eſſet, neque liceret ex B „ lege, aut decreto aut mihi accuſare, aut „ huic defendere; præco autem, qui mihi „ nunc apparet, vos rogaret legitima roga„ tione calculum perforatum, cui videtur „ Timarchus impudicus eſſe, plenum vero, „ cui non quid ſtatueretis? (123) Urnas autem judicibus, in quas ſuffragia dejicerent, duas præcones porrigebant, quæ κάδοι, & καδίσκοι dicebantur, unam abſolutoriam, condemnatoriam alteram; quod cum interprete Veſparum (124) tradit Arpocratio ex auctoritate Menandri, qui dixit: „ Accipe „ ſuffragium; cadiſcus vero tibi abſolutorius „ hic, condemnatorius vero hic. Pollux autem duas amphoras vocit, in quas judices ſuffragia mitterent, condemnandi unam C æneam, quam vocabant κύριον; abſolvendi alteram ligneam, quam dicebant ἄκυρον; quod

A idem etiam in Veſparum commentario proditur. Unde Lycurgus adverſus Leocratem dixit: „ Veſtrûm unumquemque exiſtimare „ oportet, duobus cadiſcis poſitis, altero „ proditionis, altero ſalutis cauſſa, ſi Leo„ cratem abſolveritis, prodere civitatem. In privatis autem judiciis quaternos cadiſcos appoſitos invenio, ſingulis litigatoribus binos; quod declarat in oratione contra Macartatum Demoſthenes, cum inquit: „ Qua„ tuor cadiſcis ex lege appoſitis, judices de„ creverunt, & ſuffragia fuerunt paucio„ ribus, aut quatuor in Theopompi cadiſco, „ quam in mulieris. (125) Lata autem à ju- B dicibus ſuffragia à magiſtratu dinumerabantur; quod Iſæus ſignificat, cum loquitur de hereditate Dicæogenis: „ Permiſimus, *inquit*, „ archonti, ut ſuffragia non numeraret, ſed „ confunderet. Notat porro Ulpianus in Midianam, non ſolum plura ſuffragia, ſed etiam paria vim ad abſolvendum habuiſſe; (126) unde dixit Æſchines contra Creſiphontem: „ Paria ei ſuffragia fuerunt; quod ſi „ uno ſolum excidiſſet, aut exulaſſet, aut „ periſſet.

His autem pronunciatis, ſi capite damnatus reus eſſet, undecimviris, ut ſummum de eo ſupplicium ſumerent, tradebatur: (127) ſi pecunia mulctatus, apud practores, aut quæſtores deæ inſcribebarur; de quibus C poſtea cognoſcemus. Quod ſi inſcriptam Reipublicæ ſolvere mulctam rei familiaris impeditus anguſtiis nequiviſſet, in vinculis habitus,

(121) *Ulpianus* loco ab A. N. citato: [illegible] Idem alibi: [illegible]

(122) Immo utrumque in Scholiis ad *Veſpas*: [illegible] *Poſtquam omnes calculum tuliſſent, in urnam æream numerabantur: damnabantque perforati, integri vero abſolvebant.* De albis vero, ac nigris: [illegible] *Factum autem hoc ab ipſis, poſtquam calculos in urnam numeratos conſpexiſſent. Nam ſi plures nigros eſſe animadverterent, ungue longam lineam; at ſi albos brevem.* Linea porro longa damnationem, brevior abſolutionem afferebat. D Ergo ex ipſo Comico in citatis *Veſpis*:

[illegible]

Damnat omnes linea
Longa ſcriptos; intrat, ut tenax apis
Pennisque sera ſulcitos ungues refert.

Quod quidem vehementer miror à *Sigonio* fuiſſe Viro ſolertiſſimo prætermiſſum.

(123) [illegible] E

(124) Qui quidem Veſparum interpres addit præterea earum alteram *Miſericordiæ* ſaltem appellatam, alteram *Mortis*: [illegible] *Lucernam* [illegible] *Miſericordiæ, quæ ſ...ſtrior; altera ante*

rior, & hæc Mortis. Addamus Ovidium *Metamorph. lib. XV.*

Tunc quoque ſic lata eſt ſententia, triſtis, & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.

Utriuſque mentionem facit ipſe Comicus in citatis jam ſæpius *Veſpis*:

[illegible]
Hæc eſt prior urna, ſcilicet *Mortis*.

At paulo ante:

[illegible]
Hunc ſume calculum, inque poſtremam urnam
Mitte connivens, & abſolve o Pater.

Sed his forraſſe diutius æquo immorati ſumus.

(125) [illegible] (non ſine legendum [illegible], ut paſſim occurrit in pluribus exemplaribus) [illegible] Vides hic etiam, quemadmodum alias adnotaſſe me memini, ſenſum potius Auctorum veterum a *Sigonio* expreſſum fuiſſe, quam verba.

(126) [illegible]

(127) Ante tamen eorum nomina ex albo civium expungebantur. Docet *Dion Chryſoſt.* in *Rhodiaca*: [illegible] *Scio igitur, quod Athenis factum ſcis, puto autem, & hic fieri, juxta legem, bene admodum habentem, videlicet. Ubi enim, quando ſcimus civium quendam mori oportet, ob admiſſum ſcelus, prius nomen ejus expungitur; quam ne utique ... ne quis, civem quem conſtet, ... quemquam pateretur: verum, quantum fieri poſſet peregrinus, qui exiſtaret.*

tus, atque infamia notatus cum ipſe à Republica tractanda removebatur, tum eandem filius conditionem moriens relinquebat. Quod Miltiadi accidiſſe accepimus; qui accuſatus proditionis, cauſſa cognita, capitis abſolutus, pecunia tamen mulctatus eſt, lite quinquaginta talenta æſtimata; quam pecuniam cum ſolvere non poſſet, in vincula conjectus ibi diem ſuum obiit. Cimo vero filius ejus non ante Rempublicam attigit, quam ſumpta à Callia ſororis ſuæ viro pecunia æs paternum diſſolvit, ac Reipublicæ ſatis fecit. Itaque huc reſpiciens Demoſthenes illud præter cetera objecit Androtioni, quod cum pater ejus debitor ærarii è carcere profugiſſet, ipſe tamen, qui paternæ infamiæ hereditatem creviſſet, Rempublicam adminiſtrare auderet. (128)

CAP. V.

De judiciis Arbitrorum. Ii qui, quales, & quot fuerint? Eorum duo genera. Agendi ordo apud ipſos. Εἰσαγωγεῖς quinam Magiſtratus? Quo menſe Arbitri poteſtate abirent?

HActenus ſit diſputatum de judicibus; deinceps ſequitur, ut de arbitris, qui *Διαιτηταὶ* dicti ſunt, diſſeramus; quorum jura, ut etiam judicum, obſcuriſſima, & multis difficultatibus involuta ſunt, neque adhuc ſatis cuiquam, ut mihi quidem videtur, illuſtria. Hi, quemadmodum Ulpianus in Mediaam ſcribit, quadraginta quatuor ex unaquaque tribu, & quidem, ut Polluci placet, ſupra ſexageſimum; ut Suidæ, ſupra quinquageſimum annum nati, & ex Lexiarchicis tabulis quotannis ſorte educti ſunt; ex quo intelligi poteſt, ducentos viginti arbitros in ſingulos annos alios aliis tribubus arbitrium reddidiſſe; unde Demoſthenes in oratione contra Evergum dixit: „ Arbitrium fiebat „ in Heliæa; nam ibi ſedent, qui Erechtheidi, & Oeneidi arbitrium reddunt. (129) Hi vero in duo genera longe inter ſe diverſa diviſi ſunt; nam alii ex hoc numero ad privatam cauſſam dijudicandam nova ſorte lecti, alii à litigatoribus ita inter ſe paciſcentibus ſumpti ſunt; quod ſignificavit Demoſthenes in oratione ad Aphobum, cum dixit: „ Et cum „ mihi perſuaſiſſet, ut Archiaeo, & Dra„ contidi, & Phaneſtrato de falſo teſtimonio „ rem permitterem, ubi ab eis accepit, ſi „ jurati arbitrium feciſſent, compromiſſum „ damnaturos, eos reliquit, & cum ad arbi„ trum ſorte lectum ſe contuliſſet, nec cri„ mina refellere potuiſſet, arbitrio damnatus „ eſt. (130) Utrunque autem genus complexus mihi videtur Ariſtoteles, quanquam obſcure, cum in Republica Athenienſium hæc verba poſuit, quæ ab Arpocratione produntur: „ Arbitri à judicibus diverſi fuerunt; nam „ judices in aſſignatis foris judicarunt, li„ teſque ab arbitris ad ſe translatas diſcreve„ runt; arbitri vero ante ſorte lecti, quam „ ii, quorum de re ageretur, ſi eis permit„ terent, arbitrium reddiderunt, &, ſi liti„ gatoribus placuiſſet, finem liti impoſue„ runt; ſin minus, crimina, & citationes, „ & teſtimonia, & leges, & alias utriuſque „ probationes in echinum conjectas, atque „ obſignatas, litium introductoribus tradi„ derunt. (131) Dicamus ergo nos deinceps de ambobus. Qui igitur arbitria ſortitione adepti erant, ii operam eis dare cogebantur, ea tamen conditione, ut injurati eſſent, & ad eos ſine periculo mille drachmarum adiretur, & ab eis ad judices provocatio concederetur. Coactos eſſe arbitria reddere, oſtendit Pollux, cum ſcribit: „ Arbitri ſorte legebantur „ ex

(128) Interdum iis, qui damnati erant, pœnæ optio permittebatur hac lege, ut ſi leviorem, quam mererentur, eligerent, graviore afficerentur. Ita dixit Eugraphius in *Andriam* Act. III. Scen. V. *Ab Athenienſibus hæc lex fuerat conſtituta, uti damnatis pœnæ proponerentur, ut eligerent, quam vellent: & ſi leviorem eligerent, graviore afficiebantur.*

(129) Duo notanda occurrunt de arbitrorum numero, de quo hic A N: Primò quidem, cum ex *Ulpiano* tradiderit *Sigonius* ex unaquaque tribu quatuor ſupra quadraginta arbitros fuiſſe delectos, intelligi nequaquam poſſe, *ducentos viginti arbitros in ſingulos annos alios aliis tribubus arbitrium reddidiſſe*. Si enim decies ſumamus, ſcilicet pro Tribuum numero, quadraginta quatuor, habebimus quadraginta ſupra quadringentos arbitros, duplum illius numeri, quem tradit *Sigonius*. Veruntamen demus errorem in numeris excidiſſe *Sigonio*, vel exſcriptori; non operoſum eſt emendare. Alterum quod adnotandum dicebam ex eo pendet, quòd aliter legendus cuipiam videbitur *Ulpiani* textus, cui *Sigonius* innititur. Quod antequam explicem græca *Ulpiani* verba ſunt referenda, eòque magis quod multa præterea contineant ad arbitros pertinentia: [illegible] *Erat etc, qui publicum munus adminiſtraſſent, reddenda ratio alterum fuerum, & mortis erat tertiis diebus arbitros in locum aliquem convenire, ut quivis eos accuſaret, ſive ob gratiam, ſive ex odio pronuntiaſſe, ſive lucri cauſa prompte auſcultaſſe, & reſpondiſſe eos diceret. Anno autem exeunte, primum ab arbitris explicabantur; atque erant arbitri quadraginta: quaterni è ſingulis Tribubus, & menſe Scirrophorioni (Majo) rationes referebant: qui menſis erat undecimus apud Athenienſes.* Verſio *Ulpiani*, quam attuli, deſumpta eſt ex *Hieronymo Vvolfio*; verum quam abludit a græco textu: [illegible] inquit Ulpianus: *Erant, videlicet, arbitri quatuor & quadraginta ex unaquaque Tribu*. In verſione vero: *Erant arbitri quadraginta: quaterni è ſingulis Tribubus*. Porro poſtrema hæc interpretatio, ſi conjecturæ locus ſit, mihi arridet magis, & veroſimiliorem judico; non quidem quòd græcis, uti dixi, cohæreat, nec quòd quippiam adferri *Vvolfius* ad eam confirmandam; eo tantum adducor, quòd exiſtimandum minime ſit Doctiſſimum *Vvolfium* non ſine gravi ratione è græco contextu receſſiſſe, etſi eam explicare non liceat.

(130) Sub finem tertiæ Orationis in *Aphobum*: [illegible] Juvat hic integrum referre *Demoſthenis* textum, cujus poſtrema verba Sigonius exhibet paulo inferius numero videlicet 133.

(131) Inter Judices tamen, & quidem legitimos à *Ulpiano* recenſentur: [illegible] In *Midiam*.

A ,, ex iis, qui ſupra ſexaginta annos nati ,, erant, eiſque ſubſortitione arbitria tradebantur: eratque eis infamia propoſita, qui ,, arbitrium, quod ſorte obtigerat, recuſarent. Injuratos judicaſſe, locus Demoſthenis paulo ante ex Aphobi oratione recitatus docet; nam de periculo mille drachmarum idem in Androtianea ſignificat, cum ait: ,, Vereris ne mille drachmas? dicam intende ,, apud arbitrum, nec periculum adibis. (132) De provocatione vero, quam ἔφεσιν appellarunt, apparet ex eodem contra Aphobum loco: ,, Cum arbitris compromiſſariis ,, relictis ad arbitrum ſorte datum ſe contuliſſet, arbitrii damnatus eſt; judices au- B ,, tem, ad quos provocavit, cauſſa cognita ,, eadem cum amicis ejus, & cum arbitro ,, ſtatuerunt, eique litem æſtimarunt. (133) Jam vero qui provocarunt, eos tabulas omnes, quæ ad litem pertinerent, in echinum incluſas, & obſignatas ad judicium detuliſſe, & Ariſtoteles, & Pollux eiſdem locis tradiderunt. Compromiſſarii vero arbitri appellati ſunt, quos ex compacto ipſi litigatores ex toto arbitrorum numero legerunt, & quibus ſe juratis permiſerunt, nec ab eorum ſententia recedere jus fuit: de his autem lex eſt in Midiana: ,, Si qui de commerciis privatis ,, inter ſe contendant, & velint arbitrum ,, quemlibet eligere, liceat eis legere, quem C ,, velint, arbitrum, ubi ex compacto voluerint, ſtent iis, quæ ab eo decreta fuerint, ,, neque amplius transferant ab hoc ad alterum forum eadem crimina, ſed quæ judicata ſunt ab arbitro, rata ſint. (134) Atque ejuſmodi quidem arbitros intellexit Demoſthenes in oratione contra Neæram: ,, Cum ,, Phrynioni, inquit, litem intendiſſet, quod ,, à ſe hanc mulierem in libertatem abripuiſſet, perſuaſerunt eis propinqui, ut compromiſſum facerent, & pro Phrynione arbiter ſedit Satyrus, pro Stephano Sabrias, ,, communem vero adlegunt Diogitonem, ,, qui in fano convocati, re audita, ſententiam tulerunt, mulierem liberam eſſe, eaque illi ſteterunt; & Iſæus in oratione de D hereditate Dicæogenis: ,, Cum lis eſſet initura menſe Mæmacterione, petiit Lochares à Dicæogene, ut prorogato judicio, ,, rem arbitro permitteremus; id quod nos, ,, qui leviter læſi eramus, conceſſimus, rem ,, que arbitris quatuor permiſimus; quorum ,, nos duos adduximus, illi duos; & in con-

A ,, ſpectu eorum pacti ſumus, ſtaturos iis, ,, quæ ipſi decreviſſent, & juravimus, & arbitri dixerunt, ſe, ſi poſſent injurati nos ,, in gratiam reducere, facturos; ſin minus, ,, pronunciaturos, quæ ipſi juſta cenſuiſſent; & Demoſthenes in oratione ad Callipum: ,, Cum hanc mihi litem intendiſſet, invitaſſetque ut Lyſithidæ rem permitterem, ,, reſpondi, me ſecundum leges permiſſurum ,, & ad magiſtratum rem detuli; iſte vero ,, arbitro ſecundum leges dato perſuaſit, ut ,, injuratus arbitrium redderet; me denunciante, ut ſecundum leges juratus arbitrium redderet, ille injuratus pronunciavit. (135)

B In his porro arbitriis exercendis eandem rationem inter litigatores eſſe obſervatam differendi, transferendique arbitrii, & pecuniæ deponendæ, atque in judiciis diximus, Demoſthenes in oratione contra Midiam maxime indicat, cum ait: ,, Strato nobis arbitrium ,, reddens, ut venit ἡ κυρία, & omnia effluxerunt, quæ legibus continentur, ὑπωμοσίαι, ,, & παραγραφαί, nihilque reſtabat amplius, primum me rogavit, ut continerem arbitrium, ,, deinde ut in poſterum differrem; tandem ubi ,, neque ego conceſſi, neque ille prodiit, ſerum ,, autem diei erat, arbitrium in eum tulit. (136) Hinc narrat Pollux: ,, Quoties quis ,, apud arbitros, translato, aut dilato morbi, C ,, aut peregrinationis cauſſa arbitrio non occurrens εἰς τὴν κυρίαν, deſerti arbitrii damnabatur, licebat ei intra decem dies τὴν μὴ οὖσαν ἀντιγράψαι, & deſertum arbitrium tollebatur, ut à principio veniret ad arbitrum; ſi autem τὴν μὴ οὖσαν non tolleret, juratus ſe invitum deſeruiſſe arbitrium, pro ,, rata arbitri ſententia ducebatur. Hinc in oratione de nomine dixit Demoſthenes: ,, Cum ego litem hanc Bœoto Mantiæ filio ,, Thoricio intendiſſem, à principio occurrit judicio, & ejuravit, quaſi eſſet Bœotus; tandem ut fraudi locus non fuit, deſertum arbitrium adverſus ſe judicari paſſus ἀντιλαγχάνει μοὶ τὴν μὴ οὖσαν. Eſt autem D ἀντιλαγχάνειν τὴν μὴ οὖσαν, litem renovare de judicio irrito. Atque hæc, & ejuſmodi vocabula alia ad hanc rationem ſpectantia loco Midianæ commemorato inveniuntur.

Magiſtratus autem, qui lites ad arbitros introduxerunt, εἰσαγωγεῖς, id eſt, introductores dicti ſunt, de quibus ita Pollux: Εἰσαγωγεῖς nomen magiſtratus ſorte lecti, qui dicas ad

---

(132) Vide numerum quintum.
(133) Relata jam ſunt hæc paulo ſuperius num. 130.
(134) [illegible]
(135) [illegible]
(136) [illegible]

E [illegible] Placuit textum integrum hic exhibere, cujus ſubinde particulas recitat *Sigonius*. *Aprilis* menſis, ac *Maji* ut plurimum erant arbitrorum judiciis deſtinati. Vide etiam *Pollucem lib. 8. cap. 6. Sect. 6o.*

ad arbittos introducebat. Atque hoc, credo, A intellexit etiam Ariſloteles, cum dixit, qui provocarunt ab arbittis, eos tabulas omnes litis in echinum incluſas tradidiſſe τοῖς ἀναγνῶσι τῆς δίκης. Quos etiam eoſdem eſſe opinor cum iis, quos vocat in Mediana Demoſthenes ἀρχαίους, cum inquit, Stratonem arbitrium judicaſſe adverſus Mediam in ædibus archontum: „ Et cum jam, *inquit*, contenebraſſet, „ offendit Medias archontes exire domo, „ unàque Stratonem qui deſerti arbitrii eum „ damnarat; auſuſque eſt petere ab eo, ut „ ſententiam adverſus ſe latam mutaret, & „ ab archontibus, ut tranſcriberent. Ex quo apparet, eos illius judicii prope dominos, ac principes fuiſſe; duos autem ei arbitrio B præfuiſſe, poſt apparebit.

Quin etiam pecunia apud arbitros quædam deponebatur, de qua Pollux ita ſcribit: „ Arbitri drachmam unam ab actore ceperunt, quæ dicebatur παράστασις, cum ipſe in „ tabulis & crimen, & æſtimationem inſcripſiſſet; alteram vero pro ἀντωμοσία. Demetrius autem Phalereus, teſte Arpocratione in libris de legum latione, tradit, arbitros cepiſse drachmas duas, unam, quam vocabant παράστασιν, alteram κατ' ἀντωμοσίαν ἐκάλουν.

Hos autem arbitros in exitu anni, qui Scitrhophorione menſe complebatur, poteſtate abiiſse, elicitur ex Mediana, ubi ita agit orator: „ Medias expectata ultima arbitro„rum die, qui eſt Thargelione, aut Scir„rhophorione, ad quem hic quidem arbiter „ venit, ille vero non venit, eo, qui pryta„neatum gerebat, ad ſuffragia danda indu„cto, contra omnes leges Stratonem arbi„trum ne accuſatum quidem ejicit, & inſa„mia notat. Quem locum ita declarat Ulpianus: moris fuiſse, ut qui Rempublicam attigiſsent, rerum actarum rationes redderent, arbitros autem quendam in locum certis diebus convocatos, ut ſi quis eos accuſare vellet, quod aut gratiæ, aut odii cauſsa, aut pecuniæ judicaſsent, parati ad defenſionem eſsent; abeunte vero anno ab arbitris initium ſumptum, quia levior eorum procuratio fuerat; (137) Stratonem autem, cum extremo die menſis venire neglexiſset, Mediæ eſse potentia condemnatum. Ac de priſca quidem Atticorum judiciorum conſuetudine hactenus diſputatum ſit.

(137) *Ulpiani* locum eo, quæ ex *Demoſthene* recitata ſunt, explicantis, vide ſupra num. 129.

Explicit Liber Tertius de Republica Athenienſium.

CAROLI SIGONII
DE
REP. ATHENIENSIUM
LIBER QUARTUS,
Qui inſcribitur de Magiſtratibus.

CAPUT PRIMUM.

De generibus Magiſtratuum. Hi quinam fuerint? Eorum jus quale? Ipſorum genera multa. Diſquiſitio. Probatio. Inſignia. Provocatio. Cur plerique Magiſtratus deni? Quo anno ætatis operam ſuam Reipublicæ præſtabant?

TErtium locum obtinet quæſtio obſcura de magiſtratibus. Magiſtratus autem voco, quas illi ἀρχὰς appellarunt; quod ipſum cum dixerunt, nihil aliud quam jus quoddam à privati hominis jure ſeparatum intellexerunt; habet enim qui in magiſtratu eſt, non id juris ſolum, quod privati cives reliqui, nimirum quod ex communicatione civitatis adeptus eſt, ſed aliud quoque amplius, quod capiendo magiſtratu eſt conſequutus. Verum quod præcipue jus hoc nomine magiſtratus ſignificetur, magnam habet dubitationem. Ariſtoteles enim in quarto de Republica haud facile exprimi poſſe aſſerit, quid magiſtratus nomine deſignetur. „ Nam „ cum præfectos, *inquit*, multos civilis ſo„ cietas deſideret, certe non omnes, qui le„ guntur, aut ſorte ducuntur, magiſtratus „ ſtatuere oportet; cujuſmodi ſunt primum „ ſacerdotes, qui in alium numerum, quam „ civilium magiſtratuum, referendi ſunt; „ deinde choragi, & præcones, & legati; „ curationes autem aliæ civiles ſunt aut om„ nium civium ad aliquod officium, ut Prætores militum; aut partis, ut gynæconomus, & pædonomus: aliæ vero domeſticæ, „ ut cum ſitometras legunt; aliæ vero miniſtræ, & ad quas, ſi opes ſuppetant, ſervos „ adhibeant; in primis autem magiſtratus „ vocandi, quibus tributum eſt, ut quibuſdam „ de rebus conſultent, & judicent, & impe„ rent: præcipue autem ut imperent; eſt „ enim maxime proprium magiſtratus impe„ rare. (1) Ex quibus verbis apparet, eum duo genera magiſtratuum conſtituere, αἱρετοὺς, & κληρωτοὺς: id eſt, qui leguntur, & qui ſorte ducuntur, neque tamen ſacerdotes, aut choragos, aut præcones, aut legatos, quanquam leguntur, aut ſorte ducuntur, magiſtratus vocare: pari ratione eundem curationes omnes, quas illi ἐπιμελείας vocant, magiſtratus nomine ſpoliare, curationes autem appellare, quæ alicui officio, atque operi efficiendo ſunt deſtinatæ; quarum aliæ civiles ſint, aliæ domeſticæ, aliæ illarum miniſtræ; atque illud demum concludere, magiſtratus ſolos nominandos eſſe, qui jus habeant conſultandi, judicandi, & imperandi. Æſchines autem contra Cteſiphontem diſputans, acute admodum ex verbis legis Solonis tria genera magiſtratuum eſſe contendit: unum eorum, qui populi ſuffragio creati ſint: alterum, qui ſortis beneficio: tertium, qui editione, quos Solo χειροτονητοὺς, κληρωτοὺς, & αἱρετοὺς vocet. Sic autem agit: „ Si quis excipiat magiſtratus eos, qui ſorte, & qui ſuffragio populi „ ſint creati, relinquitur, quos tribus, aut „ curiæ, aut populi ex ſe ipſis ad tractandas „ pecunias publicas prodant, eos magiſtratus „ editi[ti]os eſſe; (2) hoc autem fit, quando mandatur aliquid tribubus, exempli cauſſa, ut foſſas ducant, aut triremes conſtituant. Ex quibus verbis intelligi poteſt, quos Ariſtoteles uno nomine αἱρετοὺς appellavit, eorum duo genera à Solone inſtitui. unum qui χειροτονητοὶ dicantur, alterum qui αἱρετοὶ ad eſt, unum, qui totius populi ſuffragio creati, alterum, qui à parte populi proditi ſint: præterea curationes, quas Ariſtoteles magiſtratus eſſe negavit, à Solone in magiſtratuum nomen includi; (3) quid ita? nempe, quia ut Ariſtoteles proprium jus magiſtratus eſſe voluit,

(1) *Ariſtoteles Politic. lib. 4. cap. 15.* πολλῶν γὰρ ἐπιστατῶν ἡ πολιτικὴ κοινωνία δεῖται. διόπερ οὐ πάντας, οὔτε τοὺς αἱρετοὺς, οὔτε τοὺς κληρωτοὺς, ἄρχοντας θετέον· οἷον τοὺς ἱερεῖς πρῶτον· τοῦτο γὰρ ἕτερόν τι παρὰ τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς θετέον. ἔτι δὲ, καὶ χορηγοὶ, καὶ κήρυκες· αἱροῦνται δὲ, καὶ πρεσβευταί. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πολιτικαὶ τῶν ἐπιμελειῶν, ἢ πάντων τῶν πολιτῶν πρός τινα πρᾶξιν· οἷον, στρατηγὸς στρατευομένων· ἢ κατὰ μέρος· οἷον ὁ γυναικονόμος, ἢ παιδονόμος· αἱ δὲ οἰκονομικαί· πολλάκις γὰρ αἱροῦνται σιτομέτρας· αἱ δ' ὑπηρετικαὶ, πρὸς ἃς, ἂν εὐπορῶσι, τάττουσι δούλους, μάλιστα δ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀρχὰς λεκτέον ταύτας, ὅσαις ἀποδέδοται βουλεύσασθαί τε περὶ τινῶν, καὶ κρῖναι, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο. τὸ γὰρ ἐπιτάττειν, ἀρχικώτερόν ἐστι.

(2) Adderam ex *Æſchinis* Oratione, eaque unico contextu, quæ refert *Sigonius* pluribus in locis: ἔστι γὰρ τῶν περὶ τὰς ἀρχὰς [illegible] . ἓν μὲν καὶ πάντι φανερώτατον, οἱ κληρωτοὶ, καὶ οἱ χειροτονοὶ ἄρχοντες. δεύτερον δὲ, ὅσοι τι διαχειρίζουσι τῆς πόλεως ὑπὲρ τριάκοντα ἡμέρας, καὶ οἱ τῶν δημοσίων ἔργων ἐπιστάται. τρίτον δ' ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, καὶ εἴ τινες ἄλλοι αἱρετοὶ ἡγεμονίας δικαστηρίων λαμβάνουσι, καὶ τούτους ἄρχειν δοκιμασθέντας. ἐπειδὰν δ' ἀφέλῃ τις τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου κεχειροτονημένους, καὶ τοὺς κληρωτοὺς ἄρχοντας, καταλείπεται, οὓς αἱ φυλαὶ, καὶ αἱ τριττύες, καὶ οἱ δῆμοι ἐξ ἑαυτῶν αἱροῦνται τὰ δημόσια χρήματα διαχειρίζειν, τούτους αἱρετοὺς ἄρχοντας εἶναι. τοῦτο δὲ γίγνεται, ὅταν, ὥσπερ νῦν, ἐπιταχθῇ τι ταῖς φυλαῖς, ἢ τάφρους ἐξεργάζεσθαι, ἢ τριήρεις ναυπηγεῖσθαι.

(3) Non deerant tamen Athenis, qui ejuſmodi ἐπιμελείας a Magiſtratus ratione alienas exiſtimarent. Teſtis eſt *Æſchines* in eadem in *Cteſiphontem* Oratione, quorum ita teſtimonium [illegible] ſtudio ac veritatis, an partium neceſſitate [illegible]. Accipe Oratoris ipſius verba: » [illegible] τινα λόγον ἐναντίον τῷ ἀρτίως εἰρημένῳ, ὡς ἄρα

huit, conſultare, judicare, & imperare, ſic Solo mulctam irrogare, & judiciorum principatum habere; quæ illi ὡς ἐπιβολὰς ἐπιβάλλειν, & τὸ τῶν δικαστηρίων ἡγεμονίαν ἔχειν dixerunt. Quod ex eadem Æſchinis oratione cognoſcitur: „ Hunc igitur, *inquit*, & magiſtratum „ χειροτονητὴν geſſiſſe, & publicas pecunias tra„ ctaſſe, ut alii magiſtratus, & judiciorum „ principatum obtinuiſſe, teſtibus planum „ faciam; (4) & ex oratione Lyſiæ contra Nicomachum: „ Ille vero Archontibus mul„ ctam irrogantibus, & in forum introdu„ centibus ne obtemperare quidem voluit. Ἐπιβολὴ vero legitima quædam pecuniæ ſumma fuit, qua propter magiſtratus auctoritate mulctandi jus habuit; ultra quam ſi progredi, & τίμημα ἐπιγράψασθαι, id eſt, æſtimationem inſcribere voluit, eam in forum introducere, & judicum cognitioni permittere debuit; id quod præter cetera lex oſtendit, quæ à Demoſthene profertur in oratione adverſus Macartatum: „ Archon non ſinat viduas aliquid „ contra leges facere, & pro magiſtratus au„ ctoritate irrogandæ mulctæ jus habeat; „ quod ſi majore pœna digna videatur, ubi „ ad quinque dies in jus vocarit, & æſtima„ tionem, quæ ſibi videatur, inſcripſerit, „ introducat in Heliæam. Heliæa vero æſti„ met, quid ei patiendum ſit, aut ſolvendum. (5) Quibus principiis poſitis, ſequitur, curationes & omnino quaſcunque præfecturas magiſtratus nomine afficiendas eſſe. Nos autem, quoniam Solonis Rempublicam deſcribendam ſuſcepimus, interpretem legis ejus Æſchinem ſequuti latiore ſignificatione omnes poteſtates, quæ mulctæ irrogandæ jus, aut judiciorum, aut etiam conſiliorum principatum habuerint, nomine magiſtratus afficiemus. (6) Ut autem judiciorum principatus eſt, ut in fora judicum introducere, ſic conſiliorum, ut ad conſeſſus referre publicos poſſint.

Hac definitione conſtituta, ſequitur, ut magiſtratuum genera perquiramus, quæ multa ex multiplici eorum diviſione reperiuntur. Primum enim, quod eſt in lege, alii χειροτονητοὶ fuerunt, alii κληρωτοὶ, alii αἱρετοί. Χειροτονητοὺς dixerunt, quos populus univerſus legitime convocatus ſuffragio declaravit; legitime autem convocabatur, cum à Theſmothetis, ut inquit Pollux, ſolemni die concio ἀρχαιρεσίαις, id eſt, creandis magiſtratibus habebatur. Ibi vero, qui propoſitus erat, de eo ſuffragium ferebatur, ut Æſchines de emenſita legatione: „ Cum legati decem creandi „ eſſent, ego propoſitus ſum à Nauſicle, De„ moſthenes autem à Philocrate. Quo factum eſt, ut multis abſentibus, atque adeo etiam recuſantibus honores ſæpe virtutis opinione, & populi favore delati ſint. Suffragium vero fuit χειροτονία, id eſt, porrectio manuum, nimirum, ut in quem plures manum ſuſtuliſſent, quemque ejuſmodi voluntatis judiciique ſui ſignificatione probaſſent, is magiſtratum adeptus diceretur; eo vero modo Prætores, hipparchos, & qui cum his conjuncti erant, deſignarunt, & omnino, ut inquit in Politicis Ariſtoteles, omnes, in quibus rerum uſus, & exercitatio aliqua quærebatur. Κληρωτοὶ dicebantur, quorum nomina in ſingulis tabellis ſcripta in ſortem conjiciebantur. Quò reſpiciens dixit contra Neæram orator, duabus tabellis præfecturam ſortiri, eſſe fraudem Reipublicæ facere. Ut autem illi in comitiis per Theſmothetas creati, ſic hi in fano Theſei per eoſdem ſorte ducti ſunt; quod oſtendit Æſchines contra Cteſiphontem: „ Magi„ ſtratus, *inquit*, eſſe dicens eos, quos theſ„ mothetæ ſortiuntur in æde Theſei, & eos, „ quos populus ſolet porrectione manuum „ declarare in comitiis, Prætores, hippar„ chos, & qui cum his conjuncti ſunt. (7) Αἱρετοὶ vero dicti ſunt, quos extra ordinem ex Senatus populique decreto tribus, aut populi ex ſuo quiſque corpore prodiderunt, ut omnes operibus publicis perficiendis Præfecti, quales murorum curatores, viarumque ſtratores: quod ex eodem apud Æſchinem loco perſpicitur.

Quanquam autem ex omni, ut diximus, cenſu

ἅπερ ὅσα τις αἱρετὸς ὢν πράττει κατὰ ψήφισμα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀρχή, ἀλλ' ἐπιμέλειά τις, καὶ διακονία. ἀρχὰς δὲ φήσουσιν ἐκείνας εἶναι, ἃς οἱ θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν ἐν τῷ Θησείῳ, κἀκείνας ἃς ὁ δῆμος εἴωθε χειροτονεῖν ἐν ἀρχαιρεσίαις, στρατηγούς, καὶ ἱππάρχους, καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀρχάς. τὰ δ' ἄλλα πάντα πραγματείας προστεταγμένας κατὰ ψήφισμα. ἐγὼ δὲ πρὸς τοὺς λόγους τοὺς τούτων, νόμον ὑμέτερον παρέξομαι, ὃν ὑμεῖς ἐνομοθετήσατε, λύσειν ἡγούμενοι τὰς τοιαύτας προφάσεις. ἐν ᾧ διαρρήδην γέγραπται, τὰς χειροτονητάς, φησίν, ἀρχάς, ἁπάσας ἑνὶ περιλαβὼν ὀνόματι ὁ νομοθέτης, καὶ προσειπὼν ἀρχὰς ἁπάσας εἶναι, ἃς ὁ δῆμος χειροτονεῖ, καὶ τοὺς ἐπιστάτας φησὶ τῶν δημοσίων ἔργων. (ἔστι δὲ ὁ Δημοσθένης τειχοποιός, ἐπιστάτης τοῦ μεγίστου τῶν ἔργων) καὶ πάντας ὅσοι διαχειρίζουσί τι τῶν τῆς πόλεως πλέον ἢ τριάκονθ' ἡμέρας, καὶ ὅσοι λαμβάνουσιν ἡγεμονίας δικαστηρίων. οἱ δὲ τῶν ἔργων ἐπιστάται πάντες ἡγεμονίᾳ χρῶνται δικαστηρίου. τί τούτους κελεύει ποιεῖν; οὐ διακονεῖν, ἀλλ' ἄρχειν δοκιμασθέντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἐπειδὴ καὶ αἱ κληρωταὶ ἀρχαὶ οὐκ ἀδοκίμαστοι, ἀλλὰ δοκιμασθείσας ἄρχειν, καὶ λόγον καὶ εὐθύνας ἐγγράφειν πρὸς τὸν γραμματέα. Quibus *Æſchines* verbis ſatis luculenter oſtenditur, non adeo certum fuiſſe Athenis, num *curationes, quæ alicui officio, aut operi efficiendo erant deſtinatæ*, ut inquit *Sigonius*, inter Magiſtratus eſſent adnumerandæ; quin res poſſet ab iis, quorum intererat, in dubium vocari. Obiter nota in citata Oratione hunc ſibi potiſſimum ſcopum conſtituiſſe *Æſchinem*, ut ſcilicet duos aditus, quibus adverſarius, elabi poterat, occluderet. Vel enim reficiendorum murorum curationem ſibi demandatam, quo corona aurea donaretur à Populo, inter Magiſtratus recenſendam cenſebat *Demoſthenes*, vel non. Si primum, rationibus reddendis erat obnoxius, quaſque propterea cum minime reddidiſſet, è ſpe coronæ ſive conſequendæ, ſaltem conſervandæ excidebat. Si alteram inibat viam, ut eam Magiſtratum non eſſe affirmaret; difficile admodum erat ſe ſe ab iis, quæ ab adverſario ad hoc comprobandum congerebantur, expedire.

(4) Illud ſcilicet quod innuebam allatis ſtatim verbis.

(5) νόμος. ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων, καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνεώτων, φάσκουσαι κυεῖν, τούτων ἐπιμελείσθω· καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν, ἢ ποιεῖν τι παράνομον. κύριος δ' ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος. ἐὰν δὲ μείζονος ζημίας δοκῇ ἄξιος εἶναι, προσκαλεσάμενος πρόπεμπτα, καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος ὅ, τι ἂν δοκῇ αὐτῷ, εἰσαγέτω εἰς τὴν ἡλιαίαν. ἐὰν δ' ἁλῷ, τιμάτω ἡ ἡλιαία περὶ τοῦ ἁλόντος ὅ, τι χρὴ αὐτὸν παθεῖν, ἢ ἀποτεῖσαι.

(6) Qua ſane definitio nihil habet, quod componi cum ea minime poſſit, quam tradit *Cicero* 1. *Offic. Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam Civitatis, debereque ejus dignitatem, ac decus ſuſtinere, ſervare leges, jura deſcribere, ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe.* Eorum enim poteſtas, & auctoritas à Republica; mulctæ verò irrogandæ, Judiciorum, ac Conſiliorum Principatus gerendi tantum ex Legum præſcripto.

(7) Hæc *Æſchinis* verba retulimus numero tertio.

aenſu magiſtratus creari lege Ariſtidis licuit, tamen, ut Xenophon in libro de Republica Athenienſium ſcribit, plebs infima jure tantum honorum contenta nunquam eos magiſtratus petiit, qui ſalutem, aut periculum totius populi continerent, ſed eos tantum, unde fructum utilitatemque perciperet, reliquos vero divitibus reliquit.

Quacunque vero ratione, & quocunque ex cenſu lecti fuiſſent, omnes oportebat vitæ, morumque ſuorum, antequam magiſtratum inirent, rationem in foro apud judices reddere; quæ judicii forma dicebatur *δοκιμασία*, & poſtquam magiſtratu abiiſſent, rationem magiſtratus apud Logiſtas referre, quæ dicebatur *εὔθυνα*. Quod cum multis aliis teſtibus, tum maxime Æſchine confirmatur in oratione de ementita legatione. „ Jubet lex, „ *inquit*, magiſtratus omnes, quos populus „ creat, & publicorum operum præfectos, „ & omnes, qui tractant aliquid civitatis „ ultra triginta dies, & qui judiciorum prin„ cipatus obtinent, (operum vero præfecti „ omnes judiciorum principatum obtinent;) „ & qui ſorte lecti ſunt, hos inquam omnes „ lex jubet præeſſe, probatos in foro, & ra„ tionem, atque *εὐθύνας* apud ſcribam, & lo„ giſtas deponere, ita ut nemo vel minimo „ magiſtratu geſto, niſi rationem, & *εὐθύνας* „ reddiderit, a populo corona donari poſſit. (8) Forenſis autem hæc probatio propterea neceſſaria fuit, quia Solo, ut idem inquit contra Timarchum, lege prohibuerat, ne quis magiſtratum ullum aut intra Atticæ populos, aut extra, aut ſuffragio, aut ſorte delatum gerere poſſet, qui impudicitiæ, aut alio turpitudinis genere notatus fuiſſet. (9) Ut autem qui in probatione rejiciebatur, magiſtratum non inibat, quemadmodum ex Lyſiæ oratione de Evandri probatione cognoſcitur, ſic qui in referendis rationibus convinceretur, pœnas ex lege dabat; quod ex eodem Æſchinis loco apparet.

Neque vero hoc contenti fuerunt; quin etiam in prima prytaneæ concione magiſtratus omnes in diſquiſitionem vocarunt, eoſque ſi parum probe ſe gererent, ut ſupra diximus, abrogarunt. Unde adverſus Theocrinem dixit Demoſthenes: „ Frater hujus propter „ ejuſdem improbitatem in diſquiſitionibus „ magiſtratu ſpoliatus, in eandem omnes col„ legas calamitatem traxit; noſtis enim, ut „ Lyciſco archonte, theſmothetæ omnes in „ populo abrogati ſint, ac deinde coronas à „ vobis receperint. (10) Coronas autem receptas cum inquit, inſigne magiſtratus intelligit, quo alii coronæ, alii ſtrophii fuerunt ornati. De contra teſtimonium extat Demoſthenis, qui in ſecunda adverſus Ariſtogitonem inquit: „ Cum abrogati ſunt aliqui eo„ rum, qui verſantur in magiſtratibus, ex„ templo abdicant ſe magiſtratu, & coronas „ deponunt. (11) De ſtrophio meminit Pollux, qui nomophylaces, non corona, ſed ſtrophio albo uſos ſcribit.

Illud præterea prodit Plutarchus, magiſtratus omnes a Solone cum provocatione, quam *ἔφεσιν* vocarunt, fuiſſe creatos, provocationem autem à magiſtratibus ad judicia fuiſſe permiſſam.

Quod autem plerique magiſtratus deni quotannis lecti ſunt, id ipſum ex Cliſthenis inſtituto profectum eſt, qui cum decem tribus inſtituiſſet, ex ſingulis legi ſingulos ſtatuit, ut æqualitatis rationem, qua una civitatis maxime concordia continetur, in Republica cuſtodiret.

An vero certus annus ſingulis capiendis magiſtratibus fuerit, parum cognitum eſt. Illud quidem accepimus, neminem niſi certa ætate operam ſuam Reipublicæ præſtitiſſe; is autem annus fuit decimus octavus; quo anno apud curiales probabantur, & ex pueris excedentes in ephebos, atque adeo in viros adſcribebantur, & ex lexiarchicarum tabularum, in quas referebantur, auctoritate jus bonorum ſuorum adipiſcebantur; quod ſupra (12) probatum novo nunc etiam Æſchinis teſtimonio confirmandum videtur; qui in oratione de falſa legatione inquit, ſe ex pueris egreſſum peribolum regionis fuiſſe biennium, ejuſque rei ſe ſynephebos teſtes daturum; (13) & Ulpiani, qui in Medianam ſcribit, cum in ephebos adſcribebantur, & in viros profitebantur, jus ſuorum bonorum adeptos, è tutela exiſſe. (14) Huc accedit exemplum Demo-

(8) Vide iterum numerum tertium.

(9) ἄν τις Ἀθηναίων ἑταιρήσῃ· μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι. μηδ' ἱερωσύνην ἱερώσασθαι· μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ, μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν, μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητὴν, μηδὲ ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω· μηδὲ γνώμην λεγέτω· μηδ' εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσίτω· μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω, μηδ' ἐντὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιρραντηρίων πορευέσθω. Hæc apud *Æſchinem*, alia fortaſſe deinceps in locis recurrenda.

(10) ὁ δὲ μὲν τὸν τούτου πατέρα ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ θεσμοθετῶν, καὶ τὴν χρημάτων συνθήκην, πάντας ἔδοξε τοὺς ἄνδρας ἀδίκους εἶναι, ὥστε οὐ μόνον αὐτὸς ἀποχειροτονηθεὶς ἀπεχειροτονήθη, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἅπασαν ἐποίησε· καὶ εἴ μοι ἀκούσαιτε αὐτῶν, ἐπιστάμενοι, καὶ λεγόντων, ὡς οὐκ ἔτι πρότερον θεσμοθέτας πρὸς τὴν ἀρχὴν, τοῦτ' αὐτὸ ὑμεῖς, καὶ πάλιν ἀπέδοτε τοὺς στεφάνους αὐτοῖς· πάντων ἂν εἴη τῶν αἰσχίστων συγγενέσθαι· καὶ τούτων οὐδὲν μοι δεῖ μάρτυρας ὑμῖν παρασχέσθαι. πάντες γάρ ἴστε τοὺς ὑπὸ δικαίων ἀρχόντας θεσμοθέτας, ἀποχειροτονηθέντας ἐν τῷ δήμῳ ἐπὶ τούτοις. Vide hic loci Lector, quam mancum attulerit *Sigonius Demoſthenis* textum; cum enim brevitati in primis ſtuderet, ea tantum Auctorum ſæpe retulit verba, & quidem in compendium redacta, quæ propius rem ſuam attingerent.

(11) τῶν μὲν γὰρ ὅταν ἀποχειροτονηθῶσί τινες τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, παραχρῆμα πεπαύσθαι ἄρχοντας, καὶ τοὺς στεφάνους περιῄρηνται. Addendum hic ex *Polluce* coronas Archontum Myrteas fuiſſe *lib* 8. *cap*.8. μυρρίνη δὲ οἱ ἄρχοντες ἐστεφανοῦντο. Interdum etiam præcipue in ſacris Hederaceas geſtaſſe memoriæ prodidit *Alciphron* in epiſt. *Menandri* ad *Glyceram*: καὶ ἐν θεωρικοῖς ἐν ταῖς ἱεραῖς κιττίνους στεφάνους; accipe jam ex *Plutarcho*, quem citat *Sigonius* paulo infra de Magiſtratuum provocatione; οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, θῆτες καλοῦντο ὅπως, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν, καὶ δικάζειν, μόνον μετέχειν τῆς πολιτείας; ὃ κατ' ἀρχὰς μὲν οὐδέν· ὕστερον δὲ, παμμέγεθες ἐφάνη· τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν διαφόρων, ἐνέπιπτεν εἰς τοὺς δικαστάς· καὶ γὰρ, ὅσα ταῖς ἀρχαῖς ἔταξε κρίνειν, ὁμοίως καὶ περὶ ἐκείνων εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις ἔδωκε τοῖς βουλομένοις; in *Solone*. Porrò ad Populum erat provocatio, ad *Areopagitas* vero a cæteris omnibus Magiſtratibus. *Amm.* de Diff. Voc. ἔφεσις καὶ πρόκλησις διαφέρει· ἔφεσις μὲν γάρ ἐστιν ἡ εἰς ἕτερον τῶν δικαστηρίων γινομένη· πρόκλησις δὲ, ἡ εἰς ἄρειον πάγον.

(12) Vide caput ſecundum libri ſecundi.

(13) ἐκ παίδων μὲν γὰρ ἀπαλλαγεὶς περίπολος (ideſt cuſtos) τῆς χώρας ταύτης ἐγενόμην δύο ἔτη, καὶ τούτων ὑμῖν τοὺς συνεφήβους, καὶ τοὺς συνάρχοντας, ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.

(14) Præter *Ulpianum* habemus etiam lucalentiſſimum *Æſchinis* teſtimonium, quod vide numero nono libri ſecundi.

moſthenis, qui ſi Callimacho archonte anno trigeſimo ſecundo Mediam, Timocrate vero archonte, è totela egreſſus tutores ſuos judicio, quod Dionyſius, & Plutarchus ſcriptum reliquit, eſt perſequutus, profectò anno ipſo decimo octavo ætatis è tutorum poteſtate, atque è pueris abiit, ac in ephebos, & in tabulas lexiarchicas eſt relatus. (15) Ab hoc ergo anno aut fortunis aut corpore ſervire Reipublicæ cœperunt, ita ut aut πάρεδροι, aut λειτουργοί fuerint, atque ab iis initiis ad altiores honorum gradus aſcenderint; quod ea ſequenti diſputatione planiſſime cognoſcetur; nunc, quod inſtat, ſingulorum, ut propoſuimus, jura magiſtratuum perſequamur.

CAP. II.

De Præfectis conſiliorum. Phylarchi qui? Curatores Tribuum. Gentium curatores. Demarchi. Prytanes. Proedri. Epiſtatæ. Prætores. Theſmothetæ quinam fuerint?

IN magiſtratibus autem exponendis, quoniam conſilia præpoſuimus judiciis, ob eam rem ante qui conſilia, quam qui judicia, rexerint, edocebimus: & quia conſilia ſupra commemorata ſunt tribus, curiæ, gentes, populi, Senatus, concio, & Areopagus, propterea qui his conſiliis magiſtratus præfuerint, indagabimus.

Tribubus igitur præpoſiti fuerunt antiquitus, ut opinor φύλαρχοι, qui deni à Cliſthene, quod ſcribit Herodorus, ut à populo crearentur, inſtituti ſunt; poſt autem eum ad rei bellicæ, ut poſt dicemus, adminiſtrationem eſſent traducti, omnem tribuum curam ſuſceperunt ii, qui ἐπιμεληταὶ φυλῶν, id eſt, tribuum curatores ſunt appellati. Hi vero à tribubus proditi, tribus ipſas, cum uſus poſtulavit, convocarunt, & earum negotia, atque ærarium procurarunt. Quod indicat Antiphon in oratione de choreuta: „ Volui, „ *inquit*, viros duos, unum curare Erechtheidem, quem ipſi tribules decreverant convocare tribum, ejuſque perpetuam curam „ habere; alterum vero Cecropidem, qui perpetuo ſolitus erat hanc tribum convocare; & Demoſtheaes, cum ait, Theocrinem curatorem à tribulibus declaratum, rem communem adminiſtraſſe, atque in judicio repetundarum de peculato damnatum eſſe. Adde, quod idem, cum adverſus Mediam inquit, Pandion de tribu jam tertium annum choragum non edente, ea de re archontem, & tribus curatores inter ſe contendiſſe, atque jurgaſſe; ſane ad curatores tribus honorem, laudemque ipſius tribus pertinuiſſe ſignificat, eorumque munus fuiſſe, ut darent operam, ne tribui anno ſuo choragi deeſſent.

Quod autem in tribubus phylarchi, aut tribuum curatores, juris obtinuerunt, idem prope in curiis φρατρίαρχοι, ſive curiarum præfecti videntur exercuiſſe; quorum meminit Pollus, & Arpocratio, & præcipue Demoſthenes in oratione adverſus Eubulidem: „ Recita curialium teſtimonium, qui me „ phratriarchum legerunt. (16)

Quo poſito, illud etiam veriſimile conjectura videtur, cum gentium conſilium quoddam fuerit, eodem modo & quoſdam ſingularum gentium curatores extitiſſe, qui curiarum præfectis reſponderint, atque gentium negotia adminiſtrarint; præſertim vero cum tabulæ quædam fuerint, ut ſupra oſtendimus, communes, & curiales vocatæ, in quas puerorum nomina referrentur; quas obſervaſſe, qui curiis præfuerunt, haud ſane alienum videtur.

Populis autem certe δήμαρχοι ſunt præpoſiti, cum à Cliſthene eſſent eo, qui populos in tribus diſtribuit, inſtituti, eademque auctoritate, qua qui regum tempore Naucrari dicebantur, ornati. Munus autem eorum fuit, deſcriptiones fundorum, qui in ſingulis populis eſſent, conficere, tabulas lexiarchicas cuſtodire, populos, re poſtulante, convocare, & ſuffragium eis dare; quæ omnia ex Ariſtotelis auctoritate prodidit Arpocratio. Adjicit Pollux, eoſdem collationes, & impenſas, quæ à populis fierent, ſuffragio ſubjeciſſe. (17) Quo eodem pertinet illud in oratione contra Eubulidem, in qua ait Euxius, multorum à ſe voluntates alienaſſe, quod in demarchia à multis quæ ex nemorum redempturis debebant, acerbe exegerit; & Arpocrationis illud, cum eos pignora abſtuliſſe ex Ariſtophanis ſententia inquit. Quin etiam eoſdem popularium recenſum feciſſe, & nautas edidiſſe, Demoſthenes adverſus Polyclem oſtendit. „ His auditis, *inquit*, decreviſtis, trierarchos naves ad Choma deducere, „ & Senatores, ac demarchos recenſiones popularium facere, & nautas edere; & adverſus Macartatum, eoſdem, ſi quis in populo periiſſet, neque ſepulturæ mandatus eſſet, ſepulturam ejus ex lege curaſſe; cujus legis verba hæc ſunt: „ Qui pereunt in populis, „ quos nemo ſuſtulerit, eos demarchus propinquis denunciet, ut tollant, atque ſepeliant, & populum expient eodem die, „ quo ſinguli eorum perierint; de ſervis autem denunciet domino: de liberis vero iis, „ qui pecunias poſſident; quod ſi nullæ mortui pecuniæ ſint, denunciet propinquis „ mortui; quod ſi denunciante demarcho, „ propinqui non ſuſtulerint, demarchus locet tollendum, & ſepeliendum, & expiandum eo die populum, quam minimo poterit; quod ſi non locaverit, mille drachmas „ ærario dare damnas eſto; quidquid autem „ impenderit, duplum à debitoribus exigat; „ ſi non exigat, ipſe popularibus dare damnas eſto. (18) Quod autem lexiarchicas ta-

(15) Adeundus præterea *Plutarchus* ipſe in *Vita Demoſthenis*, & *Sigonii* liber de *Athenienſium temporibus*.

(16) λάβε δὲ καὶ τὰς τῶν δημοτῶν μαρτυρίας, καὶ τὰς τῶν συγγενῶν περὶ τῶν φρατέρων, οἳ εἵλοντο με φρατρίαρχον.

(17) *Pollucis* verba referemus inferius num. 225. Hæc eadem τῶν δημάρχων munera tetigit etiam *Etymologus*: δήμαρχος, ὁ δήμου τινὸς ἄρχων, ὃς καὶ τὰ κατὰ χώραν δήμου πράττων, καὶ ἀπογράφων τὰς οὐσίας ἑκάστῳ πρὸς τὸ δημόσιον ὀφλήματα. Paulo poſt occurret apud A. N *Euxius* verumtamen Εὐξίθεος. *Euxitheus* potius legendum, cum in ea Oratione nuſquam mihi *Euxius* occurrerit.

Porro hæc ſunt *Demoſthenis* verba; ὁ δὲ δὴ τὴν δημαρχίαν λέγων, δι' ἣν ὠργίζοντό μοι τινές, ὅτι τῆς διαγραφῆς ἠναγκάζομεν ἀπαιτεῖν ὀφείλοντας πολλοὺς αὐτῶν μισθώσεις τεμενῶν, καὶ ἕτερα, ἃ τῶν κοινῶν διηρπακότων. *Euxius* poſt pauca iterum reponendus *Euxitheus*.

(18) τοὺς δὲ ἀπογιγνομένους ἐν τοῖς δήμοις, οὓς ἂν μηδεὶς ἀναιρῆται, ἐπαγγελλέτω ὁ δήμαρχος τοῖς προσήκουσιν ἀναιρεῖν, καὶ θάπτειν, καὶ καθαίρειν τὸν δῆμον τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν ἀπογένωνται ἕκαστος αὐτῶν. ἐπαγγέλλειν δὲ περὶ μὲν τῶν δούλων τῷ δεσπότῃ, περὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων τοῖς τὰ χρήματα ἔχουσιν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ χρήματα τῷ ἀποθανόντι, τοῖς προσήκουσι τοῦ ἀποθανόντος ἐπαγγέλλειν.

tabulas apud demarchos aſſervatas ſcribit ex Ariſtotelis ſententia Arpocratio, idem etiam Demoſthenis teſtimonio confirmatur; apud quem Euxius adverſus Eubulidem dulei, tabulas, in quibus pater ſuus profeſſus erat, Antiphilo Eubulidis patre demarcho interiiſſe, (19) & Leochari Ariſtodemi filius objicit, quòd paucis quibuſdam Otryneuſium convocatis & demarcho perſuaſerit, ut apertis tabulis ſemetipſum inſcriberet.

Jam vero Senatui Quingentumvirum, & concioni Prytanes, & Proedri, & Epiſtatæ præfuerunt. Atque hi quidem omnes, ex quibus, & quo modo legerentur, & quam multis diebus, & quo jure præeſſent, ſatis ſupra oſtenſum eſt, cum de Senatu, & concione, quorum jura ab his disjungi vix poſſunt, eſt diſputatum. Fuerunt autem Prytanes quinquaginta, Proedri novem, Epiſtatæ duo, unus Senatus, alter populi, in ſortem omnes conjecti, qui Senatum, & concionem indixerunt, convocarunt, dimiſerunt, privatos, legatoſque audierunt, & in Senatum, concionemque produxerunt, ad ea conſilia retulerunt, & ſi quid aliud fuit, quod cum Senatu, populoque agendum eſſet, id ipſi pro ſua auctoritate eo, quo demonſtravimus, modo egerunt. Memorabile vero illud, quod narrat Pollux, epiſtatam Senatus bis eundem legi non licuiſſe, claveſque ærarii, quod in arce erat, cum publico annulo apud ſe habuiſſe, & propterea niſi diem unum in imperio eſſe per leges non potuiſſe. Quæ ipſa ita ſancita eſſe ſcribit in Androtianam Libanius, ſive quicunque is ſit, qui ejus argumentum orationis conſcripſit, ne ille diuturnitate imperii abuſus tyrannidem occuparet. (20) Prætures autem extra ordinem cum concione egerunt, ut ſupra diximus.

Quin etiam Theſmothetas cum concione aliquando egiſſe reperimus. Etenim, teſte Polluce, & comitiis magiſtratuum præfuerunt, & delationes ad populum detulerunt; nam, ut iidem ad Areopagi Senatum retulerint, ante cognovimus.

CAP. III.

De Præfectis judiciorum. Novem Archontes. Rex. Theſmothetæ. Archontis munus. Polemarchus. Paredri. Prætores Urbani. Curatores navalium. Apoſtolei. Quadragintaviri. Agoranomi. Metronomi. Sitophylaces. Curatores emporii. Nautodicæ. Epagogei. Pecuniæ publicæ genera. Quinam eam tractarunt. Venditores quot? Epigraphei. Apodectæ. Antigraphei. Hellenotamiæ. Quæſtores Deæ. Practores. Inquiſitores. Syndici. Pecuniæ publicæ varius uſus. Quæſtor Populi. Antigrapheus ejuſdem. Quæſtores militarium. Theoricæ pecuniæ quæ? Earum Quæſtores. Sitonæ quinam? Aſtynomi. Murorum Curatores. Præfecti aquarum: Operum publicorum. Nomophylaces. Sophroniſtæ. Gynæcocoſmi. Oenoptæ. Gynæconomi. Logiſtæ. Euthyni. Undecimviri quænam munia obierint?

JUdiciorum autem foris reliqui ferme omnes magiſtratus præfuerunt; verum principatum quodammodo eorum novem archontes tulerunt, Rex, Archon, Polemarchus, & Theſmothetæ ſex; quibus magiſtratibus tantum honoris tribuit Solo, ut, quod ſcriptum eſt in oratione contra Neæram, quos populus civitate donaret, eis tamen hanc dignitatem lege adimeret, ſed poſteris eorum tantum communicaret. Hi vero non ſuffragio, ut ante, ſed ſorte ut legerentur, inſtituit, ita tamen, ut poſtquam lecti eſſent, in Senatu quidem excuterentur, in judicio vero probarentur; quorum illud ἀνακρίνεσθαι, hoc δοκιμάζεσθαι appellarunt. Ac excuſſos quidem oſtendit Demoſthenes in oratione adverſus Eubulidem: „ Vos quidem novem Archontes excutitis, an de parentibus bene mereantur; ego vero à parentibus orbus relictus ſum; *& paulo poſt*: Quemadmodum vos excutitis Theſmothetas, ſic ego me ipſum vobis excutio; heus tu, quis tibi fuit pater, qui propinqui, qui curiales, qui Apollinis, & Jovis Hercei gentiles, qui tribules? (21) Quem locum explicans, ut videtur, Pollux, inquit, theſmothetarum excuſſionem factam eſſe, interrogante Senatu, an utrinque eſſent Athenienſes tertio gradu, & ex quo populo, an haberent Apollinem patrium, & Jovem Herceum? an de parentibus bene mererentur? an ſtipendia pro patria feciſſent, an cenſum haberent? Hoc tamen pacto excuſſos omnes, qui Reipublicæ partem aliquam tractaturi eſſent narrat Dinarchus in oratione contra Ariſtogitonem. (22) Illud autem in novem archontibus fuit præcipui, quod in Regia porticu jure-

[illegible] quod ſcilicet apud ſe ſe aſſervabat.

(19) [illegible] quod ſcilicet apud ſe ſe aſſervabat.

(20) [illegible]

(21) [illegible] Ut enim vos in Sexviros, ſive in Theſmothetas inquiritis: ad eundem ego modum apud vos in me inquiram. Heus homo quis tibi Pater fuit? mihi? Thucritus. Nunquid aliqui ſe cognatos ejus eſſe teſtificantur? omnino. Primum conſobrini quatuor, deinde ſobrinus; poſt qui conſobrinas ejus duxerunt. Curiales etiam, nec non Apollinis patrii, Jovis Hercei gentiles. Deinde ii, quorum monumenta ſunt eadem. Deinde municipes, eum ſæpe, & probatum eſſe, & Magiſtratus geſſiſſe, ſuis ſuffragiis oſtenderunt. Pauca addo ex Polluce lib. 8. cap. 9. Sect. 85. [illegible]

(22) In iis ſcilicet Orationibus, quæ licet inter Demoſthenicas occurrant, ab aliquibus tamen alteri adtribuuntur, puta, *Dinarcho* magni nominis Oratori.

jurejurando adacti ſunt, (23) ſe leges ſervaturos, neque donum accepturos, alioquin auream Delphis ſtatuam repenſuros; deinde, quod in arcem aſcendentes, eadem jurarunt, & myrto coronati ſunt; unde Socrates in Phædro dixit: „ Atqui ego tibi, ut novem „ archontes, polliceor auream Delphis ſta„ tuam ſoluturum. Probatos autem à judicibus, ex Demoſthenis verbis elicitur, cum contra Leptinem inquit, Solonem voluiſſe, theſmothetas ſorte lectos bis probatos imperare; (24) uno enim probationis vocabulo excuſſionem etiam videtur eſſe complexus; metiro; caverat enim Solon, ut ſupra dixi, ne quis impudicus ex novem archontibus eſſet. Corona vero eos uſos eſſe, & tradit Pollux, & in oratione contra Timarchum confirmat Æſchines, & adverſus Mediam Demoſthenes: „ Si quis, *inquit*, theſmothe„ tam contumelia, aut maledicto affecerit, „ infamis eſt omnino, quia leges, & coro„ nam veſtram, & nomen civitatis concul„ cavit; pariterque ſi archontem coronatum „ percuſſerit, aut maledicto inceſſerit. (25) Jura vero ſingulis his diverſa Solo conceſſit, quorum alia ad ſacra, alia ad conſilia, plurima vero eaque ſumma ad judicia pertinuerunt. Ac ſacra quidem patria Rex, Archon, & Polemarchus procurarunt, ut dicemus, cum de ſacrorum præfectis agemus; ad concionem autem, & Areopagum ut quibuſdam de rebus retulerint, ſupra oſtendimus. Nunc autem, ut graviora judicia exercuerint, quæ maxima eorum fuit procuratio, exponamus.

Primum autem novem archontes & judicum numerum, & ſua cuique judici fora ſortiti ſunt, & quo quæque fora die judicare deberent, ut ante diximus, præſcripſerunt, deinde majorem litium partem apud ſe intentam audierunt, &, ſi libuit, in ipſa fora introduxerunt, publicas quidem ferme Rex, & Theſmothetæ, privatas autem Archon, & Polemarchus. Quod intellexit Socrates apud Platonem, cum ab Euthyphrone in Regia porticu rogatus, cur ibi eſſet, quòd non ei, ut ſibi, apud regem [illegible] eſſet, reprehendit eum, quòd apud regem [illegible] appellaſſet, quam Athenienſes [illegible] nominarent. Quæ vero apud quenque actiones intentæ, & ab iis in forum introductæ ſint, quod ſupra omiſimus, cum de judicibus agebamus, in præſentia ſubjungamus.

De Rege igitur, qui in porticu Regia jus dixit, ita ſcriptum eſt apud Pollucem: (26) „ Apud Regem lites intenduntur impie„ tatis, ſacerdotii controverſi; & generibus, „ ac ſacerdotibus omnibus ipſe jus dicit; & „ cauſſas de cæde in Areopagum introducit, „ & depoſita corona cum iis judicat; quin „ etiam lites de rebus inanimatis cognoſcit. Hoc autem idem prodit etiam Arpocratio, dum, quid ſit [illegible], exponit. Ac de cæde quidem ut Rex cognoverit, ſatis ſupra demonſtratum opinor; de impietate autem eum quæſiſſe, oſtendit Plato etiam in Euthyphrone, ubi Socrates in Regia porticu apud Regem à Melito de impietate accuſatus, Euthyphron autem patri ſuo judicium de cæde intentaturus narratur; (27) & Demoſthenes in oratione adverſus Lacritum: „ Litem intende apud Regem; non ſumus, „ inquit, gymnaſiarchæ, neque impietatis „ accuſamus quenquam. (28) Scribit tamen idem in Androtiana, ſi quis alterum argueret impietatis, id & apud Theſmothetas, & apud Regem facere potuiſſe, ſed apud Theſmothetas [illegible], apud Regem [illegible].

Jam vero apud Theſmothetas actiones intentæ ſunt de peregrinitate, de peregrinitate corrupta, de donis, de calumnia, de falſa citatione, de falſa relatione, de contumelia, de nomine deleto, de adulterio. Quod non ſolum Pollucis, Arpocrationis, ſed etiam veterum legum auctoritate teſtatum eſt. De peregrinitate enim lex extat apud Demoſthenem in oratione contra Neæram: „ Si quis „ deſponderit mulierem peregrinam, ut pro„ pinquam ſuam, homini Athenienſi, infa„ mis

(23) Teſtis *Pollux* loco ſupra citato: [illegible]. *Jurabant autem illi ad Regiam porticum.*

(24) [illegible]. Hic etiam vides probationum, ſive excuſſionum alteram in Senatu, alteram in Dicaſterio factam.

(25) [illegible] *Scitis è Senioribus* (nimirum è *Theſmothetis*) *neminis eſſe nomen Senior, ſed ſuum quoddam unicuique. Si quem igitur eorum, dum privatus eſt, vel mulctaverit quiſpiam, vel conviciis inceſſerit: injuriarum, & conviciis poſtulabitur. Sin Seniorum: ignominia ſine dubio notabitur. Quapropter? quod quiſquis id facit: is jam etiam leges contumelia afficit, & veſtram communem coronam, & nomen civitatis. Nam Senior nullius hominis eſt nomen, ſed civitatis. Eadem eſt & Prætoris ratio: quem ſi quis coronatum verberaverit, aut conviciis inceſſerit: infamis eſt.*

(26) Lib. 8. cap. 9 Sect. 90. [illegible] Quidam [illegible] a Hieroſyna ſejungant adeo, ut duplex velint ſignificari cauſarum genus. Sed perperam inquit *Kuhnius* in his, quas ſcripſit in *Pollucem*, notis.

(27) De hac accuſatione *Socratis* aliquid dictum eſt ſupra num. 93. lib 3.

(28) Integrum afferam *Demoſthenis* textum iterum fortaſſe infra recolendum: [illegible]. *Sed ubi jus adipiſcendum eſt de Mercatoriis contractibus? apud quem Magiſtratum? quo tempore? Apud Undecimviros? at hi graſſatores, & fures, & alios facinoroſos capitis reos introducunt. An apud Prætorem? at Prætori orbarum, & pupillorum, & parentum cura mandata eſt. An, ita me amet Jupiter apud Regem? at neque Gymnaſiarchi ſumus, neque reum quenquam facimus impietatis. An belli dux eum introducit? Siquidem agatur de Petrocinio vel deſerto, vel non recepto. Proinde reſtant nobis Duces. At Trierarum præfecti hi curant, & introducunt in Judicium: Mercatoriam vero cauſam nullam introduxerunt.*

mis eſto; & bona ejus publicentor, & convictoris pars tertia eſto; γραφέσθω autem apud theſmotheras, cui licet, quemadmodum etiam de peregrinitate; item altera: Si peregrinus civem Atticam io matrimooio habuerit arte, aut ſtaude aliqua, γραφέσθω apud Theſmothetas quilibet Atheniesſis, cui jus eſt; ſi coovincatur, venear & ipſe, & bona ejus, & tertia pars convictoris eſto; eudem modo & qui uxorem haber peregrinam, damnatus debeat ærario mille drachmas. (29) De donis autem lex eſt in oratione contra Stephanum ſecunda: „ Si quis coierit, aut corruperit aut Heliæam, aut aliquod forum ex iis, quæ ſunt Athenis, aot Senatum, præbitis ad corruptelam pecuoiis, aut maoum fecerit ad popularis ſtatus everſionem, aut advocatus cum eſſet, pecunias ceperit io privatis cauſſis, aut publicis, harum rerum γραφαὶ ſunto apud Theſmothetas. (30) De calumniatoribus, quos illi ſycophantas dixerunt, ſic ſcribit in oratione de antidoſi Iſocrates: „ Majores noſtri acerbiores de ſycophantis, quàm de aliis maleficiis leges tulerunt; quia maximis delictis in uno tantum foro judicia compararuot, de ſycophantis autem γραφὰς apud theſmothetas, εἰσαγγελίας in Senatu, προβολὰς in populo ſtatuerunt. (31) De cootumelia porro legem profert Æſchines in Timarchum: „ Si quis Athenienſium puerum liberum contumelia affecerit, γραφέσθω ille, in cujus poteſtate eſt puer, apud Theſmothetas, æſtimatione inſcripta, qua ſi judicibus damnetur, Undecim-viris traditus, eodem die moriatur; item alteram Demoſthenes in Mediam: „ Si quis a[illegible] cui contumeliam intulerit, vel convicium dixerit, γραφὴν contumeliæ, δίκην convicii ſubeat; ſi vero Theſmothetæ, iotamis eſto; omnibus autem omoino pro eo, qui male habitus eſt, pœnas repetere jus ſit; item alteram: „ Si quis contumelia affecerit quenqoam aut puerum, aut mulierem, aut virum liberum, aut ſervum, aut aliquid adverſus hos contra leges commiſerit, γραφέσθω apud Theſmothetas quilibet Athenienſium, cui jus eſt: Theſmothetæ vero introducant in Heliæam triginta poſt γραφὴν diebus, niſi ſi quod publici impedimento ſit; ſin minus, ut primum licuerit; ubi vero damnatus ſit, illi Heliæa ſtatim æſtimet, quid pati, aut ſolvere debeat; qui vero γραφὰς privatas γράφονται ex lege, ſi quis non perſequutus erit, aut perſequutus quintam ſuffragiorum partem non tulerit, pendat mille drachmas ærario; ſi vero de contumelia pecunia mulctatus ſit, ſi liberum contumelia affecit, in vioculis eſto, donec pendat. (32) Quibus legibus adductus, ot video, Iſocrates io oratione cootra Lochitam ita ſcriptum reliquit: „ In aliis criminibus licet ei ſoli, qui injuriam paſſus eſt, ei, qui fecit, judicium iotentare: de contumelia vero, quaſi res communis agatur, licet cuilibet Athenienſium γράφεσθαι apud Theſmotheras, ad vos accedere; (33) præclare. Hoc eſt enim, quod Solo voluit, cum interrogatus, ut prodit Plutarchus, quæ probe civitas regeretur, reſpondit, io qua cuicunqoe non minus læſi alterius injuriam judicio perſequi licet, atque ei ipſi, qui iojuriam paſſus eſt. De nomine deleto ita ſcriptum extat in oratione adverſus Theocrinem: „ Lex diſerte præcipit, ſi quis eorum, qui ærario debent, ære oon perſoluto, ex tabulis expunctus fuerit, adverſus eum de nomine deleto apud theſmothetas γραφὰς eſſe, non autem adverſus eum, qui, cum debeat, uon ſit in tabulas relatus; in hunc enim ἔνδειξιν, & alias pœnas eſſe. (34) De adulterio ita contra Neæram: „ Si quis alterum, ut adulterum injuſte vinxerit, γραφέσθω apud Theſmothetas, ſe injuſte vinctum, & ſi vinctorem convicerit, & videatur ab eo iojuſte inſidiis appetitus, ipſe indemnis eſto, & ſpooſores ſponſione liberentur; ſin autem adulter eſſe videatur, jubet lex, ot ſponſores eum convictori tradant: in foro vero ſine pugione pro arbitratu eum tractet, ut adulterum. (35) Jam vero actionem τ͂ παρανόμων apud archootem intentam Theſmothetas introduxiſſe, ſigoificat Demoſthenes in oratiooe pro Cteſiphonte: Æſchines, inquit, intendit γραφὴν Cteſiphonti apud archontem τ͂ παρανόμων, archon inde ad Theſmothetas; & Ulpiaous ad Leprinianam perſpicue tradit; quo cum diſcrepare Pollux haud videtur; ſiquidem ſcribit, Theſmothetas τ͂ παρανόμων γραφὰς εἰσάγειν, & ſi quis parum idoneam legem ſcripſerit. Eodem vero referre δοκιμασίας etiam, & προβολὰς poſſumus, quas à Theſmothetis introductas à Polluce accepimus; nam de δοκιμασίᾳ confirmat Lyſias io oratione contra Alcibiadem de militia neglecta: „ Valde nimirum ſuccenſereris, ſi Theſmothetæ veſtræ probationi obviam euntes vos ad condemnationem rogarent, quod grave eſſe exiſtimareris, ſi qui judicium dederunt, & ſuffragium permiſerunt, „ ne

(29) Satis fuerit alteram tantum ex *Demoſthene* legem adſcribere: νόμος. ἐὰν δὲ ξένος ἀστῇ συνοικῇ [illegible]

(30) Adi numerum decimumſextum libri tertii.

(31) Adi numerum trigeſimumtertium ejuſdem libri.

(32) Quam adfero ex *Demoſthene* græcis verbis erit ſexium loco: νόμος. ἐάν τις ὑβρίζῃ τινά, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα τ͂ ἐλευθέρων, ἢ τ͂ δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινά, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν. [illegible]

(33) Supervacaneum cenſeo *Iſocratis* etiam verba referre, cum id conſtet manifeſtiſſime ex iis, quæ modo recitata ſunt ex *Demoſthene*.

(34) [illegible]

(35) κατὰ τὸν νόμον, ὅς κελεύει· ἐάν τις ἀδίκως εἵρξῃ ὡς μοιχόν, γράψασθαι πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἀδίκως εἰρχθῆναι· [illegible] ὡς μοιχὸν ὄντι.

„ ne quos condemnaretis, juberent. Eadem etiam ratione nonnullæ [illegible] factæ ſunt ad theſmothetas; ut de quibus lex eſt in Ariſtocrates: „ Homicidam jus eſto necare in „ noſtrate agro, & abducere, ut jubet lex „ in tabula. Quæ verba exponens orator ita ſubjicit: „ Concedit lex abducere; an ad ſe? „ minime vero; at quo modo? ut jubet lex „ in tabula; quid eſt hoc? theſmothetæ reos „ ob cædem poſſunt capite mulctare; ad hos „ igitur volt adduci; (36) & Lycurgus contra Leocratem, decretum recitans de iis, qui in bello ad Deceliam ſeceſſerunt: „ Si quis, „ *inquit*, reverſus capiatur, jus eſto cuilibet „ Athenienſium abducere ad theſmothetas. Quin etiam eoſdem de pactis, & injuriis mercatoriis cognoviſſe, oſtendit Demoſthenes in oratione ad Phormionem de mutuo: „ Graviſſimum, *inquit*, eſſet, ſi leges jube„ rent, de pactis dicas eſſe apud Theſmothe„ tas, vos vero dicam recuſaretis jurati; & contra Apaturium: „ Mercatoribus & navi„ cularis jubet lex dicas eſſe apud theſmo„ thetas, ſi injuriam accipiant in emporio, „ aut hinc aliquo navigantes, aut aliunde „ huc, & nocentibus pœnam vincula conſti„ tuit, donec pœnam, qua mulctati ſunt, „ ſolvant. (37) Ex quo intelligi poteſt, aliquot etiam lites privatas apud theſmothetas eſſe intentas.

Deinceps ſequitur Archon, apud quem lites, ut inquit Pollux, intendebantur de mala tractatione, ebrietate, diviſorum electione, (38) tutela pupillorum, tutorum conſtitutionibus, de hereditatibus, & puellis heredibus; quin etiam idem curator erat mulierum, quæ poſt mariti mortem prægnantes eſſe viderentur, & domos pupillorum exhaurirent. Quæ vero ſcribit Pollux, eadem veterum etiam oratorum auctoritatem nacta ſunt. Nam de mala uxorum tractatione Lyſias in oratione contra Alcibiadem: „ Tan„ tam vero dotem, *inquit*, adeptus, quan„ tam nemo Græcorum, adeo contumelioſe „ ſe geſſit, inductis in domum meretricibus, „ & ſervabus, & liberis, ut uxorem coëge„ rit, quanquam modeſtiſſimam, à ſe diſce„ dere, ad archontem, ut lex præcipit, ve„ nientem. De mala vero tractatione parentum teſtis eſt Demoſthenes in oratione adverſus Lacritum, cum inquit, archontem de pupillis, & parentibus cognoviſſe. De reliquis legem affert idem in oratione contra Macartatum: „ Archon curam habeat pupil„ lorum, & pupillarum heredum, & ſolitu„ dinis domorum, & mulierum, quæ rema„ nent in mortuorum maritorum ædibus, ſe „ uterum ferre dicentes; neque patiatur, eas „ contumelioſe, aut contra leges aliquid fa„ cere, & poteſtatem habeat pro auctoritate „ magiſtratus irrogandæ mulctæ: quod ſi „ majore pœna digna videatur, vocata in jus „ ad quinque dies, & mulcta, quæ ſibi pla„ cuerit, inſcripta, in Heliæam introducat; „ quod ſi conjuncta fuerit, æſtimet Heliæa, „ quid ei patiendum ſit, aut ſolvendum. Itero alteram: „ Si quis de adita hereditate, „ aut pupilla herede controverſetur, vocet „ in jus eum, qui hereditatem adiit, apud „ archontem; quemadmodum ſit in aliis dicis. (39) Jam vero de manifeſtatione quoque cognoviſſe archontem & Arpocratio tradidit, & Iſæus in oratione de hereditate Philoctemonis oſtendit. „ Euctemon, *inquit*, repetiit „ à Pythodoro tabulas, & vocavit in jus de „ manifeſtatione; eo vero in conſpectu ar„ chontis conſtituto, dixit, ſe velle teſta„ mentum reſcindere. Item de victu, Demoſthenes in oratione contra Neæram: „ Mu„ lierem prægnantem domo ejicit, nec do„ tem reddit; cum autem Stephanus ei li„ tem de victu apud Odeum de dote inten„ diſſet ex lege, quæ jubet, ſi dimittat uxo„ rem, reddere dotem; ſin minus, ad novem „ oboles uſuræ nomine ſolvere, & de victu „ apud Odeum jus eſſe tutori pro muliere „ litigare. (40) Odeum autem locus fuit in theatri ſimilitudinem à Pericle conſtructus, ita dictus, quod ibi muſici artifices inter ſe cantibus decertarent, ut Plutarchus ſcriptum reliquit. (41) Quo eodem in loco cum farinæ dimetirentur, ut in oratione ad Phormionem ſcribit Demoſthenes, factum eſt, ut archon ibi forum habuerit, in quo cauſſas de victu cognovit; quemadmodum Suidas, & Pollux memoriæ prodiderunt. (42) Poſtremo cognoviſſe etiam de repudio innuit contra Onetorem in prima Demoſthenes, cum inquit: „ Repudium vero iſti apud archontem „ ſcripſerunt. (43) Neque vero ſolum privatas lites, ſed etiam publicas quaſdam archon exercuit, ut [illegible], [illegible], [illegible], & [illegible]. [illegible] in mala tractatione, & in hereditate puellarum ſunt factitatæ. Quod pla-

(36) [illegible] . . . . [illegible]

(37) Statim ab exordio: [illegible]

(38) Videndus omnino *Pollux*, ejuſque notæ *lib.* 8. *cap.* 9. *Sect.* 89. Quæ paulo poſt A. N. recitat ex *Demoſthene*, pete ex num. 5.

(39) Hæc item relata ſunt num. 94. lib. 3.

(40) Vide num. 87. lib. 3. ubi de *Odeo*.

(41) Teſtis præterea *Suidas*: [illegible] [illegible] *Odeum Athenis tanquam Theatrum, quod fecit, ut aiunt, Pericles, ut in eo exhiberent Muſici. Propterea enim quoque vocatum fuit ab Ode, ſeu cantu.*

(42) De Farinis *Demoſth.* Orat. in *Phorm.* [illegible] *Adhuc autem in illo tempore, in quo veſtrum alii quidem in Urbe habitantes, dimenſas accipiebant farinas in Odeo: alii autem in Piræeo, in navali accipiebant in obolum panes, & in longa porticu farinas binis ſemiſextariis metientes.* Quod verò ibi Archon jus dixerit affirmat *Suidas*: [illegible] (ᾠδεῖον) [illegible], quod demum ibi etiam cauſſæ de victu agerentur, dictum eſt n. 40.

(43) [illegible] *Poſtquam relatum eſt mulierum apud Archontem fuiſſe divortium.* Non eadem omnino verba ac A. N. ex *Demoſthene* retuli, verum ad intentum ſatis.

planum facit Iſæus in oratione de hereditate Pyrrhi: „ Licet cuiliber puellas heredes ſublevare, quia pœna εἰσαγγελίας apud archontem non eſt propoſita; *item*: Tu nunquam detuliſſes apud Archontem puellam heredem male tractatam ab aſcititio filio, contumelia affectam, & toto patrimonio ſpoliatam; & Demoſthenes, qui in oratione contra Medontem, (44) teſte Polluce, εἰσαγγελίας eſſe conceſſas inquit adverſus eos, qui alieni, non propinqui puellas heredes duxiſſent; quas delationes Solo à mille judicibus; Phalereus à mille & quingentis judicari voluit. De reliquis teſtis eſt item Pollux, qui ſcribit in hunc modum: „ φάσιν inſtituebant „ apud Archontem, cum in tabula nomen & „ ſuum, & rei adſcriberent, & æſtimationem „ inſcriberent. Archon autem tradebat con„ troverſiam foro, & æſtimatio evadebat eo„ rum, qui accepiſſent injuriam, ſi alius pro „ eis φάσιν inſtitueret; qui vero quintam par„ tem ſuffragiorum non ferebat, τῆς ἐπωβελίας „ debebat. Ἔνδειξις item facta eſt apud Archontem; qua qui uſus eſt, eam Archonti ſcriptam tradidit, ut ſe falſæ ἐνδείξεως pœna obſtringeret. Quod idem in ἐγγύαις obſervatum eſſe ſuperiore libro demonſtravimus. (45)

Ut autem Archon inter cives jus dixit, ſic Polemarchus inter cives, & peregrinos. Neque enim prætereundum illud eſt, magnam peregrinorum turbam Athenis eſſe verſatam, qui aut ibi negociarentur, aut operam ſuam civibus Athenienſibus quoquo modo præſtarent. Eorum vero genera duo fuerunt, μέτοικοι, & ἰσοτελεῖς. Ac μέτοικοι quidem, quos inquilinos vertimus, dicti, qui cum ex ſua civitate Athenas commigraſſent, atque ibi rerum ſuarum ſedem, ac domicilium collocaſſent, cum eadem, ac cives, veſte uterentur, ut inquit in Athenienſium Republica Xenophon, lege tamen Solonis opus in foro facere prohibebantur, quod ſcriptum eſt in oratione contra Neæram, & tributum quoddam, quod μετοίκιον dicebatur, pendere jubebantur. Ἰσοτελεῖς autem ex inquilinis erant ii, quibus id honoris tribuebatur, ut tributo, & aliis quibuſdam oneribus, quæ inquilinis erant impoſita, ſolverentur: atque, ut inquit Ammonius, omnium rerum, quarum cives, præterquam magiſtratus, participes eſſent. Quorum hominum ſæpiſſime Demoſthenes in Leptiniana mentionem uſurpat. Huic ergo hominum generi qui jus diceret, Polemarchus eſt conſtitutus. Hinc enim, ut ſcribit Pollux, μετοίκων, & ἰσοτελῶν δικάζει: (46) &, quod ex Ariſtotelis commentariis Arpocratio tradidit, cauſſas violati, & neglecti patrocinii, & hereditatum inter inquilinos introducit. Verba vero ipſa Ariſtotelis apud Veſparum interpretem extant. „ Polemarchus, *inquit*, non „ civibus jus dicit, ſed peregrinis; eorum „ enim lites introducit; quique auxilii indi„ gent, ad Polemarchum confugiunt; ille vero „ introducit cauſſas violati, & neglecti patroci„ nii, & hereditatum, & pupillarum heredum „ inquilinis; & omnino quodcunque Archon ci„ vibus, id totum præſtat inquilinis Polemar„ chos. (47) Quod vero ſcribit Ariſtoteles, idipſum lege confirmatur, quam profert Demoſthenes contra Stephanum in ſecunda: „ Recita, *inquit*, legem, quæ jubet, litem „ eſſe de puellis heredibus omnibus & pere„ grinis, & urbanis; ac de civibus quidem „ Archontem, de inquilinis vero Polemar„ chum curare; (48) *&* *addit*: Ergo de puel„ la herede lis erat inferenda; ſi tanquam „ pro cive, apud Archontem; ſi tanquam „ pro peregrino, apud Polemarchum. (49) Omnino autem peregrinos in jus apud Polemarchum vocatos oſtendit Lyſias in oratione contra Pancleonem: „ Veni, *inquit*, in offi„ cinam, in qua Pancleon opus faciebat; vo„ cavi eum in jus apud Polemarchum, quod „ eum inquilinum eſſe arbitrarer; item Demoſthenes in oratione ad Zenothemidem. (50) Quoniam autem inquilini judiciorum haud participes ſuo nomine litem intendere nequibant, (51) propterea patronum civem Athenienſem adhibere, qui pro ſe ageret, cogebantur; quod Ariſtot. lib. III. Politicorum memoriæ mandavit; unde lis ἀπροστασίου in eos, qui patronum nullum haberent, dimanavit. Neque vero inquilinos ſolum, ſed etiam reliquos peregrinos in jus ad Polemarchum veniſſe opinor: præſertim vero cum Athenienſes omnibus ſociis ſuis jus Athenis dixerint, eoſque privatarum litium cauſſa venire Athenas coëgerint; quod factum cum ob ſportularum fructum, quo pauperes judices alebantur, tum propter ſumptum in claſſem

(44) Etſi non extet *Demoſthenis* Oratio contra *Medontem*. Citatur tamen tum a *Polluce lib.* 8. *cap.* 6. *Sect.* 53., tum ab *Harpocratione* in εἰσαγγελίᾳ.

(45) *Cap* 1.

(46) *Lib.* 8. *cap* 9. *Sect.* 91. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν (πολέμαρχον) λαγχάνονται μετοίκων, ἰσοτελῶν, προξένων. καὶ διανέμει τὸ λαχὸν, ἑκάστῃ φυλῇ τὸ μέρος. τὰ μὲν δικασταῖς παραδίδως. ἄγει δὲ δίκας ἀποστασίου, ἀπροστασίου, κλήρων μετοίκων. *Et judicia apud eum ſortiuntur* (Polemarchum) *inquilinorum, & eorum, qui par vectigal pendunt, & publicorum hoſpitum; & quod forte cecidit, diſtribuit, cuique Tribui partem; aliud quidem arbitris tradens; ſed inducens judicia deſertionis patrocinii, aut non electi, & hereditatum inquilini.*

(47) Nonnulla addit præterea *Scholiaſtes*, quæ lubet huc afferre: ὡς τὸν πολέμαρχον. ὄνομα ἀρχῆς. ὁ μὲν τοῖς πολίταις οὐκ ἐπεδίκαζεν, ἀλλὰ τοῖς ξένοις. αἱ γὰρ ξενικαὶ δίκαι ἐπὶ τὸν πολέμαρχον εἰσήγοντο. οἱ δὲ καὶ βοηθείας δεόμενοι, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν κατέφευγον τὸν πολέμαρχον. ἀλλὰ καὶ οἱ [illegible] πρὸς τὸν πολέμαρχον ἐδικάζοντο, κἀκεῖνος ἔκρινε. Addit præterea: ἀρχή τίς ἐστι παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλουμένη. ἔστι δὲ εἷς τῶν ἀρχόντων. διοικεῖ δὲ ἄλλα τε, καὶ εἰσάγει δίκας, καὶ τὰς τοῦ ἀποστασίου, καὶ ἀπροστασίου, καὶ κλήρων τοῖς μετοίκοις, καὶ τἆλλα ὅσα τοῖς πολίταις ὁ ἄρχων ἐστί, ταῦτα τοῖς μετοίκοις ὁ πολέμαρχος. *Ad Polemarchum. Nomen eſt Magiſtratus; non civibus ille competebat, ſed peregrinis. Peregrinorum enim judicia ad Polemarchum inducebantur: qui etiam auxilio indigentes, ad Polemarchi auctoritatem decurrebant. Sed & qui accuſabant parentes malæ tractationis, coram Polemarcho ſiſtebantur, & ille judicabat. Eſt Magiſtratus quidam apud Athenienſes ita vocatus. Ille autem unus eſt ex Archontibus. Adminiſtrat vero tum alia, tum inducit controverſias deſertionis patrocinii, & hereditatum peregrinis, & reliqua, quæ civibus eſt Archon, ea inquilinis eſt Polemarchus.*

(48) τὸν νόμον μοι ἀνάγνωθι, ὃς κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῶν ἐπικλήρων ἁπασῶν, καὶ ξένων, καὶ ἀστῶν. καὶ περὶ μὲν τῶν πολιτῶν τὸν ἄρχοντα εἰσάγειν, καὶ ἐπιμελεῖσθαι, περὶ δὲ τῶν μετοίκων τὸν πολέμαρχον.

(49) ἐὰν αὐτὸν εἴ τις βούλοιτο ὀρθῶς [illegible], λαχεῖν [illegible], εἴτε κατὰ γένος. εἰ μὲν ὡς ὑπὲρ ἀστῆς, πρὸς τὸν ἄρχοντα· εἰ δὲ ὡς ὑπὲρ ξένης, πρὸς τὸν πολέμαρχον.

(50) Res ſatis conſtat ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt.

(51) Docet *Libanius Tom.* 1. *Declam.* 28. [illegible]

ſem ad ſocias civitates mittendam evitandum, Xenophon in commentario de Republica Athenienſium interpretatus eſt.

Regi autem, & Archonti, & Polemarcho Paredri bini ſingulis in conſilio aſſuerunt; hi vero neque ſortis, neque populi, ſed eorum, quibus aſſederunt, beneficio lecti jus eis ſuggeſſerunt, ut Pollux, & Arpocratio tradidere. (52) Itaque cum Demoſthenes in Mediana dixiſſet, patrem Archonti filio paredrum fuiſſe, notavit Ulpianus, paredros junioribus datos, qui propter ætatem imperiti erant judiciorum, ut ſimul cum iis cauſſas examinarent; (53) quin etiam paredriam aliquando emptam eſſe oſtendit idem ille adverſus Neæram, cum Stephanum à Theogene rege, homine nobili, ſed paupere ſuppeditata pecunia paredriam emiſſe inquit. (54) Eos tamen non niſi in Senatu quingentorum, & in judicio probatos magiſtratum geſſiſſe, & magiſtratu peracto rationes retuliſſe, iidem, quos ſupra dixi, memoriæ prodiderunt. Meminit porro eorum Iſæus in oratione de hereditate Philoctemonis: „ Conſeſſus Euctemon coram Archonte, & Paredris, & teſtibus multis adhibitis, ſe non habere teſtamentum, abiit; & Demoſthenes contra Theocrinem: „Vocato in jus Polyeucto profert γραφὴν adverſus eum de mala tractatione, & intentionem dat Moetarchidi paredro. (55) Ac de novem quidem Archontum jure hæc dicta ſint.

Fuiſſe autem præter hos alios etiam magiſtratus, qui judicia exercuerint, non eorum ſolum, quos ſupra commemoravimus, ſed novo etiam Suidæ teſtimonio comprobatur; quid autem inquit Suidas? quid aliud, niſi non eſſe omnibus magiſtratibus permiſſum, omnes lites introducere, ſed alias Regi, alias Theſmothetis, alias Archonti, alias Polemarcho, alias Prætoribus, alias Logiſtis, alias Undecimviris. (56) Quod cum ita ſit, ergo deinceps, qui reliquæ juriſdictionis, quæſtioniſve partes magiſtratus obiverint, explicemus; &, quod nemo adhuc ne tentavit quidem, aperiamus.

Prætores igitur, qui urbanam juriſdictionem adepti ſunt, (nam alii, ut poſt dicam, rem caſtrenſem, militaremque tractarunt) quæſtiones multas, & quidem omnes ad rem bellicam attinentes domi exercuerunt, ut ἀντιδόσεις, τριηραρχίας, ἀστρατείας, & λιποταξίας; declarat autem hoc Suidas, cum eodem in loco Prætores controverſias de antidoſi, & trierarchia introduxiſſe ſcribit; oſtendit Demoſthenes, cum in oratione de antidoſi narrat, ſecundo die Metagitnionis inſtantis Prætores propoſuiſſe antidoſes trecentis, (57) & cum ad Lacritum inquit: „ De mercatoris „ controverſiis apud quem magiſtratum agetur? an apud Prætores? at illi trierarchos „ conſtituunt, introducentes in forum; (58) & iterum de antidoſi. „ In Prætorium dedi „ ἀντίδοσιν: item: Apud Prætores ἀπογραψάμενος „ [illegible]. Confirmat poſtremo Lyſias contra Alcibiadem de neglecta militia, cum petit à judicibus, ut juſte ſtatuant; à Prætoribus autem, qui judicium conſtituerint, & ſuffragium dederint, ut in deſertæ militiæ cauſſa æquos ſe actori, & reo præbeant. Quid ſit autem ἀστρατεία, & λιποταξία, ſupra planum factum eſt; nam ἀντίδοσις, & τριηραρχία, ex iis, quæ infra dicentur, dilucidius apparebunt.

Prætoriis autem quæſtionibus vicinæ propter rei bellicæ conjunctionem fuerunt eæ, quibus οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν νεωρίων, & οἱ ἀποστολεῖς præfuerunt. Curatores vero navalium, ut ſcribit ad Androtianam Ulpianus, locos, per quos deducerentur triremes, purgarunt, & triremium ipſarum publica cujuſque armamenta curarunt; (59) unde dixit Demoſthenes contra Evergum, curatores navalium debitores nauticorum armamentorum trierarchis exeuntibus tradidiſſe. (60)

Ἀποστολεῖς vero curam claſſis emittendæ habuerunt; quam illi ἀπόστολον vocarunt; quod in Pollucis, & Arpocrationis (61) commentariis

(52) *Harpocrationem* tantum adfero, cujus omnino eadem cum *Polluce* ſententia: [illegible]. Notandum tantummodo, præter Polemarchum, Archontemque, Regem etiam a *Polluce* inter eos recenſeri, quibus facultas eſſet ſibi Paredros deligendi.

(53) In illa *Demoſthenis* verba ex citata Oratione: [illegible]; adnotat *Ulpianus*: [illegible].

(54) [illegible].

(55) Satis, quæ jam attulimus ex *Harpocratione Ulpiano*, ac *Demoſthene*, quin diutius in Paredris, quos latine aſſeſſores dicimus, immoremur.

(56) Res eſt ſatis manifeſta tum ex his, quæ dicta huculque ſunt ab A. N., tum ex his, quæ infra dicentur.

(57) [illegible] (*Julii* videlicet) [illegible]. Oratio hæc *Demoſthenis*, quam citat, inſcribitur *adverſus Phænippum*. Porro ἀντίδοσις nihil aliud hic loco ſonat, quam facultatum permutatio. Actio ejuſmodi ab eo intendebatur, qui cum eſſet in trecentorum ditiſſimorum civium claſſem adſcitus, nec ſumptus tolerare poſſet, diem dicebat alteri cuipiam, quem ſe ipſo ditiorem exiſtimabat. Reus porrò ſi ſe ditiorem negaſſet, permutabat cum actore facultates omnes.

(58) Vide ac totum lege *Demoſthenis* textum numero vigeſimo octavo relatum. Illinc diſces Prætores hoſce dictos fuiſſe [illegible]. Qui vero Prætore, ſaltem nomine tenus militares, res etiam urbanas curarent, explicabit inferius Auctor noſter cap. quinto.

(59) In ea *Demoſthenis* verba: [illegible], hæc habet: [illegible].

(60) [illegible].

(61) Præclara ſunt, quæ ad rem hanc explicandam adfert *VVolfius* in acceſſionibus ad *Ulpiani* commentarios in Philippicam primam *Demoſthenis*, ex Lutetiano codice deſumpta. [illegible]. *Apoſtolus*. *Claſſis quæ cum apparatu militari ablegatur*

tariia invenitur, ambos autem de nauticis controverſus cognoviſſe, ex eadem, quam dixi, oratione apparet. „ Vocavi, *inquit ille*, „ in jus eum apud apoſtoleos, & curatores „ navalium; hi enim lites de nauticis inſtru„ mentis in forum introducebant; (62) & pro Cteſiphonte: „ Omni belli tempore, „ cum naves ex mea lege emiſſæ ſint, nemo „ trierarchus ſupplicavit, nemo ad vos, ne„ mo ad Munichiam confugit, nemo ab apo„ ſtoleis in vincula conjectus eſt. (63)

Longe autem ab his diverſi, remotique quadragintaviri fuerunt, quos Demoſthenes de verberibus, & vi quæſiſſe affirmat in oratione ad Pantænetum. „ Multa mihi, *inquit*, „ gravia objicit. Siquidem & verberationem, „ & contumeliam, & vim, & puellarum he„ redum injuriam; harum vero rerum cu„ juſque ſeparatim actiones ſunt, neque apud „ eundem magiſtratum, neque eadem pœna, „ ſed verbera, & jus apud quadragintaviros „ intenduntur; contumelia vero apud Theſ„ motheras. (64) Ex quibus apparet, ut Theſmothetæ magiſtratus erat, qui lites introducebat; ſic etiam quadragintaviros fuiſſe, eoſque de verberibus, & vi quæſtiones exercuiſſe. Hi vero primum triginta, deinde quadraginta *δικασταὶ κατὰ δήμους* fuerunt, ut narrat Pollux, & teſte Arpocratione, Ariſtoteles, eo jure præditi, ut ſingulos populos obeuntes de pecuniæ ſumma uſque ad decem drachmas judicarent; quæ vero ſuperarent, ea arbitrorum judicio poſt triginta tyrannorum dominatum committerent. (65) Meminit autem eorum etiam in Ariſtocratea Demoſthenes: „ Si quis agoranomus, aut „ aſtynomus, aut judex in populis de pecu„ latu, & repetundis damnatus ſit. (66) Quem locum exponens Ulpianus ſcribit, è ſingulis populis, ut è Pæanienſi, judices lectos eſſe. Hos tamen judicum quidem nomen tuliſſe, ſed jus magiſtratus obtinuiſſe arbitror, ſiquidem à Demoſthene una cum agoranomo, & aſtynomo, qui magiſtratus fuerunt, numerantur.

Jam vero qui negotiationi & nundinationi præfuerunt, multi pariter extiterunt, & quidem diverſo omnes inter ſe jure ſejuncti; de quo genere toto ſic in Politicis Ariſtoteles: „ Prima ex neceſſariis curationibus „ eſt, quæ in foro verſatur, cum magiſtra„ rum aliquem, qui commercia, & modera„ tionem diſpiciat, præficere oportet. Nam „ fere omnibus civitatibus quædam emere, „ alia vendere ad mutuos rerum neceſſaria„ rum uſus neceſſe eſt. Quibus verbis diſerte ille *ἀγορανόμον* expreſſit, qui, teſte Apocratione, magiſtratus à ſorte fuerunt, quinque in Piræeo, & quinque in urbe, idemque in foro venalia inſpectarunt. (67) Meminit autem eorum Demoſthenes contra Timocratem, ubi Ulpianus ſcribit, agoranomum inſpectorem fuiſſe venalium fori; (68) meminit item Lyſias adverſus frumentarios, inquiens, aliis quidem rebus venalibus agoranomos cuſtodes conſtitui, frumentariæ vero rationi ſoli ſitophylacas. Theophraſtus autem in libris de legibus ſcribit, agoranomos duarum rerum curam habuiſſe ex lege, modeſtiæ in foro, & ne mendacium dicerent, non ſolum qui venderent, ſed etiam qui emerent. Quod illi *κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν*, dixerunt; cujus legis meminit contra Leptinem Demoſthenes, (69) &, teſte Arpocratione, contra Athenogenem Hyperides.

Vicini autem Agoranomis erant *μετρονόμοι* quindecim, quorum, ut ex Ariſtotelis ſententia ſcribit Arpocratio, decem in Piræeo, quinque in urbe curarunt (70) ut menſuræ vendentium juſtæ eſſent; probe vero; ſiquidem ſcriptum eſt in oratione Demoſthenis adverſus Phormionem, cives, qui urbem incolebant, farinas in Odeo aliquando dimenſos eſſe, qui Piræeum, in navali panes obolo diſtribuiſſe, & in Longa porticu farinas ad ſemiſextarium menſuraſſe. (71) Longa autem porticu mercandi cauſſa utebantur, qui in Piræeo ad mare habitabant, teſte Pauſania, ut qui procul à mari, foro Hippodamio.

Cum his autem conjuncti erant *σιτοφύλακες*, qui teſte, ut ait Arpocratio, Ariſtotele, curabant, ut frumentum, farinæ, & panes juſto pre-

---

tur ad bellum: & [illegible]*, peregre abituri, qui mittebantur.* [illegible] *vero dicebantur, quibus ablegatæ claſſis curatio mandata erat: &* [illegible]*, miſſilia dona. Sic enim ipſe in Cteſiphontea; naves, quæ ablegando conterebantur.*

(62) Scilicet in *Oratione* contra *Evergum*, quam paulo ante citavit. [illegible]

(63) [illegible]

(64) [illegible]

(65) *Pollux lib. 8. cap. 9. Sect.* 100 [illegible] Quæ ex *Ariſtotele* tradit *Harp.* [illegible], vide apud *Pollum* locum citatum [illegible]

(66) Non in [illegible], ut habet *Sigonius*, verùm in *Timocratea* [illegible]

[illegible]. Subdo *Ulpiani* interpretis textum: [illegible]. Miror ſane Viro ſolertiſſimo ac doctiſſimo *VVolfio*, cum *Demoſthenem* typis ederet, excidiſſe [illegible] hic loci cum legendum omnino ſit [illegible].

(67) *Harpocration:* [illegible] *Ædiles Fori curatores, Magiſtratus in Foro venalia exigentes; Demoſthenes in Oratione contra Timocratem; Ariſtoteles vero in Athenienſium Republica ſortito eligi dicit quinque quidem in Piræeum, quinque vero in Urbem.*

(68) [illegible] *Ulpianus* eodem, quem ſupra recenſuimus loco, & quem rectiſſime jam indicat A. N.

(69) [illegible] *Quomodo enim non eſt turpe, in Foro, ne quis mentiretur, lege interdictum eſſe, ubi nullum Reipublicæ detrimentum eſt: at in publico ea lege Urbem non uti?*

(70) [illegible] (ſcilicet οἱ μετρονόμοι) [illegible] *Erant vero (Metronomi) numero quindecim. At Piræeum quidem decem, quinque vero ad Urbem.*

(71) Vide numerum quadrageſimum ſecundum.

A pretio venderentur; eorumque decem in urbe jus dicebant, quinque in Piræo, (72) quod confirmat Lyſias, cum dicit, aliis rebus venalibus agoranomos cuſtodes conſtitutos, ſoli frumentariæ rationi ſitophylacas forte eſſe præfectos. Meminit autem eorum etiam Demoſthenes contra Leptinem: „ A „ Rege Boſphori quotannis frumenti ad mil„ lia quadraginta medimnum; id quod ex ta„ bulis ſitophylacum quivis perſpicere poteſt. (73) Ut autem hi foro & annonæ præfuerunt, ſic alii quidam emporio; hi vero decem *ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου* fuerunt. Quibus ſorte lectis id negotii datum eſt, ut emporii curam haberent, & frumenti, quod in Atticum emporium adveheretur, duas partes in urbem mercatores deferre cogerent; quod ex Ariſtotelis B auctoritate prodit Arpocratio. (74) Quas autem iſti lites cognoverint, & introduxerint, declarat Demoſthenes in oratione ad Lacritum, cum legem profert: „ Argentum ne„ mini Athenienſium, atque inquilinorum, „ qui Athenis incolant, in navim dare liceat, „ quæ frumentum Athenas allatura non ſit; „ ſi autem dederit, eodem modo *φάσις*, & „ *ἀπογραφὴ* argenti ſit apud curatores, atque „ de navi, & de frumento, neque lis ei ſit „ de ipſo argento, quod dederit alio, quam „ Athenas, neque Magiſtratus hac de re in„ troducat ullus; (75) & contra Theocrinem, C cum inquit, Theocrinem *φάσιν* apud curatores emporii Miconem aggreſſum eſſe, quod aliò, quam Athenas navim frumento onuſtam devexiſſet, & eam *φάσιν* à ſcriba curatorum eſſe acceptam, & curatores ipſum ad excuſſionem vocaſſe. (76)

Finitimi vero emporii curatoribus fuerunt *οἱ ναυτοδίκαι*, & *οἱ εἰσαγωγεῖς*. Nautodicas Lyſias in oratione de injuriis publicis oſtendit magiſtratum fuiſſe ſorte lectum, qui lites naucletorum, & mercatorum introduxerit. Eoſdem autem de peregrinitate quoque cognoviſſe, Pollux, & Arpocratio atteſtantur; ac Pollux quidem his verbis: „ Nautodicæ D „ erant, qui peregrinitatis dicas introduce- A „ bant; vocabantur autem *ὑβριστοδίκαι*, ſi Cratero credendum eſt ei, qui decreta colle„ git, ii qui dicas introducere nolebant. (77) Arpocratio autem his: „ Nautodicæ magiſtra„ tus fuit Athenis. Craterus in quarto decre„ torum ſcribit; ſi quis ex ambobus peregrinis „ natus in curialium numerum irrepſiſſet, jus „ fuiſſe cuilibet Athenienſium perſequi, lite „ ultimo menſis die apud Nautodicas intenta.

At vero dicas menſtruas, quæ de collectis, & mercatorum negotiis cum eſſent, temporis procraſtinationem non patiebantur; introducebant, teſte Polluce, illi, qui *Εἰσαγωγεῖς* nominati ſunt.

His expoſitis, ſequitur, ut qui rem civi- B tatis adminiſtrarint, exponam. Dico autem rem civitatis pecuniam publicam, frumentum publicum, & ſi qua ſunt ejuſdem generis alia. Qui vero pecuniam publicam tractarunt, ii in multa genera diſtracti ſunt, cum pro diverſitate pecuniæ, quam tractarunt, tum pro muneris diſſimilitudine, quod in ea exercenda obiverunt. Pecuniarum autem, quæ publico nomine exactæ ſunt, quatuor ferme fuere genera: *Τέλη*, *φόροι*, *εἰσφοραί*, & *τιμήματα*. *Τέλη* vectigalia civitatis fuerunt, quæcunque ex publicis poſſeſſionibus, ut metallorum fodinis, & nemoribus aliquot percipiebantur. Item quæ à ſociis, civibus, & inquilinis, portorii, artis, lucrive nomine exigebantur. C De publicis Atticæ argenti fodinis, unde, ut ſupra diximus, vigeſima quarta capiebatur, ſcribit copioſius Xenophon in libro de vectigalibus. (78) De nemoribus publicis elicitur ex oratione Demoſthenis contra Eubulidem, in qua Euxius queritur, multorum ſe animos offendiſſe, quod cum eſſet Demarchus, acerbe à multis, quæ debebantur ex nemorum redempturis exegerit. (79) Portorii autem nomine modo decima, modo quinquageſima exigebatur; oſtendit hoc Pollux, cum inquit: *Τέλη fuerunt, quæ quinquageſimarum collectores, & portitores exegerunt*; aliquando etiam *δεκατείαν* (80) inſtituerunt, fuitque decima *Τέλος*. Quin etiam Arpocratio decimam, ac D quin-

(72) *ἦσαν δὲ* (ſcilicet *οἱ σιτοφύλακες*) *τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν ἐν ἄστει, πέντε δ' ἐν Πειραιεῖ*. *Erant vero* (Sitophylaces) *quindecim quidem in Urbe, quinque autem in Piræeo*. Vel in *Sigonio*, vel in *Harpocrationis* editione mendum in numeris. Alter enim Sitophylaces quindecim, alter viginti. Arbitror potius in *Harpocratione*; ut quid enim viginti Sitophylaces, quorum procuratio multo brevior, cum quindecim Metronomi ſatis eſſent?

(73) [illegible] (nimirum [illegible] Rex, ſive, ut ait *Demoſthenes*, [illegible]) [illegible]

(74) *ἐμπορίου δ' ἐπιμελητὰς δέκα κληροῦσι*. *Emporii vero curatores ſorte eligunt decem*. Hæc de numero curatorum emporii. Quòd autem frumenti, quod Athenas devehebatur partes duas in Urbem, tertia in Piræeum importaretur, habes ex eodem: *τούτοις δὲ* (curatoribus emporii) [illegible]

(75) [illegible]

(76) Senſum hic A. N. potius, quam verba *Demoſthenis* retulit. Hæc igitur habet Orator de *Micone* loquens, quem detulerat *Theocrines*, quòd aliò quam Athenas frumentum, ſecus, ac erat legibus conſtitutum, navi vexiſſet. [illegible]

(77) *Lib. 8. cap. 10. Sect. 126.* [illegible] *Jungermanus* in notis ad hunc *Pollucis* locum exiſtimat male intelligi à *Sigonio*, qui refert hujus Auctoris, verba, quòd *οἱ ναυτοδίκαι*, alii omnino ſint ab iis, qui *ὑβριστοδίκαι* a Cratero nominantur. Ipſum vide.

(78) Quem quidem librum integrum operæ pretium eſſet exſcribere ad hæc explicanda, quare ipſum adi ac lege.

(79) Vide numerum decimum ſeptimum.

(80) *Pollux lib. 8. cap. 10. Sect. 132.* [illegible] (Portitores). [illegible] Hinc diſces *δεκατεία* ſcribendum non *δεκατεῖα*. De his plurima habes in iis, de quibus jam ſæpius, *Pollucis* notis. Apud *Meurſium* præterea *Attic. lect. lib. 3. cap. 2.*

X •

quinquageſimam vectigalia quædam eſſe prodidit, & Demoſthenes idem, ſi probe attendimus, aliquot in locis demonſtravit; maxime autem in oratione ad Leptinem, cum inquit: „ Archebius, & Hermoclides Byzantio Thraſybulo tradito vos Helleſponti dominos effecerunt, ita ut decima vendita, „ & pecunia contracta ad pacem Lacedæmonios compuleritis; (81) ubi Ulpianus decimam fuiſſe, quæ ex oneribus mercatorum Helleſponti caperetur, exponit; (82) & cum contra Mediam idem teloniam cum quinquageſima junxit; quia ut ipſe in oratione ad Lacritum ſignificat, quinquageſimæ de mercibus in portubus exigebantur, (83) eas vero telonæ, ideſt, publicani, redimebant, & ſuo periculo Reipublicæ repræſentabant. Ab inquilinis præterea præcipuum exigebatur vectigal, quod, teſte Arpocratione, μετοίκιον vocabatur; à viris quidem duodecim drachmæ, à mulieribus ſex, ita tamen, ut filio penſitante mater immunis eſſet. (84) Unde cum Phocion Xenocratem μετοίκιον pendentem animadvertiſſet, eundem, teſte Plutarcho, civem decreto facere voluit. (85) Atque hoc etiam vectigal pendebant ſervi, ubi à dominis erant manu miſſi, item à meretricibus exigebatur vectigal, quod ab Æſchine in oratione contra Timarchum πορνικὸν τέλος vocatur. Φόροι autem erant tributa ſociis civitatibus indicta. Hæc autem Athenienſes graviſſimo, quod cum Xerxe geſſerunt, bello perfuncti, cum imperium ad ſe Græciæ tranſtuliſſent, Ariſtide in primis auctore, atque miniſtro, inſtituerunt, per cauſſam belli, ſi quando aliàs à Perſis inferretur, à Græciæ finibus avertendi; ejus autem pecuniæ ærarium in Delo conſtitutum, haud ita multis poſt annis offenſione inter ſe, & Lacedæmonios excitata, Athenas tranſtulerunt. Hoc deinde tributum, præcipuo nomine φόρον appellatum, auxit Pericles, & Alcibiades, ita ut à quadringentis ſexaginta talentis, quæ Ariſtides indixerat, ad mille amplius, quæ quotannis exigerentur, perventum ſit. Quod Thucydides libro primo, Plutarchus, ac Probus in Ariſtide, Andocides in oratione contra Alcibiadem literis prodidere. (86) Εἰσφοραὶ autem collationes tributorum fuerunt, quæ belli cauſſa extra ordinem civibus, & inquilinis Senatus, popolique decreto indictæ ſunt. Atque hoc quidem ex Thucydide declaratur, qui bello Peloponneſiaco, exhauſto demum ærario, cum Mitylenæ ab Athenienſibus obſiderentur, civibus εἰσφορὰς eſſe ſcribit indictas; (87) itemque ex Demoſthene, qui in oratione de epitrierchemate, (88) ſcribit, cum multa undique hoſtilia incommoda eſſent ad Senatum allata, tributi in bellum collationem eſſe decretam. Quin etiam idem in Philippicis ſæpe tributi conferendi neceſſitatem ſequuturam denuntiat, niſi pecuniæ publicæ, quæ in ludos effundebantur, ad belli munera redigantur. (89) Ea vero tributa pro ratione cenſus conferebantur, diligenter fortunis cujuſque ac patrimoniis æſtimatis, ita tamen, ut argentea opera, quod ſcriptum eſt in oratione ad Phænippum, eſſent immunia. (90) Τιμήματα vero erant pecuniæ, quæ à civibus, aut à ceteris judicialis mulctæ nomine exigebantur, quarum decima erat Minervæ ſacra; (91) quinquageſima vero aliis Diis, atque Eponymis. (92)

Quo circa quam multis opus fuerit magiſtratibus, qui has omnes pecunias exercuerint, atque curarint, quamquam nemo non videt, tamen nemo adhuc oſtendit.

In primis autem Πωληταὶ decem fuerunt, qui, ut ex Ariſtotelis ſententia ſcribit Arpocratio, omnia, quæ à civitate vendebantur, adminiſtrarunt, ut vectigalia, metalla, redempturas, & quæ publicabantur; cum Arpocratione vero non diſcrepat Pollux, qui inquit: „ Πωληταὶ vectigalia vendunt cum „ Theoricarum Præfectis, & eorum bona, „ qui ab Areopago poſt ſecundam orationem „ in exilium pulſi ſunt, & quæ publicata „ ſunt.

(81) [illegible]

(82) *Ulpianus* loco citato. [illegible]

(83) [illegible] Sermo eſt de navi, quæ Atticæ litora attigerat, quamque ii, quorum de re agebatur, obſervabant, ne inde avectis, quas detulerat, mercibus, ingenti ipſorum damno recederet.

(84) *Pollux* præterea *lib.* 3. *cap.* 4. addit tres obolos perſolutos Scribæ [illegible] Videndus, ſi placeat, præter *Harpocrationem*, quem citat A. N, etiam *Suidas* in μετοίκιον.

(85) *Plutarchus* in *Q. Flaminio*: [illegible]

(86) De hoc tributo, quod à ſociis Civitatibus exigebatur, audiendus etiam *Pollux lib* 8. *cap.* 9. *Sect.* 114, ubi de Hellenotamiis, de quibus paulo infra A. N., [illegible] Cenſet *Jungermanus* in notis ſæpius jam citatis ad *Pollucem*, [illegible] magiſtratus fuiſſe ab Hellenotamiis diverſos, ſed ad id probandum nihil omnino adfert.

(87) [illegible], idem *Pollux lib* 8 *cap.* 9. *Sect.* 128. ubi de Naucrariis, ſive de Demarchis. [illegible]

(88) Quæ erunt A. N. ex citata *Demoſthenis* Oratione, deſumenda ſunt ex univerſo ipſius contextu; quare eam edeat Lector. *Gronovius* in *Præfat.* Vol. V. *Græcarum antiquitatum Sigonium* carpit, quòd Orationem citarit identidem Demoſthenis *De epitrierchemate*. Si id unum Gronovio diſplicet, quod ſcribendum potius ſit *epitrierarchemate*. Bene habet. Sigonianum [illegible] librario potius adſcriptum vellem, quam Auctori. Si vero cenſeat, nullam inter Demoſthenicas Orationem [illegible], hallucinatur. *Budæus* in *Commentariis linguæ Græcæ* ſatis oſtendit, Orationem eam, quæ adverſus *Polyclem* eſt, hoc titulo inſcribendam. Qua quidem de re, quis ambigendi locus cum tota ſit de hoc argumento? Accuſator enim vehementer queritur, quod coactus ſit [illegible], ideſt Triremi præeſſe diutius, quam par erat.

(89) Res eſt per ſe obvia eas Orationes legenti, ac præcipuè primam olinthiacam.

(90) [illegible]

(91) Quæ quidem apud Athenienſes communi vocabulo [illegible] dicebatur. *Andocides* in Oratione *de Myſteriis*: [illegible] *Xenoph.* præterea *Hiſt. Græc. lib.* 1. [illegible]

(92) De his latius infra numero centeſimo ſexto. Quid etiam Eponymi, dictum jam alias; ii nimirum, qui decem Tribubus nomen dederant.

„ ſunt. Princeps autem ex iis eſt is, qui venditionem præſtat; abducuntorque ad eos „ inquilini, qui μετοίκιον non pependerunt; „ quin etiam ſervi, qui à dominis manumiſſi „ id non ſolverunt, ad hos adducti, ſi con „ victi ſunt, venum ierunt. (93) Quod confirmat Demoſthenes in prima contra Ariſtogitonem: „ Mulierem, *inquit*, manu ſua ca- „ ptam ad Πωλητήριον τοῦ μετοικίου abduxit, & niſi „ μετοίκιον ab ea ſolutum paruiſſet, vendita „ fuiſſet; voca ad me primum mulieris pa- „ tronum, deinde Poletas, ad quos eam ad- „ duxit. (94) Quemadmodum autem vectigalia, auctione in foro conſtituta, acceptis prædibus locupletibus, venderentur, exponit Plutarchus in Alcibiade, nam Æſchines contra Timarchum, vectigal meretricium quotannis à Senatu venditum inquit. Qui vero ea emebant, in univerſum τελῶναι; qui exigebant, ac colligebant, Ἐκλογεῖς dicebantur. Unde eodem in loco pergit Æſchines, Demoſthenem Timarchi defenſorem ridicule quæſiſſe, quinam eſſet telones ille, qui à Timarcho vectigal meretricium collegiſſet. Hinc etiam leges telonicæ celebratæ, quæ telonis ipſis latæ ſunt Quarum meminit in Timocratea Demoſthenes, cum inquit, jubere legem, ut reſiduas pecunias exigat Senatus legibus telonicis uſus; & cum inquit, Senatum jurare, ſe neminem Athenienſem in vincula traditurum, qui prædes tres dederit, niſi ſi quis vectigalium redemptor, aut præs, aut collector non ſatisfecerit. Erat enim, teſte Ulpiano, lex, ut, ſi telonæ nona prytanea debitam pecuniam non ſolviſſent, duplum aut ii, aut qui pro iis ſpoponderant, numerarent; quod ſi facere neglexiſſent, in vincula traderentur. (95) Adjicit etiam Suidas, Poletas eorum bona vendidiſſe, qui ad conſtitutam diem publico non ſolviſſent, & qui de peregrinitate, & qui de neglecto, & violato patrocinio damnati eſſent. (96)

Poſt venditores autem fuerunt Ἐπιγραφεῖς, qui ad ξένοις ſociis, & ἀστοῖς civibus inſcribendas creati ſunt, nempe ut æſtimatis cujuſque bonis, quantum cuique tributi nomine pendendum eſſet, inſcriberent, quod à Polluce, (97) & Arpocratione traditum video etiam ab Iſocrate confirmatum in Trapezitica: „ Tributo, *inquit*, vobis imperato, aliis in- „ ſcriptionibus inſtitutis, ego ex peregrinis „ plurimum contuli, & ipſe, & mei, & mihi „ ipſi tributum maximum inſcripſi; pro Pa- „ ſione vero rogavi Synepigrapheos, cum „ eum meis uti pecuniis dicerem. Quod ſi Alcibiades hoc magiſtratu ornatus Græciæ tributa inſcripſit, & auxit, profecto epigraphei decem fuerunt, cum ille decimus eo munere functus ab Andocide referatur.

Jam vero qui has pecunias exegerunt, Apodectæ, Antigraphei, Helleontamiæ, Deæ Deorumque Quæſtores, & Practores appellati ſunt.

Ἀποδέκται decem à Cliſthene pro Colacretis ſunt inducti. Eorum vero, cum ſortito legerentur, negotium fuit, vectigalia, collationes, ceteraſque, quæ publico deberentur, pecunias in Senatu Senatoribus inſpectantibus recipere, eaſque in tabulas publicas referre, ac deletis debitorum nominibus ærario tabulas tradere; præterea lites his de rebus contractas judicare, & ſi quid controverſiæ exiſteret, in forum introducere; quæ omnia jura partim in Pollucis, partim in Arpocrationis, partim in Suidæ collectaneis extant. (98) Earum autem meminit Æſchines contra Cteſiphontem, & Demoſthenes contra Timocratem; in qua oratione etiam de pecuniis, quæ in Senatu repræſentarentur ex lege, præcipitur.

Ut autem Apodectæ in Senatu, ſic Ἀντιγραφεῖς in populo tabulas confecerunt. Quod indicat Æſchines adverſus Cteſiphontem, cum inquit: „ Antigrapheus fuit, qui in quaque „ pry-

---

(93) *Lib. 8. cap. 9 Sect 99.* [illegible] *Sigonius* vertit [illegible] *Poſt ſecundam orationem* Recte nec ne, vide apud *Pollucis* Scholiaſten *Harpocration* in μετοίκιον. [illegible] Erant numero decem, unus ex ſingulis Tribubus. *Suidas*: [illegible]

(94) [illegible]

(95) Operæ pretium *Ulpianum* ipſum audire legem hanc, quam citat A. N., pluribus efferentem: [illegible] *Quidam, quibus mandatum erat, ut à Publicanis pecuniam exigerent. Sciendum autem eſt, ipſos Publicanos ſibi ſuo conſtituere ſponſores ſolitos, ut niſi nono Senatus conventu ſolviſſent, duplum neceſſo haberent, aut hi, aut illi numerare. Idque debitores omnes neceſſario faciebant, cum primum debere civitati cœpiſſent, ut prædes darent, ſe ad nonum Senatus conventum ſoluturos, & manebant ignominioſi donec ſolviſſent. Quod ſi nono Curiorum conventu prætereito non ſolviſſent, tum & in vincula conjiciebantur, & duplum numerabant, neque jam eis integrum erat ſponſores dupli conſtituere.*

(96) De his, jam ſatis dictum eſt num. 93.

(97) *Pollux lib. 8 cap 9. Sect* 103. [illegible] Apud eundem in notis habes etiam *Harpocrationem* ſuæ, veræ ſcilicet lectioni reſtitutum.

(98) Iterum *Pollucem* dabo *lib. 8. cap. 9. Sect. 97.* [illegible] *Demoſthenem* præterea: [illegible] In *Timocratea*. Vide demum num. 36. lib. 2.

„ prytanea rationes publicorum redditorum, „ populo ſubducebat; (99) & Ulpianus in Androtianam, cum antigrapheum pro Senatu ad populum, in quibus opus eſſet, contraſcripſiſſe tradit. Arpocratio vero antigrapheum conſtitutum iis ſcribit, qui civitati pecunias ſolverent, ut eas contraſcriberet, duoſque ex Ariſtotelis ſententia fuiſſe, unum τῆς διοικήσεως alterum Senatus, inquit. (100) Ex quo intelligi poteſt, accepti tabulas binas fuiſſe, unas quas confecerint apodectæ in Senatu; alteras, quas antigraphei pro Senatu in populo; ut cum duobus in locis pecuniarum publicarum ratio pateret, minus obnoxia fraudi, ac malitiæ hominum eſſet. (101) Quem vero ego antigrapheum τῆς διοικήσεως eſſe opiner, poſt declarabo.

Ut autem apodectæ vectigalia, & civium tributa receperunt, ſic ἑλληνοταμίαι ſociorum. (102) Sunt autem inſtituti, auctore Thucydide, eo anno, quo primum Ariſtides ſociis tributa indixit, & ærarium in Delo conſtituit; quod etiam Andocides in oratione de pace ſignificavit. Narrat autem interpres Acharnenſium, vere primo, cum Dionyſia agebantur, tributa à ſociis Athenas fuiſſe perlata.

Quæſtores autem deæ, deorumque Græce οἱ ταμίαι τῆς θεοῦ, καὶ τῶν θεῶν nominati, ut ſcribit Pollux, decem ſorte lecti ſunt ex iis, qui Quinquemodiales appellabantur. Hi vero pecunias, quæ mulctæ nomine pendebantur, accipiebant præſente Senatu, juſque habebant mulctæ defendæ, ſi injuſte eſſet à magiſtratibus irrogata. Arpocratio vero ex Ariſtotelis commentariis ſcribit, eoſdem Minervæ ſignum, & victorias, & alia ornamenta, & pecunias in conſpectu Senatus recepiſſe. Horum autem meminit Demoſthenes in Timocratea: „ Quin „ etiam Quæſtores, quorum in Magiſtratu „ ephiſthodomus eſt incenſus, & qui ſunt ex „ quæſtionibus Deæ, & qui ſunt aliorum Deo„ rum, in iis ædibus erant. (103) Quem locum exponens Ulpianus inquit, pecuniam quandam cum aliis Diis, tum Minervæ ſacram repoſitam fuiſſe in conclavi, quod erat poſt arcem, qui propterea opiſthodomus vocabatur; (104) & Æſchines contra Timarchum, „ cum eſſet, *inquit*, Senator Timarchus, Quæ„ ſtor erat pecuniarum Deæ Hegeſander, fu„ rati autem ſunt civitatis communiter mille „ drachmas. Hos autem eoſdem Andocides in oratione de myſteriis Quæſtores ſacrarum pecuniarum appellat. Ceterum pecuniæ ſacræ habitæ ſunt, quæ Minervæ, & reliquis Diis erant conſecratæ. Erat autem Minervæ quidem decima bonorum, quibus cives mulctarentur; quod Xenophon in primo rerum Græcarum prodidit, & ex aliquot legibus Solonis elicitur; (105) aliis autem Diis, & ſingulis Eponymis quinquageſima. Quod Demoſthenes oſtendit contra Timocratem, cum inquit: „ Negare non poterit, quin iſti fures ſint, & „ ſacrilegi, cum ſacras pecunias decimas deæ, „ & quinquageſimas aliorum Deorum ſuppi„ larint, publicas vero, quæ veſtræ erant, „ furati ſint; (106) & cum pollicetur, ſe oſtenſurum, Timocratem multas pecunias habere deæ, & aliorum deorum, & civitatis. Quod idem confirmatur ex lege, quam recitat adverſus Theocrinem: „ Sint ἐνδείξεις ad„ verſus eos, qui publico debent, & qui Mi„ nervæ, aut aliorum Deorum, aut Epony„ morum alicui. (107) Quod autem ſcribit Pol-

(99) πρότερον μὲν τοίνυν ἀντιγραφεὺς ἦν χειροτονητὸς τῇ πόλει, ὃς καθ' ἑκάστην πρυτανείαν ἀπελογίζετο τὰς προσόδους τῷ δήμῳ· διὰ δὲ τὴν πρὸς Εὔβουλον γενομένην πίστιν ὑμῖν, οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν κεχειροτονημένοι ἦρχον [illegible] τὴν τοῦ ἀντιγραφέως ἀρχήν, ἦρχον δὲ τὴν τῶν ἀποδεκτῶν, καὶ νεωρίων ἦρχον, καὶ σκευοθήκην ᾠκοδόμουν, ἦσαν δὲ καὶ ὁδοποιοί, καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην διοίκησιν εἶχον τῆς πόλεως. Libenter hæc attuli ex *Æſchine*, quod præter τῶν ἀντιγραφέων aliorum etiam mentionem faciat, de quibus *Sigonius*. Adde *Ulpianum* in *Androtianam*: ἀντιγραφεὺς δὲ [illegible] πρὸς τὸν δῆμον, ἐν οἷς ἂν δέοιτο.

(100) *Harpocration* in ἀντιγραφεύς. διττοὶ δὲ ἦσαν ἀντιγραφεῖς· ὁ μὲν τῆς διοικήσεως, ὥς φησι Φιλόχορος· ὁ δὲ τῆς βουλῆς, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.

(101) Addit *Pollux lib. 8 cap. 9. Sect. 98.* τοὺς ἀντιγραφέας, quos latine Cancellarios, ſequiori ſæculo dictos puto, primo quidem αἱρετοὺς fuiſſe, deinceps vero κληρωτούς.

(102) De his, idem *Pollux lib. 8. cap. 9 Sect. 114.* καὶ ἑλληνοταμίαι, οἱ τοὺς φόρους [illegible]

(103) καὶ οἱ ταμίαι ἐφ' ὧν ὁ ὀπισθόδομος ἐνεπρήσθη, καὶ οἱ τῶν τῆς θεοῦ, καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεῶν, ἐν τῷ οἰκήματι [illegible].

(104) *Ulpianus*: [illegible] *Secundum pecuniam tum quæ aliis Diis ſacra erat, tum quæ Minervæ repoſitam fuiſſe in conclavi quodam poſt arcem, quod vocaretur* ὀπισθόδομος, *quaſi poſteriorem domum dicas. Et quoſdam fuiſſe Quæſtores conſtitutos ad eam pecuniam cuſtodiendam, quodam autem tempore, cum magna pecunia illuc relata eſſet, viſum eſt Quæſtoribus clam Republica eam mutuare argentariis, ut ipſi quæſtum inde facerent. Ut verò id fecerunt, accidit poſtea, ut argentariæ menſæ everterentur. Viſum igitur eis eſt incendere opiſthodomum, ut pecunia igne, non ab ipſis conſumpta videretur.*

(105) Ex *Demoſthene* præterea, cujus verba mox nos referemus.

(106) [illegible]. Obiter nota Lector τὰ ὅσια etſi ut plurimum adhibeatur ad res ſacras indicandas, interdum tamen uſurpari pro re quapiam, quæ Populum, ſeu Rempublicam ſpectet, quod quidem eruitur tum ex *Platone de Legibus lib.* 10., tum ex hac *Demoſthenis* Oratione; fortaſſe ex eo, quod τὰ δημόσια inter res ſacras veluti recenſerentur. Addo alterum *Demoſthenis* textum, quem innuit A. N. his, quæ proxime ſequuntur verbis: [illegible]. Addam etiam quæ in hunc locum adfert *Ulpianus* Lectori, quemadmodum arbitror, non diſplicitura. [illegible]. *Quia Reipublicæ pendebatur duplum, Minervæ autem decima, Eponymis* (*quaſi cognominatores dicas*) *quinquageſima. Eponymi autem vocabantur ſtatuæ quædam Heroum, à quibus decem Tribus cognominabantur: atque pecunia decem Tribus ad privata quædam ſacra vocabantur* τῶν δ' ἐπωνύμων nomina *vide lib. 2. cap. 2.*

(107) Vide numerum decimumquintum lib. 2.

Pollox, Quæſtores Deæ mulctam ſuſtuliſſe à Magiſtratibus irrogatam, idem aperte Lyſiæ teſtimonio confirmatur in oratione pro mi lite: „ Archon, *inquit*, mulctam irrogavit, „ ſed exigere non eſt auſus; peracto autem „ magiſtratu me relatum in album Quæſtori„ bus tradidit, iique mulctam deleverunt. Hos etiam eoſdem arbitror appellatos *ταμίας τῆς ἀκροπόλεως* à Demoſthene contra Timocratem, cum dixit: „ Quæſtor cum eſſet in arce, or„ namenta civitatis, quæ ceperat ex barbaris, „ ſuſtulit ex arce, & ſellam argenteis pedi„ bus præditam, & acinacem Mardonii, qui „ trecentos daricos valuit. (108) Me vero in hanc opinionem ducit, quod decima quoque hoſtilium ſpoliorum Minervæ, teſte Arpocratione, conſectata, & propterea Quæſtoribus ejus cuſtodienda in arce commiſſa fuit. (109)

Ut autem mulctæ pars, quæ Minervæ dicata erat, apud Quæſtores Deæ inſcribebatur, ſic quæ civitati, apud *πράκτορας*, quod ex lege declaratur, quæ eſt in oratione ad Macartatum: „ Si quis oleam Athenis effoderit, de„ beat centum drachmas ærario pro unaqua„ que olea, decima vero ejus ſit Deæ; quod „ autem damnabitur, inſcribant magiſtratus „ ii, apud quos erit lis: quod publico qui„ dem debetur, apud Practores; quod vero „ ſacrum ſit, apud Quæſtores pecuniarum „ Deæ. (110) Itaque cum in principio orationis primæ contra Ariſtogitonem inquit: „ Noſtis ipſum debere ærariu, & inſcriptum „ in arce, (111) ſine dubio inſcriptum Practorum tabulis, aut Quæſtorum Deæ intelligere debemus. Siquidem inquit idem alio loco: „ Pacta quidem eorum quæ debet civi„ tati Ariſtogiton, ſunt leges, ex quibus in„ ſcribuntur omnes, qui debent, terminus „ autem eſt tabula apud Deam poſita; ſi hæc „ ſublata ſunt, deletum eſt nomen, & nos „ inania loquimur. (112) Ut autem eas tabulas *ἐγγραφὰς*, ſic qui in eas relati erant, *ἐγγεγραμμένους* vocarunt. (113) Nam omnino relatos oſtendit in oratione contra Theocrinem: „ Neque vero æquum eſt, *inquit*, ſuſpicari „ eos debitores eſſe, quorum nemo nomina „ Practoribus tradidit; (114) *item*: Neque „ vero ſi Cteſicles conceſſit, huic, ne trade„ rentur Practoribus, quæ ex lege debentur, „ propterea civitatem irrogatis ſpoliari mul„ ctis oportet, ſed litigatores de rebus pri„ vatis pro arbitrio tranſigere opus eſt, de „ publicis vero, ut ſanciunt leges. (115)

Quod ſi per Apodectas, aut Quæſtores Deæ ſacræ, publicæque pecuniæ omnes non eſſent exactæ, tum Senatus ex lege, cujus jam ſæpe meminimus, ſevere, atque acerbe eas exigendas curabat ab iis, qui eas retinerent. Quocirca ex Senatuſconſulto ſæpe legi in eam rem *οἱ ζητηταὶ* ſoliti ſunt. Quod docet in Timocratea Demoſthenes, inquiens: „ Decre„ tum fecit Ariſtophon, ut *ζητηταὶ* eligeren„ tur, ut ſi quis aliquem noſſet, qui ſacra„ tum, aut publicatum pecuniatum civitatis „ aliquid retineret, his indicaret. Euctemon „ indicavit Archebium, & Lyſithidem, qui „ trierarchi fuerunt, pecunias tenere Naucra„ ticas. (116) Quem in locum Ulpianus *ζητητὰς* magiſtratum fuiſſe ſcribit eos, qui pecuniam aut civitati, aut ſacris deberent, indagantem, (117) quod idem Lyſias in oratione de muneribus acceptis affirmat. Itaque hunc eundem magiſtratum intelligi puto à Demoſthene in oratione contra Evergum: „ Decretis veſtris & Senatus, & Populi, & „ Lege imperante ab hoc debitore trierarchi„ ca armamenta exegi; (118) item contra Timocratem, & Androtionem; quibus in locis ſignificat, Androtionem ex Senatus, Populique decreto reſiduas ex veteribus tributis pecunias acerbe exegiſſe, ſed quo præditum magiſtratu, non exprimit. Significat autem magiſtratum eum in ſortem conjici ſolitum, ſed tum Androtioni extra ordinem collegis additis novem à populo per gratiam eſſe mandatum; &, cum poſt Nauſinicum archontem trecenta millia talentûm tributi nomine deberentur, ac quatuordecim ei ſummæ deeſſent, ſeptem ex iis diligentiâ Androtionis exacta. (119) Arpocratio vero jus hujus magiſtratus latius aliquanto producens, eos ad tempus creatos inquit, ſi quando conquirendi eſſent, qui publice injurioſi fuiſſent.

Eodem autem referendi etiam videntur *οἱ σύνδικοι*, qui, eodem teſte, poſt reditum populi è Piræeo, id eſt, poſt triginta tyrannorum

(108) [illegible]

(109) Etſi non accedat *Harpocrationis* ſuffragatio certa ſatis hæc ſunt ex his, quæ attulimus paulo ante.

(110) [illegible]

(111) [illegible]

(112) [illegible] ... ὑμεῖς ληρῶμεν, μᾶλλον δὲ ψευδόμεθα.

(113) Vide ſupra num. centeſimum undecimum.

(114) [illegible]

(115) Ex eadem Oratione, ſed alio in loco: [illegible]

(116) [illegible]

(117) [illegible]

(118) [illegible] Hæc contra Evergum.

(119) Satis fuerit hæc ex *Demoſthene* retuliſſe: [illegible]

norum dominatum everſum, creari cœpti ſunt, A ut de bonis civium publicatis cognoſcerent, (120) ita ut Lyſias, cum de bonis publicatis Niciæ ageret, in extrema oratione, ſe apud Syndicos judicii ejus præfectos agere, demonſtrarit, cum dixit: „ Obteſtor autem Syndicos, ut nobis benevoli ſint; & in oratione Mantithei: „ Nemo oſtendere poterit, me neque delatum à Phylarchis, neque traditum Syndicis, neque æs equeſtre adeptum. „ Itaque apud hos ἀντιγραφαὶ ſunt inſtitutæ; quod ex Lycurgi, quam profert Arpocration, oratione cognoſcitur. „ Apud Theſmothetas, „ *inquit*, γραφὰς γραφόμενοι, apud Syndicos „ ἀντιγραφὰς ἀντιγραφόμενοι. Ἀντιγραφὴ vero, ut dixi, his fuit, quam intendit is, qui publici B quidpiam alterum retinere contendit. (121)

Ex his autem pecuniis, quæ ex vectigalibus, tributis mulctiſque redactæ in publicum erant, aliæ aliis Reipublicæ uſibus attributæ erant; unde diverſa etiam pecuniarum nomina, ut τῆς διοικήσεως, τὰ στρατιωτικὰ, τὰ θεωρικά: & diverſi, qui eas erogarent curatores, ut ταμίας τῆς διοικήσεως, ὁ στρατιωτικῶν, & ὁ θεωρικῶν extiterunt.

In primis autem ille gloriæ, atque auctoritatis magnitudine floruit, qui ταμίας τῆς διοικήσεως eſt appellatus, quem etiam ταμίαν, ſive ἐπιμελητὴν τῆς κοινῆς προσόδου dixerunt. Hic enim à populo in quinquennium creari, atque iterum, & tertium cum infinita prope C congerendæ, & diſtribuendæ pecuniæ publicæ poteſtate refici ſolitus eſt. Id quod bis veterum auctoritatibus facile demonſtratur. Apud Plutarchum in decreto de honoribus Lycurgi: „ Factus communium redituum civitati Quæſtor, in quinquennium curat, & diſtribuitis „ ex communibus reditibus decem & octo „ millibus & nongentis talentis, multis vero „ ſupra fidem à privatis mutuo ſumptis, & „ in Reipublicæ populique tempora expenſis, „ quod recte hæc adminiſtraſſe viſus ſit, ſæpe „ coronatus eſt à civitate; iterum autem lectus à populo magnam pecuniarum vim in „ arcem intulit, & confecto Deæ ornatu & D „ victoriis, & pompalibus aureis, ac argenteis, & ornatu aureo in centum ciſtiferas; A (122) & de Ariſtide: „ Publicorum redituum „ lectus curator non ſolum ſuæ ætatis, ſed „ etiam ſuperioris magiſtratus oſtendit multa „ ſuppilaſſe, & in primis Themiſtoclem; quare „ ab eo in referendis rationibus oppugnatus, „ ſtudiis tamen bonorum evaſit; iterum autem τῇ διοικήσει præpoſitus, cum ſe mollius „ gereret, iis ſe probavit, qui communem „ rem depeculabantur, quod neque eos redargueret, neque ſevere rationes eorum „ conficeret, uſque adeo ut repleti bonis publicis eum commendarent, & pro eo populum prenſarent, ut ei tertium magiſtratum continuaret, cum autem creatus eſſet, B „ objurgavit eos, & furta patefecit; & in Politicis: „ Demades cum in poteſtate reditus civitatis haberet, ac populus claſſis adverſus Alexandrum emittendæ cupidus ab „ eo ſibi pecuniam in claſſem attribui poſtularet, pecuniæ, inquit, non deſunt, at eas „ ego vobis in proximos Choas diſtribuere „ cogitaram. Quin etiam hunc eundem ταμίαν τῆς διοικήσεως appellavit, cum Lycurgum eundem in tria quinquennia Quæſtorem ſcripſit pecuniarum διοικήσεως habuiſſe; & Æſchines in oratione de ementita legatione, cum ait: „ Iſte curavit veſtros reditus, quando „ illum legiſtis ad communem διοίκησιν; & C Pollux cum eum ἐπιμελητὴν ἐπὶ τῆς διοικήσεως τῶν προσιόντων, καὶ ἀναλισκομένων appellavit, id eſt, præfectum procurationi accedentium, & abeuntium pecuniarum, & earum præcipue, quæ concioni, & judicibus mercedis loco erogarentur. Unde apud Laërtium in decreto de Zenone ſcriptum eſt: „ Sumptum autem, „ qui fit in pilas, curet ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως; in decreto autem de Lycurgo apud Plutarchum populi Quæſtor nominatur; ſiquidem ſcriptum eſt: „ Decretum eſt, ut Lycurgi pſephiſmata omnia in pilas lapideas inciderentur; in deſcriptionem vero pilarum Quæſtor populi quingentas drachmas impenderet ex iis, quæ in pſephiſmata attribuuntur D „ à po-

(120) Syndici præterea dicti ſunt, qui à ſingulis urbibus mittuntur Patroni, ad cauſam unius Provinciæ tuendam. Teſtis *Demoſthenes* in Orat. de *Corona*, ubi ait *Æſchinem* ab Athenienſibus ad Delphicum Templum nomine publico deſtinatum: [illegible] ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου [illegible], χειροτονησάντων αὐτὸν ὑμῶν σύνδικον ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δήλῳ. Quid? quod cauſæ alicujus Patroni, præſertim publicæ σύνδικοι dicti ſunt? Qui enim legem, quam Leptines tulerat de *Immunitatibus*, tuebantur, ab adverſario *Demoſthene*, qui eam legem Oratione impugnat eo nomine ſunt compellati: ᾕρηνται δὲ τῷ νόμῳ σύνδικοι, καὶ μάλ' οἱ δεινοὶ λέγειν ἄνδρες. Verùm de his, aget inferius A. N. capite ſexto. Placuit tamen pauca hæc innuiſſe hoc loco, ut facilius, quæ de utriſque traduntur, cum ſimul occurrant, intelligantur. E

(121) De ἀντιγραφῇ vide *libri tertii caput primum*, & Orationem *Demoſthenis* in *Nicoſtratum*.

(122) *Plutarchus* in Decreto de *Honoribus Lycurgi*; καὶ γενόμενος τῆς κοινῆς προσόδου ταμίας τῇ πόλει ἐπὶ τρεῖς πεντετηρίδας, καὶ διανείμας ἐκ τῆς κοινῆς προσόδου μύρια, καὶ ὀκτακισχίλια, καὶ ἐνακόσια τάλαντα· πολλὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ πίστεως αὐτῷ προδανείσας, καὶ εἰς τοὺς τῆς πόλεως καιρούς· καὶ τὸ δῆμον τὰ πάντα [illegible]. δόξας δὲ ἅπαντα ταῦτα δικαίως διῳκηκέναι, πολλάκις ἐστεφανώθη ὑπὸ τῆς πόλεως. ἔτι δὲ αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου, χρήματα πολλὰ συνήγαγεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ παρασκευάσας τῇ θεῷ κόσμον νίκας ὁλοχρύσους πομπεῖά τε χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ κόσμον χρυσοῦν εἰς ἑκατὸν κανηφόρους. Hæc ex citato Decreto; quæ ſequuntur ex eodem *Plutarcho*; in *Ariſtide*. τῶν δὲ δημοσίων προσόδων αἱρεθεὶς ἐπιμελητὴς οὐ μόνον τοὺς καθ' αὑτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ γενομένους ἄρχοντας ἀπεδείκνυε πολλὰ νενοσφισμένους, καὶ μάλιστα τὸν Θεμιστοκλέα. Σοφὸς γὰρ ἁνὴρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν. διὸ καὶ συναγαγὼν πολλοὺς ἐπὶ τὸν Ἀριστείδην ἐν ταῖς εὐθύναις διώκων κλοπῆς καταδίκῃ περιέβαλεν, ὥς φησιν Ἰδομενεύς· ἀγανακτούντων δὲ τῶν πρώτων ἐν τῇ πόλει καὶ βελτίστων, οὐ μόνον ἀφείθη τῆς ζημίας, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἄρχων ἐπὶ τὴν αὐτὴν διοίκησιν ἀπεδείχθη· προσποιούμενος δὲ τῶν προτέρων μεταμέλειν αὐτῷ, καὶ μαλακώτερον ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν, ἤρεσκε τοῖς τὰ κοινὰ κλέπτουσιν, οὐκ ἐξελέγχων, οὐδ' ἀκριβολογούμενος, ὥστε καταπιμπλαμένους τῶν δημοσίων, ὑπερεπαινεῖν τὸν Ἀριστείδην, καὶ δεξιοῦσθαι τὸν δῆμον ὑπὲρ αὐτοῦ σπουδάζοντας ἄρχοντα πάλιν αἱρεθῆναι. μελλόντων δὲ χειροτονεῖν, ἐπετίμησε τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτε μὲν γὰρ (ἔφη) πιστῶς καὶ καλῶς ὑμῖν ἦρξα, προυπηλακίσθην· ἐπεὶ δὲ πολλὰ τῶν κοινῶν καταπροεῖμαι τοῖς κλέπτουσι, θαυμαστὸς εἶναι δοκῶ πολίτης. αὐτὸς μὲν οὖν αἰσχύνομαι τῇ νῦν τιμῇ μᾶλλον ἢ τῇ πρόσθεν καταδίκῃ. συνάχθομαι δὲ ὑμῖν, παρ' οἷς ἐνδοξότερόν ἐστι τοῦ σώζειν τὰ δημόσια, τὸ χαρίζεσθαι τοῖς πονηροῖς. ταῦτα δ' εἰπὼν, καὶ τὰς κλοπὰς ἐξελέγξας τοὺς μὲν τότε βοῶντας καὶ μαρτυροῦντας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπεστόμισε, τὸν δ' ἀληθινὸν καὶ δίκαιον ἀπὸ τῶν βελτίστων ἔπαινον εἶχεν. In libro demum, cui titulus: *Reipublicæ gerendæ præcepta*: ὡς ὑπαινε Δημάδης ὅτε τὰς προσόδους εἶχεν ὑφ' αὑτῷ τῆς πόλεως· ὡρμημένων γὰρ ἐκπέμπειν τριήρεις βοηθοὺς τοῖς ἀφισταμένοις Ἀλεξάνδρου, καὶ χρήματα κελευόντων παρέχειν αὐτὸν, ἔστιν ὑμῖν (ἔφη) χρήματα· παρεσκεύασα γὰρ εἰς τοὺς Χόας, ὅπως ἕκαστος ὑμῶν λάβῃ ἡμιμναῖον.

„ à populo. (123) Quod autem Pollux ſcribit, curaſſe eum pecuniam, quæ concioni, & judicibus mercedis loco numerabatur, confirmatur item ex lege, quam ex Timocratea jam ſæpe attulimus, in qua ſcriptum eſt, ex pecuniis, quæ ſunt διοικήσεως, pretium Concioni, Judiciis, Senatui, & Equitibus perſolutum. (124)

Fuiſſe autem etiam ἀντιγραφέα τῆς διοικήσεως, qui hos omnes ſumptus in alias tabulas tranſcripſerit, ut duobus in locis earum pecuniarum ratio extaret, mihi in primis in ipſam vocis ejus rationem intuenti probatur.

Æra vero militaria, quæ illi dixerunt στρατιωτικά, fuerunt non ſolum, quæ in uſus militiæ ex publica adminiſtratione converſa ſunt, ut ſignificat Demoſthenes in oratione contra Neæram, cum inquit, decretum ſcriptum, ut pecuniæ, διοικήσεως utique fierent militares; ſed etiam quæ ex tributis belli nomine collatis redacta ſunt; (125) quod intellexit in oratione adverſus Polyclem, cum dixit: „ Ego primus collationes contuli, „ quamvis trierarchus eſſem; cujus rei teſtes „ ſunt, qui tunc militares pecunias exege„ runt. (126) Qui vero ejuſmodi pecunias curarunt: ii ταμίαι τῶν στρατιωτικῶν dicti ſunt. Unde Plutarchus in Lycurgo dixit, Calæum quendam Quæſtorem militarium archonte Charonda fuiſſe. (127)

Theoricæ autem pecuniæ ſunt dictæ, quæ in ludos, & ſpectacula ſunt conſumptæ. Has Ulpianus in Olynthicarum commentario ſcribit à Pericle primum, cum divites loca in theatro ſibi pretio compararent, pauperes autem, ne id facerent, æris inopia impedirentur, eſſe inductas, lege lata, ut pecuniæ ex publicis reditibus confectæ theoricæ fierent. (128) Atque hoc idem confirmat etiam Plutarchus, cum ſcribit, populum à Pericle primum ad theoricas pecunias, & ſtipendia accipienda illectum, item Periclem theoricis, & judicialibus pecuniis populum corrupiſſe. (129) Deinde legibus aliis ſancitum eſt, ut bello exiſtente reſiduæ pecuniæ τῆς διοικήσεως fierent militares; poſtremo Apollodorus decretum ſcripſit, ut pecuniæ τῆς διοικήσεως utique fierent militares; atque hæc docet Demoſthenes in oratione contra Neæram: „ Apollodorus, *inquit*, fit Senator, & decretum „ ſcribit in Senatu, fertque ad populum ne„ mine adverſante, placeat ne pecunias τῆς „ διοικήσεως militares eſſe, an theatrales; cum „ leges juberent, ut bello exiſtente reſiduæ „ pecuniæ τῆς διοικήσεως militares eſſent. (130) Ulpianus autem ſcribit, cum Apollodorus conatus eſſet, theoricas pecunias reddere militares, Eubulum popularem gratiam aucupantem ſcripſiſſe legem, adjuncta capitali pœna, ne quis theoricas pecunias efficeret militares. (131) Libanius autem in Olynthiacas notat, cum antiquitus theatrum lapideum nullum eſſet, ſed ligneum, & omnes locum in theatro feſtinanter occupare ſtuderent, verberationes ſæpe, & vulnera conſequuta; cui malo ut occurrerent Athenienſium principes, venales locos feciſſe, ſtatuiſſeque, uti ſpectandi cauſſa ſinguli duos penderent obolos, ne vero tenuiores propter ſumptum ſpectaculi voluptate ſpoliarentur, eos ex ærario obolos ſumere voluiſſe. (132) Arpocratio vero, qui aliquanto ſecus hanc ex Philochoro refert hiſtoriam, non obolos, ſed drachmam nominat, eamque abſentem, aut peregre euntem neminem capere potuiſſe Hyperidis auctoritate demonſtrat. Hujus autem pecuniæ petendæ jus ex tabulis Lexiarchicis partum eſſe, ex oratione Demoſthenis adverſus Leocharem appa-

(123) [illegible] Quibus verbis apud *Plutarchum* abſolvitur toties jam citatum Decretum de *Honoribus Lycurgi*.

(124) Vide numerum nonageſimum octavum.

(125) Vide inferius num. 130.

(126) Vide citatam Orationem paulo poſt Decretum, quod refert, neque enim ſingula referre vacat, quæ ſparſim eò loci occurrunt. Pauca quæ ſubdo ſint ſatis. [illegible]

(127) Eum *Lycurgum* loquitur, qui decem inter Oratores apud *Plutarchum* occurrit. (πάλαι) ὁ ταμίας γενόμενος στρατιωτικῶν ἐπὶ Χαρώνδου ἄρχοντος.

(128) In enarratione prima Olynthiacæ. Placet hic textum integrum exhibere, de quo mox mox iterum ſermo erit. [illegible] *Sed verior cauſa eſt hæc; quoniam pecuniam militarem, quam habebant Athenienſes, nuper theatralem fecerant, ut ſinguli cives binis inde obolis ad ſpectandum acceptis: alterum ad emendum victum retinerent; alterum poſſent architecto theatri pendere, nec enim tunc theatrum habebant è lapidibus conſtructum.* Paulo poſt ſubdit: [illegible] *Præterea ſciendum eſt, publicam illam pecuniam à Pericle primum theatralem factam, propter hujuſmodi cauſam: quia in magna frequentia ſpectatorum tum cives, tum hoſpites ſeditioſe de locis contendebant: Magiſtratus Athenienſium ad eas rixas prohibendas, venalia loca fecerunt. Poſt, divitibus loca ementibus: ad captandum plebis, & pauperum favorem, ut & ipſis eſſet, unde loca emerent, decretum fecit, ut reditus Civitatis omnibus civibus ad ſpectacula præberentur. Deinde Apollodoro quodam eandem in ſtipendia militum, denuo convertere aggreſſo: Eubulus unus è Magiſtratibus, captator auræ popularis magis ſibi devincire plebis animos ſtudens, lata lege capitalem in eum pœnam ſtatuit, qui theatralem pecuniam facere militarem inſtituerit.*

(129) Eâ ſcilicet ratione, quæ paulo ante ex *Ulpiano* fuſiùs explicata eſt.

(130) [illegible]

(131) Adi numerum 128.

(132) In argumento primæ Olynthiacæ: [illegible]

apparet : „ Primum progreſſus tentavit in „ Otrynenſium indicem concionalem ſemet „ ipſum referre, cum eſſet Eleuſinius ; deinde, antequam referretur in tabulas Lexiarchicas Otrynenſium, communium rerum „ partem adipiſci; cui rei cum nos reſiſteremus, ille convocatis paucis quibuſdam Otrynenſium, & Demarcho ſuadet, ut, cum „ apertæ tabulæ eſſent, ſemet ipſum in Archiadæ nomen inſcribant ; poſt autem Panathenæis magnis ſub diſtributionem ad „ theoricam pecuniam venit, & cum populares alii cepiſſent, petiit ſibi etiam dari, „ & in tabulis in nomen Arcbiadæ inſcribi. (133) Qui his ergo pecuniis præfuerunt, ii ſunt οἱ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ nominati; quorum meminit Æſchines adverſus Cteſiphontem : „ Recita mihi, *inquit*, quo archonte Demoſthenes creatus ſit præfectus Theoricarum; (134) & poſt : „ Propter fidem veſtram erga Eubulum præfecti Theoricarum, antequam lex „ Hegemonis ferretur, gerebant magiſtratum „ antigraphei; & apodectarum, & navalia, „ & armamentarium conſtruebant, eranique „ curatores viarum, & fere omnem procurationem civitatis gerebant. (135)

Quoniam autem Athenienſes, ut in Leptiniana ſcribit Demoſthenes, (136) frumento invecto maxime uſi ſunt (neque enim Attica propter ſoli ſterilitatem ſatis ſuppeditare annonæ, atque alimenti omnibus potuit) eo factum eſt, ut præfecti quidam etiam ſint conſtituti, qui externum frumentum Reipublicæ nomine mercati ſint, idemque recondiderint; ejuſmodi vero munus dicta eſt σιτωνία, ipſique σιτῶναι ſunt appellati. Itaque Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte ait, cum populus Sitonem crearet, ſe reliquis omnibus eſſe Prælatum, & Plutarchus decretum recitat, in quo ſcriptum eſt, Demoſthenem in Sitonia talentum in cellam frumentariam præbuiſſe. (137)

Jam vero quia opera etiam publica plurimum cum ad dignitatem, tum etiam ad ſalutem ſæpe Reipublicæ pertinuerunt, ne eorum quidem curam abjecerunt, qui hanc legibus Rempublicam inſtruxerunt ; quo de genere probe Ariſtoteles in Politicis : „ Altera curatio eſt, *inquit*, operum in urbe „ tum publicorum, tum privatorum, ut cum „ decoro ornatu ædificia, & viæ conſerventur, & collapſa reficiantur, & limites com„ munes ſine controverſia teneantur, & cetera, quæ ſimilia ſunt ; hunc autem magiſtratum plerique ἀστυνομίαν vocant : habet„ que partes plures, quarum aliis alii in magnis civitatibus præficiuntur, ut murorum „ conſtructores, & fontium curatores, & portuum cuſtodes. (138) Plato autem in ſexto de legibus ἀστυνόμους curare vias jubet, quæ ſint in urbe; & vias militares populi, quæ ferant ex agro in urbem; & ædificia, ut fiant ex legibus; & aquas, ut in fontes abunde, & pure euntes ornent una, & juvent civitatem. (139) Ejuſmodi vero ἀστυνόμους decem Athenis fuiſſe, prodit ex Ariſtotelis auctoritate Arpocratio, (140) quinque in Piræeo, & quinque in urbe ; quorum cum mentionem feciſſet in Timocratea Demoſthenes, Ulpianus adſcripſit, iis curæ fuiſſe, ut munda urbs eſſet. (141)

Quos vero vocat Ariſtoteles τειχοποιοὺς, ii non ordinarii magiſtratus fuerunt, ſed pro re nata à tribubus ad muros veteres reficiendos una cum Quæſtoribus aliquot editi ſunt; quem magiſtratum geſſit Demoſthenes à Pandionide tribu ſua editus. (142) Unde Æſchines de ementita legatione dixit, decreto mandatum eſſe ſingulis tribubus, ut proderent curatores operum ad muros, & Quæſtores. (143) Plutarchus autem propterea Demoſthenem etiam murorum curatorem vocavit.

Eundem autem in numerum adſcribendi videntur οἱ ἐπιστάται τῶν ὑδάτων, qui aquas in urbem perducendas curarunt; quo munere functum eſſe Themiſtoclem prodit Plutarchus ; (144) item οἱ ὁδοποιοὶ, qui vias ſtraverunt, & qui fontium curam habuerunt, quos κρηνοφύλακας appellat Pollux; (145) atque omnino omnes ἐπιστάται τῶν δημοσίων ἔργων; quo nomine ho-

(133) Vide numerum decimum lib primi.

(134) [illegible]

(135) Vide numerum nonageſimum nonum.

(136) [illegible]

(137) Vide *Plutarchum* in Decretis, quæ X Oratorum Vitas ſubſequuntur : [illegible]

(138) *Politicorum lib. 6. cap 8.* [illegible]

(139) Hæc enim omnia ad Civium commodum, ad Urbis ornamentum pertinent : propterea merito τοῖς ἀστυνόμοις commendata.

(140) [illegible]

(141) *Ulpianus* in *Timocrateam* : [illegible]

(142) Docet *Æſchines* in Oratione contra *Cteſiphontem* : [illegible] ac paſſim aliis in locis, ac *Demoſthenis* Orationibus.

(143) Dabo potius ejus verba ex alia contra *Cteſiphontem* Oratione, quod clariora videantur: [illegible] (Aprilis die vigeſima ſecunda) [illegible] (ſecunda Maji) [illegible]

(144) Referenda omnino *Plutarchi* verba in *Themiſtocle* : [illegible] *Vidit etiam in Matris Deûm templo Virginem aneam, quam Hydrophoron appellant, duorum cubitorum magnitudine, nisi ſe fallam, cum aquarum Athenis Præfectus eſſet, è mulctis eorum, quos aquam abductam divertiſſe deprehenderat.*

(145) οἱ κρηνοφύλακες tamen, qui Magiſtratus inter Athenienſibus recenſebantur, ii erant potiſſimum, teſte *Polluce*, qui fontem aſſervabant, ex quo aqua in judiciis petebatur, ad dimetiendum tempus tum actori, tum reo; qua de re dictum num. 115., & 116. libri tertii. Subjicienda tamen pauca quædam ex *Polluce* lib. VIII. cap IX. Sect. XXXI. [illegible]

honoris uſum ſignificat Plutarchus rum cum Propylæa, & reliqua illa illuſtria urbis ædificia conſtruxit; quorum ne rationem redderet, bellum fertur cum Lacedæmoniis graviſſimum excitaſſe; itemque, qui ad belli apparatum creati dicuntur, ut Lycurgus, de quo idem: „ Electus ad apparatum belli multa „ civitatis emendavit, & triremes paravit po„ pulo quadringentas, & Lyceum gymnaſium „ conſtruxit, & palæſtram ædificavit, & thea„ trum Dionyſii ἐπιστάτης abſolvit. (146)

Neque vero, cum operum publicorum, quibus fere urbs ornabatur, tam diligentem rationem haberent, legum ipſarum, morumque & magiſtratuum, quibus Reipublicæ incolumitas continebatur, ſibi contemnendam putarunt; verum legibus ſervandis νομοφύλακας præpoſuerunt, moribus vero nonnullos alios. Nomophylaces autem eo honore affecti ſunt, ut & ſtrophio albo inſignirentur, & ludis in ſellis adverſus Archontes conſiderent; ceterum eo jure eſſent, ut magiſtratus legibus uti cogerent, & in concionibus ſedentes cum proëdria prohiberent, ne quid adverſus leges, & contra Reipublicæ commodum ſuffragiis populi ſciſcererut; quemadmodum apud Pollucem, (147) & Arpocrationem invenimus. Nam Cicero in tertio de legibus ſcripſit, eos non ſolum literas, ſed facta etiam hominum obſervaſſe, ad legeſque revocaſſe.

Motibus autem juvenum Præfecti fuerunt σωφρονισταὶ decem, quorum mentio fit in Axiocho à Socrate: „ Ubi vero in ephebos, in„ quit, inſcriptus ſit, omne adoleſcentuli „ tempus Sophroniſtis, & Areopagi cenſuræ „ tribuitur. Quin etiam Ulpianus, cum Demoſthenes adverſus Mediam Theſmothetæ cujuſdam noctu per petulantiam violati meminiſſet, notatum reliquit, Theſmothetas moderationis cuſtodes, vindiceſque fuiſſe, & noctu urbem obeuntes, ne quid per petulantiam fieret, providiſſe.

Mulieribus autem Præfecti fuerunt γυναικονόμοι viginti, qui, teſte Polluce, in mulieres parum modeſtas animadverterunt, & mulctas earum inſcribentes expoſuerunt in Platano in Ceramico. (148)

Virorum autem cœtus, & convivia, ſumptuſque inſpectarunt, qui οἰνόπται dicti ſunt; de quibus Athenæus libro decimo: „ OEno„ præ erat magiſtratus Athenis, qui inſpicie„ bat prandia, an æqualiter biberent, qui „ convenerant, & erat magiſtratus tenuis; „ tres erant, qui præbebant prandentibus ly„ chnos, & funalia. Atque hoc idem etiam munus videtur tribuere iis, qui γυναικονόμοι dicti ſunt, cum ſcribit libro ſexto, moris fuiſſe, ut γυναικονόμοι convivia inſpicerent, & numerum vocatorum, an eſſet ſecundum legem, inquirerent; Philochorum autem ſcribere Gynæconomos cum Areopagitis cœtus inſpectaſſe in ædibus, & nuptiis, & ſacrificiis. (149)

Qui vero magiſtratus, atque curationes omnes repoſcendis rationibus in officio manere coëgerunt, ii λογισταὶ, & εὔθυνοι nominati ſunt. Quos quidem magiſtratus inter ſe diverſos fuiſſe Arpocratio ex Ariſtotelis ſententia prodit, verum quonam modo, quod optandum erat in primis, non adſcribit. (150) Mihi

(146) [illegible] (Lycurgus) [illegible].

(147) Græcè dabo ipſiſſima *Pollucis* verba, quæ A. N. Latine recitat; deſumpta ſunt ex *lib.* 8., de quo jam ſæpius, *cap.* 9. *Sect.* 94 νομοφύλακες [illegible]. Id enim præſefert ratio ipſa nominis. νομοφύλακες enim, idem ſonat ac *legum cuſtodes*.

(148) οἱ γυναικονόμοι iidem omnino ac γυναικοκόσμοι, cum utrorumque fuerit idem munus. *Heſychius*: [illegible]. *Platanus*; *Arbor* (in Ceramico) *ad quam mulierum diſciplinæ exactores exponebant mulctas in albo*. *Pollux lib.* 8. *cap.* 9. *Sect.* 112 [illegible]. *Mulierum ornatores autem Magiſtratus præpoſiti decori fœminarum. Indecenter autem agentes mulctabant, & mulctas earum ſcribentes expoſuerunt ad Platanum in Ceramico. Viginti legebant uni cum triginta Civita. In Rectoribus, & legum curatoribus, eligentes ex probatione.* Operæ pretium duxi integrum referre *Pollucis* textum, qualem exhibet *Meurſius Att. lect. lib.* 2 *cap.* 5. Cæterum aliter omnino diſtinguendum exiſtimo, ſcilicet, ita ut οἱ εἴκοσι non referatur amplius ad γυναικονόμους, ſed titulus novus ſit. *Viginti*, nimirum *Magiſtratus alter*, de cujus electione, ac munere deinceps agit. Cui conjectura hæc non arrideat, integrum erit *Pollucis* commentatores, ipſumque *Meurſium* adire, loco, quem paulo ante indicavi.

(149) *Athenæus* iterum *lib.* 6. [illegible]. Ibidem. [illegible].

(150) Vehementer hoc loco diſſentit a *Sigonio Ubbo Emmius* in *Deſcriptione Reipub. Athen.* Cenſet enim ipſe, ſecus ac affirmat *Sigonius*, eoſdem omnino fuiſſe apud Athenienſes τοὺς λογιστὰς, ac τοὺς εὐθύνους; fateturque in ſententiam hanc ſe ſe adductum *Ariſtotelis* auctoritate potiſſimum cujus verba recitat ex *lib.* VI. *Polit. cap. ult.* quæque hic ſubjicio: [illegible]. *Cum vero quidam Magiſtratuum, etſi non omnes pertractent multa negotiorum publicorum, neceſſe eſt eſſe alium Magiſtratum, qui rationes repetat, & corrigat, ipſe vero nihil tractet. Vocant vero hos, alii correctores, alii rationales, alii ſcrutatores, alii procuratores.* Verumtamen allata *Ariſtotelis* verba non ea, mea quidem ſententia, vi pollent, ut quempiam ab A. N. placitis poſſint avellere. Ariſtoteles quidem promiſcue ait dictos tum λογιστὰς, tum εὐθύνους, eos, qui cæterorum Magiſtratuum rationes exigerent. At cum his componi optime poteſt, quæ ait *Sigonius* de pecunia quidem publica apud λογιστὰς, de edictis verò à Magiſtratibus perperam interpoſitis apud εὐθύνους reddi*tas* eſſe rationes. Addit præterea *Emmius* Novemviros, Senatores, Areopagitas, Legatos, Judices etſi a pecunia publica tractanda longe abeſſent, eò tantum, quòd aliqua ex parte Rempublicam attinent ad λογιστὰς, quo geſti Magiſtratus rationes redderent fuiſſe adductos. Quæ ſane conjectura multo validior eſt; ejuſque vim ſenſit A. N., uti legenti perſpicuum eſt. Cæterum dicendum, ne cum apud *Æſchinem* adverſus *Cteſiphontem* hæ ſimul voces occurrunt, διδόναι λόγον καὶ εὐθύνας dicendum ne, inquam, idem omnino utriſque ſignificari? Rem tamen in medio relinquam cum neutra ex parte ſatis lucis affulgeat.

Mihi vero in nomina ipſa intuenti probabile illud occurrit, εὐθύνους quæſiſſe de edictis à magiſtratibus injuſte interpoſitis, λογιστὰς vero de pecuniis injuſte ablatis; ſiquidem hic de ſe loquens Æſchines contra Cteſiphontem, has duas voces nunquam disjungit, διδόναι λόγον, & εὐθύνας, ἀπογράφεσθαι λόγον, & εὐθύνας. De utriſque autem Arpocratio in hæc verba: „ Εὔθυνοι decem erant, apud quos qui lega„ tione functi erant, aut magiſtratum geſſe„ rant, aut aliquid rerum publicarum atti„ gerant, εὐθύνας dabant; λογισταὶ vero decem „ erant, qui εὐθύνας eorum, qui adminiſtraſ„ ſent, ſubducebant intra triginta dies, quan„ do magiſtratu abire vellent. Quibus ex verbis ægre, quid inter eos interſit, intelligas. Ac Logiſtarum quidem nomen ſæpiſſime video uſurpari, ut apud Æſchinem contra Cteſiphontem, ubi docet, legibus ſanctum eſſe, ut Senatus Areopagi, omneſque, qui aliquid Reipublicæ attigiſſent, apud Logiſtas rationes referrent, etiam ſi nihil pecuniæ publicæ tractaſſent; Logiſtæ vero eos in fora intro ducerent, & per præconem cives ad eos accuſandos invitarent. Unde addit: „ Non ne „ oportebat, te, ô Demoſthenes, pati, Lo„ giſtarum præconem pronunciare edictum „ hoc patrium, & legitimum? Quis vult ac„ cuſare? & contra Timarchum: Logiſta cum „ eſſet, plurimum nocuit civitati, donis ac„ ceptis ab iis, qui improbe magiſtratum geſ„ ſiſſent; & calumnia iis oblata, qui inno„ centes eſſent; & apud Demoſthenem de Corona: „ Quando me introduxerunt Logi„ ſtæ, cur non me accuſaſti, cum præſens „ eſſes? & de ementita legatione: Ego cum „ vellem bis rationes referre de legatione, „ accedens Æſchines ad Logiſtas vetuit, ne „ me in judicium vocarent. De Euthynis vero mentio rarior; in decreto tamen quodam poſt quadringentorum dominatum everſum apud Andocidem, in oratione de Myſteriis ſcripto ita eſt: „ Placet etiam eorum famam reſtitui, quorum εὐθύναι condemnatæ „ ſunt in Logiſteriis ab Euthynis, aut Pare„ dris, aut nondum in forum introductæ γραφαὶ περὶ εὐθυνῶν.

Jam quid dicam, ut magiſtratum etiam eſſe voluerint, qui nocentes homines aut ante judicium cuſtodiret, aut poſt judicium ſupplicio ex lege afficeret? Hi vero Undecimviri fuerunt, qui à Themiſtocle, & ab Ariſtide ſunt inſtituti, ſinguli quidem ex ſingulis tribubus, & ſcriba undecimus cum eis adnumeratus, ut Heraclides, & Pollux memoriæ prodiderunt. Neque vero id nos perturbet, quod ante Themiſtoclis ætatem in legibus Solonis, ut eſt in Timarchiana, & Timocratea Undecimviri nominentur; nam ad eas leges multa ex poſteriore Republica ſunt adjecta, & hic à Solone numerus induci non potuit, qui quatuor tantum tribus probavit. Harum vero curæ carcerem commiſſum, mandatumque ut de damnatis lege ſupplicium ſumerent, cum Pollux, & alii uno omnes conſenſo ſcripſere, tum oſtendit etiam Plato in Apologia, cum dicentem Socratem fecit: „ Quid me in „ carcere vivere oportet, Undecimviris per„ petuo ſervientem? & in Phædone: Janitor „ admonuit, ne carcerem ingrederemur; ſol„ vunt enim, *inquit*, Undecimviri Socratem, „ atque ei hodie mortem denunciant. *Item*: „ Undecimviri miniſter venit, nuncians So„ crati, ut cicutam bibat; & Xenophon in ſecundo de rebus Græcorum: „ Trigintavi„ rûm præco Undecimviros in Theramenem „ ire juſſit, quibus cum miniſtris congreſſis „ dixit Critias, unus è triginta; tradimus „ vobis Theramenem hunc lege judicatum, „ ut eum capientes, & abducentes, quò opor„ tet, quæ his conſequentia ſunt, peragatis. (151) Quod ſi quis è carcere quoquo modo evaſiſſet, erat eorum muneris hominem conquirere, atque in carcerem redigere; quod apparet ex prima in Ariſtogitonem, in qua, „ Cum effracto, *inquit*, carcere profugiſſet, „ ad mulierem quandam venit, quæ illum „ occultavit primis diebus, quibus Unde„ cimviri perquirebant hominem, & per præ„ conem ſibi reddi jubebant. (152) Pollux autem fures, plagiarios, & graſſatores ab Undecimviris ait abductos, ut, ſi confiterentur, capite mulctarent; ſin minus, in fora introducerent, &, ſi damnari eſſent, ultimo ſupplicio afficerent. Ego vero invenio fures, & graſſatores ad Undecimviros potius, quam ab Undecimviris abductos, atque hanc eſſe eam, de qua ſuperiore libro dixi, ἀπαγωγὴ, quam ad Undecimviros factam eſſe apparet ex lege, quam profert Demoſthenes in Timocratem: „ Si quis interdiu ſupra quinquagin„ ta drachmas furatus fuerit, adduci jus ſit „ ad Undecimviros; ſi vero noctu, quod„ cunque ſurripuerit, eum & occidendi, & „ inter perſequendum vulnerandi, & ad Un„ decimviros, ſi libeat, abducendi jus ſit; (153) quod idem colligitur ex orationibus Lyſiæ contra Theomneſtum. Ut autem apud Undecimviros actio contra fures, & graſſatores intenta eſt, ſic iidem etiam eam in forum introduxerunt; ut aperte ſcriptum eſt in oratione ad Lacritum: „ Apud quem ma„ giſtratum de pactis mercatoriis eſt agen„ dum? apud Undecimviros? at ipſi muro„ rum perfoſſores, & fures, & alios facino„ roſos homines, qui morti deſtinati ſunt, „ introducunt. (154) Introduxiſſe vero in Parabyſtum inde conjici licet, quod Undecimviros in Parabyſto jus dixiſſe, omnium fere, qui Parabyſti meminerunt, teſtimonio conſtat. (155) Adjicit etiam Veſparum interpres, Undecimviros ἐνδείξεις adverſus eos, qui publica vendidiſſent, introduxiſſe; quod probabile conjectura eſt; ſiquidem Undecimviri aliarum actionum introductores fuerunt, ut ex lege, quam recitat in Timocratem Demoſthenes, intelligitur: „ Si quis abductus „ fuerit, qui arguatur vel malæ tractationis „ pa-

(151) *Xenophon* unus erit inſtar eorum omnium, quos hic loci citat *Sigonius*: ἐκ δὲ τούτου εἰσκαλέσας ὁ τῶν τριάκοντα κῆρυξ τοὺς ἕνδεκα ἐπὶ τὸν Θηραμένην. ἐκεῖνοι δὲ εἰσελθόντες σὺν τοῖς ὑπηρέταις, ἡγουμένου αὐτῶν Σατύρου τοῦ θρασυτάτου τε καὶ ἀναιδεστάτου, εἶπε μὲν ὁ Κριτίας· παραδίδομεν ὑμῖν, ἔφη, Θηραμένην τουτονὶ κατακεκριμένον κατὰ τὸν νόμον· ὑμεῖς δὲ λαβόντες, καὶ ἀπαγαγόντες οἱ ἕνδεκα, οὗ δεῖ, τὰ ἐκ τούτων πράττετε.

(152) ὅτε γὰρ ἐκ δεσμωτηρίου διορύξας ἀπέδρα· ὡς πρὸς γυναῖκα τινα ἔρχεται, Ζωβίαν ὄνομα, ᾗ ἐνέτυχεν, ὡς ἔοικε, πλησιάσας ποτὲ, καὶ κρύπτει, καὶ διατρέφει τὰς πρώτας αὐτὸν ἡμέρας ἐκείνας, ἃς ἐζήτουν, καὶ περιήγγελλον οἱ ἕνδεκα.

(153) Vide num. 41. *libri* 3.

(154) Vide num. 18.

(155) *Harpocration*: παράβυστον, ὅπως ἐκαλεῖτο τὸ τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ ἕνδεκα. *Pollux*: ἐν μὲν τῷ παραβύστῳ οἱ ἕνδεκα ἐδίκαζον.

„ parentum, vel deſertæ militiæ, vel quod „ contra legum interdictum eò fuerit ingreſ- „ ſus, quò nefas eſt ingredi, Undecimviri „ eum vinciunto, & in Heliæam introdu- „ cunto; accuſet autem ex iis, quibus jus „ eſt, qui volet; convictus autem ſi ſit, æſti- „ met Heliæa, qui eum pati, aut ſolvere „ oporteat. (156) Narrat etiam Demoſthenes, Androtionem decretum ſcripſiſſe, ut exigendorum cauſſa tributorum Undecimviri ſe ſequerentur, eoſque ad ſingulas civium ædes adduxiſſe. (157) Ex quibus locis, quæ & quam multa Undecimvirum jura fuerint, facile jam quivis intelligere poteſt.

CAP. IV.

De Præbitoribus publicis. Lyturgi qui? Choragi. Gymnaſiarchi. Epulones. Trierarchi. Collatores. Immunitates. Symmoriæ. Earumdem principes, & curatores. In Trierarchiis variata conſuetudo. Hæc munera neceſſaria. Voluntaria quænam fuerint?

MAgiſtratibus, qui conſiliis, judiciiſque præpoſiti Rempublicam rexerint, explicatis, reliquum eſt, ut publicas eorum curationes aggrediamur, qui ſuo aut patrimonio, aut corpore, aut lingua Reipublicæ profuerunt, atque ejus aut commoda, aut ſalutem, aut dignitatem quoquomodo tutati ſunt; ſic enim una, quid divites, quid juniores, quidque diſerti homines Reipublicæ, legibuſque debuerint, oſtendemus, & magnum locum in primis, ac lubricum de reliquo civilium honorum genere expediemus. Qui igitur in quatuor a Solone deſcriptis claſſibus præter ceteros divitiis abundarunt, ii ex ejuſdem inſtituto pro ſuperioribus magiſtratibus, qui ipſis, ut dixi, potiſſimum patuere, opes ſuas ad Reipublicæ tempora, civitatiſque rationes ita conferre debuerunt, ut aut pacis ornamentis conſulerent, aut belli certe ſubſidiis inſervirent: (158) unde ipſi λειτουργοὶ, & præbitiones eorum λειτουργίαι vocatæ ſunt. Fuerunt autem χορηγοὶ, γυμνασίαρχοι, ἑστιάτορες, τριήραρχοι, & εἰσφέροντες, id eſt, Choragi, Gymnaſiarchi, Epulones, Trierarchi, & Collatores. Neque vero dubium eſt, quin hi primi fuerint, qui in civitate caperentur, honores; hoc enim perſpicue oſtendit Demoſthenes, cum in cauſſa Cteſiphontis inquit: „ Contigit mihi, ut cum puer eſſem, ſcholas convenientes adirem; ubi ex pueris exceſſiſſem, „ quæ his conſequentia ſunt, agerem; χορη- „ γεῖν, τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν; ubi vero ad Rem- „ publicam acceſſi, placuit mihi eam Reipu- „ blicæ gerendæ rationem inire, ut ſæpe co- „ rona donatus ſim; (159) & Lyſias, apud quem in oratione de muneribus Athenienſis neſcio quis gloriatur, ſe, ubi primum profeſſus ſit, extemplo choragum fuiſſe. Cui profeſſioni octavum & decimum ætatis annum dicatum fuiſſe, ſupra oſtendimus. (160) Hæc autem munera, quanquam illi uſque adeo neceſſario obiverunt, ut nullo pacto declinare potuerint; quod Socrates apud Xenophontem de re familiari cum Critobulo diſputans demonſtravit, cum dixit: „ Audio, civitatem „ choragias, & gymnaſiarchias tibi imperaſſe, „ & ſi bellum ingruerit, trierarchias, & col- „ lationes tam multas imperaturam, ut eas „ ſuſtinere non poſſis; quod ſi parum cumu- „ late munus geſſeris, non dubito, quin te „ non aliter puniat, quam ſi te ſua compi- „ lantem offenderet; (161) non ea tamen quotannis obiverunt, ſed, ut ad Leptinem inquit orator, choragias quidem, & trierarchias, & epulationes, & gymnaſiarchias altero quoque anno, (162) ita ut dimidium temporis vacationem haberent, collationes autem tantum, cum impendente, aut urgente bello aliquo imperarentur. Mandata vero ita ſunt, ut ſingulos ſingulæ tribus, aut populi ſuos quiſque Præbitores ediderint; quod docet Demoſthenes in oratione de nomine: „ An vero, ſi tribules, *inquit*, Mantitheum „ Mantiæ filium Thoricium edant choragum, „ aut gymnaſiarchum, aut epulonem, aut „ aliud eorum quidpiam, quomodo extabit, „ utrum te edant, an me? (163) & contra Mediam: „ Cum per triennium Pandionis „ choragum non edidiſſet, ea de re conten- „ tio inter archontem, & tribus curatorem „ exarſit; (164) & contra Philippum: Quid „ eſt, cum ludi Panathenæorum, & Diony- „ ſiorum idoneo ſemper tempore fiunt, claſ- „ ſium autem emiſſio alieno? nempe quia illa „ omnia lege aguntur; & veſtrum quiſque „ multo ante novit, qui choragus, aut gym- „ naſiarchus tribus quando & à quo, & quid „ capientem, quid agere oporteat, in rebus „ autem bellicis confuſe omnia agimus; ſi- „ mul enim ut increpuit quid, trierarchos

„ con-

(156) ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ, τῶν γονέων κακώσεως ἑαλωκώς, ἢ ἀστρατείας, ἢ προειρημένον αὐτῷ τῶν νόμων εἴργεσθαι, εἰσιὼν ὅποι μὴ χρή, δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιαίαν· κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν. ἐὰν δ' ἁλῷ, τιμάτω ἡ ἡλιαία, ὅ τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτεῖσαι. ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτείσῃ.

(157) Vide numerum 98.

(158) Vide *caput* quintum *libri* primi, ibique quæ retulimus ex *Plutarcho*. Hic addo ſolummodo ex *Harpocratione* duo verba, in ἱππάς. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησίν, ὅτι Σόλων εἰς δ'. διεῖλε πᾶν τὸ πλῆθος Ἀθηναίων, πεντακοσιομεδίμνους, καὶ ἱππεῖς, ζευγίτας, καὶ θῆτας. *Ariſtoteles autem in Athenienſium Republica dicit, Solonem in quatuor claſſes diviſiſſe omnem multitudinem Athenienſium Pentacoſiomedimnos, Equites, Zygitas, & Thetas.*

(159) ἐξελθόντι δὲ ἐκ παίδων, ἀκόλουθα τούτοις πράττειν, χορηγεῖν, τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, μηδεμιᾶς φιλοτιμίας, μήτε ἰδίας, μήτε δημοσίας ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ πόλει, καὶ τοῖς φίλοις χρήσιμον εἶναι. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰ κοινὰ προσελθεῖν, ἔδοξέ μοι τοιαῦτα πολιτεύματα ἑλέσθαι, ὥστε καὶ ὑπὸ τῆς πατρίδος, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων πολλάκις ἐστεφανῶσθαι.

(160) Vide ſub finem capitis primi.

(161) ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη σοι προστάττουσαν μεγάλα τελεῖν, ἱπποτροφίας τε, καὶ χορηγίας, καὶ γυμνασιαρχίας, καὶ προστατείας· ἂν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας μισθοὺς, καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας σοι προστάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις. ὅπου δ' ἂν ἐνδεῶς δόξῃς τι τούτων ποιεῖν, οἶδ' ὅτι σε τιμωρήσονται Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἧττον, ἢ εἰ τὰ αὑτῶν λάβοιεν κλέπτοντα.

(162) [illegible] ἐνιαυτὸν ἕκαστος λειτουργεῖ, ὥστε τὸ ἥμισυ ἐξ ἀδείας τοῦ χρόνου. Hæc enim omnia τῆς λειτουργίας nomine continentur.

(163) [illegible] χορηγὸν, ἢ γυμνασίαρχον, ἢ ἑστιάτορα, ἢ ἄλλο τι τῶν ἄλλων φέρωσι. τῷ δῆλον ἔσται, πότερον σὲ φέρουσιν ἢ ἐμέ.

(164) ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τῇ Πανδιονίδι φυλῇ τρίτον ἔτος τουτί, παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητὰς κελεύει, λόγων, καὶ λοιδορίας γιγνομένης, καὶ κατηγοροῦντος τοῦ μὲν ἄρχοντος τῶν ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς, τῶν δ' ἐπιμελητῶν τοῦ ἄρχοντος· παρελθὼν ὑπεσχόμην ἐγὼ χορηγήσειν ἐθελοντής· καὶ κληρουμένων, πρῶτος αἱρεῖσθαι τὸν αὐλητὴν ἔλαχον. Recolenda mox inox iterum erunt, quæ huc attuli ex *Demoſthene*.

„ conſtituimus, & his permutationea propo-„ nimus, & de quærendis pecuniis conſulta-„ mus; (165) & de epitrierchemate: Cum „ placuiſſet, ut Senatores pro popularibus „ ederent, qui ante alios conferrent, meum „ nomen in tribus populi editum eſt, quia „ meum illuſtre, ac notum patrimonium „ eſt. (166)

Quoniam autem Choragi dicti ſont, quia in Dionyſiis, & Panathenæis chorum duxerunt, propterea ut varii chori, ſic choragi etiam diverſi extiterunt, quorum alii pyrrhichiſtis, alii choro virili, alii choro puerili, alii choro cyclio choragi fuerunt. Quod demonſtrat Lyſias in oratione de muneribua, apud quem Athenienſis neſcio quis ita agit, ut dicat, ſe Theopbeno arcbonte profeſſum, factum choragum tragœdis, triginta minas impendiſſe, & tertio menſe Thargeliis victorem virili choro duo millia drachmarum; Glaucippo vero arcbonte in pyrrhichiſtas, Panathenæis magnis, octingenias; eodemque archonte, choragus cum eſſet viris in Dionyſia, victoriam retuliſſe, & archonte Diocle Panathenæis parvis choro cyclio trecentaa, poſtea choragum factum puerili choro minas quindecim amplius impendiſſe; & Iſæus, qui Dicæogenem inquit, cum tribus in Dionyſia choragus eſſet, quartum fuiſſe, tragœdis autem, & pyrrhichiſtis ultimum; & Demoſthenes, qui Mediam tragœdis choragum fuiſſe ait, ſe vero tibicinibua viris. (167) Hos antem choros ita duxerunt, ut victum eis ſoppeditarent, & quidem, ſicut Plutarchus in libro de Sapientia Athenienſium ſcripſit, muſicis artificibua delicatiorem, veluti anguillas, lactucas, & medullam, nempe ad vocem eorum corroborandam: unde quæſtio eſt apud Antiphontem de chorenta quodam, qui cum vocis curandæ cauſſa apud choragum pharmacum ebibiſſet, mortem oppetiit. Neque vero victum ſolum præbuerunt, ſed coronas etiam aureas, veſteſque chori ipſius, ut ſcriptum eſt contra Mediam, ornamenta, atque inſignia compararunt; (168) inque ea re tantum ſtudii, tantumque induſtriæ poſuerunt, ut magiſtros, & tibicines præſtantiores coram arcbonte ſortiti ſint, ludumque habuerint, in quo per magiſtrum, quem χοροδιδάσκαλον appellabant, chorum ipſum erudiendum, & exercendum curarint. Quod in eadem Antiphon oratione declarat, cum inquit: „ Poſt „ quam choragus ad Thargelia ſum conſtitu-„ tus, ſortituſque ſum Pantaclem magiſtrum, „ & tribum Cecropidem ultra meam Erech-„ theidem, choragi munere functus ſum, „ quam potui, optimo; ac primum compa-„ ravi ludum, in quo etiam, cum Dionyſiis „ choragus fui, docui; deinde chorum col-„ legi, quam optime potui: cumque ego lite „ diſtinerer, homines probatos choro præ-„ feci, ut pueris egregie miniſtrarentur, quæ „ neceſſaria eſſent; & item contra Mediam Demoſthenes: „ Cum non conſtituto tertium „ hunc annum tribui Pandionidi chorago, „ inſtante vero concione, in qua lex archon-„ tem ſortiri choris tibicines jubet, archon-„ tribus curatores, curatores autem archon-„ tem increparent, procedens ego pollicitus „ ſum, me ultro choragum futurum; vobis „ autem ſortientibus evenit, ut mihi primo „ ſors tibicinis eveniret. (169) Huic autem rei propterea tanto ſtudio ſervierunt, quia inter ipſos illuſtre de laude, victoriaque certamen intercedebat, ita ut in Dionyſiis, qui hymnis canendis alterum ſuperaſſet, is tripodem præmium ferret, eumque cum magna cerimonia dedicaret; cujus rei meminit Demoſthenes in oratione adverſus Phænippum: „ Patres, *inquit*, tui adeo divitiis affluentes „ fuerunt, ut uterque tripodem dedicarit, „ cum ipſi choragi Dionyſiis victoriam re-„ portaſſent; (170) & Plutarchus de Andocide: „ Choragus fuit cyclio choro ſuæ tri-„ bui dithyrambo decertanti, & victoriæ „ compos factus dedicavit tripodem; & Lyſias de muneribus: „ Cum eſſet choragus vi-„ ris in Dionyſia, vicit, & cum tripodis de-„ dicatione quinque millia drachmarum in-„ tendit. Memorabile autem illud, in ejuſmodi judicio Ajacidarum chorum nunquam ultimum judicatum; credo, quod, ut inquit in Sympoſio Plutarchus, (171) gratiam ei tribui referri voluerint, ea qua Marathonius populus fuerit, & quæ dextrum cornu in Marathonia pugna tenuerit; aut certe quod bellum illud hac tribu prytaneatum gerente decretum ſit. Qui vero pueris choragi fuerunt, ii ludorum literariorum, quo pueri ingenui ventitarent, curam habuerunt, ſi modo annos nati amplius quadraginta eſſent. (172) Id autem ita eſſe Æſchines in oratione contra Timarchum oſtendit. „ Solon, *inquit*, „ & de adoleſcentibus ventitantibus, quales „ eſſe oportet, & quas ætates habere, & de „ magiſtratu, qui eorum curam habiturus „ eſſet, ſcripſit, & poſtremo de ventitatione „ puerorum, & de choris encycliis; jubet „ enim choragum, qui fortunas ſuas in vos „ impenſurus eſt, ſupra quadraginta annos „ natum, hoc facere, ut, cum ætate tempe-„ ratiſſima ſit, verſetur cum filiis veſtris: „ ſic

(165) [illegible]

(166) Recolenda quæ diximus num. 88. [illegible]

(167) De his plura inferius; nonnulla alibi.

(168) Plurima de *Chorago* apud *Ulpianum* in Mediana, apud ipſum vide, neque enim operæ pretium ſingula exſcribere.

(169) Hæc jam retulimus numero centeſimo ſexageſimo quarto.

(170) [illegible]

(171) Agit hac de re *Plutarchus* tota Quæſtione decima libri primi [illegible]

(172) De his vide *Æſchinem* in Oratione contra *Timarchum*, cujus verba mox ſubjicio.

„ ſic enim in lege ſcripſit : Choragi vero à A
„ populo conſtituti quadraginta annos am-
„ plius nati ſint. (173) Atque hi quidem choragi fuerunt. Gymnaſiarchi vero, ut inquit ad Leptinianam Ulpianus, qui oleum iis, qui ſe palæſtra exercere vellent, miniſtrarunt. Epulones autem, qui in ſacris, in communi civitatis lætitia, tribulibus ſuis epulum præbuerunt. (174) Unde dixit Lyſias de muneribus: „ Ubi Alexia archonte redii, ſtatim
„ gymnaſiarchus fui in Promethea, & victo-
„ riam retuli duabus minis impenſis; & Demoſthenes contra Mediam: „ Tribui ego epu-
„ lum dedi, & Panathenæis choragus fui; (175) & ad Leptinem: „ Quam multi ſunt,
„ qui quotannis uſitatas λειτουργίας nobis ob- B
„ eunt, choragi, gymnaſiarchi, epulones?
„ ſexaginta nimirum aut paulo amplius; (176) & de hereditate Philoctemonis Iſæus: „ Cho
„ ragus tragœdis, gymnaſiarchus lampade
„ fuit.

Jam vero quid de trierarchiis, & collationibus dicam, quibus nihil poteſt eſſe nobilius? ſunt autem trierarchi, qui armamenta triremis, & victum remigibus dabant, fa A rinam, cæpe, & caſeum, ut Plutarchus in libro de Athenienſium Sapientia prodidit. (177) Collatores autem, qui pro ratione cenſus pecunias conferebant iis, qui in acie pro patria dimicabant. Unde Lyſias dixit in oratione de publicatis Niciæ bonis: „ Nunc
„ Diomneſtus, & ego, & frater, cum ex una
„ domo tres ſimus, trierarchiam obimus, &
„ ſi pecuniis egeat civitas, ab his vobis con-
„ ferimus; & de Muneribus: Cum pro vobis
„ pericula quotidie adirem, tamen tributum
„ unum triginta minarum, alterum trium
„ millium drachmarum contuli, trierarchus
„ autem per ſeptennium fui, & ſex talenta
„ impendi. Quin etiam Æſchines in accuſa- B tione Cteſiphontis dixit, trierarchos, qui non communia tractent, ſed aperte patrimonia ſua pro civitatis dignitate profundant, lege repetundarum eſſe obſtrictos; (178) & Demoſthenes in oratione de trierarchia: „ Qui
„ pro civitate trierarchum agit, is non ex
„ communibus bonis rem familiarem amplifi-
„ cat, ſed privatis ſtatum civitatis emendat. (179) Horum autem munerum cum ſæpe immunitates darentur à populo, trierarchiarum ta-

(173) νόμον. οἱ δὲ τῶν παίδων διδάσκαλοι, ἀνοιγέτωσαν μὲν τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος, κλειέτωσαν δὲ πρὸ ἡλίου δύνοντος· καὶ μὴ ἐξέστω τοῖς ὑπὲρ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν οὖσιν, εἰσιέναι τῶν παίδων ἔνδον ὄντων, ἐὰν μὴ υἱὸς διδασκάλου, ἢ ἀδελφός, ἢ θυγατρὸς ἀνήρ. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτ' εἰσίῃ· θανάτῳ ζημιούσθω. καὶ οἱ γυμνασιάρχαι τοῖς Ἑρμαίοις μὴ ἐάτωσαν συγκαθιέναι μηδένα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τρόπῳ μηδενί· ἐὰν δὲ ἐπιτρέπῃ, καὶ μὴ ἐξείργῃ τοῦ γυμνασίου· ἔνοχος ἔστω ὁ γυμνασιάρχης τῷ τῆς τῶν ἐλευθέρων φθορᾶς νόμῳ. οἱ δὲ χορηγοὶ οἱ καθιστάμενοι ὑπὸ τοῦ δήμου, ἔστωσαν τὴν ἡλικίαν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη. C

(174) Ne ſparſim legantur Ulpiani verba, quibus eas, de quibus ſermo eſt, Athenienſium λειτουργίας omnes ſimul explicat, placet integrum hic ejus textum exhibere; iterum deinceps recolendum: ἔστι δὲ ἄλλο μὲν χορηγία, ἄλλο δὲ εἰσφορά, καὶ τριηραρχία. τριήραρχος μὲν γάρ ἐστιν, ὁ ναῦν παρεχόμενος πολεμικήν, καὶ σκεύη τῇ νηΐ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· χορηγὸς δέ, ὁ τοῖς Διονυσίοις, καὶ τοῖς Παναθηναίοις τῷ χορῷ τὴν τροφὴν παρέχων, καὶ στεφάνους, καὶ κόσμον, καὶ ὅσα περὶ τὴν τοιαύτην πανήγυριν· ἑστιάτωρ δέ, ὁ τὴν φυλὴν εἰς δεῖπνον καλῶν. γυμνασίαρχος δέ, ὁ παρέχων ἔλαιον τοῖς γυμναζομένοις. γυμνάσιον γὰρ τὴν παλαίστραν ἐκάλουν· καὶ κρατῆρας ἐπίμπλασαν τοῖς βουλομένοις δημοσίᾳ χρίεσθαι. εἰσφορὰν δὲ λέγουσιν εἰς τὸν πόλεμον, ὅταν ἔρανον διδῷ τις τοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος παραταττομένοις. οὗτοι ἦσαν παρ' αὐτοῖς αἱ λειτουργίαι· αἱ μὲν πρὸς εἰρήνην, αἱ δὲ πρὸς πόλεμον. *Aliud autem eſt ædilitas, aliud tributum, & trierarchia. Trierarchus enim navem præbet bellicam, & armamento navalio, & ejus generis alia: Ædilis, qui in Bacchanalibus, & Panathenæis ludionum gregi victum præbet, & coronas, & ornatum, & quæ alia ad talem celebritatem requiruntur: Convivator, qui tribum convivio excipit: Gymnaſiarchus, qui iis, qui ſe exercent, oleum præbet. Gymnaſium enim palæſtram vocabant, & crateras implebant iis, qui ungi volebant publice. Conferre autem tributum dicebantur ii, qui ſtipem pendebant iis, qui pro patria in acie ſtabant. Hæc fuerunt apud eos munera publica, partim bello, partim paci deſtinata.* D E

(175) Alium adſero longiorem *Demoſthenis* textum, de quo infra ſæpe occurret mentio: κἀγὼ μὲν τότ' εὐθέως ὡς χρόνος ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ἡνίκ' οὐ σύνδυο ἦσαν οἱ τριήραρχοι, καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλουν, καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοί. οὗτος (Midias) δ' ὅτε μὲν κατὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἦν, καθ' ἣν ἐγὼ νῦν (paulo ante dixerat ſe ſe unum ſupra triginta annos natum) οὐδέ πω λειτουργεῖν ἤρχετο. τηνικαῦτα δὲ τῶν πραγμάτων ἥπτετο, ἡνίκα πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς, παρ' ὧν εἰσπραττόμενοι τάλαντον, ταλάντου μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας οὗτοι. εἶτα ναύτας ἡ πόλις παρέχει, καὶ σκεύη δίδωσιν· ὥστ' ἐνίοις αὐτῶν τῇ ἀληθείᾳ, τὸ μηδὲν ἀναλῶσαι, καὶ δοκεῖν λελειτουργηκέναι, καὶ τῶν ἄλλων λειτουργιῶν ἀτελεῖς γεγενῆσθαι, περίεστιν. ἀλλὰ μήν, τί ἄλλο; τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποθ' οὗτος· ἐγὼ δὲ αὐληταῖς ἀνδράσιν. καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πολλῷ πλέον ἐστίν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. κἀγὼ μὲν ἐθελοντὴς νῦν· οὗτος δὲ καταστὰς ἐξ ἀντιδόσεως τότε, ὃ χάριν οὐδεμίαν αὐτῷ δήπου δικαίως ἄν τις ἔχοι. τί ἔτι; εἱστίακα τὴν φυλὴν ἐγώ, καὶ Παναθηναίοις κεχορήγηκα· οὗτος δ' οὐδέτερα. ἡγεμὼν συμμορίας ὑμῖν ἐγενόμην ἐγὼ ἔτη δέκα, ἴσον Φορμίωνι, καὶ Λυσιθείδῃ, καὶ Καλλαίσχρῳ, καὶ τοῖς πλουσιωτάτοις· οὐκ ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης οὐσίας (ὑπὸ γὰρ τῶν ἐπιτρόπων ἀπεστερήμην) ἀλλ' ἀπὸ τῆς δόξης, ἧς ὁ πατήρ μοι κατέλιπε, καὶ ὧν δίκαιον ἦν με δοκιμασθέντα κομίσασθαι. *At ego ſim illis temporibus Trierarchus ſtatim ſpueritiam egreſſus, quibus bini triremem inſtruebamus, & ſumptus omnes è privatis Ædibus promebantur, & naves ipſi complebamus. Iſte autem cum id ætatis eſſet, qua ego nunc, nondum quicquam Reipublicæ præſtare cœperat: ſed tunc demum rem attigit, cum primum vos ducentos & mille attributos feciſtis: à quibus talentum exigentes, talento trierarchias locant iſti. Deinde & nautas & epibatas Reſpublica ſuppeditat, & armamento præbet. Quare illorum quidam tam bona conditione ſunt, ut, cum revera nihil impenderint, multum præſtitiſſe videantur, & à reliquis oneribus facti ſint immunes. Age vero, quid aliud? Tragœdis iſte aliquando ſumptus præbuit? Ego vero tibicinibus. Et hanc impenſam illo ſumptu multo eſſe majorem, nemo profecto ignorat; Ac ego quidem nunc ultro, ille vero tunc adolitate ob judicium permutationis ſuſcepta: pro quo nemo illi quicquam utique debet. Quid præterea? tribui epulum ego præbui, & Panathenæa inſtruxi; iſte neutrum fecit. Claſſis ego vobis in tributo conferendo princeps decennium fui, æque ut Phormio, ut Lyſitides, ut Calleſchrus, & ditiſſimi quique; munificus non de opibus, quas habeo (nam à tutoribus his fraudatus fui) ſed de opinione relictis mihi patrimonii, quod, ſumpta virili toga, reſtitui mihi debuiſſet.*

(176) πόσοι δ' εἰσὶν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες ἡμῖν, χορηγοί, καὶ γυμνασίαρχοι, καὶ ἑστιάτορες; ἑξήκοντ' ἴσως, ἢ μικρῷ πλείους σύμπαντες οὗτοι.

(177) Vide numerum 174.

(178) πάλιν τοὺς τριηράρχους ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος, οὐ τὰ κοινὰ διαχειρίσαντας, οὐδ' ἀπὸ τῶν ὑμετέρων προσόδων πολλὰ μὲν ὑφαιρουμένους, βραχέα δὲ κατατιθέντας, ἐπιδιδόναι δὲ φάσκοντας, ἀποδιδόντας δὲ ὑμῖν τὰ ὑμέτερα· ἀλλ' ὁμολογουμένως τὰς πατρῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀνηλωκότας φιλοτιμίαν.

(179) Oratio Demoſthenica, quam hic citat A. N. aliam paſſim habet τὴν ἐπιγραφήν, inſcribitur enim *De Corona Præfecturæ navalis*; quod quidem adnotandum cenſui, ne pro ea acciperetur, quæ eſt adverſus *Polyclem*, de qua vide num. 88. Porro hæc ſunt græca Oratio-

tis

A tameo, & collatiooum ne poſteris quidem_
Harmodii, & Ariſtogitonis, quibus propter
tyrannum ioterſectum ſingulares ſemper ho-
nores exquiſiverunt, vacationem dederunt.
Quod docuit multis in locis Demoſthenes
diſputans cootra Leptinem, maxime autem_
cum inquit: „ Sunt liturgiæ civium, & io-
„ quilinorum; quarum utrarumque datur im-
„ munitas; trierarchiarum, & collatiooom_
„ in bellum, & ſalutem civitatis ex veteri
„ bus legibus nemo eſt immuois, ne poſteri
„ quidem Harmodii, & Ariſtogitoois. (180)
Quo factum eſt, ut, cum propter multas im-
munitates eotum à populo conceſſas pauci,
iique admodum inopes munera illa obirent,
B Leptines legem tulerit, ut oemo omoino im-
munis eſſet, præter Ariſtogitonis, & Harmo
dii poſteros, & novem archontes, neque in
poſterum populo rogato immunitatem dare_
jus eſſet; quam legem ut injuſtam, ac Rei-
publicæ inutilem oratione, quæ extat, De
moſtheoes accuſavit. Ac Solo quidem ab ini-
tio propterea cenſus civium conſtituerat, &
ex iis claſſes quatuor deſcripſerat, Quinque
modialium, Equitum, Zeugitarum, & The-
ticorum, (181) ut omnes pro ratione fortu
narum ſuarum operam, ſtudiumque ſuum Rei
publicæ commodarent, ac ne quis excuſa-
tiooe tenuitatis publicorum munerum onus
defugeret, *ἀντίδοσιν* excogitarat, quæ fuit mu
C neris, & fortunarum cum altero permutatio,
ut Demoſthenes in oratione de Antidoſi ſcri-
bit. Verum priſca Soloois diſciplina novis,
ut fit, homioum fraudibus jampridem obſo
leſcente, poſt placuit, ut tota ratione muta
ta mille ac ducenti ex univerſis claſſibus le-
gereotur, qui cum ceteros divitiis antecede-
rent, ſoli etiam publicotum mooerum onera
ſuſtinerent. Uode Pollux, & Arpocratio ſcri
pſeruot, mille ac duceotos fuiſſe, ex quibus
legerentur liturgi. Hi vero in ſymmorias di
viſi ſunt quaſdam, idque Periandri lege, ar
chonte Nauſinico, ut Demoſtheoes contra_
A Evergum, (182) & ex Philochori ſententia_
Arpocratio prodidit. Symmoriarum autem_
ratio, & munerum horum per ſymmorias obi-
tio qualis à principio fuerit, ſignificavit in_
ſecunda Olynthiaca Demoſthenes, cum dixit:
„ Antea conferebatis per ſymmorias, nunc
„ civitatem tractatis per ſymmorias, Rhe-
„ tor, Princeps utrorumque, & Prætor ſub
„ illo, primique trecenti, alii vero adjuncti
„ eſtis, partim quidem ad hos, partim vero
„ ad illos. (183) Quem locum ſummis ob-
ſcuritatis tenebris iovolutum Ulpianus liqui-
dius explicavit his verbis: „ Siogulæ, *inquit*,
„ tribus centeoos vicenos, qui ditiſſimi eſ-
„ ſent, è ſuo corpore prodebant, qui in par-
B „ tes binas ſexagenorum hominum ſingulas
„ diſpertiti ſymmorias vigioti efficiebant, ſe-
„ xagenorum hominum ſingulas, & io ſingu-
„ lis tribubus binas. Rurſus mille ac ducen-
„ tos in duas partes diviſerant, ſexcentorum
„ hominum utranque; eaſque rurſus in duas,
„ ut eſſent quatuor, unaquæque trecentorum
„ virorum; iſti vero trecenti divitiis omnes
„ antecedebant, & ante alios cooferebant,
„ eoſque dicto audientes in omoibus rebus
„ habebant; ex quo factum erat, ut omnes
„ in duas partes deſcripti eſſeot; ſiquidem,
„ qui ab utraque parte erant, quodammodo
„ treceotis ditiſſimis, qui utrinque eraot,
„ adhærebant; ſinguli autem treceoi, qui
C „ erant, ut dixi, quadripartiti, proprium_
„ Rhetorem, & Prætorem habebant, ſed ita
„ ut Rhetores, Prætoreſque ſecuodorum tre-
„ ceotorum cederent Rhetoribus Prætoribuſ-
„ que primorum. (184) Hæc autem ita eſſe,
teſtimonio etiam Demoſthenis facile quivis
perſpiciet, qui varia ejus loca collegerit, ea-
que attente conſiderarit. Nam in prima coo-
tra Aphobum dixit: „ Tutores pro me in_
„ ſymmoriam conſtitueruot quingentas dra-
„ chmas conferre ſecundum vigintiquinque_
„ minas; (185) & contra Mediam: Ego prin-
„ ceps ſymmoriæ decem annos fui, conferens
„ non

D ris verba: [illegible]

(180) [illegible]

(181) De his egimus num. 158.

(182) [illegible]

(183) [illegible] Verba *Demoſthenis* retuli ex
E ea, quam habeo præ oculis editione *VVolfiana Baſileæ* 1572. Cum verſione, quam *Sigonius* adfert, non omnino congruunt, cum_ græcus ea verba addat: [illegible], niſi dicendum ſit, ea de induſtria fuiſſe à *Sigonio* prætermiſſa, quòd nihil facerant ad intentum. Nonnulli præterea legunt non_ [illegible], ſed [illegible] *clamitantes*; ſed dubium hoc videtur *VVolfio*, ac mendoſum. Res clarior fiet ex his, quæ ex *Ulpiano* in locum hunc ſtatim ſubjicientur.

(184) [illegible]

D [illegible]

E [illegible]

(185) [illegible]

„ non ex præſeatibus bonis, quibus à tutoribus ſpoliatus ſum, ſed ex fide, quam mihi reliquit pater; (186) & de epitrierchemate: „ Pecuniarum, quas ia navium emiſſionem coaferri decrevistis, partem non minimam ego contuli: cum enim placuiſſet vobis, ut Senatores loco populariam ederent, qui ante alios conferrent, meum nomea editum eſt in tribus populis, quia patrimonium meum illuſtre, ac notum eſt. (187) Quo ia loco quoſdam fuiſſe oſtendit, qui ante alios, & pro aliis tributum contulerint, idque per ocium poſtea ab iis exegerint; & contra Bœotum: „ Quonam modo Prætores inſcribent, ſi in ſymmoriam ia ſcribant, aut ſi trierarchum conſtituaat? (188) & contra Evergum: „ Exiſtimavit, me inſtrumenta reddere civitati coactum iri, aut ſucceſſori, qui à ſymmoria ad navem veniſſet; (189) & Iſæus de hereditate Philoctemonis: „ Tributa omnia ambo iater trecentos coatulerunt; minor autem iſte natu choragus eſt tragœdis, & inter trecentos relatus eſt, & tributa confert. Symmoriarum autem noo ſolum principes, qui ἡγεμόνες, ſed etiam curatores fuiſſe, qui ἐπιμεληταὶ dicti ſunt, idem in oratione pro Cteſiphonte, & contra Evergum oſtendit; (190) quorum illos ia ſymmoria divitiis ceteris præſtitiſſe; & propterea principatum ſymmoriæ tenuiſſe ſcribit Arpocratio, hos ſymmoriam ipſam convocaſſe, & ad ſocios de rebus ſymmoriæ retuliſſe exiſtimo.

Quod autem ad trierarchias pertinet, intelligendum eſt, propter ſumptus magnitudinem multas ia eam rem mutationes iavectas eſſe; aam aliquando duo ſimul triremem iaſtruxerunt, aliquando tres, aliquaado decem, aliquaado plures; itemque interdum trierarchi omnia armamenta ſuis ſumptibus compararunt, interdum ea à civitate acceperunt. Hoc autem cum Ulpianus ad Medianam (191) ſcriptum reliquit, tum Demoſthenes multis ia locis ſignificavit; ut in ea ipſa contra Mediam, quam Callimacho archonte dixit: „ Ego, *inquit*, annos triginta duos natus trierarchus fui, cum ſimul duo trierarchi eramus, & ſumptus omnes ex propriis familiis faciebamus, & naves ipſi remigibus ornabamus; (192) & biennio poſt apud eundem, Melone archoate, Apollodorus cum ageret contra Polyclem, aperte unius triremis duos trierarchos conſtitutos oſtendit, (193) & ſe nautis à popularibus datis uti noluiſſe, ut imbecillis, ſed optimos ſua pecunia conduxiſſe. (194) Illæ vero συντέλειαι, id eſt, contributiones appellatæ ſunt, cum plures in unam triremem pecuniam contulerunt, quo reſpiciens Iſæus de hereditate Dicæogenis dixit: „ Atqui cum trierarchi conſtituerentur, neque ipſe trierarchus fuit, neque alteri coatribuit; & Demoſthenes contra Mediam: „ Tum liturgias attigit, cum primum vos mille & duceatos συντελεῖς: id eſt, contributores feciſtis, à quibus talentum exigentes trierarchiss iſti taleato locant; deinde remiges, & armamenta civitas dat, ut eorum nonaulli revera nihil impendant, & liturgia functi videaotur, & aliarum liturgiarum vacationem habeant. (195) Quæ verba ita accipienda eſſe adſcribit Ulpianus, ut non mille ac ducentos uno taleoto collato unam triremem conſtruxiſſe, ſed ex mille ac duceatis decem, aut ſexdecim exempli gratia in uaam contuliſſe dicamus. Unde addit non multo poſt: „ Talentum à contributoribus exigebant trierarchi, & hoc capiens, qui volebat, ipſe per annum trierarchus erat, nulla in re contributoribus moleſtus; multi vero trierarchi domi manentes pro ſe alios emittebant, alii vero pecunia accepta liturgiam ſuſcipiebaat. (196) Quocirca hæc incommoda, labeſque Reipublicæ contemplatus Demoſthenes, tandem legem tulit, qua rem à mille & duceatis ad trecentos, quibus ampliſſimæ iater omnes fortunæ eſſent, redegit, uſque ſublatis coatributionibus, trierarchiarum onus omne impoſuit; cujus legis meminit ipſe pro Cteſiphonte: „ Ego, *inquit*, cum viderem divites parvis ſumptibus factis vacationem habere; qui vero modicis, ut parvis copiis præditi eſſent, bona ſua conſumere; propterea que civitatem omnes rei gerendæ occaſiones amittere; legem tuli, qua divites in officio continui, pauperes autem injuria liberavi; & quidem multis pecuniis à ſymmoriarum principibus, aut ſecundanis, aut tertianis tentatus, ne legem ferrem, aut eam ut in aliud tempus differrem: merito illis quidem; licebat enim eis ex prioribus legibus ſexdecim ſimul liturgias obire, cum ipſi parum aut nihil impenderent, pauperes autem cives contererent; mea vero lege ſanctum eſt, ut pro facultatibus ſinguli penſitarent. & qui ante unius triremis ſextus, aut decimus erat contributor, ille duarum trierarchus evaſit; neque enim jam ſe trierarchos, „ ſed

(186) Vide quæ relata ſunt num. 175. ſub finem.
(187) Vide num. 166.
(188) [illegible] in earum prima, quæ contra *Bœotum* ſunt.
(189) [illegible]
(190) Satis quæ habet contra Evergum retuliſſe: [illegible]
(191) Cujus verba dedimus num. 174.
(192) Vide num. 175.
(193) [illegible] (*Apollodorus* ſcilicet) [illegible]. Quare dicendum omnino in eadem Triremi fuiſſe aliquando Trierarchos plures; recole num. 88.
(194) [illegible] *Ego vero cum mihi nautæ à Municipibus delecti, non niſi pauci, iique imbecilles veniſſent: eos quidem dimiſſos feci, & oppigneratis meis opibus, pecuniam mutuatus primus implevi navem, conductis nautis, quàm fieri poterat belliſſimis, muneribus, & congiariis datis ſingulis eorum magnis*; recole num. 88.
(195) Hæc jam retulimus num. 175.
(196) [illegible]. Hæc ex *Ulpiano*, apud quem integra, quam ex ipſo refert *Sigonius*, ſententia, neſcio an uſquam occurrat in citata contra *Mediam* Oratione,

„ ſed contributores vocabant. (197) Quanquam autem in hoc ipſe ſe tam ſanctè geſſiſſe gloriatur, tamen hanc ei legem probri loco Dinarchus objecit; ſic enim in oratione contra ipſum inquit: „ Sunt ne veſtrûm aliqui „ in hoc judicio, qui ex trecentis fuerint, „ cum Demoſthenes legem tulit de trierar- „ chis? non ne narrabitis proximis, ut ille „ tribus talentis acceptis legem in ſingulis „ concionibus immutarit? (198) Ut autem poſt Solonem divitum claſſes, ſic etiam antidoſes innovatæ ſunt; quod docet Libanius in argumento orationis de antidoſi. „ Erat, *in-* „ *quit*, claſſis trecentorum, qui divitiis ex- „ cellebant, ad quos majores liturgiæ perti- „ nebant. Lex autem dabat, ut qui fortunas „ ſuas conturbaſſent, ac deteriores reddidiſ- „ ſent, ex claſſe trecentorum exirent, ſi al- „ terum ſe locupletiorem munere vacuum „ prodidiſſent; quem, ſi confiteretur, inter „ trecentos pro ſe referrent; ſi inficiaretur, „ ad permutanda ſecum bona compellerent. (199) Unde Lyſias dixit in oratione de non dando homini imbecillo ſtipendio: „ Si con- „ ſtitutus choragus tragœdis provocarem „ ipſum ad permutationem, decies mallet „ choragus eſſe, quam ſemel permutare. Demoſthenes autem in oratione de antidoſi leges fuiſſe inquit, ut quotannis fierent permutationes, eaſque Prætores quotannis trecentis ipſis propoſuiſſe, ita ut ſi quis ex trecentis editus muneris publici functionem reſpueret, bona ſua cum altero permutaret, qui pro ſe obiret; itemque ut qui inter ſe permutarent, quando jurati facultates profiterentur, ſolemni hoc ſe jurejurando obſtringerent: „ Indico facultates meas ipſus recte, & juſte, præter ea, quæ in operibus ſunt argenteis, quæ leges excipiunt; multaque ejuſmodi alia obſervata, quibus univerſa hæc ratio permutationis exercendæ contineretur. (200)

Atque hæc quidem munera neceſſaria fuerunt. Voluntaria autem illa, quæ *ἐπιδόσεις*, id eſt, oblationes ſunt dictæ, quæ, ut inquit Ulpianus, difficilibus Reipublicæ temporibus in Senatu fiebant, bonis civibus certatim ſe ſe ultro Reipublicæ offerentibus, ac modo pecuniam, modo triremem, modo alia, ut res videbatur poſcere, pollicentibus: quod oſtendit Demoſthenes in oratione ad Phormionem: „ Cum Alexander, *inquit*, Thebas „ acceſſit, polliciti ſumus vobis talentum ar- „ genteum, modo autem in rem frumenta- „ riam pro populo talentum vobis obtuli- „ mus; (201) & in prima contra Stephanum: „ Multiſque in rebus ſe utilem præbuit, & „ cum quinque triremes ultro pollicitus eſ- „ ſet, ſuiſque ſumptibus remigibus inſtruxiſ- „ ſet, trierarchias obivit; (202) & contra Mediam: „ Factæ ſunt apud vos in Eubœam „ oblationes primæ; in horum numero non „ fuit Medias, ſed ego, & mecum trierar- „ chus fuit Philinus; factæ ſunt ſecundæ ad „ Olynthum; ne ex his quidem fuit Medias; „ tertiæ nunc factæ ſunt; tum demum obtu- „ lit Medias; quomodo? cum in Senatu ob- „ lationes fierent, præſens non obtulit; poſt- „ quam obſideri Tamynis milites nunciatum „ eſt, ac reliquos equites omnes, ex quibus „ iſte erat, Senatus decrevit exire, tum mi- „ litiam hanc veritus, in poſteram concio- „ nem, priuſquam proëdri conceſſum irent, „ progreſſus obtulit. (203) Unde Phocionis ſcitum illud eſt apud Plutarchum, cum in ſacrificium quoddam Athenienſes oblationes poſcerent, aliis offerentibus, Phocionem ſæpe vocatum dixiſſe: „ Poſtulare ab his divitibus: „ quia me puderet, ſi cum huic (oſtendebat autem fœneratorem) „ non reddidiſſem, vobis of- „ ferrem. Græce autem hoc melius, *εἰ τούτῳ μὴ ἀποδιδοὺς, ὑμῖν ἐπιδοίην*.

CAP. V.

De Præfectis militaribus. Ætas militaris quæ? Sacramentum militare. Peripoli. Militia pedeſtris. Peditum ſtipendium. Iidem ex Tribubus conſcripti. Equeſtris militia. Ejuſdem ſtipendium. Probatio equeſtris. Navalis militia. Turba navalis. Nautæ ex populi conſcripti fuerunt. Prætores. Taxiarchi. Hipparchi. Phylarchi. Quæſtores militares. Sacræ triremes. Conquiſitores peregrinorum. Epiſcopi.

HActenus de muneribus eorum ſit diſputatum, qui facultates ſuas ad civitatis com-

(197) [illegible]

(198) [illegible]

(199) Oratio *περὶ ἀντιδόσεως*, ſive de permutatione paſſim *adverſus Phænippum* inſcribitur; ab aliquibus tamen alteri, quam *Demoſtheni* adjudicatur: [illegible]

(200) Sparſim in toto citatæ Orationis decurſu, cujus paucula hæc tantùm delibo: [illegible]

(201) Adverſus *Phormionem*: [illegible]

(202) Prima in *Stephanum* circa finem: [illegible]

(203) Vide numerum ſexageſimumquintum lib. 2.

commoda contulerunt; nunc dicamus de iis, qui in bello vitam pro ſalute Reipublicæ poſuerunt. Hi vero & milites, & militum Præfecti fuere. Milites autem voco, quicunque in re militari à certo ætatis anno operam ſuam Reipublicæ præſtitere. Erat enim legibus ſancitum, ut pueri omnes, ſimul atque octavum & decimum annum attigerant, atque in tabulas lexiarchicas relati, ſui, ut ſupra dixi, juris compotes facti erant, militari ſe ſacramento obſtringerent; quemadmodum docuit Lycurgus in oratione adverſus Leocratem, cum dixit: „ Vobis eſt jusjurandum, „ quod jurant omnes cives, poſteaquam in „ Lexiarchicas tabulas relati, & ephebi facti „ ſunt, ſe neque arma dedecoraturos, neque „ ordinem deſerturos, ſed patriam defenſuros, melioremque tradituros; (204) & Ulpianus in orationem de ementita legatione, cum ſcripſit, qui ex pueris in ephebos excedebant, eos in fano Agrauli armatos juraſſe, ſe pro patria pugnaturos. (205) Integra vero hujus ſacramenti verba, prout ſcribit Pollux, hæc fuerunt: „ Non dedecorabo arma, nec „ deſeram patronum, ſi in eum incidero, pu„ gnabo pro ſacris, & publicis, & ſolus, & „ cum multis, & patriam haud deteriorem „ tradam, & navigabo adverſus terram, „ quamcunque accepero, & legibus, quæ „ extant, & quas populus juſſerit prudenter, „ obediam; & ſi qui leges tollere voluerit, „ non permittam; ſacra patria colam, teſtes „ ſint dii Agraulus, Enyalius, Mars, Jupi„ ter. (206) Hoc autem adacti ſacramento inde per annos quadraginta duos militare cogebantur; qui à decimo octavo ætatis ad ſexageſimum pertinebant; ex quo Eponymi quadraginta duo celebrati ſunt, qui fuerunt eorum annorum archontes ſinguli, unde non ſolum anni, ſed etiam ſtipendia civium nomina invenerunt, qui ſe quotannis in horum tabulas referendos curarunt; quod Arpocratio prodit: „ Ἐπώνυμοι gemini, *inquit*, fuere, „ uni quidem decem numero; unde tribus „ nomen accepere; alteri vero quadraginta „ duo, unde ætates appellantur civium in „ ſingulos annos à decimo octavo uſque ad „ ſexageſimum; (207) *item*: Στρατεία ἐν ἐπωνύμοις, cujus meminit Æſchines in oratione „ de ementita legatione, quid ſit, declarat „ Ariſtoteles in Republica Atheninſium, in„ quiens: Sunt Eponymi decem, qui ſunt „ tribuum; ſunt & quadraginta duo, qui „ ſunt ætatum; ephebi vero cum inſcribeban„ tur, antea quidem in alba inſcribebantur, „ eiſque archon, quo inſcripti eſſent, inſcri„ bebatur; nunc vero in Senatu deſcribun„ tur; *& paulo poſt*: Utuntur autem Epony„ mis etiam ad militiam, &, quanam ætate „ emittant, adſcribunt, & à quo archonte „ Eponymo uſque ad quem ſtipendia merere „ oporteat.

Prima vero militia terræ Atticæ cuſtodiam habuit; quam qui obierunt à luſtra regione περίπολοι (208) nominati ſunt; obierunt autem, ſimul atque annum octavum & decimum ſunt ingreſſi, & quidem, ut Æſchines innuit, per biennium, qui in oratione de emen-

(204) ὅρκος γάρ ἐστι οὗτος, ὃν ὀμνύουσι πάντες οἱ πολῖται, ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσι, καὶ ἔφηβοι γένωνται, μήτε τὰ ἱερὰ ὅπλα καταισχυνεῖν, μήτε τὴν τάξιν λείψειν, ἀμυνεῖν δὲ τῇ πατρίδι, καὶ ἀμείνω παραδώσειν. Vide præterea quæ inferius dabimus, cum περὶ τῶν περιπόλων ſermo erit numero ſcilicet ducenteſimo octavo.

(205) Accipe Lector *Ulpiani* locum, quem indicat A. N. Addo præterea ex eodem, cur ibi pueri ejuſmodi ſe jurejurando obſtrinxerint: [illegible] *Agraulus una fuit è Cecropis filiabus. In ejus autem luco, qui excedebant è pueris in adoleſcentes, armis inſtructi jurabant ſe pro Patria pugnaturos uſque ad necem. Hiſtoria autem ſic habet. Agraulus, & Erſe, & Pandroſos filiæ fuerunt Cecropis, ut ait Philochorus. Cum autem bello peterentur Athenienſes, expeditione ab Eumolpo contra Erechtheum ſuſcepta, idque bellum diu duraret: reſpondit Apollo finem fore malorum, ſi quis ſe ipſum pro Republica ſuſtuliſſet. Agraulos igitur ultro ſe neci obtulit, & de muro præcipitavit; poſtea bello liberati ejus rei cauſa ædem ei extruxerunt circa Propylæa arcis, atque ibi jurabant adoleſcentes in bellum exituri.*

(206) Adſcribo græcum *Pollucis* textum ex *lib.* 8. *cap* 9. *Sect* 105. οὐ καταισχυνῶ τὰ ὅπλα, οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην, ᾧ ἂν στοιχῶ. ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν, καὶ ὁσίων, καὶ μόνος, καὶ μετὰ πολλῶν· καὶ τὴν πατρίδα οὐκ ἐλάττω παραδώσω· πλείω δὲ καὶ ἀρείω, ὅσην ἂν παραδέξωμαι, καὶ συνήσω τῶν ἀεὶ κραινόντων, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ οὕς τινας ἄλλους ἱδρύσεται τὸ πλῆθος ὁμοφρόνως. καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς, ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω. ἀμυνῶ δὲ καὶ μόνος, καὶ μετὰ πάντων· καὶ τὰ ἱερὰ πάτρια τιμήσω· ἴστορες θεοὶ, Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεὺς, Θαλλὼ, Αὐξὼ, Ἡγεμόνη. Gothofredus *Jungermannus* in notis ad *Pollucem Amſtelodami* 1706. ex officina VVeſteniana cenſet ea *Pollucis* verba οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην, ᾧ ἂν στοιχῶ non bene fuiſſe à *Sigonio* verſa, *nec deſeram Patronum, ſi in eum incidero*; vertendum potius docet: *non deſeram commilitonem adſtantem, cum quo ſum in eodem collocatus ordine* cum ὁ παραστάτης, ait ipſe, tacticum verbum ſit; idque perſpicuum fiat ex eodem *Polluce* potiſſimum *lib.* 1 *cap.* 10. *Sectione* 127. *Meurſius de Athenis Atticis lib.* 1. *cap.* 7. *aſtitem* vertendum cenſet, quod quidem in idem prope recidit cum Jungermanniana verſione. Vide quos citavimus Auctores eadem hæc uberius explicantes; ac præ cæteris poſtrema illa verba θαλλὼ, αὐξὼ, ἡγεμόνη variamque eorum ſignificationem.

(207) Δισσοὶ εἰσὶν οἱ ἐπώνυμοι· οἱ μὲν δέκα οἱ τῶν φυλῶν, ἀφ' ὧν αἱ φυλαί. ἕτεροι δὲ, δύο καὶ τετταράκοντα, ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος, ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν μέχρι ἑξήκοντα. Pauca hæc ex *Harpocratione* ſint ſatis.

(208) De his *Pollux lib* 8. *cap.* 9. *Sect.* 105. περίπολοι [illegible]. Jure inquit *Sigonius* τὴν περιπόλων primam fuiſſe Terræ Atticæ militiam; antequam enim quam extra Patriam bellum gererent, quodam veluti armorum tyrocinio in ea circumeunda, ac cuſtodienda exercebantur. Biennium autem τῶν περιπόλων munere fungebantur, a decimo ſcilicet octavo ætatis anno ad vigeſimum, quem cum demum attigerant, tum in Lexiarchicas tabulas relati, quas quidem ab iis diverſas cenſeo, de quibus *Sigonius lib* 2. *cap.* 2. militari ſacramento, quod numero 206. retulimus, adigebantur, cæteraque obibant deinceps ex ordine militaria munera. *Æſchines*, quem paulo poſt citat *Sigonius*: ἐκ παίδων μὲν ἀπαλλαγεὶς, περίπολος τῆς χώρας ταύτης ἐγενόμην δύο ἔτη, καὶ τούτων ὑμῖν τοὺς συνεφήβους, καὶ τοὺς συνάρχοντας ἡμῖν μάρτυρας παρέξομαι. Addam præterea ipſam etiam *Harpocrationem*, numero ſequ.

ementita legatione dixit, ſe ubi primum ex pueris exceſſit, per annos duos Peripolum regionis fuiſſe; ut autem Ariſtoteli, teſte Arpocratione, placuit, per annum; qui idem auctor eſt, ephebos ſcuto, & haſta à populo in concione accepta, terram Atticam perluſtraſſe, inque præſidiis ejus excubuiſſe. (209) Unde Solon in Piſiſtrati tyrannide, deplorata demum Reipublicæ libertate, atque ſalute, publicum periculum conteſtatus, ſcutum, & haſtam in concione dicitur abjeciſſe. (210)

Quoniam autem res omnis bellica aut pedeſtris fuit, aut equeſtris, aut navalis, propterea qui hanc tractarunt, aut armati, aut equites, aut remiges fuerunt; antiquiſſima vero apud Athenienſes militia fuit pedeſtris, quam τῶν ὁπλιτῶν, id eſt, armatorum dixerunt. Hi vero ſuo ſumptu omnia imperatæ militiæ munera obire ita à Solone ſunt juſſi, ut, quod dixit contra Timarchum Æſchines, (211) qui ei legi non paruiſſet, is jus dicendæ in concione ſententiæ nullum haberet. Pericles autem, ut qui plebis commodis unus omnium maxime inſervivit, primus de militum ſtipendio tulit; quod Ulpianus ad orationem de ſyntaxi ſcriptum reliquit. (212) Itaque Thucydides in tertia hiſtoria prodidit, militi, qui Periclis ætate Potidææ in cuſtodia eſſet, ejuſque miniſtro drachmas binas in dies ſingulos numeratas. (213)

His rebus ita conſtitutis, fiebat, ut cum conſcribendus exercitus erat, ἐκ τῶν καταλόγων, id eſt, ex iis tabulis conſcriberetur, in quibus per tribus civium omnium nomina ſcripta erant, qui arma ferre per ætatem poterant. Atque ita in ſuis quiſque tribubus inſtructi cum hoſtibus de communi ſalute, inter ſe autem de laude, & gloria decertabant; ſic enim, ut ſcribit Herodotus, cum Medis in campis Marathoniis dimicatum eſt, ut univerſus exercitus in ſuis quiſque tribubus eſſet inſtructus. Quocirca narrat Plutarchus, re ex ſententia geſta reverſiſque Athenas novem tribubus, Ariſtidem Prætorem in caſtris cum tribu ſua decima, quæ erat Antiochis, ad prædam barbarorum cuſtodiendam eſſe relictum; & Thucydides in ſexta tradit, Athenienſium armatorum tribum, & cum ea equites omnes impreſſione facta equitatum Syracuſanorum univerſum in fugam conjeciſſe. (214)

Res autem equeſtris Athenienſibus aut nulla, aut certe perexigua antiquitus fuit; ſcribit enim Pollux, naucrarias olim ſingulas, quæ numero erant, ut ſupra dixi, octo & quadraginta, binos tantum equites præbuiſſe. (215) Itaque merito, ut narrat Herodotus, Medi in prœlio Marathonio ſtultitiam Athenienſium irriſerunt, qui pauci numero, & nullo equitum, ac ſagittariorum robore ſepti tantum animorum atque audaciæ ſuſcepiſſent, ut ſecum æquo Marte ſigna conſerre non dubitarent. Ut autem huic malo auctis poſt civitatis opibus, quoad poſſent, mederentur, magna illa de Xerxe relata victoria, paceque Reipublicæ parta trecentos primum equites, & ſagittarios trecentos inſtituerunt; neque ita multis poſt annis, confirmatis ex nova pace viribus civitatis, equites mille ac ducentos, ac ſagittarios totidem intulerunt, quod ſcriptum in Æſchinis de falſa legatione, & Andocidis de pace orationibus invenitur. His autem equitibus ſtipendium quoddam ad emendum, ornandumque equum ex ærario aſſignatum indicat Arpocratio, cum ſcribit, æs fuiſſe quoddam κατάστασιν appellatum, quod qui conſtituti equites erant ex ærario capiebant, & poſtquam equites eſſe deſiiſſent, phylarchis repetentibus reddebant, ut id aliis in eorum locum conſtitutis attribue-

(209) *Harpocrationis* verba refero, cujus ſententiam obiter tantum innuit A. N. περίπολος. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ [illegible] (cujus verba paulo ante retulimus) [illegible]. *De Ariſtotelis loco*, inquit *Jungermannus* in notis ad *Pollucem*, de quo paulo ante, *qui dubitandi occaſionem dedit Harpocrationi, nihil dicere poſſumus, cum liber ille non amplius extet.*

(210) Refert *Plutarchus*.

(211) [illegible] *Quibus ſecundo loco cauſſis agendis interdixit?* (Solon) *Si quis*, inquit, *imperatas ſibi expeditiones non obierit, aut clypeum abjecerit.*

(212) [illegible]

(213) *Thucydides lib.* 3. [illegible]. Qui plura velit de Atticorum Militum ſtipendiis *Meurſium* adeat *Attic. lect. lib.* 2. *cap.* VII. & VIII.

(214) Quin ſingula, quæ hic A. N. obiter tantum attingit, recenſeam, res eſt ſatis per ſe manifeſta, atque ab ipſo etiam *Demoſthene* indicata ἐν τῷ [illegible], cujus partem non contemnendam, quæque tota in rem præſentem facit, dedimus num. 6. *libri* 2.

(215) *Pollux lib.* VIII. *cap.* IX. [illegible] *De Tribunis. Hi ſunt, qui Tribubus imperant: aliquandiu Naucleri dicti ſunt: unde & Tribus Naucariæ. Naucaria autem, aliquando fuit duodecima Tribus pars, & Naucariæ erant duodecim: quatuor ſecundum Tertiam (ſcilicet Tribus partem) quamlibet. Hi vero tributa tributum collata adminiſtrabant, & qui ex hiſce fiebant ſumptus. Naucaria autem quælibet duos exhibebat equites, & navim unam, unde nimirum nomen ſumpſit.* Porro hæc à *Polluce* dicta ſunt de Athenienſium Republica, antequam in Tribus decem ſive a *Cliſthene*, ſive a quopiam alio divideretur, quod innuit *Sigonius* cum ait: *res autem equeſtris Athenienſibus aut nulla, aut certe perexigua antiquitus fuit.* Cum enim Auctore *Cecrope*, quemadmodum ab A. N. dictum eſt *cap.* 6. *lib.* 1., quatuor tantum eſſent Tribus, tunc utique conſtabat Naucrariarum numerus, quem ex allata *Pollucis* auctoritate tradit *Sigonius*. Cum vero ſex præterea acceſſiſſent Tribus, nomenque *Cliſthene* auctore immutaſſent, tum demum Naucrarios exceperunt Demarchi *eadem auctoritate*, inquit A. N. cap. 6 hujus libri, *quo qui regum temporibus Naucrarii dicebantur, ornati*. Quare *Pollux* de induſtria appoſuit particulam ποτὲ *antea, aliquandiu*. Quod in verſione *Pollucis*, quam dedi paulo ante, *Naucaria* occurrat & *Naucariæ*, cum *Naucrariam* deinceps ſcripſerim & *Naucrarias*, ſi quidpiam faceſſat negotii; vide *Pollucem* ipſum, & notas in nuperrima ejuſdem editione loco hic citato; habebis quo tibi ſatisfias.

A buæretur; atque hoc ipſum ſignificaſſe Lyſiam in defenſione Mantithei, cum dixit: „ De„ creviſtis, ut phylarchi profiterentur eos, „ qui equis meruerant, ut ab iis τὰ κατάστασιν „ exigerentur. Præclarum autem illud in primis, quod, ut ſupra oſtendi, nemo equo merere potuit, niſi qui δοκιμασία ante excuſſus fuiſſet, an inſtructum, ornatumque equum haberet, uſque adeo ut infamia notaretur, qui ad equeſtrem militiam ſine probatione accederet, aut equum inter armatos collocatus aſcenderet. Nam habuiſſe eos equum, quem πολεμιστήριον appellarunt, ex oratione ad Phænippum elicitur. Unde illud eſt Lyſiæ in oratione de ordine deſerto: „ Ego vos Alci- B „ biadi juſte propterea ſuccenſere arbitror, „ quia jubente lege, ſi quis non probatus „ equitem agat, infamem eſſe, hic auſus eſt, „ ſine probatione equitem agere. (216)

Quin etiam rem Athenienſibus navalem ab initio modicam affuiſſe, facile non Thucydidis ſolum auctoritate mihi perſuaſerim, qui multis id in prooemio hiſtoriæ argumentis oſtendit, ſed etiam Herodoti, apud quem ſcriptum eſt, Athenienſes bello, quod cum Æginetis ante Darii in Græciam irruptionem graviſſimum geſtum eſt, vix quinquaginta triremium numerum confeciſſe; probe vero admodum, & vere; nam ſingulæ, teſte Polluce, naucrariæ naves tantum ſingulas antiquitus præbuerunt. C Poſt autem Themiſtocles, ut narrat Herodotus, acri vir ingenio, & ſingulari ſolertia præditus, Perſas Darii bello graviſſime laceſſitos haud facile quieturos ratus, perſuaſit civitati, ut ex vectigalibus, quæ ex metallorum Lauriorum fructu redibant, de quibus plebi dividendis tum in populo agebatur, claſſis in bellum, ut verbo ſimulabat, Ægineticum; ut re timebat, Perſicum centum navium pararetur, populuſque ad rei maritimæ ſtudium, quæ ſola urbi ſalutem afferre, & gloriam poſſet, traduceretur. Itaque cum ipſe ea claſſe haud ita multo poſt Xerxe Rege potentiſſimo toto mari fuſo, atque fugato opem, ſalutemque Reipu- D blicæ, Græciæque univerſæ tuliſſet, idem auctor, ut eſt apud Diodorum, civitati fuit, ut ad præſentem claſſem viginti quotannis triremes adjicerentur, & triplex, ut ſcribit Pauſanias, Piræei portus, qui, ſe archonte, ante Xerxis adventum fuerat, teſte Thucydide, inſtitutus, abſolveretur. Æſchines tamen, & Andocides in iis, quas modo commemoravi, orationibus apertius ea tempora, & hæc ejuſmodi Reipublicæ incrementa tradentes, affirmant, primo per Cimonem cum Lacedæmoniis fœdere in quinquennium facto, civitatem centum triremes in earum locum, quibus Græciam bello Perſico liberaverat, quippe rudium admodum, & jam vetuſtate quaſſatarum, ædificaſſe; ſecundo autem per Andocidem in triginta annos percuſſo, alteras centum; tertio vero per Niciam in quinquaginta, non minus trecentis; nam Lycurgum Lycophronis filium Demoſthenis oratoris æqualem, cum rei militaris apparandæ Præfectus eſſet, quadringentarum demum numerum expleviſſe notat Plutarchus. Cum autem claſſem ædificaſſent, una etiam loca multa ad claſſis uſum extruenda ſibi duxerunt, & quidem omnia in Piræeo ἐπίνειον, ſive ναύσταθμον, λιμένα, νεώρια, ὁπλοθήκην, ſive σκευοθήκην, id eſt, navium ſtationem, navalia, & armamentarium; quæ omnia partim Themiſtoclis, partim Periclis, partim Lycurgi opera, & monumenta fuerunt. Plato enim in Gorgia νεώρια, & portum tum Themiſtoclis, tum Periclis conſilio ſcribit eſſe conſtructa, Pauſanias Themiſtoclem in Piræeo ἐπίνειον, & νεώρια, Plutarchus Lycurgum νεωσοίκους, & σκευοθήκας extruxiſſe inquit. Strabo vero Munychiam prodit ambitu ſuo quondam complexam eſſe Piræeum, & portus plenos νεωρίων, in quibus & ὁπλοθήκη fuerit, Philonis opus, & memorabilis ναύσταθμος quadringentis navibus aptus, quibus haud pauciores Athenienſes emiſerint. Quocirca magiſtratus item, ut video, duos inſtituerunt, unum, qui claſſis emittendæ, alterum, qui ſubducendæ curam haberet; quos illi ἀποστολέας, & ἐπιμελητὰς τῶν νεωρίων appellarunt. (217)

Quoniam autem ad naves primum fabricandas, deinde ad uſum militarem complendas infinita prope hominum turba indigeret; propterea Themiſtocles, cui omne rei maritimæ decus Athenis prudentum omnium conſenſione debetur, inquilinos, & artifices omnes immunitate donavit, ut nautica turba ſpe præmiorum undique confluente res navalis uberior, ac firmior redderetur; Pericles autem, gloriæ Themiſtoclis æmulus, illud præterea aliquot poſt annis, quod narrat Plutarchus, adjecit, ut qui naves conſcendiſſent, per octo menſium ſpatium ſtipendium ferrent, & quidem, ut Thucydides hiſtoriæ noſtræ mandavit, ternorum in dies ſingulos obolorum. (218)

Hos autem nautas ex populis per demarchos editos, perſpicitur ex oratione de epitrierchemate, in qua in hunc modum loquitur Apollodorus quidam: „ Decreviſtis, ut „ Trietarchi naves deducerent, & Senatores, „ ac Demarchi recenſum popularium face„ rent, & nautas ederent; ego vero, ubi „ nautæ à popularibus conſcripti venerunt, „ & pauci, & imbecilli, eos dimiſi, & meo „ ære nautas quam optimos conduxi. (219) Quo eodem in loco oſtendit, ſtipendium quod-

E (216) *Lyſias* Orat. in *Alcibiadem* 2. quæ eadem cum illa eſt, quam citat A. N. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι δεῖν ὑμᾶς δικαίως ἂν αὐτῷ ὀργίζεσθαι, ὅτι τῶν νόμων κελευόντων, ἐάν τις ἀδοκίμαστος ἱππεύῃ, ἄτιμον εἶναι, τολμήσειν ἀδοκίμαστος ἱππεύειν, καὶ μὴ ἀναγνῶθι τὸν νόμον. *Sigonius* vertit ὑμᾶς vos. *Meurſius* legit ἡμᾶς nos. *Demoſt.* in *Phænippum*: ἀποδόμενος τὸν πολεμιστήριον ἵππον, καταβέβηκεν ἀπὸ τῶν ἵππων.

(217) Quæ habet hic loci A. N. de re navali Athenienſium petere commodius Lector poterit partim ex Chorographica Diſſertatione, quam hiſce notis præmiſimus, partim ex his, quæ dicenda ſunt ad A. N. librum *de Athenienſium temporibus*.

(218) *Plutarchus* in *Pericle*: ἑξήκοντα δὲ τριήρεις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀπέστελλεν, ἐν αἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔπλεον ὀκτὼ μῆνας ἔμμισθοι, μελετῶντες ἅμα, καὶ μανθάνοντες τὴν ναυτικὴν ἐμπειρίαν. *Sexaginta triremes quoque anno emittebat. Magnus numerus in his civium navigabat, octo menſes æra merens, meditanſque ſimul, & diſcens navalem diſciplinam.*

(219) ὡς ἀκούσας ὑμᾶς ὄντων ἐν τῷ δήμῳ, αὐτὸς καὶ συναγορευόντων αὐτοῖς, ἐψηφίσασθε, τούς τε τριηράρχους καθέλκειν τὰς τριήρεις, καὶ παρακομίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα, καὶ τοὺς βουλευτὰς, καὶ τοὺς δημάρχους καταλόγους ποιεῖσθαι τῶν δημοτῶν, καὶ ἀποφέρειν ναύτας, καὶ διὰ ταχέως τὸν ἀπόστολον ποιεῖσθαι, καὶ βοηθεῖν ἑκασταχῇ, καὶ τὸ ἄλλο τὸ ἀρχαιοφόρντας ψήφισμα τουτί. ψήφισμα. τοῦ μὲν ψηφίσματος τοίνυν ἀκούετε. ἐγὼ δ' ἐπειδή μοι οὐκ ἦλθον οἱ ναῦται, οἱ καταλεγέντες ὑπὸ τῶν δημοτῶν, ἀλλ' ἢ ὀλίγοι, καὶ ἦσαν ἀδύνατοι· τούτους μὲν ἀφῆκα· ὑποθεὶς δὲ τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ δανεισάμενος ἀργύριον, πρώ-

quoddam turbæ navali adnumeratum, cum inquit: „ Ego in ſingulos menſes remigibus „ ſtipendia, cum à Prætore commeatum ſo„ lum duorum menſium accepiſſem, per an„ num & menſes quinque ſuppeditavi. (220)

Cum ergo his omnibus res ipſa militaris conſtaret, armatis, equitibus, & remigibus, propterea, qui his in bello præeſſent, diverſi inſtituendi fuerunt, στρατηγοί, ταξίαρχοι, ἵππαρχοι, & τριήραρχοι. Ac στρατηγοί quidem, quos Latine Prætores dicimus, deni fuere ex tribubus ſingulis ſinguli, à populo, ut reliqui omnes, in comitiis declarari, & quidem non ſemel, ſed ſi res tulit, ſæpius honore continuato refecti; cujus rei præter ceteros argumento eſt Phocio, qui, ut ſcribit Plutarchus, quinquies, & quadragies Præturam ultro à populo ſemper oblatam adminiſtravit. (221) Hi vero creari patrium jusjurandum quoddam concipiebant; in quo illud erat in primis, ſe bis quotannis in Megaridem invaſuros. Quod propter Anthemocritum præconem ab iis necatum principio belli Peloponneſii Charini decreto adjunctum, in Pericle ſcribit Plutarchus. (222) Atque ita cum univerſo exercitui, aut claſſi Atheniensium imperarunt, tum totum bellum ſuo ductu, conſilioque gesserunt; ita tamen, ut rerum geſtarum rationem redderent, niſi ſi αὐτοκράτορος nomen decreto populi eſſent conſequuti, ut Ariſtides ad Platæas, & Nicias, Alcibiades, & Lamachus in Siciliam, multique alii, auctore Plutarcho: (223) hanc enim vim hoc nomen αὐτοκράτωρ habuit, ut eſſet, Suida teſte, ἀνυπεύθυνος, id eſt, à referendis rationibus, & omnino à judicio repetundarum liber, ac ſolutus, remque ſuo arbitrio, atque auctoritate adminiſtraret. Ac primis quidem temporibus Prætores omnes ad bella graviſſima cum æquo imperio miſerunt, ita ut ſinguli ſingulorum dierum imperium obtinerent: iis autem Polemarchum undecimum adjunxerunt eo conſilio, ut ſi paribus illi inter ſe ſententiarum momentis de belli gerendi ratione forte contenderent, ipſe in alteram partem inclinans, atque propendens omnem conſilii capiendi dubitationem eximeret. Quod oſtendit Herodotus, ubi de prœlio cum Medis ad Marathonem committendo ſcribit: „ Cum inter „ decem, *inquit*, Prætores de pugna cum „ barbaris ineunda non conveniret, quique „ à certamine abhorrebant, ſuperiores eſſent, „ Miltiades unus è decem Callimachum Aphid„ næum, tum ſorte Polemarchum adit, qui „ ſortito ad eum magiſtratum evectus, unde„ cimus erat (nam olim Athenienſes, *inquit*, „ ſuffragii jure parem Prætoribus Polemar„ chum faciebant) eoque demum in ſuam „ ſententiam traducto, expectata diei, impe„ riique ſui vice rem feliciter, & ex ſenten„ tia geſſit. (224) Poſt autem magna totius hujus rationis commutatio conſequuta eſt; ſiquidem & Polemarchus domi ad jura, ut ſupra oſtendi, inter cives & peregrinos dicenda remanſit, & Prætores quotannis decem creati ſunt illi quidem, verum non omnes ſemper ad bellum; ſed modo unus, modo duo, modo plures pro rei periculo, & magnitudine hoſtium miſſi ſunt; alii vero domi urbanis quibuſdam vacantes officiis, ſed tamen ad rem militarem ſpectantibus reſtiterunt. Quod præter ceteros innuit in prima contra Philippum Demoſthenes, cum inquit: „ Si quis de vobis quæreret, pacem ne agi„ tis Athenienſes? minime vero, reſponde„ bitis, ſed cum Philippo bellum gerimus; „ at non ne creaſtis ex vobis ipſis decem Ta„ xiarchos, & Phylarchos, & Prætores, & „ Hipparchos duos? iſti vero quid agunt, „ uno illo excepto, quem ad bellum miſeri„ tis. (225) Ex quo effectum eſt, ut Prætorum duo quaſi genera inſtituta ſint, unum eorum, qui ἐπὶ τῆς διοικήσεως, alterum eorum, qui ἐπὶ τῶν ὅπλων appellati ſunt. Quod oſtendit non obſcure idem in oratione pro Cteſiphonte, cum decretum eſſe inquit, ut in ſummo urbis periculo de iis, qui cuſtodias urbis agere nequirent, judicaret Prætor, & is, qui præeſſet armis, & is, qui juriſdictioni. (226) Armis autem cum dicebant, imperium, quod præcipue in pedites habebatur, intelligebant, quos illi ὁπλίτας, id eſt, armatos vocabant. Unde dixit Plutarchus, Lycurgo Dioclem genitum eſſe, eum, qui Præturam

[illegible]

(220) [illegible]

(221) In *Phocione*: [illegible] *Conſtat enim eum quinque & quadraginta cepiſſe Præturas, cum comitiis ne ſemel quidem interfuiſſet, ſed abſens ſemper electus, & accerſitus eſſet.*

(222) [illegible] *At ea rogatio Periclis æquam continet, & lenem querelam: verum quoniam caduceatore, qui miſſus fuerat Anthemocrito quæſita mors dicebatur à Megarenſibus, bellum in eos Charini rogatione internecinum, & implacabile inducitur. Si quis attingeret Megarenſis ſinem Atticum, mors ei denunciaretur. Prætores in ſolenni jurejurando adderent; ut bis quotannis agrum Megarenſem populaverentur.*

(223) Vide *Plutarchum* in *Alcibiade*, ex quo pauca hæc, quæ ſubjicio, delibaſſe ſufficiat: [illegible]

(224) [illegible] Mitto quæ interim apud *Herodotum* occurrunt, ut ad rem veniam: [illegible]

(225) [illegible]

(226) [illegible] (de iis ſcilicet, qui ne urbis cuſtodiam obirent excuſationes prætendebant) [illegible]

curam geſſerat in armatos. (227) Hæc autem urbana, ac militaria officia ipſi ita inter ſe partiebantur, ut quod ſcribit Ulpianus ad Medianam, alii ad quoddam tempus rem militarem adminiſtrarent, bellumque gererent; alii vero domi manerent, ac viciſſim decedentibus iis ſuccederent, imperiumque ſuſciperent, quod idem in oratione de epitrierchemate demonſtratur. Ac qui urbanam quidem provinciam adepti ſunt, quibus de rebus cognoverint, ſupra dictum eſt. Qui vero rem caſtrenſem, militaremque curarunt, ii exercitum ipſum tum conſcripſerunt, tum etiam dimiſerunt. (228) De conſcriptione teſtis eſt Plutarchus: „Phocio, *inquit*, Prætor electus, „ edici per præconem juſſit, ut omnes, qui „ intra pubertatis, & ſeptuaginta annorum „ ætatem eſſent, extemplo dimiſſa concione „ adeſſent, ſumtoque quinque dierum commeatu, ſe ſtatim in Bœotiam ſequerentur; „ *item*: Phocio cum in delectu Ariſtogitonem ſimulata claudicatione ingredientem „ longe è tribunali conſpicatus eſſet, ſcribe „ Ariſtogitonem iſtum, inquit, & claudum, „ & improbum; (229) & Lyſias, apud quem miles quidam: „ Ut veni, *inquit*, in urbem, „ conſcriptus miles ſum; quod ubi ſenſi, ad „ Prætorem veniens, oſtendi me emeritis eſſe „ ſtipendiis, & nihil æqui impetravi; & contra Alcibiadem: „ Qui ſunt, quos lex jubet „ adeſſe? non ne quos Prætores conſcripſerunt? & contra Diogitonem: Poſt hæc con„ ſcriptus una cum Thraſyllo eo, qui armatis præfuit, cum eo ad exercitum contendit. De dimiſſione ſignificat Demoſthenes in oratione de epitrierchemate, cum inquit. „ Nam ceteri ſaltem, qui è delectibus venerant ad navem, remanſerunt, reditum ſibi „ in patriam reſervantes, ſi ſe Prætor dimiſiſſet. (230)

Jam vero taxiarchi deni item ex ſingulis tribubus fuerunt. (231) Unde dixit idem in oratione de nomine: *Cum eſſem taxiarchus tribus*; (232) & Æſchines de ementita legatione: *Timenides Pandionides taxiarchus*. Horum autem negotium fuit, ut ordines militares inſtruerent, pedites in prælium mitterent, iiſdemque quo ire, & per quot dies cibum parare oporteret, per præconem denunciarent, &, ſi liberet, militem ex armatorum catalogo delerent; (233) quorum prima in defenſione Mantithei à Lyſia indicantur, cum ait: „ Omnibus timore perculſis, juſſi, ut taxiarchus ordinem noſtrum in prælium extra ſortem immitteret; reliqua in expoſitione Avium Ariſtophanis, & in oratione ejuſdem Lyſiæ de neglecta militia inveniuntur, maxime, cum inquit: „ Opus erat mandare taxiarcho, ut eum ex catalogo armatorum „ eximeret.

Ut autem Prætores, & Taxiarchi peditibus, ſic Hipparchi, & Phylarchi equitibus imperarunt; (234) unde illud eſt Demoſthenis pro Cteſiphonte: „ Placuit populo, ut „ Prætor, & Hipparchus pedeſtres, equeſtreſque copias ad Eleuſinem educerent. (235) Hipparchi autem duo, Phylarchi decem; (236) illi quidem univerſo, hi vero ſingulorum tribuum equitatui ſinguli ita præfuerunt, ut, quemadmodum Taxiarchi Prætoribus, ſic Phylarchi Hipparchis dicto audientes eſſent. Quanquam autem Hipparchi univerſum in equites imperium habuerunt, remque totam equeſtrem ſuo judicio, atque arbitrio gubernarunt, quod indicat Demoſthenes, cum Mediæ vitio vertit, quod cum Hipparchus eſſet, legibus quibuſdam latis rationem equeſtrem omnem corruperit: (237) tamen & ipſi Prætorum mandatis, atque auctoritati paruerunt; quod in eundem oſtendit idem, cum inquit: „ Cum Prætor Phocion equites ad „ ſucceſſionem vocaſſet, Medias ad navim „ contendit, & quorum equitum Hipparchus „ eſſe voluit, cum iis non convenit. (238) Phylarchi vero cum alia multa jura nacti ſunt, tum illud in primis, quod equites & conſtituerunt, & dimiſerunt. Ac conſtitutos quidem paulo ante ex Lyſiæ auctoritate in defenſos Imperatores, Præfectos, duceſque alios quamplurimos ad eos tranſii, qui equitatum ducebant, eoſque inter Hipparchos, & Phylarchos adnumerat: καὶ τ ἱππέων, ἵππαρχοι, καὶ φύλαρχοι.

(227) In *Lycurgo* eo ſcilicet, qui inter X. Oratores recenſetur: [illegible]

(228) Ad ipſos ſpectabat præterea militibus commeatum procurare. Docet *Demoſthenes* in Orat. adverſus *Polyclem*, ſive, uti dictum eſt num. 88 de *Epitrierarchemate*: [illegible]

(229) [illegible] (expunge in *Sigonio ſeptuageſimum*, ejuſque loco *ſexageſimum* ſcribe) [illegible] in Bœotiam ſcilicet. Hæc ex *Plutarcho* in *Phocione*; accipe & hæc quæ ſequuntur ex eodem: [illegible]

(230) ὡς μὲν γὰρ ἄλλοις εἰ μή τι ἄλλο, οἵ γ' ἐκ καταλόγου ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ναῦν, [illegible]

(231) *Pollux lib.* 8. *cap.* 9. *Sect.* 87. τ ταξιάρχων, & eorum, de quibus paulo inferius *Sigonius* mentionem facit, numerum tradit: καὶ ἱππάρχαι δύο, καὶ φυλάρχαι δέκα.

(232) In prima Oratione adverſus *Bœotum*: ἐγὼ ταξιαρχῶν τῆς φυλῆς.

(233) Ratio ipſa nominis docet id Taxiarchos muneris obiiſſe.

(234) *Pollux* ſane *lib.* 1. *cap.* 10. *Sect.* 128. poſt recen-

(235) [illegible] Itaque viſum eſt Senatui, Populoque Athenienſi, ut votis nuncupatis, & ſacris peractis, Diis veſtris tutelaribus, & divinis Athenienſium; & revocata in memoriam virtute majorum, qui pluris fecere defenſionem Græciæ libertatis, quam ſuam patriam: ut ducentæ naves in mare protrahantur, & Navarchus intra Pylas appellat; & Dux, & Magiſter equitum, pedeſtres & equeſtres copias Eleuſinem educant. Viſum eſt paulo plura ex Demoſthene afferre, quorum fortaſſe, aliis in locis uſus erit.

(236) Ex *Polluce*, quem dedimus num. 231.

(237) ἵππαρχος δὲ χειροτονηθεὶς, [illegible]

(238) [illegible]

A ſenſione Mantithei demonſtravimus. Dimiſſos autem ejuſdem in oratione de neglecta militia teſtimonio poſſumus confirmare, cum inquit: „ Atqui opus erat Phylarcho mulctam irrogare, quod Alcibiade è tribu dimoto, vires ordini detraxiſſet; & in ſuperiore Mantithei oratione : „ Cum decretum eſſet, ut „ ſubſidium ad Haliaribum mitteretur, ego „ conſcriptus eques ab Orthobulo, quia videbant omnes, nullum equitibus periculum „ affuturum, Orthobulum monui, ut meum „ è catalogo nomen eximeret.

Neque vero terreſtria ſolum, ſed maritima quoque Prætores imperia obtinuerunt. Hoc autem adeo manifeſtum omnibus eſt, ut nulla veteris Scriptoris teſtificatione indigeat. B Ut autem Prætores in re maritima Trierarchis omnibus, ſic ſinguli Trierarchi ſingulis triremibus, ac ejus triremis remigibus imperarunt. Ac Prætores quidem in Trierarchos imperium habuiſſe, eaque, quæ ſibi è Republica fideque ſua viderentur, eis mandaſſe, ſatis in re notiſſima teſtimonii ſint, quæ ab Apollodoro Trierarcho apud Demoſthenem in oratione de epitrierchemate afferuntur; (239) & quod ſcribit libro primo Xenophon de Prætoribus decem, qui ad populum poſtulati, quod in prælio ad Arginuſas mortuorum civium cadavera è ſalo non collegiſſent, omnem ejus rei culpam in Trierarchos, quibus id ipſi mandaſſent, averterunt; nam C Trierarchorum officium fuiſſe, ut triremes omni genere armamentorum, remigumque ornatas, atque inſtructas haberent, deque ea laude ipſi inter ſe ſtudioſe contenderent, ſatis, ut opinor, ante eſt demonſtratum. His autem Trierarchis Quæſtores quoque, ut ſcribit Arpocratio, ſunt attributi, ſcilicet ut pecuniæ rationes conficerent, quæ in commeatum, ſtipendiumque ſociorum navalium attribuebatur; cujus meminit Apollodorus in oratione, ut ſupra dixi de epitrierchemate. (240)

A Atque hoc cum in aliis triremibus obſervatum eſt, ut ſuos quæque Trierarchos, & Quæſtores haberet, tum maxime in iis, quæ Sacræ dictæ ſunt. Hæ vero uſque ad Antigoni tempora duæ ſolæ fuerunt, Salaminia, & Paralus. Salaminiam eandem fuiſſe tradit ad Medianam Ulpianus, atque ea, quæ Delia nominata eſt. (241) Delia vero fuit, qua Theſeus quondam in Cretam ad pœnas Minoi Regi dandas eſt deportatus; hæc enim ſumma ſemper religione refecta uſque ad Demetrii Phalerei ætatem, Plutarcho teſte, pervenit, (242) eaque quotannis ornata, teſte Herodoto in Erato, & Platone in Phædone, in Delum, quæ ad ſolemne pertinerent ſacrifi- B cium, devexerunt; per quos dies ſupplicium capitale de aliquo ſumere nefas fuit. Paralus, ut ſcribit Arpocratio, à Paralo antiquo Heroe quodam nomen accepit; quique eam conſcenderunt, Parali appellati ſunt; cujus officii cauſſa quatuor obolos ceperunt, & majorem anni partem domi traduxerunt. (243) Ambas autem cum ad bellum gerendum, tum ad Prætores è bello, ſi opus eſſet, ad judicium retrahendos, & omnino ad publica munera celeriter obeunda adhibitas legimus. De bello, teſtis eſt Plutarchus, qui in prælio navali Salaminio unà cum Themiſtocle Architelem ſacræ triremis Trierarchum affuiſſe narrat; (244) & Thucydides, qui Para- C lum, & Paralos nautas in Samo fuiſſe per dominatum Quadringentorum belli cauſſa ſcribit; de judicio Thucydides, qui Salaminiam ad Alcibiadem è Prætura Sicilienſi revocandum miſſam tradidit, & Demoſthenes in oratione de Cherſoneſo, qui adverſus hoſtes, qui legibus devinciri non poſſent, exercitus, triremes, & tributa neceſſaria eſſe inquit; at vero adverſus cives decretum, delationem, Paralumque ſufficere. (245) His ergo triremibus & Trierarchi, & Quæſtores ſunt attributi; Trierarchi ſacræ triremis meminit eo, quem

(239) [illegible] ἀνάγεσθαι, inquit in citata Oratione, de qua iterum adeundus num. 88., *Apollodorus* Trierarchus loquens de *Timomacho* Stratego, qui ſibi præerat ac Trierarchis cæteris. Vide *Xenophontem*, de quo paulo poſt *Sigonius* ſub finem lib. primi *Hiſt. Græc.*

D (240) De qua jam ſæpe. Eum autem puto ab A. N. locum potiſſimum indicari, in quo ait rationes pecuniæ in Triremi impenſæ accurate fuiſſe deſcriptas. Addo præterea *Harpocrationis* verba in ταμίαι. [illegible]

(241) Opera pretium *Ulpianum* ipſum audire in *Midianam* multa ſcitu digniſſima de *Paralo* congerentem: [illegible] (hic loci videntur nonnulla deeſſe) [illegible] *Alii dicunt, Paralum eſſe dictam à Paralo, Periclis filio: alii à Paralo quodam Heroe, cujus etiam Periclis filius ſimile nomen habuit* (ſuppleo alii), *quod maritimam oram navigaret, hoc eſt Aſiam, & Helleſpon-*
E *tum. Hæc enim mittebatur ad ſocios, ſi quid eis Athenienſes ſignificare vellent. Erant autem in principio duæ ſacræ Triremes: Salaminia, quam & Deliam vocabant, & Paralus. Poſt autem etiam aliæ tres factæ ſunt: Antigonis, Ptolemais, Ammonias: quia in ea victimas Ammoni mittebant. Harum autem ſacrarum triremium curam agebat ipſa Reſpublica, & pecuniam dabat Quæſtoribus, ut eas curarent, atque efficerent expeditas ad navigandum; ac honos erat, harum alicujus agere curam.*

(242) In *Theſeo*: [illegible]

(243) *Harpocration*; [illegible] (paulo ante Parali mentionem fecerat, propterea de his loquitur, qui eam navim conſcendebant) [illegible] Qui plura de Paralis velit *Meurſium* adeat *Attic. lect.* lib. 4. cap. 7. Obiter tantum adverte *Paralos* dictos fuiſſe tum qui in *Paralo* navi vehebantur, tum qui oram maritimam Atticæ accolebant, de quibus ſermo fuit *lib.* 1. *cap.* 2.

(244) Satis quæ innuo ex *Plutarcho* in *Themiſtocle*: (ἀρχιτέλης) [illegible]

(245) [illegible] *Demoſthenes* in citata ab A. N. Oratione de *Cherſoneſo*.

quem dixi, loco Plutarchus; (246) Parali de hereditate Dicæogenis Iſæus, ut Quæſtoris Demoſthenes, cum inquit, Mediam Quæſtorem Parali à populo declaratum. (247)

Et quoniam Athenienſes non ſolum domeſticis, ſed etiam peregrinis in bello copiis, ultimis præſertim temporibus, uſi ſunt, propteres huc eos etiam pertinuiſſe arbitror, qui ξενολόγοι τῶν ξένων dicti ſunt, quod eis negotium datum eſſet, ut apud ſocios copiam peregrinorum, qui ferendis apti armis eſſent, conquirerent; hoc autem indicare videtur Æſchines primum in oratione contra Timarchum, inquiens: „ Miſſus à vobis peregrinorum conquiſitor Eretriam ſolus ex conquiſitoribus pecuniam cepiſſe confeſſus eſt; (248) deinde de falſa legatione, cum queritur, cives irreptitios in bello conquiſitores, & apoſtoleos creari. (249)

Quod ſi quotum forte ſuſpectam, dubiamve fidem habuerunt, tum vero ad actiones eorum inſpiciendas, explorandaſque voluntates mittere ſoliti ſunt eos, quos ἐπισκόπους appellarunt, quorum, teſte Arpocratione, meminit Theophraſtus.

CAP. VI.

De Oratoribus, & Legatis. Syndici qui? Rhetores. Legati, ſeu præcones. Iſti quomodo eligebantur.

QUi vero lingua, atque eloquentia fidem, induſtriamque ſuam Reipublicæ præſtiterunt, ii nonnullum quidem honorem, ſed non magiſtratus tamen nomine inſignitum ex diſciplina Solonis adepti ſunt; quod ex verbis ejus elicitur, quæ ſunt in accuſatione Timarchi: „ Ne quis impudicus „ magiſtratum ullum capiat, neque publico „ patrocinetur, neque præconem, neque le„ gatum obeat. (250) His enim non obſcure ſignificavit, ſe Oratores, & Legatos è magiſtratuum numero dimovere. Quos vero inquit, publico patrocinatos eſſe, ii fuerunt, qui σύνδικοι, & qui ῥήτορες appellati ſunt.

Σύνδικοι fuerunt, qui ad leges ſuadendas ſunt electi, & propterea σύνδικοι τοῖς νόμοις appellati. Quorum meminit contra Leptinem Demoſthenes: „ Lecti ſunt, *inquit*, legi Syn„ dici, viri maxima dicendi facultate præ„ diti; (251) *& poſt*: Quod vero maximum „ eſt contra hos Syndicos omnes, ſæpe unoſ„ quiſque eorum antea rebus quibuſdam Syn„ dicus fuit; eſt autem lex de his, non li„ cere, qui ſuffragio populi creatus eſſet, „ pluſquam ſemel Syndicum eſſe; qui vero „ patrocinaturi ſunt legi, & demonſtraturi, „ legem eſſe idoneam, eos oportet extantibus legibus obtemperare; ſin minus, ridi„ culum eſt, legi Syndicos eſſe, eos vero le„ gem alteram violare. (252) Ejuſmodi autem legum ſuaſores à populis lectos, ſupra, cum de legum latione diximus, demonſtravimus. (253)

Ῥήτορες autem decem ſorte lecti ſunt, ut in concione, & in Senatu cauſſam publicam, re poſcente, defenderent; cujus officii nomine, quotieſcunque dixerunt, mercedis loco drachmam tulerunt; quemadmodum in Veſparum commentario reperitur; atque hoc idem muneris Prætores etiam, qui in urbe curarunt, ut ſupra diximus, obiverunt. (254) Quos ambos intellexit pro Cteſiphonte Demoſthenes: „ Præcone ſæpe rogante, quis lo„ qui vult? nemo tamen proceſſit, neque „ Rhetorum, neque Prætorum; (255) & Æſchines de ementita legatione: „ Surgentes, „ qui deſcripti erant Rhetores, de ſalute ci„ vitatis nihil dixerunt; (256) & contra Cteſiphontem: „ Nonnulli maximis magiſtrati„ bus geſtis, & vectigalibus publicis admini„ ſtratis, & in ſingulis corrupti, accitis ex „ Senatu, & populo Rhetoribus evaſerunt. (257) Inſtitutos autem à Solone fuiſſe Rhetores, indicat lex ejus, quæ eſt in accuſatione Timarchi: „ Si quis Rhetorum loquatur in „ Senatu, aut in populo de re propoſita, non „ ſeparatim de unaquaque aut bis de eadem, „ idem apud eoſdem, aut convicio, aut ma„ ledicto inceſſat quenquam, aut ſine modo „ dicat de rebus, quæ ejus loci non ſunt, „ aut dimiſſa concione, aut Senatu trahat „ epiſtatam, jus habeant proëdri uſque ad „ quinquaginta drachmas pro uno quoque „ crimine inſcribere apud practores; quod ſi „ majore mulcta dignus videatur, irrogantes „ uſque ad quinquaginta drachmas inferant „ in

(246) *Kuhnius* tamen in annotationibus ad *Pollucis* lib. VII. cap. IX. ſub finem hæc habet: *unde videre eſt, quod ipſa Reſpublica impleverit munera trierarchi, quoad ſacras naves, ideoque tamias tantum illis præerat; in ceteris Triremibus, alii* [illegible] *erant, alii* τριήραρχοι; idque ex eo potiſſimum eruit *Ulpiani* loco, quem dedimus paulo ante num. 240., quod ſcilicet harum Triremium procurationem ipſa dicatur cœpiſſe Reſpublica; quæ ſane qui cum *Plutarcho*, quem hic citat A. N. cohæreant viderit Lector.

(247) ὡς Παράλου ταμίας γέγονε, inquit apud *Demoſthenem Midias*.

(248) *Æſchines* in *Timarchum*: [illegible]

(249) Idem de *Falſa legatione*: [illegible]

(250) Vide num. 19. lib. 3. συνδικεῖν enim idem ac *publice patrocinari*.

(251) [illegible]

(252) [illegible]

(253) Numero ſcilicet 120. *libri* hujus.

(254) Maximus enim Athenis τῶν ῥητόρων uſus, cum eo loci tunc temporis res præcipue, quæ ad publicum pertinerent per Conciones, ac publicas Allocutiones adminiſtrarentur. Jure itaque ipſis conſtituta Merces.

(255) πολλάκις δὲ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος, [illegible]

(256) *Æſchines* de *Falſa legatione*: [illegible]

(257) Idem contra *Cteſiphontem*: [illegible]

„ in Senatum, aut in primam concionem . (258) Hos autem eoſdem συνηγόρους, & mercedem eorum συνηγορικὸν appellatam, in eodem Veſparum commentario, ex Ariſtotelis ſententia, ſcriptum eſt. Itaque Arpocratio συνηγόρους creatos produxit, ut dicendo adeſſent. In hoc tamen genere aliquid extra ordinem aliquando factitatum, remque à ſorte ad ſuffragium, & à populo ad Areopagum traductam, oſtendit Plutarchus, cum ſcripſit, certamine inter Athenienſes, & Delios, utri ſacro præeſſent, exorto, lectoque qui cauſſam ageret, Æſchine, Areopagi Senatum Hyperidem manuum ſuffragio declaraſſe. (259) Ut autem Rhetores domi voce, atque oratione Reipublicæ cauſſam defenderunt, ſic foris Legati, & præcones, quos illi πρέσβεις, & κήρυκας appellarunt. Hi vero ad exteras gentes, ſociaſque civitates, exponendæ Senatus, populique voluntatis cauſſa, de bello, pace, fœderibuſque miſſi ſunt, cum Reipublicæ tempora poſtularunt. Quod munus quia ſine ſumma ſolertia prudentiaque explere non potuerunt, propterea Demoſthenes ita contra Æſchinem egit: „ Qua de re alia ſumenda „ pœna eſt à Legatis, quam de vobis? ſunt „ enim Legati non triremium, neque loco- „ rum, neque armatorum, neque arcis do- „ mini (nemo enim hæc Legatis committit) „ ſed verborum, & temporum; tempora igi- „ tur civitatis ſi non præripuit, non pecca- „ vit; mandata vero ſi vera renunciavit, eva- „ dat: ſi falſa, & pretio, & inutilia, plecta- „ tur, nihil eſt enim in quo graviorem vo- „ bis facere injuriam, quam falſis renuncian- „ dis, poſſit. (260) Quare Legati merito non ſorte, ſed populi judicio ad hujus faſtigium muneris aſcenderunt; ut oſtendit in eadem cauſſa Æſchines: „ His dictis, decretum in „ populo ſcripſit Philocrates, ut vos Legatos „ decem legeretis ad Philippum, qui cum „ eo de pace, & communibus commodis age- „ rent: cum autem creandis Legatis comitia „ haberentur, ego propoſitus ſum à Nauſicle, „ Demoſthenes autem à Philocrate. (261) Atque hi, ut ceteri magiſtratus, judicio repetundarum obſtricti fuere, (262) niſi ſi cum liberis mandatis miſſi eſſent; quos illi πρέσβεις αὐτοκράτορας nominarunt, ut teſte Xenophonte, cum Piræeo obſeſſo, ad Lyſandrum ducem Lacedæmoniorum de pace Legatos miſerunt. Tantum autem Legatis honoris habuere, ut quod elicitur ex Demoſthene, & ejus interprete, eos à legatione revertentes Senatus ſæpe cœnatum in Prytaneum vocarit, eorumque reditum ejuſmodi officii, ac judicii genere, quod ampliſſimum ſemper eſt habitum, honeſtarit. (263)

Legatos autem cum antecedere ſoleret præco, qui ſymbolum ferret, quod illi κηρύκειον dixere, (264) tamen ſæpe etiam præco ſolus miſſus eſt, ut Anthemocritus, quem Megarenſes ad ſe publice miſſum interfecerunt; quod ſcriptum reliquit in Pericle Plutarchus.

CAP. VII.

De Præfectis ſacrorum. Regis, & Reginæ munia. Archon quibus præerat? Polemarchus. Athlothetæ, Agonothetæ. Sacerdotes. Sacrifici. Boonæ. Mıagogi. Orgeones. Geraræ. Ciſtiferæ. Theori. Pylagoræ. Hieromnemones.

Finem totius hujus diſputationis faciam, ſi pauca de Athenienſium ſacris, ejuſque Curatoribus, atque Præfectis adjungam. Omnis igitur Athenienſium religio tribus mihi in rebus poſita potiſſimum fuiſſe videtur, in ſacrificiis, in pompis, & in ludis. Sacrificia, quas illi θυσίας dixerunt, ſolemnis cum victimarum oblatione votorum pro Republica ſuſceptio fuit; eorumque alia patria, alia, quod oſtendit in Areopagitica Iſocrates, ἐπίθετα, id eſt, aſcititia dicta ſunt; ex patriis autem nonnulla δημοτελῆ, quædam δημοτικὰ fuerunt: quorum ad ea communi nomine civitas, ut inquit Heſychius, victimas dedit; ad hæc vero ſinguli privato nomine populi. (265) Itaque Theopompus rerum Philippicarum libro XII., ut eſt in Avium commentario, Athenienſes prodidit ἐπὶ ταῖς θυσίαις δημοτελέσι ſolemnia pro ſe, & pro Chiis vota diis feciſſe. Pompas dixerunt ornatam virorum, mulierumque turbam, quam cum rebus ad ſacra pertinentibus ad Myſteria in Eleuſinem, & Dionyſia, & Panathenæa longo comitatus agmine cum magna ceremonia miſerunt. Ludi vero, quos illi ἀγῶνας appellarunt, publica ſpectacula fuerunt in Deorum honorem edita, & magnis ſumptibus apparata; quorum Scenici, ſive Muſici, ac Dionyſiaci dicti, qui in

(258) [illegible] ἐάν τις λέγῃ ἐν βουλῇ [illegible]

(259) Vide numerum 109. lib. 2.

(260) τίνος γὰρ ἄλλου δεῖ δίκην παρὰ πρέσβεων, ἢ λόγων λαμβάνειν; οὐ γὰρ δὴ τριήρων, οὐδὲ τόπων, οὐδὲ ὁπλιτῶν, οὐδ᾽ ἀκροπόλεως κύριοι (οὐδεὶς γὰρ πρέσβεσι ταῦτα ἐγχειρίζει) ἀλλὰ λόγων, καὶ χρόνων. τοὺς μὲν οὖν χρόνους, εἰ μὲν μὴ προανάλωσε τῇ πόλει, οὐκ ἀδικεῖ. εἰ δ᾽ ἀνάλωσεν, ἀδικεῖ. περὶ δὲ λόγων, εἰ μὲν ἀληθεῖς ἀπήγγελκεν, ἢ συμφέροντας, ἀποφευγέτω. εἰ δὲ καὶ ψευδεῖς, καὶ μισθοῦ, καὶ ἀσυμφόρους, ἁλισκέσθω. οὐδὲν γάρ ἐστι, τι μεῖζον ἂν ὑμᾶς ἀδικήσειε τις, ἢ ψευδῆ λέγων.

(261) ψηφισαμένου δὲ ταῦτα τοῦ δήμου, ψήφισμα ἔγραψεν ὁ Φιλοκράτης, ἑλέσθαι πρέσβεις ὑμᾶς πρὸς Φίλιππον ἄνδρας δέκα, οἵτινες διαλέξονται Φιλίππῳ περὶ εἰρήνης, καὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων Ἀθηναίοις, καὶ Φιλίππῳ. χειροτονουμένων δὲ τῶν δέκα πρέσβεων, ἐγὼ μὲν προεβλήθην ὑπὸ Ναυσικλέους· Δημοσθένης δὲ ὑπὸ Φιλοκράτους.

(262) Legatos reddendis rationibus obnoxios fuiſſe, tum etiam quibus potiſſimum de rebus docet *Demoſthenes* in Orat. de *Falſa legatione*: [illegible] πρεσβείας εἰσὶ λόγοι· τί πέπρακται; τί ἀπήγγελκας; εἰ μὲν ἀληθῆ, σώζου. εἰ δὲ ψευδῆ, δίκην δός. *Nam hæ ſunt legationis rationes: quid actum eſt? quid renunciaſti? ſi vera: abſolvitor. ſin falſa, dato pœnas.*

(263) *Demoſthenes* in Orat. de *Falſa legatione*, hoc ipſum objicit adverſario, ejuſque Collegis, quod minime fuerit invitatus: ἡ βουλὴ [illegible] *Ulpianus* autem interpres: [illegible]

(264) Diſertis verbis tradit *Demoſthenes* in eadem Oratione legatis Præcones fuiſſe præmiſſos: [illegible] *Plutarchum*, quem hic citat A. N. vide ſupra numero 222.

(265) De ſingulis vide *Meurſium* in libro, cui nullum fecit, *Græcia Feriata*.

in ſceoa, & per ſcenicos artifices : gymoici vero, qui in curriculo, & potiſſimum per athletas commiſſi ſunt.

Hæc autem ooo iidem homines omnia procurarunt, ſed Rex quidem, quod io Pollocis, (266) & Arpocrationis eſt monumentis, Myſteria, Lenæa, & Ludos, qui in Lampade dicti ſuor, nempe Panarheoæa, Hephæſtia, & Promethea, & ioſuper ſacra etiam patria procuravit, & gentibus, ac Sacerdoribus omnibus jus dixit; ad myſteria vero coraintes à populo creatos duos ex eumolpidis, uoum ex cerycibus aſcivit. Regina vero uxor ejus ſacris item quibuſdam arcaois ex regia Republica conſervatis operam dedir. Unde in oratiooe contra Neæram Demoſthenes de Theogenis regis uxore dixit : „ Et ipſa uxor „ cum vobis arcana ſacra pro civirate facie„ bat, ea vidit, quæ ipſam videre fas non „ eſt, cum ſit peregrina, & eò ingreſſa eſt, „ quò nemo alius Atheoienſium iogreditur, „ aiſi oxor regis, & jurejurando adegir ge„ rætas ſacrorum miniſtras, & ſacra patria „ pro civitate diis fecit. (267)

Archon autem, ur ſcribit Pollox, (268) Dionyſia, & Thargelia adhibitis curatorihus inſtruxir, & ſacra item patria procuravit, in primis autem ludorum ſceoicnrum curam habuir, oſque adeo, ur illius auctoritare ipſa utique ſpectacula regcreotur; ſiquidem ſcripſit Ariſtoteles in Poeticis, comœdiam ſerius factitari propterea cœptam, quia ſero archoo chorom permiſerit; & Demoſthenes adverſus Mediam, archootem in eo munere ita eſſe verſatum, ut ludis Dionyſii choragos tribubus, & choragis tibicines procurarit, &, quod prodit Plutarchus in Cimooe, judices quoque tragœdis ſortitus ſir; nam de ſacris patriis ab eo factis teſtis eſt etiam Lyſias, qui adverſus Evandrum inquit, patronos Evandris archontis forraſſe ad eam defenſionis rationem deſcenſuros eſſe, ur dicanr, ſure, ſi ille reprobaretur, ut, cum in ejus locum mature ſobſortitio fieri noo poſſet, ſacra patris ioeunte anoo deſerereotur.

Polemarchus autem Dianæ agreſti, & Enyalio ſacrificavir, & ludos ſuoehres iis, qui in bello occubuiſſent, curavir, & Harmodii Manibus pareotavit, & ot liberi eorum, qui io acie cecidiſſenr, de puhlico alerentur, providit; quod Pollux, & Ulpianus ad Timocrateam notatum reliqoit. (269)

Neque vero ludorum cura regi ſoli, aut archonti, aut polemarcho eſt commiſſa, ſed iis etiam, quos illi [illegible], & [illegible] dixerunt. Ac Heſychius quidem ex Nicandri ſententia ludis gymnicis athlothetam, ſceoicis vero agonothetam præfuiſſe noravit. Quod cum confirmet Ammooius, Plutarchus tamen Periclem ſcripſit Panathenæis muſicum agonem ioſtituiſſe, eumque ipſum athlothetam declaratum ordioaſſe, ita ut judicaret, quomodo certaotes, aut tihiis, aur voce, aut cythara caoere oporteret. Pollux autem athlothetas ioquir denos ex ſingolis tribubus ſorte lectos, eoſque probatos ei curationi per quadrieonium præfuiſſe. (270) Ut autem agonothetæ meminit Demoſthenes in oratione pro Creſiphonte, ſic athlothetæ cootra Bœotum de nomioe.

Quod autem ad pompas attinet, oarrat Plato in Alcihiade, apparatiſſimas eas, magnificentiſſimaſque diis quotannis Athenis miſſas eſſe. Hæ vero quia ferme ioſtructo celebrabantur exercitu, quod oſtendit io ſexto Thucydides, cum de Hipparcho tyranoo per Harmodium, & Ariſtogitonem interfecto ſcribit, (271) propterea ab omnihus iis, qui rem militarem adminiſtrarunt, prætoribus, taxiarchis, hipparchis, phylarchiſque curatæ ſuot. Quod declarar in prima contra Philippum Demoſthenes, cum inquit : „ Non ne creaſtis „ ex vobis ipſis decem taxiarchos, & præ„ tores, & phylarchos duos? quid igitur iſti „ agunt præter virum unum, quem ad bel„ lum emiſeritis? reliqui pompas vobis inſti„ tuunr cum ſacrificulis; ut enim qui luteos „ ſingunr, in forum taxiarchos, & phylar„ chos creatis, non in bellum; (272) & contra Mediam : „ Creaſtis hunc etiam hippar„ chum, cum tamen in pompis in foro ſal„ rare oon poſſit. (273) Quio etiam Plutarchus in Phocione ſcribit, equites decimonono Munychionis pompam Jovi ioſtruxiſſe; & Æſchines contra Timarchum : „ Erat urba„ norum Dionyſiorum pompa; in bis autem „ pompam agebat Miſgolas, & Phædrus; cum „ autem Timarchus ſe eis pompæ ſociom fu„ turum profeſſus eſſer, his io alio apparatu „ occupatis non veoit. (274)

Præter hos autem magna fuit etiam Sacerdorum, mioiſtrorumque ſacrorum turba, qui-

(266) *Pollux lib. 8. cap. 9. Sect. 90.* [illegible] In annotationibus ad *Pollucem* in hoc loco vide Lector, quid ſibi velint [illegible], tum *Harpocrationis* verba, quæ innuit A. N.

(267) [illegible]

(268) [illegible] Ita *Pollux lib. 8. cap 9. Sect 89.* Idem *lib.* ac *cap.* ſæpius jam citato hæc habet de *Polemarcho*, de quo paulo poſt *Sigonius* : [illegible]

(269) *Ulpianus* loco ab A. N. indicato : [illegible]

(270) *Pollux* quidem loco ſupra indicato : [illegible]

[illegible]

(271) Vide plura de his apud *Meurſium* in *Piſiſtrato*

(272) Relata ſunt hæc num. 225.

(273) Apud *Demoſthenem* in *Mediana* : [illegible] *Vos ipſum qualis qualis eſt Parati Quæſtorem creaſtis, non Magiſtrum equitum, cum quidem in Feſtivitatibus equo incedere non poſſet : & myſteriorum curatorem, & aliquando Regem ſacrificulum, bouumque emptorem, & ſi quæ ſunt ejus generis aliæ dignitates.* Obſerva Lector [illegible] cum commodiùs fortaſſe reddi latine a *VVolfio* in ea, quam modo attulimus *Demoſthenis* verſione, quam cum Sigonio *ſaltare*. Addit præterea idem *VVolfius* in annotationibus ad hunc locum proprie ſignificare id, quod latine dicimus *Equites*, ſive *exercitum luſtrare*. Ipſum vide.

(274) [illegible]

A quibus haud minima pars ſacrorum, & cerimoniarum Atticarum eſt commendata. Sacerdotes, quos illi ἱερεῖς dixerunt, ſingulis diis, ut Minervæ, Cereri, Neptuno, Jovi, Apollini, & aliis operati ſunt. Ejuſmodi vero ſacerdotia ex gentibus, ſorte eſſe mandata jam ſæpe commemorato Arpocrationis in lexico ſcriptum eſt; argumento autem non minimo eſt, quod Minervæ ſacra penes Eteobutadas fuerunt; unde illud eſt Demoſthenis in oratione de falſa legatione: „ Pater meus gente „ ex ea curia eſt, quæ eaſdem aras participat „ cum Eteobutadis, unde Minervæ Poliadis „ eſt Sacerdos. (275) Cereris autem penes Eumolpidas, & Ceryces, quod ex Alcibiade Plutarchi cognoſcitur; (276) nam ut Oſcho-

B phoria à Phytalidis, & Plynteria à Praxiergidis ſacta ſint, idem in Theſeo, & Alcibiade auctor eſt; quæ quidem gentium Atticarum nomina fuiſſe ſupra cognovimus.

Inter miniſtros autem numerati ſunt ἱεροποιοί, βοῶναι, μειαγωγοί, γεραραί, ὀργεῶνες, κανηφόροι, & ſi qui alii fuerunt ejuſmodi.

Sacrificorum meminit Demoſthenes adverſus Mediam, inquiens, ſacrificum ſe ab Athenienſibus tertium, qui Severis deabus rem divinam faceret, lectum pro Senatu σεμνῶν ἱεροποιῶν; (277) quo in loco ἱεροποιοὺς Ulpianus notat fuiſſe, qui ſacrificantes obſervarent, ne quam in ſacrificiis fraudem com-

C mitterent; (278) tribus autem Eumenidibus tres ſacrificos ab Areopago propterea fuiſſe lectos, quia earum ſacra Areopago eſſent commendata. (279) Pollux autem tradidit, ſacrificos decem ſacra quinquennalia feciſſe in Delum, & Braurone, & in Eleuſine. (280)

Quis autem fuerit βοώνης, idem etiam exponit. Siquidem cum Demoſthenes dixiſſet, Mediam ἱεροποιὸν, & βοώνην declaratum fuiſſe,

A adjungit, ἱεροποιοὺς fuiſſe, qui providerent, ne victima debilis eſſet, & parum idonea: βοώνας autem, qui boves ad dies feſtos coemerent. (281)

Jam vero μειαγωγοὺς fuiſſe docet Arpocratio, qui victimam, quæ μεῖον dicebatur, ad curiales adducebant, tum cum puerorum profeſſio inibatur. (282)

Nam ὀργεῶνες eodem teſte, fuerunt, qui ad honorem aliquem deorum, aut heroum convenerunt: Polluce autem, qui in populis ſtatis diebus ſacra fecerunt, (283) quæ tum δημοτικὰ, tum ὀργεωνικὰ dicta ſunt; unde iidem etiam à populis lecti ſunt; quod fortaſſe ſignificavit Demoſthenes in oratione ad Eubu-

B lidem, cum dixit: „ A popularibus prælatus „ ſum, ut ſortirer inter nobiliſſimos ſacerdo„ tium Herculis. (284)

Γεραραὶ, ut inquit Pollux, quatuordecim erant mulieres, à rege conſtitutæ, quæ ſacra ſecreta Dionyſio cum alia θεωρίᾳ faciebant; (285) quas ſolemni hoc adactas à regina jurejurando ſcribit Demoſthenes in oratione contra Neæram: „ Pia, & pura, & munda „ ſum à ceteris immundis, & à viri congreſſu, „ & Theognia, & Jobacchea miniſtro Dionyſio „ ritu patrio, & ſtatis diebus. (286)

Κανηφόροι virgines fuerunt, quæ, ut ſupra diximus, ciſtas in pompis cum rebus iis, quæ ad ſacrificium pertinerent, geſtabant; de

C quibus ita Pauſanias in Atticis: Virgines duæ non longe à Poliados habitant; eas Athenienſes Ciſtiferas appellant; hæ certum tempus apud deam commorantur, deinde ubi feſtus dies advenit, per noctem capite tollunt, quæ illas Minervæ Sacerdos ferre juſſit, cum neque ipſa quid ferendum det, neque virgines, quid ferant, ſciant. (287) Talis autem futura fuit in Panathenæis ſoror Harmodii eo die,

(275) *Æſchines*: ὢν δ' ἐκ φρατρίας τὸ γένος, ἣ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ἐτεοβουτάδαις μετέχει, ὅθεν ἡ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος ἐστὶν ἱέρεια.

(276) De his plura num 76. *lib.* 1. De his ac ſequentibus adhuc plura apud *Meurſium* de *Græcia Feriata*.

(277) καὶ πρὸς τούτοις ἐπαγγέλλων (homicidii nimirum crimen intentans), ἐάσας μὲν μ' εἰσιτητήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι, καὶ θῦσαι, καὶ κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὅλης τῆς πόλεως· ἐάσας δ' ἀρχιθεωρῆσαι τῷ Διὶ τῷ Νεμείῳ, τὴν κοινὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως θεωρίαν· περιιδὼν δ' ἐμὲ τῶν σεμνῶν θεῶν ἱεροποιὸν αἱρεθέντα τρίτον αὐτὸν, καὶ καταρξάμενον τῶν ἱερῶν. *Et tamen mihi ſcelere objecto nihilominus pro ſolutiori Senatus ingreſſu rem divinam facere, & ſacrificare, & victimas ferire ſiverit pro vobis totaque Republica; idemque non prohibuerit, quo minus ſpectaculi Princeps, in honorem Nemei Jovis commune pro Republica ſpectaculum celebrarem: prætereaque permiſerit, ut Sacerdos venerandis Deabus deligerer ex omnibus Athenienſibus, cum duobus collegis, victimaſque ferirem.*

(278) *Ulpianus*: ἱεροποιοὶ [illegible]

(279) Docet idem *Ulpianus* fere eodem loco in *Mediano*; additque, tres fuiſſe ab Areopago ſacrificos lectos, quòd tres eſſent Deæ: [illegible]

(280) *Pollux lib* 8. *cap* 9. *Sect.* 107 ἱεροποιοὶ δέκα ὄντες ἔθυον θυσίας πεντετηρικὰς, τήν τε εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ἡρακλείων, τὴν Ἐλευσινάδε. Vide, ſi placet, *Pollucis* nuperrimam editionem hoc loco.

D (281) Idem, de quo paulo ante, *Ulpianus*: ἱεροποιοὺς [illegible] vero [illegible]

(282) Quid porrò ſibi velit τὸ μειαγωγεῖν, vide apud *Pollucem lib.* 3. *cap* 4. *Sect.* 53.

(283) *Pollux lib* 8. *cap* 9. *Sect.* 107. ὀργεῶνες, οἱ κατὰ δήμους ἐν ῥηταῖς ἡμέραις θύοντες θυσίας τινάς. Immo eoſdem ac συγγενεῖς, ſive ex eadem familia, vide *Pollucem* loco citato numero ſuperiori, *Sect.* 52.

(284) *Demoſth. in Eubulidem*: [illegible] (municipes) [illegible] ἐν τοῖς εὐγενεστάτοις κληροῦσθαι τῆς ἱερωσύνης τῷ Ἡρακλεῖ. Ex quo conſtat quemadmodum Herculanos ſacrificos, ita etiam Bacchicos, nimirum ὀργεῶνας a Popularibus fuiſſe delectos.

(285) *Pollux* loco ſupra indicato *Sect.* 108. [illegible] ἱερὰ Διονύσῳ ἔθυον, μετ' ἄλλης θεωρίας (aliam quampiam fortaſſe ſolemnitatem indicat, de qua vide notas in *Pollucem*) καθίστη δὲ αὐτὰς ὁ βασιλεὺς, ὅπως [illegible].

E (286) τῶν γεραρῶν ὅρκος. ἁγιστεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἁγνὴ ἀπό τε τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας, καὶ τὰ θεοίνια, καὶ ἰοβάκχεια γεραρῶ τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια, καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις.

(287) *Pauſanias*: παρθένοι δύο τοῦ ναοῦ τῆς Πολιάδος οἰκοῦσιν οὐ πόρρω, καλοῦσι δὲ Ἀθηναῖοι σφᾶς κανηφόρους. αὗται χρόνον μέν τινα δίαιταν ἔχουσι παρὰ τῇ θεῷ, παραγενομένης δὲ τῆς ἑορτῆς, δρῶσιν ἐν νυκτὶ τοιάδε. ἀναθεῖσαί σφισιν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς, ἃ ἡ τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρεια δίδωσι φέρειν, οὔτε ἡ διδοῦσα ὁποῖόν τι δίδωσιν εἰδυῖα, οὔτε ταῖς φερούσαις ἐπισταμέναις, ἔστι δὲ περίβολος ἐν τῇ πόλει, τῆς καλουμένης ἐν κήποις Ἀφροδίτης οὐ πόρρω, καὶ δι' αὐτοῦ κάθοδος ὑπόγαιος αὐτομάτη· ταύτῃ κατίασιν αἱ παρθένοι· κάτω μὲν δὴ τὰ φερόμενα λείπουσι, λαβοῦσαι δὲ ἄλλο τι κομίζουσιν ἐγκεκαλυμμένον.

die, quo Hipparchum tyrannum Harmodius cum Ariſtogitone ſuſtulit. (288) Atque hæc quidem intra populos obſervata erat.

Extra populos autem, quos illi ἀποδήμους appellarunt, numerati ſunt θεωροὶ, πυλαγόραι, & ἱερομνήμονες.

Θεωροὶ vocati, teſte Suida, qui pro patria ad ſacra extra fines, aut ad ſacros ludos aut ad alios ſolemnes Græciæ mercatus, aut ad oracula mittebantur. (289) Quare cum Athenienſes ad Antigonum, Demetriumque liberatores ſuos oratores decreviſſent, eos, ut ſcribit Plutarchus, non legatos, ſed θεωροὺς, ut qui ad Pythios, aut Olympicos ſacra patria pro civitatibus adducerent, quaſi ad deos quoſdam miſſos vocarunt. Ex quo navis, qua vehebantur, θεωρὶς, & ſacrificium θεωρία; eorumque princeps, teſte Ulpiano, ἀρχιθεωρὸς dicebatur, (290) cujus meminit Andocides in oratione de myſteriis, cum quendam ad Iſthmum, & ad Olympiam fuiſſe ἀρχιθεωρὸν inquit: & intellexit contra Mediam Demoſthenes, cum dixit: Permiſit me ἀρχιθεωρίαν adducere Jovi Nemio pro civitate θεωρίαν. (291)

Πυλαγόραι erant, qui pro parte Athenienſium in Pylæam ad ſacrum Amphyctionum conſeſſum mittebantur, ut ibi cum ceteris, quos alii populi ejus conſilii participes aliunde miſiſſent, una & ſacrificarent, & de rebus communibus conſilium agitarent; quo honore Æſchines ſunctus dicitur. (292) His autem hieromnemones adjuncti fuerunt, qui ſacrorum ſcribarum munus explentes, res in concilio actas in tabulas publicas retulerunt. (293) Quod ex Suidæ, Heſychiique commentariis, & Cteſiphontea Demoſthenis facile intelligitur. Ut autem Amphyctionum concilium ad Thermopylas ex quibuſdam Græciæ populis, inter quos & Athenienſes fuerunt, jam inde ab Amphyctione rege ſit inſtitutum, Pauſanias in rebus Phocenſium exponendis edocuit.

Quibus rebus omnibus de veteribus conſiliis, judiciis, magiſtratibus, ac ſacerdotiis Athenienſium demonſtratis, ſatis jam ut in tantis & temporum, & rerum tenebris potuit, quæ & qualis vetus Athenienſium Reſpublica fuerit, quod his libris inſtituimus, patefactum eſſe arbitramur.

(288) Rem narrat *Thucydides* lib. 6. *Maximus Tyrius* Diſſertatione VIII., quos vide apud *Meurſium* in *Piſiſtrato* cap. 13.

(289) Idem habes tum ex *Ulpiano* in *Mediana*: θεωροὶ δὲ ἦσαν, οἱ τὰς θυσίας τὰς ἔξω θεοῖς ἀποφέροντες, tum ex *Polluce* ſaltem ea parte *lib.* 1. *cap.* 1. *Sect.* 18. ἰδίως δὲ τὸ ἐκ Δελφῶν, (oraculum) καλεῖται πυθόχρηστον, καὶ οἱ χρώμενοι θεωροί. *Proprie autem Delphicum oraculum*, πυθόχρηστον, *& hoc conſulentes* θεωροὶ *nominantur*.

(290) *Ulpianus* in *Mediana*: ἀρχιθεωρὸν δὲ λέγει, ἄρχοντα θεωρίας.

(291) Vide num. 277. ex quo diſces non ἀρχηγὸν ſcribendum, ut eſt in A. N., ſed ἀρχιθεωρίαν.

(292) Teſtis ipſemet *Æſchines* in Oratione contra *Cteſiphontem*: ἐπὶ γὰρ Θεοφράστου ἄρχοντος, ἱερομνήμονος ὄντος Διογνήτου Ἀναφλυστίου, πυλαγόρας ὑμᾶς εἵλεσθε, Μειδίαν τε [illegible] ... Quin & *Demoſthenes* Pylagoras ab eodem *Æſchine* in eadem Oratione dicitur: τῶν πραττομένων εἰς Δελφοὺς, πυλαγόραν ἀνὴρ χρήματα διέφθαρεν ... [illegible]

(293) De his recole numerum ſuperiorem.

F I N I S.

IN CHARTAM CHOROGRAPHICAM ATTICÆ

P R Æ F A T I O.


CUm Sigonio in Libris de Republica Athenienſium propoſitum præcipuè fuerit Politica perſequi, cætera verò obiter tantum, ac veluti per tranſennam attigerit, operæ pretium me facturum exiſtimavi, notulis hiſce meis Chorographicam Atticæ Tabulam coronidis loco ſubtexere, qua fiat ut loca illa, de quibus in noſtro Auctore, ac paſſim apud Veteres mentio, Lectori ponantur ob oculos, eorumque poſitus accuratè, quantum ſcilicet fieri poterit, innoteſcant. Hac etiam ratione, cum quæ habet Sigonius, capite præſertim ſecundo libri primi, capite item ſecundo libri ſecundi, fient clariora, tam celeberrimæ Regionis, celſiſſimæque gentis res fortaſſe poterunt aliquanto dilucidiùs explicari.

Quod quidem ſecus ac arbitrabar fore ingenti difficultate minimè caruit. Rem enim paulò accuratiùs introſpicienti, occurrêre quamplurima tum emendanda, tum addenda iis, quæ à Viris cæteroquin Clariſſimis habemus in Atticæ deſcriptione ſumma cum laude elaborata.

Cùm multi ſedulo in curam hanc incubuerint, neminem ſanè arbitror extitiſſe, qui rem propius acu, ut inquiunt, tetigerit, quam Velins in ea, quam edidit, Atticæ Chorographica Deſcriptione. Plurimas quidem Græcarum Provinciarum Tabulas Atticæ in primis ex Joanne Laurembergio reperies cum ſeorſum editas non inelegantibus typis, tum omnes ſimul apud Jacobum Gronovium Volumine quarto Theſauri Græcarum Antiquitatum. Verùm ut ut auctor iſte magni meritò fiat apud Eruditos, ſæpe tamen ſæpius non à Veterum modo authoritate, ſed à ſe ipſo turpiter ſanè diſſentit, adeo, ut dici vix poſſit quot in hiſce Tabulis proferat ἀλλήλων pugnantia, ac planè ἀδύνατα; quæ quidem facile deprehendet quiſquis noſtra hæc, quæ in lucem damus, cum Tabulis ejus Chorographicis à Gronovio editis, compararit. Græciam, quam vocant Sophiani, quamque nemo non exhibet, præ cæteris tamen accuratiorem Atlas Bleavianus, prætereo. Cum enim Magnum Terrarum ambitum complectatur, totam ſcilicet Græciam, nil mirum, ſi Atticam, tantillam vaſti corporis partem leviori pennicillo adumbravit. Quare fruſtra expectes ab ipſo menſuras itinerarias, fruſtra, præter admodum pauca, Urbium, Montium, ac Fluminum nomina. Nec mirum Regiunculam hanc, etſi olim Sapientiæ, ac Bellicæ virtutis laude florentem, turpi adeò ſitu, ſqualloreque obrui apud Geographos. Geographica enim facultas eorum una eſt, ac fortaſſe præcipua, cui plurimum noſtro hoc ævo ſplendoris acceſſerit, quæque diuturnis Clariſſimorum Virorum obſervationibus, vigiliiſque magnum cœperit incrementum. Athenienſium porro vetus illa, accerrimaque ingenii vis, ac Sapientiæ ſtudium fœda paulatim, ac miſerrima ſervitute obrutum adeo eſt, ut avitæ gloriæ, ac dignitatis immemores, cum facultates cæteras, tum verò ipſam etiam Chorographiam patriam non modo non excoluerint, verùm miſſam fecerint penitus, turpiterque neglexerint. Quare oculatos Teſtes, qui rem, ut fert Adagium, manibus attrectaverint, qui Regionem obierint, eamque ibidem loci adhibitis tum Aſtronomicis, tum Geographicis obſervationibus, quemadmodum paſſim uſu venit apud Italos, apud Gallos, cæteraſque cultiores Gentes, illuſtraverint, vix habemus. Ex Itinerariis porro, quorum tam ingens copia, vix quidquam commodi in hanc rem derivabis, cum viatorum non pauci pro ſingulari ſcilicet cujuſque ſtudio Ædium potius magnificentiam, Incolarum ingenium, ac ritus, Reipublicæ Magiſtratus, ac πολιτείαν ſpectent potius, & in adverſaria referant, quàm ea, quæ eſſent rei Geographicæ profutura. Præſertim cum hæc, quo accuratè pertractentur, plus otii deſiderent, temporiſque, quam quod à viatore poſſit hiſce curis impendi. Scriptorum itaque veterum auctoritate, Urbium, ac Provinciarum deſcriptionibus, quas ipſi tradunt, conjecturis demum res tota præcipuè definienda.

Jam verò ne in incertum feramur, ſtabiliendus quidam veluti κανὼν, ad quem cætera exigantur, ſuuſque conſtituendus Athenis Atticis, Urbi nimirum Regionis Principi, ad Leges Geographicas locus. Decernenda ſcilicet latitudo Athenarum, ac longitudo. De latitudine quidem non admodum laborandum, cum ea nobis à veteribus ſuppetant, ex quibus elici haud difficulter poſſit, nec ingens ſit hac ſuper re inter Auctores diſſidium. Vitruvius lib. 9. cap. 8. uſus eſt ad eam explorandam Gnomonis umbra Æquinoctiali. Æqui bonique facies, prudens Lector ſi Artificium totum, etſi paulo ſubtilius, quam ferant ejuſmodi tractationes, paucis exponam.

Excitetur itaque ad Angulos rectos in plano Horizontali Gnomon A B, umbra Meridiana die Æquinoctii obſervata eſto B C, cujus proportionem ad A B deprehendit Vitruvius eandem eſſe, ac trium ad quatuor. His poſitis, inquirendum eſt, quot gradus contineantur in Angulo B A C, qui cum ex 15. lib. 1. elem. Euclidis æqualis ſit alteri ad verticem D A E,



latitudinem dabit Athenarum, ſeu quod perinde eſt, altitudinem Poli. Cum enim Angulus F A D æqualis Angulo A C B ex ejuſdem Euclidis 27. lib. 1., metiatur Æquatoris ſuper Horizontem elevationem, reliquus ad quadrantem nimirum D A E par erit Poli altitudini, ſeu latitudini, quemadmodum fuſius traditur in Geographicis. Inſtituatur itaque regula aurea in hunc modum, eandem omnino rationem habet Gnomon A B, ut quatuor partibus conſtans ad Umbram Meridianam Æquinoctialem B C, tribus itidem partibus conſtantem, ac idem Gnomon A B ut ſinus totus 10000000. partium ad eandem B C, ut tangentem Anguli B A C. Quare adhibito Arithmetico calculo exurget, quæſita tangens partium 7500000., atque ex ea pro Angulo B A C. Gr. 36. 52', quibus ſi diametrum apparentem Solis adjicias minutorum ſexdecim, habebis latitudinem Athenarum Gr. 37. 8', ſi compertum haberemus exactiſſimè obſervationem fuiſſe, & quidem ipſiſſimo Æquinoctii articulo à Vitruvio peractam, nihil præterea inquirendum ſupereſſet. Verum cum eadem accuratio expectari minimè poſſit à veteribus Obſervatoribus, ac paſſim in uſu eſt apud recentiores: Hinc factum, ut plerique Geographorum re maturius expenſa à Vitruvii ſententia ſibi duxerint aliquantulum recedendum, Athenaſque paulo propius admoverint Polo. Vide, ſi lubet, quin ſingulorum ſententias referam, vide, inquam, Sophianum, Caſtaldum, Bleau, Velium, Brietium in parallelis, aliuſque innumeros. Ex horum ſenſu, momentis rationum omnibus rite diſcuſſis, cenſet Ricciolus lib. 7. Geographiæ reformatæ, cap. 25. cum Joanne Lautembergio, Athenarum latitudinem ad grad. 37. 40'. uſque pertingere, quem nos, uti vides, ſequuti ſumus in Tabula. Aliam poteramus cum Ptolomæo viam inire, latitudinem ſcilicet inveſtigando ex die anni Maxima, ſed cum eam fallaciis pluribus obnoxiam arbitremur, miſſam penitus fecimus.

Multo implexior de longitudine diſputatio, etſi paucis abſolvenda, cum vix quidquam occurrat, quod noverim hac ſuper re certi, exploratique. Nuſquam licuit vel Lunarem Eclipſim, vel aliud ejuſmodi deprehendere, ex quo fieri poſſet, etſi non admodum exacta, nonnulla tamen de longitudine conjectura. Si enim quiſpiam nodum hunc velit per locorum diſtantias ex Plinio, Strabone, aliiſque extricare, ignotum ſane mihi perignotius explicabit. Quod quidem non eò à me dictum exiſtimet quis, quod ejuſmodi dimenſiones, ex vulgari hominum rudium interdum imperitorumque æſtimatione deſumptæ parum omnino ſint Geographicæ ſubtilitati opportunæ; Quòd ad uſum potius, quam ad ſcientiam inſtitutæ, vix aliquando contingat, ut rectà, vel in Ortum ferantur, vel in Boream. Modo aliquid ſin certi, non improbabilis tamen erui poſſet, libenter eſſet iis etiam incommodis redimendum. Id unum ajo, ad longitudinem decernendam vix uſui futuras ejuſmodi dimenſiones, niſi antea locus quiſpiam conſtituatur, de cujus longitudine nullatenus dubitandum; quove propterea veluti normâ ſine errorum periculo utamur ad cetera collocanda, quæ noverimus aliunde quantum ab ipſo abſint. Interea dici vix poteſt, quam magnis itineribus Auctores abeant in diverſa. Velius, cujus Atticam præ oculis habeo, Athenas ad grad. 50. 20'. longitudinis collocavit. Sophianus, atque ex ipſo Nicolaus Gerbellus, Lautembergius, plurimique tres, quatuorve addunt præterea. Sanſon Geographus notiſſimus apud Gallos quinquageſimum prætulit. Vidi Tabulas Geographicas recentiſſimas, apud Gallos editas, & Germanos, in quibus Athenæ non modo, ad gradum quadrageſimum tertium, verum etiam ſecundum, & primum coactæ ſunt regredi: adeo ut, ſi extrema, ad quæ Auctores hinc inde deflectunt, componas ſimul, diſcrimen reperias duodecim interdum ac plurium integrorum graduum.

In hac rerum caligine cum non occurrat, qui facem præferat ex veterum ſcriptis, Aſtronomiciſque obſervationibus, eundem Ricciolum mihi ſequendum exiſtimavi, quem in decernenda latitudine ſum ſequutus. Athenas itaque non ultra grad. 48. 15'. excurrere paſſus ſum. Nec abs re. Cum enim Malearum caput in Peloponneſo ſtatuatur paſſim à pleriſque Geographorum paulo Orientalius quam ſint Athenæ, ejuſque longitudo ſatis firmis rationibus à Ricciolio oſtendatur grad. 48. 24'., rationi conſonum fuit Athenienſem longitudinem grad. 48. 15'. definire. Si quia hæc eadem velit paulo enucleatiora ipſum Ricciolium adeat Geogr. Ref. lib. 8 cap. 25 Non propterea tamen quiſpiam exiſtimet mihi, quod in decernenda Athenarum longitudine à pluribus Ricciolio duce diſceſſerim, etiam ab aliis in Atticæ populis collocandis diſcedendum. Quem enim cumque longitudinis gradum Athenis deputes; de quo uno in præſentia diſceptatur, cujuſvis ſententiam amplectare, tantumdem etiam ab ipſis diſtare exempli cauſa Sunium deprehendes, quadraginta ſcilicet circiter minutis, ſeu ſexageſimis unius gradus. Quod ideo te, Lector erudite, monitum volui, ne ſuſpiceris fortaſſe me quidquid in Atticæ deſcriptione præſtitum eſt à Viris Doctiſſimis ſuſdeque habiturum. Ne numerum quidem, quem adnotavi graduum ſcilicet 48. 15.' proferre auſus fuiſſem, ſecus ac video ſenſiſſe quamplurimos, niſi hujus opinionis vadem haberem memoratum Ricciolium, quo neſcio an nullus ſit, qui Argumentum hoc vel accuratius, vel eruditius pertractarit.

Conſtituta jam Athenarum ſede, ceterorum locorum poſitus adamuſſim hanc exploremus, ne ſcilicet plus, minuſve diſtent ab Urbe Principe, quam diſtare nos doceant Auctores veteres, vel erui ex conjecturis, ſi deſit auctoritas, poſſit. Qua in re nihil pene accurata Fluminum deſcriptione opportunius.

Tria porro Flumina apud Auctores reperio in Attica recenſeri, quæ ſcilicet eo in loco exortum habeant, & exitum in mare; Iliſſum videlicet, Eridanum, & Cephiſſum. Minora namque, quæque verius rivulos dixeris, vix operæ pretium innuere. De Iliſſo, & Eridano Pauſanias in Atticis. *Ποταμοὶ δὲ ἀθηναίοις ῥέουσιν ἰλισσός τε, κ̀ ἠριδανῷ τῷ κελτικῷ κατὰ τὰ αὐτὰ ὄνομα ἔχων, ἐκδιδοὺς ἐς τὸν ἰλισσόν*. Flumina ſunt Athenienſibus Iliſſus, tum Eridano Celtico (Padum deſignat) cognominis, qui in eum influit. Strabo verò lib. 9. Iliſſi tantum mentionem facit, fortaſſe quòd ejus nomen fuerit *ἐντὸς μυθευτῶν* celebratius. Adſcribo integrum ejuſdem textum iis, quæ poſtmodum dicenda ſunt, uſui futurum *Ποταμοὶ δ' εἰσὶν ὁ μὲν κηφισσὸς ἐκ τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ πεδίου, ἐφ' ᾧ κ̀ ἡ γέφυρα, κ̀ οἱ γεφυρισμοί. διὰ δὲ τῶν σκελῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεος, εἰς τὸν πειραιᾶ καθηκόντων ἐκδίδωσιν εἰς τὸ φαληρικόν. ὁς δὲ τοιοῦτος μάλιστα ὁ ἰλισσός, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεος εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν, ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς ἄγρας, κ̀ τοῦ λυκείου μερῶν*. Flumina (Athenienſium) ſunt Cephiſſus ex Trinemiis ortum habens, fluens per planitiem, ubi Gephyra, & Gephyriſmi (Pons videlicet ac Pontani)

per

per muros Urbis qui Piræeum ambiunt, in Phalericum littus influit. Ac talis potiſſimum eſt Illiſſus ab altera Urbis parte fluens ad idem littus ex iis partibus, quæ ſunt ſupra Agram, & Lycæum. Illiſſum porro, Eridanumque à Septentrione in Meridiem decurrentes, Urbiſque mœnia inter Lapſos Saronicus excipit ſinus. Alterum ad Ortum, ad Occaſum alterum ſi Athenas ſpectes. Hæc autem, etſi apud Auctores omnes exploratiſſima, majorem adhuc ex his, quæ ſubtexentur, lucem accipient.

Paulo intricatoria, quæ tradita ſunt de Cephiſſo. Pauſanias, utut ex his quæ paulo ante attulimus, præter Iliſſum, Eridanumque, nullos in Attica fluvios agnoſcere videatur, aliis tamen in locis Cephiſſi mentionem facit, & quidem ſatis luculentam: ait enim in Acticis: *μετὰ δὲ Κηφισὸς τρέει βιαιότερον παρεχόμενος τὸ πρότερον ῥεῦμα*. Cephiſſus verò amnis propter Eleuſinem fluit, violentiores fluctus agens, quam antea. Præterea cum Lectores ſuos Atheais Eleuſinem uſque deducit, tertio quoque verbo eos ſiſtit ad Cephiſſi ripas, Heroum monumenta, quæ eo loci paſſim occurrunt, contemplaturos. Strabo diſertiſſimis verbis Cephiſſum memorat primo omnium loco inter fluvios Atticam alluentes; quodque præcipuum eſt, ſubdit, ut dictum eſt paulo ante: *διὰ τῶν σκελῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεως εἰς τὸν Πειραιᾶ καθηκόντων ἐκδίδωσιν εἰς τὸ Φαληρικόν*. Per muros Urbis, qui Piræeum ambiunt, in Phalericum littus influit. Quæ ſanè Strabonis ſententia non video qua ratione poſſit cum his, quæ de Cephiſſo habet Pauſanias in Atticis, quæque modo recitata ſunt, cohærere. Fac enim Cephiſſus tam propè alluat, fluctuque, ut ait Pauſanias, tam concitato, cum prætervehitur, Eleuſinem, eâque propter tam prope accedat ad Mare, qui fit, ut iterum veluti reſiliat, totumque illum tractum ſane non exiguum Athenas uſque decurrat, per juga Montium, quibus paſſim intercipitur, ſi Straboni habenda ſit fides? Fortaſſe quis arbitrabitur, ſe facillimè poſſe difficultate hac expedire, ſi Eruditiſſimi Baudran ſententiam, quam tradit in Ferrarii Lexico Geographico ſuis adnotationibus illuſtrato, amplectatur. Cenſet enim hic Auctor duplicem eſſe, & quidem in Attica ipſa Cephiſſum, quorum alter originem ducat, Mari alter excipiatur, uterque prope Athenas. Ego tamen duplici potiſſimum ex Capite à ſententia hac ſemper abhorrui, ac primò, quod tota adhuc locum habeat propoſita difficultas deducendi Eleuſine Atheaas uſque Cephiſſi, alterum quòd nullam duplicis huiuſce Fluvii in Attica mentionem, apud quempiam Scriptorum ſive Veterum, ſive Recentiorum repererim. Eruditiſſimus ſanè Dominus Bruſen De la Martiniere in Magno Geographico Lexico, cujus editio, cum hæc ſcribuntur, nedum ad calcem perducta eſt, nullam alterius hujuſce Cephiſſi mentionem facit. Quare cum nihil in rem præſentius occurrerit, Velium ſequutus, ita Cephiſſum per varios flexus circumduxi, ut aliqua ratione poſſit non Straboni minus, quam Pauſaniæ ſatisfieri.

Ceterum ſummopere cavendum Lectori, ne Cephiſſus, de quo fuit huc uſque ſermo, cum aliis Fluminibus *ὁμωνύμοις*, quibus Hellas extra Atticam alluitur, confundatur. Cephiſſus, teſte Plinio, in Euripum defluit ſupra Aulidem, ex eodem Cap. 3. lib. 4. *Amnis Cephiſſus præfluens Delphos*. Hom. Iliad. *β* v. 523.

οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἔπι Κηφισοῖο.

Quique Lilæam incolebant ad Fontes Cephiſſi.

Longius aveherer à propoſito, ſi horum omnium fluminum *ὁμωνύμων* curſus perſequerer ſtudioſius. Illud unum innuiſſe ſufficiat, fieri nullatenus poſſe, ut idem omnino fluvius, & Delphos in Phocide præfluat abiturus in Euripum ſupra Aulidem ex Plinio, idemque Eleuſini propior fiat ex Pauſania, Athenaſque influat ex Strabone; quod quidem novi jam pridem fuiſſe à Doctiſſimo Cellario animadverſum. Joannem Laurembergium miror novos adhuc de ſuo penu protuliſſe Cephiſſos. Vide Tabulam Atticæ, Megaridis, Bœotiæ huius Auctoris apud Gronovium Volum. 4. Græcarum Antiquitatum. Occurret Cephiſſus per Marathonios Campos decurrens, ſecus ac cenſeant plerique, immo ipſemet Laurembergius in altera Tabula, cui titulus *Achaia*, quæ & *Hellas* illac non Cephiſſum, ſed Aſopum deducentes; niſi fortaſſe quis cum Cluverio Introd. Geogr. lib. 4. cap. 10. arbitretur, eo loci eundem cum Aſopo eſſe Cephiſſum ait enim *In Græcia Cephiſſus in duo cornua ſciſſus, quorum dextrum Aſopus fluvius, lævum Iſmenus vocatur*. Quæ tamen Doctiſſimi Viri ſententia vereor, ut plures habeat adſtipulatores. Miror magis ab eodem Laurembergio Cephiſſum è Copaide Lacu, quem quidem eundem cum Cephiſſide arbitror ex Pauſania, in Saronicum ſinum prope Iſthmum ad Anchoen deduci, quod ſane nemo præteriterit, quin ante Cythæronem, Geranumque celſiſſimos montes, qua Cephiſſo aditus pateat, terebrarit. Miror adhuc magis nullam ab ipſo in Megaridis Tabula mentionem fieri hujuſce Cephiſſi à Copaide Lacu deducti, cum locus maximè poſtularet, Anchoenque ad littus exhibeat apprimè ſpectabilem. Cetera ſane quamplurima hujus Auctoris *σφάλματα*, nec opus à me recenſeri, nec ſunt hujus loci. Revera adduci minime poſſum, ut credam, Virum in re Geographica tam magni nominis apud eruditos tam cœcutiiſſe, ut à Veterum auctoritate non minus, quam à ſe ipſo diſſideat. Plurima libentius Exſcriptori adſcripſero, Cœlatorique; uſus enim, atque experientia ſatis, ſuperque me docuit, quam difficile ejuſmodi opifices Auctoris mentem, vel aſſequantur penitus, vel fideliter exprimant.

Multo accuratior Velius in Atticæ deſcriptione, cujus mentionem ſuperius feci. Verum hìc etiam Auctor reliquit locum poſterorum induſtriæ, cum multa omiſerit locorum nomina, quæ paſſim ſunt ab Auctoribus celebrata, quibuſdam etiam, ſi conjecturæ locus ſit, ac Veterum Teſtimoniis ſuam non dederit ſedem. Atque hac in parte potiſſimum noſtra deſudavit induſtria in nova, quam adornavimus, Chronographia Atticæ Tabula. Prius tamen quam quid præſtitum à me ſit, Lectori exponam in Atticæ populis, Urbibuſque collocandis, viſum eſt ipſorum nomina adſerre, tum quæ ab Auctore noſtro ſatis jejunè, quippe qui aliò ſpectaret, tum quæ multo uberius à Meurſio deſcripta ſunt libro de his ſingulari. Quò perſpicuitati, ac Lectoris commodo magis conſulam, primo quidem Meurſiana Græcè, ac Latinè, mox Sigoniana Latinè tantum, *παράλληλον* adſcribam, atque hac ratione ſatis, ut arbitror, fiet plurimorum deſiderio, quibus, teſte Gronovio Præf. Vol. 5. Græcarum Antiquitatum, male admodum ſonant Latina Græcorum locorum nomina, eâque propter Græca græcè malunt audire.

ATTI-

ATTICÆ POPULI.

		EX MEURSIO.	EX SIGONIO.
1	ἀγγελή	Angele	Angele
2	ἀγνοῦς	Agnus	Agnus
3	ἄγρα	Agra	
4	ἀγραυλή	Agraule	Agraule
5	ἀγχεσμὸς	Ancheſmus	
6	ἀζη ια	Azenia	Azenia
7	ἄθμο ον	Athmonon	Athmon
8	αἰγιλία	Ægilia	Ægilia
9	αἰθαλίδαι	Æthalidæ	Æthalide
10	αἰξωνή	Æxone	Æxonæ
11	ἁλαὶ αἰξώ ιδες	Alæ Æxonides	
12	ἁλαὶ ἀραφηνιγες	Alæ Araphenides	
13	ἅλιμοῦς	Alimus	Halimus
14	αλωπεκή	Alopece	Alopecæ
15	ἁμαξάντεια	Hamaxantia	Amaxantea
16	ἀμφιαλή	Amphiale	
17	ἀμφιτροπή	Amphitrope	Amphitrope
18	αναγυροῦς	Anagyrus	Anagyrus
19	ἀνακαια	Anacæa	Anacæa
20	ἀναφλιστος	Anaphliſtus	Anaphliſtus
21	ἀπολλωνιεύς	Apollonieus	
22	ἀραφὴν	Araphea	Araphen
23	ἀργιλία	Argilia	
24	αστυπάλαια	Aſtypalæa	
25	ἀταλάντη	Atalante	
26	ἀτήνη	Atene	
27	ἀφίδνα	Aphidna	Aphidna
28	ἀχάρνα	Acharna	Acharnæ
29	ἀχερδοῦς	Acherdus	Acherdus
30	ἀχραδοῦς	Achradus	Achradus
31	βατή	Bate	Bate
32	βελβίνη	Belbine	
33	βερενικίδαι	Berenicidæ	
34	βῆσα	Beſa	Beſſa
35	βουτάδαι	Butadæ	Butea
36	βραύρων	Brauron	Brauron
37	βριλησσὸς	Brileſſos	
38	γαργηττός	Gargettus	Gargettus
39	δαιδαλίδαι	Dædalidæ	Dædalidæ
40	δειράδες	Dirades	Dirades
41	δεκέλεια	Decelia	Decelia
42	διόμεια	Diomia	Diomea
43	εἰρεσίδαι	Ireſidæ	Ireſidæ
44	ἑκάλη	Hecale	Ecale
45	ἐλαιεύς	Elæeus	Elæus
46	ἐλεῦσις	Eleuſis	Eleuſis
47	ἔννα	Enna	
48	ἐπιεικίδαι	Epiicidæ	Epiecidæ

PO-

POPULI ATTICÆ.

		EX MEURSIO.	EX SIGONIO.
49	ἐπικηφησιά	Epicepheſia	Epicepheſia
50	ἐρίκεια	Ericia	Ericea
51	ἕρμος	Hermos	Ermus
52	ἐροιάδαι	Eroeadæ	Eroeadæ
53	ἐρεχθεία	Erechtia	Erechtia
54	ἐρχιά	Erchia	Erchia
55	εὐπυρίδαι	Eupyridæ	Eupyridæ
56	εὐωνυμιά	Evonymia	Evonymi
57	ἐχελίδαι	Fcheedæ	*fort.* Echelidæ
58	ἡφαιστιά	Hæpheſtia	Hepheſtia
59	Ζωστήρ	Zoſter	
60	θημακοὶ	Themacæ	Themacus
61	θοραὶ	Thoræ	Thoræ
62	θορικός	Thoricus	Thoricus
63	θρία	Thria	Thria
64	θρίων	Thrium	
65	θυργωνίδαι	Thyrgonidæ	Thyrgonidæ
66	θυμαιτάδαι	Thymætadæ	Thimætadæ
67	ἰκαρία	Icaria	Icaria
68	ἱπποκιμάδαι	Hippocimadæ	*fort.* Hippotamadæ
69	ἰτέα	Itea	
70	ἰωνίδαι	Jonidæ	Jonidæ
71	καλή	Cale	
72	κειριάδαι	Ciriadæ	Ceriadæ
73	κεραμεικὸς ὁ ἐντός	Ceramicus Interior	*fort.* Ceramis
74	κεραμεικὸς ὁ ἔξω	Ceramicus Exterior	
75	κεφαλή	Cephale	Cephale
76	κηδαὶ	Cedæ	Cedi
77	κηττοὶ	Cettæ	Cetti
78	κηφησιά	Cepheſia	Cepheſia
79	κικυννά	Cicyno	
80	κοτωκίδαι	Cotocidæ	Cotochidæ
81	κόιλη	Cæle	Cæle
82	κολυττός	Colyttos	Colyttus
83	κολωνὸς ὁ ἀγοραῖος	Colonos Forenſis	Colonus
84	κολωνὸς ὁ ἵππιος	Colonus Equeſtris	
85	κονθύλη	Conthyle	Conthyle
86	κορυδαλλός	Corydallus	Corydalus
87	κριῶα	Crioa	*fort.* Criora, *vel* Criona
88	κρωπία	Cropia	*fort.* Crepia
89	κυδαθήναιον	Cydathenæum	Cydathenæum
90	κυδαντίδαι	Cydantidæ	Cydantidæ
91	κύθηρος	Cytherus	Cytherus
92	κυνόσαργες	Cynoſarges	
93	λακιάδαι	Laciadæ	*fort.* Lacia
94	λαμπρα καθύπερθεν	Lampra Superior	Lambra Maritima
95	λαμπρα ὑπένερθεν	Lampra Inferior	Lambra Inferior
96	λαύριον	Laurion	

POPULI ATTICÆ.

		EX MEURSIO.	EX SIGONIO.
97	λευκόνιον	Leuconion	Leuconæum
98	λευκοπυρά	Leucopyra	
99	λῆναιός	Lenæos	*fort.* Lenus
100	λίμναι	Limnæ	
101	λυσία	Luſia	Luſia
102	λυκαβηττός	Lycabettus	
103	μαραθών	Marathon	Marathon
104	μελαινεῖς	Melænis	Melenes
105	μελίτη	Melite	Melite
106	μουνυχία	Munychia	
107	μυῤῥινοῦς	Myrrhinus	Myrrhinus
108	ξυπέτη	Xypete	
109	ὄα	Oa	Oa
110	ὄη	Oe	
111	οἰνόη τῆς αἰαντίδος	Oenoe Tribus Ajantidis	Oenoe ad Eleutheras
112	οἰνόη τῆς ἱπποθοοντίδος	Oenoe Hippothoontidis	Oenoe ad Marathonem
113	οἶον δεκελεικὸν	Oeum Decelicum	Oeum Decelicum
114	οἶον κεραμεικὸν	Oeum Ceramicum	Oeum Ceramicum
115	παιανία καθύπερθεν	Pæania Superior	Pæania Superior
116	παιανιὰ ὑπένερθεν	Pæania Inferior	Pæania Inferior
117	παιονίδαι	Pæonidæ	Pæonidæ
118	παλλήνη	Pallene	Pallene
119	παμβωτάδαι	Pambotadæ	Pambotadæ
120	πάρνες	Parnes	
121	πειραιεὺς	Piræeus	Piræeus
122	πεντελὴ	Pentele	Pentele
123	περγασὴ	Pergaſe	Pergaſe
124	περιθοῖδαι	Perithoedæ	Perithoedæ
125	περῤίδαι	Perrhidæ	Perrhide
126	πήληκες	Peleces	*fort.* Pelex
127	πίθος	Pithos	*fort.* Pitthis
128	πλωθειά	Plothia	Plothia
129	πνύξ	Pnyx	
130	πόρος	Poros	Porus
131	ποταμός	Potamos	Potamus
132	πρασιαὶ	Praſiæ	Praſia
133	προβάλινθος	Probalinthus	Probalintus
134	πρόκλυ χάραξ	Procli vallum	
135	πρόσπαλτα	Proſpalta	Proſpalta
136	πτελέα	Ptelea	Ptelea
137	ῥαμνοῦς	Rhamnus	Rhamnus
138	σημαχίδαι	Semachidæ	
139	σκαμβωνίδαι	Scambonidæ	Scambonidæ
140	σκίρον	Sciron	
141	σούνιον	Sunium	Sunium
142	σπόργιλος	Sporgilus	
143	στειριά	Stiria	Stiria, *aliter* Stiræa

PO-

POPULI ATTICÆ.

	EX MEURSIO.		EX SIGONIO.
144	συβρίδαι	Sybridæ	Sybridæ
145	συπαλεττός	Sypalettos	Sypalettos
146	σφενδάλη	Sphendale	Sphendale
147	σφηττός	Sphettus	Sphettus
148	τίθρας	Tithras	Tithras
149	τιτακίδαι	Titacidæ	Titacidæ
150	τρικόρυθον	Tricorython	Tricorython
151	τρινεμεῖς	Trinemis	Trinemes
152	τυρμίδαι	Tyrmidæ	Tyrmidæ
153	ὕβα	Hyba	Hyba
154	ὑσίαι	Hyſiæ	
155	ὑδρῦσα	Hydruſa	
156	ὑμηττος	Hymettus	
157	φαληρὸν	Phaleron	Phalerus
158	φαρμακοῦσαι	Pharmacuſæ	
159	φαῦρα	Phaura	
160	φηγαία τῆς αἰγηΐδος	Phegæa Ægeidis	Phegæa
161	φηγαία τῆς πανδιονίδος	Phegæa Pandionidis	
162	φηγοῦς	Phegus	Phegus
163	φιλαΐδαι	Philaidæ	Philaida
164	φλύα	Phlya	Phlia
165	φορμίσιοι	Phormiſii	
166	φρέαρροι	Phreari	Phrearri
167	φρίττιοι	Phrittii	
168	Φυλή	Phyle	Phila
169	Φόρων	Phoron	
170	χαςιεῖς	Chaſtienſes	
171	χιτώνη	Chitone	
172	χολαργός	Cholargos	Cholargus
173	χολλίδαι	Chollidæ	Chollidæ
174	ψυτταλία	Pſyttalia	
175	ὠρωπός	Oropus	

Ex recenſione itaque Sigonii unum Leuom reperias, cujus nulla apud Meurſium, immo ſi Doctiſſimo Gronovio fidem habemus in Præfat. Vol. V. Græcarum Antiquitatum, apud quempiam veterum mentio. Ipſe tamen nihil præterea ſuſpicor, quam exſcriptoris lapſum *Lenus* pro *Lenæos* reponentis. Cæterum plurimos Atticæ populos tibi exhibet Meurſius Sigonio inexploratos, immo exiſtimanti cap. 11. lib. 1. eorum nomina temporum injuria excidiſſe. Verumtamen cenſeo admodum paucos fuiſſe inſcio Sigonio prætermiſſos, cum luculentiſſima ipſorum occurrat apud Strabonem, ac Plinium mentio. Exiſtimavit porius Vir Doctiſſimus à Populorum cenſu amandandas tum Inſulas habitatoribus vacuas, tum Montes, à Fodinis tantùm, à Marmore, à Copia fructuum celebres, cujuſmodi ferè ſunt, quæ Sigonianis adjicit Meurſius. Non eo tamen inficias paulò feliciorem in hiſce populis conquirendis extitiſſe Meurſium, quem legas cui noſtra hæc, quæ Sigonianis addidimus, non ſint ſatis. Quamquam quid mirum Atticorum Populorum aliquot excidiſſe Sigonio, hæc tantum obiter pertractanti, cum nonnulli ipſi etiam exciderint Meurſio cum hæc ageret ex profeſſo in Libro hac unica ſuper re edito? Horum etiam Populorum nomina placet adjungere:

ἅρμα *Harma:* ex Stephano.
δρῦμο, *Drymos:* ex Harpocratione.
ἐδαπτέων *Edapteon:* ex Inſcriptione apud Sponium.
ἐλευσα *Eleuſa:* ex Strabone.
εὐκόνθευς *Eucontbeus:* ex Inſcriptione apud Sponium.
θήβη *Thebe:* ex Strabone.

λαμπτρά

λαρισσὰ *Lariſſa:* ex Stephano. μείλιχθον *Meletbon:* ex Sponio. πάνακτος *Panactos:* ex Heſychio, & Stephano.

Nonnihil etiam diſcriminis Meurſium inter & Sigonium, cum uterque ſingulis Atticæ Populis Tribum aſſignant, ad quam quiſque ſpectabat. Vide apud Auctorem noſtrum cap. 2. lib. 2. tum decem Tribuum Atticarum nomina, tum Populorum, qui in illarum ſingulas ſunt deſcripti. Diu mecum ipſe cogitavi, num qua ratione poſſent inter ſe conciliari, verum irrito conatu; cum plurimorum Populorum incerta omnino ſit Tribus, non pauci fuerint ab una in aliam translati, quæ quidem in confeſſo ſunt apud omnes. Quare nihil habui, quod adderem his, quæ legi poſſunt apud Dominum Bruſen de la Martiniere, quem memoravimus paulo ante, in Dictionario Geographico, ubi de Attica.

Vide jam, Erudite Lector, quid à nobis præſtitum ſit in hac nova Atticæ deſcriptione. Ac primò, uſque ab initio propoſitum erat ſingulis hiſce populis Sedem ſuam certam, exploratamque in Tabula Chorographica deſtinare, & quidem κατὰ φυλὰς, ut ajunt, Tribus nimirum ſingulas ab invicem ſecernendo. Verum duplex, eaque graviſſima, obſtitit difficultas. Plurimi enim ſunt ex his Populis, quorum poſitus ignoramus penitus, cum nulla ipſorum occurrat, ſi nomen excipias, apud Veteres mentio. Inter eos præterea Populos, qui ἀπὸ τῆς φυλῆς accenſentur, cum diſperſi ab invicem ſint, variiſque in partibus ſiti, revocari ad eandem Tribum appoſitâ notâ minimè potuerunt. Exemplum unum, aut alterum dabo ἐκ τῆς ἱπποθοωντίδος, καὶ τῆς οἰνηΐδος φυλῆς. Decelia, Oenoe ad Eleutheras, Azenia, Piræeus ἐν τῇ ἱπποθοωντίδι cenſentur, Habeto jam ob oculos Chorographicam Tabulam. Videbis quatuor hæc oppida adeo ab invicem eſſe diſtracta, ut Attica ſit penè tota, ut ſingula obeas, percurrenda. Phyle, Acharnæ, Thria, Epicephesia pertinent ad οἰνηΐδα, verum quot ex cæteris Tribubus intercurrunt?

Quare conſilium hoc habui penitus pro conclamato, totumque me verti ad Atticam dimetiendam, quantum ſcilicet ab Occaſu in Ortum, ab Auſtro in Boream porrigatur. Strabonem præcipuè ſequutus ſum, ac Plinium. Strabo Piræeum à Schænunte, intellige ab Iſthmo, nam vix quidquam diſcriminis intercedit ſtadiis 350., à Sunio ſtadiis itidem 330. removet, quo fit, ut Attica ab Iſthmo ad Sunium ſtadia omnino 680. complectatur, Italica verò milliaria 85. Plinius ab Iſthmo ad Piræeum milliaria recenſet 52., 42. à Piræeo ad Sunium, à quo demum ad Iſthmum milliaria 94. Medium inter utrumque ineundam viam exiſtimavi. Quo his etiam fiat ſatis, qui affirmant, quemadmodum Atticam in medio totius Græciæ, ita Athenas in Atticæ medio ſitas eſſe. Ariſtides in Panathenaicon: ἡ μὲν ἑλλὰς ἐν μέσῳ τῆς πάσης τῆς γῆς. ἡ δὲ ἀττικὴ, τῆς ἑλλάδος. τῆς δὲ χώρας, ἡ πόλις: *Græcia quidem in medio univerſæ Terræ: Attica verò Græciæ: Regionis autem urbs*. Quæ quidem etſi videantur potius ad oratoriam exaggerationem, quam ad hiſtoricam veritatem pronunciata, me coegerunt tamen à Plinii ſententia nonnihil deflectere, non ita tamen quin pauló plus voluerim Athenas ab Iſthmo, quam à Sunio diſtare: Multo minor Attica ab Aquilone ad Auſtrum, quove magis ad Occaſum vergit, ſenſim brevior. Quâ magis in latum patet à Sunio videlicet ad Oropum, Urbem in Atticæ finibus, ac Bœotiæ poſitam, ac diu controverſi juris, minus quam quadraginta paſſuum millia crediderim excurrere, & ſine hoc quidem habeam omnino pro certo. Hæc de Atticæ dimenſione, quæ ejus eſſent confinia habes in Tabula ſatis perſpicuè; hinc Euripum Euboicum, inde poſt Megarenſem tractum Phocidem Criſſæum ſinum, Saronicum ad Meridiem, ad Aquilonem Bœotiam. Si quis fortaſſe Megaram ab Attica ſejunctam velit; cum multo ante fuerit etiam tum, cum floreret Athenienſis Reſpublica, ab ipſius dominatu ſubducta; facili id negotio præſtabit linea recta quæpiam, quæ poſt tranſitam Eleuſinem ad Cythæronem ducatur.

Explico jam quibus in rebus potiſſimum, quave de cauſa ab aliorum opinione diſceſſerim in concinnanda Tabula. Si ortivam Atticæ plagam excurras oram nimirum legendo Athenis uſque Sunium, laborandum minimè erit in Populis collocandis ad Littus ſitis, cum Strabo ſingulorum poſitus ſeriemque nos doceat; en ejus verba ex lib. 9.: μετὰ δὲ τὸν πειραιᾶ, φαληρεῖς, δῆμος ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ. εἶτ' ἁλιμούσιοι, αἰξωνεῖς, ἁλαιεῖς οἱ αἰξωνικοί, ἀναγυράσιοι, θοραῖς, λαμπτρεῖς, αἰγιλιεῖς, ἀναφλύστιοι, ἀζηνιεῖς. *Poſt Piræeum Phalerenſes ſunt Populus in ſequente ora maritima, inde Alimuſii, Æxonenſes, Alaenſes Æxonici, Anagyraſii, Thorenſes, Lamprienſes, Ægilienſes, Anaphlyſtii, Azenenſes*. μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων μακρὰ ἄκρα πρώτη μετὰ τοὺς αἰξωνέας ζωστὴρ εἶτ' ἄλλα μετὰ θορέας ἀστυπάλαια. *Inter dictos* Populos *longum eſt Promontorium primum poſt Æxonenſes Zoſter, dein aliud poſt Thorenſes Aſtypalæa*. Vix quidquam horum Populorum apud Laurembergium reperias, vel loco ſuo. Nonnullos apud Velium deprehendas, quem tamen ajebam accuratiſſimum omnium, deſiderari.

Mirum videbitur fortaſſe cuipiam, mihique dicam impinget, quod Coliadis Promontorium adeo ab Anaphlyſto diſtraxerim, ut plurima inter utrumque Locorum nomina, Promontoria, Sinus, locum habeant. Objiciet fortaſſe ejus, cujus teſtimonio uſus ſum paulo ante, Strabonis auctoritatem affirmantis in Anaphlyſto Coliadis Veneris Templum extitiſſe, atque inde Promontorio *Colias* nomen datum. Legi utique apud Strabonem lib. 9. ſæpius jam citato, in quo ſcilicet Græciam deſcribit: περὶ δὲ ἀνάφλυστον ἐστὶ καὶ τὸ πανεῖον, καὶ τὸ τῆς κωλιάδος ἀφροδίτης ἱερόν. *Circa Anaphlyſtum eſt Sacellum* Panis, *& Coliadis Veneris*; legi, inquam. Verumtamen eodem teſte Strabone ex ipſius verbis paulo ante allatis inter Anaphlyſtum, & Phalerum, Alimuſii, Æxonenſes, Alaenſes Æxonici, Anagyraſii, aliique plures interjacent; cum ex Pauſania doceamur Coliadis Promontorium à Phalero diſtare non plus, quam viginti ſtadiis. In Atticis: ἀπέχει δὲ (Phalero, Phalero, inquam, non Anaphlyſto, quod ex contextu manifeſtius eſt, quam ut ſit ulterius explicandum.) καὶ σταδίους εἴκοσι ἄκρα κωλιάς, ἐς ταύτην φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τῶν μήδων κατήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. *Abeſt verò viginti ſtadiis* Promontorium *Colias; eò perditæ Medorum Claſſis naufragia æſtus detulit*. Dicendum ne tot Populos, quos recenſuimus cum Strabone, intra viginti ſtadiorum ambitum coërceri potuiſſe? Alimus, qui omnium primus poſt Phalerum occurrit diſtabat ab Urbe ſtadiis omnino triginta quinque; idque habeo ex Demo-


ſthena

ſhenæ in Eubulidem ex Perſona Euticlei Alimuſii, ὁ γὰρ δῆμος ἡμῖν ὁ ἀνὴρ δικαστικοὶ πέντε, καὶ τριάκοντα σταδίους τοῦ ἄστεος ἀπέχοντος, καὶ τῶν πλείστων ἐκεῖ οἰκούντων ἀποδεδημήκασιν οἱ πολλοί. *Nam cum Populus noſter, Judices, Stadiis triginta quinque ab urbe diſtet, ac plerique illic habitent, multi abierunt*. Hæc apud me vim habuerunt, quæ à Strabonis authoritate divellerent, niſi fortaſſe quis malit, & Coliadia Templum apud Anaphlyſtios admittere, & ὁμώνυμον ἄκρον poſt Phalerenſes, à qua conjectura non multum abhorreo. Cum vero ſimillimum ſit Coliadi Veneri, cum adeo apud Anaphlyſtios coleretur, aliud etiam fuiſſe apud Phalerenſes Templum excitatum, dictumque ab ipſo Promontorium, atque hac ratione egregie poſſint Strabo, ac Pauſanias convenire. Vide Lector quonam loco Anaphlyſtum conſtituerit Laurembergius, poſt Athenas nimirum ἐν τῇ μεσογαίᾳ, qua urbs Boream ſpectat.

Miror Amphialem non Laurembergio tantum, ſed etiam Sophiano, alliſque excidiſſe, cum locus memorabilis ſit, Geographis prætertim Salaminam Inſulam deſcripturis, cum olim Xerſes ex eo trajectum, quod tractus breviſſimus ſit in eam Inſulam, moliretur, Strabo lib. 9. εἶθ' ἡ ἄκρα ἡ Ἀμφιάλη, καὶ τὸ ὑπερκείμενον λατόμιον, καὶ ὁ εἰς Σαλαμῖνα πορθμός, ὅσον διστάδιος, ὃν διαχοῦν ἐπειρᾶτο Ξέρξης, ἔφθη δὲ ναυμαχίας γενομένης, καὶ φυγῆς τῶν Περσῶν. *Tum Promontorium Amphiale, & ſuperincumbens Lapidicina, & trajectus in Salamina, ferè per duo ſtadia, quem aggere perducto cum jungere conaretur Xerxes, impeditus fuit clade navali, & fuga Perſarum*. Acharnæ ſtadiis ſexaginta ab urbe diſtabant. Thucidides 11. ἐπειδὴ δὲ περὶ Ἀχαρνὰς εἶδον τὸν στρατὸν ἑξήκοντα σταδίους τῆς πόλεως ἀπέχοντα, οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο. *Poſtquam verò circa Acharnas exercitum vidiſſent ſexaginta ſtadiis ab Urbe diſtantem, non amplius rem ferendam cenſuerunt*. Decelia, quam bellum, quod propter ipſam geſtum eſt, memorabilem fecit ſtadiis, ut inquit Thucydides, centum viginti Athenis aberat. ἀπέχει δὲ ἡ Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως ἑκατόν, καὶ εἴκοσι. *Abeſt verò Decelia ab Athenienſium Urbe ſtadiis maximè centum & viginti*. Hermos ex Plutarco in Phoc. qua Athenis itur Eleuſinem. ἐχώρει γὰρ ἐπὶ τὸν Ἑρμόν, ὁ βαδίζουσιν ἐξ ἄστεως εἰς Ἐλευσῖνα. *Moratur etiam num in Hermo, qua ex Urbe itur Eleuſinem*. Omnie hæc Lectori exhibentur in Tabula.

Pauca hic dicenda de eo, in quo abs *Gronovio* citata jam *Præf.* Volum. 5. *Græcarum Antiquitatum* ſugillatur *Sigonius*: *Super omnia* ait *non percipiò quid moverit virum præclarum, ut populorum appellationes ſic amaverit latinè hic proponere coram eis, à quibus ſupponebat Græca ignorari, unde ſcire etiam oportuit nullo eos cum commodo audituros vocabula ipſis barbaricis ingratiora; & in his (quod ſane illum dedecebat) poni lambram maritimam, & lambram inferiorem ut diverſos Populos. Hæc & ſimilia certe oſtendunt, quam neceſſaria, & opportuna venerit Meurſiana in Populis Atticis ſolertia*. Quòd Græca Atticorum Populorum nomina ſi latine efferantur non admodum jacunde auditorum auribus ſonent: quòd lambta *maritima* idem ſit ac *inferior*: quod *Meurſius* partam hanc τῆς ἀττικῆς παιδείας egregie æque, ac opportune expoliterit, nemo ſanæ mentis negaverit *Gronovio* at non propterea ſtatim ſuccenſendum *Sigonio*, ac ſi citra ſpem veniæ peccatum ab ipſo fuiſſet. Non ſuppetebat ipſi fortaſſe ea græcorum typorum copie, quæ ad iſthæc græcè edenda erat neceſſaria. Non his tantum ſcribebat, qui græcè ſcirent. Nonne id ipſum præſtitit *Meurſius*, quum horum Populorum nomina, non græcè tantum, ſed etiam latina efferat? Lampram porro etiam ipſe *Sigonius* duplicem agnovit. Nonne *Hesychium* legerat λαμπρεὶ καθύπερθεν, καὶ λαμπρεὶ ὑπένερθεν. δῆμοι λαμπρεῖς Ἀθήνησιν, οἱ μὲν παράλιοι οἱ δὲ καθύπερθεν. *Lampra ſuperior, & lampra inferior; Populi clari Athenis, alii quidem ad mare ſiti, alii ſuperius?* Quæ quidem verba, ut hoc etiam obiter moneam, paulo aliter legenda monet *Meurſius*; & mea quidem ſententia rectiſſime. Λ. κ. κ. Λ. ὑπένερθεν δῆμοι λαμπρεῖς Ἀθήνησιν. ὁ μὲν παράλιος. ὁ δὲ καθύπερθεν. *Lampra ſuperior, & lampra inferior. Populi Athenis lampræ. Hic quidem ad mare; ille vero ſuperior*. Satis erat Lectorem monuiſſe librarii vitio inter ſcribendum τὸ *inferior* Sigoniano textui in locum τοῦ *ſuperior*, cum ſermo eſſet de lampra excidiſſe. Unica in Tabula occurret lampra, quòd, quum parum inter ſe ſe diſtarent, vix commodam ſedem utraque habuiſſet.

Marathon notiſſimus ſi quis alius Atticæ populus. Nihil à me Lector expectet de pugna, & clade Perſarum. Neque enim eſt Diſſertatiunculæ, quam inſtitui vel τὸ μικρὸν perſequi, vel hiſtorica. Innuam tantum Lectori difficultate maxima laborare, quæ habet de Marathone Æmilius Probus, ſive Cornelius Nepos in Miltiadis cap. 4. *Suas copias in Marathona deduxerunt*. Is abeſt *ab Oppido circiter millia paſſuum decem*. Cautè inquam legeodum moneo, ne ſcilicet quia ſuſpicetur ax hoc Auctore Marathonem ab Oppido ideſt Athenis non ebfuiſſe pluſquam decem paſſuum millia. Cum enim ex his, quæ dicta ſunt, ente Athenarum latitudo ſit gr. 37 40.' longitudo gr. 48. 15.' Marathonis verò latitudo ex probatis Auctoribus gr. 37. 56.' longitudo gr. 48. 45.'



Si fiat Triangulum planum A B D (planum inquam, cum Terræ convexitas in tam exigua diſtantia vix ullius momenti cenſenda ſit) ſi fiet inquam Triangulum, cujus quidem latus unum D A ſit latitudinis differentie Athenas inter & Marathonem in Meridiano Circulo, qui per Marathonem tranſit deſumpta, ſexdecim minutorum, ſeu totidem milliarium Italicorum; Aliud verò B D longitudinis differentia in Parallelo Athenienſi minutorum 30., quæ ibi loci cum declinatio ab Æquatore, ſeu latitudo ſit gr. 37. 40.', viginti quatuor millieribus Italicis circiter

Digitized by Google

INDEX GENERALIS RERUM, ET NOMINUM

IN LIBRIS

DE REPUBLICA ATHENIENSIUM.

ABſander Archon XIX 8 A.
Acamas Theſei R. fil. 40. D. ab eo Tribus. 41. A.
Actæa Tribus. 10. C.
Actæos & Actæona dictus ante R. imperium tenuit. 3. A. Regni cauſſa, ab eo Actæa dicta. 4. A.
Actiones publicæ & privatæ quæ. 95 C 116. B. privatæ. 117. D. 122. B. quæ exigunt depoſitum. 125. C.
Actor in judicio deſcribendus. 117. A. ejus excoſſio. 118. A. & inf. ſi nullum producat teſtem. 122. C. pecuniam deponat. 125. A. ejus hora. 129. A. drachmam arbitro deponens. 137. B.
Accuſatio quomodo. 117. A. arbitrorum. 138 B.
Adulterium, ejus judicium. 150 C. 152 B.
Advocatus donis corruptus, quibus ſubſit. 152. B.
Ædilitas quid. 185. (174)
Ægeus R. 3. A. 40. C Delphinium condit. 18. A. ab eo tribus. 41 A. & B.
Æginetic0m bellum ſimulatum. 197. B. & C.
Ærarium in Delo inſtitutum. 38. A. cujuſque Tribus. 48. C. Reipublicæ curandum. 145. C. in Delo. 163. C. militare. 171 A. 196. C
Æſchines, de quo pop. 41. B. cum Cteſiphonte contendit. 48. C. Solonis interpres. 141. C. Pylagoram functus. 214. A.
Æſchylus Archon XII. 8. A.
Æſimedes Archon XV. 8. A. Areopagum conſulit. 16. A.
Æſtimationes variæ. 103. B. 104.
Ætas ad ſententiam dicendam. 67. D. 68. A. quæ ad concionem, quæve ad judicium. 82. A. corroborata plures curatores exigens. 85. B. Ephetar. 111. C. qua excluſi judices. 120. B. qua admiſſi. 121. A. arbitrorum. 133 C. Magiſtratuum. 144 C. ad Choragum. 182. A. 184 C. militum. 193. A.
Agamemnon Ilii exciſor. 18. B.
Agamenestor Archon XI. 8. A.
Agaſtus Archon II. ibid.
Agonothetæ eorum Sac. jura. 210. A.
Agoranomus. 159. C. quid. 160. A. 161. A.
Agraulus, ejus fanum. 193. B. & actiones. (205)
Agricolæ ſervati. 40. C.
Ajaces cujus frater & fil. 19. B. aſcitus. 41. A. ab eo Tribus. 41 A laudatur. C.
Ajacides, eorum chorus. 184. C.
Alcibiades, judicium declinans. 77. B. cum Nicia conveniens. 81. C. in ipſum diſputatio. D. tributum auxit. 163. C. in Siciliam. 199 C. ea Pratura Sicilienſi revocatus. 204. C.
Alcmæus Archon XIII 8. A. ultimus. 9. A.
Alcmeonidæ gentes. 42. A.
Alexander Magnus. 27 C.
Alopes quibus occurrant. 41. C.
Amazones. 9. B.
Amphiction R. 3 A. Cranaum expolit. 6. D. conſeſſus & concilii ſacri inſtitutor. 214. A. & B.
Amphoræ quid. 129. D (116)
Andocides contra Alcibiadem. 81. D.
Androtion infamis Rempub. adminiſtrans. 133. A.
Anthemocritus præco necatus. 199. B.
Antheſteria Dionyſiana feſta. 25. B.
Antidoſis, ejus judicium. 158. A.
Antigonus Macedonum fam. 27. C.
Antigraphei qui. 166. C. eorum jus. 173. A. 175. B.
Antiochus Herculi ſatus. 42. D. ab eo Tribus. 41. A. & C.
Antipatros laceſſitus ſe vindicat. 28. D.
Anytus corrumpendorum judiciorum auctor. 21. A.
Apaturia dies feſtus. 25. C. 44. C.
Aphidas R. 3 A. interfectus. 7. A.
Aphydna Opp. conditur. 3. C.
Apodectæ qui. 166 B. 175. B.
Apographe & Apophaſis, quid, ejuſque judicium. 93. A.
Apollines cultus. 24. C. 42. B. in juramento. 121. B. ejus Sacerdotes. 211. A.
Apollodorus nautas proprio ære conducit. 198. D. 199. A.
Apoſtolei eorum judicium. 158. C. 159. A. cives irreptitii creati. 205. B.

Aſtynomus. 159. C. qui, ejus jus. 176. A.
Athenæa ſacra inſtituta. 23. A.
Athenæ Urbs condita. 2. A. Reipublicæ caput. 4. B. ſtructura ejus. 5. B. diverſæ gubernationis. C. in Tribubus diviſa. 10. B. ejus populi numerus. 11. A. variis nomina. 12. A. ſeditiones. D. machinæ. (30) E. diviſio. 13. A. Magiſtratus Senatus Fora. Vid. M S. F. peſtilentia afflicta. 32. D. quando floruit muris dejecta. 37 B. ædificiis aucta. 38. B. ibi Aſtynomi decem. 176. B.
Athenienſes, ubi pernoctare juſſi. 54. A. ex his Ephetæ. 111. B. eorum cadis judicium. 112 A à Medis irriſi. 196. B. pro ſe & Chiis vota facientes. 208 C.
Atthides ab ea Athis, ſeu Attica dicta. 4. A. Cranai filia. 10. A.
Athlothetæ eorum ſacra jura. 210. A.
Attica ſterilis. 175. B
Ara Minervæ. 17. B.
Arbiter; actio ei competens. 122. B judicium. qui, qualis, quot. 133. B. & inf. ejus accuſatio. 138 B.
Archiadas inſcribendus. 46. C. tabulis leiarchicis. 175 A.
Archippus Archon III 8. A.
Archontes Athen. viginti. 2. A. eorum diuturnitas. 8. A. quando. 27. B. in decennium. 30 B. & D. ſumma rei eis commiſſa. 31 B. eorum ſeſſio. C. tempora nominantes. E. qui Areopagi Senatum conſtituentes 82. D. 83. 86. C. qui excluſi. 90. B. novem præfecti. 119. D. eis competens actio. 122 B. aquam infundentes. 129 C. in eorum ædibus arbiter, ſententiam ipſis tranſcribentibus. 137 A. novem principantes. 148. B. exequendi. C privatarum litium introductores. 149. C. illorum propria judicis. 153. C. & inf. ad 155. C. ad cives. 156. B. ad tibicines 183. C. & D eis immunitatem dare vetitum. 187 B. ea Eponymis. 194. A. epheborum. B. eorum ſacra jura. 209. B.
Arderura quid. 121. B.
Areopagos inſtituitur. 14. D. 15. A. auctoritate auctus. 33. D labefactatus. 34 C. ejus Senatus. 82. C. & inf. quis ipſum aſcendere prohibitus. 86. A. in difficilibus. C. ejus proprium judicium. 104 B. & inf. tempus adunationis. 109. B. (73) encomia. C. ſemper conſtans. 110. C. Ephetis oppoſitus. 111. C. actio ei competens. 122. B. conſilia. 145 B.
Argivi, ex his Ephetæ. 111. B.
Ariphro Archon IX. 8. A.
Ariſtides legislator. 27 D. beneficus Reipub. 28. B. ejus Reſpub. 34. C. pauperes effert. 35. A. contendens cum Themiſtocle. B. illuſtris. 37. C. damnatus. 81. B. juſtus ærarii in Delo inſtitutor. 163 C. ejus ſubtilitas. 172. A. magiſtratus inſtitutor. 179 D. in Marathonia pugna. 196. A. ad Plataeas. 199. C
Ariſtogiton claudus & improbus. 201. B.
Ariſtogiton tyrannum ſuſtulit. 213. A.
Arma ephebis data. 195. A.
Armatores ſervati. 40. C.
Artifices immunitate donati. 198. C.

Bœoti Actam excurſantes. 3. B.
Bellum Lamiacum. 28. D. Medos. 35 A Xerſis. 37. C. Æginetic0m. 38. A quomodo decernendum 70. B. 75. A. cum Lacedæmoniis. ibid Marathon. B. 195. C. 196. B. Ægineticum. 197 B. Perſicum. C. Peloponneſiacum. 199 B. ad Plataeas, in Siciliam, 199. C. Marathon. 200. A. ad Arginuſas. 203. B.
Boëdromia inſtituta. 25 A.
Boonæ qui. 208 B. 211. C.
Brauro Opp. conditus. 3. C.
Brauron, ibi quinquennalia. 211. B.
Brytiadæ gentes. 42. A.
Bucoleum quid. 31. C.
Buleuteria curia. 13. C.
Buphonus Sacerdos Jovi bovem mactat. 17. C.
Butes Minervæ Sacerdos ac Neptuni. 23. B.

Cadiſcus quid. 131. C. quot in uſu. 132. A.

Digitized by Google

Cædes ejus leges. 89. C quis ejus judex. 104. C. quo foro quibuſque judicibus. 111. B. & inf. ejus in Areopago quis introductor. 150. A.
Calixenus concionem pro Prætoribus habens. 78. C. accuſatur. D.
Callia Miltiadis gener, Cimoni cognatus pecuniam mulctæ præbet. 133. A.
Calumnia ejus reus, cui juramento tenaatur. 106. B. ejus judieia. 150. C. quibus ſubſit. 151. B.
Cares Actam excurſantes 3. B
Caſſander Reipub. labefactator. 28. A. D. E.
Caſſander alter beneficus 28. D.
Cauſa car. introductio. 121. C.
Cecropia Opp. conditur. 3. C. nomen mutat. ibid.
Cecrops Athenar. R. primus & conditor. 2. A. oxoratus primò legitimè. 3. B. gubernium Regum inducit. 5. C. matrimonii leges tum ignotas oſtendit. 6. D. quartam Tribum addit. 10. B. Areopagum inſtituit. 15. A. ejus chronologia. 32. D. 40. C. ab eo Tribus. 41. A. laudatur. C.
Cecrops mi. R. 3. A.
Cenſus quatuor inſtituti. 33. C. pro Patria dimicantium. 186 A 187. B.
Cepheſia Opp conditur. 3. C.
Ceres quomodo culta. 21. C. in eam delictum accuſatur. 117. C. in juramento. 121. A. B. ejus Sacerdotes. 211. A.
Ceryces Sacerdotes. 24. B. gentes. 42. A. unus eor. myſteriorum curator. 209. A. 211. A.
Chalcea ſacra. 26. A.
Charidemus Prætor ſeditioſa. 86. A.
Charops Archon XIV. 8. A. primus decennalia. 9. D. 30. D.
Choa menſura. 189. D. (116)
Choas feſtus Dionyſ. 25. B.
Chortonidæ & Chonnidæ gentes. 42. A.
Choragi quibus condivisi. 139. C. annuales. 145. D. eot. munus. 181. B. C. eorum ætas. 182. A. varii. 183. A. puerorum cujus ætatis. 184. C. ad permutationem bonorum coacti. 191. B. Tribubus procurati 209 C.
Chytra feſtum Dionyſ. 25 B.
Cimo cum Pericle contendens. 35. B pulſus. 81. B. reſtituitur. 82. A. patris mulctam ſolvit. 133. A.
Ciſtiferæ virgines ſacræ; earum munia. 212. B. C.
Citatio ementita, ejus judicium. 91 B. 150. C.
Citator in judicio deſcribendus. 117. A.
Cives diviſi. 10. E. qui. 12. D. differentia duplices. 38. C. à popularibus arcuſi. 47. B. qui. C. vinculis exempti qui. 53. A. ad concionem vocati, qui ſententiam dicerent. 68. C præmia umnia luperantes qui donautur. 75. D. quid cuique permiſſum. 82. A.
Civitas quid. 39. D in præmium. 75. B. quibus denegata. C. ſex millia ſuffragia exigunt. 76. A. probe recta quæ. 152. A.
Cleomantes victum perpetuum victoriam indicando aquirit. 14. C.
Cleon cum Nicia contendens. 35. B.
Clepſydra ejus uſus. 139. A. D.
Clidicus Archon XVI. 8. A.
Cliſthenes legislator. 27. D. reſtitutor Reipub. 28 B. ejus Reipub. 34. C. pauperes extert. 33. A oſtraciſmum quare induxit. B. pellit Piſiſtratides. 40. C. tyrannor. inimicus. 79. A primus ſua lege damnatus. 80. A. Tribuum inſtitutor. 146 B.
Codros R. 3. A. cujus filius, cuique filii regnum detulerit. 7. C. 8. A. contra Dores. 9 B.
Colacretæ idest Quæſtores. 42. B. eis ſubſtituti. 188. B.
Collationes tributorum quid. 164. A.
Collatores qui. 181. D. 186 A.
Collectæ quibus judicibus ſubſint. 162. A.
Colonum Forum ad concionem. 65. A.
Compromiſſarii arbitri a quibus appellare non permiſſum. 135. A.
Concio quid. 59. B. & inf. tertia ad legem. 72. D. ejus conſilium. 145. B. qui præſis ei. 147. A. B. qui mercedem tribuat. 173. A. ejus jus cui varium. 195. D.
Conditio oblata quid. 126. A.
Conquiſitores peregrinorum. 192. C 105. A.
Conſilia quorum permittenda. 39. B. diverſa. 145. B.
Conteſtatio quid. 122. C.
Contumeliæ car. judicia. 87. 88. A. 91. D. ſcribellum ejus. 115 B. de ea judicium ſine ſportolis. 125. D. 126. A. 130. C. infamiæ pœna quæ plectenda. 149. B. ejus judicium. 150. C. uſque 151. A. 159. B.
Convicium ejus judicium. 97. A. 151. C. in concione vitandum. 206. C.
Convivator qui. 184. (174)
Corona cui præmium. 58. B. à populo danda. 64. B.
75. B. 76. B. quibus prohibita. 91. B. ante judicium deponenda. 105. B. aurea cui. 141. (3) E. 142. D. magiſtratibus. 143. 144. ea præfecti utebantur. 149. B. quando à Rege depoſite. 150. A. cui ſæpe. 171. C. 182. A. muſicorum artificum. 183. C. à quibus data. 184. (174) præfecturæ navalis. 186. (179)
Cranaus R. 3. A. pulſus. 6. D. Tribui nomen intulit. 10 B.
Creon Archon annuus I. 20. A. 30. D.
Crimen in judicio deſcribendum. 117. A.
Crimina quæ vinculis punienda. 53. A.
Cteſiphon cum Æſchine contendens. 48. C. Prytanie eſſe nequit. 55. B.
Curationes variæ. 139 C. Tribuum. 145. C.
Curatores navalium eor. judicium. 158. C. emporii. 181. B. C. pecuniar. publicar. 171. B. murorum urbis. 176. B. aquar. C. operum publicorum. 177. B. juvenum. C. Symmoniarum qui. 188. C. ſacrorum. 208. B.
Curiæ Athenar. quæ. 13. C. D. 42. A. editiu ipſis mandata. 48. B. ear. conſilium. 145. C. præfecti. 146. A.
Cylonia ſeditio. 31. A.
Cynidæ gentes. 42. A.
Cytherus Opp. conditur. 3. C.

Dadochi ſacerdotes. 24. B.
Dædalus damnatus. 16. A.
Damnum ejus judicium. 97. D.
Damon pulſus quare. 81. C.
Darius ejus armor. impetus. 28. B.
Decelia Opp. conditur. 3. C.
Decreta plura permiſſa. 36. A.
Delia ſeu Salaminia quid uſquequo refecta. 204. A.
Delphinium inſtitutum. 15. A. 18. A. Ephetarum forum. 111 B.
Delum ejus ærarium. 183. C. in id pertinantia ad ſacrificium devecta. 204. B. ibi quinquennalia. 211. B.
Demades ejus notabilis ſententia. 49. E.
Demarchus ejus officium. 146. C. D. 198. D.
Demetrius ejus beneficium. 27. C. 28. A. D. in eo Reipub. finis. 37. B.
Democratia inſtituta. 32. C. à Solone. 33. B. à ceteris. 34. C.
Demophoon R. 2. A. regnum recuperat. 7. A. inſtitutor Palladii. 18. C. primus in Palladio cauſſam dicens. 19 A. reus factus, de bello revertens ſe defendit. B.
Demoſthenes ejus Reſpub. 34. C. ex qua Tribu. 55. B. conqueritor. 75. C Mediam inſectatur. 77. C. de legibus non extantibus. 122. B. talentum præbens. 175. C. murorum curator. 176. C. ſæpe coronatus. 182 A. legem de immunitate injuſtam accuſat. 187 B pecunias confert. 188. A. pro Repub. divites & pauperes moderans. 190. C. legum mutator accuſatur. 191. A.
Depoſita judiciorum exigita. 125. A. arbitrorum. 136. B.
Depulſio judicii 122. A.
Deſertum teſtimonium, ejus judicium. 102. C.
Delictu, ejus judicium. 108. B.
Diana Delphinia, ejus tribunal. 18. A.
Diana quomodo culta. 24 C. 209. D.
Diaſia & Dipolia dies feſtos ſacrantur. 21. C.
Dicaſteria quid. 119. B.
Dilatio judicii. 123 A.
Dinarchus magni nominis orator. 148. (22) objector Demoſthenis. 191. A.
Diogenetus Archon VII. 8. A.
Diomedes ad Phalerum appulſus. 69. A.
Dionyſiaci qui. 208. D.
Dionyſius, ejus cultus 25. B ejus Theatrum. 64. A. ibi concio. 64 C. 77. C. ejus Tribus. 183 B. & Choragus. ibi & inf. cultus. 208. D. 209. B. 210. C per Geraras. 212. B.
Diſquiſitio Magiſtratuum. 143 A & inf.
Diviſorum electio, ejus judicium. 99 C.
Divites, opes ſuas Reipub. beneficio conferant. 181. C. ſoli ad Reipublicæ munera 187 C. in officio contenti. 190. C bona eorum permutanda. 191. B ab his poſtulandum. 192 B
Dium ſub eo judicium quare. 107. D. (67)
Dona, eorum judicia. 150 C. 151. A. B.
Dores bellantes. 9 B. victi. 14 C.
Drachma quot obolos comprehendat. 125. C. (108) arbitro danda. 137. B. de ſumma uſque decem judex. 159. C.
Draco legislator. 27. D. reſtitutor Reipub. 28. A. 29. A. D. legiſlator primus (92) ejus legum retentio. 30 B. 31 E. 32. A. ſublatio. C. ejus Reſpub. 34. D. Ephetarum inſtructor. 111. B.

Ebrie-

Digitized by Google

Ebrietas, judicium ejus. 153. C.
Edicta ſcribenda & pronuncianda. 61. B.
Elacia capta, quid conſequutum. 65. C.
Electio divitor, ejus judicium. 99. C. 153. C.
Eleuſinii belligerant. 9. A. 13. B.
Eleuſis Opp. conditur. 3. C. ibi ſac. myſteria. 208. C. quinquennalia. 211. C.
Enyalius ſacramento ut Deus invoc. 193. C. ei ſacrificium. 209. D.
Epacria Opp. conditur. 3. C.
Epagogæ judices quorum. 162. A.
Ephebi qua ætate inſcriberentur. 144. C. 193. A. 194. quibus armis inſtructi. 195. A.
Ephetæ Judices arbitri dicti. 18. C. (55) ubi judicantes & quot. 21. B. ab Areopago exceptorum. 104. D. eor. judicia, quiditas, accidentia. 111. & inf.
Ephialtes Areopagi labefactor. 34. C. D. ubi reponantur leges inſtituit. 36. B.
Epigraphes qui. 166. A.
Epimenides Cres ſapientiſſimus, Populum liberat. 32. D.
Epiſcopi qui. 192. C. 205. B.
Epiſtatæ qui. 51 D. eorum judicium. 54. D. concionem regentes. 60. A. qui. B. eor. ſedes. 66. B. decreta ſcribentes. 69. (66) in legibus emandandis. 73. B. cui præſint. 147. A. Senatus diurni. C Senatu non trahendi. 206. C.
Epitierchema quid. 183. A. 166) ibi citat.
Eponymi qui. 164. B. (91) 168. B. (106, E. quot ex quibus lecti. 194. A.
Eponymus qui dictus. 32 A. 40. C. cujuſque Tribus. 48. C. ante ipſum leges ferendæ. 72. C.
Epobelia quid. 125. (108)
Epopiæ ſacerdotes. 24 B.
Epalones qui. 181 D.
Equites ubi pernoctarent. 54. A. eor. merces à quo tribuenda. 173. A.
Equites V. milites, bini ex ſingulis naucrariis. 196. A. pompam Jovi inſtruentes. 211 C.
Erechtheus R. 3. A. ab eo familiæ nomen. 6 D. belli & pacis datur. 9. B. Tribubus nomina immutat. 10. B. belligerat. 13. B. Prytaneum condit. 17. B. aſſeſſor creatur. 26. B. R. 40. C. ab eo Tribus. 48. A.
Erichthonius R. 3. A. Amphictionem pellit. 6. D. ab eo familiæ gentes. 6. D. Tribubus nomina immutat. 10. B. Lcia Athenæa intulit. 23. A. virgines deligit. B
Erya Archon XX. 8. A. decennalis ultimus. 10. A. 30. D
Eteobutadæ gentes. 42. A. penes eos Minervæ ſacra. 211. A.
Evendæ in Areopagum. 83. B.
Eubulus auræ pop. captator. 174. B.
Eumenides Deæ conſecratæ. 17. B.
Eumolpidæ, Cereris ſacerdotes. 211. A.
Eumolpus ſacerdos, ejus familia. 24. B. myſteriorum curator. 209. A.
Eomolpus Thrax belligerat. 9. A. bellum ſuſcipit. 13. B.
Eanidæ gentes. 42. A.
Eurypiolemus ſententiam ſcribens. 79. A.
Euthyni qui. 178. C. quot. 179. A.
Exceptio introducenda. 125 A.
Excuſſio actoris quid. 118. A. & inf. civium. 119. (95) præfectorum. 148. B. C. theſmothetarum. 149. A. ll bino in loco. (24)
Exercitus inſcribendus. 195. C. dimittendus. 201. A. ordinandus. 202. A.
Exilium Æſtimatio quor. 203. B.
Exitium juramento imprecatum. 121. A.

Falſa relatio, ejus judicium. 91. B. 150. C.
Falſum teſtimonium, ejus judicium. 102. C. 122. C.
Familia perjurio obſtricta quæ. 106. B.
Fanum agrauluin, quid, ubi. 193. (205)
Farinæ quo loco dimetiendæ. 154. C.
Fœdera a quibus. 75. A. cum Lacedæmoniis. 197. D.
Fora judicior. inſtituta. 14. D. & ſeq. quinque. 20. B. non ſola. C. In quibus concio. 64. A. Ephetar. 111. B. de ſanguine judicantia. ibid præter quinque capitalia multa. 113. B & inf. (87) arbitrorum. 134. B. 135. C. ſingulis ſpectantia. 149. C. eorum corruptores quibus ſubſint. 151. A.
Furtum, ejus judicium. 98. A. ad quem ſpectet. 180. B.

Gentes Athenar. 21. A. triginta. B. nomina earum celebria. 42. A. editio ipſis mandata. 48. B. earum conſilium. 145. B. curatores. 146. & inf.
Gereræ ſacrorum miniſtræ. 209 B. 212. B.
Gymnaſiarchi qui. 181. D. 184. (174) 185. A.
Gymnici qui. 209. A.
Gynæconomus quid. 139. C. qui & quot. 178. B.
Gynæcocoſmi qui, eorum jura. 178. A.

Hamordius, ſeu Harmodius, ejus poſteris tria præmia. 77. A. (88) tyrannum ſuſtulit. 213. A.
Helenotamiæ qui, eorum jus. 167. B.
Heliaſtæ eorum ſacramentum. 120. C.
Heliæa forum. 20. C. a quo nominatum. 113. B. 114. A. & inf. qui ab eo excluſi. 120. B. arbitrorum. 134 A. in eam introducenda Vidua quæ. 141. B. quid æſtimet. 151. D. 154. A.
Hephæſtia ſacra. 26. A. 209. A.
Hereditas crimen, ejus judicium. 121. B. 122. D. 153. C. puellarum. 154. D.
Hipparchi judicantur. 74. C. quomodo aligantur. 142. B. bello præfecti. 199 A. equitum ordinatores. 200. B. pomparum curatores. 210. B. ſaltantes. C.
Hipparchus in exilium. 80. A. ſublatus. 213. A.
Hieromnemones magiſtrat. 120 D. ſacrorum Præfecti. 208. B. 214. A.
Hierophantæ Sacerdotes. 24. B. 117. D.
Hippodamium forum. 162 C.
Hippomenes Archon XVII. 8 A. adulterum interficit. B
Hippotoon Neptuno prognatus. 40. D. ab eo Tribus 41 A.
Homicida qui exceptus. 104. D.
Hora ad dicendum deſignata. 128. D.
Hyanthidæ quæ. 41. B.
Hyperbolus flagitioſus abductus. 81. D.

Ilium exciſum. 18. B.
Immunitas in præmium. 75 B. quibus. C. quid. 76. B. quibus competens. 186. B. ejus lex. 187. B. tribus navalis. 198. C.
Impietas, ejus judicium. 150. A.
Impudentia ſcabellum de ea judicandorum. 105. B.
Impudentia, ejus judicium. 90. B. a magiſtratu excludit. 143. C. 149. A.
Incendium, ejus judex. 104 C.
Indigenæ, cui legi ſubjecti. 44 B.
Infamia quorum æſtimatio. 103. B cui. 123. C. 133. A. arbitrorum. 135. A. peregrinam deſpondentis ut propinquam. 150. C contumelioſo theſmothetæ pœna. 151. C. equeſtri. 197 A & B.
Injuriæ in concionem referentiæ. 60. D earum judicia. 87. 88. A. viciſſim perſequendæ. 152. A.
Inquilini, & ex iis qui. 155. C. eorum vectigal. 163. B immunitate donati. 198. C.
Inquiſitores qui, & eorum jura. 170. A.
Inſidiæ ad necem, earum judex. 105. A. 112. A.
Introductores, qui dicti. 181 D.
Jones Polemarchus. 22 B. 25. A.
Jovis cultus. 23. C. & feſtum. 25. C. 42. B. Bulæus. 53. B in juramento. 121. A. & B ejus ſacrum quo die. 210. C. Sacerdotes ejus. 211. A.
Iſagora civis potentiſſimus pulſus. 40. C.
Judices, eorum merces. 34 B. & eorum ſortitio. 119. B. & C. numerus. D quibus mediis. 120. A. qui excluſi. B. eorum ſacramentum. C. quando & de quo rogandi. 130. A. ſingulorum fora. 149. C. mille & quingenti, quando. 155. A.
Judicia quæ. 14. D. quædam quibus permutenda. 39. A & ſeq. Senatus. 77. A. 78. quæ ætas ad ea. 82. A. eorum merces. B genera diverſa. 87. & inf. Areopagi. 104. B. & inf merces. 110. (73) Ephetarum. 111. A. quomodo. 116. B. eorum depulſio. 122. B. dilatio. 123. A. recriminatio. B. deſerta quæ. C. judicialia nomina quid & quot. 124 D (107) depoſita ab his exigita. 125. A quando exigantur. D. arbitrorum quæ rato 133 B. & inf. magiſtratuum. 143 A. eorum præfecti. 148. B. & inf eorum merces a quo tribuenda. 173. A. pro permutatione bonorum. 191. C.
Jura diverſa. 29. C. 39. A. duo ſumma. 43 C. Senatus quæ. 56. B. 58. A. illuſtria. 108. A. magiſtratuum. 139. A. ſingulorum præfectorum. 149 B. Sacra. 204. A. 208 B.
Jusjurandum Heliaſticum. 71. E. 72. B. judicibus impoſitum. 105 B. 106. A teſtibus. 107 A. judicibus. 115. D. (87) 120. D 121. A. quo loco. B. duplex. 124. B. (107) in capſulam. 128 B puerili termino aſſign. 193. A. militaris præfecturæ. 199. B.
Juvenes quibus judicibus ſubjecti. 177. C.

Lacedæmones murorum Athen. refectores. 37. B.

La-

Lamiacum bellum. 28. D.
Lamachus in Siciliam. 199. C.
Lectio cum ſortitione ſolis Epheſiis convenit. 111. C. ſine ſortitione Paredri. 157. A.
Legati, eorum concio. 62. A. 63. A. officium. 66. B. a Senatu lecti. 74. C. ad Philippum ad exteros. 75. A. quibus ſtatum. 76. C. quo crimine excluſi. 90. B. quibus condivisi. 139. C. non de numero magiſtratuum. 205. C. publicam cauſſam foris agant. 207. B. ex merito eligendi. C.
Leges, Reipub. diverſæ. 27. D. 28. A. & B. Draconis. 29. A. 31. D. laudabiles. 29. C. rigidæ. D. interpretandæ. 30. B. civitatis. E. Solonis. 31. B. 35. C. novæ non ſcribendæ. 36. A. ubi impreſſæ. (98) inferiores denominatæ. C. quibus pueri obſtricti. 44. C. & ſeq 45. B. telonicæ. 58. C. de concione. 59. B. earum diſquiſitio. 62. C volo ſienda. 67. A. in his dicendis diſſenſio. 72 (76) confirmatio vel abrogatio. 71. D. & inf. per quos emendandæ 73 A. ubi deſcribendæ. A. & inf. de trierarchis. 74. B. variorum criminum. 89. & inf. eorum violatoris judicium. 92. B. ad exiantes conformatio, ad inexiſtentes mens. 121. B. de Magiſtratibus legendis. 141. A. & inf telonicæ 165. B earum ſuaſores. 170. D. pecuniar. militarium, & theoricarum. 173. B. & 174. A. pro viarum curatoribus. 176. B. earum judices. 177. B repetundarum. 166. B immunitatum injuſtæ de permutatione accuſatæ. 187. B. mutatæ. 191 A equitibus noſiæ. 202. C. Syndicorum. 206. A. Legatorum. 207. B.
Leu civis filias devovit. 40. D. ab eo Tribus. 41. A.
Leocharis Archias inſcribi curat. 46 C.
Leocorium Templum inſtitutum. 26. C.
Leocrates Archon XVIII. 8. A.
Leonidæ quare celebratæ. 41 B.
Lexiarchæ, eorum judicium. 65. A.
Lexiarchicæ tabulæ ex quibus Arbitri. 133. C. his inſcribendi 144 C. earum cuſtodes. 146. B. 147. A. 174. C. qui his inſcribendus. 175. A. in his reponendi. 193. A.
Liberi quare magiſtratu privandi. 39. B. V. Pueri.
Limona adultera. 9. B.
Lis, ejus mutua intentio. 103. C. publicarum & privatarum fora. 149. C. judices. 150. B. & inf. 154. C.
Liturgi eligendi quot. 187. C.
Liturgiæ civium, & inquilinorum. 187. A. vacationes earum. 190. A. quæ ſuſciperentur. B. ad quos majores pertinerent. 191. A.
Locupletes ad Magiſtratum adſciti. 34. B.
Logiſta quid. 143. A. & B. 157. C. qui & quot. 178. B. 179. B.
Ludi ſacra quædam. 208. D. funebres. 209. D. eor. cura. 210. A.
Lycurgus, ejus honores. 171. C. navalis promovens. 198. B.
Lycus lupi imagine præditus, ejus decas. 22. A.
Lyſandes Lacedæmon Rempub. obſidet. 18. C.
Lyſias Siracuſanus in civitate adſcitus. 50. A.
Lyturgi qui. 181. B. & C.

Magiſtratus inducti. 13. B. eorum conventus. 14. A. qui & quot. 22. B. a Solone meliores. 28. A. qui capaces. 45. B. quomodo rogandi vel abrogandi. 61. C. abrogatio quomodo. 72. D. quo crimine excluſio. 90. B. omnes ad Areopagi judicium. 110. A. quibus in foris ſe gererent. 116. A. de his jusjurandum. 120. D. bis eumdem, vel duos eodem anno, vetitum. E. litium ad arbitros introductores. 136. D. eorum genera. 139. A. rei navalis duo. 198. B.
Mala tractatio quibus permiſſa, ejus judicium. 97. D. 153. C. parentum. D. puellarum. 154. D.
Maledictum in Theſmothetas infamia damnatur. 149. B.
Manifeſtatio quid, ejus judicium. 101. A.
Marathonia pugna quorum decretum. 184. C. quomodo inſtructa. 195. C.
Maritima turba fundam. Reipub. 64. C. ſalus. 197. C.
Meendes Archon VI. 8. A.
Medi Athenis infeſti. 37. B. Athenienſibus irridentes. 196. B.
Medon Codri fil. Archon primus. 8. A. ejus jus à populo extortum. 9. C.
Megacles Archon obtruncatur. 31. B.
Megarides quotannis bis invadenda. 199. B.
Melanthidarum familia. 7. A. duratio. B. Medontidæ dicti. 9. D.
Melanthus R. 3. A. victor. 6. D. certat. 7. B. ejus poſteri. 5. D.
Mendacium ementium, & vendentium ſub quorum cura. 160. B.
Meneſtheus R. 3. A. ſeditionem concitat. 13. C.
Menon Pharſalicus, civitas in præmium ei denegatur. 75. C.
Menſuræ juſtæ à quibus curandæ. 160. C.
Mercatores Theſmothetis judicibus ſubditi, 153. B. 161. C. eorum negotia urgentia quibus judicibus ſubſint. 162. A. eor. pactorum judex. 180. D.
Mercatus, abſtinentium ab his judicium. 112. A.
Merces Judicum. 82. B. 110. (73) 119. C. quibus mediis obtinenda. 120. A.
Mercurius cui reddunt grates liberati. 17. B.
Meretrices, earum vectigal. 163. B.
Merichum forum. 20. C.
Meſſenii lo Lacedemonior. offenſione. 16. A.
Metagitnia Apollini dicata. 25. A.
Metallum improfeſſum, quod crimen, ejus judicium. 91. A.
Metœcia fœſtum Dionyſ. 25. C.
Metronomi quid & quot. 160. C.
Metychium forum a quo nominatum. 21. A. 125. A. cui adhærens. 124. A. maximum. 125. B.
Miagogi qui. 208. B. 211. C.
Milites victores, cis octo drachmæ. 85. B. militiam deſerentium pœna. 91. A. ætas urgens eos. 193. A. pedeſtres, equeſtres, navales qui. 195. A. & ſeq.
Miltiades in præmium pictus. 75. B. abſolutus mulctatur, impotans in carcerem obit. 133. A. rem fœliciter gerens. 200. A.
Minerva, ipſius Ara. 17. B. præcipue culta. 22. C. 23. B. fœſtiva dies. 25. C. Bulæa. 53. C. ei mille drachmas. 78. B ei tributum. 164. B. 167. (104) ejus ſignum. C. item tributum. 169. A. ſacerdotes ejus. 211 A.
Miniſtri ſacror. eorum varia genera. 211. B.
Miſtæ ſacerdotes. 24. B.
Modeſtia ſub quorum cura. 160. B. 177. C. 178. A.
Mulcta, mille drachmarum quibus. 56. D. inflicta. 57. B. quibus. 103. B. 113. C. (106) 125. A. D. mille drachmarum cui. 127. A. ab eo qui abſolvendi vel damnandi. 130. B. Miltiadi impoſita. 133. A. hanc irrogare cui proprium. 141. A. (6) pro ærario, dupla pro demarcho. 146. E. infamiæ. 151. A. peregrini, ibi; contumeliæ. 152. A. 154. A. Minervæ ſac. 164 B. a quibus recipienda vel abſolvenda 167. C. Minervæ & Diis cæteris. 168. B. (106) 169. A. B C. juvenum, & mulierum. 178 A. ubi exponenda. 177. (148) a Phylarcho irrogata. 203. A. imponenda Rhetoris. 206. D.
Munera, eor. judicium. 91. C. judicibus vetita. 121. A. neceſſaria & voluntaria. 181. B. 190. A. 191. B.
Munichium Forum ad concionem. 65. A.
Munychia quid. 198. B.
Muſici artifices delicatiori victu paſti. 183. C. qui. 208. D.
Myſteria de eor. violatione accuſatio. 117. C. ubi celebrata. 208. D. varia in ſeq.

Navalia à quibus promota. 198. B.
Navalis militia. 191. C. initio modica. 197. B. 198. A. & B.
Naucleri quibus judicibus ſubſint. 161. C.
Naucraria quid tribueret. 22. C. quot equites præbuerint. 196. A. quot naves. 197. B.
Nauesaris magiſtrat. quid. 22. C. 31. B. Regum tempore qui. 146. B.
Navicularii Theſmothetis judicibus ſubditi. 153. B.
Nautodicæ nauclerorum & mercatorum litium introductores. 162. C.
Neglectum patrocinium, ejus judicium. 101. B.
Neptunus honoratur. 23. B. in juramento. 121. A. (104) ſacerdotes ejus. 221. A.
Nex, æſtimatio quor. 103. B. ejus ſpecies. D. ejus judex. 104. C. adulteri, & homicidæ. D.
Nicia Sicula in eladn Imper. moritur. 28. C. cum Cleone contendens. 35. B. cum Alcibiade conveniens. 81. C. in Siciliam. 199. C.
Nobiles ex his popularis Reipub. magiſtratus delecti. 32. B.
Nomen deletum, ejus judicium. 92. A. 150. C. 152. B.
Nomophylaces ſtrophio pro corona utentes. 144. A. eorum jus. 177. A.
Nomothetæ eorum conſilium. 36. B. inſcribendi. 62. A. in Rempub. reducendi. 64. C. ad conciones. 65. B. quotuplici ſenſu intelligendi. 71. C. legibus inferendis quo modo præſint. 72. E. 73. 74. mille in ſedibus. 74. C.

Oblata conditio quid. 126. A.
Oblationes, ſeu collationes tributorum quid. 164. A. munera voluntaria. 191. C. plurificatæ. 192. A.
Obolus quæ drachmæ pars. 123. E.

Odeum

Digitized by Google

Odeum quid. 154. C. 160. C.
Oenoptæ qui. 178. A.
Ocecos Pandionis R. fil. 40. D. ab eo Tribus. 41. A. & B.
Opifices. 13. A. cujus in Repub. gradus. 30. B. ſervantur. 40. C.
Opiſthodomus quid. 168. A. (104)
Oratores non de magiſtratuum numero. 205. C.
Oreſtes ante dicaſter. 17. B. ejus judicium. 18. B.
Orgeones ſacrificorum ſpecies. 212. A.
Oſtraciſmus inductus. 34. C. quare. 35. C. quando. 79. A. (98) 80. 81. abductos. C. ab exilio differt. (99)
Otrines, de quo pop. 43. B.
Oxynta R. 3. A.

Pacta, eorum judicium. 98. C. & 99. in capſulam. 128. B & C.
Padonomas quid. 139. C.
Palladium inſtitutum. 15. A. & captum. 18. C. 19. B. Ephetarum forum. 111. B. cauſſæ ibi introductæ. 112. B. actio ei competens. 122. B.
Palladius cum Argivis Athenas appulſus. 18. C.
Pallantu interemptus. 18. B.
Panathenæa ſacra inſtituta. 23. A 175. A. magna & parva, cor. chori. 183. A. & B. ibi victus. 184. (174) ibi ſacra celebrata. 208. D. 209. A.
Pardia, dies conſecrat. 23 C.
Pandio R. 3. A 40. C. ab eo Tribus. 41. A.
Pandio mi. 3. A.
Pandion Forum ad conciones. 65. A. 77. C.
Pandionidæ qum. 41. B
Parabyſtum forum. 20 C (62) cui adhærens. 114 A. duplex. 115. A. quorum judiciorum, & judicum. 116 A. 180. D.
Paracatabola quid. 125. D. (109)
Paralia tribus. 10. C.
Paralus quid. 204. B. & C.
Paraſtaſis quid. 125. B. quando non deponenda. 126. A.
Paredria empta. 157. B.
Paredrus intentionem deſertipſam recipit. 127. A. & B. binus quibus conſiliis adſtet. 157. A. de fama judicans. 179. C.
Parricidium ejus judex. 104. C.
Paſtores in Rempublicam ſervati. 40. C.
Parricii. 13. A. cujus in Republica gradus. 30 B.
Patrocinium violatum, vel neglectum eorum judicium. 128. B.
Pauperes magiſtratu privati. 30. B. 34. B. inducti. 34. C. elati. 35. A. 38. B. quare privandi. 39. B. injuriâ quomodo liberati. 190 C.
Pauſanias ejus conſilium. 37. C. Piræeum abſolvendum decernit. 157. D.
Pax, de ea decretum. 70. B. 75. A.
Peculatus de eo ſententia. 145. D. 159. C.
Pecunia earum depoſitio quid. 125. A. 136. B. 137. B. ad corrumpenda judicia datæ, quibus ſubſint. 138. A. & B. publicæ genera. 162 B. combuſtæ. 167 (104) varias uſus. 171. B. militares. 173. B. theatrales. (128) theoricæ quæ. C diſtributio. 175 A. earum collatores. 186. A. a Demoſthene ſublatæ. 189. A.
Pedites. V. Milites eorum ſtipendium. 196. C.
Perdicas Macedon. R. ei negatum civitatis præmium. 75. C.
Peregrini quando cives. 43 D. 44 A. duorum generum. 155 C eorum conquiſitores. 205. A.
Peregrinitas, ejus judicium. 91. C. 150. C. 155. C. 161 C.
Pericles, ejus conſilium. 12. C. legislator. 27. D. Rempub. ampliatoc. 28 B. ejus Reſpub. 34 C. Areopagum librſacit. ibid. mercedem judicibus conſtituit. D cum Cimone contendens. 35. B. urbem ædificiis auget. 38 B. filium civem impetrat 47. D. populum placans. 77 D. caruit Areopago. 83. A. ejus celebre dictum. 128. A. Odei ſtructor. 154. C. ær tributum ab ipſo auctum. 183. C. commoda plebis promovens. 195. B & navalia. 198. B. & C. athlotheta quid ordinavit. 210. A.
Peripoli, qui. 192. C. 194. B.
Periſtiarchi Periſtiarchi quare legendum. 66. (58) D.
Permutatio bonorum & munium. 187. B. 191. B. & ſeq.
Perſæ, eorum prævifam bellum. 197. C.
Peſtilentia Athen. 32. D.
Phalerus Opp. conditor. 3. C. apud ipſum Phreattium. 20 A.
Pheredus Archon VIII. 8. A.
Philomela altra. 41. B.
Phocio, ejus ſcitum. 192 B. quinque & quadragies Prætor. 199. B. ejus ſententia. 201. B.
Phorbas Archon V. 8. A.
Phratriarchus magiſtratus. 146 A. (16)
Phreattium inſtitutum. 15. A. 19. B. Ephetarum forum. 111. B.
Phreatrus Phreattio nomen tribuit. 19. B.
Phylarchi magiſtratus quid. 22. C.
Phylarchi judicantur. 74. C. eorum jura. 145. E. delatores. 171. A. militaria ſtipendia judicant. 196. C. bello præfecti. 199. A. equitibus imperantes. 202 B eorum jura. C pomparum curatores. 210. B.
Phylas Rempublicam reſtituit. 28. C.
Phylidæ gentes. 42. A. & B. penes eos ſac. Oſchophoria. 211. B.
Phytalidæ gentes. 42. A.
Pila quorum æſtimatio. 103. B.
Piræus portus extructus. 37. C. in partem urbis habitas. 38. B. concionis locus. 65. A. habitatores ejus. 160. C. ibi quinque metronomi. 161. A. abſolvendus. 197 D. obſeſſus. 207. D.
Piſiſtratidæ Reipublicæ deletores. 28 B. exacti. 44. A.
Pitœgia feſtum Dionyſ. 25. B.
Plagiarii cui judicio ſubſint. 180. B.
Plateenſes, quando cives Athen. 44. B.
Plebs in Magiſtratum inducta. 34 C. ad fructum & utilitatem. 143 A. promota. 195. B.
Plutarchus pulſus reſtituitur. 82. A. Areopagita. 83. A.
Pluto ei grates ut liberaris. 17. B.
Plyntheria ſacra. 26. A.
Pnyx, locus concionis. 64 A 66 C.
Poecile, porticus in qua pictura 75. C
Pœna mille drachmarum. 121. (106) optione data minoris, ſi eligatur major inflicta. 133. (128)
Polemarchus belli Præfectus. 22. B. Magiſtratus ejus. 27 (80) 30. D. 32. A. in Areopagi Senatu. 82. D. judicii Præfectus. 148. B. privatarum litium productor. 149 C. inter cives & peregrinos judex. 155. B. dubitationem eximens. 199. D. par Prætoribus. 200. A. hujus mutatio. B. ejus ſacra jura. 209. D.
Poletæ qui. 165. A. & C.
Polyees ad prandium in Prytaneo. 76. D.
Pompæ, ſacra quædam. 208. C. 210. B.
Populi. 11. B. in denas tribus deſcripti, omnes enumerantur. 42. B. & ſeq. civitatis fundam. 46. C. cives excutiant. 47. B. editio ipſis mandata. 48. B. ubi ſederent. 67. D. de bello, pace, & fœderibus eorum jura. 75. A. præconſulendi. 81. B. eorum conſilium. 145. B. eorum curatores. 146. B.
Porcolus mactandus quare. 66. C.
Portenta ad Preſtum. 20 B.
Practor ejus officium. 132. C. ejus jus. 169. B. 206. D.
Præbitores publici qui. 181. B ſinguli ſingulis tribubus & populis. 182. B.
Præco, ejus officium. 61 B. eorum concio. 62. A. qui crimine excludatur. 90 B. ſilere juſſus. 107. C. quid & quando coget. 130 A. de eo ſententiam rogare. 131. A. ornas porrigens. B. quibus condividatus. 139. C. legatum præcedens & exequens. 208. A.
Præfecti Reipub. in decennium novem. 30 C. plures conſtituti. 43 C. ad cives approbandos. 44. C. quomodo abrogandi. 77. D. quibus diviſionibus ſint addicti. 139 B. judicandi. 143 A & inf. conſiliorum. 145. B. curiarum. 146. A. judiciorum. 148. B. coronâ utentes 149. B. negotiationi & nundinationi. 159 D. theoricorum. 164 C. accedentium & abeuntium pecuniarum. 172 C. V. verbo Curatores. Juvenum moribus. 177. C. mulieribus. 178 A. militares. 192. C. equitatum ducenter 202. (214) ſacrorum. 208 B.
Præfectus fidelis eligendus. 33. A. rei militaris. 198. A.
Præmium coronæ cui. 58. B. diverſorum generum. 75. B. V. verbo Corona & cæteror.
Præſtita venditio quid, ejus judicium. 100. D.
Prætor ſeditioſe poſtulatus. 86. B.
Prætores eorum officium. 61. C. ad quæ conciones deputati. 63. B. 65. B. dijudicandi. 74 C. de his abrogatio. 77. D. & inf. octo damnati. 79. A. militum. 139. C. quomodo lecti. 142. B. & C. extra ordinem. 147. C. urbani, eorum proprium judicium. 158. A. Symmoriarum qui, & quot. 188. C. militares. 199. A. & C. non omnes ad bellum. 200. B & C peditibus imperantes. 202. B. & omnibus Trierarchis. 203. A. cauſſam publicam defendunt. 206. B. pomparum curatores. 210. B.
Praxiergidæ gentes. 42. A. penes eos ſacra Plyntheria. 211. B.
Principes Symmoriarum qui. 188. C.
Probatio magiſtratus tranſgreſſoris & judicium. 92. B.
Probatio equeſtris. 192. C. 197. A.

Probola, quid ejuſque judicium. 92. D.
Proditio, ejus judicium. 50. A. 104. A.
Proedri quid. 51. D 56 B. concionem regentes quot. 60. A. qui. B. quibus in ſedibus 66 B. quid proponerent. 67 B. populum interrogantes. 69 C. decreta legentes 70. A. legum diſquiſitores. 72. A. & E emendatores. 73. B. ad populum celati. 86. C cui præſint. 147 A. & B. oblationes concedentes. 152 B jus eorum. 206 D.
Proedria, in præmium. 76. B. & C.
Proones ulca. 41. B.
Proſerpina quæſita & culta. 24. A.
Provocatio ab arbitris ad judices. 135. A. quando vetita. B. 137 A.
Provocatio à magiſtratibus ad judicium permiſſa. 144. B.
Prytanea quid. 51 C. ejus determinati dies. 61. C. cauſſæ ibi introductæ. 122. B. pecunia quid. 125. A. quando excluſa. 126. A. ibi magiſtratuum diſquiſitio. 143 C.
Prytanes Senatus Præfecti. 51. B. eorum judicium. 54 D. 57. A. concionem regentes. 60. A eorum concio. 64. A ab eis concio cogenda. 65 A eorum ſedes 66 B & C. legum diſquiſitores. 72 A. Nomothetas in ſedibus collocent 74. C. concionem habeant 77. C. ſuffragia negantes metuunt. 78 D. ad Senatum quingentum virum aſcendunt. 86 C. cui præſint. 147 A. & B.
Prytaneus quid. 13 D 14. A conditur. 17. C. 31. B. ibi leges aſſervandæ. 36. B.
Promethea ſacra 26 A celebrata. 209. A.
Puellæ heredes earum judicium. 153 C. 154 D. 159 B.
Pueri indigenæ nullius muneri capaces. 39 B 43 D. ut capaces fiant. ibi & ſeq. concionem non ingredientes 82. A plures corroborata ætate curatores habentes. 85 B eorum inſtitutio. ibi inf. eorum unus quare damnatus. 89. A. alter mulctatus. B. perjurio obſtricti. 106 B qui inſamia notati. 133. A. ingenuorum venditio. 184 C. militari ſacramento obſtricti. 193 A. qui de publico alendi. 209 D
Pylagoræ ſacrorum Præfecti. 208 B. 213. B.
Pyrandrus in bellu Quæſtor. 22 B.
Pytthander riſum prohibens. 110. A.

Quadraginta viri eorum jus. 159. A.
Quæſtores eorum origo. 22. B. officium. 132. B. Dea quot, eorum jus. 167 B. populi qui, eorum jus. 171. B. militarium 171 A peruniarum theoricarum 175 A militares. 192 C 200 C. rei navalis. 203 C. terrarum ſacrarum. 204. A.

Ratio teſtimoniorum. 126 D. & inſ.
Recriminatio quid. 123 B
Reges Athen. XVII 2. A quando. B. omnia pecunias procurantes. 22. B. ſacrificia facientes. 26. A. eorumque uxori B
Regina, ejus ſacra ju a 209 A.
Relatio falſa, ejus judicium. 91. B.
Religio omnis Athenienſium. 208 B.
Repetundæ actio & judicium. 92 C. 135 D. 159. C. ab his excepti o cui 159 C qui ſubjecti. 207 D.
Repudium, ejus judicium. 154. C.
Reſpublica optima ejus moderatio. 5 D. quæ fuerit Athenis 8 B Popularis. 27 A. ejus Præfecti novem. 30. C miſera. 32 E. ea duplici cive. 36 C. ad quod tempus perducenda. 37 B quæ ad ejus ſtatum præcipua 39 C exercitata. 40 C ſeparata. 48 C. a concione nomen accepit. 59 C. à quo numero tollenda, & danda Nomothetis. 64 C. contra eam ſentiens cum quibus everrendus. 67. B. ab ea qui removendus. 133 A qua ætate ſerviendа. 141. A. ejus everſor quibus ſubſit 151. B. ejus ſciſſa per quos cohibenda. 177 B. in quatuor claſſes diviſa. 187. B. (181 ibi rat. indicat.
Reus in judicio deſcribendus. 117. A. quomodo excipiat. 122 C pecunia quam deponat, vel ſolvat. 125. A. ejus hora. 129 A damnandus vel abſolvendus, quid ſolvat. 130 B. quando ejus damnatio. 30 A & inf
Rex primus Magiſt. 30. D ubi ejus ſeſſio. 31. C in Areopagi Senatu. 81 D. quorum quæſtionum judex 105 C controverſiarum tota determinat. 116 A judicum Præfectus. 148 B publicarum litium productor 149 C. in regia porticu, quas lites judicet. 150 A. ejus ſacra jura. 209. A.
Rhetores Symmoriarum qui. 186 C eorum jura, & merces 205 C. 216. B dum publicam cauſſam defendentes. 207 B.
Ridere prohibitum. 110 A
Ruſtici. 13 A. cujus in Repub. gradus. 30. B.

Sacella Jovis Bulæi, & Minervæ Bul. 53. C.
Sacerdotes à Regibus inſtituti. 26. B. qua culpa excluſi. 90 B. quibus contradixiſſi. 139. B. eorum judicia cui. 150. A. 209. A. turba eorum. 210 D. quorum Deorum. 211. A.
Sacerdotium controverſum ejus judicium. 150. A.
Sacra, eorum concio. 62. A. quibus prohibita. 91 B. Amphyctionica. 112. A. jura quibus 149 B duæ fuerunt. 204. A. eorum Præfecti & curatores. 208. B. eorum miniſtri varii. 211. B. quinquennalia. C.
Sacramentum. V. Jusjurandum.
Sacrifici, eorum jura. 211 B.
Sacrificia. 53 B quot. 208. B.
Sacrilegium, ejus judicium 90. A.
Sagittarii pauci, aucti. 196 B.
Salaminia, ſeu Delia quid. 204 A.
Scabellum judicandorum diverſum. 105. B.
Scriba, ejus officium. 61. B. ei tabella tradita. 117 A. cum Archontibus 119. D.
Semeles Cadmonata. 41 B.
Senatus qui. 14 B. quibus legibus ſubjectus. 36. A. duplex. 49. B. cum populo vinculatus. 50. C. ſorte deligendus. D. in eum ſuffectus. 51. B. approbandus & juramento. D in arce pecuniæ cuſt. us. 54. A. de quibus conſuleret. 55. D. de ejus ſcitis. 71 B. ejus in legibus ferendis gradus. 74. A. ejus judicia. 77. A populi Præconſultor 81. B jus ejus quando diſſolvatur. ibi. Areopagi quid C. & inf quingentum virum. 120. C. ejus conſilium. 145 B 147. A. domia eum corrumpens quibus ſubſit. 151. A ejus merces à quo tribuenda. 171 A. receſſum popularium faciens. 198 D.
Sententia, in qua ætate dicenda. 67. D. 68. A. qui excepti. C. in ea ferenda ratio. 129. D. & inf. exequutio. 131. C. mutatio. 137. A.
Servi inter cives accepti. 44. A. eorum vectigal. 163. B.
Severæ Ædes 17. B.
Sicilia, ejus clades. 28 C.
Signa, quæ obſervabantur. 70. D.
Silentium Judicum maxime Areopagi. 108. A. (67) quando & quibus. 129 B
Sinœcia feſtum Dionyſ. 25 C.
Sitonia & Sitones qui, eorum jus. 175. C.
Sitophylaces quid. 160 B. quot. D.
Spartani ad atas Deorum. 16. A.
Sphettus Opp conditur. 3. C.
Sportulæ quid. 185. A.
Socrates, quo peccato accuſatus. 117 B. damnatus. 130. C. 180. A
Solon an Areopagi inſtitutor. 15. A (36) legiſlator. 27. D. 28. A 30 A. ejus leges & laudes 32 B. leges quas ſuſtulit. C. Præfectus creatur. 33 B. accuſatur. 34. A ejus Reipub. C. divites effert. 35. A. is Reipub initium 37 B prudens. 39 B. officiorum nomina ſervat. 40. C. Senatus inſtitutor 49 B. laudatur. 50 D. ejus precipuum in Reipub bonum ſtatutum. 59 C ex ſeptem Sapientibus contra Dinemem, quid ſenſerit. 130. (117) proprietatem magiſtratus affert. 181. A. quatuor tantum tribus inſtituit. 179. E. 181. C. ejus lex accuſata, & diſciplina mutata. 187. C. ſcutum & haſtam abjiciт. 195 A.
Sophocles, de quo pnp 41 B
Sophroniſtæ qui, eorum jura. 177. C.
Sortitio cum lectione, Solis Ephetis convenit. 111 C.
Sortitio judicum. 119 B & ſubſortitio D. arbitrorum. 134 C ſubſortitio. 135 A Prætextorum. 148 B Metronimorum. 163. A. Nomotheticorum. C.
Statua in præmium. 75. B de his querela. C ænea quæſita. 76. C. aurea, à quo, & cui pendenda. 149. A.
Stipendia. V. Milites, emerita non impetrata. 201. B. rei navalis. 203. C.
Stips Nomothetarum. 72 B.
Strophium magiſtratus inſigne. 144. A.
Suffragia in frondibus ſcripta. 48 A. per fabas 51 B. 55. C. item frondibus 58. A per manuum porrectionem. 70 A. aliter. C fabarum. 77. B. quæ in abrogatione. D marinæ conchæ fuere. 130 D. deinde fabæ. 131. A. paria ad abſolutionem 132 B. in magiſtratus lectione. 142 B.
Suggeſtum, ipſius uſus. 63. D.
Supplicium capitale quando vetitum. 204. B.
Sycophanta, qui excluditur. 50 B. ſeu calumniator quibus ſubſit. 151 B.
Symbola judicum. 120. A & B.
Symmoriæ quid. 181. B 187 C. convocatæ 189. C.
Syndici qui, eorum jus. 170. D. 205. C. & D.
Synedri magiſtratus 180 D.
Synœcia ſacra celebrata. 25. C.

Ta-

Digitized by Google

Tabulæ communes & curiales. 146. A. Lexiarchicæ. V. *verbo hoc*.
Taxiarchi judicantur. 74. C. bello præfecti. 199. A. deni ſingular. tribuum. 201. C. exercitum ordinant. 202. A peditibus imperant. B. pomparum curatores. 210. B.
Telamon quibus Pater. 19. B.
Telluris ſigna cui grates liberati. 17. B.
Telonæ quid agerent. 163. A. 165. B C.
Tereus contumelioſ 41. B.
Teſtes cui juramento obſtricti. 107. B. eor. ratio. 126. D. *& inf.*
Teſtimonium falſum vel deſertum, ejus judicium. 122. C. 110. C. id negligenti mulcta. 127. A. B.
Tetrapolis Opp. conditur. 3. B.
Teucrus in patriam revertit. 19. B.
Thargelia feſta. 26. A. ab Archonte. 209. B.
Tharſybulus Reipub. reſtitutor. 28. A. D.
Theatrum concionis locus 64 A. ſpectaculor. ejuſque loca venalia. 173. C & 174.
Themiſtocles cum Ariſtide contendens. 35. B. in Xerſem. 37. C. optimi conſilii. 38. A. ex qua matre. 48. B damnatus. 81. B. a Solone adjutus. 85. A. aquarum perductor. 176. C. magiſtratus inſtituitur. 179. D. ſingularis ingenii. 197 B. navalia promovens. 198. B. immunitatem extendens. C.
Theori ſector. Præfecti eor. jura. 208. B 213. A.
Theramenes Reipub. reſtitutor. 28. A vir fortiſſimus. B judicatus præſentator. 180. B
Thermines Prætorum accuſator. 78. B.
Therſippus Archon IV. 8 A.
Theseus occiſor abſolutus. 18. B.
Theſeus R. 3. A. muros Athenar quare dilatat. 4. C. regium gubern. inducit. 5. C contra Amazones. 9 B jura remittens. D in urbem populum compulit. 11. C. populum dividit. 13. A. inſtituit. C de ejus Patre dubium. D. ſacra magnificat. 23 A. alia inſtituit. 25. C. legislator. 27. D. 29. A. ejus Reſpub. 34. C. ejus ædes fanum. 142. B. C. in Cretam aſportatus. 204. A
Theſmophoria ſeu Myſteria & Initia dicta. 24. A.
Theſmothetæ inſtituti. 27. (86) ſex. 30. D. ubi eorum ſeſſio 31. C. eor. cura. 32 A legum emendatores. 73. A. in Areopagi Senatu. 82 D. 83. in Heliæa. 116. B. eis competens actio. 122. B. his paraſtaſis debita. 125. B eor. concio quando. 142. A. abrogari dum ad coronas moti. 144 A. quid in concionibus. 147. C. ſex, judiciis, præfecti. 148. B. excuſſi. C bis probatis imperium. 149. A. publicarum litium productores C. ad iis pietatis judicia, quæ actiones ipſis propriæ. 150. C. *& ſeq. item*. 157. C. 159. B.
Theſpieus Archon X. 8. A.
Tholum quid. 53 D.
Thoricus Opp. conditur. 3. C.
Thucidides contendens. 35. B. damnatus. 81. B.
Thymoeta R. 3. A. interficit Aphidam. 7. A. abdicat ſe à Regno. 7. B.
Tibicines præſtantiones coram archonte. 183. C. procurati Choragis. 209. C.
Timarchus patruum deſpicit. 46. A.
Timocrates, ibi quid vetitum. 121. C.
Tractatio mala quibus permiſſa, ejus judicium. 97. D.
Tribus Athenar. inſtitutæ. 10. B. auctæ. C. ſubdiviſæ. E. allegoria. 11 A. auctæ. 34 C. earum diviſiones variæ. 40. B. *& ſeq.* in curias. 42. A. civitatis fundam. 46. C editio ipſis mandata. 48. B. concioni quæ præſidens. 61. B. ex ſingulis quinque, ex his unum ſortiri ad Ephetas. 110. C. earum cura conſilium. 145. B. *& inf.* ex ſingulis ſymmoriæ eligendæ. 184 A. ex ſingulis qui inſcribendi. 195. C. quorum reverſæ de pugna. 196. A. dant ſingulæ denos Taxiarchos 201 C.
Tributum varium. 186. A. ante alios & pro aliis collatum. 189 A. B
Trierarchia, ejus judicium. 158. A. earum variata conſuetudo. 181 B 189 C talento locata. 190. A.
Trierarchi qui. 181. D 184. (174) 185. B. cui legi ſubjecti. 186 B. in ſymmoria inſcribendi. 189 A. propriis ſumptibus armamenta comparantes. 189. C. onus eis impoſitum. 190. B C. ſeu militum Prætores. 199. A. parentes, Prætoribus, triremibus imperatores. 223. A. triremium ſacrarum. 204 C. 205. A.
Trigonum forum. 20. C. cui adherens. 114. A. à quo nominatum. 115. A.
Tripodes in præmium dati. 184. B.
Triremes conſtruens præmiatur. 58. B. ſacræ quæ & quot. 204. A. B (141)
Turpitudo a magiſtratu excluſa. 143. C.
Tutela, crimen ejus judicium. 101. B. exitus ab ea. 144 D judices ejus. 153. C.
Tyranni triginta. 28. A. (90)

Vacationes quibus datæ. 186. B. 187. A.
Vectigalia civitatis quæ & quot. 162. B. inquilinorum ſervorum & meretricum. 163. B. earum. 165. B. metallorum laurior. 197. C.
Vela tollenda quid. 65. B. C. 76. B.
Venditores quot, eor. adminiſtratio. 164. C.
Venenum ejus judex. 104. C.
Verbera, eor. judicium. 97. A. 159. B.
Victus publicus cui. 14. C. in prytaneo. 95. B. quæſitus. 76. C. conceſſus. *ibi & 77.* A. ejus judicium. 99. D. 154. B. muſicor. artificum. 183. C. remigum. 185 B.
Vidua domum compilans damnanda. 130 C. mulctæ ſubjacens, quæ in Heliæam introducenda. 141. B.
Vincula quorum criminum. 53. A. quor. æſtimatio. 123. B. 132 C. 152. A. 153. B.
Vindicatio ejus judicium. 101 A.
Violatum patrocinium ejus judicium. 101. B.
Vis, ejus judicium. 97. C. 159. B.
Undecimviri ſummum ſupplicium inferentes. 132. B. 151. C. qui. 179 D.
Vocationes in jus, in capſulam. 128. B.
Vulnus quis ejus judex. 104. C.

Xenocrates integerrimus. 128 A.
Xenophon tenuiores in partem Reip. vocat. 38. B.
Xerxes ejus armor. impetus. 38. B.

F I N I S.

ERRATA	CORRIGE.	ERRATA.	CORRIGE.
54 C lin. p. proſcriberetur	præſcriberetur.	103. D. lin. 8. genuue	genus.
lin. 5. proſcriptum	præſcriptum.	138. B lin. 2. accuſata	accuſare:
lin. 8. proſcriberatur	præſcriberetur.	142. A. lin. 4. ligitime	legitimè.
79 A lin 4. Canoni	Canonis.	B lin. 4. probaſſen	probaſſent.
98. B. lin. ul. mucſtam	mulctam.	192. C. lin. 11. *populi*	*populo*.

IN-

I N D E X,

In quo voces Græcæ, in Sigonii textu non explicatæ, Latinè redduntur.

ἀγορὰν, *forum*. p. 64.
ἀδύνατοι, *non potentes, invalidi*. p. 56.
αἱ δὲ λήξεις τῶν δικῶν τοῖς ἐμπόροις ἔμμηνοί εἰσι, *intentiones litium mercatorum menſtruæ ſunt*. p. 118.
ἀνάῤῥυσις, ἡ, *redemptio*. Heſych. eſt etiam, *nomen diei ſecundi* ἀπατουρίων. p. 25.
ἄξονες, *axes rotæ*. Apud Athenienſes erant *axes lignei, in quos leges Solonis erant inciſæ*, ut Budæus explicat. p. 36.
ἀρχὴν κυαμευτικὴν, *magiſtratum faba electum*. p. 51.

βουλαῖον, *conſiliarium, conſilii præſidem*. Jov. Epithet. p. 23.

δημάρχους, *populo imperantes, populi curatores*. p. 43.
διδόναι διαχειροτονίαν τῷ δήμῳ, *dare dijudicationem populo*. p. 69.
δικαστὰς κατὰ δήμους, *judices juxta populos*. p. 159.
δοκιμάζοντας, *probantes, explorantes*. p. 44.
δοκιμασίαν, *probationem, explorationem*. p. 44. 56. & 83.
δόρπεια, & δορπία, *prima dies Apaturiorum*; dicta (ut Suid. tradit) quod qui ex eadem tribu eſſent, ad cœnam convenirent. p. 25.

ἔθνη, *gentes*. p. 10.
εἰσαγγελία, *delatio, accuſatio*. p. 56. & 77.
ἐπίβδαν, *diem quartum Apaturiorum*: Etymologia tradit Suid. & Heſych. p. 25.
ἐπιμελητὰς τῶν κοινῶν προσόδων, *curatorem publicorum redituum*. p. 172.
ἐπιστάτας, *præfectus*. p. 177.
ἐπιψήφισμα, *decretum*: ſæpe, *plebiſcitum*. p. 62.
ἐπιψηφίζειν τὸ ψήφισμα, *confirmare decretum*. p. 69.
ἐπιψήφισιν, *confirmationem decreti*. p. 75.
ἑρκεῖον, *ſeptitium & cortalem*, ut Budæus explicat: de *Jove* dicitur. p. 23.

θεσμοὶ, *leges*. p. 38.

κάθαρμα, τὸ, *purgamentum, piamentum*: it. id, *quod ad purgandum adhibetur, ſive ad expiandum*. p. 66.
κανηφόροι, *ciſtas ferentes*. p. 23.
κατηγοριῶν, *accuſationum*. p. 88.

κουρεῶτις, *dies tertius Apaturiorum*; dictus à κοῦρος, *juvenis*. p. 25.
κτήσιον, *quæſtorem, fortunatorem*; de *Jove* dicitur. p. 23.
κύρβεις, *tabulæ triangulæ pyramidis formâ, cui leges inſcribebantur*. p. 36.

λειτουργίας, *munera publica*. p. 185.

μειλίχιον, *blandum, placidum*. p. 23.

νομοθέτας, *legumlatores*. p. 71.

πάνδημος, *ad univerſum populum pertinens, publicus*. p. 64.
πολιέα, *urbium tutorem*. Jovis cognomen. p. 23.
πολιοῦχον, *urbis tutatorem*. Jovis Epithet. p. 23.
πράκτορας, *exactores*. p. 169.
προβολὴ, ἡ, *actio objiciendi, & opponendi aliquid ſeu prætendendi*. It. *actio Athenis adverſus eos, qui aliquam injuriam die feſto, & ſollemni intuliſſent*. p. 77.
πρόγραμμα, *ſcriptum, quod publicè proponitur aliquid indicans, aut fieri jubens*. p. 65.
προχειροτονεῖν, *ante ſeu prius creare*: vel, *præ aliis ſeu ante tempus aliquid deſignare*. p. 60.
πυκνότης, *denſitas*. p. 64.

ταμίας ἐν ἀκροπόλει, *quæſtores in arce*. p. 169.
ταμίας τῆς διοικήσεως, *quæſtor adminiſtrationis*. p. 172.
τὴν τῶν πεντακοσίων βουλὴν, *Senatum quingentum virûm*. p. 49.
τριττύας, *trientes, tertias partes tribuum*. p. 10.

ὕβρεως γραφὴν γράφεσθαι, *injuriarum agere*. p. 88.

φίλιον, *amicitiæ præſidem*; cognomen Jovis. p. 23.
φιλοβασιλεῖς, *amici regis*. p. 21.
φρατρικὰς, *ad eadem pertinentes*. p. 20.
φρατριάρχους, *curiis imperantes, curiarum curatores*. p. 43.
φρατρίας, *curias*. p. 10.
φράτριον, *curialem*. p. 23.

χειροτονίας, *ſuffragiorum lationes*. p. 70.

CAROLI
SIGONII
DE
TEMPORIBUS
ATHENIENSIUM,
LACEDAEMONIORUMQUE
LIBER.

Digitized by Google

CLARISS. VIRO

ANDREÆ LAUREDANO,

BERNARDINI F.

PATRICIO VENETO,

CAROLUS SIGONIUS S.

VIde, quanti te faciam, ANDREAS LAUREDANE, *Vir Clariſſime, quanquam id quidem merito; neque enim quiſquam eſt omnium, cujus erga me plura, aut majora extent vel amoris ſigna, vel officii teſtimonia. Sed vide quæſo, quantum ego tua vel tenui commotus admonitione ſuſceperim. Quos ego libros modo de priſca Athenienſium Republica ex intima erutos vetuſtate confeci, eos novo Atticorum Temporum, Spartanorumque additamento mihi ornandos ſumpſi; ejus ſcilicet ſermonis memor, quem tu mecum domi tuæ ſuperiore anno Venetiis habuiſti; cum diceres, opus, quod ego, quemadmodum ex me audiebas, animo agitarem, ſine dubio utile, atque adeo etiam pleriſque non injucundum futurum; verum propter obſoletam eorum jampridem ſæculorum, quæ mihi eſſent repetenda, memoriam, nimium multis fortaſſe tenebrarum difficultatibus impeditum. Itaque probe me facturum, ſi non leviſſimo huic, quoquo modo poſſem, incommodo ſubveniſſem. Quam ob rem cum re ipſa, quæ certe aliter evenire, ac tu prudenter, acuteque ſenſiſti, nequaquam poterat, tum præſertim tua, quæ apud me graviſſima eſt, voluntate adductus, feci non invitus, ut perfecta jam tota, quam inſtitueram, de Republica diſputatione, Atticam omnem à Cecrope rege annorum mille & trecentorum hiſtoriam, brevi digeſtam commentario litteris ita perſequerer, ut Athenarum urbis ortus, & incrementa, ut bella, ut ſeditiones, ut Reipublicæ mutationes, ut ducum denique philoſophorumque, atque oratorum nobiliorum ætates, explicatis ordinibus temporum tanquam in picta aliqua ad delectationem tabula demonſtrarem; cui operi deinde propter rerum affinitatem, & temporum conjunctionem, longiſſimam etiam Spartanorum regum omnium ſeriem, clariſſimis cujuſque notatis rebus, adjunxi: eo nimirum conſilio, ut quoad ipſe conſequi diligentia poſſem, nihil in hac diſputatione obſcuritatis paterer reſidere, quod quidem parere priſcorum temporum, & à noſtra longe memoria remotorum ignoratio poſſet; ſimulque, ut quanti ego judicium tuum facerem, declararem, quod ſequutus vetuſtiſſimis, ac præſtantiſſimis actionibus in ſua tempora digerendis Græcæ hiſtoriæ univerſæ præſidii, ac luminis aliquid attuliſſem; cujus hiſtoriæ lectione, quantopere ipſe delecteris, oſtendiſti tum aperte, cum nummis antiquiſſimis, ac tabulis, ſigniſque ex cuncta Græcia magnis ſumtibus conquiſitis, celebre Muſeum illud tuum Venetiis ita locupletaſti, ut nemo hodie princeps, nemo paullo humanitatis, ac litterarum ſtudioſus exiſtat, quin ſibi tam illud viſendum, quàm Venetias ipſas omni monumentorum genere toto terrarum orbe admirabiles putet. Quo ſtudio illud conſequutus es, ut cum priſcarum litterarum cognitione, in quibus ipſe jampridem ab omni populari remotus ambitione magna cum tua laude verſaris, tum illuſtri in primis doctorum hominum omnium, à quibus propterea merito ſtudioſiſſime coleris, gratia, & benevolentia floreas. Ex quibus quoniam, quæ tua fuit humanitas, me præcipuo ſemper amore complexus es, jam illud meæ pariter eſſe pietatis videtur, ut ego contra & tibi, & clariſſimis juvenibus filiis tuis jampridem ad gloriam horum ſtudiorum, omniſque virtutis laude nitentibus, quodcunque poſſim, honoris genus, atque obſervantiæ reddam; cui quidem officio cum juſtiſſime, tum vero etiam libentiſſime ſemper, dum vita ſuperabit, inſerviam. Vale.*

Bononiæ K. Sept. M. D. LXIIII.

RE-

REGNUM ATHENIENSIUM.

REGES.

A CECROPS Ægyptius, qui poſtea Biformis appellatus eſt, Rex Primus, regnat aonos L.
Hic Atticæ incolis in XII. oppida coëgit, Cecropiam, Tetrapolim, Epacriam, Deceliam, Eleuſin, Aphydnam, Thoricum, Brauronem, Cytherum, Sphertum, Cepheſiam, & Phalerum; eorumque principatom Cecropiæ collocavit; urbem, agrumque Minervæ conſecravit; Cectopiæ, quam poſtea Athenas vocavit, B regnum inſtituit; Populum in tribus IIII. diſtribuit, Cecropidem, Autocthonem, Actæam, & Paraliam; Judicium in Areopago inſtituit.

CRANAUS Rex II. regnat annos IX.
Hic Cecropis regis gener poſt mortem ejos regnom adeptus eſt. Idem tribuum IIII. nomina immutavit, eaſque Cranaidem, Atthidem, Meſogæam, & Diacridem appellavit. Eo regnante Deucalionis Promethei F. diluvium extitit.

AMPHYCTION Deucalioois F. Promethei N. Rex III. regnat annos X.
C Hic Cranao rege, ſocero ſuo, pulſo, regnum occupavit, idemque cooſeſſum Amphyctionum ad Thermopylas cooſtituit, ejuſque XII. Græciæ populos participes fecit, Ionas, Dores, Perræbos, Bœotos, Magneras, Achæos, Phtiotas, Malienſes, Dolopas, Ænianas, Delphos, & Phocenſes.

ERICHTHONIUS Neptuni F. Rex IIII. regnat annos L.
Hic Amphyctione rege exacto regnum invaſit; Tribus IIII. Diacridem, Athenaidem, Poſidoniadem, & Hepheſtiadem D appellavit. Panathenæa mioora, & virgines Canephoras inſtituit. Eo regnante Sparta à Lacedæmone rege condita.

PANDION Erichthonii Regis F. Rex V. regnat annos XL.
Hic bellum cum Labdaco Thebanorum rege de agri finibus, accito è Thracia Tereo Martis F. geſſit, & re bene geſta Tereo Pracnem filiam collocavit. Hoc regnante Ceres, & Dionyſius in Atticam venerunt. Ceres filiam Proſerpinam quærens ad Celeum Eleuſine regnantem divertit, & frumenti ſerendi rationem E Triptolemum Celei F. docuit. Dionyſius Icario hoſpiti ſuo vitis ſationem tradidit. Utrique hooores, & ſacra ioſtituta.

ERECHTHEUS Paodioois Regis F. Rex VI. regnat annos L.
Erechtheus, & Botes fratres gemini, Pandionis regis filii fueruot; quorum Erechtheus regnum, Butes ſacerdotium Minervæ, & Nepruni adeptus eſt; ab eo Erechthidæ, ab hoc Butadæ, ſive Eteobutadæ profecti ſuot.

BELLUM ELEUSINIMU.

Erecbtheus rex cum Eleuſioiis bellum geſſit, auxilio oſus Ionis, Xothi F. Hellenis N. Deucalioois Proo. Eleuſinios Eumolpus Thrax jovit, is qui ſacra Eleuſiniæ Cereris, Myſteria dicta, Eleuſioiis tradidit; à quo poſtea Eomolpidæ appellati. Erechtheus filiam io bello pro ſalute civitatis devovit; reliqoæ ſibi mortem conſciveruot; majora myſteria Cereris Eleuſiniæ Athenas indoxit; ſacra Boëdromia inſtituir; Forum Prytaoeum erexit, tribus IIII. nominavit, Agricolas, Armatos, Caprarios, & Opifices.

CECROPS minor Erechtbei Regis F. Rex VII. regnat annos XL.

PANDIO minor Cecropis Regis F. Rex VIII. regnat annos XXV.
Hic per arma civilia à Metionidis pulſus, à ſocero Pyla Megarenſium rege eſt reſtitutus. Eo regnaote Dædalus ſaber inſignis Atheois floruit.

ÆGEUS Paodionis Regis F. Rex IX. regnat annos XLVIII.

BELLUM CRETICUM.

Androgeo Minois Cretę Regis F. Athenis, dum Panathenæa celebrarentur, per inſidias interempto, Athenienſes à Minoë bello petuntur; eo in bello Hyacinthi filiæ placandi numinis cauſſa mactatæ. Theſeus ab Ægeo patre ad pœnas Minoi regi lege victoriæ dandas in Cretam miſſus, Minotaurum io Labyrintho necavit, & Minois filias Ariadnam, Phædramque abduxit. Reverſus domum Palantidas inſidias ſibi parantes interemit: Marathonium porcum ſuſtulit. Ægeus Delphinium forum inſtitoit.

THESEUS Ægei Regis F. Rex X. regnat aooos XXX.

BELLUM AMAZONUM, ET EURYSTHEI.

Hic Helenam Tyndarei Regis Spartæ filiam rapuit, eamque Aphydnis collocavit: Bellum cum Amazonibus ad Athenas geſſit, earumqne unam Hippolytam ſibi deſpondit: Heraclidas ab Euryſtheo Mycenarum rege poſt Herculis patris obitum Peloponneſo ejectos Athenis excepit, eoſque contra Euryſtheum bello ioterra Attica geſto defendit: Athenarum urbem auxit, eoque Atticos omoes ex XII. oppidis, agriſque compulit: Oſchophoria, Metœcia, Panathenæa magna, & Myſteria parva inſtituit: Populum io Eupatridas, Agricolas, & Opifices diviſit: Popularem Reipubl. ſtatum demonſtravit.

MENESTHEUS Petei F. Ornei Nepos, Erecbthei regis Pronepos, Rex XI. regnat annos XXIV.

Hic

Hic ſeditione in abſentem Theſeum regem Athenis excitata, regnum occupat, ope Tyndaridarum, quorum ſororem Helenam ille rapuerat, & cum ceteris Græcis ad Ilium expugnandum profectus, moritur. A

DEMOPHOON Theſei Regis F. Rex XII. regnat annos XXXIII.
Hic Meneſtheo rege mortuo regnum paternum recuperavit. Idem Palladium forum, & Ephetas, & Phreattium forum inſtituit. Ejus regni anno primo TROJA CAPTA.

OXYNTES Theſei Regis F. Rex XIII. regnat annos XII.
Mortuo ſine filiis Demophoonte rege, Oxyntes frater ejus regnum ſuſcepit. B

APHIDAS Oxyntæ Regis F. Rex XIV. regnat annum I.
Dodonæi Jovis oraculum Athenienſibus redditum, ut Spartanis parcerent, ſi quando ſupplices ad aras Eumenidum, & in Areopagum confugiſſent.

THYMOETES Oxyntæ Regis F. nothus, Rex XV. regnat annos VIII.
Thymœtes Oxyntæ regis F. ex concubina ortus, Aphidante rege fratre interfecto, regnum occupavit; & ultimus ex familia Erechthidarum Athenis regnavit.

MELANTHUS Andropompi F. Meſſenius, Rex XVI. regnat annos XXXVII. C

BELLUM BOEOTICUM.

Melanthus Meſſenius ab Heraclidis in Peloponneſum reverſis domo pulſus, Athenas venit, & interfecto ſingulari certamine Bœotorum hoſtium, quibus cum bellum tum forte ab Athenienſibus gerebatur, duce Xantho, Thymete rege abdicante, ad regnum evehitur; ab eo Melanthidarum familia ducta. Idem Apaturia ſacra Athenis inſtituit.

CODRUS Melanthi Regis F. Rex XVII. regnat annos XXI.

BELLUM LACEDÆMONIUM PRIMUM. D

Dores, qui Peloponneſum incolunt, Athenienſibus, quod Megara coloniam condidiſſent, bellum intulerunt. Athenienſes Codro rege duce, cum ſe ex vaticinio quodam, pro patriæ ſalute devoviſſet, victoriam retulerunt. Spartani, qui intra portas irruperant, ad aras Eumenidum ſe receperunt, & incolumes dimiſſi ſunt; hoc primum bellum cum Lacedæmoniis fuit.

ARCHONTES PERPETUI. E

MEDON Codri Regis F. Archon primus, imperat annos XX.
Codro rege à Doribus hoſtibus interfecto, placuit Regum imperium imminnere, atque referendis rationibus obnoxium reddere; neque Reges in poſterum, verum Archontes creare; ex quibus fuit Medon, unde familia Medontidarum eſt appellata. Horum Archontum obſcuriſſima tempora, factaque ſunt. A

AGASTUS Archon II. annos XXXVI.
ARCHIPPUS Archon III. annos XIX.
THERSIPPUS Archon IV. annos XLI.
PHORBAS Archon V. annos XXXI.
MECADES Archon VI. annos XXX.
DIOGENETUS Archon VII. aon XXVIII.
PHEREDUS Archon VIII. annos XIX.
ARIPHRON Archon IX. annos XX.
THESPIEUS Ariphronis F. Archon X. annos XXVII.
AGAMENESTOR Archon XI. annos XX.
ÆSCHYLUS Agameneſtoris F. Archon XII. annos XXIII.

OLYMPIADES INSTITUTÆ. B

Æſchyli Archontis anno ſecundo Iphitus ludos Olympicos in Elide, ut quarto quoque anno celebrarentur magno totius Græciæ conventu, inſtituit. Quod annorum ſpatium Olympias appellatum eſt; atque ex hoc tempore apud Græcos anni ex Olympiadibus digeri, ac numerari cœpti.

OLYMPIADE I.

Primus annus primæ Olympiadis in annum xxxiv. Nicandri regis Lacedæmoniorum incidit, ut ſcribit Clemens, & in ſecundum Æſchyli Archontis Athenienſis, ut prodit Euſebius. C

II.
III.
IV.

Hac Olympiade Abaris ab Hyperboreis Athenas legatus miſſus, ut pro univerſali peſtilentia ex oraculo ſacrificarent.

V.
VI.

ALCMÆON Æſchyli F. Archon XIII. annos II.

VII.

ARCHONTES DECENNALES. D

CHAROPS Æſchyli F. Archon XIV. annos X.
Alcmæone Archonte perpetuo mortuo, placuit Athenienſibus, ut Archontes in decennium tantum imperium obtinerent; primuſque Charops Æſchyli F. creatus eſt. Charopis Archontis decennalis anno primo, qui incidit in annum primum Olympiadis ſeptimæ, ROMA à Romulo in Latio condita eſt.

VIII.
IX.

ÆSIMEDES Æſchyli F. Archon XV. an. X. E

X.
XI.

CLIDICUS Æſimedæ F. Archon XVI. annos X.

XII.
XIII.
XIV.

HIPPOMENES Archon XVII. annos X.
Hic adulterum cum Limonia filia deprehenſum, unaque filiam ipſam exquiſito ſupplicio interfecit.

XV.
XVI.

Hu-

A Hujus Olympiadis anno ſſſ. Numa Pompilius Romæ regnum iniit.

XVII.

LEOCRATES Archon XVIII. annos X.

XVIII.
XIX.

ABSANDER Archon XIX. annos X.

XX.
XXI.
XXII.

ERYX Archon XX. annos X.

XXIII.

Hac Olympiade vixiſſe Homerum poëtam contendit Archilochus.

XXIV.

B

DEMOCRATIA ATHENIENSIUM.

ARCHONTES ANNUI.

HUjus Olympiadis anno III. ab Athenis conditis DCCCLXVII. Archontum decennalium imperio abrogato, ſumma rerum novem Archontibus quotannis eſt mandata, Regi, Archonti, Polemarcho, & Theſmothetis ſex; permiſſumque, ut ab Archonte anni ſinguli nominarentur. Primus Archon annuus fuit CREON, C ſecundus TLESIAS. Ab hoc tempore Democratia Athenienſium initium capit.

XXV.
XXVI.

Hujus Olympiadis anno primo Carnia ſacra Spartæ inſtituta, ſecundo verò, Archonte LEOSTRATO, TULLUS Hoſtilius Romæ regnum excepit.

XXVII. AUTOSTHENES.
XXVIII. MILTIADES.
XXIX. ARCHIMEDES.
XXX. MILTIADES.

Hujus Olympiadis anno ſſ. Cypſelus Corinthi tyrannidem occupavit.

XXXI. D
XXXII.
XXXIII.
XXXIV.
XXXV.

Hujus Olympiadis anno ſt. Archonte DAMASIA, Thales Mileſius primus è ſeptem Græciæ Sapientibus natus eſt. Ancus Marcius Romæ regnum ſuſcepit.

XXXVI.
XXXVII.
XXXVIII.

Periander Cypſeli F. tyrannidem Corinthi excepit.

XXXIX.

E

DRACONIS LEGISLATIO.

Hujus Olympiadis anno ſeſſ. DRACO civis Athenienſis primus leges populo, & Democratiæ Athenienſi nullis dum legibus aſtrictæ ſcripſit.

XL.
XLI.

Hujus Olympiadis anno ſſ. Archonte ENOCHILO Tarquinius Priſcus Romæ regnum iniit.

XLII.
XLIII.

BELLUM MITYLENÆUM.

Hac Olympiade Athenienſes de Sigeo & Achilleo oppido cum Mitylenenſibus bellum geſſerunt, ducibus illinc Phrynone, hinc Pittaco Mitylenæo, qui Sapiens fuit unus è ſeptem. Demum Periander Cypſeli F. Corinthi tyrannus, arbiter inter Athenienſes, & Mitylenæos lectus, litem Athenienſibus adjudicavit.

XLIV.
XLV.

Hac Olympiade Cylon civis Athenienſis ſociis multis aſſumptis tyrannidis invadendæ cauſſa arcem Athenis occupavit, atque ibi ab Athenienſibus diu obſeſſus, cum tandem ad aram Minervæ ſupplex confugiſſet, à Megacle Alcmæonide, & collegis Archontibus eſt interſectus.

SEDITIO PRIMA.

Seditione adverſus Megaclem, ceteroſque, qui piaculo commiſſo, Cylonem, Cyloniosque ſocios ad aras obtruncarant, excitata, pleriqua eorum judicio in eos ex Solonis ſententia conſtituto pœnas dederunt.

BELLUM MEGARENSE PRIMUM.

Salamis, quæ antiqua Athenienſium poſſeſſio fuerat, ad Megarenſes defecit. Ea de re Athenienſes bello cum Megarenſibus parum proſpere geſto, Niſæam oppidum etiam amiſerunt.

XLVI.

Hujus Olympiadis anno primo civitate multis incommodis, & præterea peſtilentiæ morbo affecta Epimenides Phæſtii F. è Creta accitus Athenas venit, & civitatem ſacrificio quodam facto expiavit.

SEDITIO SECUNDA.

Ejuſdem anno ſſ. Archonte PHILOMBROTO, Pediæi, Diacrii, & Paralii ſeditionem novam propter æris alieni, quo demerſi erant, magnitudinem, Athenis excitarunt; cui malo cum finis nullus appareret, Soloni, civi Athenienſi, eidemque è novem Sapientibus uni, ſeditio componenda, & Reſpublica novis legibus conſtringenda commiſſa eſt.

SOLONIS LEGISLATIO.

EJuſdem anno ſſſ. SOLON Archon, & Legiſlator declaratus novis tabulis inductis, ſeditionem ſedavit, & Rempublicam novis legibus temperavit, Draconis legibus, præterquam quæ de cæde latæ erant, ſublatis.

XLVII.

Hac Olympiade Anacharſis Scytha ſapiens Athenas venit, & cum Solone de legibus inſtituendis diſputavit.

XLVIII.

g BEL-

XLIX.
L.

BELLUM MEGARENSE II.

Cum bello adverſus Megarenſes de recuperanda Salamine ſæpe infeliciter geſto, capitali pœna ſanctum eſſet, ne unquam amplius ea de re verba in populo fierent, Solon ſtultitia ſimulata, verſibus in foro eam expeditionem ſuaſit. Piſiſtratus Hippocratis F. juvenibus matronarum cultu ornatis, cum hoſtes decepiſſet, Salaminem, & Niſæam recepit. Ejus inde rei arbitrio ad quinque-viros Lacedæmonios rejecto, Solon cum Homeri teſtimonio, tum vetere ſepeliendi ritu allato, Salaminem ad Athenienſes pertinere docuit, atque inde per decennium ab urbe receſſit.

LI. Hujus Olympiadis anno IIII. Archonte ARCHESTRATIDE, Ser. Tullius Romæ regnum inivit.

LII. Hujus Olympiadis anno III. Archonte ARISTODEMO, Pittacus Mitylenæus ſapiens mortuus eſt, Chilone Lacedæmonio item ſapiente jam ætate confecto.

LIII.

SEDITIO TERTIA.

Hac Olympiade Athenis inter Pediæos, Paralios, & Diacrios ſeditio iterum exarſit, cum Pediæis Megacles, Paraliis Piſiſtratus, Diacriis Lycurgus adeſſet; cui ſeditioni Solon è peregrinatione reverſus intervenit.

PISISTRATI TYRANNIS.

Ejuſdem Olympiadis anno III. Archonte COMIA, Piſiſtratus rebus Megarenſi bello nuper à ſe pro Rep. bene geſtis, populo expoſitis, & inimicorum inſidiis adverſus ſe ſimulatis, cum ſe ipſum virgis mulctaſſet, quem ab inimicis mulctatum diceret, cuſtodes corporis ſui trecentos adverſus eos à populo poſtulavit; eoſque fruſtra adverſante, & malum præmonente Solone obtinuit; atque ita arce occupata tyrannidem extemplo exercuit. Ejuſdem Olympiadis anno IIII. qui fuit alter, poſtquam Piſiſtratus tyrannidem occupavit, Archonte Hegeſtrato, Solon LXXX. annos natus diem ſuum obiit.

LIV. Hujus Olympiadis anno II. Piſiſtratus tyrannus à Megacle, & Lycurgo, quibus cum ſeditioſe contenderat, urbe ejicitur.

LV. Hujus Olympiadis anno III. Piſiſtratus exul præmiſſa in curru in urbem muliere, quæ Deæ cultu ornata, quaſi Minerva, populum de ſe reſtituendo moneret, Megaclis inimici ſui filia ſibi deſponſa, in civitatem, tyrannidemque reducitur.

LVI. Hujus Olympiadis anno IIII. Piſiſtratus tyrannus arma à Megacle ſocero rei uxoriæ improbe adminiſtratæ cauſſa adverſus ſe parari ſentiens, urbe cedit, & Eretriam ſe confert.

LVII.
ERICLIDES. LVIII.

Cyrus rex Perſarum victor Sardes, ubi Crœſus rex Lydorum latebat, ingreſſus eſt. Anaximander Mileſius philoſophus annos natus LXIV. mortuus, qui Thaletem Sapientem audiverat.

LIX.

Hujus Olympiadis anno II. Piſiſtratus exul poſt annos XI. quam urbe ceſſerat, exercitu comparato, & ſecundo prœlio ad Marathonem cum civibus ſuis facto, urbe potitus tyrannidem confirmat; vir alioquin de omni genere humanitatis optime meritus; quippe qui verſus Homericos antea diſſipatos per Ariſtarchum grammaticum in unum, ut nunc ſunt, corpus redegerit, & libros diſciplinarum liberalium publice ad legendum præbendos primus Athenis poſuerit.

PISISTRATIDARUM TYRANNIS. LX.

LXI.

Hujus Olympiadis anno III. Piſiſtrato tyranno mortuo, filius ejus HIPPARCHUS tyrannidem, ut vulgo creditum eſt, excepit.
Ejuſdem Olympiadis anno IIII. Archonte HERCULE Tarquinius Superbus regnum Romæ inivit, idque in tyrannidem tranſtulit.

LXII.
LXIII.
MILTIADES. LXIV.

Hujus Olympiadis anno IIII. Darius regnum Perſarum iniit.

LXV.

Hujus Olympiadis anno I. Harmodius, & Ariſtogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt. Quo facto exacerbatus HIPPIAS frater ejus tyrannidem multo ſæviorem continuavit.

TYRANNI EXACTI.

Ejuſdem Olympiadis anno IIII. Lacedæmonii ſæpe à Pythia moniti, ut liberarent Athenas tyrannide Piſiſtratidarum oppreſſas, primum Anchimolium ducem, deinde Cleomenem Anaxandridæ filium regem cum exercitu miſerunt, & Hippiam tyrannum diu obſeſſum tandem urbe cedere coëgerunt. Hujus autem exactionis auctor Cliſthenes Alcmæonides civis Athenienſis fuit, qui Pythiam induxerat, ut Lacedæmonios de rebus ſuis ſe conſulentes ad Athenas liberandas adhortaretur.

SEDITIO QUARTA. LXVI.

Exactis autem tyrannis, Cliſthenes, & Iſagoras cives Athenienſes inter ſe de principatu contendere cœperunt. Cliſthenes populo in decem tribus diviſo, & conſtituta Republica Iſagoram urbe expulit. Ab eodem Demarchi, Phylarchi, Apodectæ, & oſtraciſmus eſt inſtitutus. Nomina vero decem tribuum ab eodem inductarum, hæc fuerunt, Cecropis, Erechtheis, Pandionis, Ægeis, OEneis, Acamantis, Leontis, Hippothoontis, Antiochis, & Ajacis.

Iſa-

Iſagoras inde à Cleomene Spartæ rega reducitur, Cliſthene, & reliquis, qui ſcelare Cylonio ſe quondam obſtrinxerant, urbe axactis. A

Poſt autem Claomane ex arce, quam cum Iſegore occuparat, ab Athenienſibus dejecto Cliſthenes raſtituitur.

BELLUM LACEDÆMONIUM II.

Ad axtremum Cleomenes rex accito Sparta, & altero rege Damarato Iſagoram reducturus, Eleuſinem cum exarcitu primum invaſit, deinde alieneris ſociorum animis, irrito conatu inde diſceſſit. B

LXVII. ## BELLUM CHALCIDENSE, & BOEOTICUM.

Athenienſes hoc tempore bellum cum Chalcidenſibus EnbϾ bene geſſerunt, & magnum hinc ad amplitudinem, & potentiam gradum fecerunt, præſertim vero Bœotis, qui ſe Chalcidenſium defenſores profeſſi erant, atiam prœlio profligatis.

LXVIII. ISAGORAS.

Hujus Olymp. an. 1. tyranno SUPERBO axacto Conſules primi Romæ iniarunt

LXIX. ## BELLUM ÆGINETICUM C

Æginetis bellum ab Athenienſibus illatum, quod, præter veteres ſimultatum cauſſas, Bœotos armis bello ſuperiore juviſſent; idque vario utrinque aventu mari diu geſtum.

LXX. MYRUS.

LXXI.

1. HIPPARCHUS.
2. . . . .
3. THEMISTOCLES.

Piræei portus prima fundamenta jacta ſunt.

4.

LXXII.

1. DIOGENETUS.
2. HYBILIDES.
3. PHÆHIPPUS.

BELLUM PERSICUM DARII.

Darius rex Parſarum eb Hippia quondem tyranno, tunc exule, & jam ſene concitatus, duce exercitus Dati, in Atticam magno conatu ſe intulit, coi cum Athenienſes, cunctantibus Lacedæmoniis occurriſſent, prœlio ad Marathonem Miltiade Cimonis filio duce commiſſo, proſpere pugnarunt, regiſque copias profligarunt; quo in bello Ariſtides etiem cognomento *Juſtus* egregiem operam navevit. E

4. ARISTIDES.

LXXIII.

1. ANCHISES.
2. LACRATIDES.
3. . . . .

Dario Parſarum regi mortuo Xerxes ſucceſſit.

4. . . . .

LXXIV.

1. LEOSTRATUS.
2. . . . .

Ariſtides cognomento *Juſtus* per oſtraciſmum urbe pulſus eſt.

. . . . 3.

. . . . 4.

BELLUM PERSICUM XERXIS. LXXV.

CALLIAS. 1.

Xerxes rex Parſerum cladem ſuperiora bello acceptam ulturus, Helleſponto ponte juncto, Athoque monte perfoſſo cum maximo exercitu, & ingenti claſſe, trajecit in Græciam. Cui cum obviam Athenienſes, Lacedæmoniique conſociatis armis veniſſent, Lacedæmonii terra, duca Leonida rege ad Thermopylas, ad unum cæſi ſunt; Athenienſes autem ad Artemiſium, & Salaminam, ducibus Themiſtocla Athenienſi, & Euribiade Lacedæmonio mari bene pugnerunt. Athenæ, quas Athenienſes tianslatis in Salaminem pueris, mulieribuſque reliquerant, à barbaris incenſæ, ac dirutæ ſunt. Ariſtides ante tempus ab exilio revocatus. Euripides poëta natus. Anaxagoras Clazomenius annos xx. natus cœpit Athenis philoſophari, atque ei muneri per annos xxx. operam dedit.

XANTHIPPUS. 2.

Græci cum Mardonio duca Xerxis bena pugnerunt ad Platæas in Bœotia ducibus Ariſtide Athenienſi, & Pauſania Lacedæmonio rutore Pliſterchi regis, Leonidæ, qui ad Thermopyles ceciderat, filli; eademque hora ad Mycelem in Ionia ductu Xenthippi Athenienſis, & Leotychidæ regis Lacedæmonii. Athenienſes duce Xanthippo Seſtum Medorum oppidum in Helleſponto occuparunt. Ariſtides è bello domum reverſus legem ferr, ut magiſtratus, qni divitibus ſolis Solonis lege patebant, omnibus civibus æque communicarentur.

TIMOSTHENES. 3.

Athenienſes opera Themiſtoclis muros urbis bello Perſico everſos, adverſantibus Lacedæmoniis, reficiunt.

ADIMANTUS. 4.

PRINCIPATUS ATHENIENSIUM.

Athenienſes conſilio Themiſtoclis Piræei portum abſolvunt, & rei maritimæ ſtudio ſe dedunt. Pauſanias dux Lacedæmoniorum, eum ad Græcas civitates liberandas miſſus, eas Perſis proderet, convictus, capite mulctarur. Ariſtides Juſtus eas Athanienſibus adjungit, & Græcorum imperium ad Athenienſes defertur. Ejuſdem Ariſtidis opera ærarium in Delo à Græcis contra Perſas conſtituitur, & Hellenotamiæ tum primum creantur.

LXXVI.

PHÆDO. 1.

DROMOCLIDES. 2.

Lacedæmonii ægre ferantes principatum ad Athenienſes delatum, bellum adverſus eos decernunt, & conſilio Etœmaridæ dimittunt.

ACESTORIDES. 3.

MENO. 4.

LXXVII.

CHARES. 1.

PRAXIERGUS. 2.

Themiſtocles criminatione Lacedæmonio-

niorum Atheois oſtraco pulſus, ad Xerxem Perſarum regem profectus, moritur.
3. DEMOTION.

BELLUM IN PERSAS I.

Cimoo Miltiadis F. ab Atbeoienſibus ad liberandas dominatu Perſico Græcas eivitates miſſus Eiona, & Scyrum recipit, cum eam tenerent Medi, banc Pelaſgi; atque Scyrum colooiam deduxit, Naxum ſubegit, & Cariæ, Lyciæque civitates partim vi, partim amicitia ſibi adjunxit; & in Pamphylia Tythrauſtem Perſarum ducem maritimo prœlio ad Eurymedontem, eodemque die terreſtri, Teredaotem vicis.
4. APHEPSIO, alias PHÆDO.
Cimoo victor domum reverſus, judicium, eertamenque tragœdorum inſtituit. Ilotæ, & Meſſenii illato Lacedæmooiis bello, ubi Ithomeo, Meſſenes arcem, ab iis obſideri videreot, bello deceooali finem fecerunt.
Atbenienſes cum ab obſideodam Ithomen eſſent à Lacedæmoniis accerſiti, miſſuſque cum exercitu eſſet Cimon, ab iis remiſſi ſunt. Socrates philoſophus naſcitur.

LXXVIII.
1. THEAGENIDAS.
Andocides orator naſcitur.
2. LYSISTRATUS.
3. LYSANIAS.
Thraſybulus rex à Syracuſanis in Sicilia pellitur, à quo uſque ad Dionyſium tyrannum liberæ Syracuſæ per aooos LX. fueruot.
4. LYSITHEUS.
Xerxi Perſarum regi interfecto ſucceſſit Artaxerxes.

LXXIX.
1. ARCHIDEMIDES.
Atbeoienſes Thaſios rebellantes, & Æginetas ſubegerunt, duce Cimone, & mari victores, colonos Amphipolim, quam tenebaot Edoni, deduxerunt; poſt in Thraciam ingreſſi terra cladem acceperunt.
2. TLEPOLEMUS.

BELLUM IN PERSAS II.

Athenienſes auxilia Inaro regi Ægyptiorum contra Perſarum regem Artaxerxem, cujus potentiam extimeſcebaot, decernuot: Perſas oovis belli eauſſis, armis inſequuntur.
3. CONON.
Perſæ ab Ægyptiis ope Athenieoſium fugantur duce Cimone; Lacedæmonii denegant auxilia Perſis contra Athenieoſes.
4. EVIPPUS.

LXXX.
1. PHASICLIDES, alias PHRASICLES.
Athenienſes male re geſta in Ægypto eontra Perſas, ab Artabazo, & Megabizo Perſarum ducibus ſub fœdere Ægypto dimiſſi.
Epbialtes, quod legem tuliſſet, ut judicia Areopagi diſſolverentur, clam necatus.
2. PHILOCLES.

BELLUM CORINTHIUM.

Atbenienſes alieoati à Lacedæmooiis, quod bello ad Ithomen, ex ſociis ſoli repulſi eſſeot, cum Argivis hoſtibus Lacedæmooiorum, & Theſſalis amicitiam jonxeruot, & ſocietatem belli adverſus Perſas diremerunt. Exulibus Ithomenſibus receptis Naupacti ſedes dederuns: Megareoſes à Lacedæmoniis rebellantes io ſocietatem receperunt, & Megara tenuerunt, eaque de cauſſa io BELLUM CORINTHIUM ïocideruot; cum Corinthiis, & Epidauriis terra male pugnaruot ad Halias, mari vero ad Cecryphaliam, beoe. Iidem Æginetas prælio maritimo ſubegetunt ad Æginam duce Leocrare. Lyſias Syracuſanus, orator, qui poſtea Athenis floruit, natus eſt.
BION. 3.

BELLUM LACEDÆMONIUM III.

Athenienſes Coriothios Megaricum agrum adortos duobus prœliis vicerunt duce Myrooide; & Lacedæmonios reverrentes à bello Phocenſium victores adorti male pugnarunt ad Inagrem in Bœotia duce Pericle; & boc eſt tertium cum Lacedæmoniis bellum.
MNESITHIDES. 4.
Athenienſes aodito, Lacedæmonios, & Thebanos adverſus ſe ſocietatem ioiſſe, cum eis coogrediuntur, & duobus prœliis eos fuoduot duce Myronide, in OEnophytis, quo duce Bœoti etiam, Phocenſes, Locrenſes, Theſſalique ſubacti. Iidem loogos muros abſolvuot, alterum ad Phalerum, alterum ad Piræeum. Æginetæ Atheoieoſibus pacti tributum ſe dedunt.

LXXXI.
CALLIAS. 1.
Athenienſes in Lacedæmooios profecti duce Tolmide, Gytheum, Zacynthum, Cephalleniam, & Naupactum occupant, & agrum Lacooicum vaſtant.
SOSISTRATUS. 2.
Athenieoſes duce Pericle agrum Laconicum populantur, & Acarnaoum civitates ſibi adjungunt.
ARISTO. 3.

FOEDUS CUM LACEDÆMONIIS.

Athenienſes fœdus faciunt quinqueonale cum Laeedæmooiis per Cimooem.
LYSICRATES. 4.
Pericles io Peloponneſo contra Sicyonios bene pugnat; prædatur agrum OEneadum in Acarnania & in Cherſoneſo agrum coloois dividit.

LXXXII.
CHAEREPHANES. 1.
ANTIDOTUS. 2.
EUTHYDEMUS. 3.

BELLUM IN PERSAS III.

Athenienſes iterum moverunt Perſis bellum pro libertate Græcarum civitatum, & duce Cimooe ad Cyprum bene pugnarunt, tum ab Amyrtæo in paludibus Ægypti regnante vocati.
PEDIEUS. 4.
Perſæ à Cimone duce Athenienſe victi pacem cum Athenieoſibus componunt; & liberas Græcas Aſiæ civitates relinquunt. Cimon moritur morbo in Cypro.

PHI-

LXXXIII.
1. PHILISCUS.

BELLUM LACEDÆMONIUM IV.

Megarenſes cum ab Athenienſibus ad Lacedæmonios defeciſſent, ab Athenienſibus vaſtato Attico agro, funduntur. Pericles pecunia Pliſtonactem regem Lacedæmoniorum, ut recederet, impulit, & hoc bellum quartum cum Lacedæmoniis fuit. Idem gerit bellum in Eubœa.
2. TIMARCHIDES.
Lacones Atticam vaſtarunt. Tolmides Athenienſis ad Coroneam cum Bœotis cadit. Athenienſes Bœotiæ civitates liberas relinquere coguntur.
3. CALLIMACHUS.

BELLUM EUBOICUM. FOEDUS CUM LACÆDEMONIIS.

Eubœæ civitates aliquot deficientes Pericle duce ſubactæ. Athenienſes cum Lacedæmoniis fœdus percutiunt per Andocidem in annos xxx. aut, teſte Diodoro, per Calliam & Charetem.
4. LYSIMACHIDES.
Eſtiæi in Eubœa Pericle duce ſubacti, & eò coloni deducti.
Pſammetychus Libyæ rex frumentum Athenas miſit, quod cum dividendum eſſet populo, legitimi cives ab adulterinis, lege à Pericle lata, ſunt diſcreti.

LXXXIV.
1. PRAXITELES.
Athenienſes coloniam deduxerunt Sybarim in Italia, qui Thurii appellati ſunt.
2. LYSANIAS.
3. DIPHILUS.
4. TIMOCLES.

BELLUM SAMIUM.

Samii cum defeciſſent, à Pericle ſubacti ſunt; iterum cum defeciſſent, ac Periclem, duce Meliſſo, viciſſent, poſt decem menſium ſpatium ab eodem debellati, atque tributo mulctati ſunt.

LXXXV.
1. MYRRHICHIDES.

BELLUM BYZANTIUM.

Byzantii ſubacti, & tributum poſt Samios dare coacti. Item latum ne comœdiæ agerentur.
2. GLAUCIDES.

BELLUM CORINTHIUM CORCYRÆUM.

Corinthii, & Corcyræi bellum inter ſe inierunt.
3. THEODORUS.
Corinthii à Corcyræis navali prœlio victi.
4. EUTHYMENES.
Athenienſes condunt Amphipolim in Thracia, legem de comœdiis abrogant, Propylæa arcis præfecto Pericle inſtituunt, & intra quinquennium abſolvunt.

NAUSIMACHUS. LXXXVI. 1.
Corcyræi auxilium impetrant ab Athenienſibus contra Corinthios. Iidem iterum Corinthios ope Athenienſium vincunt.
ANTILOCHIDES. 2.
Athenienſes Potidæam obſidere incipiunt, quæ opera Corinthiorum à ſe defecerat.
CHARES. 3.
Athenienſes obſeſſionem Potidææ continuant.
ASPEUDES. 4.
Athenienſes obſeſſionem Potidææ continuant. Meton floret Athenis, qui annum magnum invenit.

PYTHODORUS. LXXXVII. 1.
Athenienſes ad Potidæam, quam obſidebant, duci Calliæ amiſſo, Phormionem ſummittunt.
EUTHYDEMUS, alias EUTHYNUS. 2.

BELLUM PELOPONNESIACUM.

Athenienſes nondum completis tricennalibus fœderibus, quintum cum Lacedæmoniis bellum auctore Pericle ſuſcipiunt, quod Peloponneſiacum, & Archidamium ab Archidamo rege eorum dictum eſt, omnium, quæ ab eis geſta ſunt, maximum. Cauſſa belli fuit, quod edicto Lacedæmoniorum parere noluerunt, ut decretum adverſus Megarenſes abrogarent, quo Megarenſes foro & portubus prohibuerant. Pecunias in Delo à Græcis depoſitas Athenas transferunt. Platæas à Bœotis occupatas defendunt. Attica ab Archidamo rege Lacedæmoniorum vaſtatur, Laconica à Pericle.
APOLLODORUS. 3.
Methone à Braſida Lacedæmonio contra Athenienſes defenditur. Pericles Megarenſium, & Peloponnenſium agrum populatur. Cleopompus Locridem vaſtat, & Thronium expugnat. Attica à Lacedæmoniis vaſtatur. Athenæ peſtilentia laborant. Athenienſes Periclem imperio ſpoliant, & multant, & cum pacem à Lacedæmoniis impetrare non potuiſſent, rurſus eum imperio afficiunt. Democritus philoſophus naſcitur.
EPAMINONDAS, alias LYSIMACHUS. 4.
Pericles peſtilentia moritur. Potidæatæ ſe dedunt Athenienſium duci Agnoni. Lacedæmonii navali pugna ad Rhium à Phormione Athenienſi duce vincuntur. Archidamus rex Lacedæmoniorum obſidet Platæas, Cnemus dux Lacedæmoniorum ad Stratum nihil agit. Xenophon, & Phanoſtratus Athenienſes in Thracia cæſi. Iſocrates rhetor naſcitur.

DIOTIMUS. LXXXVIII. 1.
Lacedæmonii duce Cnemo Salaminem diripuerunt, & Atticam duce Archidamo rege populati ſunt. Athenienſes peſtilentia & fame afflicti quieverunt.
EUCLIDES. 2.
Athenienſes decernunt auxilium Leontinis, qui à Syracuſanis opprimebantur,

h tum

tum à Gorgia rhetore perſuaſi, tum Siciliæ occupandæ cupiditate accenſi. Iidem Lachete, & Chabria ducibus ad Syracuſas bene pugnaruat. Cumque Sophocles, & Eurymedon cum alia claſſe in Siciliam acceſſiſſeat, Syracuſanos pacem dare Leontinis coëgeruat. Lesbus ab Athenienſibus defecit; adverſus eos Clinippides, & Paches ab Athenienſibus; pro iis Alcidas à Lacedæmoaiis ſtetir. Mitylenæi ſubacti Athenienſium ſe poteſtati permiſerunt, in quos Cleon acerbiſſimam dixit ſeatentiam. Platæenſes diu à Lacedæmoaiis obſeſſi, tandem in eorum ditionem conceſſerunt; eorum pars proſugit Athenas.

3\. EUTHYDEMUS.

Delus avertendæ peſtilentiæ cauſſa ab Athenienſibus expiata.

4\. STRATOCLES.

Demoſthenes dux Athenieaſis rebus præclare geſtis in Ætolia, Pylum ia Peloponneſo coatra Lacedæmoaios communit; contra Thraſymedem ducem Lacedæmoniorum Braſidas Lacedæmonius trierarchus egregie pugnat. CCCC. Lacedæmonii, qui in Sphacteria inſula ob ſidebantur, in poteſtatem Athenienſium venerunt duce Cleone. Artaxerxi Perſarnm regi mortuo ſucceſſit Xerxes.

LXXXIX.

1\. ISARCHUS.

Athenienſes Nicia duce vaſtata Melo in ſula Locridem populantur. Corinthiis bis ſuſis Crommyonis agrum diripiuat, ia Cytheris inſula oppidum capiunt. Cyrrheis potiuatur. Megatenſes ſe dedunt Hippocrati, & Demoſtheni ducibus Athenienſibus. Lacedæmonii duce Braſida Niſæa, & Megaris Athenienſes ejiciunt, & cum Chalcideaſibus ſocietatem ineunt, Amphipolim capiunt. Athenienſes in Bœotia ad Delium pugnant, idque duce Hippocrate ia poteſtatem redigunt. Quod Bœoti duce Pantœada, male pugnantibus Athenienſibus, recuperarunt.

Xerxi regi Perſarum mortuo ſucceſſit Sogdianus, cui interſecto Darius.

2\. AMINIAS.

Sicyonii contemnentes Athenienſes ob rem male ad Delium geſtam, ad Lacedæmonios defecerunt, & oppidum duci eorum Braſidæ tradideruat. Exules qui poſt captam ab Athenienſibus Lesbum exularunt, Athenienſes, qui in Lesbo erant, oppugnaruat, ſed ab Ariſtide, & Symmacho ducibus Athenienſibus armis coacti abierunt. Nicias, & Nicoſtratus Mendam, quæ ad Lacedæmonios defecerat, recipiunt, & Scionam fruſtra oppugnant. Plato philoſophus naſcitur.

3\. ALCÆUS.

FOEDUS CUM LACEDÆMONIIS.

Delii ab Athenienſibus inſula exiguntur. Cleon dux Athenienſis recepta in Thracia Torone cum Braſida Lacedæmonio pugaat ad Amphipolim, & uterque cadit, vicerunt tamen Lacedæmonii. Athenienſes per Niciam fœdus fecerunt cum Lacedæmoniis in annos quiaquaginta, anno belli Peloponneſii decimo.

A ARISTO. 4.

Græciæ civitates pacem inter Athenienſes & Lacedæmonios conciliatam ſuſpectam habentes, ambobus bellum inferunr, quarum capita Argi, Thebæ, Corinthus, & Elis. Argivis principatus à ſociis eſt delatus. Athenienſes Scionæos trucidant, & iaſulam Platæenſibus tradunt.

XC.

ARISTOPHILUS. 1.

Athenienſes reddunt Delum inſulam Deliis. Cum Pylus non redderetur ab Athenienſibus Lacedæmoaiis, ruſus odia iater eos accenſa ſunt. Olynthii pulſo Athenienſium præſidio Micyberna potiti ſunt.

B ARCHIAS. 2.

Argivi bello Lacedæmoniis indicto, atque Alcibiade duce Athenienſi aſſumpto, populantur agrum Trœzenium. Agis rex Lacedæmoniorum obviam profectus inducias quatuor menſium dedit. Athenienſes Lachetem, & Nicoſtratum auxilio Argivis miſerunt. Argivi Orchomenum ceperunt, & Lacedæmonios à Mantineæ oppugnatioae depulerunt, pugna tamen ab iis poſtea victi ſunt.

ANTIPHON. 3.

Pace inter Argivos, & Lacedæmonios facta, Mantinenſes in poteſtatem Lacedæmoniorum veneruat. Nicias dux Athenieaſis Cythera, Niſæam, & Melum cepit. Argis de commutanda ratione Reipublicæ ſeditio excitata.

EUPHEMUS. 4.

Lacedæmonii in Argivorum agrum profecti Agias oppidum occuparunt, Alcibiades ab Athenienſibus ad ſeditioaem ſedandam, & conſtituendam Rempublicam eſt miſſus. Lacedæmonii reſtituunt exules Argivorum in Orneas ab eis contra Argivos communitas, quas haud ita multo poſt Argivi auxilio Athenienſium receperunt.

XCI.

D ARISTOMENESTUS. 1.

Cum Leontini à Syracuſanis pulſi iterum Athenienſium auxilium imploraſſent, Nicerato diſſuadente, Alcibiade ſuadente obtinuerunt. Alcibiades, Nicias, & Lamachus ad id bellum duces electi, & miſſi ſuat.

CHABRIAS. 2.

Cum Mercurii ſigaa Athenis aocte eſſent decuſſa, Alcibiades, quod contra Rempubl. conjuraſſet, & myſteria enunciaſſet, eſt poſtulatus. Itaque ex Sicilia revocatus cum profugiſſet, atque abſens damnatus ad Lacedæmonios ſe coatuliſſet, eos ad bellum Athenienſibus inferendum hortatus eſt. Duces Athenienſes cum Syracuſanis proſpere pugnarunt.

E PISANDER. 3.

Lacedæmonii ab Alcibiade Athenieaſi exule incitati auxilia Syracuſanis adverſus Athenienſes miſeruat. Lamachus & Nicias Syracuſas obſederunt. Gylippus dux Lacedæmonius io pugna contra Athenienſes occubuit; prœlii ejus victoria, Lamacho dnce amiſſo, penes Athenienſes fuit, alterius penes Syracuſanos. Eurymedon inde cum claſſe ab Athenienſibus in Siciliam miſſus eſt.

CLEOCRITUS, alias CLEARCHUS. 4.

BEL-

BELLUM DECELICUM.

Lacedæmonii rupto ex Alcibiadis auctoritate cum Athenienſibua fœdere, in Attica Agide rege, & Alcibiade ducibua oppidum Deceliam communiunt contra Athenas, onde bellum, quod ſequitur, DECELICUM dictum eſt; in Sicilia Atheoienſes bene mari pugnant, Syracuſani terra; inde multis prœliis navalibus Athenienſes fuſi, Eurymedonte, Demoſthene, & Nicia ducibus; cum Eurymedonte demum amiſſo terra inde abirent ad flumen Aſinarum, occidione ſunt occiſi: Demoſthenes, & Nicias capti poſtea necati ſunt.

XCII. 1. CALLIAS.

OLIGARCHIA PRIMA.

Athenienſes cladibus in Sicilia acceptis perculſi, deficientibus à ſe ſociis ſtatum Reip immutarunt, & Remp Quadringentis Viris commiſerunt; poſt autem prœlio navali à Lacedæmoniis ad Oropum victi ſunt. In hoc rerum ſtatu Alcibiades exul in patriam redire cupiens de ſalute ejus cogitare cœpit, & Pharnabazum ducem Perſam, ne auxilio Lacedæmonios contra Athenienſes juvaret, induxit.

2. THEOPOMPUS.

QUADRINGENTI ABROGATI.

Quadringentorum dominatus tyrannidem exercentium Athenis auctore Theramene eſt diſſolutus. Athenienſes ducibus Thraſyllo, & Thraſybulo navali prœlio Lacedæmonios, ducemque eorum Mindarum vincunt. Alcibiades exul agit cum Athenienſibus, qui erant in Samo, ut in patriam reſtituatur, & auctore Theramene reſtituitur, & præclara quædam pro patria antequam Athenas redeat gerit.

3. GLAUCIPPUS.

Athenienſes ducibus Thraſyllo, & Thraſybulo, & auxilio Alcibiadis Lacedæmonios navali prœlio duce Mindaro congreſſos ad Abydum vincunt. Theramenes impedimento fuit, ne Eubœenſes Euripo repleto inſulam Bœotiæ conjungerent. Conon ſedat Corcyræ ſeditionem. Mindarus Cizycum cepit. Athenienſes ducibus Thraſybulo, & Alcibiade Lacedæmonios iterum navali prœlio ad Cizycum, cæſo eorum duce Mindaro, vincunt, nec Lacedæmonios pacem petentes audire voluerunt.

4. DIOCLES.

Lacedæmonii, Athenienſibus in Helleſponto occupatis, Pylum aggrediuntur, eoque poſt annos xv. quam à Demoſthene Athenienſi munitus erat, potiuntur. Megarenſes ab Athenienſibus, duce Leotrophide, & Timarcho, prope pugna deleti. Alcibiades, & Thraſybulus proſpere pugnant in Thracia, & Selymbriam, & Byzantium in poteſtatem adducunt. Ad Chalcedonem Hippocrates dux Lacedæmonius in prœlio cadit.

EUCTEMO. XCIII. 1.

Cum duces Athenienſium Helleſponti civitates præter Abydum in poteſtatem redegiſſent, Athenas reverſi, omnium in ſe ora, ſed in primis Alcibiades, cui tota civitas obviam effuſa prodierat, converterunt. Athenienſes ducibus Alcibiade, Adimanto, & Thraſybulo ad Andrum cum Lacedæmoniis bene pugnant; inſulas Co, & Rhodum vaſtant. Alcibiades cum Lyſandro Lacedæmonio congreſſus navali prœlio ſuperatur, Thraſybulus Thaſios vicit, & Abderitas Athenienſibus adjunxit. Agis rex Lacedæmonius exercitu Athenas adducto fugatur. Alcibiades Cumes, ſociæ civitatis, agro vaſtato accuſatus ad populum, quod cum Lacedæmoniis ſentiret, ſpoliatur imperio, miſſiſque ſucceſſoribus decem profugit in Thraciam.

ANTIGENES. 2.

Lacedæmonii duce Callicratide Delphinium in agro Chiorum poſſeſſum ab Athenienſibus evertunt, Tejos diripiunt, Methymnam occupant. Athenienſes Conone duce male pugnant cum Callicratide ad Methymnam, & altera pugna ad Mitylenem.

CALLIAS. 3.

Athenienſes civitate donant inquilinos; ad Arginuſas prœlio navali Lacedæmonios vincunt, eorumque ducem Callicratidem interficiunt; duces ſuos, qui cadavera è ſalo non collegiſſent, capite damnant, ex quibus Ariſtogenes, & Protomachus profugerunt. Thraſyllus, Calliades, Lyſias, Pericles, & Ariſtocrates, necati. Conon abſolutus eſt. Sophocles, & Euripides Tragici obierunt.

ALEXIAS. 4.

OLIGARCHIA SECUNDA.

Athenienſes ducibus Philocle, & Conone à Lacedæmoniis navali prœlio duce Lyſandro in Helleſponto ad Ægos potamos ſuperantur.

Conon Athenas metu judicii redire nolens ad Evagoram Cypri regem profugit. Philocles in manus Lyſandri una cum oppido Seſto pervenit. Cum Agis, & Pauſanias reges Lacedæmoniorum Atticam populabundi iniſſent, Lyſander vero Piræeum intentius obſideret, Athenienſes fame, & peſtilentia preſſi pacem petere coacti per Theramenem, alioſque legatos ſunt. Pax his conditionibus data eſt, ut longos muros, & Piræeum deturbarent, ut naves omnes, præter duodecim, traderent, ut exules reſtituerent, ut eundem hoſtem atque inimicum haberent, ut Lacedæmonios duces ſequerentur. Dionyſius Hermocratis F. Syracuſanus Syracuſis tyrannidem occupavit. Dario regi Perſarum ſucceſſit Artaxerxes.

PYTHODORUS, ſive ἀναρχία. XCIV. 1.

Pythodorum in hunc annum Archontem creatum, quia in Oligarchia creatus erat, non

A non nominant Athenienſes : ſed hunc annum *ἀναρχίαν*, id eſt, *imperio vacuum*, vocant. Placuit populo, ex Lyſandri auctoritate, diſſoluta Democratia, triginta viros legere, qui patrias leges conſcriberent, quibus Reſp. regeretur, lectique ſunt hi: Polyarches, Critias, Melobius, Hippolochus, Euclides, Hieron, Mneſilochus, Chremon, Theramenes, Areſias, Diocles, Phædrias, Chæreleus, Anætius, Piſon, Sophocles, Eratoſthenes, Charicles, Onomacles, Theognis, Æſchinis, Theogenes, Cleomedes, Eraſiſtratus, Phidon, Dracontides, Eumathis, Ariſtoteles, Hippomachus, & Mneſitides.
B Qui abuſi imperio tyrannorum more aliorum bona publicarunt, alios morte affecerunt, inter quos Theramenem collegam ſuum, actionibus ſuis adverſantem, & Niceratum Niciæ filium, quia ditiſſimus erat, & Autolycum, quia nimis libere loquebatur, interemerunt; & Alcibiadem, quem unum rebus, & dominatui ſuo infeſtum timebant, per Pharnabazum regis Perſæ ſatrapam tollendum curarunt. Democritus philoſophus moritur.

2. EUCLIDES.

TRIGINTA TYRANNI ABROGATI.

C Thraſybulus exul Athenienſis, Thebanorum, apud quos exulabat, auxilio, caſtellum Phylam in Attica occupat, & triginta tyrannis ad Piræeum prœlio fuſis; & Critia eorum principe interfecto, Piræeo potitur. Qui in urbe erant, abrogato triginta tyrannorum imperio Decemviros crearunt ad res cum iis, qui in Piræeo erant, componendas, qui & ipſi abuſi poteſtate nefarie ſe geſſerunt. Pauſanias autem rex Lacedæmoniorum Lyſandri laudi invidens, à quo res Athenienſium in eum locum adductæ erant,
D Thraſybulum, cæteroſque ſocios ejus, iis, qui in urbe erant, exercitu Athenas admoto, reconciliavit, ac veterem Athenienſium Remp. reſtituit. Thraſybulus legem tulit, ne quis præteritarum injuriarum meminiſſe vellet. Hæc Euclide Archonte acta eſſe, illud argumento eſt, quod annum poſt recuperatam Rempublicam, reſtitutaſque leges primum, poſt Archontem Euclidem appellarunt; Diodorus tamen Exæneto Archonte hæc acta eſſe notavit. Cyrus maritimarum ſatrapiarum præfectus movit in Artaxerxem regem fratrem ſuum, & ſecum Xenophontem philoſophum habuit.

XCV. E

1. LACHES.
Socrates philoſophus judicio damnatus cicutam bibit.

2. ARISTOCRATES.
Conon Athenienſis exul, cum apud Evagoram Cypri regem poſt prœlium ad Arginuſas commiſſum verſaretur, præpoſitus eſt claſſi à rege Perſarum adverſus Lacedæmonios.

3. ITHYCLES.

4. LYSIADES.
Sophocles cœpit tragœdiam docere.

XCVI.

A PHORMIO. 1.
Rhodii à Lacedæmoniis ad Cononem Athenienſem Perſarum præfectum ſe contulerunt. Conon à rege magnifice donatus eſt. Lacedæmonii Perſarum regis magnitudinem veriti, Ageſilaum regem ducem adverſus eum miſerunt, & Tiſaphernem ſatrapam prœlio in Phrygia ſuperarunt. Phocenſes adjunctis Lacedæmoniis bellum Bœotis commoverunt, & cum iis in Phocide congreſſi Lyſandrum ducem Lacedæmoniorum interfecerunt.

DIOPHANTUS. 2.

BELLUM SOCIALE LACEDÆMONIUM.

B Bœoti, Athenienſes, Corinthii, & Argivi fortunæ Lacedæmoniorum invidentes bellum eis communi conſenſu intulerunt. Lacedæmonii duce Laciſthene in Bœotia cum Iſmenia duce Bœotorum male pugnarunt. Periarcho autem duce navali prœlio ad Cnidum victi ſunt; at in Bœotia ad Coroneam Ageſilai regis à bello Perſico revertentis ductu proſpere dimicarunt. Iidem ab hoc tempore maris imperium amiſerunt.

EUBULIDES. 3.

BELLUM CORINTHIUM.

C Conon Athenienſis Perſarum præfectus Athenas cum claſſe accedens mœnia Piræei, & longos muros, paucis ante annis juſſu Lacedæmoniorum everſos ope Thebanorum reſtituit. Poſt autem à Teribazo Perſarum ſatrapa gloriæ ſuæ æmulo accitus in vincula conjectus eſt. Cum ſeditio excitata Corinthi eſſet, una pars Lacedæmonios, altera Athenienſes auxilio advocavit. Itaque cum Iphicrates dux Athenienſium ad Lechæum cum Ageſilao rege, & duce Lacedæmoniorum manum conſeruiſſet, Athenienſes victi diſceſſerunt. Ageſilai virtus hoc tempore in Græcia enitebat.

D DEMOSTRATUS. 4.
Multis locis Corinthio bello bene pugnatum eſt ab Athenienſibus, & ſociis. Corinthus ab Argivis occupata. Iphicrates cum Corinthium agrum occupare vellet, & populus prohiberet, depoſuit imperium; ſucceſſor ei miſſus eſt Chabrias.

XCVII.

PHILOCLES. 1.
Thraſybulus Athenienſis miſſus cum claſſe in Thraciam, & Lesbum, alios vi, alios voluntate ſibi adjunxit.

NICOTELES. 2.
E Lacedæmonii Rhodiis ſeditionem agitantibus auxilio adſunt, & ſociis aliquot Athenienſium ſolicitandis imperium maris amiſſum recuperare conantur. Ageſilaus rex eorum agrum Corinthium populatur. Evagoras autem rex Cypro pulſus, Salaminem reſtitutus reliquam inſulam recuperare Cypriis adverſantibus nititur.

DEMOSTRATUS. 3.
Thraſybulus ex Lesbo in Aſpendios cum claſſe profectus, ab iis necatur; in ejus locum Argyrius miſſus eſt.

ANTIPATER. 4.

XCVIII.

PYRRHIO. 1.

THEO-

2. THEODOTUS.

PAX ANTALCIDÆ.

Lacedæmonii bello Græcorum, & Perſarum afflicti ad Artaxerxem regem Antalcidam de pace miſerunt, eamque obtinuerunt, cum eo, ut Græcæ Aſiæ civitates ſibi parêrent, reliqui Græci liberi eſſent; qui vero hæc fœdera non probaſſent, bellum expectarent. Quam pacem etiam Athenienſes, & Bœoti, & Argivi, quòd vires ad bellum nullæ ſuppeterent, acceperunt. Pax ſub Antalcida inter Græcos illuſtris eſt nominata. Galli Romam præter Capitolium ceperunt.

3. MYSICHIDES.

Lacedæmonii neglecto fœdere icto per Antalcidam Mantinenſibus bellum inferunt. Athenienſes implorantibus opem Mantinenſibus adeſſe noluerunt.

4. DEXITHEUS.

XCIX.

1. DIOTREPHES.

Ariſtoteles philoſophus naſcitur.

2. PHANOSTRATUS.

Lacedæmonii Græciæ principatum ſibi vindicant contra communia fœdera per Antalcidam facta.

3. MENANDER, alias EVANDER.

BELLUM LACONICUM BOEOTICUM.

Lacedæmonii arcem Thebarum Cadmeam occupatunt, Thebani Lacedæmoniis obſequi coacti ſunt.

4. DEMOPHILUS.

Demoſthenes orator naſcitur.

C.

1. PYTHEAS.

Lacedæmonii Thebanis, & Olynthiis in poteſtatem adductis magnas hoc tempore opes habebant.

2. NICO.

3. NAUSINICUS.

Exules Thebani ope Athenienſium, duceque eorum Demophonte Lacedæmonios Cadmea ejiciunt. Athenis divites in Symmorias lege Periandri diviſi.

4. CHABRIAS.

BELLUM LACEDÆMONIUM I.

Superbe ſe gerentibus Lacedæmoniis, ſocii defecerunt, Athenienſes, Chii, Byzantii, Rhodii, Mitylenæi. Acoris rex Ægyptiorum Chabriam ducem Athenienſem adverſus Perſas impulit, & Chabria ab Athenienſibus revocato Iphicratem. Fœdus inter Athenienſes, & Lacedæmonios uſque ad hunc annum integrum manſit, cum Sphodriades regis Cleombroti juſſu Piræeum noctu eſſet aggreſſus. Chabrias dux Athenienſis inimicarum civitatum agrum diripit in Eubœa, & Lacedæmoniorum regem Ageſilaum vicit in Bœotica. Phœbidas dux Lacedæm. ad Theſpias in prœlio cecidit. Chabrias prœlio navali inter Naxum, & Parum Polim ducem Lacedæmoniorum ſuperavit; quod prœlium maxime Athenienſes erexit, & Chabriæ nomen, A itemque Phocionis illuſtravit. Hoc bellum vocat Demoſthenes ὑπὲρ τῶν δικαίων τῶν ἑλληνικῶν, id eſt, *pro jure Græcorum tuendo*.

CI.

CHARIANDER. 1.

Chabriæ, poſtquam Abderitas liberarat, dolo interfecto, ſucceſſit Iphicrates. Athenienſes duce Timotheo Cononis F. navali prœlio ad Leucadem, Thebani ad Orchomenum terreſtri Lacedæmonios profligarunt.

HIPPODAMUS. 2.

Pax ab Artaxerxe Perſarum rege data eſt univerſæ Græciæ præter Thebanos, qui ſe fœdere illigari noluerunt.

B SOCRATIDES. 3.

BELLUM LACEDÆMONIUM II.

Novæ belli cauſſæ inter Athenienſes, & Lacedæmonios extitere, cum illi civitatibus Græcis democratiam expetentibus adeſſent, hi oligarchiam. Platæenſes ſubacti à Thebanis Athenas profugerunt, & civitate donati ſunt. Corcyræis à Lacedæmoniis obſeſſis Athenienſes ſubſidio mittunt primo Timotheum, deinde Cteſiclem; tum iterum Timotheum, & Iphicratem. Hoc bellum Demoſthenes C in oratione contra Neæram vocat ſecundum Lacedæmonium; ſecundum autem intelligit non à condita urbe, ſed à reparata, & triginta tyrannorum dominatu liberata.

ASTEUS. 4.

Et hoc anno bellatum cum Lacedæmoniis prodit Demoſthenes.

CII.

ALCISTENES. 1.

Et hoc anno continuatum eſt cum Lacedæmoniis bellum. Pax autem demum inter Græcos ſecunda facta ex auctoritate Xerxis Perſarum regis, Thebanis exceptis.

D PHRASICLIDES. 2.

Bellum Bœoticum à Lacedæmoniis renovatum, cum Thebani fœdere, & ſocietate excluſi eſſent. Lacedæmoniis autem in Bœotiam invadentibus Thebani duce Epaminonda occurrunt, eoſque ad Leuctra Bœotiæ oppidum, rege illorum Cleombroto interfecto, prope deleverunt. Quo prœlio Lacedæmoniorum opes adeo acciſæ ſunt, ut nunquam poſtea recuperari potuerint. Thebanorum hoc tempore arma Græciæ formidabilia fuerunt.

DYSNICETUS. 3.

LYSISTRATUS. 4.

E

BELLUM LACONICUM ARCADICUM.

Lacedæmonii bello Arcadibus illato Polytropum ducem amittunt. Cum Thebani Arcadum auxilio Epaminondam, & Pelopidam miſiſſent, Athenienſes Iphicratem ad Lacedæmonios miſerunt. Epaminondas Meſſenem reſtituit. Lacedæmonii cum Athenienſibus fœdus percuſſerunt, ut ipſi terra, illi mari principatum haberent. Arcades duce Lycomede Pallenem in Laconica ceperunt. Bœoti Pelopidam adverſus Alexandrum

Pheræum tyrannum miſerunt; qui perculſo cum Alexandro Macedonum rege fœdere ab eo obſidem Philippum Amyntæ filium, Alexandri Magni patrem puerum accepit, atque Athenas miſit. Arcades, Argivi, Elei, & Bœoti arma conſociarunt. Bœoti duce Epaminonda in Peloponneſum progreſſi Corinthios ad prœlium exeuntes in urbem compulerunt: poſt autem ab oppugnatione urbis à Chabria duce Athenienſi repulſi, turpiter receſſerunt. Pax per Artaxerxem Perſarum regem inter Græcos tertium compoſita, Thebanis exceptis. A

CIII.

1. NAUSIGENES. B
Athenienſes cum Alexandro Pheræo tyranno adverſus Thebanos ſocietatem junxerunt. Iſmenias, & Pelopidas Thebanorum duces in poteſtatem Alexandri Pheræi pervenerunt. Lacedæmonii inſigni pugna Arcadas ſuperarunt. Arcades Megalopolim viginti vicis in unum contractis condiderunt.

2. POLYZELUS.
Athenienſes duce Charete bene cum Argivis pugnarunt. Ariſtoteles annos natus XVIII. Athenas venit, & ſe Platoni philoſopho tradidit; eumque per annos XX. audivit.

3. CEPHISODORUS. C
Pax inter Græcos quartum facta per Artaxerxem, & bello Laconico, Bœotico finis impoſitus.

4. CHIO.

BELLUM ARCADUM, & ELEORUM.

Pace tota Græcia conſtituta bellum inter Arcadas, & Eleos exarſit; cujus principia Arcadibus bene ceſſerunt.

CIV.

1. TIMOCRATES.
Thebani Epaminondæ hortatu de maritimo imperio comparando cogitant; iidemque Orchomenum in poteſtatem redigunt. D Pelopidas Thebanus in prœlio contra Alexandrum Pheræum cecidit. Timotheus Athenienſis Toronem, & Potidæam occupat. Demoſthenes orator Athenis tutores ſuos tutelæ male adminiſtratæ judicio perſequitur; cujus extant orationes.

2. CHARICLIDES.

BELLUM TEGEATUM, & MANTINENSIUM.

Bello inter Tegeates, & Mantinenſes exorto cum illis plerique Arcadum, Argivi, Achivi, & Bœoti arma conjunxerunt, E cum his Elei, Lacedæmonii, & Athenienſes; prœlio ſummo ad Mantineam commiſſo Bœoti Lacedæmonios duce Epaminonda amiſſo repulerunt. Eubœenſes ab Athenienſibus duce Hegilocho victi ſunt. Græci inter ſe pacem fecerunt, excluſis Lacedæmoniis. Romæ Conſules è plebe creari cœpti.

3. MOLO.
Tachus rex Ægypti bellum cum Artaxerxe Perſarum rege geſturus, terreſtrium copiarum imperium mandat Ageſilao regi Spartæ, maritimarum vero Chabriæ Athenienſi; qua re Ageſilaus offenſus A Nectanebim regem contra Tachum adjuvit, eumque ultus, cum domum reverteretur, in itinere mortuus eſt. Artaxerxi regi ſucceſſit Artaxerxes Ochus. Tenus inſula ab Alexandro in poteſtatem adducta. Miltocydes à Coty rege Thraciæ defecit, & ad Athenienſes de ſocietate legatos miſit. Proconneſii à Cizycenis oppreſſi ab Athenienſibus auxilium implorarunt.

NICOPHEMUS. 4.
Athenienſes mittunt Leoſthenem adverſus Alexandrum Pheræum auxilio Peparethiorum, eoque damnato, Charetem, qui nihil memorabile geſſit. B

CV.

CALLIMEDES. 1.

PHILIPPI MACEDONIS REGNUM.

Perdicca Macedonum rege mortuo ſucceſſit Philippus; contra quem Athenienſes duce Mantia, Argæum, ut regem efficerent, armis, ſed fruſtra, juverunt. Is ne regni initio infeſtos haberet Athenienſes, Amphipolim Thraciæ, de qua illi valde laborabant, liberam illis reliquit. Xenophon philoſophus Socratis auditor moritur.

EUCHARISTUS. 2.
C Philippus rex Macedonum pace cum Athenienſibus compoſita Pæonas, & Illyrios ſubigit.

CEPHISODORUS. 3.

BELLUM SOCIALE ATHENIENSIUM.

Eubœenſes ſeditionem commovent; quorum cum partem unam Bœoti defenderent, alteram Athenienſes Demoſthenis conſilio ſunt amplexi. Eubœa ope Athenienſium liberata. Socii Athenienſium rebellarunt, Chii, Rhodii, Coi, & Bizantii, adverſus quos Chares, & Chabrias duces D miſſi. Chabrias in prœlio occubuit. Philippus Amphipolim Athenienſibus ademit, Pidnam cepit, & Potideam expugnavit.

AGATHOCLES. 4.
Philippus auxilio Alevadarum in Theſſaliam venit, atque inde tyrannos ejecit. Demoſtheni cum ob alia merita, tum quia Eubœam ſuo conſilio liberarat, corona aurea ab Ariſtonico decernitur, Athenienſes bellum cum ſociis continuant.

CVI.

ELPINUS. 1.
Athenienſes acriter cum ſociis pugnant ducibus Charete, Iphicrate, & Timotheo. E Iphicratem autem, & Timotheum mulctarunt, quòd cum Charete prœlium navale inire noluiſſent; & pacem ſociis reddiderunt.

CALLISTRATUS. 2.

BELLUM SACRUM, ſive PHOCICUM.

Cum Phocenſes Philomelo duce Delphicum templum ſpoliaſſent, à Locris, & Bœotis finitimis populis bello petiti ſunt, quod Sacrum, & Phocicum vocatum eſt. Phocenſibus ſe Athenienſes, & Lacedæmonii contra Bœotos adjunxerunt. De-

mo-

A mоſthenes publicas actiones ſcribere cœpit, ſcripſitque accuſationem Androtionis, quam Diodorus dixit, & orationem de immunitatibus habuit, cum Leptines legem tuliſſet, ut nemo in civitate immunis eſſet.

3. DIOTIMUS.

Philippus Methonem, & Pagaſas cepit. Demoſthenes dixit primam concionem ad populum, quæ eſt de Symmoriis; in qua hortatur Athenienſes, ut pacem tueantur cum rege Perſarum, neque priores bellum inferant, niſi navales copias pararint, & rationem eas parandi oſtendit. Hoc tempore oratores Athenienſes alii cum Philippo Macedone faciebant, B alii cum Perſarum rege. Demoſthenes autem perennis Macedonum inimicus Perſæ faviſſe exiſtimatus eſt. Philomelo duce Phocenſium in prœlio contra Bœotos interfecto ſucceſſit Onomarchus.

4. EUDEMUS.

Artabazus Perſa bellum cum Satrapis regis, Charete Athenienſi, & Pammene Thebano ducibus geſſit. Athenienſes Seſtum duce Charete ceperunt, & colonias in Cherſoneſum permittente Cerſoblepte rege Thraciæ deduxerunt.

Philippus oculum in expugnatione Methones amiſit. Onomarchus bello Sacro Thronium, & Orchomenum Bœotiæ C oppida cepit. Lacedæmonii Argivos ad Orneas prœlio fuderunt.

Onomarchus à Lycophrone Theſſalo tyranno accerſitus Philippum prœlio vicit; & in Bœotiam reverſus Coroneam Bœotis ademit. Eo vero poſt in Theſſalia à Philippo in acie cæſo, Phayllus apud Phocenſes imperium ſuſcepit.

Demoſthenes accuſationem Timocratis ſcripſit; qua Diodorus item uſus eſt; atque ipſe concionem de ſubſidio Megapolitanis adverſus Lacedæmonios mittendo habuit, cum Lacedæmonios poſt Leuctricam cladem afflictos in ſpem veteris imperii erectos bellum Arcadibus intuliſſe D animadverteret, atque legati à Megalopolitanis adeſſent, qui auxilium ab Athenienſibus peterent.

CVII.

1. ARISTODEMUS.

Lycophron Phærarum tyrannus Phæras Philippo dedidit. Bœoti triplici prœlio Phocenſes vicerunt, ad Orchomenum, ad Cephiſſum, ad Coroneam, cum Phocenſium dux eſſet Phayllus. Philippus in Græciam irrupturus trajicere Thermopylas objicientibus ſeſe Athenienſibus nequivit. Idem movit in Locros. Phayllo mortuo ſucceſſit Phalæcus, à quo de E Bœotis Coronea capta eſt. Demoſthenes contra Philippum agere cœpit; & primam Philippicam habuit de peregrino exercitu comparando, cujus initium: *Si de re nova*; item ſcripſit orationem contra Ariſtocratem, quam dixit Eutycles.

2. THESSALUS.

Phocio Athenienſis dux Perſarum fuit in Cyprios. Lacrates ab Athenienſibus auxilio Perſarum miſſus adverſus Ægyptios & Nicoſtratus ab Argivis petenti regi conceſſus. In Phocide nihil memorabile geſtum. Rhodii cum bello ſociale adverſus Athenienſes ad Mauſolum Cariæ hipparchum ſe contuliſſent, ab eo prope everſi ſunt, cum populari ſtatu diſſoluto paucorum potentium imperium intuliſſet. Itaque Demoſthenes oratione, quæ extat, ſuaſit Athenienſibus, ut Rhodiorum libertatis cauſſam ſuſciperent, nec eos paucis dominantibus ſervire paterentur.

APOLLODORUS. 3.

Artaxerxes rex Perſarum Ægypto potitur.

CALLIMACHUS. 4.

Philippus Chalcidenſes in Thracia ſubegit, Pytholaum tyrannum Phæris ejecit, Olynthum obſedit. Demoſthenes tres Olynthiacas de auxilio Olynthiis adverſus Philippum ferendo dixit, & Mediam, à quo pugnum choragus Dionyſiis acceperat, accuſavit.

CVIII.

THEOPHILUS. 1.

Philippus Olynthum, Micybernam, & Toronem occupavit. Athenienſes Philippi incrementum extimeſcentes, omnibus, quod ab eo peti, & vexari ſentiebant, Demoſthenis in primis admonentis vocibus inflammati, opem ferebant. Philippus pecuniæ magnitudine populos ad proditionem alliciebat. Plato philoſophus mortuus. Ariſtoteles ad Hermæam tyrannum ſe contulit, & apud eum per triennium fuit.

THEMISTOCLES. 2.

Bœoti Phocenſes ad Hyampolim fuderunt; iidem à Phocenſibus ad Coroneam prœlio profligati ſunt. Phalæcus accuſatus, quod ſacras pecunias avertiſſet, imperio ſpoliatus eſt; in ejus locum Callias, Dinophanes, & Sophanes ſuffecti. Quæſtio de ſacris pecuniis habita eſt. Philippus per ſpeciem Delphici templi tuendi ſe Bœotis contra Phocenſes adjunxit. Demoſthenes dixit orationem contra Philippum, cujus initium: ὁ μὲν ὑμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι de cuſtodia inſulanorum, & Helleſponti civitatum. Athenienſes pacem cum Philippo fecerunt. Demoſthenes Senatus ſcitum fecit de mittendis extemplo legatis ad Philippum de pace; item alterum de mittendis aliis ad jusjurandum Philippi pacis cauſſa accipiendum.

ARCHIAS. 3.

Lacedæmonii Archidamo rege duce auxilio venerunt Phocenſibus. Philippus magno apparatu contra Phocenſes profectus Phalæcum ducem eorum ſub conditionibus dimiſit, & Phocenſes in deditionem ſine prœlio accepit, finemque bello Sacro poſt decem annos impoſuit. Hac de re magna trepidatio Athenis fuit. Demoſthenes orationem habuit, cujus initium, *Video*; in qua ſuadet, ut Athenienſes patiantur, Philippum victorem loco Phocenſium in Amphyctionum concilium cooptari. Philippus in Amphyctionas cooptatus. Speuſippus philoſophus in Platonis locum in Academia ſucceſſit, atque per annos VIII. ei ſcholæ præfuit.

EUBULUS. 4.

Ariſtoteles Mitylenem conceſſit.

CIX.

LYCISCUS. 1.

Philippus Illyrios populatur, & Theſſalos tyrannorum dominatu liberat, ac ſibi adjungit. Demoſthenes orationem habuit, cujus initium: *Quando ò Athenienſes*; qua

qua monet Athenienſes, ut Philippi pacem ſuſpectam habeant, eumque inſidiari libertati ſuæ docet; & quæ reſponſa danda ſint tum Philippi, tum Græcorum aliorum legatis, exponit.

2. PYTHODORUS.

Philippus Thracas ſubegit. Demoſthenes accuſavit Æſchinem de falſa legatione; item concionem dixit contra Philippum de Halonneſo reddenda, cujus initium: *O viri Athenienſes*. Ariſtoteles ad Philippum Macedonem ſe contulit, & per annos VIII. Alexandrum filium ejus erudivit.

3. SOSIGENES.

Arymba rege Moloſſorum mortuo, Philippi ope Alexander Olympiadis uxoris frater regnum adeptus eſt, cum filium reliquiſſet Æacidem Pyrrhi regis patrem. Demoſthenes dixit contra Philippum concionem unam, cujus initium: *Oportuit*; in qua ſuadet, ne dimitterentur copiæ peregrinæ, quæ erant in Cherſoneſo cum Diopithe; & alteram, cujus initium: *Multis ô viri Athenienſes verbis*; qua docuit, Philippum pacem ſolvere, & re bellum facere. Epicurus philoſophus Athenis natus

4. NICOMACHUS.

Phocion Athenienſis Clitarchum Eretriæ tyrannum à Philippo conſtitutum debellavit. Philippus Perinthum obſidet in Thracia, & Byzantium. Demoſthenes orationem habuit, cujus initium: *ὡ' ανδρες*; in qua oſtendit, Philippum ſolviſſe pacem, ſuadetque Athenienſibus, ut Byzantiis ſubſidium mittant.

CX.

1. THEOPHRASTUS.

Athenienſes decernunt, Philippum pacem ſolviſſe, eique bellum inferunt, ſubſidio Byzantiis miſſo. Quare Demoſthenes in oratione, quæ inſcribitur: *Ad Epiſtolam Philippi*, ſuadet, ut fortiter ſuſtineant bellum. Philippus cum Athenienſibus tertiam pacem componit.

2. LYSIMACHIDES.

Demoſthenes ſuſpectam habens recentem Philippi pacem, decrevit, ut navalia, & armamenta inſtituta intermitterentur, & pecuniæ in bellum impenderentur. Philippus bellum moliens Thebanos fruſtra de ſocietate jungenda ſolicitat, & trajectis Thermopylis Elatiam occupat. Quo metu Athenienſes perculſi pecunias omnes publices militares fieri decernunt, & ad bellum per Demoſthenem accenſi, per eundem legatum Thebanos in belli ſocietatem contra Philippum ſibi adjungunt. Xenocrates philoſophus in Academia Speuſippo ſucceſſit, ſcholamque per annos XX. obtinuit.

3. CHARONDAS.

PUGNA AD CHÆRONEAM.

Philippo cum magnis copiis in Atticam irrumpenti Athenienſes, & Thebani cum occurriſſent, Charete, & Lyſicle ducibus, ad Chæroneam in Bœotia memorabili prœlio fuſi ſunt; ex quo Demoſthenes fugit. Athenienſes, & Bœoti pacem à Philippo impetrarunt. Lyſiclem, quo duce male pugnarant, accuſante Lycurgo, capite damnarunt. Demoſthenes muros urbis refecit, cujus rei ergo Cteſiphon decretum ſcripſit, ut corona in populo donaretur; quo nomine Æſchines à Cteſiphonte mulctam petiit.

4. PHRYNICHUS.

Philippus in concilio Græcorum ad Corinthum imperator belli contra Perſas declaratus, poſt numerum militum unicuique populo conſtitutum, in Macedoniam revertit.

CXI.

1. PYTHODORUS, alias PYTHODEMUS.

ALEXANDRI MAGNI REGNUM.

PHilippo per inſidias à Pauſania interfecto, ALEXANDER filius ſucceſſit, qui Magnus appellatus eſt.

2. EVÆNETUS.

Philippi morte cum Græci omnes, tum maxime Athenienſes agente Demoſthene ad res novas moliendas erecti. Quos motus cum Alexander prudenter compoſuiſſet, Athenienſes ad eum legatos veniæ petendæ cauſſa miſerunt; quorum Demoſthenes ſibi diffiſus è medio itinere revertit. Alexander à Græcis imperator adverſus Perſas declaratus, Thebanos præſidium Macedonum è Cadmea arce dejicere auſos aggreſſus, urbem eorum evertit, & Demoſthenem ceteroſque rhetores cauſſæ ſuæ infeſtos, quos ſibi tradi poſtulaverat, Demadis legati oratione permotus, populo roganti condonavit. Ariſtoteles Athenas profectus in Lyceo docere cepit, eamque ſcholam per annos XII. obtinuit.

3. CTESICLES.

Alexander translato in Aſiam bello Satrapas Perſicos ad Granicum in Phrygia vicit, & Miletum, Halicarnaſſumque expugnavit.

4. NICOCRATES.

Alexander Darium Perſarum regem ad Iſſum in Cilicia prœlio ſuperavit.

CXII.

1. NICERATUS, alias ANICETUS.

Alexander Tyrum in Syria occupat, & Ægyptum ditioni ſuæ adjungit.

2. ARISTOPHANES.

Antipater præfectus Alexandri Agidem regem Lacedæmoniorum, Arcadaſque imperium detrectantes vicit. Alexander Darium regem in Arbelis profligavit.

3. ARISTOPHON.

Alexander Arbela, Babylona, Suſa, & Perſepolim occupat, & Perſicum regnum excindit. Darius rex à Beſſo interfectus. Demoſthenes Athenis Cteſiphontem de corona adverſus Æſchinem nobili, quæ extat, oratione defendit.

4. CEPHISOPHON.

Alexander in Hyrcaniam movit, & cum Thaleſtride regina Amazonum concubuit; & inſidias ab amicis ſibi paratas depulit.

CXIII.

1. EUTHYCRITUS.

Alexander Paromyſadis, & Sogdianis, & Scythia bellum intulit.

2. CHREMES.

Alexander victor in India reges alios evertit, alios conſtituit. Calanus philoſophus apud Indos moriens Alexandrum appel-

pellat. Cum Harpalus Alexandri præfe- A
ctus ingenti cum pecuniarom numero Athenas proſugiſſet, eoque mortuo quæſtio inſtituta eſſet, ad quos ea pecunia perveniſſet, Demoſthenes eo nomine poſtulatus, damnatuſque in exilium profectus eſt.

3\. ANTICLES.

Milites multi ab Alexandro in Aſia dimiſſi cum ad Tænarum Laconiæ promontorium perveniſſent, ducem ſibi Leoſthenem Atheníenſem aſciverunt. Alexander in Coſſæos movit.

4\. SOSICLES.

Alexander Babylona ingreſſus gentium omnium legatos audivit.

CXIV. B

1\. AGESIAS.

Alexander veneno à ſuis interemptus eſt. Belli Lamiaci, quod geſſerunt Athenienſes, initia exarſerunt. Demoſthenes exul, quod ultro cauſſam Athenienſium unà cum Polyeucto Athenienſium legato in Arcadia contra Antipatrom Macedonem acriter deſenderat, magna gloria à populo revocatus eſt. Diogenes Cynicus philoſophus, eodem die, quo Alexander, mortuus.

2\. CEPHISODORUS.

BELLUM LAMIACUM.

C

ANTIPATRI
DOMINATUS ATHENIS.

Mortuo Alexandro Regnum inter Macedones diviſum eſt. Macedonia Aridæo fratri, aut, ut aliis placet, Alexandro filio pupillo conceſſa, ita tamen ut Antipater adminiſtrationem haberet. Itaque cum Antipater, prout Alexander vivens ſtatuerat, exules in civitates Græcorum reduceret, Athenienſes, & Bœoti id inique ferentes ad bellum coorti, multis aliis pro Græciæ libertate in belli ſocietatem aſcitis, Antipatrum primum prœlio in Theſ- D
ſalia ad Cranonem menſe Metagitnione vicerunt, deinde Lamiam compulſum Leoſthene duce acriter obſederunt. Leoſthene interfecto Antiphilus ſuffectus eſt. Poſt autem Antipater Crateri auxilio Græcis depulſis, atque omni belli mole Athenas translata, Athenienſes diu obſedit. Qui cum per Xenocratem, Demadem, & Phocionem pacem tandem petiiſſent, deditionem hac conditione facere menſe Boëdromione coacti ſunt, ut democratia cederent, & oligarchiam inſtituerent, ac Rempublicam penes eos ponerent, qui cenſum duum millium drachmarum haberent; quorum numerus E
novem millium eſt inventus; & præſidium Macedonum in Munychia acciperent.

OLIGARCHIA
TERTIA.

Cum oratores Macedonum cauſſæ inſeſtos ſibi Antipater poſtulaſſet, Demoſthenes, & Hyperides profugerunt; quorum Hyperides in Ægina à ſatellitibus Antipatri captus, ab eo necatus eſt; Demoſthenes in inſula Calauria, ne in ejus manus

A perveniret, menſe Pyanepſione venenum bibit. Demades, & alii Macedonum fautores Antipatro ſuaſerunt, ut non ſolum Athenas, ſed alias etiam Græcas civitates Athenienſium calamitate perterritas præſidio impoſito devinctas haberet. Præſidium præfecto Menyllo in Munychia impoſitum die Boëdromionis vigeſimo. Ariſtoteles cum in Chalcidem ſeceſſiſſet, moritur. Theophraſtus ſcholam ejus excepit.

PHILOCLES. 3.

Aridæus corpus Alexandri Magni ex Babylone in Ægyptum ſumptu magnifico deportavit.

. . . . 4.

B Hic, & ſequens annus apud Diodorum intercidit.

CXV.

. . . . 1.

APOLLODORUS. 2.

Athenienſes Phocione ad Antipatrum proficiſci recuſante, Demadem miſerunt, petentes, ut præſidium, quod ille in Munychia impoſuerat, educeret. Antipater, qui antea Demadem unice dilexerat, literis quibuſdam, quibus ille Perdiccam in ſe concitabat, inventis, ab eo alienatus ipſum cum filio Demea trucidavit: & cum rerum adminiſtrationem Polyperchonti tradidiſſet, è vita deceſſit. Caſſander
C Antipatri F. Chiliarchus à patre relictus, antequam patris obitus Athenis enunciaretur, Nicanorem pro Menyllo præſidio Munychiæ præfecit. Polyperchon decreto lato omnes Græcorum civitates liberas eſſe juſſit, ut Philippo, & Alexandro regnantibus fuerant.

ARCHIPPUS. 3.

CASSANDRI
MACEDONIS REGNUM.

Ut Macedones in duas factiones abierant, unam Caſſandri, alteram Polyperchontis, ſic etiam Athenienſium ci-
D vitas in optimates, & populares diſtracta, illa cum Caſſandro, hæc cum Polyperchonte ſentiebat. Nicanor à Caſſandro Munychiæ præfectus ab Athenienſibus, præſidium è Munychia educere ex Polyperchontis decreto juſſus, quòd alienam à Caſſandro voluntatem eorum perſpexiſſet, Piræeum furtim occupavit. Qua de re cum quererentur Athenienſes, ab eo ad Caſſandrum rejecti ſunt. Cum autem Alexander Polyperchontis F. verbo, ut opem Athenienſibus contra Nicanorem ferret, re, ut Munychiam, & Piræeum ſibi vindicaret, in
E Atticam veniſſet, populus magiſtratus omnes abdicare juſſit, atque alios ex maxime popularibus ſubrogavit; quique in oligarchia magiſtratus geſſerant, alios morte, alios exilio, alios bonorum publicatione mulctavit. Inter quos fuit & Phocion, qui Antipatro vivente ſummæ rerum præfuerat. Hi vero ad Alexandrum profecti, cum Polyperchontem patrem ejus literis de ſalute ſua, populus autem de Munychia, libertateque ex ejus decreto ſibi reſtituenda legationibus fatigarent, Polyperchon mutata ſententia, quantum ad res gerendas portus Piræei valeret,

contemplatus, de portu nihil reſpondit, A Phocionem autem, ceteroſque, qui pro Caſſandro ſenſerant, vinctos io curru Athenas remiſit, qui omnes populi judicio condemnati extremi ſupplicii pœnas dederunt. Caſſandrum inde in Piræeum ingreſſum Polyperchoo è Phocide in Atticam profectus obſidere cœpit; inde parte exercitus Alexandro filio tradita ipſe in Peloponneſum adverſus Megalopolitaaos Caſſandri amicos progreſſus eſt. Interea Caſſander Panactum Atticæ caſtellum cepit, Æginetas ſibi adjunxit, Salaminem obſedit.

CASSANDRI DOMINATUS ATHENIS. B

OLIGARCHIA IV.

Tandem aum Athenienſes præſidium Caſſandri depellere conati, non potuiſſent, pacti cum eo ſunt, ut ipſi haberent urbem, agrum, vectigalia, & alia omnia, & ſocii Caſſandri eſſent, Munychiam vero Caſſander teneret; Reſpublica vero penes eos eſſet, qui cenſum uſque ad decem minas haberent, & ut curator civitatis, qui Caſſandro videretur, imponeretur. Demetrius autem Phanoſtrati F. C Phalereus impoſitus eſt, qui dominatum in cives ſuos liberis hominibus intolerandum exercuit. Hæc autem à Caſſandro facta jam poſt Aridæum Macedoniæ regnum adepto ſcribit Pauſanias in *Atticis*.

4. DEMOGENES.

Polemon philoſophus in Xenocratis demortui locum Academiam obtinuit.

CXVI.

1. DEMOCLIDES.

Caſſander oppidum in Macedonia Caſſandream condidit, & Thebas ab Alexandro everſas poſt annos XX reſtituit; (cui officio etiam Athenienſes ſervierunt, qui magnam murorum partem conſtruxerunt,) ac præſidio in Cadmea impoſito D Thebanos ſibi dicto audientes eſſe coëgit.

2. PRAXIBULUS.

3. NICODORUS.

4. THEOPHRASTUS.

CXVII.

1. POLEMON.

Antigonus Aſiæ poſt mortem Alexandri præfectus cum exercitu in Græciam Polemonem ad Græcas civitates liberandas miſit. Qui expugnato, traditoque Bœotis Oropo, & Caryſtiis ad amicitiam adjunctis, io Atticam proceſſit. Athenienſes autem cum ad Antigonum clam de libertate miſiſſent, caſtris à Ptolemæo Antigoni E præfecto urbi admotis, Demetrium Phalereum cum Antigono ſocietatem inire coëgerunt. Ptolemæus inde in Bœotiam regreſſus capta Cadmea, præſidioque Caſſandri dejecto Thebas liberavit.

2. SIMONIDES.

Fœdus inter Caſſandrum, Ptolemæum, Lyſimachum, & Antigonum ictum, ut Lyſimachus Thracia potiretur, Ptolemæus Ægypto, Antigonus Aſia, Caſſander præfectus eſſet Europæ.

3. HIEROMNEMON.

4. DEMETRIUS PHALEREUS.

Lyſimachus urbem coodidit Lyſimachiam in Thracia.

CXVIII.

CHARINUS. 1.

Epicurus philoſophus præeſſe ſcholæ Mytilenis cœpit, annos natus XXXII., eamque ad quinquennium obtinuit.

ANAXICRATES. 2.

ATHENÆ

PER DEMETRIUM CASSANDRI DOMINATU LIBERATÆ.

Demetrius Antigoni F. cognomento Poliorcetes, copiis à patre ad liberandas Græciæ civitates acceptis ex Epheſo improviſò Athenas acceſſit, quæ à Caſſandro per Demetrium Phalereum tenebantur; & Dionyſio præſidii Munychiæ præfecto capto, & Phalereo urbe pulſo, & Piræeo, Munychiaque receptis, antiquas leges, libertatemque Athenienſibus reddidit; cujus rei ergo Athenienſes ei, & patri honores, Stratocle ſcribente, eximios decreverunt; in primis autem tribus duas addiderunt, eaſque illorum nominibus inſignoiverunt, Antigonidem, & Demetriadem; & ludos, pompas, ac ſacra anoiverſaria eis inſtituerunt, & eorum imaginem in Peplo Minervæ intexoerunt, & ſervatores eos vocarunt, & pro archonte aaaoo ſacerdotem ſervatorum induxeruot, & ſenatum ſexcentorum, centenis adjectis, fecerunt. Demetrii Phalerei ſtatuæ ad trecentas conflatæ. Lycurgo oratori mortuo honores Stratoclis decreto delati. Dinarchus orator Caſſandri partium fautor Athenis aufugit.

CORYBUS. 3.

Antigonus Demetrii pater in Ægypto cum Ptolemæo bene pugnavit; qua victoria elatus ipſe ſe regem appellavit; quo nomine poſt etiam Ptolemæus, & Seleucus, & Lyſimachus uſi ſuot.

XENIPPUS. 4.

Demetrius Antigoni F. bellum Rhodiis infert. Hoc tempore philoſophi omnes urbe Athenarum exceſſerunt, Sophoclis lege lata, ne quis philoſophus ſcholam haberet, niſi ſenatui, & populo placuiſſet; ſin minus, morte mulctaretur; paulo poſt autem lege abrogata redierunt, cum Sophocles de violatis legibus à Phyllione damnatus eſſet; quod in *Theophraſto* prodit Diogenes.

CXIX.

PHERECLES. 1.

Demetrius Rhodum io poteſtatem adduxit.

LEOSTRATUS. 2.

Cum Caſſander ad obſideadas Atheaas acceſſiſſet, Demetrius ab Athenienſibus advocatus è regione Caſſandrum fugavit; Phylam, & Panactum, quæ fuerant Caſſandri in Attica propugnacula, Athenienſibus reſtituit. Quibus rebus aovos, & ſupra omnem fidem ingentes ei honores exquiſiverunt; in primis autem latum, ut quod Demetrius juberet, id fas, & juſtum eſſet. Inde in Peloponneſum profectus Sicyonem, & Corinthum, atque Arcadiam totam præter Mantineam occupavit,

vit, eaſque Caſſandri dominatu liberavit. Epicurus Athenas venit, ibique ſcholam habuit. A

3. NICOCLES.

Caſſander veritus, ne Demetrius, Antigonuſque liberatis Græcis in Macedoniam bellum transferrent, ubi Antigonum amicitiam ſuam reſpuere ſenſit, cum Ptolemæo, Seleuco, & Lyſimacho fœdus fecit, bellumque Antigono intulit. Demetrius ut myſteriis Cereris magnis, & parvis initiaretur, cum iis intereſſe multorum inter ſe menſium ſpacio disjunctis non poſſet, perſuaſit Athenienſibus, ut ritum patrium permutarent, eaque inter ſe continuatis menſibus celebrarent, atque inde ad patrem in Aſiam, cui bellum à regibus erat commotum, ſe contulit. B

4. . . . .

Antigonus in prælio captus, & interemptus regnum hoſtibus tradidit. Demetrius filius cum parte peditum, equitumque è pugna elapſus Epheſum pervenit, eique Athenas ut in portum miſeriarum contendenti, obviam legati ab Athenienſibus miſſi, ut Athenis abſtineret; nam neminem regem in urbem recipere ſe decreviſſe; quo audito ille navibus ſuis quibuſdam ab eis acceptis ad Iſthmum ſe recepit.

CXX.

TYRANNIS
LACHARIS.

C

1. . . . .

DEmetrius filiam Stratonicem Seleuco Syriæ regi in matrimonium collocat; ipſe mortua Deidamia conjuge Ptolemaidem Ptolemæi Ægypti regis filiam ſibi deſpondet. Cum autem ab amicis eſſet admonitus, Lacharem Athenis in magna civium ſeditione tyrannidem occupaſſe, Athenarum recuperandarum in ſpem erectus, in Atticam exercitum duxit, & Eleuſine, ac Rhamnunte occupatis Athenas acceſſit, eaſque obſidione cinctas ad extremam rerum omnium inopiam adduxit. Lachare inde ad Bœotos profecto, urbis potitus, & Piræeo, Munychiaque receptis, Muſæum valido præſidio firmavit. D

DEMETRII
DOMINATUS ATHENIS.

2. . . . .

DEmetrius Athenis profectus adverſus Lacedæmonios exercitum ducit, & Archidamo rege eorum prœlio fuſo, prope urbem caſtra admovit; atque altero ſecundo prœlio facto, parum abfuit, quin urbem ipſam ceperit. Arceſilas philoſophus, qui mediam Academiam inſtituit, floret Athenis. E

3. . . . .

Caſſandro Macedoniæ rege mortuo PHILIPPUS filius ejus ſucceſſit; quo haud ita multo poſt vita functo, ALEXANDER frater Philippi regnum excepit; quem cum Antipater frater Theſſalonica matre natus per arma regno pellere conaretur, Alexander Demetrium ex Peloponneſo, & Pyrrhum regem ex Epiro auxilio advocavit. A

. . . .

Alexander cum Antipatro fratre auxilio Pyrrhi rem proſpere geſſit; nam Demetrius aliis rebus detentus in tempore non adeſſe potuit. Pyrrhus pro auxiliis lati mercede magnam Macedoniæ partem ſibi aſſumpſit. 4.

CXXI.

. . . .

Demetrius poſt rem confectam ad Alexandrum in Macedoniam venit. 1.

. . . .

Demetrius ab Alexandro è Macedonia decedens, cum ab eo inſidiis peteretur, eum antevenit; nam eo necato regnum Macedoniæ arripuit. 2. B

. . . . 3.

DEMETRII
MACEDONIS REGNUM.

DEmetrius in Macedonia regnare incipit, primus ex hac familia, cujus genus in Perſeo rege à Romanis victo, & necato defecit. Cum autem Macedoniam, & Theſſaliam, & præterea Athenas, & Megara, & plurimas in Peloponneſo urbes obtineret, Bœotos in poteſtatem adduxit. C

. . . .

Demetrius Bœotos à Cleonymo Spartano ad defectionem ſolicitatos iterum vicit; atque oppida eorum omnia præſidiis ſuis firmavit. 4.

CXXII.

. . . .

Thebæ iterum rebellantes ab Antigono Demetrii F. obſeſſæ. Pyrrhus, qui in Theſſaliam invaſerat, à Demetrio repreſſus. Thebæ poſt longam obſidionem receptæ. Ab eodem Ludi Pythii Athenis celebrati. 1.

. . . .

Demetrius in Ætolos movit; eorumque vaſtatis agris in Pyrrhum regem Epiri arma convertit. Demetrius regionem Pyrrhi populatus eſt, Pyrrhus Pantauchum Demetrii ducem in Ætolia relictum magno prœlio fudit. 2. D

. . . .

Cum Demetrius Pellæ ægrotaret, Pyrrhus in Macedoniam populabundus invaſit; inde à Demetrio poſtquam magnam partem occupaverat, pulſus, in ſuam regionem ſe recepit. 3.

DIPHILUS.

4.

ATHENÆ
DOMINATU DEMETRII LIBERATÆ.

E

CUm Demetrium de paterno recuperando Aſiæ regno cogitantem, bellumque parantem Lyſimachus, Seleucus, & Ptolemæus animadvertiſſent, aſſumpto bellis ſocio Pyrrho, arma illi intulerunt; quorum Lyſimachus, & Pyrrhus Macedoniam adorti eum inde expulerunt, ipſique eam inter ſe diviſerunt. Demetrius tanta accepta clade cum in Græciam ſe recepiſſet,

A ſet, antiquam Thebanis Rempublicam reſtitnit. Athenienſes autem in ſpem libertatis excitari, antiquæ gloriæ memores, duce Olympiodoro Macedonas Athenis, & Muſæo, quod ab eis tenebatur, expulerunt, & Piræeum, ac Munychiam receperunt, & Macedonas Eleuſinem invadentes, comparata Eleuſiniorum manu prœlio fuderunt; & archontem annuum reſtituerunt, cum pro eo antiſtitem ſervatorum in honorem Demetrii jam per aliquot annos crearent. Itaque Demetrius contracta claſſe Athenas obſeſſurus, Cæteris philoſophi legati ad eum miſſi oratione permotus, dimiſſis Athenis in Aſiam ſe adverſus Seleucum contulit. B

CXXIII.

1. . . . .

LYSIMACHI MACEDONIS REGNUM.

Lyſimachos Pyrrhum Macedonia expulit; atque ipſe ſe regem declaravit. Seleucus capto in Cilicia Demetrio, Syriæ, & Aſiæ ſe regem appellavit.

2. . . . .

3. . . . .

Straton Peripateticus hac Olympiade ſucceſſit Theophraſto in Lyceo, ſcholamque obtinuit annos XVIII. C

4. . . . .

CXXIV.

1. . . . .

SELEUCI MACEDONIS REGNUM.

Ptolemæus Philadelphus Ptolemæo Lagi F. in Ægypti regno ſucceſſit. SELEUCUS Antiochi F. victo Lyſimacho regnum Macedoniæ ſibi vindicat.

2. . . . .

PTOLEMÆI MACEDONIS REGNUM. D

PTOLEMÆUS Ceraunus Seleuco per inſidias interfecto poſt ſeptem menſes regnum Macedoniæ invaſit. Seleuci F. Antiochus Soter Syriæ, & Aſiæ regnum obtinuit.

3. . . . .

Galli in Illyrium, & Macedoniam irrumpentes duce Bolgio Ptolemæum regem reſiſtere conantem interfecerunt.

4. . . . .

SOSTENIS MACEDONIS REGNUM. E

SOSTENES poſt necem Ptolemæi regis ſe Gallis opponens regnum Macedoniæ occupavit.

ANTIGONI GONATÆ MACEDONIS REGNUM.

CXXV.

1. GORGIAS.

ANTIGONUS Gonatas Demetrii Poliorcetæ F. Antigoni N. patrium regnum Macedoniæ recuperavit. Demoſtheni oratori mortuo honores magni petente Demochare decreto populi delati.

ANAXICRATES. 2.

Galli duce Brenno in Græciam irruperunt; cum iis ad Thermopylas debellatum à Græcis eſt, cum ob veterem dignitatem ejus expeditionis principatum Athenienſes duce Callippo obtinerent. Antigonus rex item auxilia præfecto Ariſtodemo ex Macedonia miſerat, & Antiochus ex Aſia, Teleſarcho. Eoſdem Gallos deinde, cum fanum Delphicum ſpoliaſſent, Phocenſes accitis Ætolis, atque ipſo prope Deo arma pro ſe capiente deleverunt.

DAMOCLES. 3.

Gallorum reliquiæ in Aſiam trajecerunt, atque Ancyra Phrygum oppido occupata ſupra Sangarium amnem conſederunt, atque inde Gallogræci vocati.

. . . . 4.

Pyrrhus rex à Tarentinis advocatus veris initio trajecit in Italiam contra Romanos. Achæorum civitates inter ſe conſpirarunt, & communem Rempublicam inſtituerunt Dyme, Pharæ, Patræ, & Tritæa.

CXXVI.

. . . . 1.

Pyrrhus rex Romanos vicit in Lucania ad flumen Sirim P. Lævino conſule pugnantes. C. Fabricius de redimendis captivis ad eum miſſus.

. . . . 2.

Pyrrhus vulnere accepto à Romanis Tarentum fugatus.

. . . . 3.

Pyrrhus à Syracuſanis advocatus in Siciliam cum exercitu trajecit.

. . . . 4

CXXVII.

. . . . 1.

Egium, Carynia, Bura ſe Achæorum concilio tyrannis expulſis adjungunt.

. . . . 2.

Pyrrhus in Italiam revectus à Manlio Curio Dentato conſule memorabili prœlio ſuperatus in Epirum receſſit.

. . . . 3.

Pyrrhus Macedoniam ingreſſus, magnam partem occupavit, Antigonumque regem ſe ad maritimas civitates recipere coëgit.

. . . . 4.

Pyrrhus à Cleonymo Spartano, qui ab Areo in petitione regni ſuperatus fuerat, inductus, ſpecie, ut Græcas civitates Antigoni dominatu liberaret; re, ut ſibi Peloponneſum adjungeret, in agrum Laconicum populabundus iniit; & abſente in Creta rege Areo urbem Lacedæmonem oppugnavit. Tandem cum auxilium Antigono à Corintho acceſſiſſet, ſimulque Areus rex è Creta ſuperveniſſet, inde re irrita diſcedere coactus Argos accerſitus ab Ariſteo, qui cum Ariſtippo ſentiebat, cui Antigonus favebat, urbem ingreſſus tegulæ ictu concidit.

CXXVIII.

. . . . 1.

Morte Pyrrhi multæ civitates Peloponneſi ad Antigonum regem defecerunt; aliæ proditione receptæ.

PYTHARATUS. 2.

Epi-

A Epicurus philoſophus mortuus. Lycon Peripateticus ſucceſſit Stratoni, & ſcholæ præfuit annos XLIV. Demochari mortuo honores Athenis decreti.

3. . . . .

Ariſtotimus auxilio Antigoni tyrannide Eleorum potitur, & poſt ſex menſes à Cylone occiditur.

CXXIX. 4. . . . .

1. . . . .

2. . . . .

B Antigonus à Ptolemæo Ægypti rege, & Spartanis bello petitur; quibus cum ſe Gallogræci adjunxiſſent, occidione occiſi ſunt.

3. . . . .

ANTIGONI
GONATÆ DOMINATUS ATHENIS.

ANtigonus Gallorum victoria elatus, & jampridem Athenienſibus iratus, quod quondam à Demetrio patre ſuo defeciſſent, & præſidium Athenis, & in primis Muſæo, quod ille muniverat, depuliſſent, bellum eis graviſſimum intulit, atque Athenas maritimis, & terreſtribus copiis oppugnavit. Athenienſium C ſubſidio Ptolemæus Philadelphus Ægypti rex Patroclum cum claſſe miſit, unde Patrocli inſula nomen invenit. Lacedæmonii etiam Areum regem ſequuti non defuere; qui tamen parum eis ad ſalutem profuerunt. Nam Athenienſes diu obſeſſi ſe dedere Antigono, & iterum in Muſæo præſidium recipere coacti ſunt; iidem tamen erga Ptolemæum grati tribum unam ab eo Ptolemaidem nominarunt; ut aliquot poſt annis ab D Attalo alteram Attalidem. Interim Alexander rex Epiri, regis Pyrrhi F. abſente Antigono Macedoniæ fines populatus eſt.

. . . . 4.

Antigonus è Græcia in Alexandrum Epirotam reverſus à militibus ſuis deſtitutus regnum Macedoniæ cum exercitu amittit. Demetrius autem Antigoni F. puer regnum recuperat, & Alexandrum Epiro ejicit.

CXXX.

. . . . 1.

Romani Ap. Claudio Caudice conſule bellum Punicum primum inierunt. Alexander Epirota Arcadum auxilio in regnum reſtituitur.

. . . . 2.

. . . . 3.

. . . . 4.

CXXXI.

. . . . 1.

Perſeus Philoſophus Stoicus Zenone Cittieo jam ſene floret. Zeno ab Antigono rege advocatus ætatis gravitate excuſata, non ivit.

. . . . 2.

. . . . 3.

. . . . 4.

ATHENÆ
DOMINATU ANTIGONI LIBERATÆ.

CXXXII.

. . . . 1.

ANtigonus rex præſidium Athenis è Muſæo deduxit, & liberos Athenienſes reliquit. Romani cum Pœnis jam nonum annum bellantes cum Xanthippo Lacedæmonio Pœnorum duce acie dimicarunt, quo in prœlio M. Atilius Regulus imperator captus eſt.

F I N I S.

R E G E S
LACEDÆMONIORUM.

LACEDÆMON JOVIS F. Rex I.

Eurotæ Laconiæ regi, cum ſine filiis deceſſiſſet, Lacedæmon ſucceſſit, ex eadem matre, qua Eurotas, genitus, præterea Eurotæ gener. Hic regionem à ſe Laconiam, & urbem, quam condidit, à nomine uxoris Spartæ, Spartam vocavit; cum Erichthonius Vulcani F. rerum potiretur Athenis.

AMYCLAS Lacedæmonis F. Rex II.

Hic oppidum Amyclas in agro Laconico condidit.

ARGALUS Amyclæ F. Rex III.

CYNORTAS Argali F. Rex IIII.

OEBALUS CYNORTAE F. Rex V.

Hic ex Gorgophone Perſei regis Argivi filia, Jovis nepte, Hippocoontem, & Tyndareum genuit.

HIPPOCOON Oebali F. Rex VI.

Hippocoon victo Icarii ope Tyndareo fratre ſecum de regni poſſeſſione certante, regnum ſuſcepit.

TYNDAREUS Oebali F. Rex VII.

Tyndareus pulſo è patrio regno Herculis E auxilio Hippocoonte fratre, poſt eum regnavit.

CASTOR POLLUX Tyndarei filii Reges VIII.

Horum ætas Theſei regis Athenienſis regno reſpondet.

MENELAUS Atrei F. Rex IX.

Mortuis Tyndaridis ſine filiis, Menelaus, quod Helena ducta Tyndarei gener eſſet, ad regnum pervenit. Hoc tempore Ilium expugnatū eſt. Id quod in annum primum Demophoontis regis Athenienſis refertur.

ORESTES Agamemnonis F. Rex X.

Hic patrio Mycenarum regno pulſus Menelai ſoceri ſui filiis è ſerva natis excluſis regnum occupavit.

TISAMENUS Oreſtis F. Rex XI.

Regnante Tiſameno Heraclidæ, duce Oxylo in Peloponneſum, unde ab Euryſtheo rege quondam pulſi fuerant, reverterunt, Creſphontes, Temenus, & Ariſtodemus Ariſtomachi filii, Cleodæi nepotes, Hylli pronepotes, Herculis abnepotes; & cum Dorienſium auxilio Meſſenem, Argos, & Spartam, earum inde pulſis regibus in poteſtatem adduxiſſent, ea regna in ſortem conjecerunt. Creſphonti Meſſene, Temeno Argi, Sparta Ariſtodemi filiis geminis, Euryſtheni, & Procli, quod Ariſtodemus è vita jam deceſſiſſet, obtigerunt. Quo factum eſt, ut regnum Spartæ duobus duarum familiarum viris poſthac mandatum ſit; quarum una fuit poſterorum Euryſthenis, altera Proclis. Hæc autem in ea tempora inciderunt, quibus Melanthus Andropompi F. Meſſene ab Heraclidis pulſus Athenarum regnum ſibi vindicavit

EURYSTHENES Ariſtodemi F. Rex XII. regnat annos XLII.

PROCLES Ariſtodemi F. Rex XII. regnat annos....

Hi Reges Rempublicam, regnumque Lacedæmoniorum conſtituiſſe dicuntur.

AGIS Euryſthenis F. Rex XIII. regnat annos L.
Ab hoc Agide poſteri omnes Euryſthenis Agidæ ſunt vocati. Idem Ilotis, id eſt, agreſtibus Lacedæmoniis jus æquabile per arma ademit; quod bellum Iloticum dictum eſt.

SOUS Proclis F. Rex XIII. regnat annos....
Soo regnante Spartiatæ Ilotas ſubegere; & Arcadibus agri partem ademere. Sous à Clitoriis obſeſſus fœdus fecit.

C

ECHESTRATUS Agidis F. R. XIV. regnat ann. xxxv. Hic Cynurenſes ſedibus expulit.

EURYPON Soi F. Rex XIV. regnat annos... Ab hoc poſteri omnes Proclis Eurypontidæ appellati, qui ante Proclidæ dicebantur

D

LEOBOTES Echeſtrati F. R. XV. regnat annos xxxvii. Hujus tutorem fuiſſe Lycurgum legislatorem ſcribit Herodotus; haud ſcio an vere. Idem bellum cum Argivis Cynurenſium cauſſa geſſit.

PRYTANIS Eurypontis F. R. XV. regnat annos...

E

DORYSSUS Leobotis F. R. XVI. regnat ann. xxix.

EUNOMUS Prytanidis F. Rex XVI. regnat annos... Hic civili tumultu popinario cultro ictus occubuit.

AGESILAUS Doryſſi F. R. XVII. regnat ann. XLIV.

POLYDECTES Eunomi F. R. XVII. regnat annos...

Regnante Ageſilao LYCURGUS Eunomi Regis F. Prytanidis N. cum Charilai, filii Polydectis fratris, tutelam gereret, leges Lacedæmoniis ſcripſit; quibus illa Reſpublica poſtea mirifice crevit.

A

ARCHELAUS Ageſilai F. Rex XVIII. regnat annos LX. Archelaus urbem finitimam Ægyn excidit, defectionem ejus ad Arcadas metuens.

CHARILAUS Polydectis F. Rex XVIII. regnat annos LXIV. Charilaus cum Argivis, & Tegeatibus bellum geſſit, & Archelaum in excidenda Ægy adjuvit.

B

TELECLUS Archelai F. Rex XIX. regnat annos XL. Lacedæmonii finitima oppida Amyclas, Pharin, Geranthras, quæ Achæi occuparant, everterunt. Teleclus rex Argivos bello petivit, & bellum Meſſeniis intulit propter virgines Lacænas in templo Meſſeniis, & Lacedæmoniis cõmuni, in finibus ſito, violatas; in eoque ipſe occubuit.

NICANDER Charilai F. Rex XIX. regnat an. xxxix. Nicandro regnante bellum cũ Meſſeniis à Teleclo rege partũ proſpere geſtum. Lacedæmonii duce Nicandro, adjunctis Aſinæis, Argolidem invaſerunt. Anno Nicandri regis xxxiii. prima olympias inita eſt; ut ſcribit Clemens.

C

ALCAMENES Telecli F. Rex XX. regnat annos xxxvii. Alcamene cum Theopompo regnante bellũ Meſſenicum vicennale cum ob veteres, tum ob novas cauſſas geri cœptum; in quo Amphæa de Meſſeniis capta eſt. Jurarunt Lacedæmonii, ſe domum, niſi confecto bello non reverſuros; & remiſſa domũ injuratā juventute, permiſſoque omniũ feminarũ promiſcuo concubitu, prolem eorũ propagarunt, qui Partheniæ dicti ſunt; qui poſt annos xxx. duce Phalanto Tarentum in Italia occuparunt.

THEOPOMPUS Nicandri F. Rex XX. regnat an.... Theopompum alii bello Meſſenico occubuiſſe, alii, quod verius eſt, bellum illud confeciſſe ſcribunt. Eundem ſunt qui prodant magiſtratum quinque Ephororum inſtituiſſe, qui Regibus oppoſiti, regni opes imminuerunt. Eodem regnante inter Argivos, & Lacedæmonios de Thyreatum finibus eſt dimicatum.

D

POLYDORUS Alcamenis F. R. XXI. regnat annos...

E

Polydorus item cum Theopompo regni partem traduxit, & bello Meſſenico cum eo finem impoſuit, Ithome Meſſeniorum arce exciſa; poſt à Polemarcho homine Spartano necatus eſt. Polydoro tantum honoris habitum eſt, ut quæ publice obſignari neceſſe erat, ea Polydori imagine magiſtratus obſignarent.

EURYCRATES Polydori F. Rex XXII. regnat annos.... Hoc regnante Meſſenii æquo animo Lacedæmoniis paruerunt.

ZEUXIDAMUS Archidami F. Theopompi N. R. XXI. regnat annos...

A

ANAXANDER Eurycratis F. Rex XXIII. regnat annos....

ANAXIDAMUS Zeuxidami F. Rex XXII. regnat annos....

Anaxandro, & Anaxidamo regnantibus archonte Athenis Tleſia Meſſenii à Lacedæmoniis defecerunt, anno, poſtquam ſubacti erant, & Ithome exciſa erat, xxxix. cujus belli dux fuit Tyrtæus poeta, homo claudus, ab Athenienſibus datus. Meſſenii Peloponneſo exacti.

EURYCRATES Anaxandri F. R. XXIV. regnat annos... Lacedæmonii cladem à Tegeatibus acceperunt.

ARCHIDAMUS Anaxidami F. R. XXIII. regnat ann....

B

LEON Eurycratis F. Rex XXV. Lacedæmonii item à Tegeatibus victi.

AGASICLES Archidami F. Rex XXIV.

ANAXANDRIDES Leontis F. Rex XXVI. regnat annos... Lacedæmonii cum Tegeatibus melius pugnarunt.

ARISTO Agaſiclis F. R. XXV. regnat annos....

CLEOMENES Anaxandridæ Fil. Rex XXVII. regnat annos....

DAMARATUS Ariſtonis F. Rex XXVI. regnat annos...

C

Cleomenes Argivos prœlio fudit, & aſcito ex altera familia rege Damarato, adducto Athenas exercitu, Hippiam Piſiſtrati F. tyrannum Athenis ejecit, & Athenienſes in libertatem primum reſtituit, deinde Iſagoræ à Cliſthene pulſi reducendi cauſſa, eoſdem bello aggreſſus eſt; in quo Orgadem etiam, agrum Cereri ſacrum eſt populatus; poſtremo Damaratum regem crimine objecto regno ſpoliandũ curavit.

LEONIDAS Anaxandridæ Fil. Rex XXVIII. regnat annos.... Hic eſt, qui bello Perſico Xerxis, trecentis aſſumptis ſeſe Perſis ad Thermopylas obtulit, atque ibi cecidit.

D

LEOTYCHIDES Menaris F. Argis N. Rex XXVII. regnat annos xxii. Hic pulſo Damarato cum ex familia Eurypontidarum eſſet, ad regnum evectus, cum Xanthippo Athenienſi Perſas ad Mycalem vicit, bellum contra Alevadas in Theſſalia geſſit; ad extremum de majeſtate poſtulatus Tegeam in exilium abiit.

PLISTARCHUS Leonidæ F. R. XXIX. regnat annum i. Hujus tutor fuit Pauſanias Cleombroti F. Anaxandridę regis N. qui Mardoniũ Xerxis ducem ad Platæas vicit; deinde ad liberandas Grçcas civitates miſſus, earum Xerxi prodendarum conſilium habuiſſe convictus eſt.

E

ARCHIDAMUS Zeuxidami F. Leotychidis N. R. XXVIII. regnat annos XLII.

PLISTONAX Pauſaniæ F. Cleombroti N. Anaxandridæ re-

A

gis pronepos Rex XXX. regnat annos LXVIII. Hujus tutor fuit Nicomedes Cleomenis F. qui auxilio venit Dorienſium contra Phocenſes.

Ilotæ, & Meſſenii illato Lacedæmoniis bello, ubi Ithomen ab iis obſideri audiverunt, bello decennali finem fecerunt.

B

Lacedæmonii fœdus quinquennale, & alterum tricennale cum Athenienſibus percuſſerunt.

Archidamo adhuc regnante bellum Peloponneſiacum initum, atque ab eo Archidamium appellatum. Hic crebris populationibus Atticam vexavit, & Platæas Athenienſium ſocias occupavit.

PAUSANIAS Pliſtonactis F. R. XXXI. regnat annos XIV.

AGIS Archidami F. R. XXIX. regnat annos XLII.

Lacedæmonii cum Athenienſibus fœdus fecerunt in annos quinquaginta, anno decimo belli Peloponneſiaci. Agis Rex bellum cum Eleis geſſit, & cum Alcibiade exule Athenienſi, rupto quinquaginta annorum fœdere in Atticam irrupit, atque ibi Deceliam communivit, unde bellum Decelicum appellatum. Idem cum exercitum Athenas adduxiſſet, fortiter repulſus eſt.

C

Cum Lyſander dux Lacedæmonius Piræeum obſideret, Agis, & Pauſanias reges in Atticam invadentes Athenienſium populum ad graves pacis conditiones accipiendas, & Rempublicam xxx. viris committendam compulerunt. Lyſander ſubactorum Athenienſium gloria elatus tentavit, regnum ab Agidis, & Eurypontidis ad omnes Heraclidas, aut, ut aliis placet, ad omnes Spartanos, ut ipſe etiam in ejus partem veniret, transferre. Idem in Bœotia aſſumptis Phocenſibus bellum geſſit, & ad Haliarthum occubuit. Pauſanias rex criminibus oneratus in exilium Tegeam profectus eſt.

D

AGESIPOLIS Pauſaniæ F. Cleombroti N. R. XXXII. regnat annos XIV. Hujus tutor fuit Ariſtodemus. Bellum geſſit cum Argivis, Mantineam cepit, & cum Olynthiis bellum pararet, mortuus eſt.

CLEOMBROTUS Pauſaniæ F. Rex XXXIII. regnat annos IX.

E

Hujus tutor item fuit Ariſtodemus, Sphodriade duce, ut Piræeum invaderet, inducto, fœdus ultimum cum Athenienſibus violavit, & pugnans cum Bœotis, & Epaminonda illorum duce in prœlio ad Leuctra occubuit; cui etiam Archidamus Ageſilai tum regis filius interfuit. Hac clade Lacedæmoniorum opes acciſæ ſunt.

AGESILAUS Archidami F. R. XXX. regnat annos XLI. Ageſilaus Leotychide notho Agidis fratris filio ſecum de regno certante victo, ope Lyſandri, poſt victos Athenienſes prope Lacedæmone dominantis ad regnum evectus eſt. Bellum cum Artaxerxe rege Perſarum geſſit, & Tiſſaphernem ejus ſatrapen in Ionia magno prœlio fudit. Ægyptios item ultus, domum rediens mortuus eſt; vir inter Lacedæmonios maximus.

AGESIPOLIS Cleom-

bro-

brotı F R. XXXIV. regnat annum 1.

CLEOMENES Cleombroti F. R. XXXV. regnat annos LXI.

AREUS Acrotati F. Cleomenis Regis N. Rex XXXVI. regnat annos XLIV. Hic Cleonymum Cleomenis F. patruum ſuum ſecum de regno litigantem ſuperavit. Iratus Cleonymus Pyrrhum Æacidæ F. intra fines induxit; & prope urbem ipſam Lacedæmonem cepit. Idem Athenienſibus auxilio adverſus Antigonum Gonatam Macedoniæ regem affuit; ad Corinthum cecidit.

ACROTATUS Arei

A

ARCHIDAMUS Ageſilai F. Rex XXXI. regnat annos XXIII. Archidamus Phocenſes bello ſacro adjuvit, & cum auxilio eſſet Tarentinis, in Italia ad oppidum Mandonium à Meſſapiis eodem die interfectus eſt, quo ad Chæroneam ab Athenienſibus cum Philippo pugnatum eſt.

B

AGIS Archidami F. Rex XXXII. regnat annos IX. Hic victo ad Iſſum Dario opem contra Alexandrum Magnū exercitu in Creta contracto tulit, & ſuperato in Arbelis Dario res ejus fovens bellum in Peloponneſo cum Aatipatro Alexandri præfecto ad Megalopolim geſſit; in eoque occubuit. Secunda hæc fuit Lacedæmoniorum clades poſt Leuctricam.

C

EUDAMIDAS Archidami F. R. XXXIII. regnat annos... Alexandro mortuo adhuc vivente iniit.

ARCHIDAMUS Eudamidæ F. Rex XXXIV. regnat annos....

D

Demetrius Poliocertes liberatis Lacharis tyrannide Athenis Lacedæmonam progreſſus cum Archidamo rege duobus prœliis ſecundis factis, ferme urbem ipſam cepit. Tertia hæc Lacedæmoniorum clades numeratur.

EUDAMIDAS Archi-

F. Rex XXXVII. regnat annos.... In prœlio ad Megalopolim ab Ariſtodemo tyranno cæſus.

AREUS Acrotati F. Rex XXXVIII. Hic mortuus eſt annum agens VIII.

LEONIDAS Cleonymi F. Cleomenis regis N. Ageſipolidis pronep. Rex XXXIX. regnat annot...

dami F. R. XXXV regnat annos...

AGIS Eudamidæ F. R. XXXVI. regnat annos....

Hic è Mantinenſibus finibus, & Pellenei, ejectus accitis Achæis, & eorum duce Arato; item in Megaride ſuperatus.

CLEOMBROTUS Rex XL. regnat annos...

Agidi regi adoleſcenti Lyſandrum Ephorum ad legem de novis tabulis, & agrorum diviſione ferendam impellenti, cum Leonidas rex ſenior reſtitiſſet, antiquata lege à Lyſandro regno pulſus eſt; in ejus locum Cleombrotus gener rex factus eſt. Poſt autem cum Ageſilaus Ephorus Agidem ad tollendas æris alieni tabulas impuliſſet, ac de dividendis agris laturus eſſet, divites, ut eorum actionibus reſiſterent, Leonidam à Tegea exulem revocarunt, & iterum ad regnum evexerunt. Cleombrotus rex à Leonida ſocero exactus, Agis ab Ephoris in carcere necatus eſt.

CLEOMENES Leonidæ F Cleonymi N. R. XLI. regnat annos....

EURYDAMIDAS Agidis F. Rex XXXVII. regnat annos...

EPICLIDAS Leonidæ F. Cleonymi N. Rex XXXVIII. regnat annot...

Cleomenes rex Eurydamidam ex altera familia regem veneno ſuſtulit, & fratrem ſuum Epiclidam, vel Euclidam in ejus locum novo exemplo ſubſtituit; primique ex eadem familia duo reges una regnarunt: Ephoros ſuſtulit, & bonorum æqualitate inducta veteres leges, ac Rempublicam reſtituit: Achæis bellum intulit, & Aratum Sicyonium Achæorum prætorem Antigoni Macedoniæ regis ejus, qui Philippi tutor fuit, opem implorare coëgit. Achæi prœlio ad Sellaſiam Cleomene victo, duce Arato Lacedæmone expugnarunt. Epiclidas in pugna cecidit. Cleomenes cum in Ægyptum profugiſſet, ibi necatus eſt. Lacedæmonii regibus liberati ſunt, paucis ante Annibalis in Italiam adventum annis.

I N I S.

IN LIBRUM
CAROLI SIGONII
DE
ATHENIENSIUM LACEDÆMONIORUMQUE
TEMPORIBUS
AUCTARIUM
CHRONOLOGICUM
AB ANONYMO DE SOCIETATE JESU.

AUCTARIUM CHRONOLOGICUM.

CAroli Sigonii libellus *de Athenienſium Lacedæmoniorumque temporibus*, mole quidem perexiguus eſt, at re ſi quiſpiam alius maximus. Duorum enim potentiſſimorum in Græcia populorum, præter alia quamplurima, quæ identidem inſerit, res bello, ac pace, terra, marique geſtas complexus, univerſam uſque ab exordio græcam hiſtoriam percurrit. Nec vereor quin Lectori, qui rerum geſtarum ſeriem potiſſimùm ſpectet, utiliſſimus ſit futurus. In eo namque habet utriuſque populi bella, fœdera, [illegible], vices omnes, Regum denique, cæterorumque Magiſtratuum nomina ex ratione temporum dilucidè, atque accuratè digeſta. Quidquid apud veteres ſparſim occurrit, etſi luculentius explicatum unus tibi perpaucis, ac conjunctim exhibebit *Sigonius*. Statueram mecum ipſe jam pridem libellum hunc etiam, non ſecus ac in libris *de Athenienſium Republica* præſtitum eſt, notis perpetuis illuſtrare; jamque potiſſimam ejuſdem partem percurreram, quum re melius expenſa, conſilii ſuſcepti pænituit. Videbam enim perbreve *Sigonii* opuſculum notarum mole, inmenſaque rerum farragine obruendum, ſi voluiſſem ſingula, allatis Auctorum, ex quibus deſumpta ſunt, verbis ſeu confirmare, ſeu clariora facere, ac Diſſertatiunculas, quotieſcunque res ferret pro libito interſpergere. Creſcebat in dies præ manibus rerum dicendarum ſeges, quin ullus appareret vaſti operis finis. Verumtamen nec operis moles, nec laboris prolixitas à ſcribendo deterruiſſet, niſi re ipſa competiſſem, non par futurum ex tam longa ſcriptione operæ pretium. In Hiſtoricis enim non perinde eſt, ac in Politicis. In his enim permulta ſunt, quæ, quum poſſint in partem utramque detorqueri, verba ipſa eorum, quorum teſtimonio utimur, habent pondus ſuum, ac vim, ab eo ſedulò, qui ſententiam alterutram amplectatur, excutiendam leges, ut exemplum adferam, quod in hujuſmodi lucubrationibus uſu venit ſæpiſſime, leges inquam, Plebiſcita, Decreta, aliaque id generis benè multa, ipſiſſimis Legiſlatorum, Magiſtratuum verbis efferenda ſunt, quô de ipſis poſſit eâ, qua par eſt accuratione, diſputari. At in Hiſtoricis quum facta ipſa præcipuè, eorumque inter ſe connexionem ſpectemus, ac ſeriem, non admodum laborandum eſt in Scriptorum verbis ſcrupuloſius vel referendis, vel expendendis. Quamobrem Lectori Græcarum rerum ſtudioſo, ſi quæ, quòd in *Sigonio* preſſiùs expoſita ſint, non faciant ſatis, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Plutarchus, Pauſanias, Euſebius, aliique ejuſmodi adeundi, ac percurrendi, apud quos illa eadem habebit multo copioſius enarrata. Mihi quidem in hac ſcriptiuncula aliam omnino viam ineundam exiſtimavi, cum expeditiorem multo, tum ad illuſtrandas *Sigonii* commentationes opportuniorem.

Illud enim unum adhuc in *Sigonio* video jure poſſe deſiderari, ut ea nimirum, quæ hoc in libro habet, paulo ſubtiliùs ad Chronologiæ regulas exigantur. Etſi namque res ſingulæ ſuis inter ſe ſpatiis accuratiſſimè ſint (paucula modo excipias, de quibus ſuis in locis) ab A. N. diſtinctæ; etſi res Græcorum per olympiades, quum ad eas ſcilicet ventum eſt, exactè recenſeat; nihil habet tamen, quo notum fiat, quandonam ipſæ cœperint olympiades. Atticorum res quidem tertio quoque verbo Romanorum Faſtis accommodat, at iterum de tempore, quo Roma cœperit, incurrit diſputatio. Paucis ſi *Sigonium* tantùm legas, ſtatim ac græcæ hiſtoriæ limites prætergrediaris, ubi nam temporum ſis omnino neſcies, quidve præceſſerit, quidve fuerit ſubſequutum. Excutienda ne propterea, inquies, à capite ne ad calcem retexenda Chronologia univerſa, quo Atticis, Laconicisque temporibus ſuus locus, ac certa ſedes conſtituatur? Nihil minus. Satis *Sigonio*, ejuſque Lectori futurum reor, ſi exploratum ſit, quoto ab hinc anno Regnum apud Athenienſes inierit Cecrops, inſtauratæ fuerint olympiades, aliave ejuſmodi, quibus conſtitutis cætera quam fieri exactè poterit, ad amuſſim hanc dirigantur. Ejus erit, qui Chronologiam univerſam complectatur, ejuſmodi Attici Regni exordium, tot à nobis annos ſemotum, annis Mundi ſeu Urbis conditæ, ſeu ante Chriſtum, ſeu cujuſvis alterius Epochæ aptè conſuere. Ea de cauſa id præſtiturus nihil omnino adferam, quod ulli Chronologiæ peculiare ſit, vel cum ulla Epocha complicatum, vel demum quod ſolidis firmiſque principiis, rationibuſque non innitatur; immo

ne

ne lato ungue à rerum græcarum narratione, Græcorumque ſcriptorum auctoritare recedam. Integrum hac ratione cuique erit græcorum res ſuis temporum rationibus aptare; nec à me quidquam, ſecus ac recte inſtitutæ doctrinæ ordo poſtulat, quod alterius probatione indigeat, afferetur.

Rem itaque ſic aggredior. Quum multæ paſſim occurrant inſtituendorum calculorum in re Chronologica rationes, nihil video æque uſui ſure in hac tractatione, nihil aptius Juliana Periodo. Tribus Cyclis, ut vocant, conſtat Juliana Periodus, Solis nempe, qui octo ſupra viginti, Lunæ qui viginti, Indictionis demum, qui quindecim annorum ambitu circumvolvitur. Horum itaque Cyclorum primus ſi in ſecundum ducatur, tertius deinde in ſummam ex primo & ſecundo conflatam, integra exurget memorata Periodus annorum 7980. Porro anni ſinguli, qui hac Periodo continentur illud habent peculiare, quòd iis Cyclis conſtent, quibus nullus alius. Quare quum annus, quo iſthæc eduntur in lucem 1736. Solis Cyclo notetur 9. Lunæ 8., Indictionis 14. erit in Juliana Periodo 6449. nec præter hunc alius in ea occurret iiſdem characteribus conſignatus. Qua porro ratione quot quiſque Cyclos in hac Periodo præferat annus propoſitus, quive in eam referendi ſint Anni Chriſti, vel Urbis conditæ, vel Mundi, aliaque ejuſmodi ſane multa, quum non ſiot hujus loci, vide Lector apud *Petavium de Doctrina temporum* lib. 7. cap. 9. Accipe jam qua præcipue de cauſa Julianâ Periodo utendum cenſuerim. Primo quidem quòd ea, quum Mundi ipſius initium longo intervallo antevertat, Epochas omnes, ætates, ac tempora ſuo ambitu complectatur, eaque propter nihil omnino ſit, quod ſuam in ipſa ſedem non obtineat. Ex eo præterea quòd quum anni, qoorum apud Auctores ſit mentio, nec idem omnes initium habeant, nec ad eundem dierum, horarumque numerum extendantur, fieri nequaquam poſſet, quin magna ex eo confuſio, ac perplexitas oriatur, niſi omnes prius ad certam quamdam, ac communem normam, Julianæ Periodi ope Julianis aonis cootextæ deducantur. Græcorum exempli cauſâ anni ab æſtivo Solſtitio, Syro-macedonum ab autumno, Romanorum à verno tempore inchoabant. Quid, quòd apud Arabas, & Ægyptios vix quidquam erat hac ſuper re certi, exploratique? Quidam Solari auno, Lunari quidam utebantur. Adde, quod eſt ex dictis huc uſque conſectaneum, quum Regum, & Imperatorum initia in diverſas diverſorum annorum partes incidant, vix ſaris poſſe, niſi ea, de qua agimus, methodo expediri. Hinc factum ut ſæpius de annorum numero apud Chronographos non conveniat, eâque propter abeant in diverſa, quum de re tamen nulla inter ipſos ſit diſcrepantia.

His aliiſque ſanc multis incommodis mirum eſt, quam opportunè providcat ea, de qua ſermo eſt Juliana Periodus. Quum enim æquabili annorum curſu ſenſim evolvatur, anniſque compacta ſit ad civilem uſum æque, ac ad cœleſtes obſervationes accommodatis, facili negotio ſi ea adhibeatur temporum intervalla quæque, diverſæque, quibus paſſim uruntur Auctores Epochæ, ſuis in locis, certaque in ſtatione affiguntur. Quare quum de annis agendum erit, eos hìc tantum intelligi volo, qui Julianorum compellatione circumferuntur, quique diebus 365., horis præterea ſex, ſi biſſextiles per ſingulas Tetraëteridas recurrenres, excipias, continentur, quidquid de Syrorum, Athenienſium, Judæorum anno, de quo obſcura eſt ac ſatis implexa diſputatio, ſit dicendum. Hac itaque ratione inveſtigandum, quoto ab hinc 1736., quum ſcilicet, hæc ſcribuotur, anno Cecropis initium ſuhmoveatur, ſive, quod ſane perinde eſt, quot annis Vulgarem Æram anteeat Attici Regni ſub Cecrope exordium.

Tria præcipuè ſunt, quihus utuntur Chronologi veluti principia quædam, ad aſſertiones ſuas in recenſione temporum ſtabiliendas. Auctorum fides, Obſervationes cœleſtes, Epochæ quædam ſive certa tempora ah omnibus, vel ſaltem à pleriſque Chronologis admiſſa, quæque propterea in controverſiam venire non poſſint; aut ſaltem quæ ſemel conſtituta reliqua trahant ad ſe ſe. At in re noſtra, quoniam nulla eſt Epocha, quæ uſui eſſe poſſit, quum Epocham ipſam Græcæ Hiſtoriæ propoſitum ſit conſtituere; reliquum eſt, ut partim Scriptores ipſos Græcos, quorum eſt auctoritas gravior, præcipue vero Eclipſeon obſervationes ex Aſtronomica diſciplina in ſubſidium advocemus. Quod quidem conſilium eò libentius amplexus ſum, quòd rationem hanc arbitror, etſi paulo implexior, & ſalebroſior videatur, multò tamen ad aſſequendam veritatem, ſacras modo literas excipias, aptiorem, tutioremque.

His itaque præſidiis communiti rerum græcarum ſeriem percurramus, num quidpiam in ipſa ſit, cum illuſtre ac ſplendidum, tum ejuſmodi ut Epocha ejus poſſit notis cœleſtibus ſtabiliri: & ſane ſi circa ipſa Cecropis initia ulla fuiſſet ſive

Lu-

Lunaris, ſive Solaris defectio ab Aſtronomis adnotata, multo facilius præſtitutum ſcopum attingeremus. At nihil, quòd ſciam hac ſuper re. Ab eo propterea ſæculo deſcendendum donec apud accuratiores Hiſtoricos occurrant tempora explicatiora, notiſque ejuſmodi, ac certis φαινομένοις inſignita. Qua quidem in re divino quodam conſilio factum exiſtimo, quòd in uſum hunc perbelle cadat ea, quâ nihil illuſtrius in tota ratione temporum, nihil cum apud Græcos, tum apud cæteros Chronologos celebratius, Iphitea Olympiadum inſtitutio. Ex quo enim inſtaurati ſunt apud Eleos, Iphito rem urgente, tam ſplendido apparatu, tantoque Græcorum concurſu, quarto quoque vertente anno Olympici Agones; tempora paſſim apud Græcos non alia ratione cæpta ſunt, quam per Olympiadas deſignari. Ea de cauſſa hac vel illa Olympiade pugnatum ad Marathonem, ad Mantineam, deceſſiſſe Themiſtoclem, aliaque ejuſmodi penè innumera obvia ſunt Græcos, immo etiam cæteros Auctores veteres evolventi. Quapropter inſtaurationem hanc, ceu immotum quoddam fixumque punctum, quo ſpectent reliqua, graviſſimorum ſcriptorum teſtimonio, certiſſimiſque cœleſtium obſervationum characteriſmis conſtituemus; eâ probe jam conſtitutâ multo expeditiùs ad regni Attici exordium progreſſuri.

Ac primu duas adſero Solis unam, Lunæ alteram, defectiones, quas refert *Thucydides* vir graviſſimus in Hiſtoria Belli Peloponneſiaci, cui quidem bello interfuit ipſe, perque id temporis non infimas in Republica partes egit. De Solis defectione, quæ Belli Peloponneſiaci anno, primo contigit, hæc habet lib. 2. τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην (ὥσπερ καὶ μόνον δοκεῖ εἶναι γίγνεσθαι δυνατόν) ὁ ἥλιος ἐξέλιπε μετὰ μεσημβρίαν, καὶ πάλιν ἀνεπληρώθη γενόμενος μηνοειδὴς, καὶ ἀστέρων φανέντων. *Eadem æſtate* (qua nempe cœptum eſt geri Peloponneſiacum bellum) *prima die Lunæ* (ᾳ κατὰ σελήνην quod addit ſignificat νουμηνίαν illam fuiſſe ad Lunæ motus exactam, eâque propter ab altera civili ac mendoſa diſcrepantem. Vide *Petavium* de Doctrina Temporum lib. 1. cap. 8.) *quo tempore videtur id ſolùm poſſe contingere, Sol defecit poſt Meridiem, ac rurſus ſplendorem recepit, cum corniculata* (ideſt *ex græco* in Lunæ morem curvatâ) *effigie conſpectus eſſet*. Ut certi quidpiam poſſis ex Eclipſi hac, quam propoſuimus, ſtabilire, ea omnia, quæ refert *Thucydides* accurate, ac diligenter expende; quæ, & quanta videlicet fuerit, quum interdiu emicuerint Stellæ; quo anni tempore, æſtivo videlicet; qua hora, à Meridie; quonam in loco Athenis nimirum. His rite expenſis ſume pro libito annum quempiam Periodi Julianæ, quem eo, de quo ex memorata Solis defectione injecta eſt diſputatio, remotiorem à nobis ſuſpiceris. Ejuſmodi anni Novilunium vernum indaga, eâ ſi placet, qua ipſe paulo poſt utar, methodo ex *Petavio* de Doctrina Temporum lib. 7. cap. 11. Deprehenſum Novilunium vide, adhibita Lunæ latitudine, Eclipticum fuerit necne. Si quidem Eclipticum, vide iterum, num ejuſmodi, ut in ipſum quadret Thucydidæa deſcriptio. Sin minus ab ipſo jam conſtituto progredere, donec illuc deducaris, quo Solis Eclipſis ex aſtronomico calculo deducta Thucydidææ ad amuſſim reſpondeat, ac φαινόμενα omnia, quæ explicata ab ipſo ſunt complectatur. Rem totam ſic expedio.

Annum pro libito deſigno 4251. Periodi Julianæ. Vernam ipſius Neomeniam ſic exploro. Noris lector me Tabulis æque, ac methodo uti, quam tradit *Petavius* de Doct. Temporum lib. 7. cap. 11. Ejus itaque Tabulas ad Pariſinum Meridianum elaboratas ob oculos habeas neceſſe eſt. Ex Tabula ſecunda Annorum Collectorum annum quæro in Juliana Periodo, qui ſit deſignato 4251. proxime minor. Occurrit ſtatim annus 4181. Exſcribo ejus Cyclum Solarem 8. Feriam 3. Horas 14. 57.' 45." Primam inde Tabulam adeo Annorum LXXVI., quæro item in ipſa annum 70., qui numerus ex annis 4251., poſt ablatos 4181. adhuc ſupereſt; exſcribo Solarem ipſius Cyclum 15. Feriam 4. Horas 12. 13.' 43." His ita peractis ſummam ex utroque conficio.

Anni Periodi Julianæ	Cyclus Solis	Feria	Horæ	'	"
4181.	8.	3.	14.	57.	45.
70.	15.	4.	12.	13.	43.
4251.	23.	1.	3.	11.	28.

Ex his liquet Noviluoium vernum anno Periodi Juliaoæ 4251., qui habet Cyelum Solis 23. contigiſſe Feria 1. Hora 3. à media oocte 11.' 28." reliquum jam eſt ut diem ipſam, qua factum eſt, exquitamus. E regione annorum ſeptuaginta in Prima Tabula adſcripti ſunt Dies 104. Horæ 12. 13.' 43." E regione annorum 4181. in altera Tabula columna ſexta Dies 13. Horæ 9. 2.' 16." ab alrero dierum numero eximeodi boc pacto.

	Dies	Hor.	'	"
Dies à Kal. Januariis	104.	12.	13.	43.
Dies eximendi	13.	9.	2.	16.
Superſunt	91.	3.	11.	27.

Quamobtem die à Kal. Januariis 91. Hor. 3. 11.' 27." contigit Novilunium. Deduc jam dies nonaginta Jaouario, Februario, Martio deputandos; veroam neomeniam anni Periodi Julianæ 4251., habebis Aprilis die 1. Feria 1. Hora.3. 11.' 27."

Diſpiciamus jam an ejuſmodi Noviloouum fuerit nec ne Eclipticum. Per Canonem 13. lib. 8. de Doctrina Temporum ex eodem *Petavio* expiſcari ſatago Luoæ latitudioem in vera Syzygia, compertamque, per ſubſequentem decimum tertium deprehendo eo temporis articulo inter Eclipticos terminos mioime fuiſſe contentam eâque de cauſa nullo Solem deliquio laboraſſe. Quare progredior. Addo Lunarem meuſem alterum, quo fiat ſubſequens Novilunium hac ratione.

Anno Periodi Julianæ 4251.	Dies	Feriæ	Horæ	'	"
Novilunium vernum Aprilis	1.	1.	3.	11.	27.
Menſis Lunaris integer ſynodicus	29.	1.	12.	44.	3.
Novilunium ſubſequens	30.	2.	15.	55.	30.

Ad id temporis, ratiooe, quæ paulo ante eſt indicata Lunæ motum latitudinis adipiſcor ſignorum 5. gr. 25. 4.' 6." quare eodem, quo ſupra ratiocinio, affirmo in Novilunio, quod Aprilis 30. die cootioget, Feria 2. Hora à media nocte 15. 55.' 30.", Solis futuram Eclipſim. Non eſt cur in ea diutius immoremur, quum liquido conſtet, aliam omoino eſſe ab ea, quæ eſt à *Thucydide* memorata, eum verno hæc, æſtivo illa tempore viſa fuerit. Ab eo itaque Novilunio ad ea provehor, quæ ſubſequuntur ea, quam ex *Mullero Petavius* tradit metbodo. Si enim Novilunio Ecliptico jam invento ſex, vel quioque Menſium, prout res feret, Dies, Ferias, Horas, Scrupula, nec oon latitudinem congrueotem adjicias, habebis tum quæ conſequutura ſunt Novilunia, tum latitudinis motum, quo veluti iodice deprebendas futuram nec ne Eclipſim. Diagramma hic etiam exhibeo, quo res tota perſpectior fiat, intelligaſque, quid invento Novilunio Eclipticeo ſit addendum, ſive ſex ſive quinque meoſium fieri debeat adjectio.

lati-

						latitudo			
	Dies	Fer.	Hor.	'	''	ſigna	gr.	'	''
Menſes 6.	177.	2.	4.	24.	19.	6.	4.	1.	23.
Menſes 5.	147.	7.	15.	40.	16.	5.	3.	21.	10.

Porro rationem hanc toties uſurpabis donec explicata à Thucydide defectio Solaris occurrat. Statim ac itaque ipſam fueris iis, quæ paulo ante innuimus, indiciis ſubodoratus, tunc enimvero aſtronomicos calculos exactiores expedi, expende num Geographicæ athenarum latitudini ac longitudini ita congruat, ut ejuſmodi Eclipſis ibi potuerit à Meridie ſpectari, num per æſtatem, num tanta ut Stellæ ſe ſe in conſpectum dederint, aliâque id generis. Hac igitur ſi conſtanter incedas via in annum tandem Julianæ Periodi 4283. delaberis, cujus Auguſto menſe, Feria 4. die 3. hora circiter poſt Meridiem quarta Novilunium Eclipticum deprehendes, de quo dubitare, an illud ipſum Thucydidæum ſit, minime poſſis. De hora, atque anni tempore manifeſtum eſt convenire; tantum vero fuiſſe, ut ipſæ etiam conſpici ſtellæ poſſent certum item eſt reputanti in ea Eclipſi 10. Solis digitos, cum 25.' obſcuratos fuiſſe.

Non abs re futurum arbitror, nec injucundum Lectori, ſi totius Eclipſis Epilogiſmum, cujuſmodi apud ſæpe jam memoratum *Petavium*, accuratiſſimum ad cæteras laudes Aſtronomum, repræſentavero. Subductis itaque ex arte rationibus deprehenſum eſt Novilunium medium anno 4283. Periodi Julianæ contigiſſe Lutetiæ quidem, ad cujus longitudinem elaboratæ ſunt Tabulæ Petavianæ Auguſti tertia, Feriâ quartâ, Horâ octavâ 52.' 40.'' Athenis vero, cujus Meridiano, ſi ad Pariſinum referatur addenda eſt H. 1. 52.'' Athenis inquam H. 10. 44.' 40.'' à media nocte. Ad quod tempus æquales motus iſti colliguntur.

longit. Solis				anomalia Solis				anomalia Lunæ				motus latitudinis			
Sig.	Gr.	'	''	Sig.	Gr.	'	''	Sig.	Gr.	'	''	Sig.	Gr.	'	''
4.	6.	14.	0.	2.	5.	18.	52.	2.	19.	55.	3.	5.	22.	34.	42.

Proſthaphæreſis (Lunæ 4. 52.' 16.'' S.) (Solis 1. 49.' 52.'' S.) Differentia 3. 2.' 24.'' Temp. Hor. 5. 59.' 26.''

Anomalia (Lunæ 2. 23. 11.' 1.'') Proſth. 4. 55.' 13.'' (Solis 2. 5. 33.' 38.'') Proſth. 1. 50.' 6.'' Differ. 3. 5.' 11.'' H. 6. 4. 38.''

Novilunium verum Aug. 3. Fer. 4. H. 16. 49.' 18.'' Athenis.

Medius locus tempore veræ conjunctionis. Sign. 4. 6. 28.' 56.''

Verus locus ſignorum 4. 4. 38.' 50.'' Subtrahenda itaque 9.' 28.'', ut ſit Novilunium verum phyſico tempore hora 16. 39.' 38.''

Aſcenſio veri loci ſign. 4. 6.' 59.'', ad quæ quoniam Novilunium Athenis Meridie poſterius eſt horis 4. 40.', gradus adjiciendi ſunt 70. Aſcenſio recta Meridianæ ſectionis ſign. 6. 16.' 59.'' in libræ gradu 18. 24.'

Altitudo Solis 26. 24.' angulus longitudinis 42. 44.' latitudinis 47. 16.'

Parallaxis Athenis in (longitudinem 34.' 37.'' (latitudinem 37.' 27.''

Motus Horarius verus 30.' 8.'' Ita ſcrupula 34.' 30.'' conficit. Luna ſpatio horæ 1. 9.' apparens ergo Novilunium hora 17. 48.' 38.''

Pa-

Parallaxis ad tempus apparentis (longitudinia 36.′ 13.″
(latitudinis 41.′ 23.″

Differentia Parallaxeon longitudiois 1.′ 36.″ auferenda de priore.

Igitur ſcrupula 33. 0.″ apparente motu Luna peragrat ſpatio unius horæ, & ſcrup. 9.′ Unde ſcrupula 35. 0.″ percurret iotervallo hor. 1. 13.′ 0.″

Novilunium viſum Atheois H. 17. 52.′ 38.″

Motus latitudinis peræquatus ad tempus appareotis ſig. 5. 26. 30.′ 35.″

Anomalia Luuæ coæquata 2. 23. 47. 45.′ Proſthaph. 4. 55.′ 39.″ S.

Verus motus latitudinis ſign. 5. 21. 35.′ latitudo vera 43.′ 37.″ borea.

Deducta Parallaxi de vera latitudine reſtat apparens 2.′ 15.″

Semidiametri (Luoæ 13.′ 31.″ ſumma 28.′ 57.″
(Solis 15.′ 26.″

Detracta appareoti latitudine de ſumma diametrorum reſtant 26. 42.″ Ergo digiti Ecliptici 10. 25.

Quadratum ſemidiametrorum Solis, & Lunæ 298944t.″) Differ. 297126.″
Quadratum latitudinis appareotis 18225.″)

Radix quadrata 1722.″ ſive 28. 42.″, quæ ſuut iocideotiæ ſcrupula. Parallaxis una circiter bora aute apparentem ſynodum eſt 34.′ 30.″ Sub appareotem vero, 36.′ Differeotia eſt 2. 0.″ quæ detracta de motu horario veto, qui eſt 30. 8.″, relioquit motum apparentem eſt hora 1. ferc.

Parallaxis ad horam 1. poſt apparentem minuitur, eſtque ſcrupuli 35.′ Differentia 1.′, quoad motum horarium verum addendum eſt: ut ſit ſcrupulorum 32.′ 8.″ motus horarius apparens. Ita ſcrupula emerſionis 27.′ 35.″ peragraotur hora 0. 54.′ 15.″

Initium Eclipſis viſæ Atheois	H. 16. 53.′ 38.″	Poſt mediam
Medium	H. 17. 52.′ 38.″	
Finis	H. 18. 47.′ 53.″	noctem.
Duratio	H. 1. 54. 15.″	

Ex his itaque, quæ paulo ſortaſſe morofius huc uſque ſuot diſputata, perſpicuum eſt, quio ullâ convelli ratione poſſit, anno Julianæ Periodi 4283., tum memoratam Eclipſim contigiſſe, tum Bellum Pelopoooeſiacum inchoatum. Cujuſmodi exordium, quantum à nobis diſtet ex eo elicies, ſi 2000 6449. Periodi Julianæ, qui cum 1736., quem agimus, congruit 4283. ſupra repertos ſubduxeris., reliquos enim habebis annos 2166., 430. nimirum ante æram vulgarem, ſi annos 1736. iterata ex ipſo ſubductione ſuſtuleris. Verumtamen ut uberiorem ex conſtituta Belli Peloponneſiaci Epocha fructum capiamus, ad *Thucydidem* revertendum, qui anoum huoc voluit nota ejuſmodi conſignatum, qua ad Olympiadum inſtaurationem rectâ, ac tuto deduceremur. Teſtatur enim cœpiſſe bellum *vere incunte* ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ Olympiadis octogeſimæ ſeptimæ anno primo jam ad exitum vergente, quo conficitur Agones Olympicns conſtitutos, ante Bellum Peloponneſiacum anois 345., Julianæ Periodi 39,8. ante æram vulgarem 775.

Eclipſim alteram ſed Lunarem refert *Thucydides* lib. 7. anno Belli Peloponneſiaci decimonono contigiſſe [illegible], inquit ἑτοίμων δὲ ὄντων, ἡ σελήνη ἐκλείπει· ἐτύγχανε γὰρ πανσέληνος οὖσα. *Quum omnia jam eſſent in promptu ad navigandum, defecit Luna; tunc enim temporis plenilunium contigit.* Quæ quidem memoranda Lunæ defectio non modo apud *Thucydidem*, ſed etiam apud *Plutarchum* in *Nicia*, apud *Diodorum*, alioſque permulios, quoiquot ſcilicet de Athenienſium in Siciliam expeditione illa ſcripſerunt, celebratur. Ex ea enim tantum pavoris, trepidatiooiſque injectum eſt Athenienſibus, eorumque Duci *Niciæ*, quum apud Syracuſas fugam clam ab hoſtibus molireotur, ut, etſi jam omnia eſſent ad navigandum expedita, profectionem tameo, neſcio qua Imperatoris religione impediti diſtulerint, eâque propter cladem acceperint atrociſſimam. In hujus Eclipſeos inquiſitione oon repetam hîc calculos aſtronomicns, quorum in altera uſus fuit; addam tantum; ſi eâdem, ac illic factum eſt, incedamus via, eundem hinc etiam ad terminum perventuros. Si enim ab ea, de qua paulo ante ſatis multa, Solis eclipſi, ſenſim in annos, qui ſubſequuotur eâdem illâ ſex vel quinque meoſium facta acceſſione deſcenderis Lunarem hanc etiam eclipſim, certaſque ejus notas, pro ea, quæ Syracuſis congruit loogitudine Geographica aſſequêris. Dicendum propterea defeciſſe Lunam anno Julianæ Periodi 4301. Cyclo Solis 13. ea nocte, quæ Auguſti ſeptimum ſupra vigeſimum diem excepit, hora à media nocte 0. 1. 27. Quo quidem ex anoo, ſi ad

Olim-

Olympiadas inſtauratas iter telegas, eoſdem iterum habebis Julianæ Periodi 3938., iterata hac ſupputatione confirmatos. Conſtat enim Belli Peloponneſiaci annum decimum nonum in annum quartum Olympiadis 91. incurtiſſe, abeſſe propterea à primo Iphiti, annis 363. qui ſi jam dictis 3938. acceſſerint, annum Julianæ Periodi 4301. omnino conficient. Id unum ſcire Lectorem hic volo, quum à Novilunio ad Plenilunium Eclipticum tranſitum fecerimus, quo locus ſit regulæ ſuperius traditæ, Novilunio verno anni 4231. jam invento, ut habeatur conſequens Plenilunium, dimidium tantum lunaris ſynodici menſis addendum eſſe nempe Dies 14. Horæ 18. 22.' 1.'' 30.''' Cætera de more expedienda. Plures adhuc poſſent tum Solis, tum Lunæ defectiones, quæ per ea tempora multò quàm alias ſæpius viſæ ſunt ex eodem Thucydide, qui id ipſum non ſine quadam admiratione memoriæ prodidit, recenſere: verumtamen operæ pretium non cenſui ad regni Attici caput feſtinantem, ex eadem tantum ſtatione, eandem viam iteratis vicibus dimetiri, quum id ipſum præſtare quum æque tutò, tum multo jucundius ex diverſis proſpectibus poſſit. Quare Belli Peloponneſiaci Epocham miſſam tantiſper faciam, donec Lectori ſcrupulum quendam eximam, qui in ejus fortaſſe animo poſſet ex *Thucydide* ſuboriri. Anno 4283. Periodi Julianæ, quo demonſtratum eſt Bellum Peloponneſiacum incboaſſe, Olympiadis nempe octogeſimæ ſeptimæ ſecundo Archon erat Athenis *Euthydemus* ſive *Euthynus*; at Hiſtoricus noſter diſertis verbis affirmat Bellum ejuſmodi cœptum eſſe κ̓ πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος. Porrò *Pythodori* hujus magiſtratus, quod quidem exploratum eſt anno congruit Julianæ Periodi 4282. Olympiadis octogeſimæ ſeptimæ primo. *Thucydidis* Scholiaſtes allata verba ita explicat ut ſignificent, ſuperfuiſſe adhuc *Pythodoro* menſes decem in magiſtratu tranſigendos ἀντὶ δέκα. Sed perperam. Senſus enim eſt, ne *Thucydidem* dicamus pugnantia ſecum dixiſſe, exarſiſſe Bellum eo anno Juliano, ac Olympiadis memoratæ, quo quidem tum *Pythodorus* poſt duos menſes deſierit, tum in ejus locum ſuffectus fuerit *Euthydemus*.

Non obs re futurum arbitror, Lector, ſi interea dum plurima ad ſtabiliendam annorum Iphitæorum Epocham congero, præcipua etiam Atticæ Chronologiæ capita eodem ductu conſtituam, rationi temporum, quam tradit *Sigonius*, confirmandæ opportuna. Anno primo Olympiadis ſeptuageſimæ quintæ, Prætore Athenis *Calliade*, Xerſem copias per Helleſpontum in Europam, in Atticam inde traduxiſſe, ad Thermopylas primum Duce Leonida, ad Artemiſium dein, & Salaminem Ducibus Themiſtocle Athenienſi, & Eurybiade Lacedæmonio pugnatum eſſe docet nec immerito. Argumento in primis eſt Solis defectio, quæ teſte Herodoto, viſa eſt. Vide quì omnia congruant. Appetente vere Xerſes trajecit in Græciam, Navali prœlio victi ſunt Perſæ apud Salaminem Boedromionis 20. die, Septembris ſcilicet 23. Quadrageſimo quinto poſt pugnam die fugit *Xerſes*. Antequam fugeret tum Lacedæmonii, tum cæteri Peloponneſii; etſi animo eſſent propter navalem victoriam erecti, adhuc tamen de terreſtribus *Xerſis* copiis integris adhuc intactiſque poſt cladem, pro eo, ac res ferebat ſolliciti, de intercludendo hoſtibus per Iſthmum in Peloponneſum aditu cogitant. Lacedæmoniorum precipuè hortatu Cleombrotus provinciam ſuſcipit Iſthmi ducto muro muniendi. Hæc quum ageret inquit *Herodotus* θυομένῳ οἱ ἐπὶ τῷ πέρσῃ ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ. *Huic* (Cleombroto) *inter ſacrificandum adverſus Perſas, Sol in Cœlo obſcuratus eſt*; die, ſi aſtronomico canone deducatur, Octobris ſecundâ. H. 1. 24.' poſt meridiem anno Periodi Julianæ 4234, cui ſi demas devolutos illuc uſque annos Olympiacos, elicies de more annum 3938. Eclipſis fuit digitorum ſeptem ne dicamus temere Lacedæmonios, eorumque Ducem Cleombrotum fuiſſe deterritos, atque à ſuſcepto opere avocatos.

Nonnulla adhuc ſuperſunt tum de Salaminia pugna, tum de Marathonia, quæ alteram annos aliquot anteceſſit, expedienda. Placet ſimul, quoniam huc devenimus, utramque componere, quod utraque ab alterius conſtitutione non parum lucis ſit acceptura. Olympiadis ſeptuageſimæ ſecundæ anno tertio pugnatum ad Marathonem eſſe rectè traditur à *Sigonio*. Commiſſum enim eſt prœlium Archonte Athenis Phænippo, ſive ut mavis Phanippo; *Plutarchus* in *Ariſtide*: μετὰ δὲ φαίνιππον, ἐφ' οὗ τὴν ἐν μαραθῶνι μάχην ἐνίκων, εὐθὺς ἀριστείδης ἄρχων ἀναγέγραπται. *Poſt autem Phanippum, ſub quo Marathoniam pugnam vicerant ſtatim Ariſtides Archon inſcriptus eſt*. *Thucydides* vero in annum à Marathonia pugna decimum τὴν *Xerſis* διάβασιν conjicit, quum ſcilicet Callias Athenis Archon eſſet, Olympiadis, uti dictum eſt, ſeptuageſimæ quintæ anno primo. Id ipſum tum ex Anonymo in *Olympiadum deſcriptione* confirmo, ita enim ait ad memoratum paulo ante annum, & Archontem Calliadem: διάβασις ξέρξου εἰς ἑλλάδα. ξέρξης δὲ τὴν ἀττικὴν ἐμβαλών, τὴν μὲν χώραν ἐδῄωσε, τὰς δὲ ἀθήνας κατέσκαψε, κ̓ τὴν

καὶ ἐνίκησαν. ἡ ἐπὶ Σαλαμῖνι ναυμαχία. *Trajectus Xerſis in Græciam. Xerſes in Atticam irruptione facta, regionem quidem populatus fuit, Athenas vero evertit, & templa ſuccendit. Ad Salamina navalis pugna*: tum ex *Diogene* in Vita *Socratis* lib. 2. cap 45. ἀμφότεροι δὲ ἤκουσαν Ἀναξαγόρου, καὶ οὗτος, καὶ Εὐριπίδης. ὃς καὶ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη, ἐπὶ Καλλιάδου. *Ambo autem audiverunt Anaxagoram, & ipſe, & Euripides. Qui etiam primo anno ſeptuageſimæ quintæ Olympiadis natus eſt ſub Calliade*. Quum itaque compertum ſit ex *Thucydide* à Marathonia pugna decennium, Xerſis τὴν διάβασιν abeſſe: ex *Anonymo* hanc ipſam τὴν διάβασιν in Præturam Calliadis incurriſſe: ex *Diogene* demum Calliadem. Anno primo Olympiadis ſeptuageſimæ quintæ Magiſtratum apud Athenienſes geſſiſſe; perſpicuum itidem erit tempus inter utramque ſedulò ſupputanti, anno tertio Olympiadis ſeptuageſimæ ſecundæ Marathoniam pugnam fuiſſe commiſſam, Archonte, uti ex Plutarcho dictum jam eſt, Phanippo. Hæc eò paulo accuratiùs retuli, quò videas Lector, quam perperam *Sigonius* abs *Meurſio* lib. 2. de Archontibus Athen. cap. 4. ſugilletur, quòd in eum annum, in eum Archontem, uti dictum, ſtabilitumque à nobis eſt, Marathoniam Perſarum cladem conjecerit. Plurima quidem eò loci ad adſtruendam accuſationem congerit *Meurſius* ex *Dionyſio* Halicarn., de L. Junii Bruti morte, qua Marathonium conflictum ſexdecim annos poſteriorem facit. At mihi nec vacat ire per ſingula, nec neceſſarium reor. Nihil enim habet *Meurſius*, quo eorum vis, quæ à me allata ſunt, infringatur; nec mihi integrum eſt iis refellendis immorari, quæ ex romana Hiſtoria petita ſunt, quum Græcæ Chronologiæ limites non prætergrediendos conſulto ſtatuerim. Adde præterea vindicandi *Sigonii* partes jam pridem fuiſſe à *Petavio* de Doct. Temp. lib. 10 cap. 22. quem tu Lector conſules, occupatas. Quare nihil eſt in *Sigonio* ubi de Salaminia, aut Marathonia pugna immutandum.

Nec vere minus aut ſolidè apud A. N. reperies tum annum, quo regnum Macedonum adiit Alexander, tum eum quo Perſas apud Arbela profligavit conſtitutum. Hujus etiam Epocham placet paulo copioſius ſtabilire, quòd ejus tam magna fuerit cum rebus Athenienſium neceſſitudo, ac colligatio. Utor hic etiam certiſſimo Cœleſtium obſervationum argumento. Narrat *Plutarchus* in *Alexan.* undecimo ab Eclipſi Lunari die pugnatum ab Alexandro ad Arbela cum Perſis fuiſſe: ἡ μὲν οὖν σελήνη τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπε περὶ τὴν τῶν μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν. ἑνδεκάτῃ δὲ ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως νυκτὶ τῶν στρατευμάτων ἐν ὄψει γεγονότων. *Ac Luna quidem Boedromione menſe defecit ſub id tempus, quo Myſteria Athenis ineunt. Undecima vero ab Eclipſi nocte, quum copiæ utrinque in conſpectu eſſent*. Certamen quamprimum videlicet inituræ. Potiora adhuc de defectione hac Lunæ memorat *Plinius* lib. 2. cap. 70. *Nobili apud Arbela Magni Alexandri victoriâ Luna defeciſſe noctis ſecunda hora prodita eſt; eademque in Sicilia exoriens* ὁ Βοηδρομιὼν *menſis*, quem indicat Plutarchus, magna ex parte, uti compertum eſt eruditis, in Septembrem incurrit. Habemus itaque Eclipſim tam accuratis notis deſcriptam, ac communitam, ut facillimum futurum ſit, quo ea anno deliteſcat, deprehendere. Defectionis igitur illius ductu, quam omnium primam retulimus, ad hanc etiam deprehendendam ſenſim provehemur, quæ quidem eſſet Arbelis ſecunda noctis hora, in Sicilia vero ſtatim ab occaſu Solis ſpectabilis. Inito calculo annus exurget Julianæ Periodi 4383., cujus Septembris vigeſimâ H. 22. à media nocte 11'. Arbelis Terræ umbram ſubiit Luna, digitos 14. 17'. Annum Olympiacum aliâ jam ratione inquiramus. Alexandri mortem in Olympiadis 114. annum primum, Julianæ Periodi 4390., referunt, tum *Arrianus* lib. 8., tum *Diodorus* lib. 18., tum *Joſephus* lib. 1. contra *Appionem*, cujus verba eò adſcribam, quòd hanc affirmet Scriptorum omnium eſſe ſententiam: Ἀλέξανδρον δὲ τελευτῆσαι πάντες ὁμολογοῦσιν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος. *Alexandrum vero mortuum omnes fatentur centeſima quarta decima Olympiade*. Anno ſcilicet primo, quum nihil præterea addat. Hic autem annus cum eo convenit, qui eſt Julianæ Periodi 4390. Octavo itaque ante mortem anno Alexander ad Arbela vicit. Altero, qui victoriam anteceſſit, præter aditam Ægyptum, diu apud Tyrum hæſit, & Gazâ potitus eſt. Decimo gravi morbo decumbit, ad Iſſum Ciliciæ pugnat, ac vincit. Undecimo per Helleſpontum in Aſiam trajicit, ad Granicum fluvium primo cum Perſis confligit; Aſiæ oras omnes percurrit, ac ſubigit. Duodecimo in Thracia bellum gerit; Thebanos, qui defecerant exſcindit. Græcorum conventus indicitur, in eo ipſe Græcorum adverſus Perſas Imperator renunciatur, quum paulo ante anno ſcilicet Periodi Julianæ 4378., Olympiadis autem undecimæ ſupra centeſimam anno primo Regnum, quod ſibi morte Patris, à Pauſania per inſidias interfecti, exciderat, adiiſſet; quinque nimirum ante victoriam annos, quæ quidem ut etiam hoc addam, quod paulo ante me oſtenſurum ſpoponderam, adjudicanda eſt Olympiadis 112. anno ſecundo. Calculus,

lus, quem inſtituimus mirum eſt, quam bene cum Anonymo in Olympiadum deſcriptione conſentiat: ἀλέξανδρος ἐν βαβυλῶνι ἐτελεύτησε βασιλεύσας ἔτη ιβ΄, καὶ μῆνας ζ΄. *Alexander Babylone mortuus eſt cum regnaſſet annos duodecim, & menſes ſeptem*. Totidem enim ex ratiocinatione noſtra deffinies. Deſumpta ſunt quæ attulimus ex probatis Scriptoribus *Arriano* videlicet, *Diodoro*, *Quinto Curtio*. Quare quæ de Alexandro habes ex *Sigonio* ejuſmodi ſunt, ut egregie omnia tum Aſtronomicis obſervationibus, tum Scriptorum veterum teſtimoniis auctoritatique reſpondeant. Immo ipſam etiam habes Epocham Iphitæam repetito experimento roboratam. Nam ſi anno, quo facta eſt paulo ante memoratæ Eclipſeos [illegible], eos annos qui ab initio ad Olympiadis 112. annum ſecundum evoluti ſunt detrahas, idem exiſtet qui toties jam dictus eſt Periodi Julianæ 3938.

Propius jam ab Olympiadum inſtauratione ad Cecropem accedamus. Tum ex *Euſebio*, tum ex *Anonymo* in memorata Olympiadum deſcriptione, tum etiam ex aliis quamplurimis exploratum eſt, Olympiadas fuiſſe ab Iphito, quum Æſchylus inter Archontes perpetuos duodecimus magiſtratus annum ſecundum ageret, inſtauratas. Quo res planior fiat, utriuſque verba placet adferre. *Euſebius* itaque in *Chronico*: αἰσχύλος ἀγαμήστορος (ἦρξεν) ἔτη κγ΄. ἐφ' ὃ ἔτει ιβ΄. πρώτη ὀλυμπιὰς ἤχθη, ἐν ᾗ ἐνίκα κόροιβος ἠλεῖος στάδιον. *Aſchylus Agameſtoris filius* (Archon fuit) *annos viginti tres; cujus ætate anno duodecimo prima Olympias acta eſt, quam vicit Chorœbus Eleenſis Stadium*. Quibus quidem in verbis expunge ὦ ἔτει ιβ΄, ac reſcribe ἔτει β΄., tum ex Anonymi, cujus verba jam refero auctoritate: κόροιβος ἠλεῖος στάδιον αἰσχύλου ἄρχοντος ἔτος β΄. *Chorœbus Eleenſis Stadium, Aſchylo Archonte annus ſecundus*; tum ex ipſomet *Euſebio*, quod in hunc modum oſtendo. Tres ac viginti annos Æſchylum Archontem fuiſſe tradit *Euſebius*, eique nonniſi Olympiadis ſextæ anno tertio ſucceſſiſſe Alcmæonem. Hæc uti perſpicuum eſt conſtare inter ſe minime poſſunt, niſi dicatur Olympias prima anno Æſchyli ſecundo initium habuiſſe. Olympiades enim quinque, quibus præterea ex ſexta tres annos adjicias, annos omnino viginti tres dabunt, quorum viginti quidem ac duo Æſchylo, poſtremus vero Alcmæoni decurrant. Ratum propterea inconcuſſumque ſit ſecundum Æſchyli annum, quòd adnexam habuerit Olympiadum inſtaurationem, eundem eſſe cum 3938. Julianæ Periodi, anniſque 2510. ab eo abeſſe, quem agimus dum hæc ſcribimus nimirum 1736. Æræ Vulgaris, ab æra demum ipſa Vulgari 775.

Atque hac ratione intelligis Lector uno nos veluti ſaltu non annuorum modo Archontum Athenienſium tempora, ſed Decennalium etiam tranſcendiſſe. Reliquum jam eſt, ut perpetuorum primum Archontum, Regum dein Atticorum ætatem perſcrutemur. Ab Archontibus exordiamur. Etſi eorum, uti recte notat *Sigonius obſcuriſſima tempora factaque ſint*, apud Auctores tamen receptâ paſſim ſententiâ ſatis conſtat, in primis apud *Euſebium*, id Magiſtratus Athenis annos circiter 316. obtinuiſſe, quibus ſi duos ſupra viginti ſubducas, qui partim Æſchylo poſt cœptas Olympiadas, partim Alcmæoni debentur, ſuperant adhuc 294., quo ad Regni Attici exitum recedatur. Non poteſt ſane æquè certò affirmari de ſingulis, quot quiſque annos in Prætura tranſegerit. Archippo etenim, ſive ut aliis placet Arxippo, qui tertio ipſos interponitur loco undeviginti tantum annos aſſignat *Euſebius*, cum *Tzetzes* in Prolegomenis ad *Heſiodum*, quinque deputet ſupra triginta. Ejus verba refero iis, quæ dicenda deinceps ſunt non parum lucis allatura; συνακμάσαι δ' αὐτὸν (τὸν ἡσίοδον) οἱ μὲν ὁμήρῳ φασίν, οἱ δὲ καὶ ὁμήρου πρεσβύτερον εἶναι διϊσχυρίζονται, ἐν ἀρχῇ εἶναι φασὶ τῆς ἀρχίππου ἀρχῆς· ὅμηρον δὲ, ἐν τῷ τέλει. ὁ δὲ ἄρχιππος ἦν, υἱὸς δὲ ἀκάστου, ἄρξας ἀθηναίων ἔτη τριάκοντα πέντε. *Coætaneum autem ipſum* (Heſiodum) *hi quidem Homero dicunt: illi vero Homero antiquiorem affirmantes, natum tradunt in principio Arxippi; Homerum autem in ejus fine. Erat vero Arxippus hic Acaſti filius, qui Athenienſium principatum tenuit annos quinque & triginta*. Quid hic facias, quo te in tam denſa rerum, ac temporum caligine convertas? Sanius duco leviora hæc, quæ ſcilicet ſummam rei non attingunt, miſſa facere; conſtet modo, perpetuis hiſce Archontibus annos 316. tribuendos, eorumque exordia ſub Medonte in annum Julianæ Periodi 3644. conferenda, Æramque Vulgarem annis 1069. anteire.

Reges tandem Atticos aſſequuti ſumus, numero, ſi à Cecrope ad Codrum uſque recenſeas, ſeptendecim. Hic etiam obſcura plus nimio, atque intricata diſputatio eſſet, ſi exactam vellemus de ſingulorum ætate perquiſitionem inſtituere. Ea de cauſa multo in rem noſtram accommodatius exiſtimavi, ſi eos omnes annos, quibus regnum apud Athenienſes floruit, unica tantum complexione collegero, eorumque numerum conſtituero, iis, quæ obvia identidem erunt, ſi operæ pretium fuerit, minime prætermiſſis; at quoniam duo præcipua ſunt, cum omnino

Atti-

Atticorum regum temporibus adoexa, tum ſatis io ſe ipſis, vetuſtatis nimirum vitio, intricata; ea, antequam ſupremam Atticæ Chronologiæ manum imponam expedienda duxi. Epocham loquor tum adeo decantatæ apud Poëtas veteres Trojanæ cladis, tum Homeri natalis. Demus unum Poëtarum Græcorum principis laudi; demus alterum Epochæ, qua nullam ſane habet profana Hiſtoria, quæ ſaltem alieujus momenti ſit, certique nonoihil præferat, antiquiorem.

Primo itaque de Græcorum in Aſiam expeditione, ac Trojæ elade verba faeiemus. Rei totius geſtæ uberrimam narratiooem petes Lector, ex *Homero*, ac *Virgilio*, Poëtiſque aliis quamplurimis; vel ſi eam velis paulo exactiùs ad Critices leges, Fabularum mixtione defæcatam ex Plutarcho in vita Homeri; Hic eoim tempora tantum ſpectamus. Trojæ ἅλωσιν affigit *Sigonius* Demophoontis, qui apud Athenienſes duodecimo Reges ioter loeo, ſedem obtinet, anno primo; nec abs re. *Eratoſthenes* enim, quem refert *Clemens* lih. 1. (hujus verba paulo poſt dahu) ah Ilii excidio ad primam Olympiadem ſeptem, ac quadringentos defluxiſſe annos ſcrihit. Olympiadas Juliaoæ Periodi anno 3938. inſtauratas demonſtratum jam pluribus eſt, quare diceodum Trojanam calamitatem, aooo item Julianæ Periodi 3530. collocandam. Nam cum ex *Caſtore* antiquo Chronographo certum omnino ſit ah initio Cecropis, à quo deducendum regni Athenieoſis exordium, ad ultimum Thymætæ decimiquinti Athenienſium regis annum, annos 429. decurriſſe; abs Thymætæ autem morte ad Medontem perpetuos inter Archontes primum novem ad quioquagiota anni, ex his quæ dicturi poſtmodum ſumus, evoluti ſiut: à Demophooote vero ad Thymætæ exitum ex *Euſebii* recenſiooe, de qua nulla ſuboriri poteſt difficultas: annorum ſummam habebimus ah *Eratoſthene* iodicatam 407. hoc pacto. A Medonte ad Olympiadas 294. à Medonte iterum ad Thymætem 59., à Thymæte demum ad Demophoontis initium 54., quæ ſimul omoia ſi eomponantur annos dahunt, quos dicebam, 407. Ejuſmodi Epocha fortaſſe poterat alia ratiooe, ac paulo fortaſſe ſuhtiliùs ſtabiliri ex *Dionyſii* Halicarn. auctoritate, ex his videlicet, quæ ipſe tradit lih. 1. Verumtameo ſi libitum eſſet hæc perſequi plus oimio ſaoe à præſtituto ſcopo avocaremur, implexiſque nos de Romæ conditu diſputationihus, ejuſmodi perquiſitio, ſecus ae in præſenti tractatione ſtatuimus, immiſceret. Pro'explorato propterea habeatur, quemadmodum tum io *Sigonio* legimus, tum ſatis firmis uti arhitror ratiooihus ſtahilitum eſt, in primum Demophoontis annum, Julianæque Periodi 3530., Trojæ vaſtitatem incidiſſe. Non deſuot quidem, qui aliter ſentiant, Trojæque cladem in alterum retro annum, qui Meoeſtheo poſtremus fuit, ſuhmoveant. *Euſebius*: μενεσθεὺς ἐπὶ ἕλλησι καὶ ἐπὶ τροίαν συνεμάχησεν, καὶ τῷ εἰκοστῷ (non τριακοστῷ uti perperam habet *Meurſius*) τρίτῳ ἔτει ἴλιον εἷλε. ὑποστρέψας δὲ ἀπὸ τροίας ἐν μήλῳ τῇ νήσῳ τελευτᾷ. *Meneſtheus iſte opem græcis contra Trojanos tulit, ejuſque anno vigeſimo tertio captum eſt Ilium: in reditu vero è Troja in Melo inſula moritur. Clemens* præterea, eujus nos verha paulo ante promiſimus exſcripturos *Stromatum* lih. 1. quum variorum Auctorum diverſas ſenteotias recenſeat, hanc etiam innuit. ἴλιον, inquit, ἑάλω δημοφῶντος τοῦ θησέως βασιλεύοντος ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι διονύσιος ὁ ἀργεῖος. αἰγίας δὲ, καὶ δερκύλος, ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς πανέμου ὀγδόῃ φθίνοντος. ἑλλάνικος δὲ δωδεκάτῃ θαργηλιῶνος μηνός. καί τινες τῶν τὰ ἀττικὰ συγγραψαμένων, ὀγδόῃ φθίνοντος, βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος μενεσθέως πληθυούσης σελήνης. *Captum eſt Ilium regnante Demophoonte Theſei filio, anno primo, duodecimâ menſis Thargbelionis, ut ait* Dionyſius *argivus; Agias autem, & Dercylus lib. 3. octavâ menſis Panemi deſinentis*: Hellaoicus *vero duodecima menſis Targbelionis. Quidam eorum, qui res Atticas ſcripſerunt, octava deſinentis, anno Meneſthei regis ultimo, plenilunio.* Adde Marmoreum Chronicon Oxooienſe, de quo poſtea, cujus auctoritate Trojæ ἅλωσις in annum Meneſthei vigeſimum ſecundum incurrit. Nnn propterea tamen exiſtimo de A. N. ſententia recedeodum; quum ii, quibus ſub Meneſtheo Ilium captum fuiſſe viſum eſt, optime poſſiut cum *Eratoſthene*, cui nos aſſentimur, eonciliari. Meneſtheum quum ab expeditione Trojana reverteretur io Melo inſula diem obiiſſe affirmat *Euſebius* paulo ante relatus. Quid, ſi dicamus regnum Atticum eo ahſente, quum tamen etiamnum viveret, ab ſucceſſore Demophoonte per vim oeeupatum, eodem illo, qun capta Troja eſt aooo, eundemque hunc annum ah iis quidem Meneſthei ultimum, ah his vero Demophoontis primum reputari? Hæc inquam egregie poſſunt utrolque ſcriptores, etſi ſentire primo aſpectu eootraria videantur, in eandem omnino ſeotentiam adducere.

Ab Ilii excidio ad Homeri ætatem tranſeo, io qua ſtabilienda ſummopere vereor ut *Sigonii* ſenteotia poſſit viris eruditis comprobari. Affirmat ſiquidem ex *Ar-*

chi-

chilocho Homerum ſub Eryce Decennalium Prætorum ultimo, tertia ac vigeſima Olympiade floruiſſe. Res tamen paulo altius repetenda. Homeri natalem poſt celeberrimam Ionicam migrationem collocandum, vix ullus eſt, qui ambigat. Diſquirenda propterea hujuſmodi migrationis, ſive ἀποικίας Epocha. Heraclidarum in Peloponneſum κάθοδος (ſecundam loquor adeo apud veteres memoratam, à qua nempe *Diodoro* teſte, *Ephorus*, *Calliſthenes*, *Theopompus* Hiſtorici, narrationum ſuarum exordium deduxere) octoginta poſt Bellum Trojanum annis contigit, teſte *Vellejo*, *Tatiano*, *Clemente Stromatum* lib. I. ex *Eratoſthene*. In idem fere tempus conjicienda Æolica migratio Penthilo Oreſtis filio Duce, ex *Strabone* lib. XIII. Æolicam ἀποικίαν conſequuta eſt eodem auctore Ionica, quatuor γενεαῖς priore poſterior, annis nempe ex eodem *Eratoſthene* apud *Clementem* ſexaginta, quare ab Ilii excidio 140. Periodi Julianæ 3670. Hoc itaque anno natum Homerum ex his, quæ ſunt allata plane conficeretur, niſi tum *Herodoti* in vita *Homeri*, tum Anonymi Auctoris in libello de *Heſiodi*, atque *Homeri* certamine obſtaret auctoritas. *Herodotum* prius, in quo nonnihil difficultatis ſuboriri poſſet expendamus: ἀπὸ γὰρ τῆς Ἰλίου στρατείης, ἣν Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος ἤγειραν, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν καὶ τριάκοντα Λέσβος ᾠκίσθη κατὰ πόλεις, πρότερον οὖσα ἄπολις. μετὰ δὲ Λέσβον οἰκισθεῖσαν ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι Κύμη ἡ Αἰολὶς καὶ Φρικωνὶς καλεομένη ᾠκίσθη. μετὰ δὲ Κύμην, ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ὕστερον Σμύρνη ὑπὸ Κυμαίων κατῳκίσθη, καὶ ἐν τούτῳ γίνεται Ὅμηρος. ἀφ' οὗ δὲ Ὅμηρος ἐγένετο, ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια εἴκοσι δύο μέχρι τῆς Ξέρξεω διαβάσιος, ὃν στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, διέβη ἐκ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην. ἀπὸ δὲ τούτου ῥηιδίως ἐστὶν ἀριθμῆσαι τὸν χρόνον, τῷ θέλοντι ζητεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων Ἀθήνησι. τῶν δὲ Τρωικῶν ὕστερον γέγονεν Ὅμηρος ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτώ. *Ab expeditione Græcorum, quam Agamemnon, & Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum poſt, atque triginta Lesbus oppidatum habitari cœpit, cum antea nullam prorſus haberet Civitatem. Poſt Lesbum habitatam annis viginti, Cuma Æolica, & Phricotis appellata habitabatur. Porro à Cuma annis duo de viginti in Smyrnam Cumani colonias tranſtulerunt, quo tempore natus fuit Homerus. Ab Homero verò nato anni ſunt ſexcenti viginti duo ad Xerſis uſque in Græciam trajectum, qui videlicet juncto Helleſponto pontibus, cum exercitu ex Aſia in Europam penetravit. Ex his igitur facile fuerit, calculo colligere tempus ei, qui Prætorum Athenienſium rationem habuerit. Nam à Trojano bello claruit, Homerus annis centum ſexaginta octo.* Annus à Trojæ clade, ſeu verius à Græcorum ad Aulidem conſpiratione centeſimus ſexageſimus octavus cum anno 3688. congruit Julianæ Periodi, Archonte Athenis Acaſto. Annus ἀπὸ τῆς διαβάσεως ſi retro numeres, ſexcenteſimus vigeſimus ſecundus, cum anno ejuſdem Julianæ Periodi 3612. Diſcrimen propterea annorum 76. inter unam & alteram Epocham ab *Herodoto* indicatam. Quì poſſit ſimul utraque conciliari non video; videamus ſaltem num *Herodotus* ipſe in alterutram, ex his quæ habet Hiſt. lib. ſecundo nos propellat; at alium omnino calculum init eo in loco, ſeque Homero facit annis circiter quadringentis poſteriorem. ſupputemus. Anno primo Olympiadis octogeſimæ quartæ, Julianæ Periodi 4270., Sybarim in Italia deducta Colonia eſt ab Athenienſibus. Coloni dicti ſunt Thurii, iidemque cum Tarentinis bella geſſerunt. Videndi tum *Plinius* lib. 12 cap. 4. tum *Dionyſius* Halicar. in *Lyſia*. Profectus eſt cum τοῖς ἀποίκοις ipſe etiam *Herodotus*, annos tum natus circiter quadraginta; atque ibi ſuam ſcripſit Hiſtoriam. Demamus annis 4270. quadringentos illos, quos Homero præ ſe tribuit *Herodotus*, illius natalis in annum cadat neceſſe eſt Julianæ Periodi 3870., Prætore apud Athenienſes Ariphrone. Quare tria omnino ex *Herodoto* licet de Homeri ætate colligere. Primò ſi anno, quo indicta eſt contra Trojanos στρατεία, centeſimo ſexageſimo octavo uti velis, erit ipſius ortus in annum Julianæ Periodi 3688. rejiciendus, Archonte Athenis Acaſto. Si vero à Xerſis in Græciam adventu ſexcentorum viginti duorum annorum retro calculus ineatur, editum in lucem Homerum eſſe Periodi Julianæ anno 3612. quum ſcilicet regnaret apud Athenienſes Melanthus conſtabit. Si demum ad Herodoto ipſo, ipſo Auctore, annos quadringentos retro ſupputemus, ſiſtendum omnino erit in anno Julianæ Periodi 3870., Prætore uti dictum eſt Ariphrone. Quæ quidem quàm pugnantia inter ſe ſint, quàm abnormia nemo non videt. *Herodotum* tamen omnibus rite expenſis eruditiſſimos Chronologos, in primis *Petavium* imitati, ſequemur Ducem, dicemuſque cum ipſo, anno ab expeditione Trojana 168. revera natum Homerum. Cur vero in hanc potius ſententiam præ reliquis deflexerimus, præter graviſſimum Petavii judicium, Tzetzis etiam fecit auctoritas cujus paulo ante dedimus verba, quique plurimos ſenſiſſe refert Homeri natalem in Arxippi Præturam conferendum; quæ ſane paucos omnino annos ab his, quæ ſtatuta à nobis ſunt, abludunt. Alia etiam accedit, & quidem potiſſima ratio. Hoc enim pacto conſtat id quoque, quod dictum eſt ab initio, paulo poſt Ionicam ἀποικίαν, Homeri

meri initia ſtabilieoda. Ionica ſiquidem migratio conſtituta ſupra eſt 140. poſt Trojæ calamitatem annis, Periodi Julianæ 3670. Huic ſi addas annos octodecim euodem ipſum, quem dicebamus, efficies 3688. Auctor quidem libelli *de Heſiodi, atque Homeri certamine*, ſententiam ooſtram anois quamplurimis antevertit, quum Homerum tradat Medootis Hoſpitio uſum: παραγενόμενον δὲ (τὸν Ὅμηρον) ἐντεῦθεν εἰς Ἀθήνας αὐτὸν ξενωθῆναι φασὶ παρὰ Μέδοντι τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀθηναίων. *Profectum autem* (Homerum) *inde Athenas à Medonte Athenienſium Rege* (intellige Archonte perpetuo; apud bos enim diu retentum eſt Regis nomen) *hoſpitio exceptum ferunt*, alii alia. At ſi quidpiam habent, quæ allata ſunt, ponderis, firmandæ ſenteotiæ ooſtræ, ſatis etiam ſuperque erunt, diverſis aliorum placitis iofirmandis. Cæterum, Homerum quidam Julianæ Periodi anno 3698. antiquiorem, alii poſteriorem faciuot. *Apollodorus* centum poſt τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν annis ortum putat, adeo ut ad Lycurgum uſque, anoo videlicet Julianæ Periodi 3830. pertigerit, *Euthymenes* ducentis poſt Trojam everſam aunis, *Eratoſthenes* centum. Quare eo Homerum extitiſſe dixerim ſato, ut relinqueret poſteris noo minorem de Patria, quàm de ætate diſceptationem. Ut ut tamen hæc ſint, vix ullus, *Theopompum* modo quendam excipias quòd ſciam, occurret, qui in *Archilochi* quem ſequutus *Sigonius* eſt, ſenteotiam concedat, tantoque Homerum opere à Trojæ vaſtitate ſubmoveat.

His expeditis teliquum jam unum eſt ut Athenienſes Reges, à quibus abducti nonnihil ſumus, repetamus. Regnum Athenis deſiiſſe, regiamque poteſtatem ad Archontes perpetuos, quorum primus Medon fuit anno Periodi Julianæ 1644. dictum eſt jam ſæpe. Exploratum item ex *Caſtore* jam relaro à Cecropis exordio ad Thymætæ exitum, 429. anoos defluxiſſe. Quare eo difficultas tota potiſſimum revocatur, ut Melanthi, ac Codri, quos duos tantum fuiſſe poſt Thymætem Reges compettum eſt, tempora definiantut. At Codro quidem omnes fere Scriptores unum ſupra viginti annos adſcribunt. De uoo propterea Melantho teliqua eſt dubitatio. *Pauſanias* quidem in *Achaicis* & *Corinthiacis*, *Conon* lib. 39. apud *Photium* affirmant, Peloponneſo pulſum ab Heraclidis Athenas veniſſe, Regnum defuncto, ſive ut quidam maluot, interfecto Thymæte occupaſſe. *Euſebius* vero aono eirciter vigeſimo quinto ante Heraclidarum io Pelopooneſum irruptionem, receptâ paſſim ſeotentiâ aono Julianæ Petiodi 3611. factam. Integrum tibi, Lector, quem malueris ſequi . at ipſe, quo jam antea conſtitutis, quum de Heraclidis ſermo fuit, propius inhæream, in *Euſebii* ſententiam eoucedo, anno ſcilicet Julianæ Petiodi 3585., ante Heraclidarum Epocham quinto ac vigeſimo Melaothum Athenis regnare cœpiſſe. Deme jam Periodi Julianæ annis 3585 , eos, quos ex Caſtore diximus, Regibus, qui Melanthum anteceſſere 429., habebis, eui Cecropis initium deputes annum quidem Julianæ Periodi 3156., anre æram vulgarem 1558 , ab eo 1736., quo hæc ſcribimus 3293. Quæ quidem eſt totius, quam inſtituimus, diſputationis ſumma.

Deductis hucuſque tum ex Eclipſeon ratione, tum ex veterum auctoritate temporibus, conſtitutoque regni Attici exordio, nihil, arbitror, incommodaret, oiſi ſæculo proxime ſuperiori prodiiſſet Chronicum quoddam marmoreum in Aſia defoſſum, quod olim quidem hoc titulo *Arundelliana Marmora*, *Oxonienſia* dein, ex quo in aliorum poteſtatem translatum eſt, circumfertur. Si enim ex eo calculos ineas, annos aliquanto plus quam viginti Cectopis Epocham antevertas neceſſe eſt. Abducerer enim vero, pluſquam par ſit à propoſito, totamque aggrederer excutieodam Chronologiam, ſi hæc vellem paulo perſequi diligentius. Satis erit Lectori rerum Atticarum ſtudioſo, iodicare, qui ſibi facere poſſit ſatis. Adeat itaque non *Joannis Seldeni* modò commentarius, ſed etiam *Humfridum Prideaux* in libro, cui titulus *Marmora Oxonienſia*, partem hanc Atticæ Chronologiæ, quò ſarta ac tecta ſit Marmorei Chronici auctoritas, teconditiori eruditione explicantem. Cæterum vix quidquam eſt alicujus momenti, quod allatæ temporum deſctiptioni, (ea præcipuè loquor, quæ ſunt ex Eclipſeωn ſupputationibus ſtabilita) poſſit officere. Novi quidem de annis, quibus regnavit Theſeus noo levem eſſe dubitationem: Novi non omnes forſan Decennales Archontes, integtos annos decem in magiſtratu tranſegiſſe. At quidquid demum de his, aliiſque id genus bene multis ſentiendum ſit, ea debent omnia firmis illis, ac inconcuſſis, ſtabiliri, nec quidquam proptere de annorum ſumma immutari. Quamquam ægre admodum quis expediat, quæ tot ſunt fabulis, tam deoſa remotiſſimorum temporum caligine obvoluta.

Jam veto ſi cupias, lector benevole, partem Chtonologiæ haoc de qua agitut, cum aliis accommodare: ſi res Romanas velis exempli cauſſa cum Græcis com-

ponere; eas primum, qua expeditius ratione liceat, ad Julianam Periodum revoca, quæ quidem, uti dictum eſt alias, adeo exporrigit ſe ſe, ut tempora omnia, quorum uſu veniat inquiſitio, complectatur. Statim ac vero eas in Periodo Juliana defixeris, conſtabit num Græcis ſint, nec ne anteferendæ; memineris modo ea, quæ ex Eclipſeων cæterarumque cœleſtium notarum obſervatione deducta ſunt, niſi fortaſſe peccatum in ſupputatione ſit, convelli minime poſſe, nec ratione ulla, neque Scriptorum, qui aliter ſenſerint, auctoritate. At ſi de annis agatur, quorum uti monuimus, tam diverſa ſunt genera, ad Julianorum normam deducendis, vide quot diebus, atque horis, ſcrupuliſque quiſque conſtet, ſectos dein in ſcrupula, totidem, quot Julianus annus continet, ſcrupulis partire; quotus tibi Julianos dabit, qui propoſitis annis ad amuſſim reſpondeant; habeas modo rationem quonam ex menſe, quanam ex die illorum annorum ſit ducendum exordium.

Paulo prolixius fortaſſe egimus cum Athenienſibus, non ſecus, ac ſi Lacedæmoniorum, quorum item tempora *Sigonii* liber exhibet, res miſſas facere voluerimus. At quum explicatiura aliquanto ſint Atticorum tempora, multumque ex illis debeat claritatis in Regum Laconicorum ætates derivari, hinc factum eſt ut tum ab illis exorſi ſimus, tum eos aggrediamur ſed multo celerius expedire.

Quod regnis pleriſque, ac Rebuſpub. uſuvenit, quorum exordia remotiora à nobis ſunt, nec ſatis ab auctoribus explicata, ut citra μυθολογίαν vix poſſint ad Chronologiæ leges revocari; illud ipſum potiori quodam jure de Regno Lacedæmoniorum uſurpavero. Si enim primos illos, atque antiquiſſimos Reges, qui Spartam ante Heraclidarum in Peloponneſum irruptionem obtinuerunt, percurras, vix ullus eſt, cui certo poſſis vel annum, quo cœperit, vel quo deſierit, deputare. Id eò factum, arbitror, eſt, quòd apud Lacones ad militarem potius ferociam, vitæque auſteritatem, quam ad literarum cultum, morumque lenitatem inſtitutos, pauci admodum fuere, qui, quæ præclare à ſuis gerebantur, cæteraſque Regum ſuorum ac regni vices, ſcripto conſignandas, exiſtimarent. Tulerat enim apud ipſos legem Lycurgus, qua cautum erat, ut Lacedæmonii literas quidem diſcerent, quantum neceſſe, erat artes autem ſubtiliores non curarent. *Plutarchus* in *Inſtitutis Laconicis* γράμματα ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάνθανον, τῶν δὲ ἄλλων παιδευμάτων ξενηλασίαν ἐποιοῦντο οὐ μᾶλλον ἀνθρώπων ἢ λόγων. *Literas, quantum uſus poſcebat, diſcebant: ſed quod ad reliquas diſciplinas attinet, eas ut peregrinos ejus doctores expellebant.* Quam quidem Lacedæmoniorum inſcitiam egregiè, etſi fortaſſe paulo iniquius notat *Iſocrates*, Athenienſis in *Panathenaico*: οὗτοι δὲ τοσοῦτον ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας, καὶ φιλοσοφίας εἰσίν, ὥστε οὐδὲ γράμματα μανθάνουσιν. *Iſti à communi inſtitutione, & Philoſophia tam ſunt alieni, ut ne quidem literas diſcant.* Quæ verò conſequuta deinceps ſunt, occupatum ab Heraclidis Lacedæmoniorum regnum, ea de cauſa non nihil ſunt cæteris explicatiora, quòd ab eo tempore Lacedæmoniorum res cœpere, illatis ultro citroque bellis, initis fœderibus, expeditionibuſque ſuſceptis, cum Atheniensium, aliorumque Græcorum Populorum rebus, immiſceri.

Sigonius à Lacedæmone exorditur, etſi ante Lacedæmonem Eurotas, ante Eurotan Myles, ante Myletum Lelex à *Pauſania* inter Reges Laconicos recenſeantur, nec *Sigonium* propterea improbandum puto. Quid enim conſultius quam Regum ſeriem, ab ejus urbis, in qua regnarunt, conditu auſpicari? Quo autem tempore condita orbs fuerit, quantum fas eſt, diſpiciamus. Spartæ initium ex *Euſebio Petavius* anno Periodi Julianæ aſſignat 2995., at urbis Lacedæmonis ex eodem *Euſebio* 3226., cum Athenis regnaret Erichthonius. Spartam porro ac Lacedæmonem eandem prorſus urbem, modo à Regis, interdum ab uxoris Spartæ nomine compellatam nemo ſane, quod noverim, in dubium revocavit. Quare cenſeo duas fuiſſe urbes, *Spartam* dictas; alteram quidem, de qua *Petavius* anno Julianæ Periodi 2996. apud Argivos, cui initium, ac nomen dederit Spartus, Phoronei Argivorum Regis filius; alteram poſteriorem multo in Lelegia (ſic enim olim Laconica dicebatur) à Lacedæmone, derivata ab uxore compellatione ædificatam. Quare eundem cum urbe Sparta, ſeu Lacedæmone natalem annum, regno Laconico attribuo, *Euſebio* auctore, 3226. At cæteri Laconici Reges, qui Lacedæmoni, uſque ad ejectum Tiſamenum Oreſtis filium ſucceſſere, quo anno regnum inierint, præter ea quæ *Sigonius* attingit, omnino, quod addam, nihil habeo. Menelao quidem, regnante cœptum, profligatumque fuiſſe contra Trojanos bellum, quum belli ipſe tam magna pars fuerit compertum eſt; ejuſque propterea Epocham non ægre ex Troicorum temporum ratione definiendam. At cæterorum, eorum præcipue, qui ſunt Lacedæmoni propiores, obſcuriſſima diſputatio eſt, nec quo anno regnum adierint ab ullo, ſaltem quem viderim, traditum.

Ex

Ex his conficitur ad Heraclidarum in Peloponneſum κάθοδον revertendum, ſi certi quidpiam velimus de Regum Laconicorum ætate ſtabilire. His enim Oxylo duce in Peloponneſum ingreſſis regno pulſus Tiſamenus eſt, coactuſque novas ſibi ſedes, pulſis Ionibus, comparare. Celeberrima hæc Heraclidarum irruptio in aonum cadit Julianæ Periodi 3611. Quo fit ut Heraclidarum apud Lacedæmonas regnum ſit in conſequentem Periodi Julianæ annum 3612. deportandum, quo ſcilicet Euriſthenes, & Procles, Ariſtodemi, qui quidem fulmine, quum expeditionem adornaret, interierat filii, regnare cœperunt. Ab his regum, qui ſubſequuti ſunt anni paulo enucleatius deducuntur, nec quidquam fere eſt, quod hic quidem addendum *Sigonio* in his ſupputandis videatur.

Illud tantummodo expendendum occurrit, atque admirandum, *Euſebio*, quo nemo forte Græcorum regum, ac Magiſtratuum ſeriem perſequutus eſt diligentius, viſum fuiſſe Lacedæmoniorum regnum anno, quo acta eſt prima Olympias, ſub Alcamene ipſorum tunc rege deſiiſſe. En ejus verba, quum eo de tempore loqueretur: οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς ἕως τοῦδε διήρκεσαν. Ex *Hieronymo* interprete. *Lacedæmoniorum Reges defecerunt*. In eundem etiam lapidem Cedrenus impegit: Τότε καὶ Εὐρυσθένης ἐκράτησε τῆς Λακεδαιμονίων ἔτη τεσσαράκοντα δύο, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν ὀκτώ. οἱ δὲ πάντες ἔτη κατέσχον ἡ ἀρχὴ αὐτῶν τριακόσια, καὶ εἴκοσι πέντε. *Tunc etiam Euriſtheus* (aliis Euryſthenes) *regnum in Lacedæmonios tenuit annos quadraginta duos: aliique poſt hunc octo. Anni vero ejus regni univerſi trecenti viginti quinque*. Addit *Euſebius* lib. I Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσεν ἔνατος Ἀλκαμένης, ἔτη λζ΄. ἕως τελευταῖος ἐπὶ τῆς πρώτης οἰκίας· τῆς δὲ δευτέρας οἰκίας, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἐβασίλευσαν, ϛ΄ βασιλεῖς. *Lacedæmoniorum nonus Rex Alcamenes annis XXXVII. Hic ultimus fuit primæ familiæ: è ſecunda vero, per eadem tempora ſex regnarunt*. Vides hic Lector duo ab *Euſebio* ac *Cedreno* nobis obtrudi, quæ ſane nequeunt, cum his, quæ paſſim traduntur ab aliis, conciliari. Ac primo ex Agidarum regum familia poſtremum Alcameoem fuiſſe, quum is habuerit tum *Anonymo* de Reg. Laced., tum *Pauſania* teſtibus, enimvero graviſſimis, Polydorum filium io regno Succeſſorem. Anonymus: δέκατος Πολύδωρος ὁ Ἀλκαμένους. *Decimus Polydorus Alcamenis filius*. *Pauſanias*: ἀποθανόντος δὲ Ἀλκαμένους, Πολύδωρος τὴν βασιλείαν παρέλαβεν ὁ Ἀλκαμένους. *Alcamene autem mortuo, ejus filius Polydorus regnum adiit*. Ne vero putes hæc *Pauſaniæ* per incuriam, ſive fortuito excidiſſe; ſcito apud ipſum in *Laconicis* Polydori Regis meotionem creberrimam fieri. Vide præterea, ſi otium ſit, *Polyænum* lib. I. Ibi enim reperies non Polydori tantum Regis eſſe ſermonem, verum etiam Theopompi ex altera Proclidarum, ſive Eurypontidarum familia. Quod eſt alterum, quod ſupra diximus fuiſſe ab *Euſebio* in Laconicorum regum dinumeratione peccatum, ex *Cedreni* ſupputatione, quæ quidem aliorum etiam Scriptorum teſtimonio roboratur, colliges Lector, emeodandum eſſe *Sigonium*, dum Agin affirmat annis quioquaginta regnaſſe, quum primum principatus annum non exceſſerit.

Atque hæc præcipua ſunt, quæ quum de Atbenienſi, tum de Laconico regno, operæ pretium judicavi in boc Cbronologico Auctario, ex ratione temporum paulo accuratius ſtabilire. Cætera, quum levioris momenti ſunt, tum multo facilius ex Scriptorum, quibus *Sigonius* utitur, quoſque tu ipſe adire poteris, Lector benevole, expedienda, tum etiam, ſi placeat, ex ſerie Chronologica Regum, & Arcbontum Athenienſium, Lacedæmoniorumque, quam ſubjicio, deſumere. Paucis aperiam quid in ea concinnanda præſtitum ſit. Occurrent primo Regum, Arcbontumque nomina tum græca tum latina, ex temporum ratione digeſta. Annos Julianæ Periodi adſcribo, quibus quiſque iniit; tum eos qui æram vulgarem (æram inquam vulgarem non Natalem Chriſti) antevertunt; poſtquam vero ad Olympiadas ventum erit, annos etiam Iphitæos. In aliquibus fortaſſe erit ab A. N. ſententia recedendum, addenda fortaſſe nonnulla. Rationem in ſingulis, cur receſſerim, cur addiderim, dabo. Nibil omnino præter nomina, atque annos, nibil quod non Atticum, noo Laconicum ſit proferam, ne præſtitutos huic ſcriptiunculæ limites prætergrediar. His porro, erudite Lector, frueris ſi lubet, ſin minus veoiam ſaltem dabis.

SERIES CHRONOLOGICA
REGUM, ARCHONTUM ATHENIENSIUM, AC LACEDÆMONIORUM.

Pluribus ad Sigonium Additamentis, ac Notis illuſtrata.

Reges Athenienſes.	*Anni Regn.*	*Ante Æram vulgar.*	*Anni Periodi Julian.*	*Olympiades.*	*Reges Lacedæmonii.*	*Anni Regni*
1. Κέκροψ Cecrops.	50.	1558.	3156.			
2. Κραναὸς Cranaus.	9.	1508.	3206.			
3. Ἀμφικτύων Amphictyon Deucalionis Filius.	10.	1499.	3215.			
4. Ἐριχθόνιος Erichthonius.	50.	1485.	3225.			
		1487.	3226.		1. Λακεδαίμων Lacedæmon.	
5. Πανδίων Pandion Erichthonii F.	40.	1439.	3275.		2. Ἀμύκλας Amyclas Lacedæmonis F.	
6 Ἐρεχθεὺς. Erechtheus Pandionis F.	50.	1399.	3315.		3. Ἄργαλος Argalus Amyclæ F.	
7. Κέκροψ Β'. Cecrops II. Erechthei Frater.	40.	1349.	3365.		4. Κυνόρτας Cynortas Argali F.	
8. Πανδίων Β'. Pandion II. Erechthei F.	25.	1309.	3405.		5. Οἴβαλος Oebalus Cynortæ F.	
9. Αἰγεὺς Ægeus Pandionis II. F.	48.	1284.	3430.		6. Ἱπποκόων Hippocoon Oebali F.	
10. Θησεὺς Theſeus Ægei F.	30.	1236.	3478.		7. Τυνδάρεως Tyndareus Oebali F.	
11 Μενεσθεὺς Menestheus Petei F.	23.	1206.	3508.		8. Πολυδεύκης καὶ Κάστωρ Caſtor & Pollux Tyndarei FF.	
12. Δημοφῶν Demophoon Theſei F.	33.	1183.	3531.		9 Μενέλαος Menelaus Atrei F.	
13 Ὀξύντης Oxyntes Demophoontis F.	12.	1150.	3564.		10. Ὀρέστης Oreſtes Agamemnonis F.	
14 Ἀφείδας Aphidas Oxyntæ F.	1.	1138.	3576.		11 Τισαμενὸς Tiſamenus Oreſtis F. (2)	
					HERACLIDÆ. Ex Familia Euryſthenidarum, ſive Agidarum.	
15 Θυμοίτης Thymœtes Aphidantis Frater. (1)	8.	1137.	3577.			
16 Μέλανθος Melanthus Andropompi F.	37.	1129.	3585.			
		1103.	3611.			
		1102.	3612.		12. Εὐρυσθένης Euryſthenes Ariſtodemi F. (3)	46.

Reges

(1) In Thymœte defiit Cecropidarum familia poſt annos 429.

(2) Nemo, quod ſciam, tradit, quot ſinguli hi Reges annis vel regnarint vel vixerint. Habemus tantum apud Scholiasten *Euripidis* in *Oreſte*, ſeptuaginta ipſum annos natum ſerpentis morſu interiiſſe. [illegible]. Apud Velleium lib. 1. Tiſamenum ab Heraclidis ejectum anno regni tertio, etſi *Euſebius* ſcribat anno tantum decimo. Omnes tamen ſimul annos efficiunt 386.

(3) Pulſo Tiſameno Regnum Laconicum duobus filiis Ariſtodemi Euryſtheni, ſive ut aliis placet Euryſtheo, & Procli, obtigit. Hinc duæ apud Spartam familiæ, ex quibus Reges ſimul duo. Atque hi qui-

S E R I E S

Reges Athenienses.	Anni Regn.	Ante Æram vulgar.	Anni Periodi Julian.	Olympiades.	Reges Lacedæmonii.	Anni Regni.
17. Κόδρος Codrus Melanthi F.	21.	1092.	3622.			
Archontes Perpetui.						
1. Μέδων Medon.	20.	1070.	3644.			
		1056.	3658.		13. Ἆγις Agis Euryſthenis F.	1.
		1055.	3659.		14 Ἐχέστρατος Echeſtratus Agidis F.	35.
2. Ἄκαστος Acaſtus.	36.	1050.	3664.			
		1020.	3694.		15. Λαβώτας Labotas, ſive Leobotes Echeſtrati F.	37.
3. Ἄρχιππος Archippus, ſive Arxippus.	19.	1014.	3700.			
4. Θέρσιππος Therſippus.	41.	995.	3719.			
		983.	3731.		16. Δόρυσσος Doryſſus Leobotis F.	29.
5. Φόρβας Phorbas.	31.	954.	3760.		17. Ἀγησίλαος Ageſilaus Doryſſi F.	44.
6. Μεγακλῆς Megacles.	30.	923.	3791.			
		910.	3804.		18. Ἀρχέλαος Archelaus Ageſilai F.	60.
7. Διόγνητος Diognetus.	28.	803.	3821.			
8 Φερεκλῆς Pherecles.	19.	865.	3849.			
		850.	3864.		19. Τήλεκλος Teleclus Archelai F.	40.
9. Ἀρίφρων Ariphron.	20.	846.	3868.			
10 Θεσπιεύς Theſpieus.	27.	826.	3888.			
		814.	3900.			
		810.	3504.		20. Ἀλκαμένης Alcamenes Telecli F. (4)	39.
11. Ἀγαμήστωρ Agameſtor.	20.	799.	3915.			
12. Αἰσχύλος Æſchylus	23.	779.	3935.			
		777.	3937.	*Olympias*		
		776.	3938.	I. (5)		
		771.	3943.	II.	21. Πολύδωρος Polydorus Alcamenis F.	
				2.		
13. Ἀλκμαίων Alcmæon.	2.	756.	3958.	VI.		
Archontes Decennales.						
1. Χάροψ Charops.	10.	754.	3960.	3.		
2. Αἰσιμήδης Æſimedes.	10.	744.	3970.	IX.		
3. Κλείδικος Clidicus.	10.	734.	3980.	XI.		
				3.	22. Εὐρυκράτης Eurycrates Polydori F.	
4 Ἱππομένης Hippomenes.	10.	724.	3990.	XIV.		
5. Λεωκράτης Leocrates.	10.	714.	4000.	XVI.		
				3.	23. Ἀνάξανδρος Anaxandrus Eurycratis F. (6)	
6. Ἄψανδρος Apſandrus.	10.	704.	4010.	XIX.		
7. Ἐρυξίας Eryxias.	10.	694.	4020.	XXI.		
				3.		
Archontes Annui.						
Κρέων Creon.		682.	4032.	XXIV.		
				3.		

Archon-

quidem Euryſthenidæ, ii vero Proclidæ. Paulo poſt nomen immutarunt; qui enim ex Euryſthene erant dicti ſunt Agidæ, qui ex Procle Eurypontidæ. Perſpicuitatis ergo hic tantum Euryſthenidas exhibeo, quòd familia hæc Spartæ præ altera primas tulit; & habuit tempora magis explicata. Proclidas Reges, ſive Eurypontidas ſeorſum dabo.

(4) Annos duos Alcameni addidi ex *Petavio*.

(5) Dictum eſt ſupra, pluribuſque explicatum Anno Æſchyli ſecundo, Julianæ Periodi 3938. Olympiadis inſtitutas; atqui inquies fieri poteſt, ut Anno Æſchyli ſecundo, qui nobis eſt in Juliana Periodo 3935., cœptæ ſint Olympiades, cum eas dicamus initium tantum habuiſſe Anno Periodi Julianæ 3938? Rem explicabit *Euſebius*: *αἰσχύλου* inquit *τῷ δευτέρῳ ἔτει πληρωθέντι, τῷ τρίτῳ ἀρχή ἐστι*. *Æſchyli Anno ſecundo jam expleto, tertio vertente*. Quibus palam fuit tum *Anno ſecundo* dici poſſe; quod evolutus jam fuerit; tum etiam tertio, quòd cum jam attigerat. Quidpiam hic etiam de Nicandro dicendum eſſet, ſed hæc ſuper ſe opportunius, quum de Regibus alterius familiæ ſermo erit.

(6) Anaxandri Regnum præter Olympiadem XXVIII. producendum conſtat ex *Pauſania*, quum dicat ſub ipſo bellum cum Meſſenis, capta Ira confectum, quum Athenis Archon eſſet Autoſthenes.

Archontes Annui.	*Ante Æram vulgar.*	*Anni Periodi Julian.*	*Olympiades.*	*Reges Lacedæmonii.*
Τλησίας Tleſias. (7)	681.	4033.	4.	
Λεώστρατος Leoſtratus. (8)	671.	4043.	XXVII.	
			2.	
Πεισίστρατος Piſiſtratus. (9)	669.	4045.	4.	
Αὐτοσθένης Autoſthenes.	668.	4046.	XXVIII.	
Ἀρχιμήδης Archimedes.	664.	4050.	XXIX.	
Μιλτιάδης Miltiades.				
Μιλτιάδης Miltiades. (10)	659.	4055.	XXX.	24. Εὐρυκράτης Eurycrates II. Anaxandri F.
			2.	
Σιμωνίδης Simonides. (11)	648.	4066.	XXXIII.	
Δαμασίας Damaſias (12)	640.	4074.	XXXV.	
Ἐπαίνετος Epænetus. (13)	635.	4079.	XXXVI.	
			2.	
Δράκων Dracoo.	624.	4090.	XXXIX.	
Ἡνιοχίδης Heniochida, ſive Enochilus.	615.	4099.	XLI.	
			2.	
				25. Λέων Leoo Eurycratis F.
Μεγακλῆς Megacles.	600.	4114.	XLV.	
Φιλόμβροτος Philombrotus. (14)	595.	4119.	XLVI.	
			2.	
Σόλων Solon.	594.	4120.	3.	
Δρωπίδης Dropides. (15)	593.	4121.	4.	
Εὐκράτης Eucrates. (16)	592.	4122.	XLVII.	
Φίλιππος Philippus. (17)	588.	4126.	XLVIII.	
Ἀρχεστρατίδης Archeſtratides. (18)	577.	4137.	L.	
			4.	
Ἀριστομένης Ariſtomenes. (19)	570.	4144.	LII.	
			3.	
Ἱπποκλείδης Hippoclides.	562.	4152.	LIV.	
			3.	
Κωμίας Comias.	560.	4154.	LV.	
Ἡγέστρατος Hegeſtratus.	559.	4155.	2.	
				26. Ἀναξανδρίδης Anaxandrides Leontis F. (20)
Εὐθύδημος Euthydemus.	556.	4158.	LVI.	
Ἐρξικλείδης Erxiclides.	548.	4166.	LVIII.	
Ἡρακλείδης Heraclides, qui *Sigonio* Hercules.	533.	4181.	LXI.	
			4.	27. Κλεομένης Cleomenes Anaxandridæ F.
Μιλτιάδης Miltiades.	524.	4190.	LXIV.	
Ἡγήσιππος Hagoras.	508.	4206.	LXVIII.	
Ἀκεστορίδης Aceſtorides.	504.	4210.	LXIX.	
Μύρος Myrus.	500.	4214.	LXX.	
Ἵππαρχος Hipparchus.	496.	4218.	LXXI.	
Φίλιππος Philippus. (21)	495.	4219.	2.	
Θεμιστοκλῆς Themiſtocles.	494.	4220.	3.	
Διόγνητος Diognetus.	492.	4222.	LXXII.	
Ὑβριλίδης Hybrilides.	491.	4223.	2.	
				28. Λεωνίδας Leonidas Anaxandridæ F.

Archon-

(7) *Meurſius Sigonium* carpit, quod Tleſiam hunc Annuis Archontibus adnumerarit; cum ipſe cenſeat, & ex *Pauſania*, cujus Sectionem emendat, probare conetur, Tleſiam inter Archontes decennales recenſendum, quod Eryxias totum decennium non expleverit. Sed id *Petavio* non probatur ipſum vide.

(8) Ideo Leoſtrati Magiſtratum toto quadriennio poſteriorem feci, quòd id doceat *Dion.* Halicar. lib. 3. ait enim de eo loquens: ὁ δεύτερος ἐνιαυτὸς τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς, ἐν ᾗ ἐνίκα στάδιον Εὐρυβάτης Ἀθηναίων ἄρχοντος Λεωστράτου.

(9) Piſiſtratum addo ex *Pauſania* in *Corinthiacis*.

(10) Miltiadem hunc Olymp. XXX. Archontem Athenis fuiſſe rectè tradit *Sigonius*, quum id *Pauſanias* apertè doceat in *Arcadicis*; at alterum, ſive eundem paucis ante annis Archontem item fuiſſe Olymp. XXIX. ex eodem Pauſania conſtat in *Meſſeniacis*.

(11) Simonidem Archontem eruit *Meurſius* ex *Pindari* Scholiaſta.

(12) Non video cur *Sigonius* prætulerit annum ſecundum hujus Olympiadis.

(13) Epænetum *Sigonio* non animadverſum deſumo ex *Antigono* Charyſtio *Hiſt. Mir.* 113.

(14) Megaclis, ac Philombroti mentionem facit *Plutarchus* in *Solone*.

(15) Dropidis, qui Athenis Præturam poſt Solonem fratrem geſſit, meminit *Philoſtratus* in *Critia* lib. 1. de de Soph.

(16) *Diogenes* Laertius in vita *Anachar.*

(17) Ex *Clemente Stromat.* 1.

(18) Tradit diſertis verbis *Dionyſius* Halic. lib. 4.

(19) Idem eſt cum eo, qui a *Sigonio* dicitur *Ariſtodemus*.

(20) Anaxandridam Spartæ regnaſſe Olympiade LVIII. eruitur ex *Solino* cap. 9. Tunc enim ex oraculo translata ſunt Spartam Oreſtis oſſa, victique ab hoc Rege Tegeates.

(21) Ex *Sophoclis* Scholiaſte.

S E R I E S

Archontes Annui.	*Ante Æram vulgar.*	*Anni Periodi Julian.*	*Olympiades.*	*Reges Lacedæmonii.*	*Anni Regni.*
Φαίνιππος Phænippus.	490.	4224.	3.		
Ἀρχίσης Archiſes A. N. Anchiſes.	488.	4226.	LXXIII.		
Λακρατίδης Lacratides. (22)	487.	4227.	2.		
Φαίδων Phædo.	486.	4228.	3.		
Λεώστρατος Leoſtratus.	484.	4230.	LXXIV.		
Νικόδημος Nicodemus. (23)	483.	4231.	2.		
Ἀψηφίων Apheſion. (24)	481.	4233.	4.		
Καλλίας Callias.	480.	4234.	LXXV.	29. Πλείσταρχος Pliſtarchus Leonidæ F.	1.
Ξάνθιππος Xantippus.	479.	4235.	2.	30. Πλειστόαναξ Pliſtoanax.	68.
Τιμοσθένης Timoſthenes.	478.	4236.	3.		
Ἀδείμαντος Adimantus.	477.	4237.	4.		
Φαίδων Phædo.	476.	4238.	LXXVI.		
Δρομοκλείδης Dromoclides.	475.	4239.	2.		
Ἀκεστορίδης Aceſtorides.	474.	4240.	3.		
Μένων Menon.	473.	4241.	4.		
Χάρης Chares.	472.	4242.	LXXVII.		
Πραξίεργος Praxiergus.	471.	4243.	2.		
Δημοτίων Demotion.	470.	4244.	3.		
Φαίδων Phædon.	469.	4245.	4		
Θεαγενίδης Theagenides.	468.	4246.	LXXVIII.		
Λυσίστρατος Lyſiſtratus.	467.	4247.	2.		
Λυσανίας Lyſanias.	466.	4248.	3.		
Λυσίθεος Lyſitheus.	465.	4249.	4.		
Ἀρχεδημίδης Archedemides.	464.	4250.	LXXIX.		
Τληπόλεμος Tlepolemus.	463.	4251.	2.		
Κόνων Conon.	462.	4252.	3.		
Εὔιππος Euhippus.	461.	4253.	4.		
Φρασικλείδης Phraſiclides.	460.	4254.	LXXX.		
Φιλοκλῆς Philocles.	459.	4255.	2.		
Βίων Bion.	458.	4256.	3.		
Μνησιθείδης Mneſithides.	457.	4257.	4.		
Καλλίας Callias.	456.	4258.	LXXXI.		
Σωσίστρατος Soſiſtratus.	455.	4259.	2.		
Ἀρίστων Ariſton.	454.	4260.	3.		
Λυσικράτης Lyſicrates.	453.	4261.	4.		
Χαιρεφάνης Chærephanes.	452.	4262.	LXXXII.		
Ἀντίδοτος Antidotus.	451.	4263.	2.		
Εὐθύδημος Euthydemus.	450.	4264.	3.		
Πεδιεύς Pedieus.	449.	4265.	4		
Φιλίσκος Philiſcus.	448.	4266.	LXXXIII.		
Τιμαρχίδης Timarchides.	447.	4267.	2.		
Καλλίμαχος Callimachus.	446.	4268.	3.		
Λυσιμαχίδης Lyſimachides.	445.	4269.	4.		
Πραξιτέλης Praxiteles.	444.	4270.	LXXXIV.		
Λυσανίας Lyſanias.	443.	4271.	2.		
Δίφιλος Diphilus.	442.	4272.	3.		
Τιμοκλῆς Timocles.	441.	4273.	4.		
Μορυχίδης Myrichides.	440	4274.	LXXXV.		
Γλαυκίδης Glaucides.	439.	4275.	2.		
Θεόδωρος Theodorus.	438.	4276.	3.		
Εὐθυμένης Euthymenes.	437.	4277.	4.		
Ναυσίμαχος Nauſimachus *aliis* Lyſimachus.	436.	4278.	LXXXVI.		
Ἀντιλοχίδης Antilochides	435.	4279.	2.		
Χάρης Chares.	434.	4280.	3.		
Ἀψεύδης Apſendes, male *Sigonius* Aſpendes.	433.	4281.	4.		
Πυθόδωρος Pythodorus.	432.	4282.	LXXXVII		
Εὐθύδημος Euthydemus, ſive Euthymus.	431.	4283.	2.		
Ἀπολλόδωρος Apollodorus.	430.	4284.	3.		
Ἐπαμίνων Epaminon *aliis* Epaminondas.	429.	4285.	4.		

Archon-

(22) Lacratidem aſſignat *Sigonius*, ſed quo auctore plane neſcio. Id certum Darii temporibus Archontem fuiſſe; id ipſum dictum puta etiam de Phædone, quem ſubdo.
(23) Etiam Archontem hunc *Sigonio* inexploratum ſuppeditavit *Dionyſius* Halicar.
(24) *Diogenes* in vita *Socratis* lib. 2. cap. 44.

Archontes Annui.	*Ante Æram vulgar.*	*Anni Periodi Julian.*	*Olympiades.*	*Reges Lacedæmonii.*	*Anni Regni.*
Διότιμος Diotimus.	428.	4286.	LXXXVIII.		
Εὐκλείδης Euclydes.	427.	4287.	2.		
Εὐθύδημος Euthydemus. (25)	426.	4288.	3.		
Στρατοκλῆς Stratocles.	425.	4289.	4.		
Ἴσαρχος Iſarchus.	424.	4290.	LXXXIX.		
Ἀμεινίας Aminias.	423.	4291.	2.		
Ἀλκαῖος Alcæus.	422.	4292.	3.		
Ἀρίστιον Ariſtion.	421.	4293.	4.		
Ἀριστόφυλος Ariſtophylos, *aliis* Aſtyphilus.	420.	4294.	XC.		
Ἀρχίας Archias.	419.	4295.	2.		
Ἀντιφῶν Antiphon.	418.	4296.	3.		
Εὔφημος Euphemus.	417.	4297.	4.		
Ἀριστόμνηστος Ariſtomneſtus.	416.	4298.	XCI.		
Χαβρίας Chabrias.	415.	4299.	2.		
Πείσανδρος Piſander.	414.	4300.	3.		
Κλεόκριτος Cleocritus, *aliis* Clearchus.	413.	4301.	4.		
Καλλίας Callias.	412.	4302.	XCII.		
Θεόπομπος Theopompus.	411.	4303.	2.		
Γλαύκιππος Glaucippus.	410.	4304.	3.		
Διοκλῆς Diocles.	409.	4305.	4.		
Εὐκτήμων Euctemon.	408.	4306.	XCIII.	31. Παυσανίας Pauſanias, Pliſtoanactis F.	14.
Ἀντιγένης Antigenes.	407.	4307.	2.		
Καλλίας Callias.	406.	4308.	3.		
Ἀλεξίας Alexias.	405.	4309.	4.		
Πυθόδωρος Pythodorus, *ſive* ἀναρχία.	404.	4310.	XCIV.		
Εὐκλείδης Euclides.	403.	4311.	2.		
Μίκων Micion. (26)	402.	4312.	3.		
Ξεναίνετος Xenænetus.	401.	4313.	4.		
Λάχης Laches.	400.	4314.	XCV.		
Ἀριστοκράτης Ariſtocrates.	359.	4315.	2.		
Ἰθυκλῆς Ithycles.	398.	4316.	3.		
Λυσιάδης Lyſiades.	397.	4317.	4.		
Φορμίων Phormion.	396.	4318.	XCVI.		
Διόφαντος Diophantus.	355.	4319.	2.		
Εὐβουλίδης Eubulides.	354.	4320.	3.	32. Ἀγησίπολις Ageſipolis Pauſaniæ F.	14.
Δημόστρατος Demoſtratus.	393.	4321.	4.		
Φιλοκλῆς Philocles.	392.	4322.	XCVII.		
Νικοτέλης Nicoteles.	391.	4323.	2.		
Δημόστρατος Demoſtratus.	350.	4324.	3.		
Ἀντίπατρος Antipater.	389.	4325.	4.		
Πυρρίων Pyrrhion.	388.	4326.	XCVIII.		
Θεόδοτος Theodotus.	387.	4327.	2.		
Μυστιχίδης Myſtichides.	386.	4328.	3.		
Δεξίθεος Deſitheus.	385.	4329.	4.		
Διοτρεφής Diotrephes.	384.	4330.	IC.		
Φανόστρατος Phanoſtratus.	383.	4331.	2.		
Εὔανδρος Evander, *ſive* Menander.	382.	4332.	3.		
Δημόφιλος Demophilus.	381.	4333.	4.		
Πυθέας Pytheas.	380.	4334.	C.	33. Κλεόμβροτος Cleombrotus, Pauſaniæ F.	9.
Νίκων Nicon.	379.	4335.	2.		
Ναυσίνικος Nauſinicus.	378.	4336.	3.		
Καλλέας Callias, *male Sigonio* Chabrias.	377.	4337.	4.		
Χαρίανδρος Chariander.	376.	4338.	CI.		
Ἱππόδαμος Hippodamus.	375.	4339.	2.		

Archon-

(25) Quem nos cum *Sigonio* Euthydemum nominamus ex *Athenæo* lib. 5. *Ariſtophanis* Scholiaſtes Σκυθόδωρον Scythodorum appellat, quem ait fuiſſe à Pythodoro ſeptimum.

(26) Ex *Meurſio* Archontem hunc addidi, ad explendum hiatum. *Petavius* exiſtimat annum unum Pythodoro, alterum τῇ ἀναρχίᾳ tribuendum. Verum obſtat *Xenophontis* auctoritas *Hiſt. Græc.* lib. 2. ait enim Πυθοδώρου δ' ἐν Ἀθήναις ἄρχοντος, ὃν Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐν ὀλιγαρχίᾳ ᾑρέθη, οὐκ ὀνομάζουσιν· ἀλλ' ἀναρχίαν τὸν ἐνιαυτὸν καλοῦσιν. *Pythodoro vero Athenis Archonte, quem Athenienſes, quia ſub imperio paucorum electus fuit, non nominant, Sed Archontis vacationem illum annum vocant.*

Archontes Annui.	*Ante Æram vulgar.*	*Anni Periodi Julian.*	*Olympiades.*	*Reges Lacedæmonii.*	*Anni Regni.*
Σωκρατίδης Socratides.	374.	4340.	3.		
Ἀστεῖος Aſtius.	373.	4341.	4.		
Ἀλκισθένης Alciſthenes.	372.	4342.	CII.		
Φρασικλείδης Phraſichlides.	371.	4343.	2.	34. Ἀγησίπολις Ageſipolis II. Cleombroti F.	1.
Δυσνίκητος Dyſcioetus.	370.	4344.	3.	35. Κλεομένης Cleomenes II. Cleombroti F.	61.
Λυσίστρατος Lyſiſtratus.	369.	4345.	4.		
Ναυσιγένης Nauſigenes.	368.	4346.	CIII.		
Πολύζηλος Polyzelus.	367.	4347.	2.		
Κηφισόδωρος Cephiſodorus.	366.	4348.	3.		
Χίων Chion.	365.	4349.	4.		
Τιμοκράτης Timocrates.	364.	4350.	CIV.		
Χαρικλείδης Chariclides.	363.	4351.	2.		
Μόλων Molon.	362.	4352.	3.		
Νικόφημος Nicophemos.	361.	4353.	4.		
Καλλιμήδης Callimedes.	360.	4354.	CV.		
Εὐχάριστος Euchariſtus.	359.	4355.	2.		
Κηφισόδωρος Cephiſodorus.	358.	4356.	3.		
Ἀγαθοκλῆς Agathocles.	357.	4357.	4.		
Ἐλπίνης Elpinus.	356.	4358.	CVI.		
Καλλίστρατος Calliſtratus.	355.	4359.	2.		
Διότιμος Diotimus	354.	4360.	3.		
Εὔδημος Eudemus.	353.	4361.	4.		
Ἀριστόδημος Ariſtodemus.	352.	4362.	CVII.		
Θέσσαλος Theſſalus.	351.	4363.	2.		
Ἀπολλόδωρος Apollodorus.	350.	4364.	3.		
Καλλίμαχος Callimachus.	349.	4365.	4.		
Θεόφιλος Theophilus.	348.	4366.	CVIII.		
Θεμιστοκλῆς Themiſtocles.	347.	4367.	2.		
Ἀρχίας Archias.	346.	4368.	3.		
Εὔβουλος Eubulus.	345.	4369.	4.		
Λυκίσκος Lyciſcus.	344.	4370.	CIX.		
Πυθόδωρος Pythodorus, *aliis* Pythodotus.	343.	4371.	2.		
Σωσιγένης Soſigenes.	342.	4372.	3.		
Νικόμαχος Nicomachus.	341.	4373.	4.		
Θεόφραστος Theophraſtus.	340.	4374.	CX.		
Λυσιμαχίδης Lyſimachides.	339.	4375.	2.		
Χαιρωνίδας Chæronidas, *Sigonio* Charondas.	338.	4376.	3.		
Φρύνιχος Phrynichus.	337.	4377.	4.		
Πυθόδημος Pythodemus, *aliis* Pythodorus.	336.	4378.	CXI.		
Εὐαίνετος Evænetus.	335.	4379.	2.		
Κτησικλῆς Cteſicles.	334.	4380.	3.		
Νικοκράτης Nicocrates.	333.	4381.	4.		
Νικήρατος Niceratus.	332.	4382.	CXII.		
Ἀριστοφάνης Ariſtophanes.	331.	4383.	2.		
Ἀριστοφῶν Ariſtophon.	330.	4384.	3.		
Κηφισοφῶν Cephiſophon.	329.	4385.	4.		
Εὐθύκριτος Euthycritus.	328.	4386.	CXIII.		
Χρέμης Chremes.	327.	4387.	2.		
Ἀντικλῆς Anticles.	326.	4388.	3.		
Σωσικλῆς Soſicles.	325.	4389.	4.		
Ἡγησίας Hegeſias.	324.	4390.	CXIV.		
Κηφισόδωρος Cephiſodorus.	323.	4391.	2.		
Φιλοκλῆς Philocles.	322.	4392.	3.		
Ἄρχιππος Archippus, ex *Dionyſio in Dinarcho.*	321.	4393.	4.		
Νέαιχμος Neæchmus.	320.	4394.	CXV.		
Ἀπολλόδωρος Apollodorus.	319.	4395.	2.		
Ἄρχιππος Archippus.	318.	4396.	3.		
Δημογένης Demogenes.	317.	4397.	4.		
Δημοκλείδης Democlides.	316.	4398.	CXVI.		
Πραξίβουλος Praxibulus.	315.	4399.	2.		
Νικόδωρος Nicodorus.	314.	4400.	3.		
Θεόφραστος Theophraſtus.	313.	4401.	4.		
Πολέμων Polemon.	312.	4402.	CXVII.		
Σιμωνίδης Simonides.	311.	4403.	2.		

Archon-

Digitized by Google

Archontes Annui.	*Ante Æram vulgar.*	*Anni Periodi Julian.*	*Olympiades.*	*Reges Lacedæmonii.*	*Anni Regni.*
Ἱερομνήμων Hieromnemon.	310.	4404.	3.		
Δημήτριος ὁ Φαληρεύς Demetrius Phalereus.	309.	4405.	4.	36. Ἀρεύς Areus, Cleomenis ex fratre nepos.	44.
Χάρινος Charinus.	308.	4406.	CXVIII.		
Ἀναξικράτης Anaxicrates.	307.	4407.	2.		
Κόροιβος Coribus. (27)	306.	4408.	3.		
Ξένιππος Xenippus.	305.	4409.	4.		
Φερεκλῆς Pherecles.	304.	4410.	CXIX.		
Λεώστρατος Leoſtratus.	303.	4411.	2.		
Νικοκλῆς Nicocles.	302.	4412.	3.		
Καλλίαρχος Calliarchus.	301.	4413.	4.		
Ἡγέμαχος Hegemachus.	300.	4414.	CXX.		
Εὐκτήμων Euctemon.	299.	4415.	2.		
Μνησίδημος Mneſidemus.	298.	4416.	3.		
Ἀντιφάτης Antiphates.	297.	4417.	4.		
Νικίας Nicias.	296.	4418.	CXXI.		
Νικόστρατος Nicoſtratus.	295.	4419.	2.		
Ὀλυμπιόδωρος Olympiodorus.	294.	4420.	3.		
Φίλιππος Philippus.	293.	4421.	4. CXXII.		
Δίφιλος Diphilus. (28)	289.	4425.	4. CXXIII.		
Φίλιππος Philippus.	287.	4427.	2.		
Γοργίας Gorgias.	280.	4434.	CXXV.		
Ἀναξικράτης Anaxicrates.	279.	4435.	2.		
Δημοκλῆς Democles.	278.	4436.	3. CXXVII.		
Πυθάρατος Pytharatus.	271.	4443.	2. CXXVIII.		
	265.	4449.	4.	37. Ἀκρότατος Acrotatus Arei F.	
Athenæ Dominatu Antigoni liberatæ. (29)	256.	4458.	CXXXI.		
				38. Ἀρεύς Areus Acrotati F.	
				39. Λεωνίδας Leonidas Cleonymi F.	
				40. Κλεόμβροτος Cleombrotus II. gener Leonidæ.	
				41. Κλεομένης Cleomenes III. Leonidæ F.	16.
				42. Ἀγησίπολις Ageſipolis II. (30)	

(27) Qui ſequuntur poſt Anaxicratem per annos octodecim potius quam *Archontes*, *Sacerdotes* τῶν σωτήρων dicendi ſunt. Quod factum in honorem Demetrii, & Antigoni; uti refert *Plutarchus* in *Demetrio*.

(28) Abrogatis hoc anno Sacerdotibus τῶν σωτήρων, res, apud Athenienſes, redit ad Archontes annuos; ex eodem *Plutarcho* in eodem loco.

(29) Adſcripſi Epocham hanc Atticæ libertatis, quod in eam deſinat *Sigonius*. Eam tamen *Petavium* ſequutus quadriennio toto anteverti, ex *Euſebio*. Aliquot adhuc Archontes occurrunt, quorum nomina non interierunt. Eos perſequi operæ pretium non exiſtimo, quum ad ea tempora minime ſpectent, de quibus hoc in libro *Sigonius*. Illos potius apponam, quibus ſuus hac in ſerie aſſignari, ſi poſſet, deberet locus, quorum mentio quidem apud Auctores ſed ſine ulla temporis nota. Ex Meurſio deſumpti ſunt:
Ἀπολλώνιος Apollonius, *Philoſtratus* in Apo. Soph. lib. 2.
Δημόνικος Demonicus, *Demoſthenes* in *Orat.* de *Corona.*
Ἀρίσταιχμος Ariſtæchmus, ex *Veteri Inſcriptione.*
Ἀγύρριος Agyrrhius, ex *Andocide.*
Νικίας Nicias, *Plut* in ejus vita.
Εὐθυκλῆς Euthycles, ex *Dem.* in *Orat.* de *Corona.*
Προκλῆς Procles, *Clemens* in *Protreptico.*
Ἄρειος Areus, *Inſcr. Vet.*
Μνησίφιλος Mneſiphilus, *Dem.* de *Corona.*
Σκαμανδρίος Scamandrios. *Andocides.*
Ἀλκιβιάδης Alcibiades, *Pollux* lib. X. cap. 28.
Ἡροπύθης Heropythes, *Demoſt.* de *Corona.*
Λυκίσκος, καὶ Διονύσιος Lyciſcus, & Dionyſius, *Inſcr. Vet.*
Πεισίστρατος Piſiſtratus, *Thucyd.* lib. 6.
Θέων Theon, *Inſcr. Vet.*
Μνησιθείδης Mneſithides *Demoſ.* de *Corona.*
Κέβρις Cebris, ex *Heſychio.*
Ναυσικλῆς Nauſicles, *Demoſt. Orat. cit.*
Ἀῤῥενείδης Arrhenides, *Diog. Laërtius* in Vita Zen. lib. 7. cap. 10.
Νεοκλῆς Neocles, *Demoſt.* de *Corona.*
Τείσανδρος Tiſander, *Marcellinus* in Vita *Thucydidis.*

(30) Cleomeni tertio poſt fugam anno morienti, ſufficitur Ageſipolis II. adhuc puer; qui paulo poſt Regno pulſus Tyrannis Machanidæ, & Nabidi locum, & imperium ceſſit. Sed hæc non niſi poſt annum Periodi Julianæ 4492. contigere; nihil propterea ad *Sigonium*. Accipe jam Lector Regum ſeriem ex altera nimirum Proclidarum familia, quam promiſi n. (3).

SERIES ALTERA
REGUM LACEDÆMONIORUM
POST TISAMENUM

Ex Proclidarum, ſive Eurypontidarum Familia.

	Ante Æram vulgar.	Anni Periodi Julian.	Olympiades.	Anni Regni.
12. Προκλῆς Procles Ariſtodemi F. (31)	1102.	3612.		45.
13. Σόος Sous adoptatus à Procle.	1057.	3657.		
14. Εὐρυπῶν Eurypon *alias* Euritiön Soi F.				
15. Πρύτανις Prytanis Eurypontis F.				
16. Εὔνομος Eunomus Prytanidis F.				
17 Πολυδέκτης Polydectes Eunomi F.				
18 Χάριλλος Charillus Polydectis F.	873.	3841.		64.
19. Νίκανδρος Nicander Charilli F. (32)	809.	3905.		39.
20. Θεόπομπος Theopompus Nicandri F.	771.	3943.	II. 2.	
21. Ζευξίδαμος Zeuxidamus Theopompi Nepos.				
22. Ἀναξίδαμος Anaxidamus Zeuxidami F. (33)			*ante Olimp.* XXVIII.	
23. Ἀρχίδαμος Archidamus Anaxidami F.				
24. Ἀγασικλῆς Agaſicles Archidami F.				
25. Ἀρίστων Ariſton Agaſiclis F.				
26. Δημάρατος Demaratus Ariſtonis F.				
27. Λεωτυχίδης Leotychides Demarati F.	495.	4219.	LXXI. 2.	
28. Ἀρχίδαμος Archidamus II. Leotychidi Nepos. (34)	471.	4243.	LXXVII. 2.	42.
29. Ἆγις Agis Archidami F.	429.	4285.	LXXXVII 4.	27.
30. Ἀγησίλαος Ageſilaus Archidami II. F.	402.	4312.	XCIV. 3.	41.
31. Ἀρχίδαμος Archidamus III. Ageſilai F.	361.	4353.	CIV. 4.	23.
32 Ἆγις Agis II. Archidami III. F.	323.	4391.	CXIV. 2.	
33. Εὐδαμίδας Eudamidas Archidami III. F.				
34. Ἀρχίδαμος Archidamus IV. Eudamidæ F.				
35. Εὐδαμίδας Eudamidas II. Archidami IV. F.				
36 Ἆγις Agis III. Eudamidæ II. F.				9.
37 Εὐρυδαμίδας Eurydamidas Agidis III. F.				
38. Ἐπικλείδας Epiclidas Agidis III. F.				

(31) Anno uno minus regnavit quam frater Euryſthenes *Cicero de Divinat.* lib. 2 *Procles, & Euryſthenes, Lacedæmoniorum Reges, gemini fratres fuerunt. Ac hi nec totidem annos vixerunt; anno Proclis vita brevior fuit, multoque is fratri rerum geſtarum gloria clarior.* Annos propterea quinque ſupra quadraginta Procli dedi, quum quadraginta ſex dederim Euryſtheni. Cur autem ab *Euſebio* receſſerim, quo Auctore Euryſthenes annos tantum quadraginta duos regnavit, vide apud *Petavium* lib. 13. *de Doct. Temp.*

(32) *Clemens Strom.* 1. refert ex *Soſibio* Lacedæmonio ea, quæ operæ pretium viſum eſt hic exſcribere: βασιλεῦσαι μὲν οὖν ὁ Χάριλλος ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα· μεθ' ὃν υἱὸς Νίκανδρος ἔτη τριάκοντα ἐννέα. τῷ κατὰ τὸ τριακοστὸν τέταρτον ἔτος τῆς τούτου βασιλείας φησὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα. *At regnavit quidem Charillus annos ſexaginta quatuor, poſt quem filius Nicander annis novem, & triginta. Ejus vero anno trigeſimo quarto Olympiadem primam inſtitutam eſſe.* Quum itaque Olympiadum inſtaurationem anno Julianæ Periodi 3938 affixerimus perſpicuum eſt Nicandrum anno Julianæ Periodi 3905. regnare cœpiſſe. Charillos Nicandri Pater regnum obtinuit, teſte eodem *Clemente* lib. 1. annos 64., quare iniit anno 3841. Iterum Nicandro ex *Clemente*, quem retulimus, anni novem ſupra triginta tribuendi, ergo Theopompus ejus filius regnum accepit anno Julianæ Periodi 3943.

(33) Anaxidamum ante Olymp. XXVIII. annum primum regnum adiiſſe teſtatur in *Laconicis Pauſanias*, quum Meſſeniorum ira capta ſit eo anno, ipſo regnante.

(34) Hoc Rege inchoatum eſt Bellum Peloponneſiacum anno Julianæ Periodi 4283., Archidamium per aliquot annos, inquit *Harpocration* propterea dictum, quod Archidamus plures in Atticam excurſiones fecerit. At anno ejus belli ſexto Archidamo jam ſucceſſerat, inquit *Thucydides* lib. 3., Agis filius. Anno belli ſecundo obiiſſe ponamus, ejus initium erit in annum Julianæ Periodi 4243. rejiciendum, quum dicatur Archidamus à *Diodoro* lib. 12. annos quadraginta duos regnaſſe.

CAROLI
SIGONII

De Antiquo Jure Civium Romanorum Libri II.
De Antiquo Jure Italiæ Libri III.
De Antiquo Jure Provinciarum Libri III., &
De Judiciis Libri III.

CUM ADNOTATIONIBUS

JO. GEORGII GRÆVII, & LATINI LATINII

JAM EDITIS,

Nunc verò

A J. C. JOANNE MADERNO

NOVIS COMMENTARIIS ILLUSTRATI,

CUM BINIS PRÆFATIONIBUS

J. C. LUDOVICI VOIGT.

Digitized by Google

Digitized by Google

L E C T O R I
S. P. D.

LUDOVICUS VOIGT. J. C.

Quamvis utilitas atque præſtantia librorum de antiquo jure civium Romanorum, quos, ſi quis alius, de antiquitate, omoive re litteraria pulcherrimum meritus io modum *Carolus Sigonius* evulgavit, commeodatione haut egere videantut; eamque ſatis perſpiciant harum rerum intelligentes, atque re ipſa experiantor quotidiè: nihilominus, cum ætas noſtra pulluler fæce illa hominum imperitorum, & veteris ſtatorum barbariei, ooo abs re forſitan fuerir, pauca de his præfari. Non dubiro ſanè fote multos, qui ogganient, quid inurile hoc ſtudium teniatis? quid aniles fabulas ſectamini? actionum formulas diſcite, Bartoli, Baldi, aliorumque pragmaticorum, qui jus romanum ad uſum fori noſtri, feliciter, ſi Diis placet, traduxeruot, tabulas atque iodices pervolvite: hic cana ſemper ſeges, & temulenta quaſi vindemia eſt.

Aſt fremant omnes licet, dicam quod ſentio, & dicam brevius, quam res tanta dici poſſit. Ex quo legitimam ſcientiam io celeberrima academia, quæ Halæ in Saxooia floret, arripui, atque ad eandem aliis tradendam adplicui animum, ſatis intellexi, nihil eſſe tam abſurdum, nihil ram abſonum, nihil tam à jure alienum, quod non defendere poſſir cauſſæ patronus ſollertior, ſi à gloſſæ, quam vocant, & Doctorum auctorirare ſuſpenſa eſſet juſtitia. Quem fugit lepidus Petri Rebuffi de privilegiis univerſitatum libellus? Quæ verò tanra eſt, non dicam genio indulgendi, ſed quodvis fermè flagitium admirtendi licentia, quam ooo ſacerrimus ille juſtitiæ ſacerdos ſtudioſis litterarum tanqoam privilegium vindicet? Quam turpia, quam indigna ſæculo ſunt, quæ ille in interpretatiooe *Authenticæ Habita C. ne filius pro patre*, de ſtudioſorum cum mulieribus conſuetudine diſputat? & nihil tameo ſcribit, proh pudor! quod non eductis in aciem integris triariorum turmis confirmet. Ita ferè motis eſt omnibus, quos forenſes adpellitant, ut centom, & plurium etiam Doctorum ſuffragiis pro ſenreotia quadam coacervatis, mox totidem aut plurium etiam indicem pertexere ſoleant eorum, qui in alia omoia eunt. Exempla ubivis ſunt obvia; aſt inſtar omnium Aodreæ Tiraquelli ſerenioris famæ JCti eſſe poſſunr commentarii, quos humaniſſimus JCtus Heioeccius adducit. (1) Quid verò veritaris ſtudioſo utilitatis adferet illa diſcrepantium opinionum farrago? oiſi ut ejuſmodi farinæ interpretibus occlamet illud Tereotii: (2)

Feciſtis probè:
Incertior ſum multò quam dudum.

Accedit quod ſæpenumero loco auctoritatum monſtra adducant. Fuit, qui cum in jure Germanorum publico *inveteratas conſuetudines*, quas *das Herkommen* vocant, laudari viderer, ex iſto vocabulo minus intellecto, oeſcio quem Hercomanoum, JCtum celebertimum, erroris opinione ſibi finxit. (3) Hoc ipſum eſt, quod multos pertraxit in ſeotentiam, juriſprudentiam rude quoddam eſſe artificium, diſciplinam hiulcam, & malè cohærentem, indigeſtamque molem,

Frigida ubi pugnant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus. (4)

præterea vocabulorum aucupium, avaram nundinationem verborum, evertendis aliorum fortunis, & patrimoniis, ex judicum libidine transferendis inſtitutum (5). Qua ſeotentia vix quicquam iodigoius reperio. Verumenimverò oihil horum juriſprudentiæ objici poſſe, res ipſa docet, & ex iis, quæ mox ſubjiciam, latius patebit. Quid enim ejus munere gravius, quo interna reipublicæ traoquillitas rectè gubernatur? (6) quo ſingulorum ſtarus & booa proteguntur ab iojuriis? quo vitia hominum atque fraudes, damois, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multanrur? & docemur non infioitis concertationumque plenis diſputationibus, ſed auctoritate nutuque legum domitas habere libidines, coërcere omoes cupi-

(1) Præfat. in Inſtit. etque Comment. Vinnii.
(2) Phorm.
(3) Thomaſ. de jur. ſcript. & morum content. §. 55.
(4) Ovid. Metamorph.
(5) Grav. Orig. in Præfat.
(6) §. 7. J. in Proœm.

Digitized by Google

cupiditates, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere? (7) Quid ſolidius, quid verius, quid juſtius ſuis præceptis, quæ ex naturæ hauſit honeſtate, non confusè congeſſit, prodiditque temerè? Etenim ſi quis habendus eſt philoſophiæ honor (habetur autem hominum opinione maximus) eum omnem juriſprudentiæ noſtræ tribui oportet. Quidquid enim, ut bene monet Gravina, (8) à græcis philoſophis de honeſto & juſto, de finibus boaorum, & malorum, de regendis populorum moribus, de legibus & republica diſputabatur, totum collectum fuit à JCtis Romanis, atque nugis excuſſis, in eorum jus traductum. Quocirca & ipſi JCti juriſprudentiam partem philoſophiæ, immo *veram non ſimulatam philoſophiam* eſſe autumaruot (9). Et rectè Quintilianus (10): *Omnis juris quæſtio, aut verborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis conjectura continetur. Quorum pars ad rationalem, pars ad moralem philoſophiam redundat.* Quod ſi itaque civilis doctrioa, quæ tam illuſtria habuit primordia, & à ſublimioribus ingeniis culta, per manus imperitorum ſordidè contrectetur, non vitium legitimæ ſcientiæ, ſed barbarorum interpretum, atque turbæ proletariæ meritò reputandum cenſeo.

Proximum eſt, ut, quæ ratio docendi jura mihi ſe probet magis, aperiam. Scilicet quia *ſcire leges, non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem*: (11) Vis autem & poteſtas legum ex ratione earum perſpicitur: omni animi conteotione eniti cupidam legum juventutem oportere puto, ut non ſolum leges, ſed rationes earum accuratè pernoſcat. Hac demum via jus certum & ſtabile redditur, obſcuri, atque perplexi JCtorum ſenſus expediuntur, atque ineptorum interpretum notantur lapſus. Nec ſententiam, quam ſemel imbibi animo, jugulat judicium Juliani, atque Neratii, quod tanquam Gorgoneum caput obvertunt: *Non omnium, quæ à majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt: & ideo rationes eorum, quæ conſtituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quæ certa ſunt, ſubvertuntur.* (12) Si jurium non omoium ratio reddi poteſt, an ideo omoium cauſſæ veluti in Democriti puteo latitant? Multorum, quæ ab antiquioribus ignorabantur cauſſæ, à recentioris ætatis hominibus ſuerunt recluſæ, & multæ, ſi rem seriò agamus, in poſterum detegentur. Rationes legum, ad eas ſubvertendas, non eſſe inveſtigandas, ut optimè Neratium explicuit ſummus JCtus Noodt (13), & ipſa verba oſtendunt, facilè largior; aſt ideò in rationes legum ad eas firmandas, atque explicandas non inquirendum eſſe, quis ſua non aliena mente utens, animo conceperit? Ultro fateri neceſſe habeo, hunc finem, ratione, quam ineunt noſtrates ſtudiorum ſuorum, obtineri haut poſſe. Vix enim primoribus labris Inſtitutiones Juſtinianæas delibarunt, cruda ſtudia in forum propellunt, litteras deſpiciunt elegantiores, leges ipſas negligunt, atque ſupinè ignorant (pudet dicere, ſed diceodum eſt) ſeptennium, & quod excurrit, in inquirendis, ut ajunt, propoſitionibus in indicibus interpretum, qui magno conatu magnas tractant ineptias, conſumunt. Qua de re quid ſentiam Franciſci Duareni, (14) quam meis verbis explicare malo: *Admirari ſoleo*, inquit, *eorum ſtultitiam, qui in vulgatiſſimis interpretum commentariis, omnem ætatem terunt, ut inde ſingulorum negotiorum cognitionem hauriant, ei non profectò abſimiles, cujus meminit Lucianus, qui, in maris littore ſedens, conabatur ſingulas undas pernumerare, donec undas undis trudentibus obrueretur, animoque angeretur, quod eas numero amplecti non poſſet. Nam, ut quis memoriæ mandet, quæcumque à Bartolo, & cæteris ſcripta ſunt, quodfieri profectò nequit, quota tamen erit portio eorum, quæ quotidie inter mortales contingunt, nec ullis adhuc ſcriptis definita ſunt?* Quocirca & idem Duarenus eum *JCtum* dicere ſolet, *qui præceptionum & theorematum univerſalium, quibus ad judicandum ex bono & æquo de ſingulis negotiis præparamur, & informamur, cognitionem ſibi accuratam pepererit. Nam ſingularia, quæ infinita ſunt, ſub nullam artem aut præceptionem cadunt.* Hæc verò præcepta atque axiomata, ex quibus quæſtiones omnes enodantur, ut non ei opus ſit, reſponſum ex Bartoli cortina petere, aut Accurſii, Imolæ, Iſerniæ, Butrigarii, Saliceti, Buticellæ, Caccialupi, Cœpollæ, & ſexcentorum aliorum manes evocare, in promptu habebit JCtus, ſi jurium ſingulorum rationes, & principia intellexerit, atque principiorum intelligentiam cum ſolida legum interpretatione, & uſu conjunxerit: tuoc demum illud oeſcio quid præclarum, & ſingulare in juriſprudentia efflore ſcere puto. Equidem non inficias eo, hanc ſolidam, & pulcherrimam jura docendi rationem eſſe paullo difficiliorem illa, qua per indices & tabulas in Doctorum ſomnia incumbont, & hioc factum eſſe, ut plerique alieno ab hac methodu animo eſſe ſoleant. Ut enim leges & earum rationes accuratè quis perſpiciat, hæc fermè requiruotur: jus naturæ, & gentium,

(7) Cic. de Orat. Lib. I.
(8) Orig. in Præfat.
(9) L. 1. § 1. D. de Juſt. & Jur.
(10) Inſtit. Orat. XII. 2.
(11) L. 7. D. de Legibus.
(12) L. 20. & 21. D. de Legibus.
(13) Comment. D. de Legibus.
(14) Comment. de ratione docendi, diſcendique Juris.

tium, philoſophiæ, ac præſertim Stoicæ cognitio, linguæ latinæ, atque græcæ exacta peritia, hiſtoriæ, chronologiæ, antiquitatum, & ſtatus Reipublicæ Romanorum, denique juris antejuſtinianæi notitia. De ſingulis mihi intelligo deinceps eſſe dicendum.

Jus naturæ haut inconcinnè à Gravina (15) in promiſcuum, & peculiare hominis diſpeſcitur. Per illud ſignificat *motionem illam ubique pervadentem, omniaque cientem, & agitantem, reſque varias aſſiduò producentem ſimul, & interimentem, ex interituque unius alteram ſuſcitantem: ſine qua otioſa & inertia, conſtipataque forent univerſa.* Hoc à Grotio (16) definitur: *dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui, ex ejus convenientia, aut diſconvenientia cum ipſa natura rationali, ac ſociali, ineſſe moralem turpitudinem, aut neceſſitatem moralem, ac conſequenter ab auctore naturæ Deo, talem actum aut vetari, aut præcipi.* Brevius Heineccius (17) jus naturæ dicit eſſe *jus divinum, per rectam rationem promulgatum.* Ab hoc jure naturæ peculiari hominis, non differt jus gentium, niſi adplicatione. Hinc & veteres ſæpe, & ipſemet Juſtinianus promiſcuè accepere jus naturæ & gentium. (18) Nimirum dictamina rectæ rationis negotiis ſingulorum hominum, aut uni familiæ adplicata, *jus naturæ*; integratum gentium negotiis adplicata, *jus gentium* adpellantur. Quemadmodum verò jus naturæ, vel abſolutum eſt, vel hypotheticum: ita & gentium negotiis adplicatum abſolutum à Doctoribus *primarium*; hypotheticum, *ſecundarium* dicitur. De hac lege naturæ graviter diſputat Cicero: (19) *Eſt quidem vera lex recta ratio, naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, quæ vocet ad officium, jubendo, vetando, à fraude deterreat, quæ tamen neque in probis fruſtrà jubet, ac vetat, nec improbos vetando, aut jubendo monet. Huic legi nec propagari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt, nec verò aut per ſenatum, aut per populum ſolvi hac lege poſſumus, neque eſt quærendus explanator, aut interpres ejus alius: nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac: ſed & omnes gentes, & omni tempore una & ſempiterna, & immutabilis continebit, unuſque erit, & communis, & magiſter, & imperator omnium Deus, ille legis inventor, ille diſceptator, lator.* Et oratione pro Milone: *Eſt hæc, judices, ſcripta lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus: ad quam non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* Jus itaque naturæ & gentium eſt communis fons, ex quo omnes populi ſuas depromſeruut leges. Hinc rectè Gravina: (20) *nihil aliud eſt jus civile, niſi naturalis ad Romanæ Reipublicæ inſtitutionem relata, Romaniſque moribus & litteris explicata ratio.* Et Ulpianus: (21) *jus civile eſt, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, nec per omnia ei ſervit: itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, jus proprium, ideſt, civile efficimus.* Quod elegantibus exemplis illuſtrat Vinnius. (22) Meritò igitur ab jure naturæ & gentium auſpicandum ſuadent viri graviſſimi. Ut hic principia jacta fuerint, ita omne erit, quod illis ſuperſtruetur. (23) Præcipui, qui hanc doctrinam tradiderunt, ſunt Grotius *de jure belli & pacis*; Puſendorfius *de jure naturæ & gentium*, quem librum ipſemet in compendium contulit, atque inſcripſit: *de officio hominis & civis*; Hobbeſius *de cive*; Seldenus, qui jus naturæ & gentium à ſe editum ad diſciplinam Hebræorum accommodavit. Qui ad ſpecialia deſcenderunt, recenſentur à Morhoſio. (24) Totam autem hiſtoriam juris nat. & gent. pertexuit, & ſcriptores plures adduxit Ludovici, qui delinearionem ſuam hiſtoriæ juris naturalis his verbis claudit: *Finio hic, & ut in dies ſtudium juris naturalis majora incrementa capiat, seriò exopto. Quod ſi enim hoc diligentius excoleretur à jurium cultoribus, quam quidem hactenus factum: certo certius eſt, brevi tempore perituros eſſe, & leguleios, & rabulas, par illud nobile fratrum.*

Quam neceſſaria ſit philoſophia, partim ex iis, quæ jam diximus, partim ex ſequentibus palam fiet. Philoſophia prima dat notiones, quæ per omnia ſcientiarum genera ſe diffundunt. Logica, utpotè cogitationum humanarum gubernaculum, omnibus, præſertim JCto neceſſaria: Judicum enim, & Advocatorum lapſus, vitam ſecum, & patrimonium ruunt aliorum. Quam utilitatem philoſophia naturalis præſtet in juriſprudentia, liquet ex Pauli Zachiæ quæſtionum medico-legalium tomis tribus, à Joanne Daniele Horſtio olim auctis, poſt à Georgio Franco emendatius & locupletius vulgatis; quibus jungi merentur Michaëlis Bernhardi Valentini pandectæ medico-legales, quæ cum aliis hujus argumenti extant in ip-

(15) Orig. Lib. 1. Cap. 1. & ſequentibus.
(16) De Jure Belli, & Pacis Lib. 1. Cap. 1.
(17) Not. in Vinnium § 2. Inſt. de Jur. Nat. Gen. & Civ.
(18) L. ult. & L. 14. § 2. D. de R. N. L. 31. D. Depoſ. L. 84. § 1. D. de R. J. §. 11. J. de Rer. diviſ.
(19) Lib. 3. de Repub.
(20) Orig. Lib. 1. in princip.
(21) L. 6. D de Juſt. & Jur.
(22) Comment. ad §. 11. Inſtit. de J. N. G. & C.
(23) Sulpic. Epiſt. de ſtudiis academ. juvenis nobilis rectè inſtituendis.
(24) Polyhiſt. Tom. 3. Lib. 6. Sect. 1.

ſtua corpore juris medico-legalis. Politices, atque ethices propago eſt juriſprudentia, unde & harum diſciplinarum neceſſitas ſuapte fermè luce perſpicitur. In primis JCtum philoſophiam Stoicam callere oportet. Poſtquam enim ad prudentiam Romanorum adtributa fuit philoſophia Græcorum, plures doctrinæ inveniuntur in jure civili, quæ ſtoam, cui addicti erant plerique JCtorum veterum, redolent. Inde promanavit definitio juſtitiæ Juſtinianæa. (25) Inde etymologia juris, teſtamenti, (26) mutui, (27) peculii, (28) redhibitionis, (29) divortii: (30) quibus JCti more Stoicorum non origines verborum, ſed rerum ſcrutabantur, aut loco etymologiarum grammaticarum, alluſiones quaſdam, ſatis aliquando contortas, dabant. Inde vocabulum *poſitionum* pro *ſpeciebus*. (31) Sic naturale jus ex principiis Stoicorum definit Ulpianus, *quod natura omnia animalia docuit*: (32) Stoicis enim *juſtè vivere* erat *ſecundum naturam vivere*. (33) Ut Stoici *virtutis*, ita & JCti ſeſe *juſtitiæ ſacerdotes* adpellabant. (34) Legis definitionem Marcianus ex porticu deprompſit. (35) Embryonem hominem eſſe negavit Papinianus. (36) Quam ſententiam Stoicis tributam novimus, quibus embryo itidem erat, μέρος τῆς γαστρὸς, οὐ ζῶον. ὥσπερ οἱ καρποὶ μέρη τῶν φυτῶν. *Portio ventris, non animal: quemadmodum fructus partes arborum*: item τῆς γαστρὸς μέρος, *portio matricis*; (37) *maternorum viſcerum latens onus*. (38) Atque inde non dicam honeſtus, aut laudabilis, ſed licitus, ideſt, in foro Romano impunitus matri in ſua viſcera ſævienti abortus, donec Severi, & Antonini conſtitutione temporali exilio coërceretur. (39) Æque licita & impunita parentibus fuit, ſanguinolenti partus expoſitio, abjectio, ſuffocatio, atque eliſio, uſque ad Imperatores Valentinianum, Valentem, & Gratianum; res deteſtabilis atque incredibilis: ſed vera, & ab illis demum prohibita: (40) ut demonſtravit ſummus JCtus Noodt in Julio Paulo, ſive de partus expoſitione, & nece. De qua tamen re inter Noodt, & Bynkershœk, viros doctiſſimos, acrem interceſſiſſe diſputationem novimus. Ut Stoici ſapientiam, ita & Ulpianus juriſprudentiam *rerum divinarum, & humanarum ſcientiam* definivit. (41) Stoicorum erat ſententia, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſſa eſſe generatos: (42) ideo hominem in fructu eſſe, JCti negarunt: (43) hac ratione ducti, quod natura omnes rerum fructus hominis cauſſa comparaverit. Porrò Stoici ſeptimo quoque anno aliquid novi exiſtere in humana natura obſervabant: puer enim ſeptennis, dentes mutat; in alterum ſeptennium pube veſtitur, tertio ſeptennio barbam induit. Unde & ſeptimo anno *pueritia*; (44) quarto decimo *pubertas* in maſculis exemplo Stoicorum definitur. (45) Corporales res JCtis ſunt, quæ tangi poſſunt: incorporales quæ tangi non poſſunt. (46) Quæ Stoica eſſe obſervat Heineccius. (47) Hi enim philoſophi, cum omnes ſenſus *ad tactum* reducerent, corpus definiebant *quod tangi poſſit*. (48) Iidem corpora ſola eſſe adfirmabant: incorporales res non eſſe, ſed intelligi: (49) illa *res* vocabant, has *jura*. (50) Et inde verba Paulli: *ſervitutes nec in bonis, nec extra bona eſſe*, interpretatur Noodt. (51) Sed hanc doctrinam plenius eſt perſecutus Everardus Otto (52), & ſparſim exemplis demonſtrat Heineccius (53).

Progrediamur ad linguam latinam. De latinitate JCtorum longam inſtituit diſputationem Walchius in hiſtoria critica linguæ latinæ. (54) Non inficior, latinitatem in Inſtitutionibus, Codice, atque Novellis nec purè ſemper latinam eſſe, nec optimam. Quæ in Inſtitutionibus ex veteribus JCtis deprompta ſunt, ſatis elegantia, quæ de ſuo Juſtinianus addidit, toto cœlo diſcrepant. In Codice, qui ex Imperatorum multorum conſtitutionibus compilatus eſt, magna apparet diverſitas, prout Imperatores ſæculis politioribus ſunt propinquiores. Novellæ Juſtiniani maximam partem græcè ſunt ſcriptæ, verſio autem earum latina græcæ linguæ verbis reſpondet, non loquendi generibus. Digeſta fragmenta exhibent JCturum veterum; quorum plerique, quamquam latinitate jam inclinata floruerunt, ſtudio

tamen

(25) Pr. J. de Juſt. & Jur. L. 1. pr. D. eod.
(26) Pr. J. de Teſtam ordinandis.
(27) L. 2. §. 2 D. de Reb. Cred.
(28) L. 5. § 3. D. de Pecul.
(29) L. 21. D. de Ædilitio Edict.
(30) L. 2. D. de Divortiis. Menag Amœn. Jur. Cap. 39.
(31) Cujac. ad L. 115. D de V. S.
(32) L. 1. §. 3. D. de Juſt. & Jur. Pr. J. de J. N. G. & C.
(33) Heinec. J §. 36.
(34) Dion. Laert. in Prooem. & in Zenon. L. 2. D. de Juſt. & Jur.
(35) L. 2. D. de Legibus.
(36) L. 9. §. 1. D. ad L. Falcidiam.
(37) Plutarch. Placit. Philoſoph V. 15. & 16.
(38) Senec. Epiſt ult. Em. Merill. Obſ. I. 16. Franciſc. ab Amaya Obſ. III. 1. & 2.
(39) L. 4. D. de Extraordin. Crimin. L. 39. D. de Pœnis.
(40) L. 8 C ad L. Cornel. de Sicar L. 2. C. de Infant. Expoſ.
(41) Senec. Epiſt 89. L. 10. §. 1. D. de Juſt. & Jur.
(42) Cic. Lib 1. de Offic. Lib. 3. de Fin.
(43) L. 68. D. de Uſufruct. & quemad. quis &c.
(44) L. 1 § 2. D. de Adminiſt. & Periculo Tutelæ.
(45) Pr. J quib mod. tutela finit. Grav Orig Lib 1 C. 44.
(46) §. Un. J. de Reb. Corporal. & Incorp. L. 1. § 1. D. de Rer. Diviſ.
(47) I. §. 386.
(48) Senec. Epiſt. 106.
(49) Cic. Top. Cap. 5.
(50) Quintil. Lib. 5. Inſtit. Cap. 10.
(51) Probabil Lib. 2. C. 3.
(52) Orat. de Philoſoph. Stoic. Vet. JC.
(53) In Elem. ſec. ordinem Inſtit. atque Digeſt.
(54) Cap. 1. §. 19.

tamen ac religione verborum, qua maximè ſcientia legum adſetvatur, ita inclaruerunt, ut fermè ad elegantiam ac caſtitatem ævi Tulliani accederent. Reperiuntur quidem nonnulla, verbi gratia *angiare*, hoc eſt, *eogere*, *certiorare*, *incunctanter*, *matricula*, *meliorare*, *minoratus*, *moleſtare*, *paſſio*, *repedare*, ideſt, *redire*, *qualis qualis* pro *qualiſcumque*: quæ probatæ latioitatis haut dixerim: aſt quis adeò eſſet inſanus, qui eos ob paucula iſta ex geouinorum ſcriptorum claſſe proſcriberet? Latina itaque lingua, ut loquitur Gravina (55), evolvit arcana juriſprudentiæ, detegitque ſententias intimas JCtorum, quæ germanis vocabulis, & abſtruſioribus, ac peculiaribus latinè dicendi generibus obſignantur. Quomodo Barnabas Briſſonius (56) obſcuriora juris civilis loca illuminaverit, nemo cultiori juriſprudentiæ addictus ignorat. Quocirca eloquentiam, quam ſibi comitem juriſprudentia ſemper habuit, atque linguæ latinæ cultum, ac ſtudium, magni momenti eſſe arbitror, nec in illorum ingredior ſeotentiain, qui neque jus doceri, neque forenſia explicari poſſe negotia ceoſeot, niſi adbibeatur horridum, incomptum, & inficetum quoddam dicendi geous, quo Bartolinos interpretes uſos animadvertimus, & niſi ſcripta ubique redoleant illud pus Accurſianum, illam ſaniem, illud virus, quod optima quævis ingenia avertit, & exanimat.

Ad linguam græcam propero. Præclara de hac re habet vir generoſiſſimus Marchio Olivatius in eruditiſſima diatriba de græcæ linguæ ad omne genus doctrinæ, & eruditionis utilitate. Multa ſunt rerum argumenta, ex quibus linguam græcam JCto adeò neceſſariam eſſe conſtat, ut ea ignorata illum ſæpius hallucinari oporteat. Leges XII. tabularum, *fons univerſi publici*, *privatique juris*, (57) ex legibus Atticis profluxiſſe novimus: unde ſi origines earum inquiras, ad leges Atticas, ut ſæpius Gravina, (58) recurrendum. Herennius Modeſtinus, qui Ulpianum habuit magiſtrum, græearum fuit, ac latinarum litterarum cum primis doctus, pollenſque in utraque ſcribendi facultate, atque librum de exeuſationibus græcè conſcripſit. (59) Multarum vocum latinarum vim & efficaciam oon adſequimur, niſi græcæ linguæ præeeptis imbuti. Oeeurrunt enim perplurima in Inſtitutionibus & Pandectis vocabula, quæ ſignificationem latinorum pandunt. Sic jus noſtrum, quo utimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto conſtare dicitur: ut apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. (60) Græcis nimirum γράφειν νόμους ſæpe non eſt *leges ſcribere*, ſed *promulgare*. Hinc Libanius (61) Lycurgum ait, γράψαι νόμους *ſcripſiſſe leges*: eum tamen leges ab eo latæ in ſcripturam redactæ non fuerint. (62) Et Plato (63) itidem jus dividit in γεγραμμένον καὶ ἄγραφον; boc definit, quod ſit νόμος κατὰ ἔθη γενόμενος, *jus per conſuetudinem conſtitutum* (64). Porrò *opere locato conducto*: *bis verbis Labeo ſignificari ait id opus, quod Græci* ἀποτέλεσμα *vocant* (*non* ἔργον), *ideſt ex opere facto corpus aliquod perfectum* (65): videlicet, ut notat Gothofredus (66) operis faciendi debitor, niſi perfectionem operi addiderit, non liberatur, ut nec partis præſtatione; eſt enim facti obligatio individua. (67) Ulpianus, auctore Labeone, contractum definit, *ultro citroque obligationem, quod Græci* συνάλλαγμα *vocant: veluti emptionem venditionem, locationem conductionem, ſocietatem*. (68) Caju novalis eſt *terra præciſa, quæ anno ceſſavit, quam Græci* νεατὸν *vocant*. (69) Oſteotum Labeo definit, *omne contra naturam cujuſque rei genitum, factumque. Duo genera autem ſunt oſtentorum, unum quotiens quid contra naturam naſcitur, tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt: alterum, cum quid prodigioſum videtur, quæ Græci* φαντάσματα, *ideſt, viſiones vocant*. (70) Secundum Ulpianum: *natura cavillationis, quam Græci* σωρείτην (ideſt, *acervalem ſyllogiſmum*) *appellaverunt, bæc eſt, ut ab evidenter veris, per breviſſimas mutationes, diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, perducatur*. (71) Pomponio *incola eſt, qui aliqua regione domicilium ſuum contulit: quem Græci* πάροικον (ideſt, *juxta babitantem*) *adpellant*. Advena eſt, *quem Græci* ἐπήλυν, *ideſt, domo profugum, colonum advenientem adpellans*. (72) Hoc quoque monendi ſumus, nonnulla in jure vocabula, ad exemplum græci ſermonis eſſe uſurpata, quæ ſine illo commodè intelligi vix poſſunt. Ita Cajus ait, *qui venenum dicit, adjicere debet, utrum malum an bonum: Nam & medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod adbibitum naturam ejus, cui adbibitum eſſet, mutat: cum id, quod nos venenum adpellamus, Græci* φάρμακον *dicunt: apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, boc nomine continentur: unde adjectione*

(55) Præfat. Orig. Jur.
(56) Lib. de Formulis.
(57) Livius Lib. 3. Cap. 34.
(58) In Orig. Jur.
(59) Grav. Orig. L. 1. Cap. 102.
(60) §. 3. I. de J. N. G. & C.
(61) Tom. 1. pag. 476.
(62) Plutarch. in Lycurg. pag. 47.
(63) Apud Laertium.
(64) Heinecc. Inſtit. §. 44.
(65) L. 5. §. 1. D. de V. S.
(66) ad dict. L.
(67) L. 80. § 1. D ad L. Falcidiam. L. 72. D. de V. O.
(68) L. 19. D de V. S.
(69) L. 30 § 1. D de V. S.
(70) L. 38. D de V. S.
(71) L. 177. D. de V. S.
(72) L. 239. § 2. & 4 D. de V. S.

ctione alterius nominis diſtinctio fit : admonet nos ſummus apud eos poëtarum Homerus: nam ſic ait :

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

ideſt: *Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.*

Glandis adpellatione *omnis fructus continetur, ut Javolenus ait, exemplo græci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpecies* ἀκρόδρυα, *ideſt, extremitates arborum, adpellantur.* (73) Quomodo ope linguæ græcæ deſtitutus intelliget JCtus tot rubricas Codicis, quæ cum latinè exprimi non poſſent, parum mutatis litteris, latinè proferuntur? veluti de *Apochis Publicis*: (74) Ut *nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare: & de munere Sitocomiæ*: (75) De *Athletis*: (76) De *Tabulariis, Scribis, Logographis, & Cenſualibus*: (77) De *Irenarchis*: (78) De *Murilegulis, & Gynæciariis, & Procuratoribus Gynæcii, & de Monetariis, & Baſtagariis*: (79) De *Collegiatis, & Chartopratis, & Nummulariis*: (80) De *Metropoli Beryto*: (81) *Non licere habitatoribus Metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre*: (82) De *Fundis Limitrophis*: (83) De *Fundis Patrimonialibus, & Saltuenſibus, & Emphyteuticis, & eorum Conductoribus*: (84) De *Prædiis Tamiacis*: (85) De *Comitibus, & Archiatris Sacri Palatii*: (86) De *Metatis, & Epidemeticis*. (87) Novellas græcè maximam partem conſcriptas eſſe nemo dubitat. Verſio antiqua illa quidem, quippe qua jam Gregorius Magnus Papa (88) uſus eſt, aliquando & ſatis accurata, (89) ſed barbara tamen, & hinc ſubinde obſcuriſſima. Proinde genuinus ſenſus ex ipſis conſtitutionibus græcis hauriendus: quamvis huic rei verſiones ab Haloandro, Hervagio, Scrimgero, Ruſſardo, Jo: Friderico Hombergk zu Vach adornatas permultum opis adſerre haut negaverim. Sed hæc mitto. Hoc addam, quod maximum momentum facit; Primi, qui jus Juſtinianæum rectè interpretati ſunt, Græci fuerunt: quod ex fatis juriſprudentiæ Juſtinianeæ, quæ & in Oriente habuit, & in Occidente, facilè eluceſcet. Jus Juſtinianæum in Oriente, uti ſtatim receptum eſt & in foro, & in ſcholis; ita in Italia multis calamitatibus vexata, aliiſque regionibus Occidentis uſum amiſit, eodemque ferè, cum Juſtiniano auctore ſuo, funere fuit elatum. Erant quidem ex toto terrarum orbe tres ampliſſimæ civitates delectæ ubi legitimæ ſcientiæ ſcholæ patebant; Berytus, Phœniciæ metropolis; (90) Conſtantinopolis; & Roma: interdictis ubique locorum ſcholis aliis: *quodque miremur*, ait Gravina, (91) *in tanta noſtrorum temporum copia docentium & ſterilitate doctrinæ: binos tantum quæque civitas habebat præceptores.* (92) An Romæ jus Juſtinianæum traditum fuerit, planè incertum. De Beryto refert ex Agathia Viglius Zuichemus (93) rem ſanè oppidò acerbam, pulcherrimam ſcilicet illam Phœniciæ civitatem, prodigioſo terræ motu penitùs proſtratam, ſoloque æquatam fuiſſe, haut ita certè diu poſt hoc privilegium. Quo tempore ruentium ædificiorum mole, plurimi, nobiliſſimique juvenes, qui juris diſcendi cauſſa illic degebant, una cum clariſſimis Doctoribus periere, nec unquam poſtea illa academia priſtinum decus recuperavit. Sola igitur Conſtantinopolis legum ſemper doctores, diſcipuloſque habuit. Aſt recedente paullatim ab Oriente uſu linguæ latinæ, inſtitutiones per Theophilum in linguam græcam fuerunt translatæ. Qui an ipſi Juſtiniano σύγχρονος fuerit, atque idem cum Theophilo anteceſſore Conſtantinop, cujus, in componendo corpore juris, opera uſus eſt Juſtinianus, ambigitur. Firmat hoc Heineccius: (94) negat Viglius Zuichemus (95). Eamdem operam præſtitit pandectis Thalelæus, qui ob ſcientiæ præſtantiam dictus fuit νομικῆς ὀφθαλμός, *legum ocellus*; cujuſque verſio græca pandectarum ſæpiſſimè in libris βασιλικῶν laudatur. (96) Converſus fuit & codex, ſive à Thalelæo, ſive ab aliis, eumque ſibi viſum eſſe adfirmabat, Marquardus Freherus. (97) Ex verſionibus illis græcis, Novellis, atque ex poſterioribus Imperatorum conſtitutionibus poſt Juſtinianum jus in Oriente reddebatur ſæculis inſequentibus, ſeptimo, & octavo, donec de eo in compendium mittendo ſæculo nono cogitare inciperent Imperatores Byzantini. Ex his primùm Baſilius Macedo anno DCCCXXXVIII. ediderat πρόχειρον τῶν νόμων, quod conſtabat libris quadraginta (98): deinde Leo σοφὸς patri Baſilio ſuccedens, collectionem illam paternam

(73) L. 236. D. d. V. S.
(74) Lib. 10. C. Tit. 22.
(75) Tit. 27. C. ejuſd. Lib.
(76) Tit. 53. ejuſd. Lib.
(77) Tit. 69. ejuſd. Lib.
(78) Tit. 75. ejuſd. Lib.
(79) Lib. 11. C. Tit. 7.
(80) Tit. 17. ejuſd. Lib.
(81) Tit. 21. C. Ejuſd.
(82) Tit. 55. Ejuſd.
(83) Tit. 59. Ejuſd.
(84) Tit. 61. Ejuſd.
(85) Tit. 68. Ejuſd.
(86) Lib. 12. C. Tit. 13.
(87) Tit. 41. Ejuſd.
(88) Epiſt. XI. 51.
(89) Cujac. Obſer. VIII. 40.
(90) L. 1. C. de Metrop. Beryt.
(91) L. 1. Orig. Cap. 138.
(92) C. de Studiis Liberal. Urb. Rom. & Conſtantinop.
(93) Præfat. in Theoph. Inſtit.
(94) Hiſt. Jur. L. 1. §. 127.
(95) Allegat. Præfat.
(96) Suareſ. Notitia Baſil. §. 19.
(97) Suareſ. ibid. §. 20.
(98) Suareſ. ibid. §. 3.

ternam perfecit, eamque ſub titulo [illegible] βασιλικῶν promulgavit anno Chriſti DCCCLXXXVI. (99) Denique ſubſecutus Leonem Conſtantinus Porphyrogenneta, paternum opus ſub incudem revocavit, & libros illos βασιλικῶν publicavit ſub initium ſæculi decimi. (100) Interea vero dum Baſilicorum vigebat auctoritas, omnis in iis Græcorum JCtorum cura verſabatur, nempe Mich. Ataliotæ, Mich. Pſelli, Theodori Balſamonis, Conſtantini Harmenopuli, atque aliorum, quorum opera partim ſeparatim prodierunt, partim Enimundi Bonefidii juri orientali, Jo. Leunclavii juri Græco-Romano à Marquardo Frehero locupletato, editoque Francof. 1596. fol. tom. 2. inſerta ſunt. (101) Capta anno MCCCCLII. à Turcis Conſtantinopoli, auctoritas juris Romani exolevit; at non penitùs tamen, ſi fides adhibenda eſt Leunclavio, qui Turcas in ſua lingua Codicem Juſtinianæum habere, atque in foris ſuis uti, tanquam teſtis αὐτόπτης ϗ' αὐτήκοος adfirmat. (102) Leonis quoque Imperatoris novellas CXIII. & olim valuiſſe in Græcia, & ne hodie quidem ibi extra uſum eſſe, contra Cujacium (103) docet Bynkershœk. (104) Ab occidente, & cum primis ab Italia jus Juſtinianæum diu exulavit, ſi exceperis Ravennæ ditionem, atque Illyricos fines, qui Græco Imperatori parebant. Tandem ab ipſa Ravenna exceſſit, poſtquam circa annum IϽCCLII. per Aiſtulphum, Longobardorum Regem, ab imperio Romano fuit avulſa. (105) Variæ itaque leges obſervatæ Viſigothicæ, Longobardicæ, Francicæ, ac Burgundionum. (106) Alaricus quoque junior anno Chriſti DVI., per Anianum Gothum, aliosque eccleſiæ, ac reipublicæ proceres, ex Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, & Theodoſiano, nec non Paulli ſententiis, & Caji inſtitutionibus conficiendum curavit corpus juris Romani, quod paſſim vocatur *Corpus Theodoſianum*, *Lex Romana*, itemque *Breviarium Aniani*. Hiſtoriam hujus corporis Alariciani texuit Jacob. Gothofredus. (107) Denique uſum hunc juris Romani ſæculo ſeptimo in regno Gothico ſuſtulit Childesvvindus, ut ex Leg. Wiſigoth. demonſtrat Heineccius. (108) Tandem emerſit jus Juſtinianæum ſæculo duodecimo, quatuorque ſcholæ ortæ, Irneriana, Accurſiana, Bartolina, Cujaciana: quarum diſcrimina & auctores, quos quælibet protulit præcipuos, innuit Gravina (109) Trium priorum ſcholarum JCtos antiquitatis æque ac latini græcive ſermonis incurioſos, multa in jure civili peccaſſe tam certum eſt, quam quod certiſſimum: nam ſæpe à recta ac germana Romani juris intelligentia, legumque veſtigiis, diſcedentes, ſuis immodicis acuminibus, ipſi ſe compungunt, ac inani ſubtilitate inter ſe digladiantur, non quidem ad res dubias, obſcuraſve, ut oportet, enodandas, ſed potius ad certas, planaſque, magis magiſque tenebris involvendas; de quibus & Cujacius conqueritur. (110) His videlicet οἱ πάνυ Grotii (111) judicio, temporum ſuorum infelicitas impedimento fuit, quo minus rectè leges intelligerent, ſatis ſollertes alioqui ad indagandam æqui bonique naturam: quo factum, ut ſæpè optimi ſint condendi juris auctores, etiam tunc cum conditi mali ſunt interpretes. Primus omnium Andreas Alciatus, dehinc Jacobus Cujacius, redivivæ juriſprudentiæ pater, aliique, latinas græcaſve litteras, antiquitates, hiſtoriam, juri civili adjungendo, quam in prioribus tribus ſcholis juriſprudentia contraxerat rubiginem excuſſerunt, barbariem profligarunt, & nativam ſuam explicuere venuſtatem, tum præſertim, cum ad nos expugnata Conſtantinopoli, Baſilicorum libri Græcique pervenere legum interpretes. Quæ præſidia juriſprudentiæ noſtræ illi attulerint, Cujacii, aliorumque JCtorum libri ſatis ſuperque docent. Fuſius quoque id oſtendit, & perpulchro exemplo, quo uſurarum Romanarum natura ex ſcholiis Græci interpretis explicatur, declarat Viglius Zuichemus. (112) Non pigeat teſtimonium Caroli Hannibalis Fabrotti (113) hac de re hic ſubſcribere: *equidem*, inſit, *non inficior, nævos eſſe quoſdam & παροράματα in Græcorum commentariis. Sed hæc ferè leviuſcula ſunt præ iis, quæ veriſſimè & diligentiſſimè Græci nobis explanata reliquerunt. Et ut de cæteris taceam, quis nobis titulum de fideicommiſſariis hereditatibus fidelius & doctius explicavit, quam Theophilus noſter? Quis titulum de litterarum obligatione, & titulum XII. inſtitutionis tertiæ felicius enarravit, quam idem auctor graviſſimus, ut appellat Cujacius, interpretum facilè præcipuus? quis latinorum, quæſo te, Lector, Inſtitutiones, hoc eſt, libellum aureum accuratius interpretatus eſt?* & paucis interjectis: *Quantum profecerit Jacobus Cujacius, oculus juriſprudentiæ, legendis, & enucleandis Græcorum commentariis, ignorare non poteſt,*

(99) Suareſ. ibid. § 10.
(100) Suareſ. ibid. §. 12. & ſequentib. Heinec. hiſt. jur. Lib. 1. § 329.
(101) Heinec. hiſt. jur. §. 511. & ſequentib.
(102) Heinec. hiſt. jur. Lib. 1. §. 111.
(103) Obſerv. XVII. 31.
(104) Obſerv. IV. 1.
(105) Grav. Orig. Lib. 1. Cap. 139.
(106) Heinec. hiſt. jur. Lib. 2. §. 7. & ſequentib.
(107) In Proleg. Cod. Theodoſiani Cap. 5.
(108) Hiſt. jur. Lib. 2. §. 15.
(109) Orig. Lib. 1. Cap. 150. & ſequentib.
(110) Lib. 1. Reſponſ. Papin. ad L. 17. D. de injuſto rupto &c.
(111) De Jur. Bell. & Pac. in Proleg.
(112) In Præfat. in Theoph. Inſtit.
(113) Apol. pro Græc. edita cum Exercitationibus XII. Pariſ. 1639.

poteſt, niſi qui peregrinus eſt in ejus ſcriptis. Quam multa præclara, neque in ſcholis juris decantata, neque in doctorum commentariis protrita, hinc hauſerit, ſciunt æqui & periti harum rerum judices, iniqui verò, & græcæ linguæ neſcii diſſimulant, aut, quod verius eſt, non vident: oculique eorum ad hunc ſolem ſuffunduntur. Quid adjumenti igitur ad intelligendum jus Romanum adferre illos exiſtimabis, qui nec græcas, nec latinas docti litteras, ubi in græcum vocabulum incidunt, quaſi oblata quadam gemma magica, exclamant: *Græcum eſt, non legitur?* Quid lucis ſperabis ab illis tenebrionibus, qui litteras dimiſſorias *Apoſtolos*ne an *ſanctos Apoſtolos*, dicendos eſſe, addubitant: de qua re, V. C. Muratorio teſte (114) tam vehementer in conſeſſu Advocatorum Mediolanenſium olim certatum fuit, ut, effuſa omni bile, alter alterum Atheiſmi inſimulaverit? Quid ab illis, qui orationem Divi Marci, *preces ſancti Marci* autumant? Quid ab illis, qui ſeriò narrant? ad beſtias datos olim homines, ut *beſtias deducerent*, vel *cum iis comederent*, vel *alia beſtialia facerent*: patres conſcriptos dictos, quod *nomina eorum ſcripta fuerint in aliquo loco, vel in corona capitis eorum*: Imperatorem dictum, *quia imperet toti mundo, & hoc de jure, etiamſi hodie non de facto*: filios familias dici in ſacris paternis eſſe, *quia iis ſancta eſſe debeat patris perſona*: Imperatores dictos eſſe pios, *quod clericis admodum faverint*: Ædiles quoſdam vocatos *Curules*, quod *curam ſacrarum ædium geſſerint*. Et ſexcenta alia, quæ in commentariis JCtorum oppidò ſæpius animadvertes.

Ex his, quæ in medium adduli, ſimul hiſtoriæ, chronologiæ, antiquitatum, & ſtatus Romanorum, utilitatem manifeſtò liquere cenſeo. Occaſiones ſanè legum, tempora, cauſſæ, quæ maximè ſententiam aperiunt earum, omnia eruuntur ex hiſtoriis. Huc ſpectat Joannis Barbeyracii oratio de conjungendis juriſprudentiæ, & hiſtoriarum ſtudiis. Sæpius quæ leges quam maximè ſibi contrariari videntur, ſola temporum ſerie inſpecta, dilucidantur, atque explicantur. Quo tempore res Romanæ adhuc florebant, vix quiſquam nomen videbatur tueri JCti, qui antiquitatis ſcientiam ſibi non comparaverat. *Plurima*, inquit Cicero, (115) *& in omni jure civili, & in pontificum libris, & in duodecim tabulis antiquitatis effigies; quod & verborum priſca vetuſtas cognoſcitur, & actionum genera quædam majorum conſuetudinem, vitamque declarant.* Et qui hodie extincta republica Romana percipi cognoſcique jus civile poterit, niſi animo impreſſa circumferatur veteris illius reipublicæ imago? Cum enim leges ad ſtatum reipublicæ accommodentur, & mutato ſtatu & ipſæ mutentur, qua ratione quis leges Romanorum eorum ſtatu ignorato perſpexerit? qua ratione leges interpretari, atque negotiis obvenientibus adplicare poterit? Venia hæc danda eſt interpretibus, qui infelici ſæculo adoleverunt, ſi legi Fuſiæ Caniniæ à *canina invidia*; legi Hortenſiæ à neſcio quo rege *Hortenſio*; quartæ Falcidiæ à *defalcando* nomina arceſſere. Illud vix ferendum, quod in felici temporum reparatione, cum in repurganda, & inluſtranda juriſprudentia, præſtantiſſima deſudaverint ingenia, Alciati, Cujacii, Budæi, Hottomanni, Duareni, Balduini, Goveani, Donelli, Charondæ, Auguſtini, Fabri, Marani, Giphanii, Rævardi, Pitthœi, Merilli, Gothofredi, Averanii, Perezii, Vinnii, Freheri, Pancirolli, Brummeri, Menagii, Huberi, Ritterſhuſii, Bynkershœkii, Schultingii, Noodtii, Spanhemii, non deſint, qui in illa gloſſatorum barbarie quærant delicias, frugeque reperta, glande tamen veſci malint. Ipſe profectò Juſtinianus, (116) cum audiſſet quoſdam imperitos homines divagari, & doctrinam diſcipulis adulterinam tradere, eos ſub hac interminatione repellit, ut ſi auſi fuerint in poſterum hoc perpetrare, denarum librarum auri pœnâ plectantur, & rejiciantur ab ea civitate, in qua non leges docent, ſed in leges committunt.

Ad juris antejuſtinianæi cognitionem jam mea delabitur oratio. Jus novum abſque antiquo non probè poſſe intelligi ipſe Juſtinianus animadvertit. Unde ſæpius antequam ad jus novum tradendum ſe accingat, jus antiquum ſollicitè exponit. Exempla in Inſtitutionibus paſſim obvia, præſertim verò in titulis de teſtamentis, & de legatis. Opus eſt itaque notitia ſtatus privati familiarum veterum, ritus nuptiarum, quæ confarreatione, coemptione, uſu celebrabantur, jurium circa adoptiones, emancipationes, aliorumque, quæ patribus familias non ſaltim in ſervos, ſed etiam in uxores atque liberos ab initio competebant, ſiquis leges novas intelligere velit, & ſcire, quomodo rigor antiquus ſenſim tam quoad perſonas, quam quoad bona, & proprietatem, & ſucceſſionem uxoribus datam, & peculia diverſi juris liberis conceſſa, ita temperatus fuerit, ut tamen ejus veſtigia in jure occidendi filiamfamilias adulteram, impediendi matrimonia libertorum, adquiſitione per eos, aut quoad proprietatem, aut ſaltim quoad uſumfructum, facultate tutorem dandi, & heredem ſubſtituendi, aliiſque etiam novo jure manſerit. Opus eſt notitia ſtatus publici populi univerſi, & comitiorum, ſiquis ex ea jura teſtamentorum, & adrogationum, rationeſque ſolemnitatum extremis etiam temporibus requiſitarum perноſcere velit. Opus eſt notitia magiſtra-

(114) In Vita Madii italico idiom. conſcript.
(115) Lib. 1. de Orat.
(116) Ad Antecеſſ. in Proœm. D.

giſtratuum veterum, & poteſtatis enrum, ſiquis fictiones & inventiones novorum vocabulorum veluti hypothecæ, cnnſtituti, bonnrum poſſeſſinnis, in fraudem priorum legum inventorum, quarum mens ſalvis earum verbis apertè circumveniebatur, adornatas callere velit, & intelligere, cur etiam jure Juſtinianæo v.g. toties traditio interceſſiſſe fingatur, aut quis per bonorum poſſeſſionem omnia jura hereditatis conſequatur, & tamen heres eſſe negetur. Plura exempla congeſſit Thomaſius. (117) Integrum autem jus antiquum populi Romani ex omni antiquitate eruit, & ordine propoſuit Carolus Sigonius. Quocirca celeberrimus Grævius: (118) *Hæc mea*, inquit, *ſemper fuit ſententia, hos Sigonii libros permagnum emolumentum adferre iis, qui Romanæ hiſtoriæ & eloquentiæ vel juri ſtudent. Multis auctor fui, ut antequam elementa hujus ſcientiæ delibent, ex Juſtiniani Imperatoris inſtitutionibus, iſtos libros pervolvant; nulli non, qui meæ paruerunt auctoritati, operæ pretium ſe tuliſſe ſunt teſtati, mihique gratias egerunt. Sine horum, quæ exponuntur hic à Sigonio cognitione, latina veterum, præſertim Tullii, & Livii monumenta nec legi cum fructu, nec intelligi poſſunt.* Hucquoque collimat aliud ipſius judicium de tractatu Sigonii de Judiciis: *Judicia*, ait, *Romana, judiciorumque ordinem, ut cætera, doctè & ſcienter perſecutus eſt Sigonius. Quæ qui non imbibit, et non poſſum auctor eſſe, ut in Ciceronis orationibus evolvendis multum temporis, & operæ collocet. Utrumque perdet. Sine illa doctrina velle priſcorum Romanorum orationes, & alia ſcripta legere, perindè eſt, ac in magna caligine per Hercyniam ſylvam ſine duce & comite velle iter facere.* Hæc Grævius. Omnium autem quæ à me hucuſque dicta ſunt, gravem haben teſtem M. Antnnium Muretum: (119) *Ego*, inquit, *ut primum puer grammaticorum, & rhetorum præceptis viſus ſum utcumque imbutus eſſe, leviter guſtatis dialecticæ principiis, cæteris autem philoſophiæ partibus ne à limine quidem ſalutatis, nulla græcæ linguæ intelligentia, nullo rerum uſu, nulla antiquitatis cognitione inſtructus, animum ad jus civile adpuli, & iis Doctoribus, qui tum illis in locis optimi putabantur, annos aliquot operam dedi; jamque eò proceſſeram, ut quæ tum præcipuæ laudes habebantur, & in argumentando ſatis acutus, & in reſpondendo non incautus, &, quacumque de re ageretur, abundè loquax eſſem: &, quod multis palmarium videbatur, multarum legum non intellectarum principia uno ſpiritu titare, multorum interpretum nomina recenſere, multos verſus, multas paginas, multas columnas, porticus etiam, ut opinor, & periſtilia, & intercolumnia, nullo negotio numerare quamlibet multa poſſem. Cum ipſe me eo nomine circumſpiciebam, meque pulchrum, ac beatum putabam, tum uno ore omnes, ut ait Comicus, omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui tantula ætate, tantam mihi, ut ipſi putabant, ſapientiæ; ut res ipſa docuit, ſtultitiæ, & inanium opinionum ſuppellectilem comparaſſem. Jam omnes me mei foro & cancellis, & ſubſelliis deſtinabant, magnamque in ſpem venerant, rabulam me aliquem non in poſtremis fore, confidentem, acrem, contentioſum, præſertim cum & natura eſſem firmis lateribus & voce magna, &, quod caput eſt, illi me quos dixi magiſtri, ſi non multum ſapere, at certè, quod apud eos pro eodem erat, multum audere, multumque clamare docuiſſent. Quid verbis opus eſt? Ibi jam erat ut illud vitæ genus ingrederer, cum Deus (Deus enim fuit, neque hoc mihi ex animo excuti poteſt) Deus igitur effecit, ut quædam Budæi, & Alciati, & aliorum ejuſdem notæ hominum ſcripta, quæ nunquam ante illud tempus aſpexeram, in manus meas venirent. Quæ cum evolvere cœpiſſem, paſſimque in eis multa reperirem, quæ de magiſtris meis nunquam audiſſem: Multas ſententias, quas illi me ratas ac firmas eſſe docuiſſent, graviſſimis argumentis convulſas, ac labefactatas, multa ex græcis ſcriptoribus deprompta, multa ex antiquitate repetita, quibus in omnibus mihi tenebræ eſſent: noli-te quærere, quid mihi animi fuerit. Viſus mihi ſum de cælo decidiſſe, aut in alium quemdam orbem delatus eſſe: neque aliter affectus ſum, quam egeni, & inopes homines interdum ſolent, qui cum totam noctem ſomniarunt ſe divites repentè factos eſſe, ubi diu gemmas, aurum, purpuram dormientes contrectarunt, experrecti omnia domi ſuæ obtenta telis aranearum vident. Quid facerem? ego ille paullò antè tumidus & ferox, cum mihi derepentè vultus, animus, verba cecidiſſent: jamque ſuffuſus pudore, verecundarer inter eos verſari, qui de me ita magnificè ſenſerant, ſubduxi me clanculum ex illis, in quibus diu merueram caſtris, & in Græciam navigavi: ideſt, ad græcarum litterarum, & diſciplinarum magiſtros me contuli, eademque opera perluſtravi etiam vetus illud latium, ideſt omnes ad unum veteres linguæ latinæ ſcriptores diligenter & accuratè pervolutavi, ſedulò undecumque omnia colligens, quibus mihi juriſprudentia inſtructior & ornatior fieri poſſe videretur.* Hactenus Muretus. Aſt fortè inſtabit ignavorum, atque deſidioſorum aliquis patronus. Si tot, ac tanta ad juriſprudentiam requiruntur, apud Minoem, vel Æacum, ut dicere ſolebat Cato, cauſſam olim dicturus ſum. Imperator ſanè Juſti-

(117) Præfat. in Lib. Sigonii de Antiqu. Jur. Civium Roman.

(118) Præfat. in Tom. I. Theſauri Antiquit. Roman.

(119) Orat. 15. de toto ſtudiorum ſuorum curſu deque eloquentia ac cæteris diſciplinis cum juriſprudentia conjungendis.

Juſtinianus diſcipulis juris, ut audiendis antecesſoribus, & legendis juris conditorum libris operam navarent, quinquennium definivit; eoſque ſingularibus inſigniri voluit nominibus, ita ut primo anno, exploſo veteri Dupondiorum nomine, *Juſtinianei Novi*; ſecundo *Edictales*; tertio *Papinianiſtæ*; quarto *Lytæ*; quinto *Prolytæ* dicerentur. (120) Sed ô tempora! ô mores! citatis equis uno die academiam petunt juris candidati; altero Licentiatus, quem vocant ibi gradum ſumunt; tertio Jureconſulti in patriam redeunt: ut quod joco olim de ſe Marcus Tullius, triduò ſe Jureconſultos profiteri ſeriò velle videantur. Mox Procuratores & Advocati audiunt, non ſine uberrimo quæſtu in ſas, nefaſque verba, & iras ſuas locaturi. Monſtruoſa illa & propudioſa Rabularum proles jam dudum à doctiſſimo Zieglero (121) perſtricta fuit; ſed ut hydra felicibus vulneribus renaſcitur.

Quapropter juriſprudentiæ animum adjecturus, præſidiis quæ recenſui, inſtructus, primordia, & elementa juris è Cujaciana ſchola petat: ut nihil initio imbibat, niſi ſincerum & incorruptum, ac verè Romanum. Ipſarum legum ſcientiam cum elegantioribus litteris conjungat. Tractatibus, Conſiliis, Deciſionibus, Reſolutionibus, & ſimilibus forenſium diſquiſitionum acervis inſtar nomenclatorum utatur. Hac ratione citius diſciplinam civilem adſequetur, quam ſi neglectis principiis (ex quibus integra juriſprudentia conſtat, quibuſve ignoratis cœca erit, incondita, ac prorſus illiberalis quæcumque forenſis incidat doctrina) quaſdam futiles quæſtiunculas ex vulgaribus & capite cenſitis interpretibus edidicerit. Maximè autem juvabitur legum ſtudioſus, ſi in limine ipſius ſtudii (quod magnis lateribus ſuadeo) Sigonii atque Spanhemii de orbe Romano libros ſedulò perlegerit: quibus facem præferentibus vera ipſi via ad novum Juſtinianeum jus intelligendum pandetur.

Pridie Kalendas Aprilis Anno MDCCXXXVI.

---

(120) Conſtitutio omnes in Proœm. D. § 2. (121) In Arte Rabuliſtica,

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO

JACOBO BONCOMPAGNO
GENERALI S. R. E. GUBERNATORI

CAROLUS SIGONIUS S.

Optimi, ac prudentis officium eſſe paterni arbitror, JACOBE Princeps Illuſtriſſime, non uſque adeo parvis liberis alendis, educandiſque ſtudere, ut eorum, qui jam grandiores ſint, curam, ſi ſit neceſſe, veſtiendorum, ornandorumque abjiciat. Etenim, quanquam in teneris major aliquanto indulgentiæ, præſidiique neceſſitas propter imbecillitatem elucet, ad gloriam tamen paternam magis pertinere videtur, ut qui robuſtiores ſunt, ac laudem jam aliquam domeſticam excitarunt, intentiore cura rebus ad tuendam dignitatem neceſſariis inſtruantur. Quod ipſum mihi hoc tempore caſu neſcio quo video contigiſſe. Nam cum primos ætatis meæ annos in rebus Populi Romani quærendis, prodendiſque memoriæ poſuiſſem, proximos ita ad poſteriora illuſtranda Italiæ tempora contuli, ut pro vehementi illius commentationis ardore Romanorum prope oblitus monumentorum viderer, à quibus nomen meum primum videbatur ad aliquam commendationem apud homines profluxiſſe. Qua re animadverſa, continuò, Italico illo munere abſoluto, animum ad illos libros adjeci, quos de jure Populi Romani diverſis temporibus ſcriptos edideram. Et, quòd doctis non improbatos fuiſſe hominibus eos ſenſeram, incredibili ſtatim ardere cupiditate experiundi cœpi, num etiam gratiores, ac probatiores efficere illos nova navanda opera poſſem. Cujus rei ſpem non minimam afferebant præclara multa, quæ interim ex latiſſimo, atque uberrimo Romanæ diſciplinæ quaſi campo collegeram, ac privatæ memoriæ gratia ſepoſueram. Quamobrem vetere induſtriæ, ſtudiique curriculo repetito, cum multa neceſſaria ad doctrinam illam adjunxi, tum vero omnia, quæ hucuſque diſperſa fuerant, in unum corpus, quo commodius conſpici poſſent, redegi; ac demum novis quoque Romanorum Judiciorum commentariis exornavi. Quo labore ſi Romanum hoc, ut ita dicam, ædificium ad ſummum faſtigium non adduxi, at ad eam certe altitudinem ſuſtuli, ut facile antiqua jam ab omnibus illius perſpici forma, ac dignitas poſſit. Ceterum Romanarum literarum poſt veterem illam barbararum nationum illuviem miſera adeo, atque afflicta conditio fuit, ut non tam diligentis, atque accurati Scriptoris auxilium, quàm potentis, atque amici alicujus viri præſidium implorarint. Anni enim ferme ſunt quadringenti, cum Italia una cum Eccleſia in libertatem Divina Pontificum Romanorum virtute, atque conſtantia vindicata, Italici homines memoria antiquæ gloriæ revocata ingenia ſua ad vetera, quæ obſoleverant, ſtudia retulerunt; quo quidem tempore Latinæ literæ paullatim oculos in Urbe Roma primum attollere, ac ſenſim quaſi lucem aſpicere ex diuturna cæcitate cœperunt; verum ut quæ gravi, ac longa conflictatæ valetudine fuerant, ſero admodum vires ſuas, ac colorem priſtinum receperunt. Extrema enim, ut mihi videtur, Romanæ inſtaurandæ antiquitatis cogitatio fuit; quæ, ſi prima fuiſſet, multis profecto majores noſtros, iiſque fœdis erroribus exſolviſſet, ac maximis eos ad veteris repetendæ humanitatis laudem ſubſidiis inſtruxiſſet. Sed neſcio quo modo hoc ſtudium Romæ primum, deinde in Italia vehementius celebrari me puero cum cœpiſſet, brevi noſtrorum hominum aut occupatione, aut incuria, aut morte eſt diſſolutum. Ego vero ſic ſum hoc munere jam inde ab ineunte adoleſcentia delectatus, ut quem curſum viginti ante annos induſtriæ, officiique ſuſceperam, in eo uſque ad hanc jam ingraveſcentem ætatem compluribus editis commentariis manſerim, multo etiam plura, multoque meliora comparaturus, ſi, dum vigebat ad omnem laborem, ac vigilantiam ætas, eum, quem jampridem expeti dixi, his fautorem, adjutoremque ſtudiis inveniſſem. Nunc vero, cum divino demum beneficio, Te JACOBE Princeps Clariſſime, ſim adeptus, equidem non modo non dimittam, ſed, niſi tibi fortaſſe moleſtum erit, omnium etiam ſcriptorum meorum conſecratione devinciam. Etenim cum tu literas, quas privatus eximio quodam doctrinæ incenſus amore complexus avidiſſime fueras, in celſiſſimo nunc rerum faſtigio collocatus ita colere pergas, ut eas etiam non fuco, atque ambitione, ſed ſententia, atque judicio tuearis, quem tandem alium meorum laborum patronum, quàm te ipſum adoptem? Accedit præterea, quòd cum is tu ſis, quem propter eximiam apud Gregorium Pontificem gratiam non tam neceſſitudine, quàm modeſtia, & virtute conciliatam tota Italia, ac Roma ipſa converſis prope in unum oculis admiretur, non minus me tibi Romanarum rerum lucubrationes debere, quàm Italicarum exiſtimavi, quas proxime, te potiſſimum auſpice, divulgavi. Eſt enim hæc cognitio cum Principi ſummo, & ad ſummam dignitatem, amplitudinemque nato aptiſſima, tum te potiſſimum principe, dominoque digniſſima; qui tantum ſtudii, atque operis in optimis cognoſcendis artibus poſuiſti, ut etiam ſine alieno præſidio ad ſummos honorum gradus nixu tuo facile fueris aſcenſurus. Hos igitur Romanos, ut ita dicam, libros magna ex parte renovatos, & auctos clariſſimo tuo quoque nomini, perinde atque Italicos illos, inſcribo; teque etiam atque etiam rogo, ut hæc præcipue ſtudia, quibus Romæ, & Italiæ, quæ te virtutis cauſſa ſuſpiciunt, vetus dignitas, ac memoria celebratur, in fidem accipias. Cui laudi te non defuturum cum ſpectata mihi virtus, ac prudentia tua ſpondet, tum vero, quòd conſtanti hominum ſermone percrebuit, te veteris illius Scipionis exemplo inter gratiſſima armorum pro ſalute Italiæ capiendorum conſilia, atque adeo in mediis etiam ipſis rerum militarium ſtudiis ejuſmodi tamen doctrinæ cognitionem non intermittere, ſed quotidie præclari aliquid ingenio, ſtudioque tuo aut meditari, aut exprimere. Ad eam præterea facultatem, quam ſumma tibi Dei benignitas tribuit, ut omnia, quæ juſta, & recta ſunt, poſſes, tu laudem illam ſplendidiſſimam addidiſti, ut eadem quoque, quod omnibus adhuc in rebus docuiſti, avidiſſime cuperes. Quamobrem non dubito, quin quod præclariſſime ſentis, id etiam ſtudioſiſſime præſtiturus ſis. Quod ſi feceris, polliceor, fore, ut non ſolum eruditorum omnium vocibus, ac literis ad illuſtrem nominis, & gloriæ commendationem in perpetuum celebreris, ſed etiam ab omnibus hominibus Princeps non tam fortuna, quàm virtute præſtantiſſimus meritò judiceris. Vale. Bononiæ Kal. Novembris MDLXXIV.

CAROLI SIGONII
DE ANTIQUO JURE
CIVIUM ROMANORUM

LIBRI PRIMI CAPITA XXI.

I.	*De cive Romano.*	col. 1
II.	*De urbe, & agro Romano.*	17
III.	*De tribubus, & curiis.*	25
IV.	*De claſſibus, & centuriis.*	40
V.	*De iis, qui jus civium Romanorum conſtituerunt.*	46
VI.	*De jure libertatis.*	56
VII.	*De jure gentilitatis.*	80
VIII.	*De jure ſacrorum.*	88
IX.	*De jure connubiorum.*	98
X.	*De jure patrio.*	100
XI.	*De jure legitimi dominii.*	130
XII.	*De jure teſtamentorum.*	145
XIII.	*De jure tutelarum.*	148
XIV.	*De jure cenſus.*	152
XV.	*De jure militiæ.*	160
XVI.	*De jure tributorum, & vectigalium.*	177
XVII.	*De jure ſuffragiorum.*	185
XVIII.	*De jure honorum.*	188
XIX.	*De ſacerdotiis.*	ibid.
XX.	*De magiſtratibus.*	191
XXI.	*De imperiis.*	196

Ejuſdem libri argumentum.

HIc libris conſilium eſt de jure populi Romani, quod libera potiſſimum floruit Republica diſputare; quod jus triplex eſſe conſtituit, civium Romanorum, Italicorum, & Provincialium. Ceterum duobus his libris jura civium Romanorum oſtendit; atque eorum uno definitionem civis Romani inveſtigat, ac tradit, altero tripertitam civium Romanorum diviſionem affert, ac perſequitur. Et quoniam civis pars eſt civitatis, civitatis vero deſcriptio Reſpublica dicitur, Rerumpublicarum autem genera multa traduntur; propterea primum, quod genus Romanæ Reipublicæ fuerit, quærit; ubi vero multas ejus formas ex crebrerrimis civitatis mutationibus invenit, cujus potiſſimum temporis Rempublicam, & quem in primis civem ex tam multis ſe informaturum, ac deſcripturum eſſe profiteatur, oſtendit. Unde civem Romanum, qui quidem optimo jure civis ſit, definiendum eſſe confirmat: hominem liberum, urbis, agrive Romani incolam, qui tribum cum honorum petitione ſit conſequutus, qua diſputatione perfecta, partes ipſius definitionis declarare aggreditur. Quo fit, ut primum, quid ſit urbs Romana, & quot modis dicatur, quid ager Romanus, & quot modis accipiatur, exponat, ac fines utriuſque diligentiſſime inveſtiget: deinde ad maximam tribuum quæſtionem deſcendat: quo loco quid ſit tribus, quot modis dicatur, a quo inſtitutæ, à quibus additæ, quot in genera diſtributæ fuerint, quæ jura obtinuerint, docet; & quoniam primarum tribuum partes fuerunt curiæ; claſſes vero ad tribuum, ut centuriæ ad claſſium diviſionem pertinuere: civis autem optimo jure nemo olim fuit, qui non tribum, curiam, claſſem, & centuriam obtinuerit, de curiis etiam, & claſſibus, & centuriis, eadem oratione diſputandi ſervata, breviter diſſerit. Ubi vero cives omnia intra hos tribuum, claſſiumque quaſi cancellos incluſit, tum jura ipſa tribuum, & claſſium exorditur; ita tamen ut ante, quibus quaſi è fontibus hæc jura manarint, aperiat; eaque regiis legibus, XII. Decemvirum tabulis, legibus, edictis, plebiſcitis, Senatus conſultis, more, & inſtituto majorum contineri probet, atque ex his reliquam omnem de jure civium Romanorum diſciplinam hauriendam eſſe demonſtret. Jura autem hæc ita explicat, ut ea in duo genera digerat, unum quod privatam rationem attingit, alterum, quod publicam: privatam, ut jura libertatis, gentilitatis, ſacrorum, connubiorum, patrium, legitimi dominii, teſtamentorum, tutelarum: publicam, ut cenſus, militiæ, tributorum, & vectigalium, ſuffragiorum, & honorum. De libertate ita agit, ut non tam privatam libertatem, quam publicam, cujuſmodi fuerint, ante oculos ponat; quinque enim Romanæ libertatis genera fuiſſe contendit, ut cives Romani in poteſtate domini non eſſent conſtituti, ut regio imperio nullo obſtricti, ut adverſus magiſtratum provocationem haberent, atque a creditoribus necti poſſent, ut occultorum ſuffragiorum poteſtatem obtinerent, ad primum genus libertatis pertinent hæ quæſtiones, qui liberi fuerint, qui ſervi, qui ingenui, qui libertini; quæ jura manumittendi ſervi, quæ propria tuendæ libertatis extiterint; ex ſecundo intelligitur, ut Romani dominatu ſe regio liberarint, & quo ſtudio ſemel partam libertatem defenderint; tertii ſunt leges de provocatione ad populum, leges ſacratæ de Tribunicia poteſtate, leges de tergo, & capite civium Romanorum, quibus ne civem Romanum magiſtratui aut verberare liceret, aut necare cautum eſt; quarto leges continentur, ne quis æris alieni cauſſa à creditore duci in carcerem, atque in ergaſtulo haberi poſſet; quintum leges tabellariæ complectuntur, quæ tegendo ſuffragio Romanam libertatem ſtabiliverunt. De jure gentilitatis ita diſſerit, ut doceat, quid ſit gentem habere, quæ patriciæ gentes fuerint, quæ plebejæ, quæ jura patriciis conſtituta ſint, quæ plebejis, & ut de jure ſuo partim retinendo, partim augendo inter ſe patricii, ac plebeji ſæpe contenderint. Sacra alia publica, alia privata fuiſſe prodit; privata vero, quæ eſſent privatarum familiarum propria oſtendit, atque quid ſibi de eo jure compertum ſit, aperit. Jam quoniam ad propagandam civitatem omnino poſteritate eſt opus, ea vero ſine legitima uxore parari jure civili non poteſt, deinceps primum univerſum jus uxorium, communicationem connubiorum, totamque cæremoniarum nuptialium rationem ſummatim perſtringit: tum de liberis, ut more Romano eſſent in poteſtate parentum, & ut deficientibus propriis filiis alieni adoptarentur, arrogarenturve, quidque in eo genere juris prodittum ſit, narrat. His expeditis quot modis ſuarum quiſque fortunarum jure civili dominus eſſet, exquirit, eoſque quia ſex fuiſſe reperit, hereditatem, mancipium, uſucapionem, in jure ceſſionem, auctionem, & ſub corona emptionem, quod jus eorum de ſingulis florente Republica libertate, ſancitum ſit, planum facit. Poſtremo quoniam non ſolum quo ad vivimus domini eſſe rerum noſtrarum volumus, ſed poſt mortem eandem aliis etiam tradere auctoritatem cupimus, ut jure civili hoc factitatum ſit, explicat; ubi de tribus antiquis teſtamentorum generibus ſcribit; atque hunc eundem ordinem ſervat etiam in tutelis, quoniam liberos noſtros tutorum fidei, a quibus eorum res qui ipſi per ætatem non poſſunt, procurentur, libenter morituri committimus, quæ ipſe de ratione antiquarum tutelarum obſervaverit, in medium profert; atque ita omnium jus Quiritum apud veteres tantopere celebratum, abſolvit. Inde vero, de cenſu diſputationem inſtituit; quo loco quid cenſus eſſet, à quo inſtitutus, quo modo celebratus, oſtendit; & quoniam duas cenſum opportunitates maximas Reipublicæ attuliſſe comperit, unam ad delectum militarem habendam, quod juniorum copiam indicavit, alteram ad tributum in bellum conferendum, quod divitiarum civilium magnitudinem patefecit, propterea conſtituta cenſus quæſtione, deinceps de jure militiæ ſcribit, ac quid legio fuerit, ex quot, & quibus civibus, & quomodo conſcripta ſit, tradit; inde de ſacramento militari, & ceteris rei militaris inſtitutis ac legibus, in primiſque de vacationibus, de præmiis, & animadverſionibus militaribus ſingulis agit. Eademque ratione civilium tributorum, & vectigalium genera exequitur, ut quando tributa imperata, quando remiſſa, quando vectigalia inſtituta, quando ſublata ſint, quærat, & plura propterea fuiſſe Romæ æraria annalium veterum auctoritate confirmet. Cumque nihil aliud reſtet, niſi, ut de ſuffragiis demum, atque honoribus agat, ſuffragiorum rationem ita proponit, ut breviter de tribus comitiorum generibus, & qui cives ſuffragiorum jura habuerint, qui non habuerint, & qua ratione, demonſtret; honores vero civiles, in quibus optimum jus civitatis, ex Ariſtotele eſſe, ab initio poſuit, in tres partes diſtribuit, ſacerdotia, magiſtratus, imperia; ex quibus ſacerdotia ita enumerat, ut ex ea oratione, quæ patriciorum propria, quæ plebejorum; quæ utriuſque communia fuerint, & quomodo delata ſint, facile appareat; magiſtratus primo vim aperit; qua diſputatione abſoluta, tum quemadmodum ſingulis magiſtra-

Digitized by Google

ſtratibus Reipublicæ opus fuerit, ac quas patricii plebeis conceſſerint, quos ſibi reſervarunt, oſtendit. Inde quid Imperium fuerit, & ut magiſtratibus, ac privatis, & quibus, & quot comitiis mandatum ſit, narrant.

DE ANTIQUO JURE CIVIUM ROMANORUM LIBRI SECUNDI CAPITA XXI.

I.	*De ordinibus civium Romanorum.*	199
II.	*De Senatoribus.*	201
III.	*De equitibus Romanis.*	211
IV.	*De publicanis.*	219
V.	*De plebe Romana.*	225
VI.	*De plebe ruſtica.*	226
VII.	*De plebe urbana.*	228
VIII.	*De Tribunis ærariis.*	232
IX.	*De ſcribis.*	ibid.
X.	*De mercatoribus, & negotiatoribus.*	232
XI.	*De argentariis, & fœneratoribus.*	235
XII.	*De opificibus, & artificibus.*	242
XIII.	*De turba forenſi.*	246
XIV.	*De libertinis.*	248
XV.	*De apparitoribus magiſtratuum.*	255
XVI.	*De notis ordinum.*	259
XVII.	*De jure ordinum.*	263
XVIII.	*De judiciis ordinum.*	ibid
XIX.	*De ſpectaculis ordinum.*	270
XX.	*De nobilibus, novis, & ignobilibus.*	271
XXI.	*De optimatibus, & popularibus.*	275

Ejuſdem libri argumentum.

HOc libro cives omnes, quos, ſuperiore definitione complexus erat, in tres partes diſtribuit; quarum in prima ordines collocat, in altera nobiles, & ignobiles, in tertia optimates, & populares. Ordines tres eſſe probat, ſenatorium, equeſtrem, & plebejum. De ſenatoribus, & equitibus ita agit, ut à quibus initia, atque incrementa acceperint, quam multi fuerint, in quot genera diſpertiti, ex quibus, & à quibus, & qua ratione lecti fuerint, quæ inſignia geſſerint, explicet. Et quoniam equites multi publicani fuerunt, id eſt ultro tributa, & vectigalia publica ſuo periculo a cenſoribus redemerunt, agit inde de publicanis, qui ſint, & quomodo ultro tributa & vectigalia conduxerint, quemadmodum, & per quos exercuerint, quos motus in urbe hoc nomine aliquando excitarint, & ut a ſenatu equeſtrem ordinem abalienarint. Tertium inde ordinem, qui plebs Romana dicitur, in partes duas dividit, ruſticam plebem, & urbanam; ruſticam, quæ fuerit, & qualis, ubi expoſuit, urbanæ partes exequitur, Tribunos ærarios, ſcribas, mercatores, & negotiatores, argentarios, & fœneratores, opifices, & artifices, turbam forenſem, libertinos, & magiſtratuum apparitores; atque de ſingulis, qui, quales, à quibus inſtituti, quo jure donati fuerint, tradit. His autem ordinum partibus conſtitutis, deinceps quemadmodum ſinguli ordine a cenſoribus, quorum notioni erant ſubjecti, infamia notarentur, oſtendit. Inde jura ordinum aggreditur, quæ quoniam in judicandi, & ſpectandi poteſtate potiſſimum poſita eſſe invenit, propterea utriuſque antiquitatem ſibi explanandam ſuſcipit; de judiciis autem quid fuerint, quot in genera partita fuerint, qui publica, qui privata exercuerint, ut judices a magiſtratibus dati, ex quo ordine lecti ſint, quos Romæ motus propterea concitarint, docet. Quibus rebus conſtitutis, ad alteram civium diviſionem deſcendit, nobilium, novorum, & ignobilium; atque quid more Romano nobilitas, quid novitas, quid ignobilitas fuerit, aperit; & quoniam nobilitatem ab imaginibus proficiſci invenit, de uſu etiam antiquo imaginum breviter diſſerit. Extrema vero diviſione cives omnes, qui propter partium in Republica ſtudia ſe aut optimates eſſe caluerunt, aut populares, complectitur: & quid utrique ſint, & quomodo Rempublicam Romanam tandem perverterint, deleverintque, oſtendit; atque ita huic de jure civium Romanorum diſputationi finem imponit.

DE ANTIQUO JURE ITALIÆ LIBRI PRIMI CAPITA XXVI.

I.	*De triplici jure populorum Italiæ.*	289
II.	*De Latinis.*	299
III.	*De agro Latino, & fœderibus Latinorum.*	300
IV.	*De jure Latii.*	307
V.	*De fœdere, & jure Volſcorum & Æquorum.*	314
VI.	*De agro, fœdere & jure Hernicorum.*	317
VII.	*De agro, fœdere, ac jure Oſcorum, & Auſonum.*	318
VIII.	*De Italicis.*	320
IX.	*De agro Etruſco, & fœderibus Etruſcorum.*	321
X.	*De agro, & fœderibus Campanorum.*	328
XI.	*De agro, & fœderibus Lucanorum.*	333
XII.	*De agro Bruttio, Meſſapio, & Sallentino, & fœderibus Bruttiorum, Meſſapiorum, & Sallentinorum.*	ibid.
XIII.	*De agro, & fœderibus Apulorum.*	336
XIV.	*De agro, & fœdere Frentanorum.*	337
XV.	*De agro Piceno, & fœderibus Picentum.*	ibid.
XVI.	*De agro Gallico, & Gallis Senonibus.*	339
XVII.	*De agro, & fœderibus Umbrorum.*	344
XVIII.	*De agro Sabino, & fœderibus Sabinorum.*	ibid.
XIX.	*De agro, & fœderibus Veſtinorum, Marrucinorum, Marſorum, & Pelignorum.*	344
XX.	*De agro, & fœderibus Samnitum.*	346
XXI.	*De jure Italico.*	352
XXII.	*De Gallia citeriore.*	357
XXIII.	*De agro, & fœderibus Ligurum.*	358
XXIV.	*De agro, & fœderibus Gallorum.*	366
XXV.	*De agro, & fœderibus Venetorum, & Carnorum.*	372
XXVI.	*De jure provinciæ Galliæ.*	375

Ejuſdem libri argumentum.

POſteaquam duobus libris jura vetera civium Romanorum aperuit, deinceps de antiquo jure Italiæ diſputet; ut eam in primo populorum, in ſecundo civitatum jura tradiderit, in tertio demum, quemadmodum tota Italia Romana ſit civitate impertita, doceat; ad hunc autem finem ab his fere principiis pervenit. Primum Italiam ab antiquis duobus modis oſtendit eſſe acceptam: uno, ut naturæ finibus terminaretur: altero, ut juris; natura, alpibus, & mari contineri ait: jure, Rubicone, Arno, & mari. Jus autem à populo Romano victore eſſe præſcriptum: à quo item tria jura Italiæ eſſe deducta, unum Latinorum, alterum Italicorum, tertium provinciæ Galliæ, gradus enim hos fuiſſe præmiorum, quæ optime de Republica Romana meritis data ſint, civitatem Romanam, jus Latii, jus Italicum, & jus provinciæ: ex quibus ut jure Latii civitas Rom. ſic Italico Latinitas, & Italicum provinciali commodius fuerit. Quemadmodum autem jus civium Rom. ex legibus, & Senatus-conſultis, & edictis proficiſci alio libro oſtendit, ſic in hoc hæc jura ex iis legibus, quæ in ſocietate jungendæ conſcriptæ ſint, manare demonſtrat. Itaque quoniam ſocietatis, qua ſe populus Rom. cum aliis populis obſtrinxit, jura tria fuiſſe repetit, ſponſionem, pactionem, & fœdus, propterea quid ſponſio eſſet, ac quomodo fieret, quid pactionis vocabulo præcipue intelligeretur, ac qua ratione celebraretur, quid fœdus eſſet, & quomodo feriretur, & tria demum fuiſſe fœderum genera, iniquum, æquum, & æquiſſimum, planum facit; ex quo concludit, eam jus omne a fœderis, & ſocietatis legibus effluat, leges autem aliæ aliis datæ ſint meliores, fieri, ut alii aliis commodiore conditione utantur: optimam autem eſſe civium Rom, aliquanto deteriorem Latinorum, infra Latinos Italicorum, duriſſimam v , : provinciarum; quo jure donatam eſſe Italiæ partem illam, quæ ultra Umbriam, & Etruriam uſque ad alpium crepidinem eſt porrecta. His ergo fundamentis jactis, cum primo libro populorum jura ſibi tradenda eſſe propoſuerit, Latinorum, Italicorum, & Galliæ, ob eam rem ſtatim Latinos aggreditur, atque ab eorum definitione reliquam omnem de iis diſputationem deducit. Itaque cum eos Latii incolas, populi Romani fœderatos, jure Latii donatos, definiat, ſingularum hujus definitionis partium deinceps rationem reddit. Quoniam autem jus omne è fœdere proficiſcitur, fœdus autem ex victoria parta, & pace conceſſa indagitur, propterea, ut commodius fœdera Latinorum inveniat, bella quoque eorum cum Romanis geſta, & clades ultro, citroque illatas exponit; quod quia ſine agri deſcriptione præclare conſequi non poteſt, ob eam rem ab agro exorſus ad bella, à bellis ad fœdera, a fœderibus ad jura Latinorum patefacienda delabitur. Latium autem duplex, vetus, & novum ex veterum ſententia circumſcribit; populos utriuſque enumerat; qui proprie Latini dicti ſint, aperit, & de eorum concilio ad lucum Ferentinæ, & feriis Latinis in monte Albano diſputet. Volſcos, & Æquos, quanquam intra Latii fines incluſos, Latinos tamen tum non habitos docet. Inde fœderibus Latinorum expoſitis, quod tandem jus Latii, vel Latinitas fuerit, prodit; nempe, ut Latini juris Quiritium eſſent expertes, quod quale fuerit, ex libro de jure civium Romanorum repetit, id eſt, ut neque libertatis, neque gentilitatis, neque ſacrorum, neque connubiorum, neque patriæ poteſtatis, neque legitimi dominii, nec teſtamentorum, nec tutelarum jura eadem uſurparent, quæ cives Rom. niſi fundi facti eſſent, id eſt, jura aliquot privata populi

Digitized by Google

puli Romani aſciviſſent ; tales enim fundus populos fuiſſe oſtendit ; in ceteris autem rebus propius ad civium Romanorum jura accederent, ut in cenſu, & tributis ; militarent tamen in auxiliis, non in legione, nec ſuffragium, niſi legum jubendarum cauſſa, ſi inter magiſtratus conveniret, Romæ ferrent, & quod caput eſt, qui domi ædilitatem, & quæſturam geſſiſſent, ii Romæ ſe pro cive Romano gerere poſſent. Æquorum inde, Volſcorumque bella perſequitur ; atque ut ad internicionem deleti, & in eorum agrum immiſſi Latini ſiat, docet. Deinde Hernicorum, Oſcorum, Auſonumque agrum deſcribit, iiſdemque victis jus, & nomen Latii novi conceſſum eſſe demonſtrat ; atque ita primo Italorum jure enodato ad alterum eorum, qui Italici dicti ſunt, explanandum confert orationem. Italicos autem definit reliquæ ad Rubiconem, & Arnum Italiæ habitatores, populi Romani fœderatos, jure Italico prædiros ; inter Italicos autem refert Etruſcos, Campanos, Lucanos, Bruttios, Meſſapios, Sallentinos, Apulos, Frentanos, Picentes, Senones, Umbros, Sabinos, Marſos, Veſtinos, Marrucinos, Pelignos, & Samnites, atque eorum ſigillatim agros, bella, & fœdera paucis indicat ; ea quibus fœderibus jus illud nauſtum eſſe concludit, quod eſt Italicum appellatum, quod in ceteris rebus cum Latinitate ferè par eſſe invenit, præterquam in ſuffragio, cujus nullam Italici partem adepti ſunt ; & civitate, ad quam nullum itidem aditum habuerunt ; non tamen Prætori Rom. eos obtemperaſſe, ut provincia Gallia, docet ; ea hista-men alios aliis afflictiore conditione eſſe potuiſſe, non negat. Poſtremo Galliam citeriorem aggreſſus populos profitetur Ligures, Gallos Ciſpadanos, ut Bojos, Tranſpadanos, ut Inſubres, & Cænomanos, &, præter Gallos, Venetos etiam, & Carnos, eademque qua in aliis ratione, agrum eorum, & oppida prodit ; quibus bellis ſinguli victi, atque in provinciæ formulam redacti ſint, ac quod jus provinciæ Galliæ datum, cur Togatæ nomen impoſitum ſit, & in quo reliquis ipſa provinciis excelluerit, declarare contendit.

DE ANTIQUO JURE ITALIÆ LIBRI SECUNDI CAPITA XV.

I.	*De multiplici jure civitatum Italiæ.*	379
II.	*De coloniis.*	381
III.	*De jure coloniarum.*	398
IV.	*De Republica coloniarum.*	401
V.	*De coloniis ante bellum Italicum deductis.*	404
VI.	*De municipiis.*	414
VII.	*De jure municipiorum.*	416
VIII.	*De Republica municipiorum.*	420
IX.	*De municipiis ante bellum Italicum conſtitutis.*	422
X.	*De Præfecturis.*	425
XI.	*De jure Præfecturarum.*	426
XII.	*De Republica Præfecturarum.*	427
XIII.	*De Præfecturis ante bellum Italicum conſtitutis.*	429
XIV.	*De fœderatis civitatibus, & earum jura, ac Republica.*	430
XV.	*De foris & conciliabulis.*	435

Ejuſdem libri argumentum.

Explicato univerſo populorum Italiæ jure in primo libro, civitatum jura aggreditur in ſecundo ; civitates autem duobus modis conſiderari ait poſſe, ex arte, & ex jure : ex arte, alia oppida, alia caſtella, alia vicos dici : ex jure, alias colonias, alias municipia, alias præfecturas, alias fœderatas civitates, alias fora, alias conciliabula nuncupari. Itaque priore diviſione, quæ non ſit hujus temporis, prætermiſſa, in ſecunda ita verſatur, ut primum de coloniis, deinde de aliis diſputet. Colonias autem tractat hoc ordine ; primum, quid coloniæ ſint, & à quo inſtitutæ, & quibus, & quot de cauſſis deductæ, oſtendit ; quoniam autem deductas eas aut Senatus-conſulto, aut rogatione populari invenit, quæ rogatio lex agraria dicta eſt, de lege agraria pluribus agit, & ejus capita perſequitur omnia, de agro, qui dividendus eſſet, quibus, & quam multis hominibus, per quos, & quomodo, & quibus limitibus dividi oporteret, qua de cauſſa leges etiam agrarias omnes, quæ aut latæ, aut tantum promulgatæ ſint, à primordio urbis enumerat, ac quem quiſque agrum diviſerit, & cui generi hominum, aperit. Deinde vero colonos in agrum deductos per curatores agrarios, docet, qui modo triumviri, modo quinqueviri, modo ſeptemviri, modo decemviri, modo vigintiviri crearentur. Jam vero jugerum ſingulis aſſignandorum, & limitum quoque rationem in lege præſtitam ducet, ac leges omnes de limitibus latas exponit, ac varia limitum nomina interpretatur. Legis agrariæ capitibus enodatis, quemadmodum colonia curatoribus agrariis ſub vexillo in coloniam deducerentur, ut ab iiſdem urbs, & ager aratro circumſcriberetur, ut omnia hæc denique auſpicato fierent, docet. Deinde ad jura coloniarum explananda deſcendit, quo loco colonias tradit alias civium Romanorum dictas, alias Latinas ; civium Romanorum fuiſſe, quibus jus Quiritium eſſet conceſſum, Latinas, quæ jure Latii eſſent ornatæ. Inde vero de cenſu, tributis, militia & vacationibus utriuſque generis differit. Qua diſputatione confecta, Rempublicam earum aggreditur, id eſt, de ſenatu, populo, magiſtratibus, ſacerdotibus, & legibus agit, ac, qualia hæc omnia in colonia fuerint, aperit. Tum demum omnia ſingularum, quæ ordine temporum cuſtodito ab urbe condita uſque ad bellum Italicum ſint deductæ, perſequitur. Quam eandem diſputationis rationem deinceps in municipiis ſervat ; nam & quid municipia fuerint, & à quo conſtituta, & quo modo, oſtendit, quia etiam duo eorum genera afferi, unum ſine ſuffragio, alterum cum ſuffragio, ac quo utranque fuerit jure, declarat. Rempublicam autem tractans municipiorum : pariter conſilia, magiſtratus, ſacerdotes, ac jus legum in iis ferendarum exquirit, & quæ ante bellum Italicum conſtituta municipia ſint, prodit ; atque hoc idem quæſtionum genus deinceps in præfecturis quoque, & civitatibus fœderatis tractandis exercet. Fora autem oſtendit fuiſſe loca, in quibus non ſolum nundinæ haberentur, ſed etiam jus diceretur ; conciliabula enim jus tantum habuiſſe nundinarum. Qua quæſtione liberatus, propter nominis ſimilitudinem, de foris aliis diſputat, ut Foro Appii, Caſſii, Cornelii, ut unde dicta, à quibus, & quare conſtituta ſint, quid ipſe ſentiat, teſtatum apud omnes relinquat.

DE ANTIQUO JURE ITALIÆ LIBRI TERTII CAPITA VI.

I.	*De civitate ſociis, atque Italicis data.*	439
II.	*De civitate Galliæ provinciæ data.*	449
III.	*De civitate coloniis, præfecturis, civitatibus fœderatis, foris, & conciliabulis data.*	452
IV.	*De coloniis militaribus.*	457
V.	*De Iſtria ad Italiam adjuncta.*	466
VI.	*De Alpibus, & fœdere, jureque gentium Alpinarum.*	ibid.

Ejuſdem libri argumentum.

Omni jure, quo ante bellum Italicum uſa Italia eſt, duobus libris breviter explicato, hoc libro reliqua poſt bellum Italicum tempora uſque ad Auguſtum Imperatorem expendit ; primum autem quantopere Italici ad civitatis Rom. cupiditatem exarſerint, & quam crebro jus ejus tentarint, & quibus Senatus-conſultis, ac legibus eorum libidini, qui clam per migrationem, & cenſum in eam irreperent, obviam itum ſit, tradit, quo loco leges Claudiam, Papiam, Serviliam, Muciam, Liciniam adverſus Italicos latas, itemque Semproniam, Fulviam, Liviam pro Italicis promulgatas interpretatur. Deinde ut, M. Livio Druſo, cujus ſe ope Italici civitatem adeptoros eſſe, in ſpem erecti erant, occiſo, de interficiendis in monte Albano conſulibus conſpiraverit ; eaque re patefacta, Q. Servilio Pro-conſuli ad motus ſuos comprimendos accurrenti Aſculi manus intulerint, ac bellum, quod Italicum, & Marſicum, & ſociale eſt dictum, concitaverint, prodit. Cujus belli eum fuiſſe exitum tradit, ut poſt varia utrinque prælia facta, cum Etruſci, Umbrique, qui nihil dum moverant, defectionem, & arma ſpectarent, lex à L. Julio Cæſare Conſule lata ſit, ut, qui nondum à populi Rom. auctoritate deſeiviſſent, aut poſt defectionem in fidem ejus rediiſſent, ita in civitatem Rom. acciperentur, ut in tribus octo novas conjicerentur ; qua lege civitatem ſociis, & Latinis communicatam tantum eſſe demonſtrat. Quare poſtero anno Gallis Ciſpadanis, Liguribus, & Venetis civitatem, Tranſpadanis Latinitatem Cn. Pompeji Strabonis lege impertitam docet ; cumque Tranſpadani poſt ſæpe civitatem à Senatu flagitaſſent, numquam tamen, niſi Dictatore Cæſare, cui cariſſimi fuerant, ab iis impetratam eſſe ita oſtendit, ut interea quemadmodum multi Sullana victoria civitatem amiſerint, eamque poſt mortem ejus recuperarint, & quos in urbe Sulpicius motus conciverit, quos Cinna, quos alii, ut Italos in XXXV. tribus, id quod illi magnopere expetebant, redigerent, non prætereat. Neque vero populis ſingulis civitatem datam demonſtraſſe contentus, idem quoque jus coloniis, præfecturis, fœderatis oppidis, foris, & conciliabulis conceſſum, ac, in quam ea collata tribum ſint, qui eſt rotius hujus

hujus diſputationis, & doctrinæ finis, poſtremo quid militares coloniæ, & quæ fuerint, & a quibus deductæ ſint, aperit; earumque auctores Syllam, Cæſarem, Antonium, Triumviros Reipublicæ conſtituendæ, & Auguſtum prodit. Et quoniam hactenus de Italia, quæ Formione terminabatur amne, locutus erat, inde ut uſque ad Arſiam, Iſtria provincia comprehenſa, ab Auguſto ſit propagata, cum univerſa ante Gallia à Triumviris eſſet liberata, demonſtrat. Ultimo autem loco eximio quodam vetuſtatis aperiendæ ſtudio adductus, alpes quoque Italiam intuentes attingit, ac bella in iis geſta, & fœdera, inque alpinis populis tradita narrat, ac adeo ut nullam veteris Italiæ jus, nullam rem illuſtrem, nullam memoratu dignam actionem, quæ quidem erui ex antiquorum monumentorum memoria poſſit, ſilentio prætermittat; ſed conſervatis notatiſque temporibus uno in conſpectu omnia ponat.

DE ANTIQUO JURE PROVINCIARUM LIBRI PRIMI CAPITA XVIII.

I. *Quid provincia fuerit, & quo modo confecta ſit.* 477
II. *De Coloniis, & Municipiis provinciarum.* 481
III. *De Sicilia.* 482
IV. *De Sardinia, & Corſica.* 487
V. *De citeriore, atque ulteriore Hiſpania.* 488
VI. *De Narbonenſi Gallia, & Comata.* 493
VII. *De Illyrico.* 496
VIII. *De Macedonia.* 500
IX. *De Achaja.* 505
X. *De Aſia.* 509
XI. *De Cilicia.* 517
XII. *De Syria.* 520
XIII. *De Bithynia, & Ponto.* 523
XIV. *De Cypro.* 526
XV. *De Africa.* 528
XVI. *De Cyrenaica, & Creta.* 530
XVII. *De Numidia.* 532
XVIII. *De Mauritania.* 534

Ejuſdem libri argumentum:

VEtere Italiæ jure expoſito, deinceps provinciarum jura aggreditur explicanda. Itaque primo libro de conficiendarum provinciarum ratione diſputaturus, primum quid provincia fuerit, & quomodo confecta ſit, aperit; & quoniam provinciam regionem eſſe reperit, quæ vectigal populo Romano pendat, ac magiſtratui ejus qui juridicendo præſit, obtemperet, brevi de vectigalium generibus provinciis impoſitis, & de foris, ac conventibus in ſingulis provinciis juris dicundi cauſſa conſtitutis diſputat. Quo in loco, quoniam non omnes unius provinciæ civitates eodem modo tractatas invenit, etiam de conditionibus civitatum, ut aliæ liberæ, aliæ ſtipendiariæ, aliæ immunes, aliæ fœderatæ fuerint, & quid in tota ordinanda provincia obſervatum ſit, atque ut aliquando etiam coloniæ & municipia in provinciis inſtituta ſint, docet. Quibus rebus quaſi proœmii loco propoſitis, deinceps de ſingulis provinciis ſermonem inſtituit; quibus finibus, quo ſtatu ante imperium Romanum fuerint, quam ſæpe cum populo Romano aut ſocietatem coierint, aut bella geſſerint, quibus fœderibus poſt victæ, aut alio modo in poteſtatem adductæ in amicitiam venerint, qua victoria, per quos duces, quibus legibus in provinciæ formam redactæ, ac denique quo jure, quibus conventibus, quibus vectigalibus, quibus coloniis, ac municipiis, inſignitæ ſint. In Europa autem numerat Siciliam, Sardiniam cum Corſica, citeriorem, atque ulteriorem Hiſpaniam, Gallias Narbonenſem, & Comatam, Illyricum, Macedoniam, & Achajam: in Aſia Aſiam, Ciliciam, Syriam, Bithyniam cum Ponto, & Cyprum: in Africa Africam, Cyrenaicam cum Creta, Numidiam, & Mauritaniam.

DE ANTIQUO JURE PROVINCIARUM LIBRI SECUNDI CAPITA XII.

I. *Qui Præſides provinciarum eſſent, & quo modo legerentur.* 537
II. *De comitatu Præſidum, Legatis, Tribunis militum, Præfectis, reliquiſque miniſtris.* 553
III. *De Quæſtoribus provinciarum, & eorum miniſtris.* 564
IV. *De profectione Præſidum, & Quæſtorum in provinciam.* 566
V. *De poteſtate Præſidum, & in primis de juriſdictione.* 569
VI. *De imperio Præſidum, ſive adminiſtratione rei militaris.* 588
VII. *De nomine Imperatoris, & ſupplicationibus.* 597

VIII. *De poteſtate Quæſtorum.* 598
IX. *De deceſſione Præſidum, & Quæſtorum.* 601
X. *De triumphis Imperatorum.* 602
XI. *De rationibus relatis ad ærarium.* 608
XII. *De judiciis in Præſides, & eorum comites conſtitutis.* 610

Ejuſdem libri argumentum.

SEcundo autem libro de provinciarum adminiſtratione acturus, per quos ipſæ adminiſtratæ ſint, quærit; & quoniam per Prætores, & Pro conſules a Senatu lectos gubernatas, in eaque re magnas mutationes factas reperit, univerſa ratione in quatuor tempora diſtributa, quid quoque tempore in mandandis provinciis ordine, atque extra ordinem obſervatum ſit, planum facit, quo in loco leges omnes, quæ de provinciis fuerint, explicat; neque vero ſolum ut provinciæ mandatæ, ſed etiam ut militare imperium in iis, atque ornamenta præſidibus provincialibus data ſint, aperit; atque ordine quidem imperium lege curiata magiſtratibus datum, extra ordinem vero plebiſcito, aut S. C. privatis, oſtendit. Qua diſputatione perfecta, alteram de Præſidum comitatu aggreditur, ut Legatis, Tribunis militum, Centurionibus, Præfectis, Decurionibus, itemque de miniſtris eorum, cohorte Prætoria, contubernalibus, quales fuerint, & qua ratione delecti ſint. Quibus declaratis, de altero magiſtratu provinciali Quæſtore, & illius adminiſtris agere incipit; ita ut declarandum nihil ſibi relinquat aliud, quam quo modo Præſides imperio in Capitolio accepto urbe exceſſerint, & quo ordine in provinciam iter fecerint, eamque a deceſſore acceperint: quo demonſtrato, officium eorum duplex perſequitur, unum cognoſcendi, alterum belli gerendi; de cognitione vero diſputans, primum quemadmodum, & quo ordine privatas cauſas, & publicas, judicarint, quæ multiplex eſt diſputatio, tradit; ubi de edictis, decretis, judiciis, quæſtionibus, & univerſa juriſdictionis veteris ratione, præterea de conventibus habendis, & opera legatorum, aliorumque comitum, & miniſtrorum adiſſerit: deinde de curatione rei frumentariæ, tributariæ, ac variæ, & de honoribus provincialibus agit. Rei vero bellicæ rationem ita attingit, ut explicet primum, quemadmodum exercitum acceperint, luſtrarint, atque correxerint, at nihil niſi auſpicato, atque litato geſſerint; deinde vero de poteſtate rei gerendæ, de conſilio caſtrenſi, de legibus, quibus impedirentur, de honoribus, qui bene rem gerentibus haberentur. Poſtremo Quæſtoris etiam officium aperit; atque eum attributam, & vectigalem pecuniam tractaſſe, prædam curaſſe, captivos vendidiſſe oſtendit. Quibus omnibus abſolutis, ut Præſes, ac Quæſtor de provincia deceſſerint, ut Prætor Romæ triumphaverit, & qua pompa, ut rationes retulerint, ut comites in beneficiis ad ærarium detulerint, & quibus legibus, ac quæſtionibus obnoxii fuerint, majeſtatis, peculatus, repetundarumque, oſtendit.

DE ANTIQUO JURE PROVINCIARUM LIBRI TERTII CAPITA XIV.

I. *De lege curiata magiſtratuum Gruchii opinio.* 613
II. *De lege curiata magiſtratuum Sigonii opinio.* 620
III. *De binis comitiis, prærogativa & jurevocatarum.* 624
IV. *De lege curiata Imperatorum.* 628
V. *Quid ſit magiſtratus.* ibid.
VI. *Quid ſit imperium.* 635
VII. *An imperium in magiſtratu fuerit inſitum.* ibid.
VIII. *De imperio Conſulum, qui in magiſtratu, aut ex magiſtratu bellum geſſerunt, aut in provincias profecti ſunt.* 646
IX. *De imperio Prætorum, qui in magiſtratu, aut ex magiſtratu bellum geſſerunt, aut in provincias profecti ſunt.* 633
X. *De imperio Conſulum, qui ſummo Senatus-conſulto ornati erant.* 656
XI. *De imperio lege Cornelia accepto.* 660
XII. *De imperio eorum, qui ex privatis in provincias miſſi ſunt.* 662
XIII. *De imperio eorum, qui ex privatis ad bella miſſi ſunt.* 664
XIV. *An Pro-conſules, & Pro-prætores, qui ex privatis ad bella miſſi ſunt, ut cum imperio ſic cum magiſtratu fuerint.* 666

Ejuſdem libri argumentum:

HIs expoſitis, deinceps hoc libro reſpondet Nicolao Gruchio, qui à ſe in tota provinciali ratione

tione diſſentiebat ; atque opinionem ejus infirmat, quæ erat, legem curiatam magiſtratum confirmaſſe, atque una etiam militare imperium magiſtratui detuliſſe; ſed iterum ei latam eſſe ad auſpicium tranſmittendum, eamque non a XXX. curiis, ſed à XXX. curiarum lictoribus juſſam eſſe ; quem Gruchius ut firmaret, locum Ciceronis in Agraria ex ingenio emendavit. Improbat autem talem opinionem argumentis, & auctoritates ab eo prolatas aliud velle oſtendit, & lectionem ab illo illatam irridet. Exponit inde opinionem ſuam, nempe duas fuiſſe leges curiatas, unam ad confirmandum magiſtratum, quæ Ciceronis tempore obſoleta fuerit, alteram ad mandandum imperium, id eſt, jus rei militaris exercendum, magiſtratui, quæ a XXX. curiis juſſa ſit, quæque contra priorem legem dicuntur, refellit, & veram è veteribus libris loci Agrariæ lectionem eruit. Inde occaſione data de binis comitiis prærogativæ, & jurevocatarum agit, atque in ea re errare Gruchium docet. Pergit inde probare, legem curiatam de imperio diverſam eſſe ab ea, quæ eſt de magiſtratibus: ac rurſus magiſtratum, imperiumque definit, & quæ contra dicuntur, refellit. Inde imperium à magiſtratu eſſe diverſum; neque in eo eſſe poſitum docet, ut Gruchius ſentit, diverſitatem in creando, ineundo, adminiſtrando, & prorogando demonſtrans, atque ſingulos contra Gruchium magiſtratus examinans. Quærit inde de Conſulibus, quomodo imperium in magiſtratu, aut ex magiſtratu habuerint, ac lege curiata habuiſſe oſtendit, non jure magiſtratus, ut Gruchius cenſet; item de Dictatoribus, & Prætoribus, & quæ contra diſputentur, evertit. Quærit præterea, quale imperium fuerit eorum, qui ſummo S. C. itemque qui lege Cornelia acceperunt. Quibus declaratis aggreditur dicere de privatis, atque eos ſive S. C. ſive plebiſcito, non autem lege curiata imperium accepiſſe probat; atque ad extremum quærit, an privati ut cum imperio fuerunt, ſic cum magiſtratu fuiſſe dici potuerint, ac magiſtratum iterum ab imperio eſſe diverſum oſtendit; quæ dum omnia facit, inſignes locos Ciceronis, Livii, Salluſtii, & aliorum Scriptorum exponit, ac totam Pro-conſulum, & Pro-prætorum ſupra traditam præceptionem confirmat, ac multo magis illuſtrat.

DE JUDICIIS PRIMI LIBRI CAPITA XXXIII.

I. *Quæ privata judicia fuerint.* 681
II. *De controverſiis civilibus, ſive privatis.* ibid.
III. *De controverſiis perſonarum.* 682
IV. *De controverſiis rerum.* ibid.
V. *De controverſiis obligationum.* 684
VI. *De legibus privatorum judiciorum.* 687
VII. *De Prætoribus, ſive jus dicentibus.* 689
VIII. *De Decemviris ſtlitibus judicandis.* 693
IX. *De legis actionibus, ſive de exercenda juriſdictione.* 694
X. *De vindicatione, & in jure ceſſione.* 696
XI. *De emancipatione.* ibid.
XII. *De adoptione.* 697
XIII. *De manumiſſione.* ibid.
XIV. *De poſtulatione, & datione tutoris.* 698
XV. *De poſtulatione, & datione bonorum poſſeſſionis.* ibid.
XVI. *De poſtulatione Interdicti, & Interdicti interpoſitione.* 702
XVII. *De actionibus.* 705
XVIII. *De in jus vocatione.* 710
XIX. *De editione actionis.* 712
XX. *De poſtulatione actionis, ſive judicis.* 713
XXI. *De intentione actionis, ſive litis.* 715
XXII. *De judicibus.* 730
XXIII. *De judice, & judicio poſtulando.* 732
XXIV. *De judice, & judicio dando.* 733
XXV. *De teſtibus.* 735
XXVI. *De appellatione Tribunorum pl.* 736
XXVII. *De ſatiſdationibus, & conteſtatione litis.* ibid.
XXVIII. *De judicio faciendo.* 738
XXIX. *De ſententia latione.* 744
XXX. *De in integrum reſtitutionibus.* 747
XXXI. *De addictione.* 748
XXXII. *De judicio calumniæ.* 749
XXXIII. *De judicio falſi.* 750

Ejuſdem libri argumentum.

QUoniam, dum de jure populi Romani agebat, ſæpe facta eſt mentio judiciorum, neque ea quæſtio purgari obiter pro ſui magnitudine potuit, propterea jure populi Romani quod in Civitate, Italia, & Provinciis poſitum erat, explicito, tres libros de Judiciis addidit; primum, in quo de judiciis privatis agit; ſecundum, in quo de publicis; tertium, in quo de judiciis populi. De judiciis autem privatis hoc ordine hoc libro agit; primum judicia privata definit; & quoniam ea decreta eſſe conſtituit facta de controverſiis privatis à magiſtratibus jus dicentibus, aut à judicibus datis ab eis, prout jure erat ſancitum, propterea agit primum de controverſiis, & earum generibus, id eſt, quæ naſcuntur ex perſonis, rebus, & obligationibus, ubi omnia controverſiarum nomina prodit; deinde de legibus XII. tabularum, legibus poſt XII. tabulas, & Edictis Prætorum, unde ipſa judicia ſunt conſtituta. Tum de Prætoribus, qui jus dixerunt, ubi oſtendit, quid ſit lege agere, & Jus dicere, & ut juriſdictio fuerit duplex, una Prætoris urbani, altera peregrini, eæque quotannis in ſortem conjectæ ſint; addit etiam aliquid de Ædilibus; quin etiam docet, edicta a Prætoribus quotannis Kal. Januariis fuiſſe propoſita, unde jus dicerent; agit de inſignibus Prætorum, de loco, ac die juris dicendi, Prætoriamque juriſdictionem tribus in verbis fuiſſe verſatam, Do, Dico, Addico, Prætoreſque aut decretum interpoſuiſſe, aut judicium dediſſe oſtendit: porro qui fuerint Decemviri litium judicandarum, & munus eorum. Exponit inde legis actiones, quæ apud Prætorem fiebant, nempe vindicationem & in jure ceſſionem, emancipationem, adoptionem, manumiſſionem, tutoris, bonorum poſſeſſionis, Interdicti, & actionis poſtulationem. Prodit inde ſeptem actionum diviſiones, & nomina earum; quarum aliqua actorem uti, eamque a Prætore poſtulare, neceſſe ſit; inde quemadmodum poſtularentur, expoſiturus, docet primum quæ ratio fuerit in jus vocandi, actionemque edendi; deinde ut actio ipſa poſtulata ſit, ubi etiam de vadimonio ſcribit, deinde, ut intenta ſit, quo in loco in ſingulis actionibus quæ formula intendendæ litis fuerit, aperit. Quin etiam ut poſſeſſio primum, deinde dominium poſtulatum ſit, & quibus verborum formulis, tradit, ubi vim ſimulatam tribus modis exponit; ac ſponſionem, ſacramentum, & ſatiſdationem, quæ inciderunt, præterea putam defenſionem, exceptionem, tranſlationemque cujuſmodi fuerint, aperit. Agit inde de judicibus, nempe judice, arbitro, recuperatoribus, & centumviris, qui fuerint, & quomodo lecti ſint, & qua de re judicarint. Inde quemadmodum judex, & judicium poſtulata ſint, & datos a Prætore judices, in verba ſponſionis in ſingulis actionibus demonſtrat. Conſtituto judicio tradit de teſtibus proferendis, Tribunis pl. appellandis, de ſatiſdationibus, conteſtatione litis, jurejurando judicum, citatione litigatorum, edicto peremptorio, juramento calumniæ, & ceteris ejuſmodi ad judicium pertinentibus, de ratione cauſſæ agendæ in omnibus judiciis. Præcipue autem Centumviralia judicia in baſilicis facta, & in plura conſilia diviſa, & a Decemviris gubernata docet; & ut Decemvirum judicia Centumviralium fuerint præjudicia. Agit inde de officio judicis, de ferenda ſententia, & formulis diverſis ſententiæ ferendæ pro diverſitate judiciorum. Judicio ad extremum facto, oſtendit, quemadmodum reo data ſit reſtitutio in integrum, & contra eum addictio: adverſus petitorem judicium calumniæ, adverſus judicem judicium falſi; atque his præceptis doctrinæ judiciorum privatorum modum imponit.

SECUNDI LIBRI DE JUDICIIS CAPITA XXXIII.

I. *Quæ publica judicia fuerint.* 751
II. *De criminibus.* ibid.
III. *De pœnis.* 752
IV. *De Prætoribus quæſitoribus.* 755
V. *De judicibus quæſtionum.* 759
VI. *De judicibus.* 761
VII. *De exercitione actionis, ſive de actione inſtituenda.* 762
VIII. *De in jus vocatione.* 763
IX. *De poſtulatione.* ibid.
X. *De nominis delatione.* 765
XI. *De citando accuſatore, & reo.* 768
XII. *De judicibus legendis.* 769
XIII. *De prima actione.* 770
XIV. *De quæſtionibus.* 771
XV. *De teſtibus.* 772
XVI. *De tabulis.* 775
XVII. *De accuſatione.* 776
XVIII. *De defenſione.* 778
XIX. *De laudatione.* 779
XX. *De ſecunda actione, quæ Comperendinatio dicta eſt.* 780
XXI. *De officio Quæſitoris, dum cauſſa agebatur.* ibid.
XXII. *De ſententiæ latione.* 781
XXIII. *De æſtimatione litis.* 785

XXIV.

XXIV. De animadverſione. ibid.
XXV. De judicio calumniæ, & prævaricationis. 786
XXVI. De legibus judiciorum publicorum. 788
XXVII. De legibus de pecuniis repetundis. 789
XXVIII. De legibus peculatus, pecuniarum reſiduarum, & ſacrilegii. 800
XXIX. De legibus majeſtatis. 802
XXX. De legibus ambitus. 807
XXXI. De legibus inter ſicarios, veneficii, & parricidii. 820
XXXII. De legibus falſi. 825
XXXIII. De legibus de vi. ibid.

Ejuſdem libri argumentum.

DEinceps de judiciis publicis agit, quorum tractatio alia fuit, quam privatorum. Quoniam autem judicia publica definit decreta, quæ de criminibus Quæſitore aliquo judicium exercente judices ab eo dati fecerunt, prout leges de ſingulis criminibus cognoſcendis latæ juſſerunt: primum de criminibus, deinde de Quæſitoribus, judicibuſque, atque ad extremum de tota ratione accuſandi, & judicandi ſcribit. Primum autem quæ crimina intelligat, exponit, eaque nominat, majeſtatis, peculatus, repetundarum, ambitus, cædis, parricidii, veneficii, falſi, vis, & ſimilium; unde criminales cauſſæ publicæ dictæ. Pœnas inde demonſtraturus, quæ propoſitæ erant criminibus, pœnarum genera octo prodit, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, ſervitutem, & mortem, eorumque quid ſingula fuerint, prodit; pœnas autem duabus vocibus contineri ait, mulcta, & capite, unde cauſſæ capitales profectæ. De Quæſitoribus agens oſtendit, quæſtionem primum fuiſſe Regum, deinde Conſulum, inde ablatum eſſe Conſulibus, & juſſu populi quæſtiones datas modo huic modo illi magiſtratui uſque ad annum DCIV. quæſtiones inde perpetuas factas, & Prætoribus commiſſas; itaque eos ſortitos eſſe non ſolum juriſdictionem urbanam, & peregrinam, ſed etiam ſingulas quæſtiones repetundarum, peculatus, ambitus, majeſtatis, & alias; neque tamen interea morem intermiſſum, quin populus extra ordinem aliquot quæſtiones mandaret cui liberet. Addit etiam, quæſtionem alio modo merum imperium appellari, nec potuiſſe mandari alteri ab eo, qui illam eſſet legeadeptus, niſi lex ipſa juberet; adjungit inde præter Prætores Quæſitores fuiſſe judices quæſtionum; & quinam ille magiſtratus fuerit, quærit. Agit inde de judicibus, ex quibus ordinibus lecti ſint, & de numero, ætate, & ratione legendi. His traditis oſtendit, quemadmodum actio ſit inſtituta; primum enim ut privatum hominem in jus vocaverit accuſator, docet; deinde, ut idem poſtulaverit a Prætore, ut ſibi liceret nomen deferre; quo in loco qui poſtulare, & qui poſtulari potuerint, aperit; tum de poſtulandis patronis, de conſtituendo accuſatore, quod judicium Divinatio dicebatur; accuſatores multos fuiſſe, quorum qui ſecundas, & tertias partes egerint, ſubſcriptores dictos. Nominis delationem poſt juramentum calumniæ ſucceſſiſſe, eamque & verbo, & ſcripto celebratam certis formulis eſſe. Recepto nomine a Prætore, quemadmodum accuſator dies ad inquirendum popoſcerit, utque Prætor accuſatori, & reo ut ad judicium adeſſent, edixerit. Die inde judicii, ut lecti judices ſint, aut ſorte, aut editione, lectique jurarint, ac prima actio inſtituta ſit; ubi de quæſtionibus, teſtibus, & tabulis, quæ ad judicia pertineant, ſcribit. Rationem inde accuſationis duplicem fuiſſe, brevem nimirum, eamque interruptam; & longam, eamque perpetuam; poſt accuſatorem orſſe defenſorem, & quomodo, laudatoreſque productos minimum decem. Inde ſecundam actionem eſſe ſuſceptam, quæ comperendinatio dicta ſit; ibi prius defenſorem, poſterius accuſatorem dixiſſe. Cognita cauſſa, ut ſententia lata ſit, docet; inde & reus aut abſolutus, aut condemnatus, aut ampliatus, & de formulis earum rerum; in primiſque quid inter ampliationem, & comperendinationem interfuerit; & ad extremum ut Prætor aut abſolutum, aut condemnatum reum in tabulas retulerit; inde de æſtimatione litis, & de animadverſione, quæ adverſus reum item paratæ erant, & de judicio calumniæ adverſus accuſatorem, & judicio prævaricationis adverſus patronum ſuſceptis diſſerit. His expoſitis agit inde de legibus Judiciorum, ac rationem, cur de ſingulis criminibus multæ leges fuerint, reddit; & cum ſingula crimina, quid & quæ fuerint, docet, tum ſingulas de iis latas leges diligenter exponit, nempe de pecuniis repetundis, peculatu, majeſtate, ambitu, ſicariis, veneficis, parricidio, falſo, & vi publica, & privata, ac partes eorum criminum accurate demonſtrat.

TERTII LIBRI DE JUDICIIS CAPITA XX.

I. Quæ fuerint judicia populi. 831
II. De criminibus. 832
III. De pœnis. 833
IV. De judiciis curiatis. 834
V. Quorum judicium tributis, & centuriatis aliis fuerit. 835
VI. Quo ordine comitiis centuriatis, aut tributis actum ſit. 836
VII. De die accuſationi dicenda. 837
VIII. De citatione rei. 838
IX. De triplici accuſatione. ibid.
X. De anquiſitione. 839
XI. De mulcta, pœnave irrogatione. 840
XII. De quarta accuſatione, & defenſione. 840
XIII. De die judicio indicenda, & auxiliis reorum. 842
XIV. De evocando reo. 845
XV. De rogatione ferenda, & judicio faciendo. ibid.
XVI. De animadverſione. 847
XVII. De tormentis in Eculeo. 850
XVIII. De toga. 852
XIX. De tunica. 859
XX. De calceis. 862

Ejuſdem libri argumentum.

DEinceps exponit judicia, in quibus populus judicavit, eaque fuiſſe & privata, & publica inquit; privatorum unum affert exemplum. De publicis ita agit; primum jam inde a Romulo rege judicatum a populo tradit, comitiis curiatis. Centuriata inde curiatis, & centuriatis tributa ſucceſſiſſe; atque in iis omnia judicata crimina eſſe, quæ a magiſtratu ad populum ſint delata, ſed præcipue majeſtatis, & peculatus; itemque pœnas, mulctam, ſervitutem, & mortem; quo in loco quid caput, & perduellio fuerit, aperit, ac genera necis exponit. Judicio inde curiato expoſito, reliqua duo aggreditur; ac de mulcta actum tributis comitiis ait; de capite vero, ſive perduellione centuriatis: & quinam magiſtratus jus agendi habuerint, docet. Egiſſe autem hoc ordine; primum diem privato dictam a magiſtratu pro roſtris ad accuſationem audiendam de certo crimine; ac formulam diei dicendæ certam fuiſſe; tum vades aut prædes a reo datos eſſe judicio ſiſtendi cauſſa, aut in carcerem ductum. Citatum inde die dicta reum, & ſi non adfuiſſet, damnatum; ſi affuiſſet, triplici accuſatione accuſatum intermiſſa die, productis teſtibus; ſequutam inde eſſe anquiſitionem, & irrogationem, quarum alia verbo, hæc ſcripto pœnam complexa ſit, & rogationem promulgatam manſiſſe per trinas nundinas. Inde quartam accuſationem acceſſiſſe; & reo facultatem cauſſæ dicendæ datam, accuſatorem vero diem comitiis edixiſſe. Interea reis auxilia multa præſto fuiſſe, ſi Tribuni pl. interceſſiſſent, ſi rei precibus, & ſordibus, populum exoraſſent, ſi comitia per auſpicia haberi non potuiſſent, ſi morbi, aut voluntarii exilii cauſſa reus ſolum vertiſſe excuſatus fuiſſet, ſi accuſator aut diem produxiſſet aut incœpto deſtitiſſet. Quod ſi reus evocatus non affuiſſet, per cornicinem citabatur ante oſtium domus; ſi ne tum quidem acceſſiſſet, exilium ei ſciſcebatur. Si affuiſſet, rogatio ferebatur, & ſuffragia populo dabantur, vel abſolvendi cauſſa, vel damnandi. His expoſitis, narrat de judicio perduellionis, in quo Duumviri creabantur. Damnato reo exponit, ut in eum ſit animadverſum, ubi agit de homine libero vendundo, atque necando: & genera omnia necis, quo modo ſuſcepta ſint, exponit, percuſſio, ſtrangulatio, præcipitatio de ſaxo, de robore, in crucem actio, & projectio in profluentem; atque ultimo loco de Eculeo torquendi, ac cruciandi homines inſtrumento. His expoſitis, poſtremo quoniam mentionem ſæpe ante fecerat togæ, & tunicæ, de iis etiam, quæ ad hanc diſputationem pertinere videantur, calceiſque Romanis, ſubjungit, atque ita tractationi de antiquo Jure populi Romani finem tandem imponit.

CA-

CAROLI SIGONII
EPISTOLA
AD PIUM QUARTUM
PONTIFICEM MAXIMUM.

Rerum humanarum, BEATISSIME PATER, magna varietas eſt, incredibilis inconſtantia; poſſumus hoc tum omnibus in artibus, hominum ingenio, induſtriaque partis, facile notare, cum oriantur aliæ, aliæ vero occidant, quæque modo floruerint, nunc obſoleſcant: tum maxime in univerſa Imperii, ac Reipublicæ ratione animadvertere. Quæ enim homines ad hominum ſocietatem conciliandam, perpetuoque tuendam excogitarunt, vix tamen ea ſatis non modo ad æternitatem, verum etiam ad diuturnitatem firma adhuc inventa ſunt. Etenim ut corpora noſtra cernimus alia externa ferri impulſione, ictuque perverti, alia inteſtina humorum diſſenſione interire, pauca quædam naturali confecta ſenio contabeſcere: ſic civitates partim hoſtilibus armis afflictas, partim domeſtico ſeditionis morbo, quaſi occulto quodam veneno, ante ſenectutis maturitatem conſumptas licet intueri. Quod aliarum Rerumpublicarum non obſcure, clariſſime vero Athenienſium, & Romanorum, florentiſſimarum quondam civitatum, exempla reſtantur; quorum illis Philippi atque Alexandri; his Cæſaris, atque Auguſti inimica potentia: utriuſque inteſtina perditæ cujuſdam luxuriæ atque avaritiæ vis, ne diutius poſſeſſam per tot ſæcula libertatem retinerent, impedimento fuerunt. Quod autem multo etiam miſerabilius, atque acerbius eſt, non vetus modo Romani Imperii jus, quod antiqua urbis, ac civitatis majeſtate continebatur: ſed ejuſdem etiam memoria nobiliſſimis annalium monumentis impreſſa, fere omnis intercidit, ita ut neque jura, neque leges, neque inſtituta, neque omnino ulla antiquæ Reipublicæ forma jam ſuperſit. Accedit, quod diverſa naturæ conditio per eoſdem homines ea commode inſtaurari non permittit. Ut enim non ab iiſdem & Imperium partum eſt, & Imperii memoria literis conſecrata, ſic nec per eoſdem ſimul & vetera Imperii jura commode reſtitui, & eorum cognitio literarum ope revocari videtur poſſe; ad eam enim rem virtus, ac ſapientia, ad hanc ſtudii quædam aſſiduitas, perpetuaque opera, ac diligentia requiritur. Itaque qui obſoletam prope antiquitatum Romanarum notitiam hodie renovare conentur, fortaſſe multi; qui de vetere civitatis jure, atque imperio retinendo cogitent, præter eos, quibus hæc eſt honeſtiſſima cura ab immortali Deo commiſſa, nulli certe reperiuntur. Quod quidem ad munus cum Veſtra paulo ante Sanctitas ſumma cum omnium gentium ac populorum approbatione, Deique præcipue nutu delecta ſit, incredibile eſt, quantum ego præter ceteros inde voluptatis acceperim; alios enim Chriſtianæ religionis incolumitas, alios Italiæ, quæ ambæ ſummum in diſcrimen adductæ videbantur, ſolicitos habebat: me vero & ea cum aliis graviſſima cura tangebat, & literarum præterea, quas jampridem negligi, atque contemni in Italia cœptas eſſe conſtabat, non levis quædam cum paucis aliquot bonis viris cogitatio commovebat. Quamobrem cum Chriſtianis omnibus, atque Italiæ univerſæ, tum iis præcipue, qui de antiqua literarum laude ſoliciti ſunt, etiam atque etiam gratulor: quod is, quem optabamus, ac votis à Deo perpetuis poſcebamus, & ſalutis auctorem, & dignitatis defenſorem, & omnis antiquitatis inſtauratorem, nobis ſit tandem ſingulari ejuſdem Dei benignitate conceſſus. Atque hujus quidem reliquas præclari muneris partes Veſtræ Sanctitati ita curæ & eſſe, & fore intelligo, ut cum ex iis fundamentis, quæ jacta jam audiuntur, opinionem ſuperet omnium, eandem antiquorum etiam ſtudiorum neglectum antea patrocinium ſuſcepturam eſſe, facile ſperare poſſimus. Id quod quanquam mihi in primis, in ſapientiam ejus admirabilem intuenti, plane perſuaſum ſit, tantus tamen hujus erga optimas artes beneficii meus amor eſt, tantumque ſtudium, ut admonitores quoſdam, minime illos quidem neceſſarios, attamen, ut opinor, in tempore ad Veſtram Sanctitatem mittere auſus ſim. Hi ſunt libri duo, his menſibus à me de antiquo civium Romanorum jure conſcripti; miſi autem non, ut eam erudiant, (quid enim tantam latere ſapientiam poſſit?) ſed ut majoribus occupatam curis modeſte interdum appellent, ut Latinis literis, in quibus nunc unis vetuſti Romani Imperii ſita majeſtas omnis eſt, amiſſam dignitatem reſtituat; quandoquidem honeſtiſſimarum actionum, & pulcherrimorum inſtitutorum monumenta, quæ nobis non ad cognoſcendum ſolum jucundiſſima, ſed ad imitandum etiam utiliſſima videbantur, vel temporum injuris fregit, vel hominum inertia labefecit. Quæ quidem licet ea fortunæ conditione ſint, vix ut ope humana reſarciri videamur poſſe: ſit tamen, neſcio quo modo, ut ſperem, cum Veſtra non jam humana, ſed plane divina auctoritas, quaſi propitium numen aliquod, ad hanc ſe laudem penitus adjunxerit, fore, ut hæc brevi in antiquum ſtatum, & ſplendorem cum ſumma urbis Romæ, ac totius Italiæ dignitate reſtituta videamus. Quam fore Sanctitati Veſtræ curam antiquiſſimam, cum graves, & illuſtres ſuperioris ejus vitæ actiones, tum hæc nova in maximo Eccleſiæ Dei ſacerdotio inſignia ad omnem laudem nuper inita conſilia non dubie pollicentur. Quæ Deum Opt. Max. bonis omnibus conſentientibus, precor, ut ad totius Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, fortunare in perpetuum velit. Sed ad rem aggrediamur.



CAROLI SIGONII
DE ANTIQUO JURE CIVIUM ROMANORUM
LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.
De Cive Romano.



EOrum,(1) qui jura à populo Romano victore eodem, ac libero acceperunt, quatuor, ſi diligenter attendimus, quaſi gradus fuerunt: unus Civium Romanorũ, alter Latinorum, tertius Italicorum, Provincialium quartus. Ex quibus, ut jure Latii civitas Romana, ſic Ita- A lico Latinitas, & Italicum Provinciali honeſtius, & commodius fuit. Hæc autem jura, quando, ut cognitu pulcherrima, ſic vetuſtatis injuria obſcuriſſima hoc tempore ſunt; viſa res eſt digna, in qua illuſtranda omnem meam operam, atque induſtriam collocarem: non ſolùm, ut iis literis, unde præclara hæc monumenta ſumuntur; ſed etiam, ut civili ipſi diſciplinæ,(2) ad quam hæc omnia, tanquam ad ſinem ultimum, referuntur, opis aliquid, atque adjumenti aſſerrem. Quamobrem veteribus omnibus & Latinis, & Græcis monumentis, quæ quidem potui, conquiſitis, ac perluſtratis, doctrinam hanc omnem diutur- B no à me ſtudio collectam, veterumque teſtimoniis, quoad licuit in hoc impedito diſputationis genere, comprobatam, atque pro judicii mei ratione diſpoſitam, in tres partes diſtribui: unam, in qua Civium Romanorum; alteram, in qua Italiæ; tertiam, in qua Provinciarum jura deſcripſi; ſcilicet, ut quem-

illi

(1) Populus Romanus ex abjectiſſimis ortus principiis, infeliciſſimoque locatus in ſolo, egentiſſimuſque omnibus rebus, ita cœpit ſua ſepta proferre, ut confinibus ſuis omnibus ſubactis, totius demum fere Orbis terrarum occupaverit imperium. Rex, dominuſque nationum nationibus omnibus ſuas leges impoſuit. Libertas quoque ceterorum populorum, ſuarumque rerum dominium, poſſeſſione ab arbitrio, decretiſque excelſiſſimi illius populi pendebant. Primi domiti Latini populi ejuſdem ſtirpis, cujus Romani. A Lavinio enim, Albaque, a qua ipſa Roma plurimæ deductæ Coloniæ, indeque plurima ex eadem gente condita oppida. Poſt cum Hetruſcis, cum Samnitibus, cumque aliis finitimis belligeratum, do-

nec

A illi ordinem ad jus Imperii conſtituendum adhibuiſſent, ego in eodem inſtaurando ſervarem. Incipiamus igitur à Civitate, ita ut primùm, quid Civis Romanus fuerit, & quibus, ac quot in rebus jus optimum Civitatis Romanæ conſtiterit, exquiramus: deinde Civium ipſorum diviſiones inter ſe, quæ quidem excelluerint, perſequamur.

Placet igitur Ariſtoteli auctori omnis graviſſimæ quæſtionis locupletiſſimo, omnem, quæ inſtituitur de Cive, & Civitate, diſputationem, à Republica, cujus illa eſt Civitas, oportere deduci; ſcitè ille quidem, & probè. Etenim, ſi Civis eſt pars illius ſocietatis, quæ Civitas appellatur: Civitatis autem deſcriptio quædam Reſpublica exiſtimatur: B profectò cum omnis de Cive oratio ad Reipublicæ quæſtionem eſt referenda, tum verò Reipublicæ ejus, cujus potiſſimùm Civem quærimus, nobis ante eſt ratio cognoſcenda. (3) Qui autem præcepta nobis adhuc de Republica reliquerunt, ii ferè in eo univerſi conſentiunt, ut tres rectas eſſe Reſpublicæ ſtatuant, & tres contra depravatas. In bonis Regem numerant, optimates, & populum; in vitioſis tyrannum, paucorum factionem, & plebem. Bonas autem vocant Reſpublicas, cum ſive a Rege, ſive ab Optimatibus, ſive à Populo benè, ac juſtè, atque ad totius Civitatis utilitatem accommodatè res ipſa publica adminiſtratur: pravas verò, in quibus ſive tyranni, ſive paucorum, ſive plebis libidine, atque utilitate omnia diriguntur. Itaque rectè tyrannum Regi, paucorum factionem optimatibus, plebem populo oppoſuerunt; quod unus uni, pauci paucis, multi multis ita adverſentur, ut ipſi inter ſe non de re leviſſima, ſed de totius Reipublicæ fine diſſentiant. Ut autem rectas illas, quas dixi, vocarunt, ſic quæ ex illis rectis eſſet temperata, atque confuſa, multi optimam eſſe arbitrati ſunt. Cui opinioni Cicero etiam in libris de Republica eſt aſſenſus, cum ſe veterem illam Romanam Rempublicam, quam propter temperationem optimam judicavit, legibus, & inſtitutis informaturum eſſe profeſſus eſt. (4) Quibus ex rebus ſatis in-

nec tota Italia ſubacta eſt. In Siciliam poſtmodum arma tranſvecta, inde in Sardiniam, Hiſpaniamque. Galli quoque Italici domiti. In Africa congreſſus habiti, atque in Græcia, deinde in Aſia, quo omnes aliam poſt aliam Romanum ferre oportuit Imperium. C Cæſar Gallias adjecit, atque Britanniam: Ægyptum, Germaniamque Auguſtus. Atque eo non penetraverunt Romani, quo, vel perpetuæ ſylvæ intercludebant iter, vel immenſa diſtantia defenſionem provinciarum non tolerabat. Tamen de Britannia, Ægypto, Germania nihil egit Sigonius, quia circumſcripto opere ſuo intra fines florentis reipublicæ, quæ poſt dominationem Imperatorum acciderunt, omiſit. Et quamquam Britannia Cæſaris arma ſenſit ante Cæſaris Imperium; tamen, quia eam non in provinciæ formam redegit ille, quam redegit Auguſtus, ſed tributariam tantum fecit Populo Romano, ipſam juſte præterit. Cum igitur Romana Monarchia ſuperiores, ceteraſque omnes longe, non ſolum dignitate, ſed etiam potentia, imperioque ſuperarit, hinc incipit Author D de tot, tantiſque rebus, juribusve dicturus magnificentiſſimum earum rerum apparatum ſtrictim, & velut per tranſennam aſpiciendum proponere. Statim enim profert maximas monarchiæ partes: Populum Romanum ipſum orbis dominatorem, *dominum Regum*, ut ait Cicero pro Dom., *victorem*, atque triumphatorem omnium gentium: Populum Latinum conſanguineum illius benevolentiſſima ſocietate munerum, factorumque donatum: Italicos propter vicinitatem in ſingularem amicitiam, atque conjunctionem receptos: Exteras nationes debellatas, & imperio ſubactas. Quæ itaque ſingulis jura fuerint, ſe dicturum eſſe profitetur; ordinemque ſuum futurum dicit, atque is fuit Romanis in Imperio ipſo adquirendo. Exteros, ſeu ſocios, aut fœderatos, ſeu amicos omiſit, quia cum hi propriè non fuerint de Imperio, E licet alio quodam reſpectu ad illud attinerent, eos non cenſuit commemorare. Ut autem Imperium Romanum à Civitate Romana deſcendit, Civitas autem Romanæ ſunt cives; hinc quærit in primis quis ſit civis Romanus.

(2) Quantum proſit ſtudium antiquitatis ad rectam, ſynceramque legum intelligentiam, uſque ab Alciato in hanc diem demonſtrare conati ſunt ſcriptores innumerabiles. Sed cultum à paucis, a pleriſque eam ob rem omittitur, quod multarum requirente illo lectionem hiſtoriarum, dum illi operam dant, forenſibus nequeunt ſe negotiis inſtruere. Ego autem ita ſentio: nulli eſſe alterum alteri impedimento, ſi quis hoc intelligat: neminem poſſe ſine multo labore fieri ſapientem.

(3) Ariſtotelis Sententia, quæ eſt polit. 3. cap. 1. ita ſe habet: *Cum Civitas ſit compoſitum quiddam, quemadmodum alia tota ex pluribus partibus conſiſtentia, manifeſtum eſt primo de cive eſſe quærendum; nam civitas eſt civium multitudo quædam. Civis autem ſimpliciter nulla alia re definitur magis, quam participatione poteſtatis publicæ judicandi, & decernendi.* C *Omnes enim, qui de quibuſque civitatis rebus deliberant, & decernunt poteſtatem habent. Cum autem gubernatoris reipublicæ, ac legumlatoris totum negotium verſari videamus circa civitatem, res vero publicas videmus ſpecie differre; & alias excellentiores eſſe, alias ſecundas: quæ enim oberraverunt, ac prolapſæ ſunt, neceſſe eſt, ut poſteriores ſint integris, & incorruptis. Quare civem quoque eſſe alium, atque alium neceſſe eſt ſecundum differentiam rerum publicarum. Is autem maxime civis eſt, qui in populari ſtatu eſt civis. In aliis vero ſpeciebus, eſſe quidem poteſt, non tamen neceſſe eſt.* Civitatem autem definit pol. 3 cap. 6. *generum, pagorumque ſocietas vitæ perfectæ, & perſufficientis, hoc eſt bene, & beate vivere.* Rem autem publicam d. cap. 1. *eorum, qui in civitate degunt inſtitutio quædam*, D quam lib. 4 cap. 1. ita explicat: *inſtitutio civitatis circa magiſtratus, honoreſque publicos, quemadmodum debeant impertiri, & in quo poteſtas, authoritaſque ſumma debeat conſiſtere, & quis ſit finis cujuſque ſocietatis.*

(4) Regnum definit Ariſt. d. lib. 3. cap. 5. *cum unus ad utilitatem communem reſpiciens gubernat.* Regem vero cap. 10. *ſecundum legem, & volentibus.* Eth. vero lib. 8. cap. 10. *Non eſt Rex, niſi ex ſe ipſo ſufficiat, omnibuſque bonis excellat; atqui talis eſt, nulla re indiget; quo circa utilitatem non ſibi, ſed ſubditis procurabit. Nam qui hujuſmodi non eſt, ſortitus potius eſt, quam Rex.* Optimates eſſe dicit d. cap. 5. *cum pauci, plures tamen uno, vel ut optimi præſunt, vel ad optimum publicum adminiſtrant.* Popularem ſtatum: *cum multitudo gubernat ad communem utilitatem.* Tyrannos definit, ibid. *Dominatus* E *unius ad proprium commodum intendentis*, & eth. 8. cap. 10. *principatus unius pravitas, cum pravus Rex fiat tyrannus.* Paucorum factio d. cap. 5. *quæ ad opulentorum commodum gubernat.* Et eth. 8. cap. 10. *cum principes præter dignitatem res civitatis diſtribuunt, & omnia, aut pleraque bona ſibi ipſi reſervant, & magiſtratus ſemper iiſdem demandant, divitias plurimi facientes: unde pauci, atque iidem pravi loco optimorum dominantur.* Plebis poteſtas: *cum gubernatio eſt ad commodum egenorum.* Optimam autem reipublicæ temperationem ita deſcribit D. Th. 1. 2. q. 105. art. 1. in corp. *optima ordinatio principum eſt in aliqua civitate, vel regno, in qua unus præficitur ſecundum virtutem, qui omnibus præſit. Et ſub eo ſunt aliqui principantes ſecundum virtutem, & tamen talis principatus ad omnes pertinet, tum quia ex omnibus eligi poſſunt, tum quia etiam ab omnibus eliguntur.*

intelligi poteſt, ut non unum perpetuò fuit Romanæ Reipublicæ genus, ſic nec unam Civium Romanorum rationem extitiſſe. Etenim cum complector animo, nunc unum; (5) modò paucos; (6) plerumque multos (7) Romæ rerum potitos: eoſque modò publica, ple-

tur. Talis enim eſt optima politia bene commixta ex regno, in quantum unus præeſt, & ex ariſtocratia, in quantum multi principantur ſecundum virtutem, & ex democratia, ideſt poteſtate populi, in quantum ex popularibus poſſunt eligi principes, & ad populum pertinet electio principum. Et hoc fuit inſtitutum ſecundum legem Divinam. Nam Moyſes, & ejus ſucceſſores gubernabant populum quaſi ſingulariter omnibus principantes, quod eſt quædam ſpecies regni. Eligebantur autem ſeptuaginta duo ſeniores ſecundum virtutem. Dicitur enim Deuter. 1. tuli de veſtris Tribubus viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos principes: & hoc erat ariſtocraticum. Sed democraticum erat, quod iſti de omni populo eligebantur. Dicitur enim exod. 18. provide de omni plebe viros ſapientes &c. Cicero autem hujus rei meminit in lib. 3. de leg, ubi jura Romana maximam reipublicæ temperationem continuiſſe dicit, quod demonſtrandum ſibi fuerit in illis libris, quos de rep. ſcripſerat.

(5) Ideſt Reges. Regnatum autem Romæ Livio, & Dionyſio conſentientibus annis CCXLIV.

(6) Pauci non ſemel Romæ dominati ſunt. Prima paucipotentia fuit poſt mortem Romuli, cum diviſo centum patrum Senatu in decem decurias, ſinguli in ſingulas decurias creati ſunt, qui ſummæ rerum una præeſſent. Decem imperitantibus, unus cum inſignibus imperii, & lictoribus erat, cujus quinque dierum ſpatio cum finiretur Imperium per omnes ibat in orbem. Hinc fremere plebes, multiplicatam ſervitutem: centum pro uno dominos factos, non ultra autem, niſi Regem, & ab ipſis creatum ſe paſſuros. Quæ cum moveri patres ſenſiſſent, offerendum ultro rati quod amiſſuri erant, decreverunt, ut cum populus Regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres authores fierent. Numa Pompilius Sabinus inclyta juſtitia, religioneque, omni Divini, atque humani juris conſultiſſimus, electus. Quæ creatio fuit anno poſt mortem Romuli, vocato eo ſpatio ab re ipſa interregno: interregibuſque, qui interim imperitarent. Liv. lib. 1. Secunda paucipotentia fuit patriciorum poſt mortem Tarquinii, quæ Cumis contigit apud Ariſtodemum tyrannum. Anno ab U. C. CCLVIII. Ap. Claudio, P. Servilio Coſs., & XV. poſt ejus expulſionem. Tum enim plebi, cui ad eam diem ſumma ope inſervitum fuerat, ut libertatis dulcedine Regem odiſſet, injuriæ a primoribus fieri cœpere. Liv. lib. 2. Tertia fuit ſub ſecundis Decemviris, qui Ap. Claudio authore fuerunt ſumma labes paucipotentiæ A. U. C. CCCIII. Liv. lib. 3. Quarta, Triumviratus Craſſi, Cæſaris, & Pompei A. U. C. DCXCIII. Qui Triumviratus non fuit publica poteſtas, ſed potentiſſimorum horum civium privatæ conventiones, ut quiſque in publicis deliberationibus alter alterius cupiditati opitularetur, & ita maxime quæcunque munera, & provincias inter ſe partirentur: reſque publica ipſorum arbitratu gubernaretur. Dio Caſs. lib. 37. Quinta fuit oppreſſa omnino republica alter Triumviratus Octavii, Lepidi, & M. Antonii A. U. C. DCCX. Hic Triumviratus fuit violentiſſimus omnium paucipotentiarum. Octavium teſtamento à Cæſare in filium adoptatum, heredemque ſcriptum M. Antonius in ſecundis tabulis ſcriptus heres opprimere moliebatur, ut eo ſublato opulentiſſimam Cæſaris hereditatem invaderet. Eum itaque contemnere, laceſſere, atque legem Curiatam, qua Octavius in familiam Juliam tranſiturus erat, jure que hereditaria exerciturus, impedire. Hinc inter utrumque ſimultates, quæ licet privatæ viderentur, ad opprimendam tamen iterum remp. ſtruebantur. Occupat exercitus uterque, Senatuſque Ciceronis opera facit cum Octavio. At M. Antonius ad ſe traducit M. Æmilium Lepidum Galliæ Proconſulem. Demum quiſque ſibi timens, vel ſortem armorum, vel ſententias Senatus, conjurant, pactionibuſque initis Romam cum exercitibus contendunt, Urbeque ſuffocata adhibitis ſuffragiis populi ſe creant Triumviros Reipublicæ conſtituendæ. Qui in magiſtratu teterrimas crudelitates cædibus, proſcriptionibuſque ediderunt.

(7) Creatis poſt ſecundam paucipotentiam A. U. C. CCLX., renovatis poſt tertiam, qua intermiſſi fuerant A. U. C. CCCIV., duobus Tribunis plebis, qui poſt ad decem crevere. Per eos enim, qui ſuus erat juſtus magiſtratus, aſcenſa plebs ad jus cum patriciis æquale, comitia inſtituendo, leges ferendo, tantæ, tamque vehementes cum eis egit contentiones, ut præ multitudine prævalens, eos multoties ſuperarit, atque in Republica dominata ſit. Quibus de rebus belliſſima fuit Ciceronum diſceptatio in Dialogo de Leg. lib. 3. MARCUS *Quare nec Ephori Lacedæmone ſine cauſa à Theopompo oppoſiti Regibus, nec apud nos Conſulibus Tribuni. Nam illud quidem ipſum, quod in jure poſitum eſt, habet Conſul, ut ei reliqui Magiſtratus omnes pareant, excepto Tribuno, qui poſt extitit, ne id quod fuerit eſſet. Hoc enim primum minuit Conſulare jus, quod extitit ipſe, qui eo non teneretur: Deinde quod attulit auxilium reliquis, non modo Magiſtratibus, ſed etiam privatis Conſuli non parentibus.* QUINTUS. *Magnum dicis malum; nam iſta poteſtate nata, gravitas optimatum cecidit, convaluitque jus multitudinis.* M. *non eſt ita Quinte. Non enim jus illud ſolum ſuperbius populo, ſed violentius videri neceſſe erat, quo poſteaquam modice, & ſapiens temperatio acceſſit, converſa lex in omnes eſt.* Q. *At moleſtiſſime ego frater quæro de iſta poteſtate quid ſentias: nam mihi quidem peſtifera videtur; quippe quæ in ſeditione, & ad ſeditionem nata ſit. Cujus primum ortum ſi recordari volumus, inter arma civium, & occupatis, & obſeſſis urbis locis, procreatum videmus. Deinde cum eſſet cito legatus, tanquam ex XII. tabulis inſignis ad deformitatem puer brevi tempore creatus, multoque tetrior, & fœdior natus eſt. Quem enim ille non edidit, qui primum ut impio dignum fuit, patribus omnem honorem eripuit: omnia infima ſummis paria fecit, turbavit, miſcuit? Cum afflixiſſet principum gravitatem, nunquam tamen conquievit? Atque ut C. Flaminium, atque ea quæ jam priſca videntur propter vetuſtatem relinquam, quid juris bonis viris T. Gracchi Tribunatus reliquit? etſi quinquennio ante D. Brutum, & P. Scipionem Conſules (quos, & quantos viros!) homo omnium infimus, & ſordidiſſimus Tribunus plebis P. Curiatus in vincula conjecit, quod ante factum non erat.* (Contentio inter Tribunos & Conſules fuit, ut illis liceret denos quos vellent milites ab exercitu eximere: qua re non impetrata Conſules in carcerem mitti juſſerunt) *Cujus vero Gracchus ruinis, & emiſſis, quos ipſe projeciſſe in foro dixit, quibus digladiarentur inter ſe cives, nonne omnem Reipublicæ ſtatum permutavit? Quid jam de Saturnini ſupplicio, reliquiſque dicam? quos ne depellere quidem à ſe ſine ferro potuit Reſpublica. Cur autem, aut vetera, aut aliena proferamus potius, quam & noſtra, & recentia? Quis unquam tam audax, tam nobis inimicus fuiſſet, ut cogitaret unquam de ſtatu noſtro labefactando, niſi mucronem aliquem Tribunitium exacuiſſet in nos? Quem cum homines ſcelerati, ac perditi non modo ulla in domo, ſed nulla in gente reperirent: gemere ſibi in tenebris reipublicæ perturbandas putaverunt, quod nobis quidem egregium, & ad immortalitatem memoriæ glorioſum, neminem in nos mercede ulla Tribunum potuiſſe reperire, niſi cui ne eſſe quidem licuiſſet Tribuno. Sed ille quas ſtrages edidit? eas videlicet, quas ſine ratione, ac ſine ulla ſpe bona furor edere potuit impuræ belluæ multorum inflammatus furoribus. Quamobrem in iſta quidem re vehementer Sullam probo, qui Tribunis plebis ſua lege injuriæ faciendæ poteſtatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit. Pompejumque noſtrum ceteris rebus omnibus ſemper ampliſſimis ſummiſque efferre laudibus; de Tribunitia poteſtate taceo; nec enim reprehendere libet, nec laudare poſſum.* M. *Vitia quidem Tribunatus præclare Quinte perſpicis, ſed eſt iniqua in*

omni

Digitized by Google

plerumque privatæ utilitate omnia eſſe metitos invenio. Primum enim Reges (8) Rempublicam tenuerunt, tum tyrannus: (9) quo urbe pulſo, paucorum patriciorum invaſit factio: (10) qui cùm in plebem omni honorum aditu interdicto, impotentius dominarentur; eandem eo deduxerunt, ut non ante ſeditionibus in urbe agitandis conquieverit, quam & ipſa in partem Magiſtratuum, & totius Rei- A publicæ venerit. (11) Tum verò inducta eſt illa, quam Scipio apud Ciceronem (12) laudibus in cœlum extulit, Reipublicæ temperatio. Qua deinde per Grachos (13) Tribunos plebis tentata, per reliquos omnino labefactata, ad plebem ſumma Reipublicæ recidit. Cujus tandem opibus fretus C. Cæſar perditum unius dominatum invadere non dubitavit. (14) Ex quo fit, ut varias Reipublicæ formas varia etiam

omni re accuſanda, prætermiſſis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio. Nam iſto quidem modo vel Conſulatus vituperabilis eſt, ſi Conſulum, quos enumerare nolo peccata collegeris. Ego enim fateor in iſta poteſtate ineſſe quiddam mali, ſed bonum quod eſt quæſitum in ea ſine iſto malo non haberemus. Nimia poteſtas eſt Tribunorum plebis: quis negat? ſed vis populi multo vehementior, multoque ſævior: quæ ducem quod habet, interdum lenior eſt, quàm ſi nullum haberet. Dux enim ſuo periculo progredi cogitat, populi impetus periculi rationem ſui non habet. At aliquando incenditur: & quidem ſæpe ſedatur. Quod enim eſt tam deſperatum Collegium, in quo nemo è decem ſana mente ſit. Q. ſed non valuit ſana interceſſio Collegæ poſtquam per ipſum Tiberium Gracchum, non ſolum vetitus, ſed etiam ſublimus interceſſor fuerat. M. Quid enim illum aliud perculit, niſi quod poteſtatem intercedendi Collegæ abrogavit? ſed tu ſapientia majorum in illa vide. Conceſſa plebi à patribus iſta poteſtate arma ceciderunt, reſtincta ſeditio eſt: inventum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint, in quo uno fuit Civitatis ſalus. At duo Gracchi fuerunt; & præter eos quamvis enumeres multos licet, cum deni creantur, nullos in omni memoria reperies perniccioſos Tribunos: leves etiam nunc: bonos fortaſſe plures. Invidia quidem ſummus ordo caret, plebes de ſuo jure periculoſas contentiones nullas facit. Quamobrem aut exigendi Reges non fuerunt, aut plebi re non verbo danda libertas, quæ tamen ſi data eſt, ut multis præclariſſimis adduceretur, ut auctoritati principum cederet. Noſtra autem cauſa, quæ optime, & dulciſſime frater incidit in Tribunitiam poteſtatem, nihil habuit contentionis cum Tribunatu; non enim plebs incitata noſtris rebus invidit, ſed vincula ſoluta ſunt, & ſervitia incitata, adjunctu terrore etiam militari. Neque nobis cum illa tum peſte certamen fuit, ſed cum graviſſimo reipublicæ tempore, cui ſi non ceſſiſſem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tuliſſet. Pompejum vero, quod una ista in re non ita valde probas, vix ſatis mihi illud videris attendere, non ſolum ei, quid eſſet optimum videndum fuiſſe, ſed etiam quid neceſſarium. Senſit enim deberi non poſſe huic Civitati illam potestatem: quippe quam tanta opera populus noſter ignotam expetiſſet, qui poſſet carere cognita?

B

C

D

(8) Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius, Ancus Marcius, L. Tarquinius Priſcus, Servius Tullius.

(9) L. Tarquinius cognomento Superbus.

(10) Hæc autem eum cœpit, simul ac ſit poſt mortem Tarquinii, qui Cumis conſiguit apud Ariſtodemum tyrannum.

(11) Poſt Tribunos plebis. Quorum creandorum lex fuit: *Ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio adverſus Conſules eſſet: neve cui patrum capere eum magiſtratum liceret.* Liv. lib. 2. Poſt hos itaque Tribunos ita æquata Civitas eſt, ut quiſque Civis maxime eſſet, & plene Civitate poteretur. Per eos leges plebis fieri, quæ plebiſcita nuncupata, quibus totus populus, quapropter & patres teneri latum eſt. Liv. lib. 3. Per eos communicata inter patres, & plebem, quæ ante vetabantur, connubia. Liv. lib. 4. Communicati omnes Magiſtratus. Conſules, Prætores, Dictatores, Cenſores; Sacerdotes quoque, atque Pontifices, Auguresque, qui ante patres tantum creabantur, poſt & ex plebe facti. Primus ex plebe Pontifex maximus fuiſſe dicitur T. Coruncanius circa annum U. C. D. Epit. Liv. lib. 18. Primuſque is fuit, qui juris ſcientiam Romæ publicæ profeſſus eſt. Pomp. in L. 2. § juris ſcientiam D. de orig. jur. Nam cum ante ea ſcientia apud Pontifices eſſet,

E

quam inter ſeſe, patricioſque ſumma vigilantia cuſtodiebant Cic. pro Mur. Coruncanius primus ex plebe Pontifex ejus populo fecit poteſtatem. Ædiles quoque plebis ſecundum Tribunos creati, qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat. d. L. 2. §. poſt deinde in fin. D. de orig. jur.

(12) Lib. 3. de leg., cujus verba ſunt: *hæc eſt enim, quam Scipio laudat in libris, & quam maximè probat temperationem Reipublicæ.*

(13) Summa Gracchorum hiſtoriæ apud Epit. Liv. lib. 58. *Tiberius Sempronius Gracchus Tribunus plebis cum agrariam legem ferret adverſus voluntatem Senatus, & Equeſtris Ordinis, ne quis ex publico agro plus quàm decem jugera poſſideret, in eum furorem exarſit, ut M. Octavio Collegæ cauſam diverſæ partis defendenti poteſtatem lege lata abrogaret, ſeque, & fratrem Gracchum, & Ap. Claudium ſocerum triumviros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit & aliam legem agrariam: quo, ſi quis latius agrum patefaceret, ut iidem triumviri judicarent, qua publicus ager, qua privatus eſſet. Deinde cum minus agri eſſet, quam quod dividi poſſet, ſine offenſa etiam plebis, quoniam eos ad cupiditatem amplam modo ſperandi incitaverat, legem ſe promulgaturum oſtendit ab id, ut iis, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quæ Regis Attali fuiſſet, divideretur. Heredem autem Populum Romanum reliquerat Attalus Rex Pergami Eumenis filius. Tot indignationibus commotus graviter Senatus, ante omnes C. Antonius Conſul, qui cum in Senatu in Gracchum peroraſſet, raptus ab eo ad populum, delatuſque plebi, rurſus in eum pro roſtris concionatus eſt. Cum iterum Tribunus plebis creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Naſica in Capitolio à primatibus occiſus eſt, ictus primum fragmentis ſubſelliorum, & inter alios, qui in eadem ſeditione occiſi erant, inſepultus in flumen projectus eſt.* Hæc contigerunt A. U. DCXX & DCXXI.

Item lib. 59. *Seditiones à Triumviris Fulvio Flacco, C. Graccho, & C. Carbone de agro dividendo creatis excitata, quibus cum P. Scipio Africanus adverſaretur, fortiſque, & validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt. Suſpecta fuit, tamquam venenum ei dediſſet, Sempronia uxor: hinc maxime quod ſoror eſſet Gracchorum, cum quibus ſimultas Africano fuerat. De morte tamen ejus nulla quæſtio acta, quo defuncto ſeditiones triumvirales acrius exarſerunt.* Hæc acciderunt triennio poſt mortem T. Gracchi.

Item lib. 60. *C. Gracchus Tiberii frater Tribunus plebis eloquentior, quam frater perniccioſas aliquas leges tulit, inter quas frumentariam, ut ſemiſſe, & triente frumentum plebi daretur: alteram, legem agrariam, quam frater ejus tulerat: tertiam, qua Equeſtrem Ordinem cum Senatu conſentientem corruperat, ut ſexcenti ex equitibus in Curiam ſublegerentur, & quia illis temporibus trecenti Senatores erant, ſexcenti equites, ut trecentis Senatoribus admiſcerentur, id eſt, ut Equeſter Ordo bis tantum virium in Senatu haberet, & continuato in alterum annum Tribunatu, legibus agrariis latis effecit, ut complures coloniæ in Italia deducerentur, & una in ſolo diruta Carthaginis, quo ipſe Triumvir creatus deduxit.* Hæc geſta A. U. DCXXX. & DCXXXI.

(14) De hujuſmodi mutandarum Civitatum facilitate, ſic ait Ariſt. Pol. lib. 3. cap. 11. *Ob hoc forſan Reges ab initio repertus eſt, quod difficile erat viros plures excellentes virtute reperiri, præſertim cum tunc Civitates parvæ forent. Præterea ob beneficia accepta Regem creavere, quod opus eſt bonorum virorum. Sed cum poſtea contingeret, ut plures pari virtute reperirentur, non amplius toleraruut Regem, ſed commune quiddam quærentes rempublicam conſtituere. Cum verò deteriores facti*

Digitized by Google

facti lucrum ſibi quærerent ex gubernatione reipublicæ, paucorum bine potentiam exortam fuiſſe credendum eſt. Honorabant enim divitias: ex bis verò in tyrannides tranſire: ex tyrannidibus rurſus ad plebem, ſemper enim ad pauciores redigentes propter quæſtus cupiditatem multitudinem corroboraverunt, ut tandem inſurgens multitudo ad popularem ſtatum Civitates redegerit. Et Cic. lib. 2. de Divin.: *ad enim ipſum à Platone philoſophiaque didiceram, naturales eſſe quaſdam converſiones Rerumpublicarum, ut eæ tum à Principibus teneantur, tum à Populis, aliquando à ſingulis.*

Ut autem ad Cæſarem revertamur. Icto triumviratu inter ipſum C. Julium Cæſarem, M. Licinium Craſſum, & Cn. Pompejum A. U. C. DCXCIV., ita ſummæ Reipublicæ dominati ſunt, ut rebus omnibus inter ſe partitis, omnia fierent ipſorum arbitrio. Conſpiratio hæc fuiſſe dicitur in Rempublicam Cæſaris, quam invadere meditans, in primis maximos duos Principes Civitatis ſibi conjunxerit. Cum enim inter Pompejum, & Craſſum multæ ſimultates intercederent, ita utrumque alteri reconciliavit, ut utrumque ſibi implicaverit. Dio Caſſ. lib. 37. In hanc rem Epit. Liv. lib. 103. *C. Cæſar Luſitanos ſubegit, eoque Conſulatus candidato, & captante Rempublicam invadere, conſpiratio inter tres Principes Civitatis facta eſt, Cn. Pompejum, M. Craſſum, & C. Cæſarem.* Cæſari in quinquennium Illyricum datum, atque utraque Gallia à Senatu, & à Populo: poſt utraque Gallia, & Germania in aliud quinquennium. Craſſo Syria, & Parthicum bellum. Pompejo Hiſpania. Dio lib. 38. Epit. Liv. lib. 105. Craſſus à Parthis interfectus. Pompejus domi etiamſi quandoque abfuerit, ita dominabatur, ut etiam abſens, & ſolus Conſul factus fuerit, quod ante id tempus acciderat nulli. Cæſar Gallias omnes devicit, Germanos invaſit, Britanniam domuit. Lex Romæ erat, ne quis abſens Conſul crearetur: ſi quis aſpiraret, dimiſſis exercitibus, privatus Romæ peteret. Lex lata Conſule Pompejo, ut ratio abſentis Cæſaris in petitione Conſulatus haberetur. Poſt Pompejus domi rerum potitus, metuens Cæſarem reverſum, & Conſulem, cujus maximum expertus fuerat ingenium, ſuccenſenſque gloriæ ejus ampliſſimæ militari, à Cæſare ſe avertere, omniaque ejus commoda impedire inſtituit. Petiit Cæſar abſens lege fretus Conſulatum. Tum adverſari Pompejus; Senatum, Populumque incitare in Cæſarem. In urbe ipſe non erat, exercitum tamen ſub ipſis mœnibus habebat. Per Coſs. L. Cornelium Lentulum, & M. Marcellum, alioſque ſibi conſentientes, atque per Cæſaris inimicos, inter quos maximè M. Porcium Catonem, qui poſt Uticenſis cognomine dictus eſt; Cicero autem nondum redierat à Ciliciensi provincia; Senatum de ſe deliberantem turbare, liberaſque, paraſque ſententias impedire, atque totis viribus Cæſarem labefactare cœpit. Ad arma res deducebatur, cum Cæſar propoſuit, ut uterque, ideſt ipſe, & Pompejus, ab exercitibus diſcederet, reſque liberis Senatus, populique ſententiis diſcutienda relinqueretur. Reſpuitur res, multaque in Cæſarem ſiunt Senatus conſulta. Nonnulli Tribuni plebis intercedentes Senatu moventur, atque armis notantur, qui ſuæ ſalutis cauſam ad Cæſarem profugiunt. Ad extremum illud, atque ultimum Senatus Conſultum prorumpunt, quo niſi penè in ipſo Urbis incendio, atque deſperatione omnium ſalutis nunquam ante diſceſſum eſt: *dent operam Coſſ. Prætores, Tribb. plebis, quique Proconſules ſunt ad Urbem, ne quid reſpublica detrimenti capiat.* Itaque delectus tota Italia in Cæſarem habentur. Pompejo reipublicæ defenſio mandatur: arma imperantur, pecuniæ à municipiis exiguntur, & à fanis tolluntur; omnia divina, & humana jura permiſcentur. Cæſar beneficio legis, quæ ipſo authore Pompejo lata fuerat, ſpoliatus: impotentia Pompeji videns rempublicam oppreſſam, Tribunos plebis ex Urbe ejectos; Senatum, totamque Civitatem, vel aſſentationibus, vel iniquis decretis, vel exercituum terrore in ſervitutem abduci; apud milites, quos Arimini habebat, concionatus ad perſequendum Pompejum profectus eſt. Eum Brun-

duſii obſedit, cujus in Græciam fugientis duos Hiſpanienſes exercitus in Hiſpania eò interim divertens devicit; ad Pharſalum debellavit; fugientem eum in Ægyptum periecutus eſt, atque eo ibi ab illo Rege occiſo, Regem quoque illum arte vicit, quo in fuga mortuo, illud regnum Cleopatræ attribuit. Pharnacem Regem Ponti rebellantem incredibili celeritate ſuperavit. In Africam inde tranſvolans, P. Cornelium Scipionem cum infinita Romanorum nobilitate, atque Juba Mauritaniæ Rege maxima felicitate uſque ad internecionem profligavit; atque iterum in Hiſpaniam profectus reliquias civilis belli Sex. & Cn. Magni filiis Pompejis reſtaurati uno prælio ad Mundum confecto diſſipavit. Romæ igitur, Romanique imperii, reique totius publicæ potitus, totam reipublicæ adminiſtrationem ſuſcepit. Sed poſt ad innumeros à Senatu, & à populo, infinitoſque, atque ad regios, divinoſque etiam honores provectus, Imperatorque ſingulari, novoque titulo, qui poſt ad ſucceſſores manavit, conſtitutus, nonnullius inſolentiæ factus, occiſus eſt à pluribus in Curia Pompeji conjuratis Senatoribus. Poſt Cæſarem renovatum bellum civile inter C. Octavium Cæſaris ex ſororis filia nepotem, heredemque teſtamento inſtitutum, atque in ejus nomen adoptatum, & M. Antonium. Poſt multas cædes ad novam inter eos in rempublicam conjurationem ventum eſt, admiſſo etiam M. Lepido alio reipublicæ duce. Triumviratu inito, iterum ad arma deſcenſum. Prius ab Octavio, poſt Cæſaris adoptionem Octaviano nuncupato, victus Lepidus, deinde ad Actium M. Antonius. Atque ita ſolus is Romæ regnavit, qui Auguſtus à Senatu appellatus eſt. Imperiumque Romanum inde ad unum ſemper traductum. Hæc omnia habentur apud Dion. Caſſ. lib. 40. & ſeqq. Epit. Liv. lib. 129. & ſeqq. Cæſ. in Comm. Ceterum orta quæſtio eſt: an Cæſar per tyrannidem rempublicam occupaverit. Ita ſentiunt omnes Scriptores. Mihi contra videtur. Nam quamquam Ariſtoteles pol. lib. 3. cap. 11. ſenſerit, ut *ſi ſit inſuper majoribus civitatibus non facilè ſit aliam, quàm popularem gubernandi ſpeciem remanere;* non ita tamen in maximis imperiis. Cum enim in iis ampliſſimæ ſint dandæ magiſtratibus provinciæ, exercituſque permaximi; ut quiſque tendit ad altiſſima merita, ita potentiſſimas æmulationes, rivalitateſque in ſe concitat; atque hinc civilia bella naſcuntur; neque enim oſtraciſmus rationem habet ſecundum ipſum Ariſtotelem eodem lib. cap. 3., & ſæpe civitatibus multo is fuit periculo, ut Coriolanus Romæ ipſi, aliique in Græcis, aliiſque civitatibus; M. verò Furio Camillo exule Roma prope delete eſt. Cæſaris præſtantiſſima virtus, ampliſſimaque in rempublicam geſta, Cic. ad Att. lib. 7. ep. 25., infenſam ei fecerunt Pompejum, maximamque partem nobilitatis, qui prædicantes reparationem reipublicæ ſuſcipere, eam factionibus dilaniarunt, atque omnia per vim adminiſtrantes, ipſas peſſumdederunt reipublicæ leges. Cæſari, & propriam, & legum, & reipublicæ defenſionem verè ſubſumenti, quid ſuperatis factionibus agendum? Procuratione abſtinuiſſet in irreparabile debilitatam adeò civitatis excidium? Igitur procuratio ejus non tam juſta fuit, quàm neceſſaria. Nam ſi Ariſt. d. cap. 9. etiam in civitatibus minoribus, & ante omnes factiones excellentiſſimo ait virtutibus regnum eſſe permittendum; *non enim,* inquit, *dicendum eſt, ut talis vir ſit de civitate pellendus; at qui neque gubernationi aliorum erit ſubjiciendus; proinde idem eſt, ac ſi qui Jovem gubernare velint poteſtatem dividentes. Reſtat ergo, ut videtur, naturam hujus talem eſſe, ut omnes ſponte ſua illi parere debeant, itaque hujuſmodi quidem homines reges eſſe perpetuos in civitatibus.* Quid in imperio tam vaſto, indiſſipata, fractaque civitate? Cicero ipſe infenſiſſimus Cæſaris inimicus, quo nemo illum acerbioribus ſcriptis perſecutus eſt, fatetur tamen, & integra republica ei concedendas, quas petierat adminiſtrationes, & poſt victoriam ſine eo rempublicam ſtare non potuiſſe. Prima de re plurics, & ad Att., & in Phi-

A etiam Civium genera ſint conſequnta. (15) Etenim, quod ſcribit Ariſtateles, (16) in quibus ſubjectæ res ita differunt, ut hæc ſit prima, illa ſecunda, alia tertia: in iis aut nihil omnino, quatenus tales ſunt, aut certè via aliquid reperiri commune poteſt. Reſpublicas autem inter ſe differre, & perditas bonis eſſe poſteriores videmus. Quanquam autem Romanæ Reipublicæ ſtatus ſæpe mutatus eſt, nunquam tamen niſi duas mihi formas ipſa habuiſſe Civitas videtur: unam cum unius, aut paucorum; alteram, cum multorum in poteſtate res fuit. Ut enim Regibus, & Patriciis dominantibus plebs honoribus caruit; ſic iiſdem facilè, rerum potiente populo, abundavit. (17) Itaque, ut in illis rebuſpublicis opifices, & ſellularii Civium è numero excludebantur; ſic in his optimum etiam jus Civitatis aſſequebantur. Quocirca nos, qui Civem Romanum, qui optimo jure Civis ſit, hoc loco quærimus, primam illam vel Regum, vel Patriciorum Rempublicam in Civis Romani definitione inveſtiganda relinquemus: (18) ad eam verò, quæ æquatis cum plebe, maximè poſt bellum Tarentinum, (19) honoribus eſt inducta; nec poſt, niſi Imperatoribus

B lippic., quæ quamquam eo tetendiſſe videntur ad bellum civile declinandum: Pompejum tamen certè deſinit, & Cæſare turbolentiorem, Syllanæque crudelitatis apprimè ſtudioſum, ut in ep. 10 lib. 9. ad Attic, ſine conditione autem principem civitatis obſervandum fuiſſe ait in epiſt. 6. ad Cæcin. famil lib. 6 De altera præterquam in orat. pro M Marcello, in qua Cæſari aſſentatus dici poteſt, animadvertenti tamen verum ſtatuiſſe cognoſcetur, prompſit etiam ad Pær. ep. 17 fam. lib 9. reip. illum tum ſtuduiſſe: impediri autem quod cum multis ſa colligaſſet: quod non Cæſaris factum eſſet, ſed armorum, atque victoriæ, ut in d. ep 6. lib. 6. fam. Plurima de Cæſaris virtutibus in rebus gerendis, civitatibuſque tum regendis, tum temperandis, de animi magnitudine, aliiſque principe dignis; nemo autem vitiis cupetiem oſtenare ſe poteſt, eoque tempore nullum concedit bonum, optimatemque in republica Cic. ad Attic. lib 8. ep ult, & lib. 9. ep. 1., poſſem aſſerre, quorum frequentiſſima ampliſſimaque ſunt monumenta. Sed clementia cum ſit principis, nemo eo clementior Cic. ead. ep. 6 neminem enim quantumcumque inimicum, perfidum, detractorem predidit, ſed omnes conſervavit. Quod autem Romanum imperium propter nimiam eſtrenutamque Magiſtratuum libidinem jam principe indigeret, præter Dio. Caſſ lib. 44. in princ., profert Corn Tacit. Ann. lib 1., ubi: *neque provinciæ*, inquit, *illum rerum ſtatum*, idest Monarchicum, *abnuebant*, *ſuſpecto Senatus*, *populique imperio ob certamina potentium*, *& avaritiam Magiſtratuum*; *invalido legum auxilio*, *quæ vi*, *ambitu*, *poſtremo pecunia turbabantur*. Nemo autem Cæſari comparandus, quem nemo vicit, D omnes is ſuperavit. Et Pompejum affirmat Cicero ad Att. lib. 8. ep. 15 non modò *avaritiam* ..., verum & ... Cato verò Curioni turpiter vacuam ceſſit ſibi à Pompejo Siciliam commiſſam Cic ad Att. lib 10. ep. 18., neque in Africa, quid dignum ſuſcepit, niſi, tradito Scipioni exercitu, dimiſſoque in Hiſpaniam Cn. Magni F Pompejo, ſibi mortem conſciſcere. Quod ſi reſpublica principatum expetebat; Cæſar verò, & princeps virtutibus, & dignus unicè principatu, renſeo non per tyrannidem imperium ab eo occupatum, ſed ſublatis factionibus juſtè eum, pieque imperaſſe.

(15) Cic. lib. 3 de leg. ſcribit: *Magiſtratibus*, *iiſque qui præſint conſtare rempublicam*, *& ex eorum compoſitione*, *quod cujuſque reipublicæ genus ſit intelligi*.

E (16) Ejus verba in lib. 3 pol. cap. 1. ſunt: *nec latere nos debet*, *quod in rebus*, *quarum ſubjecta differunt ſpecie*, *& aliud eorum eſt primum*, *aliud ſecundum*, *aliud conſequens*, *aut omnino nihil eſt*, *quæ alia ſint*, *commune*, *aut vix*. *Reſpublicas autem videmus ſpecie differre*, *& alias eſſe poſteriores*, *alias priores*. *Quæ enim aberraverunt*, *ac prolapſæ ſunt*, *neceſſe eſt*, *ut poſteriores ſint integris*, *& incorruptis*. *Quare civem quoque eſſe alium*, *atque alium neceſſe eſt ſecundum differentiam rerumpublicarum*.

(17) Poſt inſtitutam Plebis Tribunatum.

(18) Hanc definitionem, niſi patriis civibus componere non poſſumus. Nam priſtinis temporibus apud Regem ſummum erat omnium rerum imperium, præterquam ſi quæ, aut patriciis, aut plebi committendum putaverat. Senatui conſilium ad bene, rectèque rempublicam adminiſtrandam attributum fuerat. Patriciis omnes Magiſtratus, Sacerdotiaque, atque judicia. Plebi, ſeu populo jus eligendi magiſtratus, legum condendarum, belli, paciſque decernandæ, atque ſupremæ appellationes etiam poſt Reges ipſos, quæ tamen omnia rata erant, ſi Senatus probaſſet. Expulſis Regibus ſummum imperium in Conſules tranſlatum, reliquorum nihil mutatum.

(19) Prima Tribunorum contentio ad extollendam plebem fuit, ut plebi ipſi jus eſſet ſuis comitiis leges ferre, quæ plebis-ſcita nuncupata fuerunt; unde illud primum apud Dionyſium lib 7 plebiſcitum A. U. C. CCLXI T Gegano Macerino, P. Minucio Coſ., atque altero conceſſi Tribunatus anno: *Tribuno concionem ad populum habenti nemo contraria oratione adverſator*, *neve dicentem interpellato*: *ſi quis contra fecerit*, *vades Tribunis dato*, *ſe*, *ſi in judicium fuerit vocatus*, *ſoluturum multam*, *quam ei irrogarint*. *Qui vades non dederit morte multator*, *ejuſque bona ſacra ſunto*: *ſi quid controverſiæ hujuſmodi multarum cauſa inciderit*, *judicia penes populum ſunto*. Altera contentio fuit inſequenti anno, ut de omnibus civibus etiam patriciis plebi per tributa comitia eſſet judicandi poteſtas, quam tum primum obtinuit in judicio Marcii Coriolani apud eundem Dionyſium. Tertia fuit, ut Decemviri legum condendarum promiſcuè legerentur, & ex patribus, & ex plebe. Primò Decemviratu id non obtinuerunt: altero Ap. Claudius conceſſit, ut ſibi plebem ad perpetuam, quam affectabat, dominationem conciliaret, creatis eum ipſo, & Q. Fabio Vibulano, M. Cornelio Malug nenſe, M. Sergio, L. Minucio Augurino, T. Antonio Merenda, Manio Rabulejo Patribus, Q. Pœtilio, Cæſone Duilio, Sp. Oppio Cornicenſi Plebejis A. U. C. CCCIII. Dionyſ. lib. 10. Poſt de connubio patrum, & plebis, quod diremptum erat eo XII. tabb., & ſimul ſeu de patribus, ſeu de plebe Conſulibus faciendis. Alterum ſtatim obtinuerunt A. U. C. CCCVIII. M. Genucio, & C. Curtio Coſ. ſecundum Livium lib. 4. Alterum dilatum, ſed interim conceſſum, ut per Tribunos Militares conſulari poteſtate ex patribus, & ex plebe legendis reſpublica gereretur, quod fuit anno CCCIX. Nullus autem tum primum plebejus lectus Tribunus Militaris, ſed tres omnes lecti patricii, Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cæcilius. Hac altitudine animi uſa plebe, quæ contenta, quod ratio plebejorum habita eſſet, nullum tamen eo ſuo, quamvis multi peterent, patrum dignitati antetulit. Liv ead lib 4. Decurſu tamen rei, non ceſſantibus Tribunis ſegnitiem plebi exprobrare, & ex plebe facti Tribuni Militares. Primus omnium fuit P. Licinius Calvus cum P. Manlio, P. Titinio, P. Melio, L. Furio Medullino, L. Poplio Volſco patriciis A. U. C. CCCLIII, XLVI. poſt inſtitutam actionem. Liv lib. 5. & 6. Conſulatum demum obtinuit plebs A U. C. CCCLXXXVII., LXXX. anno poſt primam mentionem, creato primum Conſule Plebejo L. Sextio cum L. Æmilio Mamerco patricio, Liv. lib. 6. & 7. Quinta Tribunorum plebis actio fuit de Quæſtoribus, qui cum ante duo tantum eſſent Urbani, duo autem adjiciendi eſſent, qui Coſ. ad miniſteria belli præſto eſſent, petitum, ut promiſcuè & ii legerentur.

bus (20) omnia ex libidine adminiſtrantibus, commutata, omnem noſtram hanc diſputationem accommodabimus.

Quod igitur in libris ſuis de Republica præclarè ſcripſit Ariſtoteles, Civium alios aliqua ex parte; alios omnino Cives eſſe, id in Republica etiam Romanorum veriſſimum eſſe deprehenditur. Nam cum varia Civium Romanorum jura fuerint, qui omnia obtinuerunt, optima: qui aliquot, ii non optima lege Cives Romani fuerunt. Mihi verò in hanc quæſtionem accuratius intuenti, qui Civis Romani præclarum hoc nomen uſurparunt, liberi homines videntur fuiſſe, qui urbem, agrumve Romanum inhabitarint. Ex quibus is mihi demum optima lege Civis Romanus videtur, qui domicilium, qui tribum, qui honorum poteſtatem ſit adeptus. Nam qui Civem Romanum domicilio tantùm, aut tribu, aut honore definiunt, quanquam alius alio magis, tamen nemo huic quæſtioni cumulatè ſatisfacit. Is enim demum optima lege Civis Romanus judicatur, qui non domicilium ſolum, ſed tribum etiam, & honorum petitionem eſt conſecutus. Domicilium enim etiam inquilini, (21) & tribum libertini obtinue-

rue. Prima actione, quæ fuit an. CCCXXXII. Cn. Fabio Vibulano, T. Quintio Capitolini F. Capitolino Coſſ. non obtinuerunt XII. poſt annis, id eſt CCCXLIV. Cn. Cornelio Coſſo, L. Furio Medullino II. Coſſ. tres plebeji facti Quæſtores Q. Silius, P. Ælius, P. Pipius cum C. Fabio Ambuſto patricio. Liv. lib. 4. Sexta, cujus biennio ſunt compotes facti fuit Decemviratus ſacrorum; cum enim duo eſſent, ut decem crearentur, quinque patrum, quinque plebis obtinuerunt. Res propoſita Anno CCCLXXXIII. Q. Servilio III, M. Cornelio Maluginenſe, A, & M. Corneliis, Q. Quinctio, M. Fabio Tribb. Milit., obtenta inſequenti anno, T. Quinctio, Ser. Cornelio, Ser. Sulpicio, Sp. Servilio, L. Papyrio, L. Veturio Tribb. Milit. Liv. lib 6. Inde omnes magiſtratus promiſcui facti, & ut etiam uterque Conſul Plebejus aliquando factus fuerit, ut Anno DXXXV. T. Sempronius Gracchus, M. Claudius Marcellus II. Liv. lib. 23. Ubi licet Marcellus, quoniam vitio creatus fuerat, ſe magiſtratu abdicavit, cui ſuffectus eſt Q. Fabius Maximus III, tamen An. DLXXXI. C. Popilius Lænas, P. Ælius Ligus uterque plebejus magiſtratum, & ceperunt, & geſſerunt, ut meminerunt Capitolinæ Tabulæ: quinimo refert Liv. lib 7. in fin. legem quondam fuiſſe latam, *ut liceret Coſs. ambos plebejos creari*. Primus Dictator plebejus C. Marcius Rutilius, Anno CCCXCVII. M. Fabio Ambuſto II., M. Popilio Lænate II. Coſs. Liv. lib. 7. Primus Magiſter Equitum plebejus C. Licinius creatus à Publio Manlio Dictatore Anno CCCLXXXIV. poſtremo, quem retulimus, Tribunatu militari. Liv lib 6. Primus Cenſor plebejus C. Marcius Rutilius idem, qui fuit primus ex plebe Dictator An. CDII. C. Sulpicio Petico V., T. Quinctio Peto Cincinnato Coſs. Liv. lib. 7. Primus ex plebe Cenſor, qui luſtrum condidit, collega ſuo ſuperato, Pub. Domitius An. CCCCLXXIII. P. Valerio, Tib. Coruncanio Coſs. Liv. lib. 13. Primus Prætor plebejus Q. Pub. Philo, An. CCCCXVI. C. Sulpicio Longo, P. Ælio Peto Coſs. Liv. lib 8. Sacerdotes quoque, Pontifices, & Augures pariter ex plebe lege facti An. CCCCLIII. M. Valerio Corvino V., Q. Appulejo Panſa Coſs. Pontifices plebeji quatuor creati P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilius, M. Livius Denter: Augures quinque C. Genucius, P. Ælius Pætus, M. Minucius Feſſus, C. Marcius, T. Publilius. Liv. lib. 10. Et primus Pontifex Maximus ex plebe Tib. Coruncanius D. circiter Romæ anno. Cum autem hæc fuerint, præter Coruncanii Pontificatum ante bellum Tarentinum, quod cœpit A.U.C. CCCCLXXII. L. Æmilio Barbula, Q. Marcio Philippo Coſs., malè videtur, dicere Author, æquatam maximè civitatem poſt illud bellum. Sed optimè loquitur; nam ante id bellum, non tam jus ad magiſtratus maximis contentionibus quærendum fuerat, quam identidem ipſa lectio. Poſt id bellum aſſuefactis ordinibus res demum pacatè proceſſit, aliis etiam nonnullis ſedatis; quapropter adjicit etiam Author: *tum demum MAXIME civitatem æquatam*.

(20) Non videtur imperium ab Imperatoribus, niſi qui impii fuerunt, ex libidine adminiſtratum. Nam ſtatim, ac Cæſar juſtè ſuſcepit reipublicæ adminiſtrationem, neceſſe erat, ut omnia, ſumma maximè, ab ejus authoritate penderent; multa itaque cum Senatu, cum populo, multaque ſine illis agi. Non pro libidine tamen, ſed ut in tanta diſſolutione bonæ videbatur. Auguſtus ferociſſimis jam peremptis rectiorem in ordinem pro neceſſitate imperium redegit. Tiberius turbolentiſſima, ſanguinolentaque populi ad magiſtratus creandos comitia ſuſtulit, optimoque conſilio ad Senatum, per quem ipſo principe magiſtratus crearentur, reique publicæ conſuleretur. Tac. Ann. lib. 1. Lege autem confirmatum imperium, & tum cum Cæſar reipublicæ Imperator nova ratione nominatur eſt, & cum idem ſervatum Auguſto: & tum cum Auguſtum ſimulantem imperium deponere, *omnes eum verbis precati ſunt, ut ſolus imperii ſummam gereret*. Dio Caſs. lib. 53. Quod & factum Tiberio à Senatu: *unum eſſe reipublicæ corpus, atque unius animo regendum*. Tacit. d. lib. 1. Propterea Salvator Mundi juſtam indicans Imperatorum poteſtatem dixit Pilato: *Non haberes poteſtatem adverſum me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper*: Jo. 19, ubi D. Auguſt.: *talem quippe Deus dederat illi*, idest Jeſu, *poteſtatem, ut eſſet etiam ſub Cæſaris poteſtate*. Id confirmatur ex omnibus reipublicæ honoribus in Imperatoribus coactis: Conſulare imperium, Pontificatus, aliaque Sacerdotia, & Auguratus: Tribunitiaque, Cenſoriaque poteſtas, quæ profectò juſtum faciebant imperium. Nihil enim eſt aliud reipublicæ gubernatio, quam procuratio per magiſtratus. In quo igitur ii omnes coguntur, in eo ſummam reipublicæ eſſe neceſſe eſt, eumque, nihil faceſſente Gravina de Rom. Imp., cui, ſi otium erit, reſpondere cogito, eſſe Regem, à quo iterum in inferiores fluit quorumcumque procurandorum miniſterium.

(21) Alii inquilini, alii incolæ. Illi, qui quaque de cauſa, veluti ſtudiorum, negotiandive, aut hujuſmodi alicubi morantur, qui nihil contrahunt de civitate, niſi decem annis tranſactis, eo loco ſedes ſibi conſtituerint: L. 2. & 4. C. de incol., & ubi quis dom. hab. vid. lib. 10. L. *eiverus* 35. D. ad municip., & de inc. Hi, qui in aliqua civitate, oppido, regione, agrove, domicilium ita defixerint, ut eo loci, quaſi in aliquam ſedem recepti, larem, rerumque, ac fortunarum ſummam conſtituerint, unde rurſus non ſint diſceſſuri, ſi nihil avocent: L. pupillus 239. § incola D. de verb. ſign. L. 7. C. de incol., & ubi quis dom. hab. vid. lib. 10. Tales enim dicuntur præcipuis uti civitatis: d. L. *civerus*, quæ præcipua explicat Cujac. in L. 3. d. Cod. tit. de incol. forum, balneum, templum, ſpectacula. Hi quidem homines ſub Regibus, Conſulibuſque Romanis nihil de civitatis jure ſibi adquirebant, niſi lege fuiſſent civitate donati, quod non tantum Romæ ſervabatur, ſed etiam in reliquis civitatibus, ut demonſtrat Cic. pro A. Lic. Arch. poet. In omnibus enim incolæ cum peregrinis comparabantur: idem Cic. de Off. lib. 1. *Peregrini, inquit, & incolæ officium eſt nihil præter negotium ſuum agere, nihil de alio inquirere, minimeque in aliena eſſe republica curioſum*. Poſtquam Imperatores omnibus dederunt civitatibus leges, inquilinis, nec honos tribuebatur, nec onus ſubire cogebantur. Incolæ utrumque ſubibant, niſi incolatum, officio, ſi quod interim delatum fuiſſet, defuncti, deſeruiſſent, ut in LL., locisque citatis. Duo alia quodammodo hominum genera in civitatibus obſervabantur, peregrini, & hoſpites.

Pere-

aueruat. Quorum tamen illi nullum jus Civitatis; hi verò non optimum habuerunt. Libertinis (22) enim quanquam tribus urbanæ, non tamen honores ullo tempore patuerunt. Qui autem è municipiis ſuerunt, quanquam tribum, atque honorum petitionem ſunt adepti; tamen quia domicilio caruerunt, non ingenui Cives Romani. Sic enim hos appellat in Bruto Cicero, ſed municipes, niſi ſi quando Romæ fortunarum ſuarum domicilium collocaſſent, nominati ſunt; ut M Porcius Cato Tuſculanus, quandiu fuit Tuſculi, municeps fuit, ideſt, non ingenuus Civis Romanus, ſed Civitate Romana donatus; ubi verò Romam cum rebus ſuis commigravit, Civis Romanus. Quod idem de Avo M. Ciceronis eſt judicandum. Ille enim municeps fuit Arpinas; hic Civis Romanus, quod ille in municipio vivere maluerit, quàm Romæ: unde vox illa extitit Scauri Conſulis, cujus ipſe Cicero in libris de legibus meminit: *Utinam M. Cicero iſto animo, atque virtute in ſumma Republica nob ſcum verſari, quam in municipali maluiſſet*. Huic autem definitioni eo libentius aſſentimus, quòd ab Ariſtotelis definitione Civis tradita non longè recedit. Ut enim ille Civem plenum, & perfectum honorum gerendorum poteſtate deſcripſit, ſic nos eundem domicilio, tribu, & honoribus definimus. Ad Civitatis autem optimum jus domicilium maximè pertinere, docuit omnis hujus juris auctor, & conditor Romulus, ac deinceps reliqui Reges, atque, exactis Regibus, populus Romanus: qui, quos Cives fecerunt, omnes Romam tranſtulerunt, atque in tribus, &, quod probabile conjectura eſt, in curias deſcripſerunt. In eo verò jure communicando hanc rationem ſequuti ſunt, ut Civitatem dederint, aut oppidanis ſingulis, aut univerſis; ſingulis, ut Hoſto Hoſtilio Medullino Romulus, ut Lucumoni Tarquinio Tarquinienſi Ancus, ut Ser. Tullio Ocriculano Priſcus; qui omnes ſingulis hominibus, quibus voluerunt, jura Civitatis impertiverunt. Anno verò poſt Reges exactos ſexto Ap Claudio Sabino, neque ita multò poſt Octavo Mamilio Tuſculano Conſulum rogatione populus. Univerſis, ut Antemnatibus, Camerinis, Cruſtuminis, Sabinis Romulus, quibus Civitatem ita dedit, ut, quod ſcriptum apud Dionyſium eſt, qui tum Romam ex oppidis ſuis commigrare vellent, ii omnes in tribus deſcripti Civitatis Romanæ jura omnia poſſiderent; qui domi in patria remanerent, ii nullum jus Romanæ Civitatis haberent; atque hi quidem non municipes,

A ſed Cives Romani dicti ſunt. Ex his autem populis Romanus populus erat conflatus. Siquidem Albanorum tria millia, aut certè paulò ampliùs Romulo ad urbem condendam affuiſſe tradit cum Plutarcho Dionyſius, quos ille Ramnenſes vocavit. Reliqua omnis turba peregrinorum fuit, quos ille ſuſcepit in Civitatem, Tatienſium, & Lucerum: ſed hi nunquam municipes, ſemper Cives Romani vocati ſunt. De quibus locutum eſſe video in Balbi defenſione Tullium: *Illud verò ſine dubitatione maxime noſtrum fundavit imperium, & populi Romani nomen auxit, quod princeps ille creator urbis Romulus fœdere Sabino docuit, etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc Civitatem*
B *oportere, cujus auctoritate & exemplo nunquam eſt intermiſſa à majoribus noſtris largitio, & communicatio Civitatis*. Poſt urbem autem à Gallis captam alio modo externo univerſo populo communicari Civitas cœpta eſt. Inſtitutum eſt enim, ut, quotquot eſſent alicujus oppidi Cives, quotieſcunque Romam veniſſent, quanquam Romæ domicilium nullum haberent, eodem, quo Cives Romani, loco ducerentur. Ii verò dum domi ſuæ manſerunt, municipes; ſi quando Romam domicilium tranſtulerunt, Cives Romani: hoc tamen, aut illo municipio oriundi vocati ſunt, ut Porcii Tuſculo, Coruncanii Camerio, Marii, & Tullii Arpino. Sed de municipibus poſt in
C libris de Jure Italiæ diſſeremus. Hoc verò idcirco in præſentia dictum eſt, ut intelligeretur, non tribum ſolum, & honorum petitionem, ſed domicilium etiam ad Civem Romanum ingenuum, cujus in his libris jura nobis quærenda propoſuimus, pertinere; à quo domicilio cum multa alia commoda proficiſcuntur, tum maximè Sacrorum, libertatis, dignitatis, urbis, fori, ludorum, feſtorumque dierum; ad quæ amplectenda, & retinenda populum Romanum Cicero in agraria actione eſt cohortatus: cum eum ab agris à Rullo Tribuno plebis accipiendis deterreret, ne in colonias deductus urbis Romanæ domicilium, & tanta præterea commoda poſt
D haberet. Sic enim ait: *Vos Quirites retinete iſtam poſſeſſionem gratiæ, libertatis, ſuffragiorum, dignitatis, urbis, fori, ludorum, feſtorum dierum, cæterorum omnium commodorum*. Si ergo Civitatis Romanæ quaſi fundamentum quoddam Romani domicilii largitio fuit, id verò non niſi in urbe, aut agro Romano patuit, profectò, ſi traditam Civis Romani definitionem confirmare volumus, in qua domicilium, tribum, honoreſque poſuimus; primum de urbis, agrive Romani finibus: tum de

Peregrini ſunt, qui ex civitatibus non inimicis, niſi ſint legati, convenerunt. Itaque Pyrrho ipſi petenti, ut vel componendæ pacis cauſa in urbem reciperetur, negatum eſt: epit. Liv. lib. 13. Hoſpites, vel publico hoſpitio recipiebantur, ut Cerites, cum quibus publicè hoſpitium factum eſt, quod bello Gallico Sacra populi Romani, ac Sacerdotes recepiſſent, beneficioque ejus populi non intermiſſus honos Deûm Immortalium eſſet: Liv. lib. 5., vel privato ex civitatibus amicis, ut celebre illud eſt inter Badium Campanum, & T. Quinctium Criſpinum Romanum bello Punico ſecundo. Obſidente enim Capuam Romano exercitu, provocatus à Badio fuit ad ſingularem pugnam Criſpinus, qui id propter hoſpitium declinare ſtudebat, ſed renunciato à Badio hoſpitio, tum Criſpinus congreſſus hoſtem ſuperavit: Liv. lib. 25. Erat enim & in officiorum ordine hoſpitium, ut apud A. Gellium Noct. Attic. lib. 5. cap. 13.

E *Conſtat*, inquit, *ex moribus populi Romani primum juxta parentes locum tenere pupillos debere fidei, tutelæque noſtræ creditos: Secundum eos proximum locum clientes habere, qui ſeſe itidem in fidem, patrociniumque noſtrum dederunt: tum in tertio loco eſſe hoſpites: poſtea eſſe cognatos, affineſque. Maſſurius autem Sabinus in lib. 3. juris civilis antiquiorem locum hoſpiti tribuit, quam clienti, cujus verba ſunt: in officiis apud majores ita obſervatum eſt: primum tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini: de qua cauſa fœminæ viris potiores ſunt habitæ, pupillariſque tutela muliebri prælata: etiam adverſus quam affuiſſent ejus filii tutores relicti, in eadem cauſa pupillo aderant.*

(22) Mihi autem ſtat nulla lege ſtante republica, ab honoribus libertinos prohibitos, cum primam hac de re habeamus Viselliam latam imperante Tiberio. Sed de his infra ad cap. XI. ſ. lib. II.

de Tribuum Romanarum numero, & jure: poſtremò de honorum ratione nobis eſt diſſerendum Qua diſtributione perlecta, tum demum ad Civium ipſorum genera diſtinguenda, & diſſimilitudines demonſtrandas deſcendemus. Quare, quod nunc inſtat, de urbe, agroque Romano agamus.

CAP. II.

De Urbe, & Agro Romano.

URbem igitur appello tectorum, ut ait Cicero, (23) conjunctionem, locis, manuque ſeptam, delubris, & ſpatiis communibus diſtinctam, in qua cœtus ſit hominum, juris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus. Romanam autem urbem intelligo, quicquid regionum, & collium pomœrio, & mœnibus Romanis includeretur. Pomœrium porrò quod fuerit, quanquam ita eſt in promptu, ut res expoſitione non egeat, tamen ſi Varronis, & Livii verba protulero, planius etiam, atque illuſtrius erit. Varro quidem ſcribit in libris de lingua Latina hoc modò: *Oppida condebant in Latio, Etruſco ritu, multa, idest, junctis bubus, tauro, & vacca, interiore aratro circumagebant ſulcum. Hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato, ut foſſa, & muro eſſent munita. Terram, unde excalpſerant, foſſam vocabant, & introrſum factum murum. Poſtea quod fiebat orbis, urbs: principium, quod erat poſt murum, pomœrium dictum, ejuſque ambitu urbana auſpicia finiuntur. Cippi pomœrii ſtant circum Romam.* Livius autem ita libro primo: *Pomœrium verbi vim ſolam intuentes poſtmœrium interpretantur eſſe. Eſt autem magis circa mœnium locus, quem in condendis urbibus quondam Etruſci, qua murum ducturi erant, certis circum terminis inaugurato conſecrabant, ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgò etiam conjungunt, & extrinſecus puri aliquid ab humana cultu pateret ſoli. Hoc ſpatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis, quod poſt murum, quam murus poſt id, pomœrium Romani appellarunt.* Hæc illi. Ego verò urbem Romanam idcirco pomœrio, & mœnibus circumſcripſi, quia quanquam pomœrium urbis terminus quidam fuerit, tamen urbem ultra pomœrium etiam proceſſiſſe, accepi. Etenim, quod eſt apud Tacitum libro tertio decimo, & Gellium duodecimo, pomœrii proferendi jus nemini datum eſt, niſi qui agro de hoſtibus capto rem Romanam auxiſſet. Quod decus pauci ſibi admodum vindicarunt, cum qui urbem muniverint, atque variis comprehenſis collibus dilatarint, complures extiterint. Palatium enim Romulus, Tarpejum montem, qui poſtea Capitolinus appellatus eſt, T. Tatius, Cœlium, ſive Tullus, ſive Ancus, ſive Priſcus, (hæc enim omnia feruntur,) Eſquilinum, & Viminalem, &, auctore etiam Livio, Quirinalem Ser. Tullius Reges pomœrio incluſerunt. Nam Tarpejum, & Cœlium Romulus, & Janiculum, atque Aventinum Ancus muro cinxerant illi quidem, non tamen pomœrio comprehenderant. Sylla autem, & Cæſar Dictatores, & Auguſtus Imper., quos omnes pomœrium protuliſſe, auctor eſt idem cum Tacito Gellius, quas eo regiones amplexi ſunt, parum certa memoria eſt. Illud autem dubitationem non habet, Aventinum, quem Ancus Rex Latinis habitandum conceſſerat, non niſi poſt multa ſæcula à Claudio Imperatore pomœrio eſſe incluſum, cum ante ab omnibus ſemper fuiſſet excluſus; nempe, quod, ut tradit ex Meſſalæ ſententia Gellius, in eo Remus urbis condendæ cauſa auſpicatus, avibus irritis habitis, à fratre in auſpicio fuerit ſuperatus. (24) Ex quo efficitur, urbis terminos (25) aliquanto

(23) Hujus Ciceronis ſententiæ verba cum illis Sigonii congruentia, quam fusè in lib. 9 de Rep. refert Non. Marcell. nonnull. dict. in ſign. diff.

(24) De pomœrio verba Taciti, & Gellii hæc ſunt. Taciti: *Et pomœrium Urbis auxit Cæſar*, idest Tiberius Claudius Nero Germanicus, quintus, qui poſt C. Julium Cæſarem Romæ imperavit, *more priſco, quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur. Nec tamen duces Romani, quanquam magnis nationibus ſubactis uſurpaverant, niſi L. Sylla, & D. Auguſtus.* Omittit hic Tacitus D. Julium. *Regum in eo ambitio, vel gloria varia vulgata. Sed initium condendi, & quod pomœrium Romulus poſuerit noſcere, haud abſurdum reor. Igitur à foro boario, ubi æreum tauri ſimulacrum aſpicimus, quia id genus animalium aratro ſubditur, ſulcus deſignandi oppidi cœptus, ut magnam Herculis aram amplecteretur. Inde certis ſpatiis interjecti lapides per ima montis Palatini ad aram Conſi, mox ad Curias veteres, tum ad ſacellum Larium, Forumque Romanum, & Capitolium, non à Romulo, ſed à T. Tatio additum Urbi credidere. Mox pro fortuna pomœrium auctum.* Gellii cap. 14. *Pomœrium quid eſſet, Augures populi Romani, qui libros de auſpiciis ſcripſerunt, iſtiuſmodi ſententias definierunt. Pomœrium eſt locus intra agrum effatum per totius Urbis circuitum pone muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auſpicii. Antiquiſſimum autem pomœrium, quod à Romulo inſtitutum eſt, Palatini montis radicibus terminabatur, ſed id pomœrium pro incrementis reipublicæ aliquoties prolatum eſt, & multos, editoſque colles circumplexum eſt. Habebat autem jus proferendi pomœrii, qui populum Romanum agro de hoſtibus capto auxerat. Propterea quæſitum eſt, ac nunc etiam in quæſtione eſt, quam ob cauſam ex ſeptem Urbis montibus, cum ceteri ſex intra pomœrium ſint, Aventinus ſolus, quæ pars non longinqua, nec infrequens eſt, extra pomœrium ſit: neque id Servius Tullius Rex, neque Sylla, qui proferendi pomœrii titulum quæſivit, atque poſtea D. Julius, cum pomœrium proferret, intra effatos Urbis fines incluſerint. Hujus rei Meſſala aliquot cauſas videri ſcripſit. Sed præter eas omnes ipſe unam probat, quod in eo monte Remus Urbis condendæ gratia auſpicaverit, aviſque irritas habuerit, ſuperatuſque in auſpicio a Romulo ſit. Idcirco, inquit, omnes, qui pomœrium protulerunt, montem iſtum excluſerunt, quaſi avibus obſcœnis ominoſum. Sed de Aventino monte prætermittendum non putavi, quod non pridem ego in Elidis Grammatici veteris commentario offendi, in quo ſcriptum erat, Aventinum antea, ſicuti diximus, extra pomœrium excluſum: poſt auctore D. Claudio receptum, & intra pomœrii fines obſervatum.*

(25) Hic monendum eſſe cenſeo quod author non diſtinguere videtur: aliam eſſe Urbis ſignificationem, aliam Romæ. Nam *Urbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet*, quæ ſunt verba Pauli Juriſconſulti in L. 2. D. de verb. ſignif. Cujus rei rationem præbet Pomponius in L. 239. eod. tit., quod urbs ab urbo appellata ſit; urbare autem aratro definire, urbumque, ut tradiderat Varus, fuiſſe curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi ſolebat. Itaque Varro lib. 4. de ling. lat.: *Oppida*, inquit, *quæ prius erant circumducta aratro, ab orbe, & urvo urbes: & ideo coloniæ noſtræ omnes in libris antiquis ſcribuntur urbes, quod item conditæ, ut Roma, & ideo coloniæ, & urbes conduntur, quod intra pomœrium ponuntur. Igitur Urbs Roma eſt, ut Alfenus ait, quæ muro cingitur: Roma eſt etiam, qua continentia ædificia*

quanto latius patuiſſe, quam pomœrii. Quanquam non ſpatium illud ſolum, quod eſt aut pomœrio, aut mœnibus circumſcriptum, ſed etiam ſuburbana ipſa continentia cum muris urbis ædificia, uno Romæ nomine videntur eſſe communi ſermonis conſuetudine appellata. Hoc autem tradit ſatis, ut mihi videtur, apertè Marcellus Juriſconſultus, his verbis: *Urbs Roma eſt, quæ muro cingitur. Roma eſt etiam, quæ continentia ædificia ſunt. Nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine quotidiana poteſt intelligi, cum dicamus, Romam nos ire, etiamſi extra urbem habitemus.* Quod idem ante etiam ſenſit Dionyſius, cum de magnitudine urbis Romanæ diſſerens ita ſcriptum reliquit: *Ser. Tullius Regum ultimus urbis ambitum dilatavit, duobus ad quinque collibus additis, auſpicato, & re divina ritè perfecta. Longius autem non proceſſit, religionibus, ut fama eſt, impeditus. Ceterum omnia ſuburbana ædificia, quæ multa ac magna ſunt, nulla vallo munita, hoſtium incurſionibus expoſita ſunt; quæ ſi quis oculis luſtrans, magnitudinem inde urbis colligere velit, neceſſario decipietur: neque certum habebit ſignum unde urbis initium, finemve perſpicere poſſit; adeò cum urbe conjunctus ager eſt ac ſpeciem in infinitum progredientis urbis intuentibus hominibus præbet.* Agrum autem Romanum propriè vocamus, quidquid montium, camporumque extra urbem Romanam ex omni parte ſociorum fines attingeret. Ut autem non iidem ſemper urbis Romanæ termini fuerunt, ſic nec hujus agri eoſdem fines extitiſſe ſtatuendum eſt. Eoſdem verò Reges, qui urbis, agri etiam fines protuliſſe, ego facilè exiſtimaverim. Nam de eo poſt Ser. Tullium regnantem aucto, nihil comperti habeo. Principio quidem anguſtiſ-

A ſimus (26) fuit, adeò, ut Fabius Pictor ſcriptum reliquerit, agrum Romanum ætate Romuli arcus formam, cujus charda eſſet Tiberis, reddidiſſe: egregiè. Etenim ultra Tiberim in Etruria nullus erat, nec Latium verſus multum patebat. Eundem tamen etiam Romulum trans Tiberim Romanum agrum provexiſſe, inde apparet, quod Vejentibus victis, qui latè trans Tiberim imperabant, agrum, qui Septem-pagi dicebatur, ademit. Quod idem ab Anco Rege poſt factum indicat Livius, cum ſcribit: *Anco Rege non urbem tantum creviſſe, ſed etiam agrum, fineſque Mæſia ſylva Vejentibus adempta uſque ad mare imperium prolatum.* Itemque Dionyſius, cum B ait: *Politorium, & Ficanam,* quam auctore Feſto, via Oſtienſi ad duodecimum ab urbe milliarium fuit, *priſcorum Latinorum oppida, Romæ vicina, ab eodem eſſe deleta.* Quin etiam de L. Tarquinio Priſco poſſumus aliquid ſuſpicari, quem Apiolas, & Corniculum propinqua oppida Latinorum incendiſſe, & Reipublicæ fines propagaſſe, auctor eſt cum Dionyſio Valerius. Eutropius certè ſcribit: *Priſcum Sabinis victis non parum agrorum urbis territorio adjunxiſſe; is autem ager trans Anienem fuit, quem Livius credo intellexit, cùm ſcripſit, Collatiam, & quicquid citra Collatiam agri, Sabinis fuiſſe ademptum.* Qui autem ex Regibus ultimus pomœrium terminavit, eun- C dem agro etiam modum impoſuiſſe arbitror; ſiquidem Vejentes, Cærites, & Tarquinienſes Etruſcos finitimos agro ab eo multatos, atque eo novos cives donatos, apud Dionyſium invenio. Illud autem ſine dubitatione confirmaverim, agrum Romanum in multas partes, quas pagos nominavit, Ser. Tullium diviſiſſe. Verùm, ſive Tullius, ſive Romulus, ſive

quivis

---

aſſent, quæ ſunt verba Marcelli in L. 87 D de verb ſignif. Propterea Terentius Clemens in L. 147. eod. tit. ſcripſit: *qui in continentibus Urbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur.* Et Ulp in L. 139 eod tit.: *ædificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt*; & in L. 173.: *qui extra continentia Urbis eſt, abeſt: ceterum uſque ad continentia non abeſſe videbitur.* Atque Javolenus in L. 84. D de leg. 3: *cui quæ Romæ eſſent legata ſunt; ei etiam, quæ cuſtodiæ cauſa in horreis extra Urbem repoſita ſunt, debentur.* Quæ horrea extra Urbem ſecundum ſuperiores doctrinas DD. noſtri interpretantur, ideſt in conti- D nentibus ædificiis. Paulus quoque in L. 6. D. de pen. leg.: *ſi ita, inquit, legetur: penum, quæ Romæ ſit: utrum quæ eſt intra continentia, legata videtur: an vero ea ſola, quæ eſt intra murum? Et quidem Urbes ferè omnes muro tenus finiri, Romam continentibus, & Urbem Romam æque continentibus.* Ubi Paulus diſcrepare videtur ab Alfeno, & Marcello, qui *Urbem Romam*, quæ muro cingeretur, dixerunt. Aſt Paulus de legatis agens, quæ favorabilia ſunt, unde latiorem ſignificationem recipiunt, *Urbem Romam*, aptam ſignificare, & Urbem E tantum, & Romam etiam, ampliùs interpretatus eſt; Alfenus, & Marcellus de juriſdictione, aut alio quopiam agentes, quæ favorabiliorem interpretationem non admittunt, *Urbem Romam* intra Urbis ſignificationem continuerunt. Major diſputatio eſſe poteſt: an Urbs, quæ ad muros ſe protendere dicitur, ſi muri ultra pomœrium ſint, quemadmodum Romæ montes Tarpejus, & Cœlius a Romulo, Janiculum, & Aventinum ab Anco muris Romæ adjecti, ſed extra pomœrium relicti, pariter ultra pomœrium uſque ad muros extendatur. Quod non videretur, quia Urbes auſpicato conditæ, a quo auſpicio pomœrium ſervabatur, ultra auſpicia eſſe non deberent. Propterea plures apud ſcriptores Romanos invenitur, ut quod alter extra Urbem dixit, alter eadem extra pomœrium geſta pronunciarit: Cæſar in lib. 1. de Bell Civ agens de Senatu apud Pompejum Proconſulem habito, *extra Urbem* habitum fuiſſe ſcribit, quem *extra pomœrium* narrat Dio lib 41. Aſt Urbem muris, non pomœrio circumſcribi neceſſe fuerat, cum ad decernendam magiſtratuum juriſdictionem, qua de cauſa Proconſules omnes cum ad Urbem revertebantur, ni triumphantes inveherentur, ad Portam inſignia deponebant, ut infra patebit; porta autem in muris erat, non in pomœrio, ſi muri ea parte ultra pomœrium ſe protenderent: tum ad inhibendos hoſtium, exterarumque non amicarum nationum legatos, ne urbem ingrederentur, quibus ad Ædem Bellonæ, quæ extra muros erat, Senatus dabatur, prout pariter infra demonſtrabitur. Quapropter in univerſum Juriſconſulti muris, non pomœrio Urbem diffinierunt: & quod extra pomœrium dixit Dio, ideſt extra Urbem intelligendum eſt.

(26) Ut Coriolanus incitans Volſcos ad bellum contra Romanos, ita de agro Romano penes Dionyſ lib 8 diſputarit: *Ager, quem populus Romanus proprio habebat, eſt exiguus, & ſterilis, ſed quem armis ſibi quæſivit, & finitimis ademit, eſt & amplus, & fertilis. Et ſi unuſquiſque populus partem ſuam ſibi per vim contra jus, & fas ereptam velit revocare, ubi erat tam parvum, tam egenum, quam reſpublica Romana.* Et Liv lib 4. *Nec enim ferme quicquam agri, ut in urbe alieno ſolo poſitæ non armis partum erat.* Item Cic. lib. 3. de Rep.: *Iſti Romani orbem totum poſſident, ſi juſtitiam ſequi velint, et ſuum cuique reſtituere, quod vi, & armis occupaverunt, ad caſas, & egeſtatem revertentur.* Unde milites ad præſidium Capuam miſſi querebantur: *Campanos deditiſſe ſuos ubertate agri fertilitate, atque amœnitate parare: ſe militaſſe feſſos in peſtilenti, atque arido circa urbem ſolo laborare.*

quivis Regum alius agrum hunc circumſcripſerit, ſatis conſtat, eum non latè admodum patuiſſe. Strabo quidem, regnante Romulo intra quintum, aut ſextum lapidem à Latio, locum, Feſtos, nomine, tanquam terminum Romani, qui tum erat, agri monſtratum, ait: ac Sacerdotes ibi, & aliis pleriſque in locis, ut in finibus eodem die ſacrificium feciſſe, quod Ambarvale diceretur. Qui ſi poſtea ab ea parte acceſſionis aliquid accepit, certè non ultra Tiburtinum, Gabinum, Tuſculanum, Lanuvinum, Ardeatem, & Oſtienſem agrum pertinuit. Nam trans Anienem Sabinos verſus, Fidenatem, Antemnatem, & Collatinum attigit; trans Tiberim verò Vejantem, & Cæritem uſque ad mare. Eundem autem vel Romuli temporibus à mari fuiſſe plurimum ſcribit Feſtus, cum ait: *Petuſcum Palati dicta eſt ea regio urbis, quam Romulus obverſam poſuit ea parte, qua erat plurimum Romani agri ad mare verſus, & qua molliſſimè adibatur urbs, cùm Etruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet, ceteræ vicinæ Civitates colles aliquos haberent oppoſitos.* Proximus autem ager cis Anienem fuit Tiburtinus, poſt Tiburtinum Gabinus; quanquam Gabii Tibure ab urbe Roma viæ dimidio propius abſuerunt, nimirum citra Præneſte, in via ipſa Præneſtina, procul ab urbe ſtadiis, ut inquit Dionyſius, centum. De quo loquutus eſt etiam Varro, cùm de generibus agrorum diſputavit, his verbis: *Ut noſtri augures publici dixerunt, agrorum ſunt genera quinque, Romanus, Gabinus, Peregrinus, Hoſticus, Incertus. Romanus dictus, unde Roma, ab Romulo: Gabinus autem ab oppido Gabiis. Peregrinus ager pacatus, qui extra Romanum, & Gabinum, quod uno modo in his feruntur auſpicia: dictus Peregrinus à pergendo, ideſt, progrediendo; eo enim ex Romano agro primùm progrediebantur: quocirca Gabinus, ſive Peregrinus ſecundùm hos auſpicia habent ſingularia; ab reliquo diſcretus Hoſticus, dictus ab hoſtibus. Incertus is ager, qui de his quatuor qui ſit, ignoratur.* Ceterùm Gabinum agrum Romanus is videtur contigiſſe, qui Pupinius dictus eſt, octo millia paſſuum ab urbe diſtans; quod oſtendit Livius, cùm Annibalem ex Gabino agro in Pupinium ait deſcendiſſe. Gabinum porrò agrum ſequitur Tuſculanus, Tuſculanum Albanus. Quos & ipſos Romano adhæſiſſe agro oſtendit Strabo, cùm ait: *Poſt Tuſculana juga eſt mons Albanus, cui ſubeſt planicies; deinde campi ſunt, qui partim Romam, & ejus ſuburbia attingunt, partim ad mare pertinent.* Albanus autem cum Romano conjungebatur ad eum locum, qui Foſſæ Clœliæ (27) dicebatur, quinque millia paſſuum ab urbe: unde Albani bello Albano, & Coriolanus bello Volſco in agrum Romanum feciſſe impreſſionem dicuntur. Romanum autem agrum haud ita multo latius patuiſſe, indicant oppida, quæ ab ea parte ſuis etiam temporibus urbi vicina Cicero nominat, ut in Agraria Lavicos, Fidenas, Collatiam, Lanuvium, Ariciam, Tuſculum; in Planciana Gabios, Bovillas, & Lavicos, quibus è municipiis vix, qui carnem Latinis peterent, eum inventos fuiſſe ait. Quin etiam hoc eſſe cauſæ puto, cur Latini, cum urbe exire à

A Conſulibus jubebantur, quinque millia paſſuum ab urbe abeſſe juberentur, quod hoc minimum intervallo à Latino Romanus ager ſejungeretur. Inde verò erat ager Solonius, Ardeas, Oſtienſis, quorum agrorum meminit Livius bello Latino ſecundo, cùm ait: *Antiates in agrum Oſtienſem, Ardeatem, Solonium incurſiones feciſſe.* Agrum autem Solonium via Oſtienſi ad XII. lapidem fuiſſe, narrat Feſtus. Nam Oſtiam ad XVI. Ardeam ad XVIII. fuiſſe, in Eutropii hiſtoria ſcriptum eſt. Jam verò trans Anienem erant Sabini, ultra Tiberim Etruſci. In Sabinis vicina oppida Fidenæ, Antemnæ, Collatia, Cruſtumium. In Etruria Vejens ager procul à mari; ad mare
B verò Cære oppidum. Cum ergo poſtremis etiam temporibus horum aut oppidorum, aut agrorum fieri mentionem videamus, profectò neque ultra hos agros Romanum agrum propagatum fuiſſe, licet ſuſpicari. Cùm autem trans Anienem Fidenæ quinque millia paſſuum ab urbe abfuerint, certè nec ab ea parte Romanus ager fuit ampliſſimus. Nam Cæritem cum Romano agrum conjunctum fuiſſe, ex eo ducor ad ſuſpicandum, quod ſcribit Livius lib. VI. *Cognitum eſt, depopulatum agrum circa Romanas ſalinas, prædæque partem in Cæritum fines avectam.*

An igitur Cives Romani urbem tantum tenuerunt, atque hunc ſolum, quem circum-
C ſcripſi, agrum? non opinor. Imo verò multos etiam in Latio, & Italia agros coluerunt, vel publicos, vel privatos; vel ſuos, vel alienos. Neque enim illud dubium eſt, majorem Italicorum, Latinorumque partem agris à Romanis eſſe multatam, eoſque agros aut plebi Romanæ eſſe diviſos, aut publicos factos arandos Civibus Romanis datos. Hujus enim rei teſtis optimus eſt Livius, cum ſcribit: *bello Latino ſecundo Tiburtes, Præneſtinos, & totum ferè Latium, ac Privernum, Capuamque agro multatos; Latinum, Campanum, Falernum, & Privernatem agrum plebi Romanæ diviſum*; unde non multò poſt Palæpolitanos multa hoſtilia adversùs Romanos, agrum Campanum,
D & Falernum colentes, feciſſe; & cùm lib. XLII. L. Poſtumium Conſulem ad agrum publicum à privato dirimendum in Campaniam miſſum, cujus ingentem modum poſſidere privatos, paulatim proferendo fines, conſtabat, prodit; & cùm lib. VIII., T. Quinctium patricium virum agrum in agro Tuſculano coluiſſe; & cùm lib. XLII., Sp. Liguſtinum Civem Romanum in tribu Cruſtumina in Sabinis habitaſſe, narrat. Neque verò Livius ſolùm, ſed etiam Cicero, qui in agrariis dixit, Campanum agrum coli, & poſſideri à Romana plebe modeſtiſſima aratorum, & militum. Nec Cicero tantùm, ſed etiam Varro, qui in I. de re ruſtica inquit, M. Catonem ita ſcripſiſ-
E ſe in Originibus: *Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim datus eſt ultra agrum Picenum.* Quibus ex locis omnibus nemo eſt, qui non intelligere poſſit, Cives Romanos etiam extra agri ejus, de quo diximus, terminos, alterum agrum inhabitaſſe: quem, neſcio, cur non Romanum etiam, præſertim cùm à Romanis poſſideretur, & coleretur Civibus, nominemus. Siquidem agrum Hernicum à Livio

(27) Hæ Clœliæ, ſeu Cluiliæ vocatæ, quod caſtra fuerint Albanorum in bello ductore C. Cluilio contra Romanos, regnante Tullo Hoſtilio geſto, quibus caſtris ipſe Cluilius foſſam circumdederit. *Foſſas Cluilias* appellat *Dionyſius* lib. 3. *Foſſam Cluiliam Liv. lib. 1.*, quam tamen lib. 2. cum de irruptione Volſcorum ſub Coriolano in agrum Romanum agit, *Foſſas Cluilias* appellat.

A vio videmus aliquando etiam Romanum appellari, ut libro XXVII. *Fruſinaue natus Androgy nus; aruſpices eum extorrem agro Romano procul terræ contactu alto mmergendum reſponderunt*. Quo ex loco, quis non videt, Fruſinatem agrum, qui fuit in Hernicis, pro Romano ab aruſpicibus eſſe acceptum? Mitto, quod alio loco Dictatorem negat, niſi in agro Romano dici potuiſſe: agrum autem Romanum Italia terminari, interpretatum eſſe. (28) Quod

(28) Agrum Romanum, aut accipere volumus pro omni tellure, quam fructuum gratia colebant Cives Romani, & is in omnes imperii regiones ſparſus dici poterat, cum in omnibus imperii regionibus, non in Italia ſolum Cives Romani agros poſſidere inſtituerint, quemadmodum apud Cic. pro L. Flac. Decianus in Aſia in agro Apollonidienſe prædium habere voluiſſe dicitur, & exempla ſunt ampliſſima plurimæ coloniæ Civium Romanorum in provincias deductæ. Vel pro regione, quæ reſpublica Romana imperabat, & totus ferè terrarum orbis comprehendebatur, cum maxima Europæ pars, magna Aſiæ, multa Africæ fuerit ejus ditioni ſubacta. Sed agrum B Romanum hoc loci intelligere debemus eum, quo magiſtratus Urbis jus dicebant; unde apud *Pomponium in L. 239. territorium eſt univerſitas agrorum intra fines cujuſque civitatis, quod ab eo dictum quidam ajunt, quod magiſtratus ejus loci intra eos fines, terrendi, ſeu ſummovendi jus habet*. Non enim Romani omnem agrum Romanum ſubactum ditioni ſuorum magiſtratuum ſubjiciebant, ſed debellatarum civitatum, alias cum toto agro ſuo ſuis legibus, magiſtratibuſque reſtituebant: alios imperio quidem Romano ſubigebant, ſed eo peculiares magiſtratus, quos præfectos nominabant, relicto illis agro ſuo ad eas regendas, C juſque ibi dicendum mittebant, quæ æquè ratio ſervabatur in provinciis, ſeu Prætoriis, ſeu Conſularibus. Alias, ſive ex ſuperioribus, ſive ex prædictis aliqua agri parte multabant, quam ſi Civibus Romanis diſtribuebant, nulli dubium eſſe poteſt, quin agrum Romanum augerent, fineſque agri Romani proferrentur: ſi non diſtribuebant, remanebat ager publicus Populi Romani, in quo nemo ſine lege, aut S. C., pleb iſve ſcito jus dicere poterat. Si verò ita evertebant inimicas civitates, ut omnem populum, vel occidione occiderent, vel venderent ſub haſta, ille ager, aut remanebat publicus populi Romani, aut ſi coloniæ eo deducebantur, eas propriis magiſtratibus cum ſuo Senatu, quos Decuriones vocabant, dimittebant. Si verò aliquem populum victum in civitatem Romanam transferebant, tum D pariter ſine dubio ille ager, qui Civium ita erat Romanorum, fiebat ager Romanus, in quo propter dominos jus dici à magiſtratibus Romanis neceſſe erat. Quod item ſervabatur ſi aliqua ullius populi pars, relicta illis prædiorum ſuorum poſſeſſione, Romam transferebatur. Igitur ager Romanus aut erant prædia Civium Romanorum, non in alieno territorio ſita, & is eſt ager, quem quærimus, in quo magiſtratus Romani jus dicebant, qui ager, ſeu quæ juriſdictio ſub Imperatoribus fuit circumſcripta ad centeſimum lapidem, ſeu milliarium, *ut in L. 1. D. de off. Præſid.*; aut erant coloniæ, & ager erat imperio adjectus, ſub ſuis tamen magiſtratibus, & ſuis quibuſdam peculiaribus ſibi propriis legibus, quemadmodum, licèt alia ratione, erant Præfecturæ, & provinciæ, quæ magiſtratibus eò E Roma miſſis, jurique ab illis dicto parebant: aut erat ager publicus ſub Populi tantum Romani arbitrio.

De finibus autem agri Romani neminem quid certi ſtatuere poſſe arbitror, cum propter rei confuſionem, quia ſparſim per Italiam invenio civitates agro multatas, & partim civibus diſtributos, partim non diſtributos, ſive propter crebras latebras hiſtoriarum, quæ maximam præbent in rebus obſcuritatem, & tenebras. Ceterum nemo non videt eo tempore, quo Roma condita eſt, nullos novis populis agros vacare potuiſſe, cum ante jam diſtaſis ea Babelica confuſione coloniis, ut apud Joſephum Hebræum lib. 1. antiq. Jud. cap. 4. & 7. homines fœcundiſſima ob Dei benedictionem propagatione totum terrarum orbem impleverint. Perſeverante autem feliciter progenie nova orta coloniarum neceſſitas, quæ non aliter, quam ferro, cædibuſque ſedes ſibi quærere poterant in occupatis jam campis. Patent coloniæ Græcorum in Orientem, atque in Occidentem debellatis, aut ejectis iis populis: patent Gallorum, Germanorumque, atque aliarum nationum, quæ ipſum demum evertuerunt Romanum Imperium. De coloniis in Italiam ex Græcis, aliiſque nationibus, bellis, pugnis, cædibus, ejectionibuſque ante Romam conditam longam ſeriem agit Dionyſius lib. 1. antiq. Rom. Unde nihil agri potuiſſe Romanis ſatis compertum habemus. Ex Regibus Albæ Romulus deſcendens ſine bello nonniſi in agro Albano coloniam fundaſſe neceſſe eſt, quod demonſtrant hiſtoriæ. Livius, & Dionyſius dum ajunt, & probant, ibi Romam fundaſſe Romulum, ubi is nutritus fuerat, atque adoleverat, quod fuit apud Fauſtulum Magiſtrum pecoris Amulii Regis Albæ. Conceſſum itaque agrum Numitore poſt necem Amulii videtur Dionyſius, dum id nimirum expoſuit: *agros ipſis dedit*, ideſt Romulo, & Remo, *quorum eſſent domini, ubi in pueritia educati fuerant, & populo partem*. Quod parum autem hi agri patuiſſent conſtat ex iis, quæ ab Authore, nobiſque allegata ſunt. Prima igitur agri amplificatio fuit bello Ceninenſe, Antemnate, Cruſtumino, quibus populis a Romulo victis, oppidiſque captis, is transtulit earum partem in Urbem, relictis tamen ſibi bonis, quæ bona Romanorum Civium jam non videntur poſſe extra agrum Romanum locari. Nam quamvis eo contra Romanæ miſſæ coloniæ, quibus data ſit ab indigenis tertia agri ſui pars, ut ſcribit Dionyſius, eam partem intelligo excluſis, conſentiente Dionyſio, agris eorum, qui in Civitatem Romanam abierunt. Docet autem Livius plures inventos, qui propter ubertatem terræ in Cruſtuminum nomina darent. Quapropter Romanus ager ante ſterilis, fertilis fieri cœptus. Eodem tempore ager Romanus ex agro Medulino, aliiſque vicinis populis amplificatus eſt, cum fama per multas Urbes bellicam Romuli fortitudinem, ejuſque in victos clementiam divulgaret; ſe enim ei multi fortes viri cum totis non contemnendarum virium familiis cum Cœlio eorum ex Hetruria Duce adjunxerunt, Meduliaque ſe ejus fidei commiſit, quæ quoque facta eſt colonia Romana. Incredibile eſt enim nihil agri tot familias, populoſque addidiſſe Romulus, qui ſe in cenſum Romanum contulerant. Dionyſ. lib. 2. Poſt Sabina pace crevit iterum Romanus ager recepta in civitatem Sabinis cum agris ipſorum. Camerini quoque, primum tertia, poſt dimidia agri parte multati, Fidenatiumque agri pars, atque Vejentium ſeptempagi ſolum Romanum, ſive ad juſdicendum, ſive ad publicam diſtributionem ſub Romulo etiam trans Tyberim auxerunt, ut verum non videatur quod ex Fabio Pictore legitur, & ab Authore allegatur, nihil a Romulo trans Tyberim Romæ agri relictum, & docet etiam Dionyſius, dum Vejentibus Romæ remenſis agrum cis Tyberim ſortito diſtribuiſſe narrat ad differentiam agri trans fluvium, ne facilè Vejentes in civitatem recepti agrorum opportunitate conjurarent cum hoſtibus. Poſt Romulum tinus Albanus ager acceſſit Romano, deleta Alba, illoque populo à Tullo Hoſtilio Romam tranſlato. Additus à Marcio ager Politorius, Tellenicuſque, atque Ficanicus, ut apud Liv. lib. 1., everſis illis Latinorum civitatibus, integriſque illis populis Romam tranſductis. Additaque Sylva Mæſia ex Vejentibus apud eundem Livium. A Priſco Apiolanus, Corniculanuſque, incenſis urbibus, venditiſque iis, qui ſuperfuerant cædibus. Dionyſ. lib. 3. Servius poſt bellum Hetruſcum addidit partem Cæritum, Tar-

Quod igitur, ut ad rem redeam, Civem Romanæ urbis, agrive Romani incolam definivi, id non habet eam vim, ut ſi is extra hos fines negotii fortaſſe gerendi cauſa aliquando habitarit, eum jus ipſum Civitatis Romanæ ſtatim amiſſurum eſſe conſtituam: ſed ut illud intelligatur, ſi in aliam ille urbem profectus, ab ea in Civium numerum recipi ſe permiſerit, eum continuò Civem Romanum eſſe deſiturum. *Neque enim*, ut ſcribit Cicero pro Cæcina, *jure Quiritium idem duorum Civitatum Civis eſſe potuit*. Unde illa ſunt apud Nepotem de Attico: *factum eſſe, ut cum ei omnes honores, quos poſſint, Athenienſes publicè haberent, Civemque facere ſtuderent, eo beneficio ille uti noluerit; quod nonnulli ita interpretarentur, amitti Civitatem Romanam alia aſcita*. At Roma, & Romano agro abeſſe, quamdiu cuique libuit, licuit; dummodo aut præſens, aut abſens cenſeretur: ne ſi cenſus non eſſet, Civium tum Romanorum in numero non fuiſſe judicaretur; cujus generis controverſiæ multæ forum olim Romanum exercuerunt; quemadmodum ſatis magno eſſe documento is, quem modo nominavi, T. Pomponius Atticus, eques Romanus poteſt, qui cum Athenis habitaret, Romam tamen ſæpe, & ad Comitia amicorum, & ad cenſum Civium, juris retinendi gratia ventitavit.

CAP. III.

De Tribubus, & Curiis.

URbe, agroque Romano conſtituto, deinceps ſequitur, ut, quemadmodum polliciti ſumus, de Tribubus, & earum partibus diſputemus. De Tribubus autem ita ſcribemus, ut & quid Tribus fuerit, & à quo inſtitutæ, quando quæque additæ, unde nominatæ, in quot genera diviſæ fuerint, tum exquiramus, tum etiam, quantum ex veteribus intelligi monumentis poſſit, aperiamus. Tribus igitur nomen latius apud Romanos patuiſſe invenio. Etenim & locum, & homines, & jus eos hoc nomine comprehendiſſe, auctor eſt Gellius. (29) Quare ſi de loco quærimus, Tribum partem quandam eſſe urbis Romanæ dicemus: ſi homines, partem Romanæ civitatis. Siquidem Ariſtoteles etiam in I. eorum librorum, quos de Republica ſcripſit, Civitatem perfectam eſſe ſocietatem ex multis viciniis conſtantem; viciniratem verò ex multis familiis junctam ſocietatem definivit; ſi jus, Tribum eſſe definiemus jus, quo donati ſunt ii, qui in eam partem Civitatis à Cenſoribus fuerint diſtributi. Qua de triplici ratione mihi intelligo deinceps eſſe dicendum. Primum enim video, Tribus Romæ ita uſurpatas, ut partes eſſent urbis, agrique Romani: deinde verò non urbis, ſed civitatis. Urbs enim primùm à Romulo in tres partes diſtributa eſt, unde Tribus dictæ; quanquam alii à tributo, quod populus Romanus in Tribus diviſus conferre ſolitus fuerit, dictas eſſe exiſtimant. Harum autem tam diverſarum opinionum duos graviſſimos viros Dionyſium, & Livium auctores habemus: inter quos ne de tempore quidem, quo Tribus nomen inventum fuerit, video convenire. Nam Dionyſius, quem pleriqne ſequuntur, Romulum; Livius unus Ser. Tullium Regem Tribuum profitetur auctorem. Ac Dionyſio quidem placet, Romulum, ubi primùm ab agreſti illa Albanorum, convenarumque multitudine Rex declaratus eſt, omnem populum in tres Tribus; Tribus autem ſingulas in decem Curias diviſiſſe. Agrum porrò, excepta ea parte, quam publicis, & quam ſacris muneribus obeundis addixit, æqualiter ipſis triginta Curiis partitum eſſe, poſt autem Antemnati, Cæninenſi, Camerino, Fidenati, Sabino, & Vejenti bello confecto, cum multos ex eis populis Civitate donatos in Tribus, atque in Curias conjeciſſet, iiſdem agri etiam capti partem diſtribuiſſe. Quibus autem nihil fortè à Romulo fuerat aſſignatum, iis Numam Pompilium, qui Romulum conſecutus eſt, ſatisfeciſſe. Livius autem non niſi Sabino confecto bello, atque conſociato cum T. Tatio imperio, tres equitum Centurias, ac XXX. Curias à Romulo factas, eaſque à mulieribus Sabinis appellatas prodit; cujus, ut apertior ſententia ſit, verba etiam ipſa ſubſcribam: *Romulus cum populum in Curias XXX. divideret, nomina Sabinarum Curiis impoſuit. Id non traditur, cum haud dubiè aliquanto numerus major hoc mulierum fuerit, ætate ne, an dignitatibus ſuis; virorum ne, an ſorte lectæ ſint, quæ nomina Curiis darent. Ab eodem etiam Centuriæ equitum tres conſcriptæ ſunt, Ramnenſes ab Romulo, ab T. Tatio Tatienſes appellati. Lucerum nominis*

Tarquinienſis, & iterum Vejentis, & demum Superbus Pomerinum. Dionyſ. lib. 4. Exactis Regibus idem inſtitutum ſervatum, ut undique civitatibus pro gravitate injuriarum, ſive mulctatis, ſive everſis, ſive etiam Romam tranſvectis, vel eorum agrorum parte, vel univerſis eorum agris Romanorum ager amplificaretur. Fuit autem celebre illud Populi Romani in Judicem accepti, judicium, quo Scaptio plebejo homine teſtante protulit agrum illum inter Aricinos, & Ardeates controverſum ad ſe pertinuiſſe jure belli Coriolani. Quod judicium, licet ingratum Patribus, invidioſum hominibus videretur, juſtum tamen futurum fuiſſe dicit Livius lib. 3. ſi ad judices alios itum foret. Ceterum improbum, atque captioſum fuit Fabii Labeonis de finibus inter Nolanos, & Neapolitanos judicium, qui arbiter à Romano Senatu datus, cum in rem præſentem veniſſet, atque utrinque ſeparatim locutus, ne cupidè quid agerent, neve appeterent, atque, ut regredi, quam progredi mallent: id cum utrique feciſſent, aliquantulumque agri in medium relictum eſſet, illorum fines ſicut ipſi dixerant terminavit: in medio relictum quod erat, Populo Romano adjudicavit. Cic. de Off. lib. 1. Ager itaque Romanus plena ſignificatione ſumptus, aut primus ille fuit ab Albano Rege conceſſus, aut ab hoſtibus ereptus inter cives diſtributus, aut non diſtributus, qui publicus vocabatur, aut coloniarum, aut jure imperii, cum populis victis civitas, legeſque relinquebantur, ſed Romano Imperio obſequi tenebantur, ut primum Latini, deinde Hetruſci, aliique populi innumerabiles: aut deditiorum, qui ſeu victi, ſeu clementia virtuteque Romanorum invitati, ſe ad ſui defenſionem, tuitionemque dedebant Romanis, quorum primi Meduili, poſt Campani: victæ autem fuere penè totius terrarum orbis regiones.

(29) Ejus in lib. 18. cap. 7. verba, quæ ex alio antiquiore libro Verrii, ut opinabatur, Flacci ad te, Phacorinumque miſſo refert, ſunt: *Senatum dici, & pro loco, & pro hominibus: Civitatem, & pro loco, & pro oppido, & pro jure quoque omnium, & pro hominum multitudine: Tribus quoque, & Decurias dici, & pro loco, & pro jure, & pro hominibus: Concionem autem tria ſignificare, locum, ſuggeſtumque unde verba fierent; item ſignificare cœtum populi adſiſtentis: item orationem ipſam, quæ ad populum diceretur.*

nis & originis cauſſa incerta eſt. Quibus ex verbis apparet, quas Dionyſius Tribus nominavit, eas à Livio Centurias equitum appellari. Plutarchus verò, qui utriuſque hiſtoriam videtur legiſſe, Dionyſium ſequutus ſcripſit, Tribus tres, Curias triginta à Romulo, verum non niſi poſt Civitatem Sabinis datam, deſcriptas: atque illas quidem Ramnenſium, Tatienſium, & Lucerum: has verò non à Sabinis, ut multi putarint, mulieribus, ſed à locis pleraſque ſumpſiſſe nomen. Quæ ſi vera ſunt, profectò Dionyſii ſententia illa ſubvertitur, qui populum à Romulo, antequam rei bellicæ quicquam attingeret, in tres Tribus eſſe deſcriptum dixit, niſi fortè Tribus ipſas, & Curias ante Sabinum bellum inſtitutas illas quidem, verùm non niſi poſt Sabinam pacem his nominibus fuiſſe inſignitas velit. Etenim & Varro (30), quem auctorem in ea re ipſe ſequutum ſe inquit, cum rationem, cur ita nominatæ Tribus fuerint, in libris de lingua Latina reddit, eas Sabino demum perfecto bello ita appellatas ſignificat; quid enim aliud ea verba volunt? *Ager Romanus primum diviſus in partes tres, à quo Tribus appellatæ, Tatienſium, Ramnenſium, Lucerum: nominatæ, ut ait Ennius, Tatienſes à Tatio; Ramnenſes à Romulo; Luceres, ut ait Junius, à Lucumone.* Quamobrem ego facere non poſſum, quin Aſconium Pædianum, virum eum, quem alias in antiquitate demonſtranda accuratiſſimum ipſe ſoleo nominare, hoc loco aut inſcitiæ arguam, aut imprudentiæ; qui hæc verba in Commentario Divinationis reliquerit: *Principio Tribus tres fuerunt, Tatienſium à Tatio Rege, Ramnenſis altera ab Romulo, Luceris altera ab Lucumone, ſive Lucero, ſive à Luco, quem Aſylum vocaverat Romulus*: egregiè hoc quidem; at quod ſequitur, abſurdè: *Poſt de nominibus Sabinarum plures fuere, quibus deprecantibus parentum bellum, maritorumque finitum eſt; ad extremum quinque & triginta factæ.* Cur autem abſurdè? quia Tribus, quod nemo prodidit, à Sabinis mulieribus nuncupatas tradit: niſi fortè Curias falsò eaſdem eſſe, ac Tribus, voluit. (31) Fuerunt ergo ab initio tres Romæ Tribus, eæque à generibus hominum, qui tum urbem tenerent nominatæ: Ramnenſes Albani erant, qui ad tria millia peditum, equites CCC. cum Romulo Romam coloniam condiderunt. Tatienſes Sabini, qui haud ita multò poſt cum T. Tatio Sabinorum Rege Romam commigrarunt. Luceres ſive Etruſci erant, qui cum Lu-

(30) Lib. 4. de Ling. lat., qui addit ea vocabula: *Tatienſium, Ramnenſium, Lucerum* Thuſca fuiſſe, ut Volumnius, qui tragœdias Thuſcas ſcripſerat, dicebat.

(31) Miror hic Authorem ſtomachantem Pediano, qui Tribus de nominibus Sabinarum plures nominatas fuiſſe tradiderit, eum, vel nemo prodiderit à Sabinis mulieribus Tribus nuncupatas, vel ſi Curias eaſdem eſſe, atque Tribus is voluerit, falsò. Non inficior hic res verè diſjunctas confundere: ſed quia video utramque rem non à Pediano ſolo, ſed ab aliis eadem ratione nominatas, non cenſeo Pedianum adeò acriter reprehendendum. Atque ne Pediano Sextus Pompeius Feſtus antiquiſſimus pariter author hæc ponit: *Curia locus eſt, ubi publicas curas gerebant: Calabra Curia dicebatur, ubi tantum ratio Sacrorum gerebatur. Curiæ etiam nominantur, in quibus uniuſcujuſque partis populi Romani quid geritur, quales ſunt hæ, in quas Romulus populum diſtribuit numero triginta, quibus poſtea additæ ſunt quinque, ita ut in ſua quiſque Curia ſacra publica faceret, feriaſque obſervaret, iiſque Curiis ſingulis nomina Curiarum virginum impoſita eſſe dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt.* Ut enim Curias nemo tradidit plus triginta: ita Feſtus promiſcuè Curias poſuit, & Tribus, quod & fecit Pedianus Feſtum ſecutus, qui iterum idem confirmavit: *Centumviralia*, inquiens, *judicia à Centumviris ſunt dicta. Nam cum eſſent Romæ triginta & quinque Tribus, quæ & Curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis Tribubus ſunt electi ad judicandum, qui Centumviri appellati ſunt; & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumviri ſunt dicti.*

De Tribus autem vocabuli notatione dum quæritur, ego à Varrone, à Livio, & à Dionyſio diſſentio. Tribum non à tributo, neque quod tres populi partes factæ, ſed à verbo *tribuo* appellatam ajo, quod ſignificat idem, ac divido, partio. Sic enim *Cicero in Orat.*: *Nec vero ſine Philoſophorum diſciplina genus, & ſpeciem cujuſque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes poſſumus.* Et de fin. lib. 3. *Zenonis eſt*, inquam, *hoc ſtatim, eam vim loquendi, ut jam ante Ariſtoteles inanas naturas eſſe partes dicere.* Pro partibus igitur, quæ tribus dicebantur, Tribus ajo fuiſſe populi nominatas: Unde Feſtus lib. 10. *Lucerenſes, & Luceres pars tertia populi Romani eſt.* Et à tribuendo tributum: Tribunique, ſive plebis, ſive exercitus ab ipſis populi, exercitu ſque partibus.

Tribuum autem diſtinctionem, non Romulo judicio, qui triginta fecerat partes, quas Curias appellavit, propterea quod, ut ait Pomponius in L. 2. D. de orig. jur., tunc reipublicæ curam per ſententiam partium earum expediebat, legeſque tulit Curiatas, ſed judico Servio cum Livio. Nam Ramnenſium, Tatienſium, Lucerum partes facere, quam tam inutile Romulo fuiſſet, quod jam natum eſſet, quam imprudens, ne una, novaque Civitas in diverſas disjungeretur nationes. Prudentiæ potius Centurias tres equitum conſcripſiſſe, Ramnenſes, Tatienſes, Luceres, ut æmulatione in munere fungendo contenderent. Ea igitur nomina in populo manſiſſe arbitror, non quod ita tributus is fuerit, ſed quia, ut accidit ſæpiſſimè, varia hominum genera, ſeu natione, ſeu adventu, & qualia cauſa perpetuò nominantur; quemadmodum Priſcus, cui Lucumoni nomen fuerat à Tarquiniis Tarquinius Romæ dictus. Præterea, ut omnia Romulus auſpicato confecit, ita non licuiſſet Servio, nunc poſteris Tribus alias ſub aliis nominibus ſtatuere, ut non licuerat Priſco, atque ipſi Servio alias equitum Centurias ſub aliis nominibus conſcribere. Et triginta Curiæ à Romulo factæ, triginta, ſaltem ad comitia, perpetuò ſine ulla mutatione ſervatæ ſunt. Servius igitur fuit, qui quadrifariam Urbe tributa regionibus collibuſque, quæ habitabantur partes, eas Tribus appellavit, nominavitque Palatinam, Suburanam, Collinam, Eſquilinam. Non nego tamen Curias conſtituiſſe Romulum illo hominum genere ſervato, quaſque ea ſuo genere, donec triginta omnes expleſſet, ſed id nego ea genera Tribus ſolemniter eſſe facta. Idcirco dum Livius lib. 10 dicit: *Cum inter augures conſtet imparem numerum debere eſſe, ut tres antiquæ Tribus, Ramnenſes, Tatienſes, Luceres ſuum quæque augurem habeant; aut ſi pluribus ſit opus, pari inter ſe numero Sacerdotes multiplicent, ſicut multiplicati ſunt, cum ad quatuor quinque adjecit novem numerum, ut terni in ſingulas eſſent expleverunt*; illos pro nationibus intelligo, non pro juſtis Tribubus, ut quæque quodammodo natio ſuum augurem haberet pro jure quodam antiquitatis, quæ apud Romanos permagna cum ſuperſtitione, paulò minus quam auſpicata obſervabatur. Etenim ut Centuriæ equitum, ut veriſimile eſt, ex omnibus nationibus poſt fieri cœptæ, priſtina tamen nomina jure auſpiciorum ſemper tenuere: ita illa nomina in populo cum priſtinis inſtitutis jure antiquitatis ſemper conſervata.

Lucumone Etruſco, ſive Ardeates, qui cum Lucero, regnante Romulo, (nam & hæc traduntur) fortunarum ſuarum Romæ domicilium collocarunt, ſive præter Albanos, Sabinoſque reliquus adventitius populus omnis, qui in urbem confluxerat, atque in lucum confugerat. Unde etiam Luceres appellati, qui regionem, quæ inter Palatium, & Capitolium ſita eſt, ac deinceps, aucta urbe, reliquos colles omnes obtinuerunt. Nam quod Livius Lucerum nominis, & originis incertam cauſam eſſe tradiderit, id ita accipiendum eſſe arbitror, non quod nullam ipſe tenuerit, ſed quod incertam eam diverſos feciſſe auctores, exiſtimarit. Quoniam autem ex ſingulis Tribubus ſingulæ equitum Centuriæ conſcriptæ ſunt, hinc factum eſt, ut eadem nomina primarum Tribuum fuerint, ac Centuriarum equeſtrium. Id quod Livio fortaſſe cauſam, ut, nulla facta Tribuum mentione, tres à Romulo equitum Centurias conſcriptas libro primo tradiderit, eaſque poſtea libro decimo tres Tribus appellarit. Has deinde ſive Tribus, ſive Centurias ſub iiſdem nominibus auxit L. Tarquinius Priſcus, ac ſex fecit, primos & ſecundos (ut ait cum Livio, & Dionyſio Feſtus) Ramnenſes; primos & ſecundos Tatienſes; itemque Luceres. Neque enim per Attium Navium augurem, id quod optabat, ſuo inſignes relinquere nomine potuit. (31) Hic ergo ſive Centuriarum, ſive Tribuum numerus uſque ad Ser. Tullium Regem permanſit incolumis, à quo eodem tum, cum Tribuum, ac Centuriarum numerus auctus eſt, ipſæ inter ſe apertè diſtinctæ ſunt; id quod his verbis non obſcurè fert Livius: *Servius pedeſtri exercitu ornato, diſtributoque, Equitum ex primoribus Civitatis XII. conſcripſit Centurias, ſex item alias Centurias, Tribus à Romulo inſtitutis, ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit. Quadrifariam autem urbe diviſa regionibus, collibuſque, quæ habitabantur partes, Tribus eas appellavit, ut ego arbitror, ab tributo; nam ejus quoque æqualiter ex cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt.* Quamobrem, ſi Livium attendamus, Servium Regem, urbe in quatuor partes diviſa, primum Tribus, ac Tribus quatuor à collium, regionumque nominibus appellatas, inſtituiſſe dicemus, Palatinam, Suburanam, Collinam, & Eſquilinam; ſi Dionyſium, urbem, quam trium Romulus Tribuum fecerat, Servium in quatuor diviſiſſe, non gentium, ut ille, quæ habitarent, ſed locorum, in quibus habitarent, habita ratione. Id autem quemadmodum factum ſit, quia non minimi momenti res eſt, verbis item Dionyſianis allatis, exponam. *Servius*, inquit, *cum pomœrium protuliſſet, urbem in IV. regiones diviſam quatuor Tribuum fecit, eaſque à regionibus nominavit, Palatinam, Suburanam, Eſquilinam, Collinam: cum eo uſque trium tantum fuiſſet. Qui autem ſingulas earum partium incolebant, eos alio commigrare, atque alibi cenſeri, aut tributum conferre vetuit*, neque in *poſterum per Tribus generales, ut ante, ſed per quatuor locales* (ſic enim φυλὰς & τοπικὰς vertemus) *à ſe inſtitutas, rem militarem adminiſtravit, ac ſingulis partibus Præſides, qui, ubi quiſque habitaret, cognoſcerent, præfecit.* Quorum verborum ſatis plana ſententia eſt: Romulum tres Tribus φυλὰς feciſſe, cum univerſam populi multitudinem in tres quaſi gentium partes diviſiſſet: Servium in quatuor τοπικὰς, cum totam urbem in quatuor regiones diſtribuiſſet; atque idcirco neminem è ſua regione in alteram tranſire, ne Tribus ipſæ fortè perturbarentur, voluiſſe. Hunc autem, ut à Romuli ratione, atque inſtituto diſcederet, hæc, ut opinor, cauſa adduxit. Vidit Ramnenſes, qui Palatium; & Tatienſes, qui Capitolium tenebant, à Luceribus novo, atque adventitio populo longè numero ſuperari. Etenim quicunque in urbem quotidie confluebant, ſeſe Luceribus adjungebant. Igitur ut omnes inter ſe Tribus æquaret, ac parem in omnibus multitudinem redderet, qui Palatium, & Capitolium, & quicquid inter eos colles ſpatii erat, habitarent, in unam omnes Tribum conjecit, quam à nobiliori Palatii nomine, quod in eo primum urbs ſita fuerit, appellavit; qui ſub urbem veterem, quæ regio Subura dicebatur, in Suburanam; qui Eſquilias, in Eſquilinam; qui Quirinalem, Viminalemque collem, in Collinam, quam, ne alteri horum Collium, qui dignitate pari erant, injuria fieret, non Quirinalem, aut Viminalem, ſed Collinam nuncupavit. His rebus ita conſtitutis, ſequitur, ut quoniam Servium omnia ferè Tribubus ornamenta dediſſe, comperimus; quam multas ille Tribus, & quot generum fecerit, quæramus. Ac plures quidem, quam quatuor, ab eo inſtitutas, atque has quidem, quas commemoravimus, urbanas, reliquas verò ruſticas appellatas, auctor eſt Dionyſius. Scribit enim eundem Regem in multas item partes agrum Romanum eſſe partitum, quas Tribus nominarit, eaſque urbanis ipſis quatuor adjunxiſſe. Verùm ne ipſe quidem toti huic quæſtioni ſatis facit. Recitat enim parum inter ſe conſtantes aliorum ſententias, ut Fabii, ut Vennonii, ut Catonis, qui de numero ruſticarum Tribuum ſcripſerunt. Quid autem ipſe exiſtimet, non adſcribit. Verba verò ejus ſi Latinè reddantur, hæc ſunt: *Diviſit agrum etiam univerſum, ut Fabius inquit, in viginti ſex par-*

(31) Hiſtoria ad hanc rem Attii Navii hæc eſt ex Livio: *Tarquinius equitem maximè ſui deeſſe viribus ratus, ad Ramnenſes, Tatienſes, Luceres, quas Centurias Romulus ſcripſerat, addere alias conſtituit, ſuoque inſignes relinquere nomine. Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Attius Navius inclytus ea tempeſtate augur, neque mutari, neque novum conſtitui, niſi aves addixiſſent, poſſe; ex eo ira Regi mota, eludenſque artem, ut ferunt: Agedum, inquit, Divine tu, inaugura, fieri ne poſſit, quod nunc ego mente concipio. Cum ille in augurio rem expertus, profectò futuram dixiſſet: Atqui hoc animo agitavi, inquit, te novacula cotem diſciſſurum; cape hæc, & perage quod aves tuæ fieri poſſe portendunt. Tum illud haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt. Statua Attii poſita capite velato, quo in loco res acta eſt in Comitio in gradibus ipſis ad lævam Curiæ fuit; cotem quoque eodem loco ſitam fuiſſe memorant, ut eſſet ad poſteros miraculi ejus monumentum. Auguriis certè, Sacerdotioque augurum tantus honos acceſſit, ut nihil belli, domique poſtea, niſi auſpicato gereretur. Concilia populi, exercitus vocati, ſumma rerum, ubi aves non admiſiſſent, dirimerentur. Neque tum Tarquinius de equitum Centuriis quicquam mutavit, numerum tantum alterum adjecit, ut MCCC. equites in tribus Centuriis eſſent. Poſteriores modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt, quas nunc, quia geminatæ ſunt, ſex vocant Centurias.*

A *partes, quas & ipſe Tribus appellat, cùmque ipſis urbanas quatuor addidiſſet, triginta ex utriſque fecit: (Cato quidem has regnante Tullo fuiſſe omnes narrat) ut autem Vennonius prodit, in unam & triginta Tribus, qui cum auctor ſit melior, numerum tamen partium certum non adſcribit*. Quæ ſi Dionyſii ſententia fuit, (nam libri mendam verba ipſa Græca vulgata ſubindicant) profectò apparet, Tribus ex eorum ſententia à Servio Tullio aut triginta, aut amplius eſſe factas. Cui opinioni nec Varro, nec Livius, nec Dionyſius eſt aſſenſus. Varro quidem, quia lib. de vita populi Romani, teſte Nonio, ita ſcriptum reliquit: *Extra urbem in regiones viginti ſex agros viritim liberis attribuit*. B Quod, ni mea me conjectura fallit, de Servio dictum eſt, ut ex his verbis intelligamus, agrum in partes illum quidem viginti ſex diviſum eſſe: ſed regiones eas, non Tribus appellatas; & numerum Tribuum cum numero regionum non conveniſſe. Siquidem Vaticanus ager non ſolùm fuit Romanus, ſed prope etiam ſuburbanus; at inde tamen Tribus nulla nomen traxit. Nam Livium Tribus à Servio plures quatuor, pauciores triginta inſtitutas exiſtimaſſe, multis argumentis doceri poteſt, ſed maxime, quod Tribum Claudiam, quæ ruſtica fuit, ſexto poſt Reges exactos anno, qui fuit ab U. C. CCXLIX. cum vetus eſſet C Tribus, Claudiam appellatam ſcribit; deinde quod apud eundem ſcriptum eſt, anno demum CCLVIII. Claudio, Serviliοque Conſulibus Romæ unam & viginti Tribus eſſe factas. Dionyſium vero, quia in judicio Coriolani exponendo, quod quadriennio poſt, Sempronio, Minucioque Conſulibus à plebe factum eſt, ſcribit, Tribus unam & viginti ſuffragium tuliſſe, ita ut novem eum abſolverint, reliquæ condemnarint. Ergo, cum, id quod omnem hujus dubitationis ſcrupulum evellere poterat, Livius ita locutus ſit, ut nec quot, nec quæ Tribus additæ ſint, ne tum quidem, cum una & viginti factæ ſunt, explicet; nec Dionyſius hac de re quicquam D adjiciat, unde pervenire in ſuſpicionem aliquam veritatis poſſimus, fingamus nos duas opiniones extitiſſe, unam, ut dixi, Fabii; alteram Vennonii, quibus aut triginta, aut una & triginta Tribus à Servio factæ dicantur; tertiam verò Varronis, Dionyſii, & Livii ſtatuamus, quorum poſtremos tam magnum numerum Tribuum non approbare inde liquet, quod poſt Reges exactos minorem multo ambo commemorent. Dicamus autem, exempli gratia, decem & novem Tribus à Servio eſſe factas. Hoc enim ſi conſtituerimus, à Dionyſii non multum; à Livii certè nihil ſententia recedimus, qui non niſi ducenteſimo quinquageſimo octavo demum ur- E bis anno, Claudio & Servilio Coſs. unam & viginti Tribus factas, ſcriptum reliquit: & poſt expletum demum triginta quinque Tribuum numerum, duplicatum ipſarum eſſe numerum prodit. Harum autem decem & novem nomina, ut puto, fuerunt: Urbanæ, quas commemoravimus, quatuor, Suburana,

A Palatina, Eſquilina, Collina; reliquæ ruſticæ, Romilia, Læmonia, Pupinia, Galeria, Pollia, Voltinia, Æmilia, Cornelia, Fabia, Horatia, Menenia, Papiria, Sergia, Veturia, & quæ poſt dicta eſt Claudia. Hæc igitur Tribuum prima fuit à Servio instituta diviſio, ut alteræ urbanæ eſſent, alteræ ruſticæ; urbanæ à collibus & regionibus urbis, ruſticæ ab ruris, id eſt, agri partibus nuncupatæ. Itaque ſcite Varro in libris de lingua Latina, ubi de locis egit, Tribus omnes à locis nomen traxiſſe ſignificat, cum ait: *Ab hoc quoque quatuor partes urbis dictæ, & ab locis, Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina, ſic reliquæ extra ab his rebus, de quibus* B *in Tribuum libris ſcripſi*. Quod autem à Varrone traditum eſt, ratione etiam in pleriſque earum confirmari poteſt. Fuiſſe enim hæc nomina ferè vel urbis, vel agri regionum ſatis conſtat. Ac de regionibus quidem urbis quatuor, quo locupletiore utar teſte, quam eodemmet Varrone, non habeo, qui eodem in loco ita ſcribit: *Reliqua urbis loca olim diſcreta; è quis prima eſt regio Suburana, ſecunda Eſquilina, tertia Collina, quarta Palatina. In Suburanæ regionis parte princeps eſt Cælius mons; eidem regioni attributa Subura, quod ſub muro terreo Carinarum. Suburam Junius ſcribit ab eo, quod fuerit ſub antiqua urbe. Cui teſtimonium poteſt eſſe, quod ſubeſt ei loco,* C *qui terreus murus vocatur. Sed ego à pago potius Sucuſano dictam puto Sucuſam, nunc ſcribitur tertia littera C, non B. Pagus Sucuſanus, quod ſuccurrit Carinis. Secundæ regionis Eſquilinæ ab Eſquiliis; alii has ſcripſerunt ab excubiis Regis dictas: alii ab eo, quod exculta à Rege Tullio eſſent. Tertiæ regionis colles ab quinque deorum fanis appellati, à queis nobiles duo colles, Viminalis à Jove Viminio, quod ibi aræ ſunt ejus, aut quod ibi vimineta fuerunt. Collis Quirinalis, ubi Quirini fanum, qui à Curitibus, qui cum T. Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerunt caſtra. Quartæ regionis Palatium, quo Palantei cum Evandro venerunt, aut quòd Palatini, qui & Aborigines,* D *ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi conſederunt. Sed hoc alii à Palatia uxore Latini putarunt, eundem hunc locum à pecore dictum putant quidam. Itaque Nævius Balatium appellat*. Hactenus Varro. Suburanam ergo Tribum ex urbanis primam fuiſſe, cum Plinius, Varro, & Feſtus, qui eam ceteris anteponunt, docent; tum maximè Cicero in Agraria, cum inquit: *A Suburana ad Arnienſem nomina veſtra proponat*; quod nihil aliud eſt, niſi à prima Tribu uſque ad extremam. Ut autem inter urbanas Suburana primam ſedem obtinuit, (*) ſic inter ruſticas Romilia. Hoc oſtendit eodem in loco Cicero, cum Rullum reprehendit, qui ſe agrariæ diviſio- E nis initium à Romilia Tribu facturum eſſe reſponderat; cum, ut ipſe interpretatur, aut urbanas præteriret, aut certè, quod à ruſticis inciperet, ordinem immutaret. Quod idem non obſcurè tulit etiam Varro, cum Romiliam quintam Tribum, quod ſub Roma eſſet, & Feſtus, quod ex eo agro cenſerentur,

quem

(*) At non ita habet vetus marmor anno 1503. eſſoſſum, & ſervatur penes Rainutium Farneſium cardinalem ampliſſimum, cujus fragmentum eſt:

N•M. RVS. TR.
QVIBVS LOCIS.
PAL. H Hol. CLXXXXI.
SVC. H IIII. LVIII. IA
ESQ. HCC. DCLXXVII. A.
COL. H. CCCCLVI.
ROM II. LXVI.
VOL. H. LXXXX.

Similis Inſcriptio habetur penès Gruterum p. 201. n. 10. Carolus Macrus. Latinus.

quem Romulus ex Vejentibus ceperat, ſcripſit. Sequuntur deinceps tres Læmonia, Pupina, Vejentina, quas omnes ab agri Romani partibus nomina duxiſſe, quis ignorat? de iis enim ſic Feſtus: *Læmonia Tribus à pago Læmonio, qui eſt à porta Capena via Latina, dicta eſt: Pupinia ab agro Pupinio*. Cujus nos ante, & ſæpe etiam Livius alias, & Valerius meminerunt. Vejentinam, cujus meminit in Planciana Cicero, ab agro Vejentum dictam exiſtimarim, quem Vejentibus Ser. Tullius ipſe ademit, & novis civibus, ut tradit Dionyſius, dedit. Quod idem de Galeria, Pollia, Voltinia, quanquam ſcriptum nihil extat, poſſumus ſuſpicari. (*) Volſinienſes quidem Terentinæ vicinos ſcribit Cicero pro Plancio. Dicet aliquis: Quid ceteræ? à pagis ne, & locis? an potius à virorum, familiarumve nominibus appellatæ ſunt? Ego quidem exiſtimo, à locis omnes, ut ſcripſit Varro, à Ser. Tullio Rege nominatas, verùm vindicata poſt in libertatem civitate, multas earum vetere relicto nomine illuſtrium aliquot familiarum ſibi nomina aſciviſſe. Hoc me docuit Claudia Tribus, quæ, ut ait Livius, cum vetus eſſet Tribus, eaque à pago ante fortè aliquo appellata, adjectis poſtea novis tribulibus, Claudia vocitata eſt. Nam Papiriam quidem, quid eſt, cur à Papirio duxiſſe nomen dubitemus, cum Feſtum auctorem habeamus? Neque verò hoc cuiquam mirabile debet videri, Papios, Cornelios, Æmilios, Sergios, Fabios, Horatios, Menenios, Veturios, qui patricii Rempublicam univerſam primis illis Reipublicæ temporibus in poteſtate habebant; quibus ipſi erant præditi opibus, nomina ſua Tribubus, quæ tum erant, diverſis rerum cauſſis, atque eventibus impoſuiſſe. Inde duæ adjectæ ſunt anno, ut dixi, CCLVIII. quarum altera Cruſtumina; altera Vejentina, ut opinor, eſt appellata. De quibus Tribus una & viginti factæ; quattuor anno CCCLXIX., Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arnienſis; duæ anno CCXCV., Pomptina, & Poplilia, ſive Popillia, ſive Poblilia; duæ anno CCCCXXI., Mæcia, & Scaptia; duæ anno CCCCXXXV. Uſentina, & Falerina; duæ anno CCCCLIV., Anienſis, & Terentina; duæ demum anno DXII., Velina, & Quirina, quibus numerus XXXV. Tribuum eſt expletus, qui integer uſque ad extrema Reipublicæ tempora penetravit. Omnium autem harum Livius auctor eſt; præter Cruſtuminam & Vejentiam; quarum cum ego nomina celebrari partim in libris, partim in lapidibus veteribus viderem; neque tempus aliud, quo eas adjectas eſſe veriſimile eſſet, reperirem, eo potiſſimum, quo dixi, anno additas arbitratus ſum. Eſt autem Cruſtumina dicta ab oppido Cruſtumio, ut inquit Feſtus: Vejentina à Vejis. Eſt enim intelligendum, ut decem & novem Tribus, quas Servius deſcripſit, omnes aut in urbe, aut in agro Romano fuerunt; ſic reliquas ſexdecim extra agrum, aut in Sabinis, aut in Etruria, aut in Latio, aut in Campania fuiſſe. Cruſtuminam autem in Sabino agro poſitam, docet Livius, apud quem Sp. quidam Liguſtinus ſe ex Tribu Cruſtumina eſſe in Sabinis ait: ita fortaſſe appellatam, quod ex iis agris homines in civitatem aſciti, in eaſque Tribus, ut de Appio Claudio, & clientibus ejus è Sabinis venientibus paulò ante factum erat, conjecti ſint; quod ſemel fieri cœptum inde ſæpiſſimè celebratum eſt; neque enim quenquam negaturum eſſe arbitror, Stellatinæ, Tromentinæ, Sabatinæ, Arnienſis nomina ab Etruſcis locis eſſe impoſita, qui hæc Livii verba conſideraverit: *Eo anno in Civitatem accepti, qui Vejentium, Capenatium, ac Faliſcorum per ea bella transfugerant ad Romanos, agerque iis novis civibus aſſignatus. Tribus quatuor ex novis civibus additæ Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arnienſis, eaque vigintiquinque Tribuum numerum explevere*. Quod ſi quis ex his verbis haud ſatis id, quod propoſui, confirmari putaverit, Tribus, inquam, has quatuor non ab agro eis aſſignato; ſed ab eo, unde novi cives venerant, nominatas: his adjiciat Pictoris, & Catonis auctoritatem; qui Stellates populos, Sabate lacum, Arnum fluvium in Etruria poſuerunt. Cato quidem in vulgatis Originum fragmentis ita: *Umbro in monte Sena colonia, Piſtorium, Umbro amnis, Stellates, Fluentini, qui & Arnienſes*. Pictor verò ſic: *In area inter colles ſunt vicus Longus, vicus Arnienſis, vicus Stellatinus, Sabatinus, Lartenianus, qui & Vejens, Faliſcus, quorum cognomina à Tuſcis ſunt commigrantibus in Civitatem Romanam*. Judicet præterea, quam veriſimile ſit, ſi hi populi vicos aliquos urbis Romæ, quos obtinuerunt, ſuis nominibus decorarunt, eoſdem Tribus etiam, in quas relati ſunt, ſuo inſignes nomine relinquere potuiſſe. Nam Sabatinam quidem Tribum à Sabate lacu dictam apertè ſcribit Feſtus; quem lacum non longè à Roma in Etruria collocat Strabo. Tromentinam autem cum à loco Cœli Etruſci ejus, qui cum Romulo vixit, nominatam Pictor auctor ſit, profectò & hanc ab Etruriæ, ut ait Feſtus, campo Tromento dictam licet ſuſpicari. Nam Arnienſem, ſive Arnenſem ab Arno flumine appellatam, nemo dubitare meritò poterit. Quod cum ita ſit, ſanè ratio apparet, cur in Agraria Cicero dixerit: *A Suburana ad Arnienſem*, ideſt, ut ſupra admonui, à prima Tribu ad ultimam. Neque enim noviſſimam Arnienſem intelligit, quæ ultimo loco addita ſit, & quæ numerum triginta quinque Tribuum expleverit, ſed quæ longè ab orbe Roma abfuerit. Arnienſem autem omnium remotiſſimam eſſe, facilè quiſque intellexerit, qui locorum intervalla, unde aliæ ſunt appellatæ, notaverit. Jam Pomptinam à Pometia Latino oppido nomen ſumpſiſſe ſcribit Feſtus. Quod idem de Mæcia, & Scaptia ſuſpicari poſſumus, de quibus hæc literis prodidit Livius: *Lanuvini, Aricini, Nomentani, Pedani Civitate donati; cenſus actus; novi cives cenſi; Tribus propter eos additæ Mæcia, & Scaptia*. Atqui Mæciam Feſtus à caſtro quodam, Scaptiam ab oppido dictam refert. Caſtrum autem eſt Mæcium non procul ab Lanuvio, ut auctor eſt Livius, libro ſexto. Scaptiam autem in Latio oppidum numerat cum aliis Plinius. Quod autem de his, idem etiam de Uſentina, & Falerina licet judicare. Quarum altera ab Uſente flumine, altera à Falerno agro (horum ille in Latio, hic in Campania eſt,) nomen traxit. Uſentinæ teſtimonium nobile eſt apud Feſtum: *Ouſentina Tribus*, inquit, *initio cauſſa fuit nomen fluminis Uſentis, quod eſt in agro Privernate*

(*) Volſinienſes quidem Terentinæ vicinos ſcribit Cicero pro Plancio. *Latinus*.

uata ſutra mare , & Tarracinam . Lucretius : A
Priverna Uſentina venit, fluvioque Uſenta. Po-
ſtea deinde à Cenſoribus alii quoque diverſarum
Civitatum eidem Tribui ſunt adſcripti . Erat ao-
tem Privernatibos decem ante aonis Civitas,
auctore Livio, à Romanis communicata. Eo-
dem autem modo Campanos aliquot tum io
Civitatem aſcitos , atque eorum cauſſa Fale-
rinam adjectam poſſumus ſuſpicari. Utriuſque
non tam Livios , quàm Diodorus memioit .
Seqountur Anienſis, & Terentina, atque ex-
tremæ Velina, & Quirina; de quibus, quod
ſciam, oihil aliud extat, quam quod eſt apod
Feſtum de Quirioa , quam à Curienſibos Sa-
binorum populis ait eſſe vocatam. Anienſem
porrò ab Aniene flumine derivatam ; Teren B
tinam à Terento loco; Velinam à lacu Ve-
lino Sabinorum exiſtimaverim , quippe quæ
unà cum Quirina, quæ & ipſa in Sabiois fuit,
aooo DXII. à Cenſoribus C. Aurelio Cotta ,
& N. Fabio Buteone , auctore in epitomis
Livio , ſit adjecta . An autem Terentioa à
Tereoto manarit, qui locus ad Tiberim in
campo Martio fuit : quemadmodum oe de
Poblilia quidem; à loco ne, an à viro aliquo
nominata ſit, affirmare non auſim. Hactenus
de triginta quinque Tribuum nomioibus, quæ
mihi proxime ad veritatem accedere viſa
ſunt, expoſui. De ceteris autem , quæ præ
ter has veteribus in monumentis leguntur ,
ut Papia, Camilla, ita, ut nunc quidem eſt, C
ſ itio , nomina eſſe Tribuum XXXV. , ſed
multas Tribus duobus fuiſſe fortaſſe aliquao
do nominibus inſignitas; altero , quod loci
eſſet , altero quod familiæ : eaſque ab aliis
hoc, ab aliis illo fuiſſe appellatas. Siquidem
conſtat, tres ex bis alio poſt fuiſſe nomine
vocitatas ab Auguſto, Veſpaſiano, & Traja
no, Juliam, Flaviam, & Ulpiam . Qua ta-
men cauſa, aut quo tempore in prioribus hoc
factum ſit , cum ne divinatione quidem aſte
qui me poſſe confidam, in aliorum ſuſpicione
malo relioquere , quam in oratione mea po-
nere .

Reliquum eſt, ut deinceps quid inter ur-
banas Tribus, & ruſticas interfuerit , dicen- D
dum eſſe videatur . Quod igitur ſupra dixi-
mus , urbaois Tribubos eos , qui urbem; ru
ſticis , qui rus haberent , comprehenſos , id
veriſſimum fuiſſe Servio regnante , ac pæmis
illis temporibus poſſumus affirmare . Hujus
enim antiquitatis teſtem Dionyſium habemus;
qui Servium facta urbis , agrique diviſione
in ſua quemque urbis, agrique regiooe habi-
tare voluiſſe ſcripſit : ſic eoim de utraque
diviſione luquitur : *Tullius muro uno ſeptem*
colles camplexus , urbem in quatuor partes divi-
ſam , quas Palatinam , Suburanam , Collinam ,
& Eſquilinam vocavit , quatuor Tribuum fecit ,
quæ conſque trium fuerat . Caviique ne , qui in
quacunque quatuor partium habitarent , aut aliud E
domicilium ſumerent , aut uſpiam alibi contri-
buerent , vel in delectu militari , vel in pecuniis
in bellum aut alias uſus , quas unumquemque
Reipublicæ præſtare oporteret , conferendis ; ne-
que amplius per Tribus generales , ut ante , ſed
per quatuor locales , quas ipſe deſcripſerat , rem
militarem adminiſtravit ; cum curatores uniuſ-
cujuſque regionis creaſſet Tribuum , atque Vico-
rum principes , quos ubi quiſque incoleret , co-
gnoſcere juſſit . Diviſit vero agrum etiam om-
nem , ut Fabius inquit , in partes ſex & vi-
ginti , quas & ipſas vocat Tribus , & cum ipſis
urbanas quatuor adjeciſſet , triginta fecit ex
utriſque . (Cato quidem has regnante Tullio
fuiſſe omnes narrat .) Ut autem Vennonius pro-
dit , in unam & triginta Tribus . Qui cum au-
ctor ſit melior , numerum tamen partium cer-
tum non adſcribit . Cum igitur Tullius in quo-
ſcunque velit partes agrum diviſiſſet , in monta-
nis , & firmiſſimis in primis collibus perſugia
quædam diſpoſuit , quæ Græcè pagos nominavit ;
quo ſe agreſtes ex agris per hoſtiles irruptiones
reciperent , atque ibi pernoctarent : erant autem
horum etiam Curatores , quibus negotium datum
erat , ut agricolarum in pagum contribuentium
nomina , hæc prædia , quibus eorum vita ſuſten-
tabatur , nota haberent ; & ubi res poſtularet ,
eos ad arma excirent , ac tributa viritim exige-
rent . Ut autem eorum multitudo faciliùs inve-
niri , ac dirimi poſſet , aras ab eis juſſit extrui
diis , quorum in fide pagus eſſet ; atque eos com-
muni ſacrificio à convenientibus quotannis ruſti-
canis coli , die ad id feſto , qui Paganalia dictus
eſt , inſtituta , juſſit : ac leges quaſdam de ſacris
illis , quas in hanc etiam ætatem Romani tenent ,
dedit . Ad hoc autem ſacrificium omnes , qui ejuſ-
dem eſſent pagi , viritim nummum conferre ,
unum viros , alterum mulieres , tertium impu-
beres ſtatuit ; ex quarum numero facilè à cura-
toribus pagorum ſubduci ratio , & generum , &
ætatum potuit . Adjicit Piſo , eundem , cum vel-
let civium , qui urbem incolerent , numerum
noſſe , & qui naſcerentur , & qui è vita decede-
rent , & qui inter viros aſcriberentur , conſti-
tuiſſe : ut pro cujuſque ortu , ſoguale nummum
in arcam Junonis Lucinæ inſerrent ; pro inte-
ritu , in Veneris Libitinæ ; pro iis autem , qui
Togam virilem ſumerent , in Juventæ ; ex qui-
bus facilè , quam multi quotannis , & qui ex his
ætate militari eſſent , cogniturus erat . His au-
tem rebus ita conſtitutis , æſtimare ſua quenque
bona , eamque æſtimationem juratum profiteri ,
ac ſua , patrum , uxorum , liberorumque nomina ,
& qua in urbis regione , quove in agri pago ha-
bitarent , deferre ; qui ſecus feciſſet , ipſum ver-
beratum venire juſſit . Hæc Dionyſius . Ex qui-
bus perſpicuè liquet , urbanas Tribus tum
fuiſſe eorum , qui urbem ; ruſticas illorum ,
qui rura, & quidem coleodi cauſa haberent ;
ita ut Tribus oihil aliod , quam pars aliqua
urbis , vel agri Romani eſſet , eaque habita-
tionem ſequeretur, & mutata habitatione mu-
taretur , quique io agris , iidem in aliqua
Tribu eſſent ; ſiquidem tot ferè ruſticæ Tri-
bus , quot agri partes numerareotur ; unde
dixit Feſtus : *Viatores appellatos , qui magiſtra-*
tibus apparerent , eo quia initio omnium Tribuum
cum agri in propinquo erant urbis , atque aſſi-
duè homines ruſticabantur , crebrior opera eorum
erat in via , quam in urbe ; quod ex agris ple-
rumque homines vocabantur à magiſtratibus .
Quo eodem etiam reſpexiſſe A. Gellium ar-
bitror , cum tributa comitia eſſe defioivit ,
cum ex regionibus , & locis ſuffragium ferretur.
Poſt autem mutata tota hæc Tribuum ratio
eſt . Primum enim qui urbem iohabitabant ,
urbanas ; qui agrum , ruſticas obtinebant ;
deiode vero relictis urbanis optimus, ac præ-
ſtantiſſimus quiſque io ruſticis cenſeri voluit ;
ita ut tum Tribus noo urbis , ſed civitatis
partes haberi cœptæ ſiot . Mutatioai autem
huic duæ res cauſam , meo judicio , attule-
ruot , una vitæ ruſticæ commendatio ; altera
cenſoria poteſtas , & notio . De utraque di-
cemus brevius . Ac magno quidem in hono-
re vitam ruſticam apud priſcos illos Roma-
nos fuiſſe, nemioem eſſe puto ; qui oeſciat .
Hoc

A Hoc Romuli vetus inſtitutum probat, qui, Dionyſio auctore, ſellularias, & ſordidas artes omnes ſervis, ac peregrinis; militarem, ac ruſticam liberis, & civibus tantummodo conceſſit: ita ut iidem rei bellicæ, ac ruſticæ operam darent; ac pacato quidem tranquilloque civitatis ſtatu in agris eſſent: niſi ſi quando eis in urbem veniendum eſſet, cui muneri nonum diem, qui Nundinæ dictus eſt, attribuit: ingruenti autem bello ad militiam nomina darent, unde factum eſt, ut Nundinas Macrobius *paganorum, id eſt, ruſticorum, fuiſſe ferias ſcripſerit, quo convenirent negotiis propriis, vel mercibus provisuri*. Quin etiam alio loco Dionyſius ſcribit, cives Romanos ita in agris fuiſſe, ut aut agros ſuos colerent, aut alienos, atque utroſque ad militiam ire coactos. Mitto interea ex iis, qui urbem habitarent, quàm multi, quanta cum laude, patricii etiam viri manibus ſuis agrum ſuum coluerint, atque ab agro ad honores vocati, ab honoribus ad agri culturam reverterint. Hinc ergo factum eſt, ut vita agreſtium urbanorum vitæ antepoſita ſit, quod illa laboris, hæc deſidiæ plena eſſet; id quod ſignificari video à M. Varrone in ſecundo de re ruſtica his verbis: *Viri magni majores noſtri non ſine cauſa præponebant ruſticos Romanos urbanis, ut ruri enim qui in villa vivunt, ignaviores, quam qui in agris verſantur in aliquo opere faciendo: ſic qui in oppido ſederent, quam qui rura colerent, deſidiores putabant. Itaque annum ita diviſerunt, ut nonis modo diebus urbanas res uſurparent; reliquos octo, ut rura colerent*, & alibi: *Non ſine cauſa majores noſtri ex urbe in agros redigebant cives ſuos, quod & in pace à ruſticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur*. Ut ergo ruſtica vita honeſtior urbana haberi cœpta eſt; ſic ruſticæ Tribus urbanis honoratiores; itaque urbanis libertinorum ordini relictis in ruſticas ab ingenuis commigratum eſt. Quod quidem Plinius, ubi laudes agriculturæ narrat, apertè demonſtrat, cum ait: *Jam diſtinctio, honoſque Civitatis ipſius non aliunde erat. Ruſticæ Tribus laudatiſſimæ eorum, qui rura haberent; Urbanæ verò, in quas transferri ignominiæ eſſet, deſidiæ probro. Itaque quatuor ſolæ erant à partibus Urbis, in queis habitabant, Suburana, Palatina, Collina, Eſquilina, nundinis Urbem reviſitabant, & ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs ruſtica avocaretur*. Ergo cùm tantum honoris ruſticis Tribubus acceſſiſſet, tum ſuſpicor commutata tota Servii ratione eos etiam, qui Urbem incolerent, nobiles homines in ruſticas Tribus transferri cœptos eſſe; quid enim? nonne Appius Claudius, cui ex Sabinis in Civitatem venienti pars Urbis ad ædes conſtruendas, & ager ad colendum datus eſt, in ruſticam Tribum, quæ poſtea à ſe Claudiæ nomen accepit, conjectus eſt? certè, ſic enim de eo ſcriptum reliquit Dionyſius: *Claudio, qui ex Regillo, Sabinorum oppido, Romam cum clientibus ſuis commigravit, Urbis partem, quantum voluit, ad conſtruendas ædes populus dedit, & agrum publicum inter Fidenas, & Picentiam, ut partem clientibus ſuis diſtribueret. Ex quibus Tribus etiam facta eſt temporis intervallo ea, quæ Claudia nominatur, quæ in hunc uſque diem nomen retinet*. Jam verò illi, quos ſupra commemoravimus, Etruſci, qui in Civitatem accepti vicos multos Urbis tenuerunt, quos etiam ſuo nomine decorarunt, nonne in quatuor Tribus ruſticas diſtributi ſunt? Neque verò novos ſolùm Cives in ruſticas Tribus honoris cauſa translatos eſſe, ſed veteres etiam ex Urbanis in ruſticas tranſitum feciſſe, exiſtimare poſſumus. Nam ſi Julia gens Romam à Tullo Hoſtilio Rege, Octavia à Tarquinio Priſco tranſducta eſt, id quod à Dionyſio, & Svetonio accepimus, quid eſſe cauſæ poteſt, cur non utraque Urbanas demum Tribus obtinuerit, in quas quicunque tum Romæ domicilium haberent, Ser. Tullius diſtribuerit? profecto, niſi quòd ipſi procedente tempore ex Urbanis in ruſticas Fabiam, & Scaptiam tranſierint. Nam Scaptienſes, & Fabianos Auguſti tribules prodit Svetonius; credo quòd B alteram ille à Julia, alteram ab Octavia gente Tribum acceperit. Etenim qui adoptatus erat, ut nomen, ſic etiam Tribum ejus, qui ſe adoptaverat, aſſequebatur. Neque verò ego aliunde Tribum Papiriam, Corneliam, Æmiliam, Fabiam, Horatiam, Meneniam, Sergiam, & Veturiam appellatas exiſtimaverim, quam quod in eas copioſiſſimæ hæ, ac nobiliſſimæ familiæ ſe conjecerint; niſi verò M. Livium Salinatorem, qui Polliam; & C. Claudium Naronam, qui Arninenſem; Ser. Sulpicium Ruſum, qui Læmoniam; C. Curionem, qui Pobiliam; C. Verrem, qui Romiliam habuit, nobiles homines, agros, non Urbem, incoluiſſe: ac propterea ruſticas, non urbanas C Tribus obtinuiſſe exiſtimemus. Ruſticarum verò Tribuum honorem ex eo maximè tempore increbuiſſe crediderim, ex quo Tribus Cenſorum arbitrio ſunt permiſſæ, ita ut ii & novas Tribus addere, & novos Cives in Tribus conjicere, & veteres Tribu movere poſſent, quam eorum potiſſimum fuiſſe poteſtatem accepimus; inde enim eam quiſque Tribum tenuit, quam ſibi non Urbis, aut agri habitatio, ſed Cenſorium arbitrium detuliſſet. Oſtendit apertè id Feſtus, qui in Uſentinam Tribum ex aliis poſt etiam Civitatibus homines à Cenſoribus, quàm qui ex Uſentina regione venerant, ait eſſe translatos. Docet Diodorus, qui Appium Cœcum Cenſorem poteſtatem D dediſſe Civibus, ut, in, quam vellent, Tribum diſtribuerentur, in qua vellent, cenſerentur, ſcripſit. Urbanas autem cum multis ante annis ignominioſas eſſe cœpiſſe putaverim, tum maximè poſt annum CCCCXLIX., quo Q. Fabius Cenſor humillimos homines ex omnibus Tribubus, in quibus diſperſi erant, excretos in quatuor Urbanas conjecit, cujus rei Auctor optimus eſt Livius, qui ita ſcribit: *Appius Claudius Cenſor humilibus per omnes Tribus diviſit forum, & campum corrupit, & ex eo tempore in duas partes diſceſſit Civitas; aliud integer populus fautor, & cultor bonorum, aliud forenſis factio tenebat, donec Q. Fabius, & P.* E *Decius Cenſores facti, & Fabius ſimul concordiæ cauſa, ſimul, ne humillimorum in manu eſſent comitia, omnem forenſem turbam excretam in quatuor Tribus conjecit, Urbanaſque eas appellavit*. Adde quòd libertini, ſordidum hominum genus, jam inde à Ser. Tullio Rege in quatuor Urbanas tantùm erant translati, ut ſi Urbanæ Tribus libertinorum, atque humilium, forenſiumque hominum fuerunt, intelligamus ruſticas ingenuis, modeſtis, boniſque, ſive Urbem, ſive rus incolentibus relictas.

Hactenus, quod ad hunc locum attinet, ſit dictum de Tribubus, reliquum eſt, ut deinceps de Curiis diſſeramus. Eſt autem ut Tribus, ſic Curiæ ſignificatio triplex, nam & lo-

cum

eum ſignificat, & cœtum quendam Civium, qui inde Curiales dicti ſunt, & jus quo Curiales ipſi donati ſunt. Curias autem idem, ut dixi, Romulus inſtituit, ut eſſent partes Tribuum; ſingulas enim Tribus in decem Curias diſpertivit, unde triginta fuerunt. Docet hoc cum Dionyſius, ut paulò ante admonui, tum M. Varro, & poſt Varronem Sex. Pompejus. Varro quidem ita: *Curiæ duorum generum; nam & ubi curarent Sacerdotes res divinas, ut Curiæ veteres; & ubi Senatus humanas, ut Curia Hoſtilia, quam primus ædificavit Hoſtilius Rex ante roſtra.* Pompejus verò hoc modo: *Curia locus eſt, ubi publicas curas gerebant. Curiæ etiam nominantur, in quibus uniuſcujuſque partis Populi Romani quid geritur, quales ſunt eæ, in quas Populum Romulus diſtribuit numero XXX.*, (33) *ita ut in ſua quiſque Curia Sacra publica faceret, Feriaſque obſervaret.* Nominatas porrò Curias Livius à Sabinarum mulierum, quæ raptæ erant, nominibus ſcribit, & Livium fortaſſe ſequutus Pompejus, ac Pedianus, quam opinionem ita Auctore Varrone Dionyſius, & poſt Dionyſium Plutarchus refutavit, ut eas partim à locorum, partim à virorum nominibus appellatas eſſe tradiderint. Quoniam autem Romulus Urbis pomœrio Palatinum tantùm montem comprehenderat, Curiaſque omnes intra Urbem conſtruxerat, hinc factum eſt, ut omnes triginta Curiæ primis temporibus in Palatio fuerint; poſt autem, cum ad Populi, qui jam creverat, frequentiam capiendam vix ſatis amplæ viderentur, novæ totidem ampliores aliæ ædificatæ ſunt, in quas ex Veteribus Sacra ſunt evocata. Quatuor autem fuerunt, ex quibus per Religiones Sacra evocari non potuerunt, Forienſis, Velienſis, Rapta, & Velitia, quæ inde Veteres Curiæ quatuor dictæ ſunt. Quod ex Feſtu maximè cognoſcitur, cum ſcribit: *Novæ Curiæ proximè compitum Fabricii ædificatæ ſunt, quòd parum ampla erant veteres à Romulo factæ; ubi is & Populum, & Sacra in partes diſtribuerat, ut in iis ea Sacra curarent, quæ quando ex veteribus in novas evocarentur, quatuor Curiarum per Religiones evocari non potuerunt. Itaque Forienſis, Raptæ, Velienſis, Velitiæ res divinæ fiunt in veteribus Curiis.* Ceterum præter harum quatuor nomina, tres etiam aliæ alibi inveniuntur, Saucia, Titia, Tiſata. Sauciæ meminit Livius: *Atque ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit, quòd Sauciæ Curiæ fuit principium, duabus inſignis cladibus, captæ Urbis, & Caudinæ pacis*; Reliquarum Feſtus: *Titiam enim Curiam à Tito* A *Tatio Rege nuncupatam, Tiſatam Romæ Curiam fuiſſe*, ait. Apparet autem ex his, antiquam illam Romuli diviſionem aliqua ex parte retentam eſſe, aliqua etiam immutatam. Nam triginta Curiarum numerus idem perpetuò manſit: Curiæ verò Tribuum partes non ſemper fuerunt. Nam aucto Tribuum numero, Curiarum tamen non eſt amplificatus. Præterea verò cum Tribus quatuor factæ eſſent urbanæ; reliquæ verò ruſticæ XXXI. à partibus agri nominatæ, tamen nullæ Curiæ in agro ſunt conſtitutæ. Itaque Curiæ tantum in urbe ædes fuerunt, in quibus, qui urbem colerent, ſigillarim in ſua quiſque Sacra facerent. Ut enim poſt Ser. Tullius Tribubus B urbanis ſacra quædam, quæ Compitalia, & ruſticis alia, quæ Paganalia dicta ſunt, aſſignavit; ſic Curiis ſingulis Romulus ſua ſacra conſtituerat, ſuis cuique divis, quos colere deberent, demonſtratis; & ſacris faciundis certas pecunias ex ærario ſumendas attribuerat: & ut rei divinæ Curiales cum ſuis Curionibus intereſſent, unaque feriis in Curialibus tricliniis epularentur, inſtituerat. Fuiſſe enim ſuas cuique Curiæ ædes ſcribit Dionyſius, in quibus communis veluti focus ſingulis Curiis erat conſecratus, quæ ædes Curiarum, & ipſæ Curiæ ſua etiam ætate nominarentur. Quo reſpexit Cicero in primo de Oratore, cum dixit: *tantam in Craſſo humani-* C *tatem fuiſſe, ut, cum lauti accubuiſſent, tolleretur omnis illa ſuperioris triſtitia ſermonis, eaque eſſet in homine jucunditas, & tantus in jocando lepos, ut dies inter eos Curiæ fuiſſe videretur, convivium Tuſculani.* Ergo cum Curiæ procedente tempore nihil ad Tribuum rationem pertinerent, factum eſt, ut multi Tribus obtinerent, Curiarum tamen expertes eſſent. Inter quos maximè erant municipes, qui extra urbem agrumque Romanum domicilium habuerunt. Qui ſi ſacra eadem cum civibus Romanis non habebant, profecto neque iidem erant omnino, ac cives Romani. Quod & à principio hujus diſputationis attigimus, & poſt in libris de antiquo D Italiæ jure apertius oſtendemus.

CAP. IV.

De Claſſibus, & Centuriis.

UT autem Tribus, & Curiæ à Romulo ſunt inſtitutæ: ſic Claſſes, & Centuriæ à Servio Tullio, omnem enim populum in ſex Claſſes (34) diſtribuit; Claſſes autem omnes

(33) Omittit hic author alia Feſti verba, quæ ſunt: *quibus additæ ſunt quinque*. Item omittit Calabram Curiam, nam inquit Feſtus: *Curia eſt locus, ubi publicas curas gerebant: Calabra* E *Curia dicebatur, ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur: Curiæ etiam nominantur &c.*

(34) Melius hæc rei explicari non poteſt, quam ipſa narratione maximorum hiſtoriæ Romanæ Scriptorum Livii, & Dionyſii, quæ ita ſe habent:

Verba Livii ſunt: *Aggreditur inde pacis longè maximum opus*, ideſt Servius, *ut quemadmodum Numa Divini auctor juris fuiſſet, ita Servium conditorem omnis in Civitate diſcriminis, ordinumque quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet, poſteri fama ferrent. Cenſum enim inſtituit rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli, paciſque munia non viritim, ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent; tum Claſſes, Centuriaſque, & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello. Ex iis, qui centum millium æris, aut majorem cenſum haberent, LXXX. confecit Centurias, quadragenas ſeniorum ac juniorum. Prima Claſſis omnes appellati ſeniores, ad urbis cuſtodiam ut præſto eſſent: juvenes, ut foris bella gererent. Arma his imperata galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære: hæc, ut tegumenta corporis eſſent: tela in hoſtem, haſtaque & gladius. Addita huic Claſſi duæ fabrum Centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia facerent; datum munus, ut machinas in bello ferrent. Secunda Claſſis intra centum uſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta; & ex his ſenioribus, junioribuſque viginti conſcriptæ Centuriæ: arma imperata, ſcutum pro clypeo, & præter loricam omnia eadem. Tertiæ Claſſis in millium quinquaginta cenſum eſſe voluit, totidem Centuriæ, & hæ eodem ætatum diſcrimine factæ: nec de armis quicquam mutatum, ocreæ tantum ademtæ. In quarta Claſſe cenſus quinque & viginti millium, totidem Centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter haſtam, & verutum datum. Quinta Claſſis aucta, Centuriæ triginta factæ; fundas, lapideſque*

A *que miſſiles hi ſecum geſtabant. In his accenſi cornicines, tibicineſque in tres Centurias diſtributi; undecim millibus hæc Claſſis cenſebatur; hoc minor cenſus reliquam multitudinem habuit; unde una Centuria facta eſt immunis militia. Ita pedeſtri exercitu ornato, diſtributoque equitum ex primoribus Civitatis XII ſcripſit Centurias. Sex item alias Centurias, Tribus ab Romulo inſtitutis, ſub iiſdem, quibus inaugurata erant, nominibus fecit. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data: & quibus equos alerent, viduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent. Hæc omnia in dites à pauperibus inclinata onera. Deinde eſt honos additus. Non enim, ut ab Romulo traditum cæteri ſervaverant Reges, viritim ſuffragium eadem vi, eodemque jure promiſcuè omnibus datum eſt: ſed gradus facti, ut neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penès primores Civitatis eſſet.* B *Equites enim vocabantur primi: LXXX. inde primæ Claſſis Centuriæ primùm peditum vocabantur; ibi ſi variaret, quod rarò incidebat, ut ſecundæ Claſſis vocarentur: nec ferè unquam infra ita deſcenderent, ut ad infimos pervenirent.*

Verba Dionyſii: *Juſſit omnes Romanos nomina dare, & ſua bona cenſere pecuniæ æſtimatione, & jusjurandum legitimum interponere, quo jurarent vere & optima fide omnia ſua bona cenſa eſſe, & nomina parentum, ex quibus eſſent procreati adſcribere, & ſuæ ætatis annum declarare, atque ipſarum quoque conjugum & liberorum nomina ſcribere, addito & urbis loco, & regionis pago, ubi ſinguli habitarent. Et verò, qui cenſus non fuiſſet, hanc pœnam propoſuit, ut bonis ſpoliaretur, & virgis cæſus ſub haſta veniret, atque lex iſta diu apud Romanos duravit. Peracto autem cenſu, & tabulis, in quibus omnium nomina ſcripta erant, acceptis, & ingenti eorum* C *numero, & fortunarum magnitudine, longè ſapientiſſimum inſtitutum, & Romanæ Reipublicæ ſaluberrimum introduxit, ut res ipſa docuit. Hoc autem fuit ejus inſtitutum. unam ex omni numero partem detraxit, cujus cenſus erat maximus, neque minor centum minis hos in octoginta Centurias digeſtos juſſit hæc arma ferre, clypeos argenteos, & haſtas, & galeas æneas, & loricas, & ocreas, & enſes. Hos autem bifariam partitus quadraginta Centurias juniorum fecit, quos oportebat, juventute ad bellum eunte, ad militiam proficiſci, reliquas verò quadraginta, in quibus erant ſeniores, in urbe remanere, & res urbanas tueri juſſit: atque hæc erat prima Claſſis. Juventus autem in bellis ſemper primum locum in prima acie tenebat, atque ita pugnabat. Deinde ex iis, qui reliqui erant, aliam partem detraxit, cujus cenſus erat intra decem millia* D *drachmarum, non minor tamen ſeptuaginta quinque minis: quos ubi in viginti Centurias digeſſiſſet, cætera quidem arma ferre juſſit, quæ ſuperiores gerebant, ſed loricas illis ademit, & pro clypeis ſcuta dedit. Quum autem ex his etiam eos, qui annum ætatis quadrageſimum quintum excedebant, ab illis, qui ætate militari erant, ſeparaſſet, decem Centurias juniorum fecit, qui bella foris pro patria gererent, & decem ſeniorum, quibus urbis cuſtodiam mandavit: atque hæc erat ſecunda Claſſis, eique in prœliis dabatur ſecundus locus, poſt eos, qui in prima acie pugnabant. Tertiam verò Claſſem confecit ex reliquis, quorum cenſus erat minor ſepties mille & quingentis drachmis, non minor tamen minis quinquaginta. Horum autem armaturam imminuit, non ſolum loricis, ut ſecundæ Claſſi fecit, ſed* E *etiam ocreis ademptis: & hos quoque in viginti Centurias diſtinxit, & eodem modo, quo ſuperiores, pro uniuſcujuſque ætate diviſit, decem Centurias junioribus, & totidem ſenioribus aſſignans. Harum autem Centuriarum locus, & ſtatio in acie erat poſt ſecundam Claſſem proxima. Quum item detraxiſſet ex reliquis eos, quorum cenſus erat minor quinque millibus drachmarum, & qui uſque ad viginti minas perveniebat, quartam fecit Claſſem. Diſtinxit autem hanc quoque in viginti Centurias, & decem fecit eorum, qui ætate erant florente, & totidem eorum, qui jam ætate erant provectiore, eoſque eodem modo quo & ſuperiores diſtinxit. Arma autem illius imperavit ſcuta, enſes, haſtas, & locum in acie poſtremum illis habere juſſit. In quintam Claſſem rejecti ſunt, quorum facultates cenſebantur citra viginti & quinque minas, uſque ad duodecim*

A *cum dimidia, & in triginta Centurias hos diviſit. Atque hi quoque pro cujuſque ætate diviſi fuerunt, in quindecim Centurias ſeniorum, & totidem juniorum: his imperavit, ut cum miſſilibus, & fundis extra ordines militarent. Quatuor autem Centurias penitus inermes, armatos milites ſequi juſſit. Ex illis autem quatuor Centuriis duæ erant fabrorum ferrariorum ac materiariorum, quibus mandatum erat ut arma, & machinas, & res alias ad uſus bellicos neceſſarias fabricarent, reliquæ duæ erant tubicinum, & cornicinum, & aliorum, qui aliis quibuſdam inſtrumentis in bello claſſicum canerent. Opifices verò ſecundæ Claſſis hominibus additi fuerunt pro cujuſque ætate diſtributi; ita ut duarum Centuriarum una ſeniores, altera juniores ſequeretur. Tubicines & cornicines in quarta Claſſe collocati ſunt, atque hi quoque in duas Centurias diviſi erant: unam, ſeniorum: alteram, juniorum: &* B *Præfecti ſunt illis Centuriones lecti, quorum virtus bellica omnibus erat ſpectatiſſima, atque hi ſuas quique Centurias imperatis obtemperantes reddebant. Hoc igitur modo exercitum pedeſtrem, qui conſtabat ex legionariis, & levis armaturæ militibus inſtruxit. Equitum verò delectum habuit ex illis, quorum maximus erat cenſus, quique genere illuſtri erant. Eos autem diviſit in decem & octo Centurias, eoſque primis illis octoginta legionariorum Centuriis adjunxit. Habebant autem hi quoque Centuriones viros illuſtriſſimos. Reliquos verò Cives, quorum cenſus erat minor duodecim minis cum dimidia, & qui numero aliis ſuperiores erant, omnes in unam Centuriam contulit, & militiæ, atque omnium tributorum immunes fecit. Fuerunt igitur ſex Claſſes, ut Romani vocant, vocabuli appellatione à* C *Græcis deducta. Verbum enim, quod nos per imperandi modum formatum efferimus, κάλει, illi hoc exprimunt per verbum cala, quinetiam olim pro κλήσεις dicebant κλάσεις. Centuriæ vero, quas iſtæ Claſſes continebant, erant centum & nonaginta & tres, atque prima quidem Claſſis continebat unà cum ipſis equitibus nonaginta octo Centurias: ſecunda, viginti & duas cum ipſis opificibus: tertia viginti & duas cum ipſis tubicinibus, & cornicinibus: quarta viginti: quinta verò triginta, ſexta ac poſtrema Claſſis unicam egenorum Centuriam continebat. His ita ordinatis, militum delectus pro Centuriarum diſcrimine habebat, & tributa pro cujuſque cenſu imperabat. Quoties enim illi opus fuiſſet decem vel viginti militum millibus, ſi ita res tuliſſet, diviſo populo in centum nonaginta tres Centurias, earum unamquamque jubebat militum numerum pro rata parte ſuppeditare: ſumptus verò faciendos in commeatus militum, & alios bellicos uſus, ipſe* D *metiebatur, & prout opus erat, eodem modo dividens populum in centum nonaginta tres Centurias, unicuique imperabat, ut pro cenſu facultatum ſuarum pecuniæ ſummam, quæ ipſi obtigiſſet, pro rata portione conferret. Ita factum eſt, ut illi, quorum maximus eſſet cenſus, quod pauciores eſſent, & in plures Centurias eſſent diviſi, ſæpius militarent, ſine ulla quiete & intermiſſione, & pecuniæ majorem ſummam, quàm alii conferrent. Illi verò, qui exiguas ac modicas opes poſſiderent, quique iis inferiores eſſent numero viginti Centuriarum, rarò, & per vices militarent, & exigua penderent tributa. Illi vero, quorum cenſus erat minor, quàm ut eo ſe ſuſtentare poſſent, omnium negotiorum ac moleſtiarum eſſent immunes. Nihil autem horum ſine cauſa* E *faciebat: ſed perſuaſum habens omnibus hominibus bellorum præmia eſſe ipſas pecunias, & pro his conſervandis omnes quoſvis perpeti labores: idcirco æquum eſſe cenſebat, ut qui pro majoribus præmiis pericula ſubirent, illi etiam & corpore, & pecuniis majora mala experirentur: qui vero pro minoribus, utroque nomine illis minus moleſtiarum exhiberetur, quibus verò nullum jacturæ periculum immineret, nihil etiam incommodi paterentur, immunes tributorum ob rerum inopiam: nondum enim Romani militaria ſtipendia ex ærario accipiebant; ſed ſuis privatis ſumptibus militabant. Exiſtimabat autem non oportere eos pecunias conferre, qui unde illas conferrent non haberent: quique rerum ad victum quotidianum neceſſariarum inopia laborarent, nec illos, qui nihil contribuerent, ad militiam alienis ſumptibus inſtar mercenariorum proficiſci debere judicabat. Atque ita tota onera periculorum &*

A omnes in centum tres, ac nonaginta Centurias. Primæ enim Claſſis nctoginta peditum fecit Ceoturias, qoadraginta quidem juniorum, totidem verò ſeniorum, & decem atque octo equitum; ſecundæ ex ſenioribus, juninribuſque viginti peditum, & duas fabrum; tertiæ item, endem ætatis diſcrimine habito, peditum viginti; item deinceps duabus tubicinum additis quartæ; triginta inde peditum quintæ; poſtremò ſextæ unam proletariorum, & capite cenſnrum. Ex quo factum eſt, ut nmnes Centurias centum tres, ac nonaginta reddiderit. Dionyſium enim potius ſequi placet, quàm Liviom; qui tres tubicinum prodit Centurias, ut eſſent centum nonaginta tres. Nam numerus impar in Centuriis, ut etiam in Tribubus quæritur. In Claſſibus autem, & Centuriis deſcribendis non reginnem, aut ſacrorum cnmmuninnem ſequutus eſt, ſed cenſum; qui, ut in quoque variatus eſt, ſic varios ille fecit Claſſium gradus. Nam in primam, qui centum millium æris, aur majnrem cenſum haberenr, cnnjecir. Unde Aſconius cenſos more majorum

B *ſumptuum divitibus impoſito, quum eos id ægrè ferre animadvertiſſet, alia ratione eorum mœrorem conſolatus eſt, & iram lenit, largitus ipſis prærogativam poteſtatem, cujus beneficio totius Reipublicæ adminiſtrationem penes ſe habituri erant, pauperibus à Republicæ gubernatione repulſis. Hoc autem ita facit, ut plebs id non animadverterit. Illa autem prærogativa poteſtas in ipſis comitiis poſita erat, ubi de rebus omnibus maximi momenti populus decernebat. Dixi autem etiam ante, jam olim ex priſcis legibus hæc tria maxima & maximè neceſſaria penes populum fuiſſe, nimirum jus magiſtratuum tam domi, quàm militiæ creandi, & leges confirmandi, & abrogandi, & pacem bellumque decernendi. Quoties autem ante de his rebus ab eo diſceptabatur & conſultabatur, ejus ſuffragia curiatim colligebantur, & pauperrimus quiſque tantum poterat* C *ſuffragiis, quantum ii, quorum ampliſſimæ erant facultates. Quum autem pauci eſſent divites, ut veriſimile eſt, pauperes in ſuffragiis ferendis, quòd numero illos longè ſuperarent, vincebant. Tullius hac re cognita ad divites vim ſuffragiorum tranſtulit. Quoties enim magiſtratus creare, aut de lege cognoſcere, aut bellum alicui inferre volebat, pro curiatis comitiis Centuriata indicebat. Vocabat autem primas & ante alias ad ſuffragia ferenda, primæ claſſis Centurias, quarum maximus erat cenſus, inter quas erant decem & octo equitum, & peditum octoginta Centuriæ. Hæ, quia tribus Centuriis plures erant, quàm reliquæ, ſi idem ſenſiſſent, omnes alias vincebant, atque ita ſuffragiis ferendis finis imponebatur. Niſi vero hæ omnes conſenſiſſent, tunc vocabat viginti & duas Centurias ſecundæ Claſſis, quarum nomina in tabulis erant ſcripta. Diſtributis vero tunc etiam ſuffragiis tertiæ claſſis Centurias vo-* D *cabat, & quarto loco quartæ claſſis Centurias. Hoc autem faciebat, donec eſſent Centuriæ nonaginta & ſex, quæ pars eſſent ſuffragio. Quod ſi ne tunc quidem, quum quinta Claſſis ad ſuffragia ferenda jam fuerat vocata, id fieri potuiſſet, ſed ſuffragia centum & nonaginta duarum Centuriarum diviſa pari numero fuiſſent, tunc poſtremam Centuriam vocabat, quæ continebat multitudinem Civium egenorum, qui propterea omnis militiæ, & tributi immunes erant: utri vero parti hæc Centuria ſe adjunxiſſet, ea vincebat. Hoc vero rarum erat, & vix ulla ratione fieri poterat. Plerumque enim prima vocatione res abſolvebatur, raro autem uſque ad quartam veniebatur. Quinta vero vocatio & ſexta erant ſuperfluæ. Hoc autem inſtituto, & tanta prærogativa poteſtate in divitum gratiam conſtituta; tamen, ut dixi, ita plebem eluſit, ut fraudem non agnoſceret, & hoc pacto pauperes à Republicæ admini-* E *ſtratione removit. Omnes enim exiſtimabant ſe in Republica partem eſſe jure, eo quod virtim in ſuis quiſque Centuriis ſententias rogarentur: ſed decipiebantur, tum quod unum tantum totius Centuriæ ſuffragium eſſet, ſive illa paucos Cives, ſive plurimos contineret, tum etiam quod illæ Centuriæ, quarum maximus erat cenſus, & quæ plures quidem erant quàm reliquæ, ſed tamen hominum numerum minorem habebant, prima ſuffragia ferrent. Præcipuè verò, quod omnes pauperes, qui multi erant, unicum ſuffragium haberent, & poſtremi vocarentur. Hac re fiebat, ut divites, qui magnas faciebant impenſas, & qui in continuis bellorum periculis verſabantur, id æquiore animo ferrent, quod ſummæ rerum præeſſent, & omnem poteſtatem eriperent illis, qui idem non facerent: pauperes vero, qui minimam*

B *civilium munerum partem haberent, æquo ac moderato animo ferrent ſe in his eſſe inferiores divitibus, utpote qui & tributorum militia immunes eſſent: ipſa verò Reſpublica eoſdem haberet, qui & conſultarent de iis, quæ è re ipſius eſſent, & pericula plura quàm alii ſubirent, & facerent ea, quæ facienda eſſent.*

Dicit Sigonius non convenire Livium, & Dionyſium in ratione numeri Centuriarum, quarum ex Livio par numerus fiat, Dionyſius imparem tradat. Non in eo diſſentiunt Scriptores illi, quorum uterque imparem numerum conficit, ſed diſſenſio eſt tantùm in ipſo numero Centuriarum, qui ex Livio conficitur CLXXXV, vel CXCI. Dionyſius ſuarum Centuriarum explicat ſummam CXCIII. Error Sigonii eſt, quod Livius addiderit quintæ Claſſis Centuriis tres illas Accenſorum, Cornicinum, Tibicinumque, cum Livius non additas, ſed diſtributas, ſcribat Centurias illas, in illius Claſſis Centuriis. Unde fit, ut C cenſeat Sigonius Centurias Livii redigi ad CXCIV., remaneant duntaxat CXCI. Ceterum an ex Livio CXCI, vel ſolum CLXXXV. Centuriæ conſtent, etiam atque etiam conſiderandum eſt. Nam poſtquam deſcriptas fuiſſe ait XII. Centurias equitum, ſubjungit: *Sex item alias Centurias tribus ab Romulo inſtitutis ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant nominibus, fecit.* Unde videtur XVIII traducere, ut etiam tradit Dionyſius, Centurias equitum, quas XII. tantùm fuiſſe docet in judicio calatis Comitiis facto de C. Claudio, & Tib. Sempronio Cenſoribus lib. 43. *Cum ex XII. Centuriis equitum octo C. Claudium condemnaſſent.* Mihi igitur videtur XII conſcriptas ad cenſum, Comitiaque Centurias equitum: ſex au- D tem illas tribus ab Romulo inſtitutis ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant nominibus religionis cauſa factas, ut factas, non ſcriptas dicit Livius, & illis ſcilicet XII. adjectas, nec auxiſſe numerum XII. Centuriarum equitum, nec numerum XII. ſuffragiorum. Sexque illa ſuffragia inter XII ſuffragia inſerta fuiſſe, quemadmodum & *ſex ſuffragia* nominabantur, quoniam eſſent ſingularia inter XII Centurias inſerenda. Itaque apud Feſtum: *ſex ſuffragia appellantur in equitum Centuriis, quæ ſunt adjectæ ex numero Centuriarum, quas Priſcus Tarquinius Rex conſtituit.* Ita enim Feſtum explico: ſex ſuffragia in XII. equitum Centurias à Priſco conſcriptis, illiſque adjecta, ideſt applicata, coniuncta, inſerta. Ut enim Tullus X. equitum turmas ex Albanis legit, & Priſcus tres alias equitum Centurias adjecit nulla mutatione propter religionem ſolas trium Centuriarum Romuli: ita Servius duodecim ſcriptis Centuriis equi- E tum ſex alias fecit illis inſerendas tribus ab Romulo inſtitutis ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant, nominibus. Non enim mihi ſuadere poſſum, ſi duodeviginti Centuriæ equitum ſcriptæ fuiſſent, tantum commiſſurum fuiſſe Livium errorem, ut in illo judicio, in quo rationem ſuffragiorum diligenter perſcrutatus eſt, XII. tantum referret equitum ſuffragia. Dionyſius autem facile labi potuit, legens in Commentariis ſcriptas XII. Centurias, item alias ſex factas, non exquirens numerum ſuffragiorum rationem, quam Livius, ut unam retulit, ita eam animadvertit.

rum dictus prodit, qui ceutum millia profeſſione detuliſſent. (*) Et infra Claſſem dictos refert Pompejus, qui minore ſumma, quam centum & viginti millium, cenſi eſſent. (**) Secunda intra centum uſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta. Tertiæ millium quinquaginta cenſum eſſe voluit. Quartæ quinque & viginti millium. Quinta undecim millibus cenſa. Inde ſexta proletariorum, & capite cenſorum effecta. Quanquam autem ſex deſcriptæ Claſſes ſunt, tamen non niſi quinque ſunt celebratæ: quoniam ultimæ non eſt habita ratio. Hoc oſtendit apud Gellium Tubero, qui dixit: *Tullium Claſſes quinque cenſus faciendi cauſa inſtituiſſe*; & Livius cum ait: *Tribunos plebis decem creatos, binos ex ſingulis Claſſibus*; & Aſconius, qui in commentario Cornelianæ, *quinque primum Tribunos creatos* prodit, *ſingulos ex ſingulis Claſſibus*; & Salluſtius ad Cæſarem, qui C. Gracchum promulgaſſe inquit, *ut ex confuſis quinque Claſſibus ſorte Centuriæ vocarentur*. Quod autem dixi, Servium diſcrimina ætatum feciſſe, alioſque ſeniores, alios juniores appellaſſe, intelligendum eſt, id, me non ſolum ex Livii ſententia, ſed ejus etiam, quem modo nominavi, Tuberonis prodidiſſe, qui (ut eſt apud Gellium) ſcriptum reliquit: *Servium pueros exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim, atque inde ab anno ſeptimo decimo, quos idoneos jam eſſe Reipublicæ arbitraretur, milites ſcripſiſſe, eoſque ad annum quadrageſimum ſextum juniores, ſupraque eum annum ſeniores appellaſſe*. Præterea verò non eoſdem fuiſſe proletarios, & capite cenſos, quos ſextam expleviſſe Claſſem demonſtravimus, docet idem Gellius ex Julii Pauli ſententia. *Nam qui in plebe*, inquit, *Romana tenuiſſimi, pauperrimique erant, neque amplius, quam mille quingentum æris in cenſum deferebant, proletarii appellati ſunt; qui vero nullo, aut perquam parvo ære cenſebantur, capite cenſi vocabantur; extremus autem cenſus capite cenſorum æris fuit CCCLXXV*. Ut ergo Tribus cum Curiis omnem civium multitudinem ſunt complexæ, ſic etiam alia ratione Claſſes cum Centuriis. Quanquam autem Claſſes cum Tribubus, & Centuriæ cum Curiis commune nihil à principio habuerunt, tamen procedente tempore inſtitutum eſt, ut Claſſes quodammodo Tribuum eſſent partes. Hoc autem factum eſſe poſt expletas quinque & triginta Tribus Livius ſignificat, cum addit: *Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc eſt, poſt expletas quinque & triginta Tribus, duplicato earum numero, Centuriis juniorum, ſeniorumque ad inſtitutam ab Ser. Tullio ſummam non convenire; quadrifariam enim urbe diviſa regionibus, collibuſque, quæ habitabantur partes, Tribus eas appellavit; neque hæ Tribus ad Centuriarum diſtributionem, numerumque quicquam pertinuere*. Cum ergo ait, Tribus à Servio inſtitutas nihil ad Centuriarum diſtributionem valuiſſe; poſt autem Tribus XXXV. expletas pertinuiſſe, ſatis oſtendit, Servii tempore populum uno modo in Tribus, Curiaſque: altero in Claſſes, Centuriaſque diviſum: ita ut alteram diviſionem altera non attingeret; poſt autem utramque in unum eſſe collatam. Populum enim in Tribus XXXV. ſingulas autem Tribus in quinque Claſſes, eaſque in ſuas quamque Centurias eſſe deſcriptas. (35) Hæ igitur, ut hunc locum aliquando concludamus, Tribus, Curiæ, Claſſes, & Centuriæ fuerunt, in quas univerſus populus Romanus erat diviſus; & quas omnes cives Romani neceſſario obtinebant. Ex quibus ſatis intelligi poteſt id, quod jam etiam à principio ſignificavimus, latiſſimum totius Romanæ civitatis ſeminarium fuiſſe Tribum. Nam qui Tribum erat adeptus, is eodem etiam tempore & Claſſem, & Centuriam obtinuerat. Sed ad reliqua pergamus.

CAP. V.

De iis, qui jus Civium Romanorum conſtituerunt.

TRibubus, & earum partibus expeditis, ſanè relinquitur, ut de jure Tribuum, ſive Civium Romanorum agamus, quo uno propoſita Civis Romani definitio continetur. Jus ergo Civium Romanorum appello, univerſum jus, quo utebantur, qui optima lege Cives Romani erant, quod eſt aliud nihil, quàm qui Tribus, & maximè ruſticas obtinebant. (36) Hujus autem duæ potiſſimum partes feruntur; una, quæ ſcripto conſiſtit, altera,

(*) Vide quæ notata ſunt in Gruchio lib. I. de Com. Rom. *Ad cujus verba:* Sanè niſi corrupti ſunt &c. *ita commentatur Latinus*: Addendus ad hunc locum *Feſtus* in verbo *Infra claſſem*, ubi CXX. mil. æris taxat, cenſum, non primæ claſſis civibus: ſed iis, qui claſſici, vel opulentes erant. *Aſconius* item lib. 3. in Verrem centum millia ſeſtertiorum ait, fuiſſe eorum cenſum, qui more majorum cenſi dicebantur: iis ut idem non ſit cum taxatione claſſium Servii Tullii. *Plinii* locus non videtur adverſari *Livio* & *Dionyſio*; nam loquitur de Romanorum Civium opibus, quæ Rege Servio, ſupra eam ſummam CX. mil. æris non fuit. Non enim hinc ſequitur, Servium primam claſſem ad eam ſummam definiviſſe; ſed ne major C. m. eſſet. Ita etiam *Gellius* conciliari poteſt; nam cum *Feſto*, & *Aſconio* aliud ſpectat. *Latinus*.

(**) Addo Gell. lib. 7. cap. 13. qui CXXV. M. æris ſcripſit. Sed Aſconius, Feſtus, Gell. non de cenſu ad claſſium diſtinctionem a Servio inſtitutam; ſed ad appellationem claſſicorum, ideſt, opulentiorum, referendi ſunt; quemadmodum etiam *Plin.* lib. 33. cap. 3. maximum cenſum Servio Rege CX M. fuiſſe cum ſcribit, non id voluit ſignificare, ut primæ claſſis cives tantum poſſiderent, ſed neminem ea tempeſtate, qui majorem ſummam in cenſum detuliſſet, id quod manifeſtè declarant ea verba: *Illo Rege*. Latinus.

(35) Vide quæ dicam infra cum de binis Comitiis, & lege Curiata agam.

(36) Aut jus Civium Romanorum intelligit Author, aut jus, quo Cives Romani in ſuis privatis utebantur negotiis. Primum reſpicit Civem uti virum ad Rempublicam adminiſtrandam idoneum, quod jus belliſſimè ſignificavit deſcripſitque is ſupra cap. I. cum de Civis Romani definitione egit etiam cum authoritate Ariſtotelis. Alterum non aliam habet, quam juſtitiæ rationem, ut jus ſuum a quoque unicuique tribuatur, cujus juris pro explicatione juſtitiæ ſunt tria præcepta: *honeſtè vivere, alterum non lædere, jus ſuum unicuique tribuere*; quocirca Cicero in Top. hoc jus definivit, *æquitas conſtituta iis, qui ejuſdem Civitatis ſunt ad res ſuas obtinendas*. Non modica autem inter utrumque eſt differentia, nam alterum publicum dicitur, quod ſpectat ad ſtatum Reipublicæ, conſiſtitque in Sacris, in Sacerdoribus, in Magiſtratibus: alterum privatum collectum ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus ad ſingulorum utilitatem: quæ duæ juris diſtinctiones in una conjunguntur juriſprudentia, quæ eſt *Divinarum*, atque

tera, quæ ſine ſcripto in conſuetudinem vênit. Ac ſcriptum quidem jus Reges, Decemviri, Juriſconſulti, Pontifices, Conſules, Tribuni plebis, Senatus, & Prætores conſtituerunt. (37) Non ſcriptum verò mos majorum, & inſtituta in Rempublicam invexerunt; dicamus autem primum de priore, ita ut partes ejus nullas prætereamus, quæ fuerunt, Regiæ leges, XII. Tabulæ, jus Civile, legis actiones, leges, Plebiſcita, Senatusconſulta, & edicta.

Regiæ leges eædem, quæ Curiatæ fuerunt, à Romulo, & reliquis deinceps Regibus partim ad Imperium ſtabiliendum, partim ad Religionem conſtituendam, & omnino ad univerſam fundandam Rempublicam (38) Comitiis curiatis perlatæ, quæ à Sex. Papirio, qui Superbo regnante vixit, collectæ juris Papiriani nomen adeptæ ſunt. Exactis autem Regibus has omnes leges rogatione Tribunicia abrogatas, Pomponius tradit ille quidem, verùm non omnes tamen ſublatas eum intelligere exiſtimo; ſed L. Bruto Tribuno Celerum ferente, eas, quæ ad Regiam Dominationem conſtituendam pertinerent, eſſe abolitas. Neque enim ſi quæ aut res humanas, aut divinas continerent, quæ plurimæ, & eæ è Republica fuerunt, ſublatas eſſe crediderim. Tuetur autem conjecturam meam Dionyſius, qui leges Ser. Tulii Regis de commerciorum, & contractuum ratione à Superbo Rege ſublatas, à Bruto Conſule primo repoſitas prodit. Confirmat etiam Livius, qui poſt incenſam à Gallis Urbem fœdera, & leges conquiſitas ait, fuiſſe autem æreas XII. Tabulas, & quaſdam Regias leges; & L. Valerius Tribunus plebis, qui apud eundem in Oppiæ legis diſſuaſione ita agit: *Ex utro tandem genere ea lex eſt, quam abrogamus? an vetus Regia lex ſimul cum Urbe ipſa nata? an, quod ſecundum eſt, à Decemviris ad condenda jura creatis in XII. Tabulis ſcripta?*

Anno autem poſt Rempublicam recuperatam LIIX., poſt Urbem autem conditam CCCII., Decemviri duodecim legum Tabulas conſcripſerunt, eaſque in foro propoſuerunt. Ejus rei cauſſam attulit C. Terentius Arſa Tribunus plebis, qui anno ante undecimo, L. Lucretio, T. Virginio Coſs. cum nimium Conſulum in plebem imperium eſſe, idque imminui oportere, contenderet, legem promulgavit de Quinqueviris, qui leges Conſulari imperio conſcriberent, creandis. Quæ lex cum per Sexennium à Tribunis plebis fruſtra jactita, tandem pro conceſſa ſibi duplicandorum Tribunorum plebis poteſtate deſerbuiſſet, poſt tamen Romilio, Veturioque Conſulibus in plebem militiam detrectantem impotentius ſe gerentibus, placuit ea ſententia, cujus Auctor T. Romilius fuiſſe dicitur, ut legum latores crearentur, qui jura Patribus, & plebi æqua ſcriberent, quæque ab iis eſſent decreta, ea plebem, & Patres tenerent. Plebe autem aſſentiente, miſſi ſunt Legati tres in Græciam, (39) qui Athenienſium, & aliarum Græciæ Civitatum leges, inſtituta, moreſque cognoſcerent, eaque deſcripta Romam deferrent. Miſſi Tarpejo, Aterioque Conſulibus tertio anno, quo Menenius, & Seſtius Conſulatum gerebant, cum legibus revertuntur. Cum autem inſtarent Tribuni, ut tandem legum ſcribendarum initium fieret, jamque in alterum annum deſignari Conſules eſſent Appius Claudius, & T. Genucius, tum in Appii Claudii ſententiam Senatusconſultum factum eſt: ut reliquis abrogatis Magiſtratibus cum imperio Conſulari, ac Regio, ſine provocatione Decemviri crearentur; qui ex patriis moribus, & peregrinis legibus optimas ſeligentes, & Reipublicæ maximè utiles, jura Populi Romani conſtituerent, quæque ii ſcripſiſſent, ea, ſi Senatus, Populuſque Romanus accepiſſet, in perpetuum Populum ipſum Romanum aſtringerent. Quo Senatusconſulto à Populo comprobato, Conſules abdicarunt; in eorum locum Decemviri Conſulares facti leges, quas commemoravi, ad Populum pertulerunt, de quibus hæc ad verbum Livius: *Decemviri ingenti hominum expectatione propoſitis decem tabulis, populum ad concionem advocaverunt, &, quod bonum, fauſtum, felixque Reip. ipſis, liberiſque eorum eſſet, ire, & legere leges propoſitas juſſere, ſe, quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit, omnibus ſummis, infimiſ-*

atque humanarum rerum notitia, juſti, atque injuſti ſcientia. Quibus de rebus egregiè Ulp. in L. 1. & 10. D. de juſt. & jur. Jus autem, quod hic agit Author, magis ad privatum referri, quam ad publicum facile patet, cum in eo, & jus civile, & legis actiones, & edicta connumeret: Regiæ verò leges, XII. tabulæ, legeſque, Plebiſcitaque, atque Senatusconſulta promiſcuè, & ad publicum jus, & ad privatum pertineant. Quas privati juris innumerabiles fuiſſe refert Cic. pro L. Cornelio Balbo: *tulit*, inquiens, *apud majores noſtros legem C. Furius de teſtamentis, tulit Q. Voconius de mulierum hæreditatibus: innumerabiles aliæ leges de jure civili ſunt latæ.* Quod ſi vel de privato jure, vel & de eo agere Author intendit, nemo non videt, id omnes Cives Romanos, tam ruſticarum, quam urbanarum, tam ad Senatores, quàm ad plebejos, tamque ſupremarum Claſſium, quam infimarum, ad proletarios, ad capite cenſos id æque pertinuiſſe: quinimò etiam ad peregrinos, ut bene rem contemplanti, maximè propter tam partem juris collectam ex naturalibus præceptis, & gentium, ut ſcilicet et [illegible] per peregrinis Prætorem ſingulariter Romæ creari placuit, Pomponius L. 2. D. de orig. jur., Epit. Liv. lib. 19. Cum hæc igitur animo [illegible] procedendum eſſe arbitror in [illegible] legendis, ut leges eas, quas ad univerſum Reipublicæ ſtatum applicuerit, ad eos Cives Romanos, qui per omnia tales eſſent, pertinere dicamus: leges, quæ ad ſingulorum utilitatem pertinuerint, ſine diſtinctione omnibus tribuamus.

(37) Deficiunt Cenſores, & Ædiles, qui quoque proponebant edicta.

(38) Hoc eſt jus publicum: ſed juris etiam privati plurimæ a Regibus fuere latæ leges Curiatæ: de patria poteſtate: de jure connubii: de fœnore: de nexis: de terminis agrorum: de homicidiis: de ſepultura: de contractibus: de ære alieno, & hujuſmodi.

(39) Peragrationem Græciæ tantùm horum trium Legatorum ſignificat hic Author ex Liv. lib. 3., cujus verba ſunt: *Miſſi Legati Athenas Sp. Poſthumius Albus, T. Manlius, P. Sulpicius Camerinus, juſſique inclytas leges Solonis deſcribere, & aliarum Græciæ Civitatum inſtituta, mores, juraque noſcere.* Quamquam autem Græcia latè ſumpta continere valeat etiam partem Italiæ a Græcis occupatam; propterea que multas eorum colonias magnam Græciam vocatam: nihilominus ad majorem hiſtoriæ explicationem de Græcis Civitatibus in Italia ab illis Legatis pro juſſu Populi Romani peragratis expreſſam mentionem facit Dionyſ. lib. 10.: *Legatis electis, qui partim in Græcas Urbes, quæ ſunt in Italia, partim Athenas irent, leveſque optimas, Romaniſque moribus, inſtitutiſque maximè conſentientes à Græcis peterent, Romamque ferrent.*

ſimiſque jura æquaſſe; plus pollere multorum ingenia, conſiliaque, verſarent in animis ſecum unamquamque rem, agitarent deinde ſermonibus, atque in medium, quod in quaque re plus, minuſve eſſet, conferrent; eas leges habiturum Populum Romanum, quas conſenſus omnium non juſſiſſe latas magis, quàm tuliſſe videri poſſet. Cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito ſatis correctæ viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ ſunt, quæ nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulo fons omnis publici, privatique eſt juris. Vulgatur deinde rumor, duas deeſſe tabulas, quibus adjectis abſolvi poſſe velut corpus omnis Romani juris. Poſtero anno & hæ comitiis centuriatis ſunt perlatæ. His autem legibus quantum tributum auctoritatis ſit, docet Cicero in primo de Oratore, apud quem Craſſus loquitur in hæc verba: *Sive quem hæc aliena ſtudia delectant, plurima eſt in omni jure, & in Pontificum libris, & in XII. tabulis antiquitatis effigies, quod & verborum priſca vetuſtas cognoſcitur, & actionum genera quædam majorum conſuetudinem, vitamque declarant, ſive quis civilem ſcientiam contempletur, quam Scævola non putat oratoris eſſe propriam: ſed cujuſdam ex alio genere prudentiæ, totam hanc deſcriptis omnibus civitatis utilitatibus, ac partibus XII. tabulis contineri videbitis, ſive quem iſta præpotens, & glorioſa philoſophia delectat, hoſce habet fontes omnium diſputationum ſuarum, qui jure civili, & legibus continentur. Fremant omnes licet, dicam quod ſentio; bibliothecas me hercule omnium philoſophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus, ſi quis legum fontes, & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare.* Mentio, his enim univerſi, quod propoſui, juris divini humanique partes comprehenſæ ſunt; cujus rei cum alia teſtimonio ſunt, tum tritus ille Auſonii verſus:

Jus triplex, tabulæ quod ter ſanxere quaternæ;
Sacrum, privatum, & populi commune quod uſquam eſt.

Quocirca factum eſt, ut propter juris præſtantiam, cum quid in lege ſcriptum eſſe dicerent, XII. tabularum legem aliquam intelligerent; & legitimas hereditates, & legitimas tutelas appellarent, quæ legibus XII. tabularum conſtituerentur; & legis actiones, quæ à XII. tabularum potiſſimum lege proficiſcerentur. (40)

Quoniam autem mirifica quædam eas implicabat obſcuritas, (41) propterea multi ingenio, & doctrina præſtantes viri ad eas populo interpretandas ſe contulerunt, & inter ſe capita conferentes, fori diſputationem invexerunt; quæ proprium juris civilis nomen ade-

(40) Ad opus autem præſtantiſſimarum, celeberrimarumque harum legum multum negotium præſtitiſſe ferunt Hermodorum quemdam Epheſium exulantem in Italia. Pomponius in d. L. 2. de orig. jur. Quantum autem prudentia, rerumque dignitate Græcis, aliorumque quorumcumque populorum legibus Romanæ leges anteirent, prodere voluit Cic. lib. 1. de Orat.: *Quantum præſtiterint noſtri majores prudentia, tum facilè intelligetis, ſi cum illorum Lycurgo, & Dracone, & Solone noſtras leges conferre volueritis. Incredibile eſt enim, quàm ſit omne jus civile præter hoc noſtrum inconditum, ac penè ridiculum: de quo multa ſoleo in ſermonibus quotidianis dicere, cum hominum noſtrorum prudentiam ceteris hominibus, & maxime Græcis antepono:* ſed ipſis Romanis legibus, impudenter ne, an juſto cum judicio pro noſtro tamen tempore Longobardicas prætulerit Georgius Merula Antiq. Vic. lib. 3., dicere non auſim. Ita enim prorumpit ille: *Et quando de inſtitutis, & magiſtratibus Longobardorum loquimur, fremant licet ceteræ gentes, vel magis patienter quæ dicturi ſumus audiant: Reges Longobardorum eos fuiſſe, qui legibus, & armis univerſam penè Italiam jam à majorum virtute degeneratem ſublevaverint, erexerint, & exornaverint: nam poſteaquam Regnum in ea occuparunt, in publicam utilitatem leges condiderunt breves; quippe quæ hominum ſcelera caſtigarent, & emendarent; atque utinam non obſolevissent; ſupplicia, & pœnas à crimine, & noxa nos arcent adeo apertè, & abſolutè, ut parum interpretis indigeant, & omnia ita complectuntur, ut nihil ferè relinquant in cognoſcentis ingenio, atque ſolertia, ſive in univerſum præcipiant aliquid, & vetent, ſive particulatim pro genere delictorum pœnas irrogent; ita nihil impunitum relinquitur: quapropter non poſſum non laudare quaſdam Italiæ Urbes, quæ in hanc uſque diem judicia ſua ex edictis Longobardorum, magis quam ex decretis Imperatorum exercent.*

(41) Multum hic fallitur Author, quod obſcuritas interpretationem requiſiviſſet, quam obſcuritatem, nec teſtimonium Ciceronis, nec illud Gellii evincunt. Quæ enim obſcuritas eſſe potuit in illis legibus, quæ populo publicandæ ſine ejus probatione leges eſſe non poterant? Quæ autem probatio ſine cognitione? Repetantur hic verba Livii de harum legum promulgatione, quæ Author ſupra attulit, ex quibus cognoſcere quiſque planè poteſt populum, non perlectitaſſe ſolum vulgò illas leges, ſed medullitus eas perſcrutatum eſſe, atque uſque ad delectum aliarum duarum tabularum penetraſſe. Et Dionyſ. lib. 10. *Decemviri leges conſcriptas, tum ex Græcorum jure, tum ex ſuis moribus non ſcriptis in decem tabulis cuique cognoſcendas propoſuerunt, omnium privatorum correctionem admittentes, & hoc agentes, ut leges ſcriptæ omnibus placerent.* Item Pomponius in L. 2. de orig. jur: *quas leges in tabulas eboreas perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt, ut poſſint leges apertius percipi.* Igitur nulla in legibus obſcuritas. Nata quidem ea eſt, ſed multis poſt ætatibus, quam latæ leges fuerunt, obſoletis pluribus propter vetuſtatem vocabulis, ut nimirum Cicero explicat in 3. de Orat.: *ſuas & vocabula viciſſitudines pati, propter quas novis inventis priſtina deſueſcunt, atque ab uſu longiſſimo intervallo intermiſſa penitus antiquantur, atque ab hominum memoria obliterantur.* Ita res de leſſo ſe habet, ut ipſe indicat Cicero. Et quis profectò paſſus fuiſſet in lege vocabulum, quod ipſi Sapientiſſimi minimè intellexiſſent? Phavorino autem apud Gellium lib. 20. cap. 1. reſpondit Sext. Cæcilius: *Obſcuritates non aſſignemus culpæ ſcribentium, ſed inſcitiæ non aſſequentium; quamquam enim ii quoque ipſi, qui quæ ſcripta ſunt minus percipiunt, culpa vacant. Nam longa ætas verba, atque mores veteres obliteravit, quibus verbis, moribuſque ſententia legum comprehenſa eſt.* Interpretatio non propter legum obſcuritatem nata, ſed propter varias caſuum, negotiorum, factorumve conditiones, quæ cum pluribus legibus accommodari poſſint, vel res ab aliquibus ſubducere, in excutiendis ſententiis, novum quodammodo jus emanare neceſſe eſt, quod cum prudentium ſit interpretatio, diſputatioque fori, id ſingulariſſime jus civile, ut apud Pomponium, nuncupatum eſt, quam juris rationem hodie quoque in tot, tantiſque voluminibus experimur. Idcirco Antonius apud Cic. lib. 1. de Orat. negavit ullam eſſe poſſe controverſiam in ipſis legibus, in quibus omnia certa, perſpicuaque definitione ſtabilita eſſe debent. Hinc dictum fuit apud eundem Pomponium, opera prudentium quotidie jus in melius produci, quod priſtino il rigore legum inflexum diſputando, interpretandoque humaniores continuo, leniorefque ſententias exprimerent.

adepta eſt. Ac hujus quidem obſcuritatis teſtem habemus Ciceronem, qui in II. de legibus ait: *Quid Leſſum XII. tabulæ appellarent, veteres earum interpretes Sex. Ælius, & L. Acilius non ſatis intelligere ſe dixerunt*: & Gellium, apud quem Phavorinus queritur, *in iis legibus verba multa tam fuiſſe obſcura, ut vix ea quiſquam poſſet interpretari*. Jus autem inde novum emanaſſe, à Pomponio ipſo cognovimus, qui in hunc modum ſubdit: *XII. legum tabulis latis evenit, ut interpretatio deſideraret prudentium auctoritatem, neceſſariamque diſputationem fori: hæc diſputatio, & hoc jus, quod ſine ſcripto venit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes juris ſuis nominibus deſignantur; ſed communi nomine jus civile appellatur*. Hoc autem jus civile, quod à juris peritis eſt conſtitutum, intellexit etiam Cicero in III. de officiis, cum dixit: *De jure prædiorum ſancitum eſt apud nos à jure civili, ut in his vendendis vitia etiam dicerentur, quæ nota eſſent venditori; nam cum ex XII. tabulis ſatis eſſet cautum, ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata; quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: à Juriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta*, & paulo poſt: *Hoc propter depravationem conſuetudinis neque more turpe habetur, neque aut lege ſancitur, aut jure civili*, & Paulus lib. ſententiarum IV. *Feminæ ad hæreditates legitimas ultra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur, idque jure civili, vel Voconia rogatione videtur effectum; ceterum lex XII. tabularum nullo diſcretione ſexus cognatos admittit*. Verum hæc juris pars privati tantum juris rationem videtur attigiſſe; pauæ (42) enim de jure privato leges poſt XII. tabulas latæ ſunt; unde gloria Juriſconſultorum, qui jus civile condiderunt, & maxime Scævolarum, manavit.

Ut autem jus civile juriſperiti, ſic Legis actiones Pontifices inculcerunt, quæ quales fuerint, in libris de judiciis commodius diſſeremus.

Actionibus porro adjuncta ſunt Senatusconſulta, ideſt, quæ Senatus Conſulibus maxime; aut Magiſtratibus illis, per quos haberi Senatus poterat, referentibus decrevit, quæ tanti ſemper in Republica ponderis, ac momenti fuerunt, ut merito partem magnam Romani juris occuparint. (43)

Cum Senatuſconſultis autem connexæ ſunt leges, & plebiſcita. Leges vocarunt rogationes, quas populus univerſus, Conſulibus, vel alio patricio rogante Magiſtratu, ut Dictatore, atque interrege centuriatis aut curiatis comitiis, unde etiam centuriatæ & curiatæ dictæ ſunt, juſſit.

Plebiſcita, quas, ut ait Feſtus, plebs tributis comitiis, ſine patribus, plebeo Magiſtratu, omnium Tribuno plebis rogante accepit; quibus tantum acceſſit roboris, ut quæ plebs ſciviſſet, ea omnes Quirites, maxime poſt legem à Q. Hortenſio Dictatore paulo ante

(42) Cicero, quem ſupra allegavimus, non paucas dicit, ſed innumerabiles leges de jure privato, quod ipſe nempe nominat jus civile, latas fuiſſe, quarum mentio rariſſima in hiſtoriis eſt, quæ publicas viciſſitudines perſequentes, privatas prætereunt.

(43) Dubant autem multum Senatuſconſultis vigente Republica ab iis poſt Rempublicam ab Imperatoribus ſubactam. Poſtquam enim Tiberius comitiorum jus ad magiſtratus creandos tranſtulit ad Senatum, is legum quoque condendarum jus cœpit uſurpare. Vigente enim Republica legum poteſtas apud populum, aut apud plebem fuerat. Edicta primo Conſulum, poſt Prætorum, aliorumque Magiſtratuum. Sed ea annua, ut ipſi magiſtratus: inſt. de perpet. & temp. act. in princ. Leges perpetuam habentes cauſam, etiam ſub Regibus apud populum extiterunt. Regibus exactis aut Conſules apud populum, aut Tribuni plebis apud plebem earum authores. Nihil tamen niſi Senatu probante. Senatus autem poteſtas in conſilio, cum is Reipublicæ mens eſſet: itaque Cic. de leg. lib. 3: *poteſtas in populo, authoritas in Senatu publici conſilii domina*. Item in adminiſtratione omnium, quæ ad publicam tuitionem pertinebant, ut mandandorum exercituum, provinciarum, & ne quid Reſpublica detrimenti caperet. Nullum igitur jus condendæ legis Senatui. Nam proviſio de nexis; *ne ulla fieret exactio pecuniarum, aut ex contractu, aut ex re judicata debitorum; neve magiſtratus de ulla alia re cognoſcerent præter quam de iis, quæ ad bellum pertinerent*, vel fuit Servilii Coſs. edictum ex Senatuſconſulto, prout placet Livio lib. 2., vel ſi fuit Senatuſconſultum ſine Conſulis edicto, ut nulla edicti Conſulis mentione facta rem narrat Dionyſ. lib. 5. id fuit Senatus proviſio, cum pro ordinum interim conjunctione donec perpetuum per legem inveniretur remedium, tum pro expeditione rei militaris in tanto illo tumore belli, ſeu Volſci, ut dicit Livius, ſeu Latini, ut Dionyſius. De bacchanalibus vero, externiſque ſacris, de quibus apud Liv. lib. 39, pro legum, inſtitutorum, morumque cuſtodia Senatuſconſulta fuerunt. Ita enim præfatus eſt Coſs. Poſthumius: *Hæc Deorum comprecatio ſolemnis, quam pro more ante concionem peregi, nulla unquam concione Quirites, tam non ſolum apta, ſed etiam neceſſaria fuit, quæ vos admoneret, hos eſſe Deos, quos colere, venerari, precarique majores veſtri inſtituiſſent: non illos, qui pravis, & externis religionibus captas mentes, velut furialibus ſtimulis ad omne ſcelus, & ad omnem libidinem agerent. Hac vos religione innumerabilia decreta Pontificum, Aruſpicum reſponſa, atque Senatuſconſulta liberant*. De debitoribus itaque a nexu perpetuo eximendis, non Senatuſconſultum pro lege habitum, ſed ex Senatuſconſulto juſſi Coſs. ferre ad populum: *ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus, aut in nervo teneretur: pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet*. Liv. lib. 8. Sylla demum infenſiſſimus plebi, non Senatuſconſultis, ſed legibus ordinavit Reipublicæ ſtatum. Poſt Imperatores igitur, Senatuſconſulta pro legibus facta: nonnihil Auguſti tempore, identidem poſt Tiberium, & ita ut longo tramite omne jus legum ad Senatum tranſlatum eſſet. Hinc multæ Imperatorum in Senatu Orationes, ex quibus Senatuſconſulta, ut nonnullis locis in libris Digeſtorum. Et id eſt, quod ſignificare intendit Pomponius in L. 2. D. de orig. jur. *Deinde quia difficile plebs convenire cœpit, populus certe multo difficilius in tanta turba hominum, necesſitas ipſa curam Reipublicæ ad Senatum deduxit. Ita cœpit Senatus ſe interponere, & quicquid conſtituiſſet obſervabatur: idque jus appellabatur Senatuſconſultum*. Certum eſt enim ex hiſtoriis uſque ad C. Julium Cæſarem, non tam frequentia, quam, ut ita dicam, pene quotidiana cum plebis, tum populi comitia fuiſſe. Quocirca longo poſt temporis progreſſu receptum pro more eſt, ut *non ambigeretur Senatum jus facere poſſe*. L. 9. D. de leg. & Sen. Conſ. Et ex conſtitutione Gratiani, Valentis, & Theodoſii, ut *ſi quis ſpeciali ſupplicatione eliciendum aliquod reſcriptum tentaviſſet, ut tranſire eī formam liceret ſtatutorum ex Senatuſconſultis, tertia patrimonii parte multaretur, & damnatus ambitus crimine maneret infamis*. L. un. C. de Sen. Conſ. Nullo igitur poteſt ferri pacto, quod Paulus Manutius de Senatuſconſultis dicit: *Senatui jus fuiſſe ſtatuarum decernendarum*, cum ex Livio, & Dionyſio nihil de modo alia-rum ſtatutum ſit, niſi per leges.

ante Tarentini belli tempora latam, tenuerint. A

Neque vero prætereunda, atque ab hoc numero excludenda Edicta ſunt, ideſt, quæ cum Magiſtratus ceteri, ut Conſules, Ædiles, (44) Tribuni; (45) tum potiſſimum Prætores edixerunt; quos Conſulum loco ad jura in urbe reddenda creatos accepimus. Hi vero, au-

(44) Ædilitii edicti nonnihil in Digeſtis habemus lib. 21. tit. 1. *Qui mancipia vendunt certiores faciant emptores quid morbi, vitiive cuique ſit, quis fugitivus, errove ſit, noxave ſolutus non ſit: eademque omnia cum ea mancipia venibunt, palam rectè pronuntianto. Quod ſi mancipium adversùs ea veniſſet, ſive adversùs quod dictum, promiſſumve fuerit cum veniret, fuiſſet: quod ejus præſtari oportere dicetur emptori, omnibuſque, ad quos ea res pertinet, judicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur. Si quid autem poſt venditionem, traditionemque deterius emptoris opera, familiæ, procuratoriſve ejus factum erit,* B *ſive quid ex eo poſt venditionem natum adquiſitum fuerit: & ſi quid aliud in venditione ei acceſſerit, ſive quod ex ea re fructus pervenerit ad emptorem, ut ea omnia reſtituat. Item ſi quas acceſſiones ipſe præſtiterit, ut recipiat. Item ſi quod mancipium capitalem fraudem admiſerit mortis conſciſcendæ ſibi cauſa quid fecerit, inve arenam depugnandi cauſa ad beſtias intromiſſus fuerit; ea omnia in venditione pronuntianto. Ex his enim cauſis judicium dabimus. Hoc amplius ſi quis adversùs ea ſciens dolo malo vendidiſſe dicetur, judicium dabimus. Item, qui jumenta vendunt palam rectè dicunto quid in quoque eorum morbi, vitiique ſit: utique optimè ornata vendendi cauſa fuerint, ita emptoribus tradentur. Si quid ita factum non erit, de ornamentis reſtituendis, jumentiſve ornamentorum nomine redhibendis, in diebus ſexaginta: morbi autem, vitiive* C *cauſa inemptis faciendis, in ſex menſibus: vel quo minoris cum venirent fuerint, in anno judicium dabimus. Si jumenta paria ſimul venierint, & alterum in ea cauſa fuerit, ut redhiberi debeat, judicium dabimus, quo utrumque redhibeatur. Quæ de jumentorum ſanitate diximus, de cetero quoque pecore omni venditores faciunto. Item, ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, urſum, pantheram, leonem, aliudque quod noceret animal, ſive ſoluta ſint, ſive alligata, ut contineri vinculis, quo minus damnum inferant, non poſſint, qua vulgo iter fiat, ita habuiſſe velit, ut cuiquam nocere, damnumve dare poſſit. Si adversus ea factum erit, & homo liber ex ea re perierit, ſolidi ducenti: ſi nocitum homini libero eſſe dicetur, quantum bonum æquum judici videbitur, condemnetur. Ceterarum rerum quanti damnum datum, factumve ſit,* D *dupli.*

(45) Tribuni non proponebant edicta, quibus nulla juris erat præterquam per plebiſcita poteſtas, ſed tantùm auxilii latio, cujus gratia decretum dumtaxat pronunciabant. In judicio apud Liv. lib. 3. Cæſonis Quintii capite accuſati, quod Civem Romanum pugni ictu occiderit, quapropter A. Virginius Tribunus plebis arripi hominem juſſit, & in vincula duci, reliqui *appellati Tribuni MEDIO DECRETO jus AUXILII ſui expediunt: in vincula conjici VETANT: ſiſti reum, pecuniamque niſi ſiſtatur populo promitti placere PRONUNTIANT: ſummam pecuniæ quantam æquum eſſet promitti, ad Senatum rejiciunt.* Item præter alia quamplurima in judicio P. Scipionis Africani pariter apud Liv. lib. 38. Is accuſatus à duobus Q. Petiliis Tribb. plebis, quod pecuniam ab Rege Antiocho cepiſſet, nolens ſe in humilitatem E cauſæ dicendæ ſummittere in Literum concesſit. Quocirca eum abſentem citatum cum L. Scipio frater morbi cauſa excuſaret, quam excuſationem Petilii non acciperent, reliqui Tribuni plebis appellati ab L. Scipione ita DECREVERUNT: *ſi morbi cauſa excuſaretur, ſibi placere accipi eam cauſam, diemque à collegis prodici.* Tribunus plebis eo tempore Tib. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiæ cum Pub. Scipione intercedebant: is cum vetuiſſet nomen ſuum DECRETO collegarum adſcribi, triſtioremque omnes ſententiam expectarent: ita DECREVIT: *cum L. Scipio excuſet morbum eſſe cauſæ fratri: ſatis id ſibi videri; ſe P. Scipionem priuſquam Romam rediſſet accuſari non paſſurum; tum quoque ſi ſe appellet, AUXILIO ei futurum, ne cauſam dicat; ad id faſtigium rebus geſtis, honoribus Populi Romani P. Scipionem Deorum, hominumque conſenſu perveniſſe, ut ſub roſtris reum ſtare, & præbere aures adoleſcentium conviciis Populo Romano magis deforme, quam ipſi ſit.* Adjecit DECRETO indignationem: *Sub pedibus veſtris ſtabit, Tribuni, domitor ille Africæ Scipio? Ideo quatuor nobiliſſimos duces Pœnorum in Hiſpania, quatuor exercitus fudit, fugavitque: ideo Syphacem cepit: Annibalem devicit: Carthaginem vectigalem nobis fecit:* B *Antiochum (recepit enim fratrem conſortem hujus gloriæ L. Scipio) ultra Tauri juga emovit, ut duobus Petiliis ſuccumberet? vos de P. Africano palmam petteritis? nulliſve meritis ſuis, nullis veſtris honoribus unquam in arcem tutam, & velut ſanctam clari viri pervenient: ubi ſi non venerabilis, inviolata ſaltem ſenectus eorum conſidat?* Movit & DECRETUM, & adjecta Oratio, non ceteros modo, ſed ipſos etiam accuſatores, & deliberaturos ſe quid ſui juris, & officii eſſet, dixerunt. Item Liv. lib. 4. *M. Æmilio, C. Valerio Potito Coſſ. Æqui bellum parabant. Ad quorum famam hoſtium delectum habentem Valerium Coſ. M. Menenius Tribunus plebis cum impediret, AUXILIOque Tribuni nemo invitus ſacramenta diceret, novem Tribuni ex Collegii ſententia PRONUNTIAVERUNT: ſe damnum, aliamque coërcitionem adversus interceſſionem collegæ delectus cauſa de-* C *trectantibus inhibendi, AUXILIO futuros eſſe. Ita DECRETO Conſul armatus, cum paucis appellantibus Tribunum collum torſiſſet, metu ceteri ſacramento dixere.* Item eodem lib. 4. Tumultu Æquo Volſcoque Senatui à Coſs. T. Quinctio Cincinnato Penno, Cn. Julio Mentone Dictatorem dici placebat, Coſs. repugnantibus Tribuni à Q. Servilio Priſco nomine Senatus appellati pro Collegio PRONUNTIANT: *placere Coſſ. Senatus dicto audientes eſſe: ſi adversùs conſenſum ampliſſimi ordinis ultra attendant, in vincula ſe duci juſſuros.*

Diximus omiſſos Cenſores, qui quoque proponebant edicta. Liv. lib. 43.: *Cenſores ita in concione EDIXERUNT: legem cenſui cenſendo dicturos eſſe, ut præter commune omnium civium jusjurandum hæc adjurarent: tu minor annis ſex & quadraginta es, tuque ex EDICTO C. Claudii, Tib. Sempronii Cenſorum ad delectum prodito: & quotieſcumque delectus erit, quamdiu hi Cenſores magiſtratum habebunt, ſi miles factus non eris, in* D *delectum prodibis. Item quia fama erat, multos ex Macedonicis legionibus, incertis commeatibus per ambitionem Imperatorum ab exercitu abeſſe, edixerunt de militibus P. Ælio, C. Poſtumio Coſs., poſteaque eos Conſules in Macedoniam ſcriptos; ut qui eorum in Italia eſſent, intra dies XXX. cenſi prius apud ſeſe, in provinciam redirent. Qui in patris aut avi poteſtate eſſent, eorum nomina apud ſe ederentur. Miſſorum quoque cauſas ſeſe cognituros eſſe: & quorum ante emerita ſtipendia gratioſa miſſio ſibi viſa eſſet, eos milites fieri juſſuros.* Item infra: *C. Claudius, Tib. Sempronius Cenſores EDICTO EDIXERUNT: ne quis eorum, qui Q. Fulvio, Aulo Poſthumio Cenſoribus publica vectigalia, aut ultro tributa conduxiſſent, ad haſtam ſuam accederet, ſociuſve, aut affinis ejus conductionis eſſet.* Eſt & apud E Gellium lib. 15. cap. 11. Cn. Domitii Ænobarbi, & L. Licinii Craſſi Cenſorum illud de coërcendis Rhetoribus Latinis EDICTUM: *Renuntiatum eſt nobis eſſe homines, qui novum genus diſciplinæ inſtituerunt, ad quos juventus in ludum conveniat: eos ſibi nomen impoſuiſſe Latinos Rhetores: ibi homines adoleſcentulos dies totos deſidere. Majores noſtri quæ liberos diſcere, & quos in ludos itare, vellent, inſtituerunt. Hæc nova, quæ præter conſuetudinem, ac morem majorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter & iis, qui eos ludos habent, & eis qui eo venire conſueverunt, viſum eſt faciendum, ut oſtenderemus noſtram ſententiam: nobis non placere.* Hujus edicti meminit quoque Cicero de Orat. lib. 3., ubi ejus edicti rationem red-

auctore Pomponio, ut ſcirent cives, quod jus de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque ad id præmunirent, edicta proponere ſoliti erant; quæ poſt tantæ fuerunt auctoritatis, ut inde juris bonorarii nomen invenerint. Atque de jure quidem ſcripto, & iis, qui illud ſcripſerunt, hæc ſatis.

Inſtituta autem, moſque majorum (has enim non ſcripti juris partes ſummas fuiſſe diximus) tantam vim habuerunt, ut cum antequam in conſuetudinem venirent, ſine crimine præteriri poſſent; poſtquam tacita omnium aſſenſione ſunt comprobata, pro graviſſimis legibus ſanctiſſime cuſtodita ſunt. Unde ſcripſit in V. de Republica Cicero: *ante ſuam memoriam & morem ipſum patrium præſtantes viros adhibuiſſe, & veterum morem, ac majorum inſtituta excellentes viros retinuiſſe*. Et Dionyſius teſtis eſt, Romulum Rempublicam non legibus magis ſcriptis, quam non ſcriptis fundaſſe: Numam vero leges omnes, & inſtituta Romuli obſervaſſe. Ac ſi quæritis, quid inſtitutum à more differat, non eſt difficile dictu. Nam qui primus egregii quicquam in Republica geſſit, adeo ut ejus exemplum poſteri ultro ſint ſequuti, is auctor inſtituti prædicatur; ubi vero conſuetudo aliqua teneri ignorato exempli auctore cœpit, mos majorum appellatus eſt; quem alium quidem à lege fuiſſe, idem tamen, ac legem valuiſſe, oſtendit Cicero in III. de legibus, cum ait: *Si quæ leges forte à me hodie rogabuntur, quæ non ſint in noſtra Republica, nec fuerint; tamen erant fere in more majorum, qui tum, ut lex, valebat*. Quod idem poſtea confirmavit etiam Ulpianus, (46) cum diceret: *diuturnam conſuetudinem pro jure, ac lege, in iis, quæ non ex ſcripto deſcendunt, obſervari ſolere*: & ratione comprobavit Julianus, (47) cum adderet, *quod ipſæ leges nulla ex alia cauſa nos teneant, quam quod judicio populi receptæ ſunt; merito & ea, quæ ſine ullo ſcripto populus probavit, omnes tenere*. Si ergo inſtitutum antiqua obſervatio eſt, cujus auctor aliquis celebratur, profecto nihil inauſpicato agere, inſtituto agebatur; quia Romulus, & deinceps ceteri nihil non captatis ante auſpiciis eſt unquam aggreſſus; collegam in demortui collegæ locum ſibi ſubrogare, (48) inſtituto cuſtodiebatur; quia Valerius mortuo Bruto id fecit: eumque poſteritas omnis eſt imitata; divortium cum uxore liberorum quærendorum cauſa, inſtituto tenebatur; quia C Carvilio Ruga auctore (49) factitatum ab omnibus eſt. More autem majorum cum alia fieri dicuntur, tum ea, quæ jam inde à majoribus inſtituta ſine ulla interruptione conſuetudinis, etiam uſurpantur; ut petitores in toga candida, eoſdemque diſtinctos petere; ut ſeniores à juvenibus domo in curiam deduci, atque inde reduci; ut prætorem urbanum conſulare imperium abſentibus Conſulibus ſuſtinere; ut ne quis ſe inter Conſulem, & proximum lictorem, quamvis officii cauſa una progrederetur, interponeret; ut quæſtori prætor parentis loco eſſet. Leges autem opponi moribus, atque inſtitutis, ut jus ſcriptum non ſcripto, oſtendit Livius: *Tribuni plebis*, inquit, *appellati, negarunt, ſe in mora eſſe, quo minus, quod ei more majorum permiſſum eſſet, ſeu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret*, & Cicero in II. de legibus: *Hoc habemus in duodecim, reliqua ſunt in more*. Et in III. *Sunt poſita deinceps quæ habemus in publicis inſtitutis, atque legibus*. Quibus ex rebus illud intelligi poteſt, omnia civium Romanorum jura ita nobis eſſe perſequenda, ut ea non alibi, quam in his quaſi latibulis indagemus. Neque enim aliud jus Romanis eſt, quam quod ab his, quos indicavi, fontibus eſt profectum.

CAP. VI.

De jure libertatis.

SEquitur, ut juris Romani auctoribus demonſtratis, ipſius juris partes ſingulas, in quibus præcipua civis Romani ratio cernitur, perſequamur. Sic igitur ſentio, jus omne Romanum aut privatam rem attigiſſe: aut publicam. Ad privatam rem pertinet, intelligere, ut ſui quiſque dominus ſit, quo ſanguine ortus, quæ ſacra colat, quam poteſtatem in uxorem, quam in liberos habeat: ut de bonis, liberiſque ſuis ſtatuere queat. Ad publicam ratio cenſus, unde & militum ætas, & bonorum æſtimatio cognoſcitur, quibus bella geruntur; unde etiam honores in Republica ſuffragio aliis mandantur, ab aliis accipiuntur. Verum alia ſuo loco; nunc de libertate Romana dicamus; cujus varia jura, eaque non ſatis, ut opinor, comperta noſtris fuerunt. Dico igitur libertatis Romanæ jus quinque partitum fuiſſe; ita enim cives Romanos fuiſſe liberos: ut nec dominorum poteſtati; nec tyrannorum imperio; nec magiſtratuum potentiæ; nec creditorum libidini; nec civium ſuorum gratiæ eſſent obnoxii. Quibus rebus in ſingulis quæ vis poſita ſit, à prima exorſi conſideremus.

Omnes homines, qui urbem, agrumque Ro-

reddentem Craſſum inducit: *Non quo, ut noſtra quos docere ajebant, acui ingenia adoleſcentium nollem, ſed contra obtundi nolui, corroborari impudentiam. Nam apud Græcos cuicuimodi eſſent, videbam in eiſ, præter hanc exercitationem linguæ, doctrinam aliquam, & humanitatem dignam ſcientia: hos vero novos magiſtros nihil intelligebam poſſe docere, niſi ut auderent: quod etiam cum bonis rebus conjunctum per ſeipſum eſt magnopere fugiendum. Hoc cum unum traderetur; & cum impudentia ludus eſſet, putavi eſſe cenſoris, ne longius id ſerperet, providere*. Item duo alia cenſoria edicta tradit Plinius, alterum lib. 13. cap. 3. *Certum eſt Antiocho Rege Aſiaque devictis Urbis A. DLXV. Pub. Licinium Craſſum, L. Julium Cæſarem Cenſores edixiſſe: ne quis venderet unguenta exotica*. Alterum lib. 14. cap. 14. *Pub. Licinius Craſſus, & L. Cæſar Cenſores A. U. C. DCLXXV. edixerant: ne quis vinum Græcum, Amineumque octonis aſſibus æris in ſingula quadrantalia venderet*.

(46) In L. 33. D. de leg. & Sen. Conſ.

(47) In L. 32. eodem tit.

(48) Non mihi hoc inſtitutum videtur, ſed neceſſitas muneris, cum principio duobus, non uni Conſuli mandata Reſpublica. Itaque differente ſubrogare Valerio tumultuatum à populo eſt. Liv. lib. 2. Unus Pompejus unicus Conſul factus An. DCCI., qui tamen ad declinandam invidiam in quinque menſes extremos Q. Cæcilium Metellum Socerum ſibi collegam ſubrogavit. Dio lib. 40.

(49) Hoc inſtitutum potius corruptela fuit, cum ob illud factum Carvilius in commune odium venerit. Dionyſ. lib. 2. Itaque Valerius lib. 2. cap. 1. *Sp. Carvilius uxorem ſterilitatis cauſa dimiſit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei præponi debuiſſe arbitrabantur*.

A Romanum inhabitarunt, liberi fuerunt, aut ſervi. Liberi vocati, qui naturale adepti, quid cuique liberet, faciendi arbitrium erant; niſi quod aut vi, aut jure prohiberetur. Servi contra, qui in dominorum erant poteſtate conſtituti: quos quidem aut natos, aut factos accepimus: natos ex ancillis dominorum; factos aut jure civili, ſi quis ſe pretii habendi cauſa venire paſſus eſſet; aut jure gentium; ſi qui bello capti; aut ab imperatore donati, aut ſub haſta venditi eſſent; quæ una juſta ſervitus à veteribus habita eſt; (50) neque enim, ſi qui à prædonibus, aut latronibus capti veniſſent, ſervi judicabantur. (51) Quin etiam ſervorum in numero illos habi- B tos eſſe invenio, qui ex mulieribus eſſent nati, cum quibus connubium nullum eſſet; (52) quod ex his Livii verbis oſtenditur: *Ex militibus Romanis, & ex Hiſpanis mulieribus, cum quibus connubium non eſſet, natos ſe memorantes ſupra quatuor millia hominum orabant, uti ſibi oppidum, in quo habitarent, daretur. Senatus decrevit, uti nomina ſua apud L. Canulejum prætorem profiterentur, eorum ſi quos manumiſiſſet, eos Carteiam ad Oceanum deduci placere; qui Carteienſium domi manere vellent, poteſtatem fore; uti numero colonorum eſſent, agro aſſignato. Latinam eam coloniam eſſe, Libertinorum appellari.* Hos igitur quacunque ratione ſervos nullam unquam civitatis Romanæ partem habuiſſe, niſi libertate donatos, ſatis conſtat; ex quo intelligitur, cives Romanos, ut dicebam initio, ita liberos fuiſſe, ut dominorum imperio nulli parerent. Liberorum autem duo genera extiterunt, Ingenuorum, & Libertinorum. Ingenui erant, qui ſtatim, ut naſcebantur, erant liberi; quique ex duobus ingenuis erant geniti. Significat hoc App. Claudius, homo patricius apud Livium, cum inquit: *An hoc, ſi Claudiæ familiæ non ſim, nec ex patricio ſanguine ortus, ſed unus Quiritium quilibet, qui modo me duo-* B *bus ingenuis ortum, & vivere in libertate ſciam, reticere poſſim?* & P. Decius plebejus cum ait: *An unquam fando audiſtis, patricios primos eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, id eſt nihil ultra, quam ingenuos?* Neque vero aliud etiam voluit Cincius apud Feſtum, cum patricios eos, qui poſt ingenui dicti ſunt, eſſe appellatos prodidit. In libris autem veterum Juriſconſultorum ſcriptum eſt, ingenuum eſſe non ſolum, qui ex duobus ingenuis natus ſit, ſed etiam qui ex duobus libertinis, ſive altero libertino,

(50) De libertate, & ſervitute adeundi Juriſconſulti, qui eas ita definiunt. C Florentinus in L. 4. D. de St. hom. *Libertas eſt naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi, aut jure prohibetur. Servitus eſt conſtitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur. Servi ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captivos vendere, & per hoc ſervare, nec occidere ſolent. Mancipia vero dicta quod ab hoſtibus manu capiantur.* Et Marcianus in L. 5. eodem tit. *Et ſervorum quidem una eſt conditio, liberorum autem hominum quidam Ingenui ſunt, quidam Libertini. Servi autem in dominium noſtrum rediguntur, aut jure civili, aut gentium. Jure civili, ſi quis ſe major viginti annis ad pretium participandum venire paſſus eſt. Jure gentium ſervi noſtri ſunt qui ab hoſtibus capiuntur, aut qui ex ancillis noſtris naſcuntur. Ingenui ſunt qui ex matre libera nati ſunt. Sufficit enim liberam fuiſſe eo tempore, quo na-* D *ſcitur, licet ancilla conceperit. Et ex contrario ſi libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum qui naſcitur liberum eſſe. Nec intereſt juſtis nuptiis conceperit, an vulgo: quia non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre eſt. Ex hoc quæſitum eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta, aut expulſa civitate pepererit, liberum, an ſervum pariat: & tamen rectius probatum eſt liberum naſci, & ſufficere ei, qui in ventre eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe.*

(51) Ita ad hanc rem Ulpianus in L. 24. D de capt. & poſtl. rev. *Hoſtes ſunt, quibus bellum publice Populus Romanus decrevit, vel ipſi Populo Romano. Ceteri latrunculi, vel prædones appellantur. Et ideo qui à latronibus captus eſt, ſervus latronum non eſt, nec poſtliminium illi neceſſarium eſt.* Quo autem hæc tendant dicendum eſt. Servitus ut libertatem, & civitatem adi- E mebat, ita omnia jura: dominium rerum ſuarum, poteſtatem in liberos, magiſtratus, ſuffragia, & cetera omnia, quæ civi Romano competebant; a cenſu enim obliterabantur, & ita omnia adimebat ſervitus, ut etiam matrimonia dirimeret, quæ poſtliminio ſine novo conſenſu non redintegrabantur L. 14. §. ult. D de capt. & poſtl. rev. Si quis autem redintegrationi renuebat poſtea ab Imperatoribus latum eſt, ut pœnis diſſidii teneretur, quæ ſunt amiſſio dotis, aut donationis propter nuptias, ceterorumq; fructorum, ut docet Cujac. in L. 8. D. eodem. Hæc non obtinebant in captis a latronibus, quia licet ſub vinculis eſſent, jure nihilominus liberi remanebant: violentia enim jus non tollit, quamvis uſum ejus impediat. Idemque eſt in eo qui in carceres ductus eſt: nam nihilominus C cum libertate, civitateque ſua retinet omnia.

(52) Hoc omnibus legibus repugnat. Nec teſtimonium Livii, quod eſt lib. 43 illud dicit: *Ingenui ſunt*, ait Marcianus in L. 5. D. de St. hom. *qui ex matre libera nati ſunt. Nec intereſt juſtis nuptiis conceperit, an vulgo.* Cenſus tum determinabat. Vulgo igitur nati, aut cenſebantur pro modo facultatum ſecundum Servii Tullii inſtitutum, & cives Romani fiebant. Sine cenſu enim civis Romanus quis eſſe non poterat. Poterat tamen non eſſe ſervus, ut hoſpites, inquilini, peregrini, & hujuſmodi. Aut non cenſebantur, incenſique dicebantur quod ſine ullis facultatibus eſſent, & pro peregrinis, aut inquilinis habebantur: unde peregrinitas apud Suetonium narrantem Claudium Cæſarem, ſplendidum quemdam virum, Græciæque principem, quod Latini ſermonis ignarus eſſet, non modo albo D judicum eraſiſſe, ſed etiam in peregrinitatem redegiſſe. Confirmat hoc Juſtinianus in nov. 89. *Naturalium nomen Romanæ legislationi dudum non erat in ſtudium, ſed tanquam alienigenum aliquid, & omnino alienum à Republica putabatur.* Potuiſſe autem & vulgo natos cenſeri ex eo fit certum, quod ſervi quoque cenſu Romanam civitatem adquirebant. Quandoque autem incenſi vendi jubebantur, ne incenſorum nimia multitudo quid moliretur in civitatem, cujus rei Cicero meminit in Orat. pro A. Cæc., qui etiam monet incenſos venire qui cenſeri noluiſſent. Livius generaliter non agit de procreatis ab iis, inter quos connubium nec eſſet, ſed de procreatis ex militibus Romanis in Hiſpania & mulieribus Hiſpanis. Alia omnino res. Hiſpanæ mulieres, vel ex captivis fuerint, vel ex victis, deditiſque populis. Si primum: nati ex E ancillis ſervi naſcebantur, de quibus Livium loqui non judico, quod quamque ancillam ſuum certum dominum habere neceſſe eſſet, & ita genitos ex eis, qui in dominio domini matris, ventrem ſequendo, naſcebantur. De natis ergo loquitur ex mulieribus dedititiis, qui dedititiorum conditione naſcebantur, & ita infima libertate, ut infra ſuo loco patebit. Quærebantur ergo illi, ex civibus Romanis natos nullius fere juris eſſe, nullumque domicilium habere. Itaque Senatus manumiſſione Latinos fieri decrevit, Latinamque coloniam deduci: nam dedititius, ſi id dominum eſſet, prima manumiſſione Latinus, altera etiam civis Romanus fiebat, ut pariter ſuo loco demonſtrabimus.

tino, altero ingenuo. Quod ipſum quale ſit, niſi qui libertinus fuerit, expoſuerimus, via intelligi poterit. Libertinos ergo illi definiunt, qui ex juſta ſervitute erant manumiſſi; manumiſſionem vero, quaſi de manu dationem; nam quandiu aliquis in ſervitute erat, manui, & poteſtati ſuppoſitus erat: manumiſſus vero liberabatur poteſtate. Hanc porro manumiſſionem tribus modis celebratam, cenſu, vindicta, & teſtamento, docet Cicero in Topicis, cum ait: *Si neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento liber.* Quo in loco confirmat Severinus interpres, tribus modis manumitti ſervos conſueviſſe: *aut ſi quis conſentiente, vel jubente domino, nomen ſervi in cenſum detuliſſet; aut virga in caput ſervi à prætore impoſitâ, quæ vindicta dicebatur, in libertatem vindicatus eſſet; aut à domino teſtamento liber relictus eſſet.* Manumiſſionem per cenſum Ser. Tullius Rex, ut opinor, inſtituit; is enim & cenſus auctor fuit, & ſervis liberandis, ut poſt dicam, initium attulit. De ejuſmodi autem libertate Cicero ita locutus eſt in primo de Oratore: *Quid de libertate? quo judicio nullum gravius eſſe poteſt? non ne ex jure civili poteſt eſſe contentio, quum quæritur is, qui domini voluntate cenſus ſit, ſi luſtrum non ſit conditum, ſit ne liber?* Locutus eſt etiam Ulpianus: *Servi*, inquit, *qui in peculio cenſum haberent, aut quibus eas facultates domini impartirent, ſi eos domini in cenſum civium à cenſoribus aſcribi juberent, libertatem conſequebantur.* Vindictæ rationem intuliſſe fertur P. Valerius Poplicola anno poſt reges exactos, cum de præmiis Vindicis ſervi, qui conjurationem indicaverat, ad populum tuliſſet; à quo etiam vindictæ nomen ductum exiſtimant; inter quos eſt Livius, qui ita ſcribit: *Præmium indici pecunia ex ærario, libertas, & civitas data; ille dicitur vindicta liberatus; quidam vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant, Vindici ipſi nomen fuiſſe; poſt illum obſervatum, ut qui ita liberati eſſent, in civitatem accepti viderentur.* Quæ verba cum, ut opinor, Plutarchus legiſſet, ea ita in Poblicola explanavit, ut ſcripſerit, Valerium decreviſſe, *ut vindex primus libertinus civis Romanus fieret, &, in qua vellet Tribu, ſuffragium ferret.* Itaque in libro etiam, quem de ſera Dei vindicta reliquit, ſcripſit, *Romanos eorum corporibus, quos in libertatem aſſererent, tenuem feſtucam impoſuiſſe.* Hæc autem poteſtas poſt à Conſule ad Prætorem urbanum tranſlata eſt, ut vindictâ, ideſt, virgâ in caput impoſitâ manumitteret, quam intellexit Perſius in Satyra quinta:

Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi,
Cur mihi non liceat, juſſit quodcunque voluntas?

Et Cicero in Rabiriana: *Servos noſtros omnium ſuppliciorum metu dominorum benignitas una vindicta liberat.* Addit Iſidorus libro IX., Romanos, *quos manumittebant, alapa percuſſos circumegiſſe, atque ita de manu miſiſſe.* Quod vetum eſſe, Appianus in IV. Civilium libro comprobat, qui Labeonem ait, civem egregium, ne in manus Antonii victoris veniret, temere ſervo occidendum præbuiſſe, cum dextra ejus apprehenſa ipſum circumegiſſet, ut mos Romanus erat in manumittendo. quod voluit etiam ſine dubio Perſius, cum eodem in loco dixit:

Quibus una Quiritem
Vertigo facit.

Et poſt:

Verterit hunc dominus, momento temporis exit
Marcus Dama.

Eorum, qui teſtamento liberi à dominis relicti ſunt, multa exempla ſunt; neſcio autem, an hoc originem à XII. tabulis duxerit; in quibus cum eſſet: UTI SUÆ REI QUISQUE LEGASSIT, ITA JUS ESTO; interpretatur Pomponius, etiam ad manumiſſiones pertinere; ut quotquot è ſuis quiſque ſervis liberos relinquere vellet, poſſet. His rebus ita conſtitutis, dico, qui aliquo pacto ſe ea ſervitute in libertatem vindicaſſent, libertinos vocatos eſſe: hoc enim etiam his verbis tradit Juſtinianus in Inſtitutionibus: *A primis Romæ cunabulis una, atque ſimplex libertas competebat, ideſt, eadem, quam habebat manumiſſor; niſi quod libertinus ſit, qui manumittitur; licet qui manumittit, ingenuus ſit.* Suetonius autem non hos, ſed qui ex his procreati eſſent, ingenui, libertinos primis temporibus dictos oſtendit, de D. Claudio ita ſcribens: *Latum clavum libertini filio tradidit, cujus rei reprehenſionem verens, etiam Ap. Cæcum cenſorem generis ſui proauctorem libertinorum filios in Senatum allegiſſe docuit, ignarus temporibus Appii: & deinceps aliquandiu libertinos dictos non ipſos, qui manumitterentur; ſed ingenuos ex his procreatos.* Cujus viri, & ſcriptoris auctoritati quanquam ego repugnare non audeo, tamen neque aſſentire ſatis poſſum. Nam ſi, ut illi placuit, libertinos manumiſſorum filios ingenuos homines eſſe ſtatuerimus, efficietur, ut idem fuerit ingenuus, & libertinus; quod tamen qui fieri poteſt, cum ingenuo libertinus ita opponatur, ut liber ſervo? Quamobrem ego libertinos vocatos putaverim eos, qui ex ſervitute fuerant manumiſſi: qui autem ab iis generati fuerant, quod proprium nomen non haberent, libertinorum filios nuncupatos, non libertinos. Quod ni ita ſit, cur non Cicero dixerit, M. Antonium ex libertina liberos ſuſcepiſſe potius, quam libertini filia, cum id ad Antonii contumeliam diceret? Quod ſi qui ſunt manumiſſi, libertinorum nomine appellati non ſunt, quo tandem alio ſunt? non ſervorum, cum eſſent libertate donati; non ingenuorum, cum ex ingenuis non ſint geniti; non libertorum, quod libertus patrono opponitur, non ingenuo; & libertus reſpectum ſignificet ejus, à quo liberatus eſt, non hominis, de quo nunc agimus, conditionem. Itaque eundem hominem dicimus libertum, & libertinum: ſed libertum quidem ejus, à quo eſt liberatus; genere vero, & conditione libertinum, ideſt, ex iis unum, qui ſervitute, quam aliquandiu ſervierunt, liberati ſunt. Unde Cicero in Verrem: *P. Trebonius fecit heredem libertum ſuum*; & poſt de eodem: *Equiti Romano libertinus homo ſit heres?* Cum enim dixit libertum, eum patronum habere; cum libertinum, qua generis conditione eſſet, notavit. Quamobrem ſtatuamus, ingenuos eos fuiſſe, qui vel ex duobus ingenuis, vel libertino altero procreati eſſent; libertinos autem, qui libertatem aut cenſu, aut vindicta, aut teſtamento recepiſſent. Libertinorum autem filios ingenuos fuiſſe, non libertinos, inde apparet, quod ingenuus libertinam ducere non poterat, libertini filiam poterat; ſi quidem, ut eſt apud Livium: *Hiſpalæ libertinæ S. C. conceſſum eſt, ut ei*

Bac-

Bacchanalia indicata ingenuo nubere poſſet: & M. Aotonio Conſuli objecit io maledictis Cicero, quod homo nobilis Q. Fadii libertini hominis filiam in matrimonio habuerit, atque ex ea liberos ſuſcepetit. (53) Et libertini qnidem ad honores nunquam, at libertinornm filii jam inde ab initio ſunt admiſſi. Adde quod Macrobius ait: *Priſcum pueris ingenuis bullam, & prætextam, tanquam ingenuitatis inſignia permiſiſſe; libertinorum filiis, qui juſta duntaxat matreſfamilias nati fuiſſent, togæ prætextæ, & lori in collo pro bullæ decore geſtandi jus indulſiſſe; libertinis ipſis non aliter, quam peregrinis, utrumque interdixiſſe.* Quanquam Aſconius illis bullam auream, his ſcorteam conceſſam refert. Ex quo efficitur, tres civium fuiſſe conditiones: libertinorum, eis libertinis genitorum, & ingenuorum: ex quibus infima admodum fuit conditio libertinorum, commodiſſima ingenuorum, media mediorum; nam ingenui quidem fuerunt, ſed tameo libertinæ conditionis aliquid retinuerunt; quia patronus in liberti quoque ſui filium juris aliqoid habebat. Sed de libertinorum honoribus poſt alio loco pluribus. Nunc qnod inſtituimus, peragamus. Adeo igitur proprium civinm Romanorum libertatis hoc genus fuit, ut non modo ſervus nunqaam; ſed oe primis qoidem temporibus libertinus quiſquam civis fuerit: Romulus enim Rex ſolos ingenuos, Ser. Tullius aliquot poſt annis etiam libertioos in civitatem aſcitos in tribus retulit; ſervos nemo unquam civium Romanorum nomine dignos exiſtimavit. Ut autem priores reges peregrinis civitatem impertiverant; ſic Servius, credo, ut libertinorum ordinem, unde ipſum oriundum eſſe, fama erat, efferret, ſervos, & quos ipſe, & quos alii manumiſiſſent, civitate donavit. (54) Sed, ut dixi, libertatem per cenſum ille intulit; id enim non ſolum cenſus ab eo inſtitutus oſtendit, ſed etiam lex ab eo lata: *ut liber, qui incenſus eſſet, veniret, & libertatem amitteret.* (55) Poſt autem lege, ut dixi, Va-

(53) Toti huic ratiocinationi de libertis, & libertinis adverſatus eſt Roſinus Rom. antiq. lib. 1. cap. 20., qui cum Aldo Manutio juniore defendit bene Svetonium locutum, utque temporibus Appii Claudii Cenſoris libertos fuiſſe manumiſſos, libertinos eorum filios. Ego non nego libertos libertinos fuiſſe, ideſt libertinos homines, libertinæ conditionis. L. ult. D. ſi ingen. eſſ. dic. Sed libertinos abſolutè cenſeo, ex inflexione vocabuli, ut Julianos, Pompejanos illarum partium homines, & ex adoptione Æmilianum ex Æmilio, Octavianum ex Octavio, libertorum filios appellari potuiſſe: ex Svetonio autem, ſcriptore prudentiſſimo, rerumque Romanarum peritiſſimo, quique non ſine diligentiſſimo ſtudio Claudium Imperatorem objurgaſſet, fuiſſe appellatos. Præterea valde conſentaneum eſt, ut licet liberti libertini eſſent: tamen quoad honores capiendos filii libertorum libertini pariter dicerentur, nepoteſque filii libertinorum. Nam ſicut indigniſſimum Rempublicam tot, tantiſque certaminibus inter patricios, plebejorumque homines nobiliſſimos, ampliſſimoſque diſputatam patere libertis: paulo verò minus abominabile eorum filiis; ita patere nepotibus minimè ferendum. Quocirca credibilius eſt, Appium Claudium Cenſorem uſque ad auſum eſſe libertorum nepotibus coinquinaſſe Senatum: non rem ita profligaſſe, ut etiam libertorum filiis depravaret.

(54) Hujus rei hiſtoria apud Dionyſ. lib. 4. *Idem Rex augenda etiam civium numero diligentiſſime proſpexit. Rem enim à nullo Rege ante animadverſam excogitavit. Illi enim exteros quoſvis recipientes, & jura Civitatis illis impertientes ſine ullo natalium, aut conditionis diſcrimine, civitatem magna hominum frequentia auxerunt. At Tullius, vel ipſos ſervos, qui libertate donabantur, niſi in ſuam patriam redire maluiſſent, in civitatem, & juris æqualitatem recipi juſſit. Quum enim ipſis quoque permiſiſſet, ut liberè cum cæteris ingenuis ſuas fortunas cenſerent, eos diſtribuit in quatuor tribus urbanas, in quas ad noſtra uſque tempora referri ſolent. Libertorum autem nationem, quantacunque illa eſſet, ad omnia publica munia admiſit, ad quæ reliquis quoque plebejis aditus patet. Patriciis vero id ægrè, & moleſtè ferentibus, convocato ad concionem populo, primum dixit ſe mirari, quod ipſi hoc ſuum factum iniquo animo ferrent, & putarent ingenuos differre à ſervis natura, non etiam fortuna: deinde quod eos, qui honoribus ſunt digni, non ex moribus, ſed ex fortuna, & conditione ſpectandos cenſerent; præſertim cum viderent quam inſtabilis, & mutabilis ſit res iſta, felicitas, & quam difficile ſit, vel in quantumvis beatis hominibus aſſerere quamdiu ea his ſit duratura. Eoſque rogabat, ut conſiderarent, quot civitates tam barbaræ, quam Græcæ, jam ex ſervitute in libertatem vindicatæ eſſent: & quot ex libertate in ſervitutem redactæ, & eorum magnam ſtultitiam damnabat, quod ſervis quos libertate, ut ea dignos, donaſſent, civitatis jura inviderent: quare illis ſuadebat, ut, ſi improbos eos judicarent, eos minime libertate donarent; ſin probos, ne eos quamvis eſſent exteri, deſpicerent. Abſurdè enim & imperitè eos facere dicebat, qui exteris quibuſvis jura civitatis impertirentur, ſine ullo ipſorum conditionis diſcrimine, neque curioſius inquirentes ſique de illis manumiſſi eſſent, ſervos vero ſuos hoc beneficio indignos judicarent, & dicebat ipſos qui ſe cæteris longe prudentiores putabant, tamen ne ea quidem quæ ante pedes & communia omnibus eſſent videre, quæ vel quivis mediocris hebetis ingenii acie præditus facile proſpiceret; nimirum, fore ut hoc modo ipſi domini, quum beneficium quod inter homines eſt maximum in quoslibet conferant, cautiores eſſent neque temere manumitterent, ipſi vero ſervi majore animi alacritate in ſuorum dominorum commoda & utilitates incumberent, ſi cognoſcerent ſe libertate dignos judicatos in civitatis fortunate & ampla jura ſtatim receptum iri, ſique utrumque hoc beneficium à dominis ſuis accepturos. Poſtremum cœpit de communi utilitate agere, gnaris quidem in memoriam revocans, ignaros vero docens nulla alia re æque ac hominum frequentia opus eſſe illi civitati, quæ ad imperium aſpirat, & quæ res magnas affectat, quo poſſit per ſe ne omnia bella domeſticis armis gerere, neve impenſis in externarum & conductitiarum copiarum ſtipendia pecuniam ærarii exhauriat: & demonſtrabat ſuperiores omnes reges exteris quibuſvis jura civitatis propterea dediſſe. Quod ſi hanc quoque legem reciperent & confirmarent, dicebat fore ut magnus manumiſſorum juvenum numerus conſcriberetur, & in tribus referretur, nec unquam Reſpublica domeſticorum armorum inopia laboraret, ſed ita eret tantum copiarum quantum ſatis eſſet ad bellum vel cum omnibus mortalibus gerendum, ſi eo neceſſitatis veniret. Sed præter communem omnium utilitatem, demonſtrabat magna quoque emolumenta ad opulentiſſimos Romanorum cives redundatura, ſi paterentur libertis aditum ad comitia patere: in comitiis enim & ſuffragiis ferendis aliiſque civilibus negotiis, gratiam, qua in his rebus maxime opus eſt, ipſis reportaturos, & eos quos manumiſiſſent, poſteris ſuis clientes relicturos. His ab eo dictis, patricii permiſerunt ut iſta lex in rempublicam reciperetur, & ad noſtra uſque tempora conſtanter ſervatus eſt æque ac ulla ſacroſanctarum legum.*

(55) Significationem nimis amplam huic legi tribuit Author, neque eam refert, ut oportebat. Ea eſt apud Dionyſium lib. 4., qua poſtquam deſcripſit neceſſitatem omnibus civibus Romanis ſui apud Principem Romanum cum jurejurando cenſendi a Servio impoſitam, ut perpetuò conſtaret ex numero civium Romanorum, eorumque ſubſtantia, quid in utraque re, ſcilicet & in militibus, & in ali-

A Valeria inſtitotum eſt: *ut qui vindicta liberati eſſent, idem & cum libertate civitatem adepti intelligerentur*. Quam libertatem ſignificavit in Corneliana Cicero, cum dixit: *Servos bene de Republica meritos perſæpe libertate, ideſt, civitate publice donari vidimus*: itemque Juſtinianus, cum in Inſtitutionibus ſcripſit: *Juſtam & majorem libertatem vocari, cum unà & liberi fiebant, & cives Romani*; & Livius, cum ſcriptum reliquit, *Latinos* civitatis Romanæ cupiditate flagrantes *filios ſuos civibus Romanis ſæpe vendidiſſe; cum ea, ut manumitterentur, ac manumiſſi civitatem Romanam aſſequerentur*, & alio loco, cum Romanos à Carthaginienſibus captos, *capite diminutos, & jure civium abalienatos* ſcribit, ſatis ſignificavit, ut ſervi à cive Romano liberati civitatem Romanam aſſequuntur; ſic civem Romanum liberum in ſervitutem redactum jus ipſum civitatis amittere. Hujus autem libertatis jus ejuſmodi fuit, ut qui libertatem, civitatemque ſemel eſſet adeptus, is ea, niſi ipſe auctor factus eſſet, non poſſet amittere; cujus rei multa habemus, eaque graviſſima Ciceronis teſtimonia; ſic enim ille in oratione pro domo: *Hoc juris à majoribus proditum eſt, ut nemo civis Romanus aut libertatem, aut civitatem poſſit amittere, niſi ipſe auctor factus ſit*, & infra: *Jus à majoribus noſtris ita comparatum eſt, ut civis Romanus libertatem nemo poſſet invitus amittere; quin etiam ſi decemviri* B *ſacramentum in libertatem injuſtam* (56) *judicaſ-*

ſtipendiis Reſpublica poſſet, *hanc pœnam*, inquit, *propoſuit ei, qui cenſus non fuiſſet, ut bonis ſpoliaretur, & virgis cæſus ſub haſta veniret*. Itaque non omnes incenſi ex Servio Tullio venibant, & libertatem amittebant, ſed qui cives per fraudem ſe à cenſu ſubtrahebant. Miſerrimi itaque, manumiſſique nullius fraudis conſcii, ſi incenſi non fuiſſent, non ideo vendebantur. Et patet ex ſupra relata manumiſſorum ex Dionyſio hiſtoria, reliquiſque ad rem monumentis variis in locis ſupra & infra relatis pro peregrinis manumiſſos incenſos habitos, ac ipſis licuiſſe ſuam patriam regredi: varieque eſſet manumiſſio, quæ novam ſervitutem inferret. Quandoque quidem C incenſi jubebantur vendi, ſed qui diutius in libertate permanſi cenſum, ut diximus, contempſiſſent, vel ita inertes fuiſſent, ut nullis facultatibus ſe munivissent. Itaque Cic. pro A. Cæcin. non incenſos vendi omnino eit, ſed *eum quem cenſori voluerit*. Hinc nata quæſtio de libertate ex cenſu, quam ex Cic. lib. 1. de Orat. ſupra refert Author: *an is, qui domini voluntate cenſus ſit, ſi non ſit conditum luſtrum, ſitne liber?* Quæ quæſtio in hoc ſiſtit. Quæque libertas, ſive cenſu, ſive vindicta, ſive teſtamento e certa forma pendebat. Teſtamento liber tum quis fiebat, cum hereditas ex teſtamento adita fuiſſet. Ante enim aditam hereditatem, ut nec teſtamentum, ita neque in eo ſcripte vires, & effectum conſequi poterant, atque ita neque relicta libertas. Ulp. in L. 8. D. quemadm. dies leg. vel fideic. ced. Vindicta liber quis D non fiebat ſtatim ex domini voluntate, & manumiſſione, ſed tum cum Magiſtratus, veluti Prætor vindicta caput ſervi tangebat, eumque liberum jure Quiritium eſſe jubebat: tot. D. tit. de manum. vind. Hinc nimirum orta quæſtio: an ante luſtrum cenſu quis fieret ſtatim liber, vel tum demum cum luſtrum conderetur, quod erat cenſus perfectio cum ſolemni ſacrificio. Quæ res multum diſputata fuit apud veteres Juriſconſultos, quam Cujacius obſ. lib. 17. cap. 20. reſtituto, ut ait, Ciceronis loco ita determinat: *Si quis ſervum ſuum jure Quiritium non minorem triginta annis inter cives Romanos retuliſſet in cenſum, magna diſſenſio inter prudentes fuit, utrum ex eo tempore ſervus factus civis Romanus videatur, quo cenſus eſſet, an ex quo luſtrum conditum eſſet. Quidam enim exiſtimabant cenſum deſcendere ad diem luſtri, non luſtrum recurrere* E *ad diem cenſus. Alii luſtrum retrocurrere volebant ad diem illum, quo ſervus inter cives Romanos cenſus eſſet. Et eam diſſenſionem fuiſſe inter prudentes etiam M. Tullius auctor eſt 1. de Orat. his verbis, quæ reſtituimus ex veteribus membranis: Quid de libertate, quo judicium gravius nullum eſſe poteſt; non ne ex jure civili poteſt eſſe contentio, cum quæratur is, qui domini voluntate cenſus ſit, continuone, an ubi luſtrum conditum liber ſit? Et verius forſitan eſt*, iterum Cujacius, *luſtrum conditum, qui finem cenſus cenſendo adfert ſolemni ſacrificio facto in extremo quinto anno; condere enim finire eſt, ideſt diem quo quis luſtratus eſt inter cives Romanos, retrotrahi ad diem, quo cenſus eſt manumiſſionis cauſa. Nam omnia, quæ cenſu aguntur, luſtro confirmantur. Quæ confirmantur autem retrotrahuntur*.

L. donationes C. de donat. int. vir. & ux. L. 40. D. de mort. cauſ. donat.

(56) Neſcio cur hic Author textum Ciceronis depravaverit, cum illud non dicat *ſacramentum in libertatem injuſtam*, ſed *ſacramentum in libertatem injuſtum*, prout eadem ratione de ſacramento in libertatem *juſto*, vel *injuſto* loquitur idem Cicero pro A. Cæcin.: *cum Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemviris religionem injeciſſet: non poſſe ſacramentum noſtrum juſtum judicari, quod Arretinis adempta civitas eſſet; Decemviri re quæſita, & deliberata ſacramentum noſtrum juſtum judicaverunt*. Quæ verba *de juſto*, vel *injuſto ſacramento* novo terrore captus omnia omiſit idem Author infra de jud. lib. 1. cap. 28.: ea verò omnia omiſit cap. 21. cum ibi nimirum de litium ageret ſacramentis. Quod ſacramentum qua ratione juſtum, vel injuſtum fuerit, ibi ad eundem authorem nos quoque dicemus.

De amittenda autem Civitate dum diſputat Author, mihi de omnibus ejus rei rationibus quærendum eſſe videtur, ideſt cum de Civitatis ratione, tum de modis Civitatis adquirendæ, aut mutandæ, aut amittendæ. Civitas Romana non aliud erat, quam pro jure Quiritium, quem liberum eſſe. Libertas enim, & Civitas una, eademque res accipiebatur: nam neque Civitas Romana ſine libertate, neque Romana libertas ſine Civitate conſiſtere poſſe arbitrabantur. Liv. lib. 45. Cum Tiberius Sempronius Gracchus Cenſor jus cenſendi iis tantùm libertinis faceret, qui prædium, prædiave pluris ſeſtertium XXX. D millium haberent, quo ſervato, qui tamen prædium non habebant cenſu excluſi etiam ſuffragiis privabantur; *Negabat Claudius collega ejus ſuffragii lationem injuſſu populi Cenſorem cuiquam homini, nedum ordini univerſo adimere poſſe. Neque enim ſi tribu movere poſſet, quod ſit nihil aliud, quàm mutare jubere tribum, ideo omnibus V. & XXX tribubus emovere poſſe: ideſt CIVITATEM, LIBERTATEMQUE eripere, non ubi cenſeatur finire, ſed cenſu excludere. Hæc inter ipſos diſceptata: poſtremo eo deſcenſum eſt, ut ex quatuor urbanis tribus unam palam in atrio libertatis ſortirentur, in quam omnes, qui ſervitute ſerviſſent, conjicerent. Exquilina ſors exiit: in ea Tiberius Gracchus pronuntiavit, libertinos omnes cenſeri placere*. Civitas autem, ut æquè libertas adquirebatur, vel generatione, vel manumiſſione, vel receptio- E ne. Generatione cum quis, quæve, vel juſtis nuptiis a patre cive Romano generabatur, vel volgo e matre cive Romana concipiebatur, quæ in ucet aliquo graviditatis tempore libera fuiſſet, vel ipſo nativitatis momento libertatem adquiſiviſſet, ut docuimus ſupra: dum tamen vulgo concepti, quemadmodum alii omnes tribum conſecuti fuiſſent. Manumiſſione cum civis Romanus ſervo ſuo libertatem dediſſet. Juſtin. in §. libertinorum inſt. de libert. Receptione cum quis lege lata Civitate donaretur. Cic. pro A. Lic. Arch. Poet., & pro L. Corn. Balb. Amittebatur autem, vel captivitate, vel condemnatione, vel dicatione, vel venditione, vel peregrinatione, vel receptione in aliam Civitatem. Non autem exilio ſimpliciter, non voluntate ſola, non abſentia, non traditione hoſtibus

eſſent, tamen quotieſcunque vellet quis, hoc in genere ſe rem judicatam referre poſſe voluerunt, & poſt: *Majores noſtri de civitate, & libertate ea jura ſanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia magiſtratuum, nec res tum judicata, nec denique univerſi populi poteſtas, quæ ceteris in rebus eſt maxima, labefactare poſſit*; & pro Balbo ita: *Jure noſtro neque mutare civitatem quiſquam, neque ſi velit, mutare non poteſt*. Item: *O jura præclara, atque divinitus jam inde à principio Romani nominis à majoribus noſtris comparata, ne quis invitus civitate mutetur, neve in civitate maneat invitus; hæc ſunt enim fundamenta firmiſſima noſtræ libertatis; ſui quemque juris, & retinendi, & dimittendi eſſe dominum*; & pro Cæcina: *Primum illud concedis, non quicquid populus juſſerit, ratum eſſe oportere; deinde nihil rationis afferis, quamobrem, ſi libertas adimi nullo modo poteſt, retineri libertas non poteſt; qui enim poteſt jure Quiritium liber eſſe is, qui in numero Quiritium non eſt?* Quid plura? perſequitur multa tempora, quibus Romana civitas mutari, & libertas adimi poſſet: atque omnino nemine invito fieri id poſſe concludit. Itaque ita addit: *Certe hoc quæri ſolere me non præterit, quemadmodum ſi civitas adimi non poſſit, in colonias Latinas ſæpe cives noſtri profecti ſint; aut ſua voluntate, aut legis multa profecti ſunt; quam multam ſi ſufferre voluiſſent, tamen manere in civitate potuiſſent. Quid quem pater patratus dedidit, aut pater, populuſve vendidit, quo is jure amittet civitatem? ut religione civitas ſolvatur, civis Romanus traditur; qui cum eſt acceptus, eſt eorum, quibus eſt deditus; ſi non accipiant, ut Mancinum Numantini, retinet integram cauſam, & jus civitatis; ſi pater vendidit eum, quem in ſuam poteſtatem ſuſceperat, ex ſua poteſtate dimittit. Jam populus, cum eum vendit, qui miles factus non eſt, non adimit ei libertatem, ſed judicat non eſſe eum liberum, qui ut liber ſit, adire periculum noluit; quum autem incenſum vendidit, hoc judicat; cum ii, qui in ſervitute juſta fuerint, cenſu liberentur; eum, qui cum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abjudicaſſe. Quod ſi maxime iiſce rebus adimi libertas, aut civitas poteſt, non intelligunt, ſi per has rationes adimi majores poſſe voluerunt, alio modo noluiſſe. Nam ut hæc ex jure civili protulerunt, ſic afferant velim, quibus lege aut Romana civitas, aut libertas erepta ſit; nam quod ad exilium attinet, perſpicue intelligi poteſt, quale ſit; exilium enim non ſupplicium eſt, ſed perfugium, portuſque ſupplicii; nam qui volunt pœnam aliquo modo ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt, hoc eſt, ſedem, ac locum mutant. Itaque nulla in lege noſtra reperietis, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum exilio eſſe multatum; ſed cum homines vincula, neces, ignominiaſque vitant, quæ ſunt legibus conſtituta, confugiunt quaſi ad aram in exilium; qui ſi in civitate legis vim ſubire vellent, non prius civitatem, quam vitam, amitterent; quia nolunt,*

bus facta. Captivitate cum civis Romanus in hoſtium poteſtatem pervenerat. L. 5. D. de ſt. hom. Condemnatione ſi cui aqua, & igni interdictum eſſet, is exilii ergo ſolum vertiſſet. Defectione, cum quis ab eo, cujus ſub imperio eſſet, deſciviſſet, & in hoſtium numerum ſe contuliſſet, aut ſi quis à Senatu, vel e populo lege lata hoſtis judicatus fuiſſet. L. 5. D. de cap. min. Venditione cum quis ad pretium participandum venum dari paſſus fuiſſet: inſt. de cap. dim. § 1. Peregrinatione, cum quis ad gentem aliquam, qui cum neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habuiſſet civitas Romana, neque cum ea bellum eſſet, perveniſſet, qui tamen poſtliminii jure ſtatim civitatem recuperabat ad imperii limina reverſus: L. 5 § in pace D. de capt., & poſtl. rev. Tanta enim erat apud Romanos proprii imperii opinio, ut quidquid extra limina eſſet imperii, nihil amplius cum eo juris habere poſſe arbitrarentur, niſi ſi qui, aut ſi quid legationis gratia apud exteras gentes miſſum fuiſſet. Receptione in aliam civitatem, ſi quis in eam profectus, ibi volens inter cives ejus & recipiebatur, & legebatur. Cic. ubi ſupra. Non igitur perfecte locutus author videtur ſup. cap. a dicens T. Pomponium Atticum Athenis habitantem Romam tamen ſæpe, & ad comitia amicorum, & ad cenſum civium *juris retinendi gratia ventitaſſe*. Nam neque ad comitia quis venire cogebatur, neque ad cenſum, dum quis excuſaretur, erat neceſſaria præſentia, ut infra patebit: ſola vero permanſione quantacumque ea eſſet in civitate amica civitas poterat amitti. Perbelle id probat Proculus in L. 7. D. de capt. & poſtl. rev.: *non dubito*, inquit, *quin fœderati, & liberi nobis externi ſint; nec inter nos, atque eos poſtliminio opus eſt, cum & illi apud nos, & libertatem ſuam, & dominium rerum ſuarum æque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant*. Et Ulp. in L. 18. §. poſtliminio eod. tit. *Poſtliminio rediiſſe videtur cum quis in fines noſtros acceſſit; ſed etſi in civitatem ſociam, amicamve, aut ad Regem ſocium, vel amicum venerit, ſtatim poſtliminio rediiſſe videtur; quia ibi primum nomine publico tutus eſſe incipiat*. Hæc quod abſentia ſola, dum in amica civitate quis eſſet, vel intra limina imperii, vel etiam extra, modo nomine publico, civitatem non adimebat. Quod exilium ſimpliciter, voluntas ſola, traditio hoſtibus facta non adimerent civitatem, ſatis conſtat ex Cicerone ob authore ipſo relato. Licet autem vel ex ipſo Cicerone, vel ex Mucio revocetur in dubium allato caſu Mancini, an ex deditione hoſtibus facta civitas amitteretur, mihi nihilominus certior videtur ſententia, ut etiam ſi quis deditus ſit hoſtibus, ſi is non ſit acceptus, & domum revertatur, integram cauſam retineat. Aliud eſt enim ſi aqua, & igni interdictum ſit, cui neceſſe eſt ſolum vertere: Dedito hoſtibus non eſt negatus reverſio, ſi acceptus non ſit, ut ante Mancinum habemus de Sp. Poſthumio, T. Veturio, aliiſque Samnitibus deditis propter infamiam Caudinæ pacis, qui à Samnitibus repudiati, non ſolum in caſtra Romana liberi ſine ulla lege redierunt, ſed etiam in urbem Romam, ubi etiam Poſthumius deditionis ſui, ſociorumque faciendæ author dicitur clarior fuiſſe apud Liv. lib. 9. Nec me movet legem latam de Mancino fuiſſe, quæ dubitationis tollendæ cauſa lata jus commune non læſit: L. 81. D. de reg. jur. nam æque lata fuit de Cn. Publicio Menandro libertino homine, quem legati Romani in Græciam proficiſcentes interpretem ſecum habere voluerunt. Ad populum enim latum eſt, ut *is Publicius, ſi domum reverti ſſet, & inde Romam rediſſet, ne minus civis eſſet*, quemadmodum apud Cic. pro L. Corn. Balb. Quæ lex poſtea à prudentibus ſuperflua judicata eſt. Pomponius in L. 5. D. de capt. & poſtl. rev. *Captivus ſi à nobis manumiſſus fuerit, & pervenerit ad ſuos: ita demum poſtliminio reverſus intelligitur, ſi malit eos ſequi, quam in noſtra civitate manere. Et ideo in Attilio Regulo, quem Carthaginenſes Romam miſerunt, reſponſum eſt, non eſſe eum poſtliminio reverſum: quia juraverat Carthaginem reverſurum, & non habuerat animum Romæ remanendi. Et ideo in quodam interprete Menandro, qui poſteaquam apud nos manumiſſus erat, miſſus eſt ad ſuos: Non eſt viſa neceſſaria lex, quæ lata eſt de illo, ut maneret civis Romanus. Nam ſive animus ei fuiſſet remanendi apud ſuos, deſineret eſſe civis: & ſive animus fuiſſet revertendi, maneret civis. Et ideo eſſet lex ſuperflua.*

A *ſunt, non adimitur his civitas; ſed ab his relinquitur, atque deponitur; nam cum ex jure noſtro duarum civitatum nemo eſſe poſſit, tum amittitur hæc civitas denique, cum is, qui profugit, receptus eſt in exilium, hoc eſt, in aliam civitatem*; hæc Cicero pro Cæcina. In eandem autem etiam ſententiam locutus eſt idem iterum in oratione pro domo: *Qui cives Romani in colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non poterant Latini; qui non erant auctores facti, nomenque dederant; qui erant rerum capitalium damnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti; quo vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſſa venerant. Id autem ut eſſet faciendum, non ademptione civi-*
B *tatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.* Hoc quidem in orationibus Cicero ad cauſam illam, quam tum in manibus habebat, defendendam accommodate; at in primo de oratore aperte videtur negare, eum, qui deditus hoſtibus ſit, civem remanere; ſic enim inquit: *Si C. Mancinum propter invidiam Numantini fœderis pater patratus Numantinis dedidiſſet, eumque illi non recepiſſent, poſteaque Mancinus domum reveniſſet, neque in Senatum ire dubitaſſet. P. Rutilius M. F. Tribunus plebis de Senatu juſſit educi, quod eum civem negaret eſſe: quia memoriæ ſic eſſet proditum, quem pater ſuus, aut populus vendidiſſet, aut pater patratus dedidiſſet, ei nullum eſſe poſtli-*
C *minium.* Itaque Pomponius quoque D. de legation ſic ſcriptum reliquit: *Eum, qui legatum pulſaſſet, Q. Mucius dedi hoſtibus, quorum erant legati, ſolitus eſt reſpondere; quem hoſtes ſi non recepiſſent, quæſitum eſt; an civis Romanus remaneret? quibuſdam exiſtimantibus remanere, aliis contra; quia quem populus juſſiſſet dedi, ex civitate expuliſſe videretur; ſicut faceret, cum aqua, & igni interdiceret; in qua ſententia videtur P. Mucius fuiſſe; id autem maxime quæſitum eſt in Hoſtilio Mancino, quem Numantini ſibi deditum non receperunt; de quo tamen lex poſtea lata eſt, ut eſſet civis Romanus & præturam quoque geſſiſſe dici-*
D *tur;* & Ulpianus: *Maxima capitis minutio eſt, per quam & civitas, & libertas amittitur, veluti cum incenſus aliquis venierit.* Satis ergo apparet ex his, civitatem, atque libertatem invito fere nemini eripi licuiſſe. Proprium præterea fuit ejuſmodi libertatis, immunem à privatorum verberibus eſſe. Itaque judicium de libertate lege Fabia (57) de plagiariis conſtitutum fuit, cum quis liber verberibus, ut ſervus, eſſet cæſus; cujus meminit Aſconius in argumento Cornelianæ, his verbis: *Cum quendam civem Metellus ſervum eſſe contendens, vi arripuiſſet, ac verberibus affeciſſet, Curio aſſertorem ei comparavit: deinde cum appareret, eum exitum illius judicii futurum, ut liber is judicaretur, quem Metellus verberibus affectum eſſe negare non poterat, inter Metellum, & Curionem facta pactio eſt, ut neque arbitrium de libertate urgeret in Metellum Curio, neque Metellus perſtaret in accuſatione Curionis.* Item conſtitutum, ne liberi torquerentur; de qua re poſt in libris de Judiciis. Sed de primo, eoque proprio genere libertatis Romanæ hactenus, cujus præcipuum id jus extitit, ut non ſolum civitatem ſecum attulerit, ſed ne adimi quidem invito fere, ut dixi, alicui potuerit.

Alterum genus libertatis fuit, quo ſe Romani cives à regum, & tyrannorum impotenti dominatione liberaverunt; & legibus ſe, ac magiſtratibus annuis obſtrinxerunt. Quæ libertas, L. Tarquinio Superbo rege cum filiis urbe pulſo, inita eſt, L. Bruto, & P. Valerio in primis auctoribus, tum cum populus à Bruto Conſule jurejurando adactus eſt, ſe neminem regnare Romæ paſſurum; atque rogationem juſſit, ut ſacrum cum bonis caput ejus eſſet, qui regni occupandi conſilia iniſſet. Itaque pro hac libertate tuenda incredibile eſt, quantas Populus Romanus dimicationes, quanta bella ſuſceperit, quantum ſudoris, quantum ſanguinis effuderit. Siquidem & cum Porſena rege, & cum Latinis populis Tarquinios exules reducentibus, & cum Pœnis, cum Cimbris, & Teutonibus, & aliis infeſtiſſimis exterarum gentium populis armis ſæpe acerrime decertavit: Sp. vero Caſſium, Sp. Mælium, M. Manlium, & Catilinæ ſocios cives Romanos extremo etiam ſupplicio affecit; cum Caſſius agris dandis, Mælius annona largienda, Manlius ære alieno plebem ſua pecunia eximendo, Catilina pernicioſa Reipublicæ conſilia agitando, in affectati regni ſuſpicionem incidiſſent. C. autem Cæſar privatorum etiam conſilio interfectus eſt, quod dictatoris poteſtate abuſus, non ferendas in libera civitate opes ſibi comparaſſet. Sed tamen hæc libertas (58) dominante Sylla concuſſa; Cæſare vero regente labefactata; Auguſto demum imperante funditus everſa eſt; quod fuit nihil aliud, niſi cum plus ille unus in civitate potuit, quam univerſa Reſpublica. Pro qua libertate retinenda cum alias alii contenderunt, tum maxime contra Syllam Lepidus, & contra M. Antonium Cicero; cujus rei in primis pulcherrimas has voces teſtes reliquerunt. Lepidus quidem apud Salluſtium: *Præclara Brutorum, atque Æmiliorum, & Lutatiorum proles; geniti ad ea, quæ majores virtute peperere, ſubvertenda. Nam quid à Pyrrho, Annibale, Philippoque & Antiocho defenſum eſt aliud, quam libertas: neu cui, niſi legibus, pareremus; quæ cuncta ſævus iſte*

E

(57) Nunquam pertinuit lex Fabia de plagiariis ad cives Romanos verberatos, nec verberatos, ut ſervos. Lex, quæ exemit à verberibus cives, fuit Porcia, de qua Liv. lib. 10. *Porcia tamen*, inquit, *lex ſola pro tergo civis lata videtur; quod graves pœna, ſi quis verberaſſet, necaſſetve civem Romanum ſanxit*. Lex Fabia ſolum punivit eos, qui liberos homines, vel ſervos alienos ſcientes dolo malo emerint, vendiderintve, aut vinctos retinuerint, quod ſcilicet eſt plagium, id eſt ſuppreſſio liberi hominis, aut ſervi alieni tot. D. tit. de Leg. Fab. de plag. Et Cic. pro C. Rabirio diſtinxit nimirum Legem Fabiam à Lege Porcia ſuam tribuens utrique ſignificationem: *An de ſervis alienis contra legem Fabiam retentis, aut de civibus Romanis contra legem Porciam verberatis, aut necatis plura dicenda ſunt?* Item: *Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit*. Item: *Porcia lex libertatem civium lictori eripuit*. Nihil autem obſtat Aſconii exemplum, quod nullius legis facit mentionem. Cum autem duo aſſeras, & de libertate, & de verberibus judicia, ea diverſis ea legibus proficiſcebantur. Primum ex XII. tabb. *Si qui quem liberali cauſa manu adſerat, ſecundum libertatem vindicias dato*. Alterum ex L. Porcia de cive Romano verberato, aut necato.

(58) Sed cum libertas nimium effrenata nocet, ſatius eſt Principe temperari. Liberius enim ſub juſto Principe vivimus, quam ſub affectionibus noſtris, ut liberius ſub legibus, quam exleges.

iſte Romulus quaſi ab externis rapta tenet. Cicero vero in Philippicis: *Res in extremum adducta eſt diſcrimen; de libertate decernitur; aut vincatis oportet Quirites, quod profecto & pietate veſtra, & tanta concordia conſequemini, aut quidvis potius, quam ſerviatis; aliæ nationes ſervitutem pati poſſunt; populi Romani eſt propria libertas.*

Tertium huic libertatis genus conſequens eſt, quo ſe Romani cives adverſus nimium magiſtratuum, & præſertim Conſulum imperium muniverunt; quod jus multis legibus eſſe video conſtitutum; quarum aliæ aliam vim habuerunt. Prima autem fuit Valeria à P. Valerio Poblicola Conſule primo anno publicæ libertatis lata: *Ut ſi quis magiſtratus civem Romanum necare, verberare, multare vellet, privatus eum ad populi judicium vocare poſſet; interea vero à magiſtratu damni nihil acciperet, niſi ubi populus ſtatuiſſet*; cujus legis Livius, Dionyſius, & Plutarchus meminerunt. Inde vero haud ita multo poſt ſacratæ leges conſequutæ ſunt, omnes pro civium Romanorum libertate latæ; quas ſacratas dictas eſſe cenſet Feſtus: *aut quod eas plebs, cum à patribus ſeceſſiſſet*, Caſſio, Cominioque Conſule anno ab U.C. CCLX. *jurata in monte Sacro ſcuerit: aut quod iis ſancitum eſt, ut ſi quis adverſus eas feciſſet, ſacer alicui deorum eſſet*. Homo autem ſacer, eodem teſte alio loco, is eſt, *quem populus judicavit ob maleficium; neque fas eſt, eum immolari; ſed, qui occiderit, parricidii non damnatur*; cui opinioni aſſequitur Cicero, cum in Corneliana loquit, *ſanctiones ſacrandas eſſe aut legis obteſtatione, aut pœna, cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur*. Fuerunt autem multæ, quarum tres pro plebis, reliquæ pro populi libertate ſunt latæ. Primæ pro plebe fuerunt; una: *ut Tribuni plebis* (59) *quotannis quinque de plebe crearentur, qui auxilio plebi adverſus Conſules eſſent*; altera: *Ut iidem Tribuni ſacroſancti eſſent*; tertia: *Ne is honor niſi plebejis pateret*. Quod cum ex II. Livii, tum ex VI. Dionyſii libro colligitur. Primam legem aſſerit Gellius, apud quem ſcriptum eſt, Tribunos plebis tantum prehenſionem habuiſſe, vocationem vero nequaquam; quod antiquitus creati ſint non juri dicundo, nec cauſſis, querelisque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent; ut injuria, quæ coram fieret, arceretur. Unde Plutarchus in Catone Uticenſi ſcripſit, Jus Tribuniciæ poteſtatis magis ad impediendum valuiſſe, quam ad agendum, quippe cum ceteris omnibus collegis volentibus, unus, qui nolit, & intercedat, plus poſſit. Duplicatus inde poſt annum XXXVI. eſt numerus Tribunorum, lege, ut inquit Livius, à Trebonio Tribuno plebis lata: *Ut qui plebem Romanam Tribunus plebis rogaret, is uſque eo rogaret, dum decem Tribunos plebis faceret*. (60) Secundam legem de ſacroſanctis Tribunis confirmat Feſtus, cum ait:

(59) Romæ ſub Regibus juris æqualitatem diſtinctis muneribus, tum patricii, tum plebei obtinebant. Nam cum omnibus pateret aditus ad Principem, alter alteri inſultare non audebat. Expulſis Regibus patricii, donec Tarquinius exul ſuperfuit, metuentes ne plebis opera is reſtitueretur in Regnum, cum plebe dulces fuerant. Eo mortuo graviſſima opinione liberati inſolentes in plebem fieri ceperunt. Multæ hinc contentiones in libera civitate ortæ. Sed demum eo ventum eſt, ut quemadmodum patricii Conſules habebant, apud quos omnis erat juris poteſtas, ita plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio adverſus Coſs eſſet. Itaque non ad agendum Tribuni, non ad judicandum, ſed ad vetandum, impediendum, unde intercedere dicebantur inſtituti. Et primo in privatorum tantum negotiis, ſed ſtatim etiam in publicis interceſſio uſurpata. Per comitia tamen vocatis tribubus nonnullas quoque ſumpſerunt actiones, ut leges ferre, judicia exercere. Maximam autem authoritatem tum ſibi demum arrogaverunt, cum bello Æquo, Volſcoque Dictatorem ſecundum voluntatem Senatus T. Quinctio Penno Cincinnato, Cn. Julio Mentone Coſs. A. U. C. CCCXXII. dicere recuſantibus, Q. Petilius Priſcus ſummis honoribus egregie uſus: *Vos*, inquit, *Tribuni plebis, quoniam ad extremum ventum eſt Senatus APPELLAT, ut in tanto diſcrimine Reipublicæ Dictatorem dicere COSS. pro poteſtate veſtra cogatis*. Qua voce audita occaſionem oblatam rati Tribuni augendæ poteſtatis ſuccedunt: proque Collegio pronunciant: *placere COSS. Senatui dicto audientes eſſe; ſi adverſus conſenſum Ampliſſimi Ordinis ultra attendant, in vincula ſe duci eos juſſuros*. COSS. ab Tribunis, quam ab Senatu vinci maluerunt: proditum a patribus ſummum imperii jus, datumque ſub jugum Tribunitiæ poteſtati conſulatum memorantes, ſiquidem cogi aliquid pro poteſtate ab tribuno COSS, & (quo quid ulterius privato timendum foret?) in vincula etiam duci poſſent. Sors T. Quinctio, ut Dictatorem diceret evenit. Is A. Poſthumium Tubertum ſocerum ſuum ſeveriſſimi imperii virum, Dictatorem dixit. Liv. lib 4. Igitur A. U. C. DCXV. Tribuni plebis P. Cornelium Naſicam, D. Junium Brutum COSS., quia non impetrarent, ut ſibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, in carcerem mitti juſſerunt. Liv. lib. 55 Quantum autem hæc Tribunitia poteſtas profuerit plebi repetendum ex ſcriptis ſupra ad cap. I.

(60) Hæc lex non fuit prima, quæ X Tribunorum numerum ſtatuit. Primo in prima ſeceſſione duo tantùm Curiatis Comitiis tribuni creati ſunt ex Livio, & Dionyſio, qui tres collegas ſibi cooptarunt. Trigeſimo ſexto poſt anno, qui fuit ab U. C. CCXCVI lex lata eſt, ut X. tribuni plebis crearentur: ſed additum legi. *ſi tribunos plebis X rogabo, ſi quis minus hodie decem tribunos plebis feceritis: tum uti hique quos ſibi collegas cooptaſſent, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebis ſint, ut illi quos hodie tribunos plebis feceritis*. Lex, quam hic refert Sigonius, lata eſt anno CCCV Sp. Herminio, T. Virginio Cœlimontano Coſs Nam cum ſuperiore anno conſpiratio facta eſſet novem tribunorum plebis, ut ad comprimendam magis impotentiam patrum, in annum ſequentem iidem tribuni reficerentur: ſors autem quædam utilis ad tempus evenerit, ut ad novos rogandos tribunos M. Duellius vir prudens comitiis præſſet, qui cernens ex tali magiſtratus continuatione imminentem invidiam, negans ſe ex veteribus tribunis rationem habiturum, quinque tantum tribunos, quoſque novos per comitia rogavit, relinquens, ut ex ſuperiore lege reliqui quinque cooptarentur. Ex quibus novis tribunis L. Trebonius poſt Aſper cognominatus, infenſus patribus, & in illa cooptatione offenſus, novam rogationem tulit, *ut qui plebem Romanam tribunum plebis rogaret, is uſque eo rogaret, dum X tribunos plebis faceret*; qua lege cooptatio in poſterum ſublata eſt, nam cautum quoque ea lege eſt: *ne tribunis collegam cooptare liceret*. Liv. lib. 3. & 4. Ceterum quod ſupra retulit Sigonius, ne tribuni plebis ex patribus fierent, quemadmodum veriſſimum eſt, nihilominus obſervo aliud aliquando commiſſum fuiſſe. Eodem anno CCCV. duos patricios conſulareſque lego in Livio Sp. Tarpejum, & A. Æternium tribunos plebis cooptatos. Cenſeo rogati patricios non potuiſſe, qui arbitrio rogatorum cooptari poſſent. Sublata autem memorata lege cooptari hac omnino patres ab eo munere exactos.

Digitized by Google

A nit: *Sacroſanctum eſt, quod jurejurando interpoſito inſtitutum eſt, ſi quis id violaſſet, morte pœnae penderet*; cujus generis Tribunos plebis ædileſque ejuſdem ordinis fuiſſe. Verba porro quibus ſacroſanctos Tribunos reddiderunt, hæc affert Dionyſius: *Ne quis vi Tribunum quaſi privatum facere cogito, neve virgis cædito, neve cædi, occidive jubeto, qui adverſus ea fecerit, ſacer iſto, bonaque ejus Cereri ſacra ſunt, eumque occidere jus, faſque eſto*; cum Dionyſio vero facit Livius, qui libro III. pulſis magiſtratu Decemviris Tribuniciam poteſtatem reſtitutam cum ſcripſiſſet, ita ſubjunxit: *Et cum plebem hinc provocatione, hinc Tribunicio auxilio ſatis firmaſſent, ipſis quoque Tribunis, ut ſacroſancti viderentur, cujus rei jam prope*
B *memoria aboleverat, relatis quibuſdam ex magno intervallo cæremoniis, renovarunt: & cum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt, ſanciendo, ut qui Tribunis plebis, ædilibus, judicibus nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet; familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum iret*. Tertia vero lex adeo cuſtodita eſt, ut Tribunatum nunquam fere patricii ceperint; niſi ad plebem, vel adoptione, vel alia fortaſſe ratione, ut de Minucio Auguri no tradit cum Plinio Livius, ſe contulerint In his autem legibus plebis libertatem fuiſſe poſitam, indicat Cicero in III. de legibus, qui cum de Tribunatu loqueretur, ita concluſit: *Quamobrem aut exigendi reges non fuerunt, aut plebi re, non verbo danda libertas*.
C Quarta inde lex ſacrata fuit: *Ne de capite civis Romani niſi centuriatis agi comitiis poſſet*. Quinta: *Ne privilegia irrogari liceret*. Hæ vero eædem leges poſt in XII. tabulas ſunt tranſlatæ, de quibus in oratione pro domo hoc modo video Ciceronem verba feciſſe: *Quo exemplo, quo more, quo jure legem nominatim de capite civis indemnati tuliſti? vetant leges ſacratæ, vetant XII. tabulæ, leges privatis hominibus irrogari*; item: *Hoc juris in hac civitate etiam tum, cum reges eſſent, dico fuiſſe, hoc nobis eſſe à majoribus traditum, hoc eſſe denique proprium liberæ civitatis, ut nihil de ca-*
D *pite civis, aut de bonis ſine judicio Senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque re judices conſtituti ſunt, detrahi poſſit*; & in Sextiana: *Cur cum de capite civis, & de bonis proſcriptio ferretur, cum & ſacratis legibus, & XII. tabulis ſancitum eſſet, neque privilegium irrogari liceret, neque de capite niſi comitiis centuriatis rogari, nulla vox eſt audita Conſulum?* & in III. de legibus: *Tum leges præclariſſimæ de XII. tabulis tralatæ duæ; quarum altera privilegia tollit, altera de capite civis rogari, niſi maxima comitiatu, vetat; nondum inventis ſeditioſis Tribunis plebis admirandum, tantum majores in poſterum provexiſſe; in privatos homines leges ferri noluerunt, ideſt enim privile-*
E *gium; quo quid eſt injuſtius? cum legis hæc vis ſit, ſcitum eſſe & juſſum in omnes? ferri de ſingulis, niſi centuriatis comitiis noluerunt; deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus*

A *plus adhibet ad ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus convocatus*. Atque his quidem legibus firmata in primis libertas civis Romani putatur, quod caput ejus nec magiſtratuum libidini, nec plebis arbitrio; ſed totius populi Romani judicio eſſet commiſſum. Hinc Livius bello Punico narrando ait, hoc obſervatum in Campanis, cum Senatorem quendam Romanum ita loquentem facit: *Per Senatum agi de Campanis, qui cives Romani ſunt, injuſſu populi non video poſſe; idque apud majores noſtros in Satricanis factum eſt*. At de capite tamen Ciceronis privatim legem tulit P. Clodius Tribunis plebis comitiis tributis; quid mirum? ſi per vim, ac injuſte; quod
B idem eodem in loco ipſe admonuit, his verbis: *Quo verius in cauſa noſtra L. Cotta dicebat, nihil omnino actum eſſe de nobis; præter enim quam, quod comitia illa eſſent armis geſta civilibus; præterea neque tributa capitis comitia rata eſſe poſſe, neque ulla privilegia; quocirca nihil nobis opus eſſe lege, de quibus nihil omnino actum eſſet legibus*; & in Sextiana his: *Princeps rogatus ſententiam, L. Cotta dixit, nihil de me actum eſſe jure, nihil more majorum, nihil legibus. Non poſſe quenquam de civitate tolli ſine judicio: de capite non modo ferri, ſed ne judicari quidem poſſe, niſi comitiis centuriatis*. Inde lex altera Valeria lata eſt à L. Valerio, qui cum M. Horatio Conſul fuit, anno
C poſt urbem conditam CCCIV. Lata eſt autem de provocatione, & de Tribunatu plebis, quæ à decemviris ſublata fuerant, reſtituendis. De qua libet Liviana verba ſubjicere: *Legem de provocatione, unicum præſidium libertatis, decemvirali poteſtate everſam, Conſules non reſtituunt modo, ſed etiam in poſterum muniunt, ſanciendo nova lege, ne quis ullum magiſtratum ſine provocatione crearet; qui creaſſet, eum jus, faſque eſſet occidi: neve ea cædes capitalis noxæ haberetur, & cum plebem hinc provocatione, hinc Tribunicio auxilio ſatis firmaſſent, ipſis quoque Tribunis, ut ſacroſancti viderentur, cujus rei jam prope memoria aboleverat, relatis quibuſdam ex magno intervallo cæremo-*
D *niis, renovarunt; & cum religione violatos eos, tum lege etiam fecerunt, ſanciendo, ut qui Tribunis plebis, ædilibus, judicibus nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet; familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum iret*. Eadem vero de provocatione lex poſt etiam relata eſt à M. Valerio Corvo Conſule; de qua item, quid idem ille ſcripſerit, recitabo: *Eodem anno* (is fuit ab U. C. CDLIII.) *M. Valerius Conſul de provocatione legem tulit diligentius ſanctam; tertium ea tum poſt reges exactos lata eſt, ſemper ab eadem familia; cauſam renovandæ ſæpius haud aliam fuiſſe reor, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant; eo qui provocaſſet, virgis cædi,*
E *ſecurique percuti vetuit; ſi quis adverſus ea feciſſet, nihil aliud, quam improbe factum adjecit, id viſum vinculum ſatis validum legis*. Deinde lata eſt lex Porcia (61) de provocatione;

(61) Lex Porcia de provocatione non celebratur, cum provocatio pluries ſuperioribus legibus inducta confirmataque fuerit. Neque primus Valerius Poplicola de provocatione legem tulit, quam ſub ipſis Regibus valuiſſe invenimus, atque ab ipſo Romulo cenſeo Romam invectam. In judicio enim Horatii Curiatiorum Albanorum victoris de ſororis cæde rem iis autem fuiſſe ſub Rege Tullo narrat Livius: *Rex, ne ipſe tam triſtis, ingratique ad vulgus judicii, ac ſecundum judicium ſupplicii author eſſet, concilio populi advocato: Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent ſecundum* LEGEM *facio*. LEX *horrendi carminis erat: Duumviri perduellionem judicent: ſi à Duumviris* PROVOCARIT PROVOCATIONE *certato: ſi vincent, caput obnubito; infelici arbori reſte ſuſpendito; verberato, vel intra pomœrium, vel extra pomœrium. Hac lege Duumviri creati, qui ſe abſolvere non rebantur ea lege ne innoxium quidem poſſe, cum condemnaſſent, tum alter ex his: P. Horati tibi perduellionem judi-*
io,

ne; quam à Porcio Læca Tribuno plebis latam eſſe, docet nummus argenteus, cujus ab altera parte ſcriptum eſt, PROVOCO, ab altera P. Porcius Læca. Hæc autem poſt Valeriam tertiam lata, ut eodem in loco addit Livius: *gravi pœna, ſi quis magiſtratus verberaſſet, necaſſetve civem Romanum, ſanxit; ſed exilium irrogari ab eo permiſit*. Quæ duo capita his, quæ ſequuntur, teſtimoniis video confirmari, primum Ciceronis, qui cum Rabirium perduellionis reum Conſul defenderet, dixit: *plura ſibi non eſſe dicenda de civibus Romanis contra legem Porciam verberatis, aut necatis*; & poſt: *Legem Porciam virgas ab omnium civium corpore amoviſſe, libertatem civium lictori eripuiſſe*; deinde Salluſtii, qui illud poſuit in oratione Cæſaris: *Quamobrem in ſententiam non addidiſti, uti prius verberibus animadverteretur in eos? an quia lex Porcia vetat? at aliæ leges item condemnatis civibus non animam eripi, ſed exilium permitti jubent*; & poſt: *Majores noſtri Græciæ morem imitati verberibus animadvertebant in cives; de condemnatis ſummum ſupplicium ſumebant; poſtquam Reſpublica adolevit, & multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, alia hujuſcemodi fieri cœpere; tunc lex Porcia, aliæque leges paratæ ſunt, quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt*. Hanc autem legem M. Porcius Cato, ille cenſorius pro ſcapulis appellavit; ſic enim ſcribit Feſtus: *Pro ſcapulis cum dicit M. Cato, ſignificat pro injuria verberum; nam Conſulares leges erant in cives rogatæ, quibus ſanciebatur pœna verberum; ii ſignificabat prohibuiſſe multos cives in ea oratione, quæ eſt contra M. Cœlium*. Livius loco *pro lato*, *pro tergo latam* ait; Plinius libro VII. de jure, ut opinor, virgarum vocavit, cum dixit: *L. Cornelium Balbum Gaditanum accuſatum, & de jure virgarum in eum in conſilium miſſum*; quibus verbis accuſatum Balbum ſignificat, quod falſo civitatem Romanam uſurparet, cum eſſet peregrinus. In peregrinum enim jus erat virgarum, non in civem. Unde M. Marcellus Conſul Novocomenſem quendam virgis multandum curavit in Cæſaris contumeliam, à quo erant Novocomenſes civitate donati. Porciam inde legem Semproniæ ſunt conſequutæ, à C. Sempronio Graccho, juris plebis retinentiſſimo, in Tribunatu latæ. Una: *Ne de capite civium Romanorum injuſſu populi judicaretur*. Altera: *Ut, qui magiſtratus indicta cauſa in civem Romanum animadvertiſſet, de eo populi quæſtio conſtitueretur*. Tertia: *Ne quis coiret, conveniret, quo quis judicio publico circumveniretur*. Primæ legis meminit Cicero in oratione pro Rabirio, & pro domo; ſecundæ Plutarchus in vita ejus, eamque, ut P. Popillium, à quo Conſule Tiberii fratris ſocii miſere fuerant divexati, ulciſceretur, atque urbe, ut fecit, expelleret, eſſe latam adjicit; tertiæ Cicero in Cluentiana; quo loco eandem in Senatores pro plebe eſſe latam adjungit. Quin etiam, ſi quò me conjectura trahit, eò inclinem, addiderim quartam Porciam: *Ne magiſtratus civem Romanum virgis cæderet, aut ſecuri feriret*, vetuſtate jam fortaſſe obſoleſcentem, ab eodem eſſe relatam; me vero in hanc opinionem adducunt verba ejus, quæ citat Gellius ex oratione de legibus promulgatis: *Legebamus*, inquit, *orationem Gracchi de legibus promulgatis; in qua M. Marium, & quoſdam ex municipiis Italicis honeſtos viros virgis per injuriam cæſos à magiſtratibus populi Romani quanta maxima invidia poteſt conqueritur. Verba hæc ſunt, quæ ſuper ea re fecit: Nuper Teanum Sidicinum Conſul venit; uxorem dixit in balneis virilibus velle lavari; quæſtori Sidicino M. Mario datum eſt negotium, uti balneis exigerentur, qui lavabantur; uxor renunciat viro, parum cito ſibi balneas traditas eſſe, & parum lautas fuiſſe. Idcirco palus deſtitutus eſt in foro, eoque adductus ſuæ civitatis nobiliſſimus homo M. Marius; veſtimenta detracta ſunt; virgis cæſus eſt. Caleni, ubi id audierunt, edixerunt; ne quis in balneis laviſſe vellet, cum magiſtratus Romanus ibi eſſet. Ferentini ob eandem cauſam prætor noſter quæſtores arripi juſſit; alter ſe de muro dejecit, alter prehenſus, & virgis cæſus eſt*. Hæc ex Gellio; ex quibus qui non intelligit, Gracchum hæc tum in concione dixiſſe, cum leges à ſe de libertate civium Romanorum, quæ neglecta lege Porcia à magiſtratibus Romanis violabatur, promulgatas ſuaderet? (62) Unde Cicero in actionibus in Verrem, harum legum memor, ita exclamavit: *Cædebatur virgis in foro Meſſanæ civis Romanus; o nomen dulce libertatis; o jus eximium noſtræ civitatis; ô lex Porcia, legeſque Semproniæ*. His igitur ſive legibus, ſive inſtitutis libertas Romana adverſus magiſtratuum patriciorum ſive libidinem, ſive potentiam fuit vallata. Illud enim ſapienter ab illis proviſum eſt, ne, cum ipſi ſe à libidine regia exolviſſent, Conſulum aut aliorum magiſtratuum intolerandâ ſuperbiâ opprimerentur. Quod adeo proprium fuit civium Romanorum, ut nomen civis Romani in provinciis, & exteris regionibus multos à ſummis ſæpe cruciatibus corporis, & nece acerbiſſima à magiſtratibus oſtentata vindicarit. Hinc enim illa ſunt in Verrem: *Cervices in*

---

ta, inquit; *I lictor, colliga manus. Acceſſerat lictor, injiciebatque laqueum. Tum Horatius auctore Tullo clemente legis interprete*, PROVOCO, inquit: *Ita de PROVOCATIONE certatum ad POPULUM eſt, qui eum abſolvit, admiratione magis virtutis, quam jure cauſæ*. Proprius, novus, ſingulariſque effectus legis Porciæ, tranſlato, ut moris erat, provocationis capite, fuit, ne civis Romanus quaque de cauſa, nec in judicio, neve extra judicium, ſeu à magiſtratibus, ſeu à quibuſvis verberibus afficeretur, mortive daretur, quem nempe ſingularem effectum probant cum teſtimonia ſequentia, tum Livius lib. 10.: *Porcia lex ſola pro tergo civium lata videtur, quod gravi pœna, ſi quis verberaſſet, necaſſetve civem Romanum, ſanxit*. Inutilis ergo fuit in explicatione Porciæ legis Sigonii vocabuli illius *magiſtratus* adjectio. Omnino vero commentitium illius legis caput: *Sed exilium ab eo irrogari permiſit*. Nam nulla lex de exilio fuit apud Romanos, quod aperte docet Cicero pro A. Cæcina, & mirabile eſt authorem id ſupra non advertiſſe, addidiſſeque Livio, quod ille non prodiderat. *Nulla lege*, inquit Cicero, *noſtra reperietur, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum exilio eſſe mulctatum*. Exilium ut dilucide ibidem explicat Cicero, erat ſui ipſius à pœna ſubtractio: nam ſi quis pœnas legibus dare nolebat, Roma ſe eripiens exulabat. Permiſſio igitur exilii in allatis authoritatibus non ad magiſtratus attinebat, ſed ad ipſos reos, qui poterant ea ratione judicium, pœnaſque ſubterfugere. Itaque invenimus quidem apud Livium exulibus conſtitutum exilium, non decretum ulli, præterquam Tarquinio Superbo.

(62) Sicuti in lege Porcia caput de provocatione erat tranſlatitium, ita in legibus Sempronii caput de virgis à tergo civis Romani amovendis

A *in carcere frangebantur indigniſſime civium Romanorum, ut etiam illa vox, & illa imploratio civis Romani, quæ ſæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros, & ſalutem tulit, ea mortem illis acerbiorem, & ſupplicium maturius ferret.* Item: *Nulla vox audiebatur, niſi hæc: Civis Romanus ſum*; & in epiſt. Aſinii ad Ciceronem: *cum illi miſero quiritanti, civis Romanus ſum; reſponderet; abi nunc, populi fidem implora.* Ex his autem legibus Semproniam: *Ne quis judicio publico circumveniretur, qua lege Senatores, & ii, qui magiſtratum geſſerant, ſoli tenebantur*, à Sylla Dictatore retentam ait in Cluentiana Cicero. Reliquas ille mihi victoria parta non ſolum labefactaſſe B videtur, ſed etiam funditus ſuſtuliſſe, quibus munita plebis, populique Romani libertas fuit; nam proſcriptione civium Romanorum novo exemplo propoſita, cæde eorum acerbiſſima facta, agris plebi ereptis, judiciis commutatis, Tribunicia poteſtate debilitata, quid reliqui juris civibus Romanis fecit? Tulit, autem: *Ne Tribunis plebis legum ferendarum jus eſſet; neve iis, qui Tribuni plebis fuiſſent, alios poſtea magiſtratus capere liceret*; ut ſcriptum eſt in Livii, & Appiani hiſtoria. Nam Cicero lib. III. de legibus: *poteſtatem injuriæ faciendæ ademptam, auxilii ferendi relictam* auctor eſt; quod expoſuit Cæſar, cum jus interceſſionis à Sulla Tribunis relictum C in primo civilium dixit. Tribunorum tamen jura poſt reſtituta ſunt partim à Cotta, partim à Pompejo, & Craſſo Conſulibus; C enim Cottam Conſulem non multis poſt Sullæ mortem annis tuliſſe prodit Pedianus, ut Tribunis alios magiſtratus capere liceret. Itaque C. Macer Tribunus, apud Salluſtium, per ea tempora hæc plebis juris detrimenta deplorans, ita in concione dixit: *An dubium habetis, ne officere quid vobis uno animo pergentibus poſſit, quos languidos, ſocordeſque pertimuere? niſi forte C. Cotta ex factione media Conſul aliter, quam metu jura quædam Tribunis plebis reſtituit, & quanquam L. Cincius primus de poteſtate Tribunorum loqui auſus, muſſantibus vobis, circumventus erat; tamen* D *prius illi invidiam metuere, quam vos injuriæ pertæſum eſt: quod ego nequeo ſatis mirari, Quirites; nam ſpem fruſtra fuiſſe intellexiſtis, Sulla mortuo, qui ſceleſtum impoſuerat ſervitium, finem mali credebatis; ortus eſt longe ſævior Catulus; tumultus interceſſit Bruto, & Æmilio Mamerco Conſulibus. Denique C. Curio ad exitium uſque inſontis Tribuni dominatus eſt. Lucullus ſuperiore anno quantis animis ierit in L. Quintium, vidiſtis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitantur; quæ profecto incaſſum agerentur, ſi prius, quam vos ſerviendi finem, illi dominationis facturi erant; præſertim cum civilibus armis dicta alia, ſed certatum utrinque* E *de dominatione in vobis ſit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arſere, permanſit una res modo, quæ utrinque quæſita* A *eſt, & erepta in poſterum, vis Tribunicia, telum à majoribus libertati paratum.* Neque vero haud ita multo poſt Cn. Pompejus, & M. Craſſus Conſules priſtinum jus, quod ante Syllam habuerant, reſtituerunt; cujus rei brevi poſt Pompejum pœnituit, cum à P. Clodio Tribuno plebis vexari acerrime, ac ſine ullo dignitatis ſuæ reſpectu exagitari cœpit; auctor cum aliis Pedianus.

Quartum genus libertatis fuit, qua ſe adverſus fœneratorum, & creditorum impotentiam non ferendam armarunt. Erat enim hoc jus jam inde à condita, ut opinor, urbe, vel lege vel more conſtitutum, ut liberi, qui pecuniam deberent, cum ſolvendo non B eſſent, trahi à creditoribus, atque ad operas in ſervitute præſtandas cogi poſſent; qua licentia abuſi multi in terga etiam miſerorum crudeliſſime ſævierunt; unde plebis in montem Sacrum ſeceſſio anno poſt R. E. XVI. nata eſt; de qua ita Livius: *Magno natu quidam in forum venit. Sabino bello ait ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit; ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe; id cumulatum uſuris primo ſe agro paterno, avitoque excuſſe: deinde fortunis aliis: poſtremo velut tabem perveniſſe ad corpus; ductum ſe ab creditore non in ſervitium, ſed in ergaſtulum, &* C *carnificinam eſſe; inde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum; ad hæc viſa, auditaque clamor ingens oritur; non jam foro ſe tumultus continet, ſed paſſim totam urbem pervadit; nexi, vincti, ſolutique ſe in publicum proripiunt.* Dionyſius item eundem hominem immanitatem & ſævitiam creditoris enarrantem inducit: ſe cum duobus filiis, quia æs alienum diſſolvere non potuerit, abductum à fœneratore; ac quia difficilia imperantis domini opera facere recuſarit, ab eodem verberibus affectum. Itaque ad hunc tumultum multos, qui in ſervitute operas dabant, cathenas, & compedes trahentes, nullo retinente, prodiiſſe. Atque hæc fere ante, quam D XII tabulæ ſcriberentur. Poſt autem in eas hæc verba relata ſunt, teſte Gellio libro XX. *Æris* (63) *confeſſi, rebuſque judicatis XXX. dies juſti ſunto; poſt deinde manus injectio eſto; in jus ducito; ni judicatum faxit, aut quis pro eo in jure vindex ſit, ſecum ducito, vincito, aut nervo, aut compede, XV. pondo ne minore, aut ſi volet, majore vincito; ſi volet, ſuo vivito; ni ſuo vivet, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato; tertiis nundinis partes ſecanto; ſi plus, minuſve ſecuerint, ſine fraude eſto.* Hujus autem legis pars una tantum obſervata eſt, ut debitores addictos in vincula abducerent; altera more publico abrogata, ne E ſecarent. Prius illud verba Livii indicant, qui poſtea, ubi de ſeditione M. Manlii levando plebis fœnore conflata ſcribit; ita ait: *Acrioris quippe æris alieni ſtimulos eſſe, qui* non

(63) Hæc lex ita reſtituta eſt:

AERIS CONFESSI, REBUSQUE JURE JUDICATIS XXX. DIES JUSTI SUNTO:

POST DEINDE MANUS INJECTIO ESTO, IN JUS DUCITO:

NI JUDICATUM FACIT, AUT QUIPS ENDO EO IN JURE VINDICIT, SECUM DUCITO, VINCITO, AUT NERVO, AUT COMPEDIBUS XV. PONDO NE MAJORE. AT SI VOLET MINORE, VINCITO:

SI VOLET SUO VIVITO: NI SUO VIVIT, QUI EM VINCTUM HABEBIT LIBRAS FARRIS ENDO DIES DATO: SI VOLET, PLUS DATO.

NI cum eo pacit, LX. dies endo vinculis retineto: Interibi trinis nundinis continuis in comitium procitato, æriſque æſtimiam judicati prædicato.

Aſt ſi plures erunt rei, TERTIIS NUNDINIS PARTIS SECANTO: SI PLUS MINUSVE SECUERUNT, SE FRAUDE ESTO: ſi volent uls Tiberim peregrè venumdanto.

A *non egeſtatem modo, atque ignominiam minentur, ſed nervo, ac vinculo corpus liberum territent; & æris alieni magna vis, res damnoſiſſima etiam divitibus, ædificando contracta*; & paulo poſt de eadem re: *Centurionem nobilem judicatum pecuniæ cum duci vidiſſet M. Manlius, medio foro cum caterva ſua occurrit, & manum injecit, vociferatuſque de ſuperbia patrum, ac crudelitate fœneratorum, & miſeriis plebis; ego nequicquam, inquit, hac dextra Capitolium, arcemque ſervaverim, ſi civem, commilitonemque meum, tanquam Gallis victoribus, captum, in ſervitutem, ac vincula duci videam*, & infra: *An placere fœnore circumventam plebem, ni potius, quam ſortem, creditum ſolvat, corpus in nervum, ac ſupplicium dare?* B *& gregatim quotidie de foro addictos duci? & repleri vinctis nobilium domos? & ubicunque patricius habitet, ibi carcerem privatum eſſe?* Qui vero hoc modo ſerviebant, ii vero non ſervi, ſed addicti dicebantur; inter quos quid interſit, egregie demonſtravit Quintilianus his verbis: *Circa propria, ac differentias magna ſubtilitas; ut cum quæritur, an addictus, quem lex ſervire, donec ſolverit, jubet, ſervus ſit; altera pars finit ita; Servus eſt, qui eſt jure in ſervitute: altera, qui in ſervitute eſt eo jure, quo ſervus; aut, ut antiqui dixerunt, qui ſervitutem ſervit; quæ definitio etiam ſi conſtat æquo, niſi tamen propriis, ac differentiis adjuvatur,* C *inanis eſt. Dicet enim adverſarius, ſervire eum ſervitutem, aut eo jure quo ſervum; videamus ergo propria, differentiaſque liberorum. Servus cum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate eſt ingenuus; ſervus invito domino libertatem non conſequitur: addictus ſolvendo citra voluntatem domini conſequetur; ad ſervum nulla lex pertinet: addictus legem habet; propria liberi, quæ nemo habet, niſi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum; habet hæc addictus.* Hoc autem jus obſervatum eſt uſque ad annum CDXXVII. quo Conſules L. Papiſius fuerunt, & C. Pœtelius Viſolus, *quo anno*, ut inquit Livius, *plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum eſt, quod necti deſierunt;* D *mutatum autem jus ob unius fœneratoris ſimul libidinem, ſimul crudelitatem inſignem. L. Papirius is fuit; cui cum ſe C. Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet, quem ætas, formaque ad miſericordiam elicere poterant, ad libidinem, & contumeliam animum accenderunt; cujus libidini cum juvenis non cederet, laceratus ab eo ſe in publicum proripuit, libidinem, crudelitatemque conquerens fœneratoris. Ea cauſa excito in urbe tumultu Conſules ex S. C. ad populum tulerunt, ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus, aut in nervo teneretur; pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. Itaque nexi ſoluti, cautumque in poſterum, ne necterentur.* E Atque hoc illud eſt, quod Varro intellexit, cum ſcripſit in libris de lingua Latina: *Liber, qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia, quam debet, dum ſolveret, dat, nexus vocatur. Hoc C. Pœtelio Viſolo rogante cautum, ne fieret, & omnes, qui bonam copiam ejurarent, ne eſſent nexi, diſſoluti.* Tantum autem abſuit, ut poſtea hoc nomine plebs detrimentum aliquod libertatis acceperit, ut ſæpe etiam de ære alieno ejus vel creditoribus ipſis initiis relaxando agitatum ſit; quam legem Romani Novas tabulas appellarunt; quam ut nemo unquam niſi perturbandæ Reipublicæ cupidus promulgavit; ſic optimus ſemper quiſque & ocii amantiſſimus repudiavit. Itaque de ea re ſic Cicero in legibus: *Nunquam vehementius actum eſt, quam me Conſule, ne ſolveretur; armis, & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum, & ordine, quibus ita reſtiti, ut totum hoc malum de Republica tolleretur; nunquam nec majus æs alienum fuit, nec melius, aut facilius diſſolutum eſt; fraudandi enim ſpe ſublata, ſolvendi neceſſitas conſecuta eſt.* Unde etiam querelæ illæ conjuratorum in Rempublicam eodem anno ſunt natæ, de quibus Salluſtius: *Deos homineſque teſtamur, nos arma cepiſſe, uti corpora noſtra ab injuria tuta forent, qui miſeri, egentes, violentia, atque crudelitate fœneratorum pleriſque patria, ſed omnes fama, atque fortunis expertes ſumus, neque cuiquam noſtrum licuit, more majorum lege uti, neque amiſſo patrimonio, corpus liberum habere tanta ſævitia fœneratorum, atque prætoris fuit.* De ſecandis autem debitoribus, quod nunquam uſurpatum eſſe dixi; illud Cæcilii Juriſconſulti adductus auctoritate feci: cujus etiam verba ſubſcribam: *Vinctis debitoribus jus erat paciſcendi; ac niſi pacti forent, habebantur in vinculis dies LX. inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem ad comitium producebantur; quantæque pecuniæ judicati eſſent, prædicabantur; tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant; ſed eam capitis pœnam ſanciendæ fidei gratia, horrificam atrocitatis oſtentu, noviſque terroribus metuendam reddiderunt. Nam ſi plures forent, quibus reus eſſet judicatus, ſecare ſi vellent, atque partiri corpus addicti ſibi hominis permiſerunt, & quidem verba ipſa legis dicam, ne exiſtimes invidiam me iſtam forte formidare. Tertiis, inquit, nundinis partis ſecanto; ſi plus, minuſve ſecuerint, ſine fraude eſto; nihil profecto immitius, nihil immanius, niſi, ut re ipſa apparet, eo conſilio tanta immanitas pœnæ denunciata eſt, ne ad rem unquam perveniretur. Addici namque nunc, & vinciri multos videmus, quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt; diſſectum eſſe antiquitus neminem neque legi, neque audivi, quoniam ſævitia iſta pœnæ contemni non quita eſt.* Idem notavit etiam Quintilianus, cum ſcripſit: *Sunt quædam non laudabilia natura, ſed jure conceſſa, ut XII. tabulis debitoris corpus inter creditores dividi licuit; quam legem mos publicus repudiavit.*

Extremum genus libertatis attulerunt leges tabellariæ; quarum in univerſum ea vis fuit, ne ſuffragia poſthac à populo voce, ſed tabella: ideſt, ne palam, & aperte; ſed clam, & occulte ferrentur; recte: Etenim ſi libertatis ratio in eo poſita eſt, ut facias, quod velis, idque ipſum tabella præſtat: profecto maxima à tabellaria lege pars libertatis proficiſcitur; id quod etiam non obſcure tradidit Cicero in Planciana, cum dixit: *Populo grata eſt tabella, quæ frontes aperit hominum, mentes tegit, datque eam libertatem, ut, quod velint, faciant.* Quinetiam Salluſtius, ubi de conſtituenda Republica præcepta dat, tabellam iis laudibus effert, ut dicat, eam obtentui fore, quo magis libero animo facere populus audeat; unde ſcite in II. Agraria Cicero tabellam vindicem tacitæ libertatis, & in Corneliana, legem Caſſiam tabellariam principium juſtiſſimæ libertatis appellavit. Leges autem tabellarias idem in III de legibus nominat multas: Gabiniam de mandan-

dis

dis magiſtratibus; Caſſiam de populi judicio; Papiriam de jubendis legibus, & vetandis; Cœliam de perduellione, quem Caſſius in ſua lege excepetat; inde multas alias; Ne quis inſpiceret tabellam; Ne rogaret; Ne appellaret. Has autem leges omnes libertatis retinendæ gratia populum expetiſſe, illud eſt argumento, quod ait idem, legem tabellariam à populo libero nunquam fuiſſe deſideratam, ab eodem oppreſſo dominatu ac potentia principum flagitatam. Prima autem Gabinia, Piſone, & Lænate Coſs. lata eſt; ſiquidem, auctore eodem in loco Cicerone, biennio ante Caſſiam lata eſt; ex quo intelligi poteſt, populum Romanum ſero admodum vere ſe ſuffragiorum in libertatem vindicaſſe, in qua populo poteſtas honeſte bonis gratificandi datur; nam ii Conſules in annum ab U. C. DCXIV. in Faſtis Conſulatibus referuntur. Caſſia enim Lepido, & Mancino Coſs. ut ait idem in Bruto, neque multis poſt annis Papiria, & Clœlia lata eſt. Atque de civium quidem Romanorum Libertate; & iis, quibus ea ſtabilita eſt, legibus hactenus diſputatum ſit.

CAP. VII.

De jure Gentilitatis.

JUs libertatis neſcio, an ullum aliud jus propius attingat, quam gentilitatis; neque id ſine cauſa; ſunt enim ab eodem ambo fonte deducta, ideſt, à Romulo, qui quos liberos in tribus, curiaſve deſcripſit, ideſt, quos omnino civitate donavit, eoſdem in duas gentes ſimul diviſit; quarum unam patres, plebem alteram nominavit: patres quidem, ex Dionyſii ſententia, eos, qui in nova civitate ceteris genere, virtute, & copiis antecellerent; plebem vero, qui his omnibus rebus inferiores eſſent: patres autem vel ab ætate, quaſi ſenes, vel quod ſoli filios haberent, vel denique Athenienſium exemplo, qui ſummo loco natos εὐπατρίδας, infimo ἀγροίκους nominarunt; neque vero patres eos ſolum, & plebem, ſed patricios etiam, & plebejos, quaſi patrum, & plebis progeniem nuncupavit; quanquam patricios idem Dionyſius, & præter Dionyſium Plutarchus dictos aſſerunt, quod ſoli patres ſuos ciere, ideſt, nominare poſſent, (64) id quod plebejis genti obſcuriſſimæ, & prope è terra natæ non

(64) Non fuit hujus ſententiæ Dionyſius, qui eam tribuit invidis, & malevolis, falſamque illam appellavit. Neque is ab ingenuitate removet plebem, quos nec fugitivos fuiſſe dicit, neve qui ſuos patres ingenuos ciere non poſſent. *Patres ex eo appellatos*, inquit Feſtus, *quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac ſi liberis propriis*. Livius: *Patres certe ab honore, patriciosque progeniem eorum appellatam dicit*. Et ſi cuique in quaque re ſuam opinionem prodere licet, ego juſta officii ratione patres cenſeo appellatos fuiſſe. Cum centum creaſſet Romulus electiſſimos ex toto populo Senatores, quibus omnia Reipublicæ munera, conſilium, legumque cuſtodiam attribuerit; neceſſarium erat, ut plebs ab eis in rebus quibuſque ſuis tamquam a prudentiſſimis, legumque unicè peritis conſilium peterent. Hoc, quod erat neceſſarium in Republica, officium, Romulus in quoddam ſingulare munus ad concordiam ordinum initium, attribui que Senatoribus plebem, cui veluti patre omnibus in rebus illi conſulerent, procurarent, tuerentur. Hinc plebis patres Senatores: patrocinium que officium illud: patrocinari opera: clienteſque à colendo: plebei, qui ſe cuique patrum applicuiſſent. Quod officium, ut diligentiſſimè omnium deſcripſit Dionyſius, operæ pretium eſt hic illud ab eo cognoſci: *Patricus*, inquit ille, *plebejos commendavit Romulus unicuique de plebe libera optione data, ut ſibi quem vellet patronum eligeret, quem morem Græcum & antiquum quo diu Theſſali, & priſci Athenienſes ſunt uſi, ipſe in melius convertit. Illi enim ſuperbè clientibus utebantur, illis imperantes opera, liberas ac ingenuos homines parum decentia, & ſi quando omnia imperata non feciſſent, verbera intentantes, & ceteris in rebus abutentes illis tanquam mancipiis. Athenienſes autem hos clientes, ob ſervitutem* [illegible] *appellabant: Theſſali vero*, Πενέστας, *vocabulo fortunam illis continuo exprobrantes. At Romulus decora etiam appellatione hanc rem cohoneſtavit, patrocinium nominans pauperum, & humilium patrocinium, & commoda utriſque addidit officia, & eorum conjunctionem perhumanam ac civilem reddidit. Jus autem patronatus tunc ab illo conſtituti, quod apud Romanos diu duravit, erat hujuſmodi. Oportebat patricum ſuis clientibus jura interpretari, & de iis reſpondere, cujus illi eſſent imperiti, & illorum æque abſentium, ac præſentium curam gerere, facientes quicquid LIBERORUM cauſa PARENTES facere ſolent, & in rationibus pecuniarum, & in earum contractibus: & lites pro clientibus injuria affectis ſuſcipere, ſi quis in ipſo contractu detrimentum accepiſſet, & eorum cauſam contra accuſatores ſuſtinere, & (ut paucis multa expediam) oportebat eos clientibus tam à privatis, quàm à publicis negotiis omnem quietem, qua maximè opus illis erat, præſtare. Oportebat verò viciſſim ipſos clientes juvare ſuos patronos in elocandis filiabus, ſi earum parentes eſſent inopes, & ab hoſte redimere, ſi quis aut ipſorum, aut ex liberis eorum captus fuiſſet, privatarum quoque litium perditarum æſtimationes, & mulctas publicas pecuniarias pro ipſis proprio ære diſſolvere pecuniam, non mutuo, ſed referendæ gratiæ cauſa dantes, & in magiſtratibus, honoribus, aliiſque publicis impenſis, ſumptuum participes eſſe, non ſecus ac GENERE CONJUNCTOS. Commune autem utriſque erat, ut neque pium, neque fas eſſet alteris alteros in judiciis accuſare, aut teſtimonium adverſum dicere, aut ſuffragium contrarium ferre, aut inter inimicos cenſeri. Quod ſi quis in aliquo hujuſmodi facinore deprehenſus fuiſſet, proditionis lege, quam Romulus ſanxerat, tenebatur. Et eum, qui ejus criminis fuiſſet convictus, cuivis, ut Diti ſacrum, interficere licebat. Mos enim erat Romanis, ut quos vellent impunè occidi, eorum corpora alicui deo, præcipuè verò inferis, devoverent: quod & ipſe Romulus tunc fecit. Quapropter ad multas ætates permanſerunt hæ clientium, & patronorum conjunctiones poſteris omnibus commendatæ: ita ut nihil ab IPSARUM NECESSITUDINUM VINCULIS differrent: & magna vertebatur laudi nobilibus quamplurimos clientes habere, & hæreditarias majorũ clientelas conſervare, aliaſq; virtute propria parare: magnumque certamen erat utriſque de benevolentia, ne mutuis beneficiis alteri ab alteris vincerentur, ipſis clientibus pro virili parte nullum miniſterium patronorum cauſa recuſantibus: & viciſſim patronis nullo modo volentibus moleſtiam ſuis clientibus exhibere, nec ullum pecuniarum donum accipientibus. Tanta erat illorum in omni vita temperantia, & felicitatem virtute, non fortuna metiebantur. Non ſolum autem in ipſa urbe plebs, patriciorum patrocinio defendebatur; ſed & coloniarum Romanarum, & Civitatum, quæ ſocietatis & amicitiæ cauſa ſe populo Romano adjunxerant: & bello ſubactarum unaquæque quos Romanorum cuſtodes & patronos voluiſſet, habebat. Et ſæpe Senatus, harum & urbium, & gentium controverſiis ad ipſarum patronos remiſſis, ipſorum judicia rata habuit.*

non liceret. Ex quo intelligi poteſt, patricios tum aliud nihil fuiſſe, quam ingenuos; id quod P. Decius etiam apud Livium ſignificavit, cum dixit: *patricios primum eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, ideſt, nihil ultra, quam ingenuos*; & apud Feſtum Cincius, qui aperte primis temporibus patricios eoſdem fuiſſe cum ingenuis ſcribit: egregie; nam ſi ingenui ſunt, qui ex duobus ingenuis orti ſunt, profecto patricium neminem facere Romulus, niſi ingenuum potuit, cum patricius ille tum fuerit, qui patrem ciere potuerit. Quod ſi ita eſt, ſatis liquet, patricios primum, deinde plebejos gentem habuiſſe; ſiquidem gentiles ſunt, auctore, ut eſt apud Ciceronem, Scævola, qui inter ſe eodem nomine ſunt, quorum nemo ſervitutem ſervivit, nec capite diminutus ſit; de patriciis illud argumento eſt, quod ait P. Decius apud Livium, qui cum adverſus patricios loqueretur, ita demum intulit: *Semper iſta audita ſunt eadem, vos ſolos gentem habere*; de plebejis id, quod Ap. Claudius, vir patricius, dixit: *An hoc ſi Claudiæ familiæ non ſim, nec ex patricio ſanguine ortus; ſed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum ſciam, reticere poſſim?* ex quibus verbis colligi licet, ſi qui ſe ab ingenuis ortum oſtendere poteſt, is gentem habet, profecto plebejos, ubi patres indicare potuerunt, & ipſos gentem habere cœpiſſe.

His rebus expoſitis, nunc duo illa intelligenda ſunt, primum alia fuiſſe jura gentilitatum, atque agnationum; deinde alia gentium patriciarum, ac plebejarum. Ego autem inter gentilitates, & agnationes illud interfuiſſe opinor, quod inter gentis, & familiæ jura intereſſe alio libro admonui; quippe, ut quemadmodum familia nos propius attingit, quam gens, ſic agnati arctiore nobiſcum, quam gentiles, neceſſitudine juncti ſint; cujus rei argumento eſſe, quod lex XII. tabularum furioſorum tutelam primum agnatis; deinde gentilibus commiſit: eademque patris familias inteſtato mortui pecuniam primum ad agnatos, poſt ad gentiles voluit pervenire. Itaque cum Cicero homines arctiſſimo cum diis ipſis neceſſitudinis quaſi vinculo conſtrictos eſſe in primo de legibus vellet oſtendere, eos deorum agnatione, & gente teneri dixit; pro qua agnatione eundem in primo de Oratore ſtirpem poſuiſſe exiſtimo, cum ſcripſit: *Quid? qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumviri judicarunt; cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudii patricii ejuſdem hominis hereditatem gente ad ſe rediiſſe dicerent; nonne in ea cauſa fuit oratoribus de tota ſtirpis & gentilitatis jure dicendum?*

Patriciarum autem, & plebejarum gentium cum multa alia jura, eaque inter ſe longe diverſa fuerunt, tum celebre illud extitit, quod plebis jura ſimul cum civitatis adeptione impetrabantur; (nam eodem tempore qui civium, idem etiam plebejorum jure donabatur;) patricius autem fieri, niſi lege nominatim ad populum lata, nemo poterat; quod fuit aut Regum, aut Conſulum, aut Dictatorum ampliſſimum beneficium. Patricios enim Romulus bis, teſte Dionyſio, legit, primum ex Albanis, quos ſocios urbis condendæ habuit; deinde ex Sabinis iis, quos cum eorum rege T. Tatio in civitatem advocavit; quo tempore Julii, Pinarii, Potitii, Æmilii, Naurii, Fabii, Antonii in patriciorum numerum eſſe videntur relati; quem morem deinceps ſequuti ceteri; Numa ex Sabinis Valerios, & Marcios; Tullus ex Albanis, Alba exciſa, Julios iterum, & Servilios, Geganios, Atilios, Curatios, Quinctilios, & Clœlios; Ancus ex Etruria L. Tarquinium; Priſcus ex Latio Ser. Tullium, & Octavios in patriciorum numerum acceperunt. Imminutis autem cæde, exiliiſque a Superbo patriciorum familiis, L. Brutus, qui primus exactis regibus Conſul fuit, legiſſe patricios dicitur: inde ſexto poſt liberatam Rempublicam anno, Ap. Claudius ex Sabinis Romam commigrans, lege item Conſulari patricius factus eſt; poſtremo C. Cæſar lege Caſſia, & Divus Auguſtus lege Sænia patricios jam magna ex parte extinctos ſuppleverunt. Unde apud Livium Canulejus Tribunus plebis invidioſe quondam in patres dixit: *Nobilitatem patricios pleroſque ex Albanis, & Sabinis non genere, nec ſanguine, ſed cooptatione in patres habuiſſe aut à regibus lectos, aut poſt reges exactos juſſu populi*; de patriciis autem à Cæſare, & ab Auguſto adlectis ſcribit cum Dione Svetonius; de omnibus fere Tacitus in hunc modum: *D. Claudius in numerum patriciorum vetuſtiſſimum quemque è Senatu aſcivit, paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverant; exhauſtis etiam, quas Dictator Cæſar lege Caſſia, & princeps Auguſtus lege Sænia ſublegere.*

Ad hæc vero fuit etiam illud à Romulo inſtitutum, ut quoniam patricios extulerat; plebejos vero depreſſerat, ne aut illis horum invidia obeſſet, aut hi illorum potentia circumvenirentur, ambo inter ſe ſanctiſſimo quodam neceſſitudinis vinculo aſtringerentur; patricios enim patronos plebis, plebejos patrum clientes eſſe conſtituit; atque amborum in ea colenda neceſſitudine officia diligentiſſime demonſtravit: patronorum, ut clientibus incognita jura traderent, cauſam eorum in foro, re poſtulante, defenderent; clientum, ut patronus domo deducerent, domumque reducerent, eoſque in elocandis filiabus, ſi ita opus eſſet, pecunia ſublevarent; neutris autem licere voluit, ſe inter ſe aut nomen deferendo, aut teſtimonium dicendo, aut ſuffragium ineundo, aut cum inimicis ſentiendo lædere; alioquin eum lege a ſe de proditione lata teneri, eumque ſacrum Deo eſſe, ideſt, impune occidi licere. Quæ neceſſitudo uſque ad Gracchorum ætatem ſancte adeo, teſte Dionyſio, obſervata eſt, ut in multis, & magnis plebis, patrumque de Republica contentionibus nulla tamen unquam vis, nulla cædes extiterit: quod clientes patronorum vel ſuadentium auctoritati, vel rogantium voluntati facile etiam juris ſui cum aliqua diminutione obtemperaverint.

Jam vero neque illud eſt contemnendum, quod patricii ſoli ex Romuli inſtituto auſpicia habuerunt; quod ex oratione P. Decii plebeji adverſus patricios apud Livium ſatis aperte cognoſcitur; qui inquit: *Semper iſta audita ſunt eadem: penes vos auſpicia eſſe; vos ſolos juſtum imperium domi, militiæque habere*; & ex oratione Claudii adverſus plebejos, cum ait: *Penes quos ſunt auſpicia? nempe penes patres; nam plebejus quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur; nobis adeo propria ſunt auſpicia, ut non ſolum quos populus creat, patricios*

magiſtratus aliter, quam auſpicato creet; ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus, & privatim auſpicia habeamus, quæ iſti ne in magiſtratibus quidem habent; quid igitur aliud, quam tollit ex civitate auſpicia, qui plebejos Conſules creando, à patribus, qui ſoli ea habere poſſunt, aufert? Item ex eodem loco: *Interrogantī Tribuno, cur plebejum Conſulem fieri non oporteret, reſpondit; quod nemo plebejus auſpicia haberet: ideoque decemviros connubium diremiſſe, ne incerta prole auſpicia turbarentur; plebs ad id maxime indignatione exarſit, quod auſpicari tanquam inviſi diis immortalibus negarentur poſſe.* Cum autem auſpicia tria fuerint, avium inſpectio, de cœlo obſervatio, & tripudii animadverſio: non eſt ignorandum, obſervationem de cœlo ad omnia comitia eſſe adhibitam; avium inſpectionem ad curiata, & centuriata tantum; tripudium rerum gerendarum fuiſſe proprium. Itaque cum plebeji carere auſpiciis dicuntur, avium volantium aut canentium obſervatione in comitiis, tripudio in rebus gerendis carere dicuntur; quæ ſoli patricii tenuerunt; quemadmodum etiam, cum nulli eſſent in Republica magiſtratus, Senatores patricii ſoli auſpicato interregem prodiderunt, qui rogandis magiſtratibus comitia haberet. Quorum duo priora jura procedente tempore interiiſſe; poſtremum vero perpetuum fuiſſe invenio. Nam ubi primum plebs in partem patriciorum magiſtratuum venit, ut Conſulatus, tum vero ad plebeos ita tranſlata auſpicia ſunt, ut & auſpicato crearentur, & ipſi auſpicato rem gererent; cujus rei confirmandæ gratia notiſſimo uno Livii loco ero contentus: *In expectatione erat civitas, quod Genucius primus de plebe Conſul bellum ſuis auſpiciis geſturus eſſet; perinde ut eveniſſet res, ita communicatos honores probe, aut ſecus conſulto habitura. Forte ita tulit caſus, ut Genucius ad hoſtes magno conatu profectus, in inſidias præcipitaretur, legionibus nec opinato pavore fuſis Conſul circumventus ab inſciis, quem interficerent, occideretur; quod ubi eſt Romam nunciatum, nequaquam tantum publica calamitate mœſti patres, quantum feroces infelici Conſulis plebeji ductu, fremunt omnibus locis, irent, crearent Conſulem ex plebe; transferrent auſpicia, quo nefas eſſet; potuiſſe patres plebiſcito pelli honoribus ſuis, num etiam in deos immortales inauſpicatam legem valuiſſe? vindicaſſe ipſos ſuum numen, ſua auſpicia, quæ ut primum contacta ab eo ſint, à quo nec jus, nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuiſſe, ne deinde turbato gentium jure auſpicia turbarentur.* Neque vero dubium eſt, ſi Genucius plebejus Conſul eſt factus, quin auſpicato factus ſit; nam centuriata comitia, quibus Conſules creabantur, auſpicata erant, ut tributa inauſpicata; eademque ratione neque illud ullam habere dubitationem debet, ſi Genucius Conſul rem geſſit, quin captatis ante auſpiciis geſſerit; cum magiſtratus, ut inquit Cicero in I de divinatione, tripudio ſoliſtimo uterentur; quod idem de ceteris eſt judicandum. Cur enim priore Conſulatu C. Flaminium è plebe inauſpicato (65) Conſulem

(65) Ut explanetur ambiguum non eſt hoc dictum authoris ita accipiendum, ut C. Flaminius ſine auſpiciis COSS. primum, non a Centuriis, ſed a plebe fuerit deſignatus, cum nullo pacto tributis comitiis COSS. crearentur: Centuriata verò comitia nulla fierent ſine auſpiciis. Bina erant, ut COSS., ita omnium magiſtratuum auſpicia. Prima comitiorum, altera in magiſtratuum ſuſceptione. Erat & tertia votorum nuncupandorum ſolemnitas, quæ ſive læta, ſive triſtia, neque dabat, neque adimebat magiſtratus. Comitiorum auſpicia ante ipſa comitia ſumebantur, deinde comitia ipſa ſequebantur, quibus ſi nihil de cœlo ſervatum fuiſſet juſta comitia erant: ſin quid ſervaretur, comitia dirimebantur, & in aliam diem differebantur. Auſpicia in ſuſceptione magiſtratuum capiebantur tum, cum is deſignatus magiſtratum inibat. Nam juxta ordinem magiſtratus ſequentis anni ſuperiore anno deſignabantur, qui ideireo deſignati nominabantur. Et ſemper inter comitia, & ſuſceptionem magiſtratuum aliquod intervallum intercedebat. Itaque Cic. pro Muræn. *Quæ precatus ſum ò Dii immortalibus, judices, more, inſtitutoque majorum illo die, quo auſpicato comitiis Centuriatis L. Murenam COSS. renunciavi.* Quod pertinet ad auſpicia comitiorum. Et Liv. lib. 23 de M. Marcello: *Poſtquam Marcellus ab exercitu rediit, comitia uni Conſuli rogando in locum L. Poſtumii edicuntur. Creatur ingenti conſenſu Marcellus, qui extemplo magiſtratum occiperet. Cui ineunti Conſulatum, cum tonuiſſet, vocati augures vitio creatum videri pronunciaverunt. In locum Marcelli, ubi is ſe magiſtratu abdicavit, ſuffectus Q. Fabius Maximus III.* De votorum nuncupatione inſigne eſt exemplū COSS. Cn. Cornelii Scipionis Hiſpalli, Q. Petilii Spurini apud Liv. lib. 41. *Iis, quo die magiſtratum inierunt, immolantibus Jovi ſingulis bubus, uti ſolet, in ea hoſtia, qua Q. Petilius ſacrificavit in jecinore caput non inventum. Id cum ad Senatum retuliſſet, bove perlitare juſſus. Cn. Cornelius cum in Senatu eſſet, evocatus à viatore, cum templo egreſſus eſſet, paulo poſt rediit confuſo vultu: & exposuit Patribus Conſcriptis, bovis ſeſcenarii, quem immolaviſſet, jecur defluxiſſe: id ſe victimario nuncianti parum credentem, ipſum aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, juſſiſſe: & vidiſſe ceteram integram partem extorum, jecur omne inenarrabiliter abſumptum. Territis eo prodigio patribus, & alter Conſulum curam adjecit, qui ſe quod caput jecinori defuiſſet, tribus bubus perlitaſſe negavit. Senatus majoribus hoſtiis uſque ad litationem ſacrificari juſſit. Cn. Cornelius COSS. ex monte Albano rediens concidit, & parte membrorum captus, ad aquas Cumanas profectus, ingraveſcente morbo Cumis deceſſit; Petilius adverſus Balistam, & Letum jugum in Ligures profectus, dum equo advehitur incautus ante ſigna obſervatus miſſili trajectus cecidit.* Non igitur inauſpicatis comitiis COSS. deſignatus Flaminius I., quod fieri non poterat; ſed inauſpicato factus, idest in ſuſceptione magiſtratus, ut & fecit iterum Livio quidem lib. 21. referente: *Flaminius ratus AUSPICIIS ementiendis, Latinarumque feriarum mora, & Conſularibus aliis impedimentis retenturos ſe in Urbe, ſimulato itinere, PRIVATUS clam in provinciam abiit. Ea res ubi palam facta eſt novam inſuper iram infeſtis jam ante patribus movit. Non cum Senatu modo, ſed cum Diis immortalibus, C. Flaminium bellum gerere. Conſulem ante INAUSPICATO FACTUM, revocantibus ex ipſa acie Diis, atque hominibus non paruiſſe: Et nunc conſcientia prætoritorum, & Capitolium, & ſolemnem votorum nuncupationem fugiſſe: ne die INITI MAGISTRATUS Jovis Optimi Maximi templum adiret: ne Senatum inviſus ipſi, & ſibi uni inviſum videret, conſuleretque: ne Latinas indiceret, Jovique Latiali ſolemne ſacrum in monte Albano faceret. Ne AUSPICATO profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde ad provinciam iret; lixæ modo, ſine inſignibus, ſine lictoribus profectum, clam, furtim, haud aliter quam ſi exilii cauſa ſolum vertiſſet: magis pro majeſtate imperii Arimini, quam Romæ MAGISTRATUM INITURUM: & in diverſorio hoſpitali, quam apud Penates ſuos prætextam ſumpturum. Revocandum univerſi, retrahendumque cenſuerunt: & cogendum omnibus prius præſentem in Deos, hominesque fungi officiis, quam ad exercitum, & in provinciam iret. In eam legationem, legati enim mitti placuit, Q. Terentius, & M. Antiſtius, profecti: nihilo magis eum moverunt, quam*

lem factum, poſteriore ſine auſpiciis ad bellum profectum, quæ ne in externo quidem ſolo nova, atque integra concipere poſſet, atque eundem auſpiciis neglectis cum hoſte congreſſum, inſimularent annales, niſi plebejis poſt cum magiſtratibus patriciis eſſent auſpicia ipſa patriciorum communicata; at quæ auſpicia contempſit Flaminius? tripudium; ſic enim ait Cicero in l. de divinatione: *C. Flaminius, cum tripudio auſpicaretur, pullarius diem prœlii committendi differebat; tum Flaminius ex eo quæſivit, ſi ne poſtea quidem pulli paſcerentur, quid faciendum cenſeret; cum ille quieſcendum reſpondiſſet: Flaminius, præclara vero auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geretur. Itaque ſigna convelli, & ſe ſequi juſſit.* At vero perpetuum illud jus patricii defenderunt, ut, nulli cum eſſent in Republica patricii magiſtratus, ad ipſos auſpicia redirent; quod erat nihil aliud, niſi ut patricii Senatores coirent, atque ex ſe auſpicato, qui comitia rogandis Conſulibus haberet, interregem proderent; unde illa ſunt Livii libro IV. *Patricii, cum ſine curulibus magiſtratibus Reſpublica eſſet, coiere, & interregem creavere*; & Ciceronis illud ad Brutum: *Dum unus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt*; & Pediani in Milonianam illud: *Cum menſe Januario nulli dum neque Conſules, neque prætores eſſent & Pompejus, ac T. Munatius Tribunus plebis referri ad Senatum de patriciis convocandis, qui interregem proderent, non eſſent paſſi.*

Poſtremo vero cum idem etiam Romulus patriciis ſolis Senatum, ſacerdotia, magiſtratus, judicia, ac totam denique Rempublicam tradidiſſet; plebejis agriculturam, & rem pecuariam, ac quæſtuarias artes, eodem Dionyſio teſte, commiſiſſet, neque hoc inſtitutum diu admodum eſt ſervatum; ſiquidem plebs interjecto tempore, & in Senatum pervenit, & magiſtratus, ac ſacerdotia cepit, & res judicavit, & omnino Rempublicam ipſam capeſſivit; id quod quando, & quo pacto adepta ſit, poſt ſuo loco aperietur.

Nunc vero illud tantum admonuiſſe ſatis ſit, plebem, cum omnia fere patriciorum jura eſſet conſequuta, illud tamen impetrare nunquam potuiſſe, ut aut interregem ex ſe, quemadmodum antea dixi, aut flamines majores, Dialem, Martialem, & Quirinalem pro-

A deret, aut regem ſacrificulum faceret, aut in Saliorum collegium cooptaretur: quos loco ut integros uſque ad extrema tempora patricii poſſederunt, ſic proprium illud uſque ad extremum plebejis reliquerunt; ut comitia tributa ab auſpiciis, atque à patribus libera haberent, & Tribunatum, atque ædilitatem plebis ſoli caperent; quibus fere de rebus omnibus ita Livius: *Patres contra non pro communicatis, ſed pro amiſſis honoribus fremendo, negare, ſi ea ita ſint; liberos tollendos eſſe, qui pulſi majorum loco, cernentesque alios in poſſeſſione dignitatis ſuæ, ſalii, flaminesque, nuſquam alio, quam ad ſacrificandum pro populo ſine imperiis, ac poteſtatibus relinquantur*; & Cicero pro domo

B ſua, cum Clodium patricium à plebejo adoptatum reprehenderet: *Probato genere adoptionis, jam omnium ſacra interierint, quorum cuſtodes vos eſſe debetis: jam patricius nemo relinquetur; cur enim quiſquam vellet Tribunum plebis ſe fieri non licere? anguſtiorem ſibi eſſe petitionem Conſulatus? in ſacerdotium cum poſſit venire; quia patricio non ſit locus; non venire? ut cuique aliquid acciderit, quare commodius ſit, eſſe plebejum, ſimili ratione adoptabitur. Itaque populus Romanus brevi tempore neque regem ſacrorum, neque flamines, neque ſalios habebit, nec ex parte dimidia reliquos ſacerdotes, neque auctores centuriatorum, & curiatorum comitiorum auſpiciaque populi Romani, ſi magiſtratus patricii*

C *creati non ſint, intereant neceſſe eſt; cum interrex nullus ſit, quod & ipſum patricium eſſe, & à patricio prodi neceſſe eſt.* Quomodo autem ab auſpiciis plebeji liberi fuerint, alio loco (66) dicendum eſt.

Neque vero alienum eſt, ut duo patriciarum gentium genera fuerint, intelligere; ſiquidem ſatis conſtat, patricios alios majorum gentium dictos, alios minorum. Sunt autem qui majorum gentium appellatos putent, quos Romulus tantum prima lectione ex Albanis adlegit: reliquos inde, & quos ipſe, & quos alii reges deinceps aſciverunt, minorum. Livius quidem, quos Priſcus Rex; Tacitus, quos Brutus Conſul patricios fecit,

D eos minorum gentium nuncupaverunt; pervaſiſſe autem hanc uſque ad poſtrema etiam tempora differentiam, optimus teſtis eſt Cicero, qui in Epiſtola ad Papirium, Papirios (67) aliquot patricios fuiſſe tradit, ſed minorum gentium; neque vero aliud quicquam

lis

quam PRIORE CONSULATU ...... à Senatu miſſa. Paucos poſt dies MAGISTRATUM INIIT, immolantique ei vitulus jam ictus, è manibus ſacrificantium ſeſe cum proripuiſſet, multos circumſtantes cruore reſperſit. Contempſit igitur ſecundo, quæ priore conſulatu, auſpicia, ideſt magiſtratus ineundi, quæ qualia fuerint ita Dionyſius lib 2. deſcribit: *Candidati ſedem capiunt, & ſub crepuſculum matutinum ſurgunt, & quaſdam preces ſub dio peragunt. Tum aliquis ex Collegio Augurum præſentium, qui publica pecunia aluntur fulgur à ſiniſtris, quamvis nullum apparuerit, magiſtratum illis ſignificari pronuntiat. Interdum etiam magiſtratus per vim potius rapiunt, quam accipiunt: quapropter multi terreſtres Romanorum exercitus internecione deleti ſunt*; quod ſcilicet accidit Flaminio ad lacum Traſimenum. Votorum nuncupandorum quoque nonnunquam ſpreta ſolemnitas: *C. Claudius Pulcher*, is, qui cum Tib. Sempronio Graccho A. U. C. DLXXVI. COSS. fuit, atque *INITO CUM EO MAGISTRATU* ex Liv. lib 41. *Veritus ne legatio Hiſtrorum pacem petentium provinciam, exercitumque ſibi adimeret, non votis nuncupatis, non paludatis lictoribus, uno omnium certiore facto collega nocte profectus præceps in provinciam abiit,*

E *ubi inconſultius, quam venerat, ſe geſſit. Nam cum concione advocata fugam è caſtris A. Manlii adverſus auribus militum, quippe qui primi fugiſſent, jactaſſet, ingeſſiſſet probra M. Junio, quod ſe dedecori ſocium collegæ feciſſet, ad extremum utrumque decedere provincia juſſit. Quod cum milites Conſulis imperia dicta audientes futuros ſeſe dicerent, cum is more majorum ſecundum vota in capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe eſſet, ſiverint eum, vocatam qui pro Quæſtore Manlii erat, catenas poſceret, vinctos ſe Junium, Manliumque miſſurum Romam minatus. Ab eo quoque ſpretum COSS. imperium eſt, & circumfuſus exercitus favens imperatorum cauſæ, & Conſuli infeſtus, animos ad non parendum addebat. Poſtremo fatigatus Conſul, & contumeliis ſingulorum, & multitudinis, nam inſuper irridebant, lictoribus, nave eadem, qua venerat, Aquilejam rediit, indeque Romam, concione advenient de Manlio, & Junio habita, non ultra triduum moratus, paludatis lictoribus, votiſque in Capitolio nuncupatis in provinciam æque amplius præcipiti curriculo abit.*

(66) Idem infra cap. XX.

(67) Si Papirii minorum gentium fuerunt, quod adverſus Ciceronem non cenſeo negandum, cenſeo quoque minorum gentium patres iſte

Bru-

his credo vocibus expreſſerunt, quam patricios majoris & minoris antiquitatis; nam ejuſdem, ut puto, & hi, & illi juris fuerunt.

Neque vero illud etiam eſſe prætermittendum videtur, familias multas eaſdem patricias fuiſſe & plebejas, ut Claudiam, Papiriam, Corneliam, & Octaviam; de Claudia enim ſcripſit præter ceteros Svetonius in Tiberio; de Papiria Cicero in epiſtola ad Pætum; de Cornelia idem in II. de legibus, ubi Cornelios patricios ita nominat, ut plebejos etiam aliquos fuiſſe ſignificet: de Octavia idem in Auguſto Svetonius. Cujus rei cauſas exquirenti non erit difficile multas & quidem probabiles omnes invenire. Mihi vero hæ potiſſimum reddi videntur poſſe: Una, quod non ab eodem ambæ fonte fluxerint, ut de Tullia Longorum, & Ciceronum familia alio libro dixi, quarum patricia illa à Ser. Tullio rege, hæc plebeja à Tullo Atio Volſcorum rege, teſte Plutarcho, ex aliquorum opinione traxit originem. Altera, quod cum patricii lecti ſunt, non omnes unius gentis lecti ſint, verum aliquot in patricios aſcitis, reliqui plebejorum jura tenuerint. Tertia, quod poſteaquam patricii facti fuerint, nonnulli eo jure non contenti ad plebem ſe contulerint; fuiſſe enim à plebe ad patricios aditum, & ab iis ad plebem reditum, oſtendit Svetonius, cum de Octavia gente ita loquitur: *Gens Octavia à Tarquinio Priſco inter Romanas gentes allecta, mox à Ser. Tullio in patricias tranſducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit, ac rurſus magna vi per D. Julium in patriciatum rediit*. Quod idem ſignificavit etiam Cicero in Bruto cum dixit: *Tranſitiones à plebe ſunt, cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infunduntur genus, ut ſi ego me à M. Tullio eſſe dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpicio Conſul fuit*; & Plinius, cum L. Minucium Augurinum, hominem patricium ad plebem ſe contuliſſe, & Tribunum plebis undecimum factum eſſe ſcribit. Hoc autem eſſe exiſtimo, vel patriciorum jura repudiando, (68) vel ſe in diverſam gentem adoptando; quo pacto effectum eſt, ut aut plebejus in patricii familiam tranſiverit, ut Livius in Mamerci Lepidi, & Brutus in A. Albini; aut patricius in plebeji, ut P. Clodius in M. Fonteji, P. Dolabella in Liviæ tranſmigrarunt; qua una ratione patricii ad Tribunatum plebis aſpirarunt, ideſt, ſi patriciorum ſe ante jure abdicaſſent, ac plebis jura ſumpſiſſent; ſed de adoptione poſt alio loco pluribus. Poſtremo vero civitatis etiam largitionem hanc diverſitatem intuliſſe opinor; nam qui civitatem beneficio alicujus patricii hominis obtinebant, ii nomen ejus tantum, non gentem aſſequebantur; ſed in plebe, cujus jura cum civitate adepti erant, remanebant.

Ex his autem fontibus primæ illæ in Republica ſeditiones omnes emanarunt. Nam cum patricii, qui plebis patroni fuerant conſtituti, eam ſuperbe, violenterque vexarent, atque liberatâ Republicâ plebs, ut ante regibus, ſic tunc Conſulibus, patriciiſque ſerviret, conflatis ſeditionibus, cum ſe adverſus eorum impotentiam inſtituto Tribunatu munivit, tum eorum, ut dixi, jura fere omnia ſibi aſcivit. Hinc enim ſeceſſio in montem Sacrum ob libertatem ſuam adverſus patricios creditores defendendam: hinc in Aventinum, ob conſervandam ab patriciorum libidine pudicitiam extiterunt: hinc denique motus alii urbani excitati, de communicandis connubiis, quæ decemvirali lege dirempta fuerant, de Conſulatu vulgando, quem ſoli patricii obtinebant; quibus de rebus non proprie inter ordines, ſed inter gentes eſt concertatum: cum alteram partem Conſules, Tribuni plebis alteram tuerentur; illius in Senatu, hujus in concione præſidium omne eſſet conſtitutum. Sed jam ad alia pergamus.

CAP. VIII.

De jure Sacrorum.

DEinceps ſequitur, ut de jure ſacrorum dicendum eſſe videatur, quod eſt cum libertatis, & gentilitatis jure conjunctum. Siquidem qui civitate Romana donatur, is eodem tempore non omnia ſolum aut libertatis, aut gentilitatis jura adipiſcitur; ſed omnino ſacrorum etiam, & cæremoniarum patriarum in partem vocatur; de quibus quoniam res eſt cognitu digniſſima, quæ nos invenerimus, breviter, ut inſtituimus, exponemus (69).

Primum igitur intelligendum eſt, ſacra omnia aut publica fuiſſe, aut privata. *Publica*

Brutum COSS. fuiſſe. Nam Sex. Papirius Papiriani juris author, qui fuit Tarquinii Priſci temporibus, ut in L. 2. D. de orig. jur. ex patribus fuiſſe mihi videtur neceſſe eſſe, qui juris habuit poteſtatem, ejuſque colligendi, quod jus patribus tantum patuiſſe conſtat. Probabile eſt fuiſſe eum ex lectis a Priſco, tumque minorum gentium patres cepiſſe, quos e plebe legit Priſcus Regni ſui firmandi cauſa, ut ait Livius. Quos enim legerat ex Albanis Tullus, ſuperioreſque, conſtat ex electiſſimis quibuſque fuiſſe.

(68) Nulla autem repudiatio patricii juris erat, quam per adoptionem, quam curiata lege fieri neceſſe erat. Itaque Pub. Clodium prima actione negavit Metellus ad plebem deſciviſſe, quod adoptio ſine lege militari, quæ erat Curiata, facta fuiſſet; quo circa ſecunda adoptione cum ea lege opus fuit, qua de utraque mentionem fecit Dio lib. 37. At de hac ratione late agit Cic. pro dom. ſu., ubi ſine ea negat patricios poſſe ad plebejos tranſire.

(69) Jus ſacrorum Civibus Romanis erat: ſacri conſtituendi: Diis Romanis ſacrificandi: ad ſacra, publicaque ſacrificia, ludoſque interveniendi: feſtaque celebrandi: templa Deûm, eos colendi ergo adeundi: publicarum precum participes fieri: & ſi quæ ſunt hujuſmodi alia.

Sacrum definit Gallus Ælius apud Feſtum lib. 17. *quocumque modo, aut inſtituto civitatis conſecratum ſit, ſive ædis, ſive ara, ſive ſignum, ſive locus, ſive pecunia, ſive quid aliud*, veluti dies, ut feriæ, item tempora, ut ver ſacrum, *quod Diis dedicatum, atque conſecratum ſit. Itaque mons ſacer*, idem Feſtus, *trans Anienem fluvium paulo ultra tertium milliarium, quod eum plebes cum ſeceſſiſſet à patribus, creatis tribunis plebis, qui ſibi eſſent auxilio, diſcedentes Jovi conſecraverunt. At homo ſacer is eſt, quem populus judicavit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari, ſed qui occidit, parricidii non damnatur. Nam lege Tribunitia prima cavetur, ſi quis eum, qui eo plebiſcito ſacer ſit, occiderit, parricida ne ſit*. Unde Cic. pro L. Corn. Balb. *Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum, plebemve ſanctum eſt: deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur*.

Sacrificia, aut publica, aut privata. Publica per Sacerdotes, ſacrorumve antiſtites, aut per magiſtratus fiebant. De Sacerdotibus primum

ea cenſet Sex. Pompejus ea, *quæ publico ſumptu pro populo fierent, quæque pro montibus, pagis, curiis, & ſacellis; privata, quæ pro ſingulis hominibus, & familiis*. Publicum focum totius urbis Veſtales virgines ſanctiſſime obſervarunt, publicos curiarum focos triginta cum ſuis curialibus curiones, pagorum vero ipſi ſingulorum pagorum ſacerdotes; privatos autem familiarum ſingularum lares ſuos quiſque domi paterfamilias coluit. Veſtam alii à Romulo, alii (quæ, ut ait Dionyſius, frequentior fama eſt) à Numa rege in foro conſecratam putant. Penatibus, inter quos & Veſtam quidam retulerunt, Lavinii quotannis à regibus, ac poſt reges exactos à Conſulibus rem divinam factam ſatis conſtat. Curiarum ſacra Romulus inſtituit; Compitalitia in urbe; & Paganalia in agris Ser. Tullius. Privata vero ſacra Romulus jam tum videtur conſtituiſſe, cum uxorem ſociam mariti pecuniæ, ſacrorumque, teſte Dionyſio, ſtatuit. Deos autem neque novos, neque alienigenas niſi publice à Romanis aſcitos Cicero in legibus ſcribit. Aſcivit autem publice eoſdem fere, quos Græci, deos auctor ipſe urbis Romulus; fabulis tamen, & probris, quæ de diis narrabantur à Græcis, ut Dionyſius ait, repudiatis. Saturnum, Jove, Junonem, Martem, Minervam, Mercurium, Apollinem, & Herculem. Itaque prima templa Jovi Feretrio, & Statori ab eo in Capitolio ſunt dicata. Novos autem deos, & quaſi Romanorum vernaculos Conſum idem conſecravit, Cloacinam, ut apud Arnobium eſt, Tatius; Quirinum, Terminum, & Fidem Pompilius; Pavorem, & Pallorem Hoſtilius; quid de Pico, Tiberino, Pilumno, Picumno, Latentia, Flora, ceteriſque ejuſmodi Græciæ inauditis diis diſſeram, quos Romani alii aliis temporibus dedicaverunt? Æſculapium autem ſero populus ex Epidauro ad peſtilentiam avertendam advexit, ac Cybeleo ex Phrygia victoriæ cauſa multo ſerius; quin eandem, ut etiam Cererem, coli eorum ritu,

---

num à Romolo inſtitutis ita Dionyſius: *Sexaginta Sacerdotes conſtituit, qui publica ſacra pro civitate, & tributim, & curiatim facerent*. De magiſtratibus. Primo Rex Romulus apud Liv. *Ita ſolus imperio potitus Romulus ſacra Diis aliis Albano ritu, Græca Herculi, ut ab Evandro inſtituta erant, facit*. Item Numa: *plurima ſacra obibat, ea maximè, quæ nunc ad Dialem flaminem pertinent*. Item poſt Reges expulſos: *quia quædam publica ſacra per ipſos Reges facta erant, necubi ibi Regum deſiderium eſſet, Regem ſacrificulum creant*. De COSS. verò Dionyſ. *Valerius COSS. Etruſcis cæſis, & ejectis, ad Urbem revertitur. Eo perventus in Urbem triumphans ingreditur, & quemadmodum mos erat Regibus quoties devictis hoſtibus triumphabant, ſacrificia peragit*. Item conſuetum in ſuſcipiendis bellis S. C. ut COSS. *majoribus hoſtiis rem Divinam facerent*. Scipio quoque in Africam ſolvens: *cruda exta cæſa victimæ, uti mos, in mare projecit*.

De ſacris privatis ita Feſtus: *Quod privati ſuæ religionis cauſa aliquid Deo dedicant; id Pontifices Romani non exiſtimant ſacrum. At ſi qua ſacra privata ſuſcepta ſunt, quæ ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certa loco facienda ſunt, ea ſacra appellantur tamquam ſacrificium. Ille locus, ubi ſacra facienda ſunt via videtur ſacer eſſe*. Livius: *Pontificem deinde Numa Marcium Marci Filium ex patribus legit: eique ſacra omnia exſcripta, exſignataque attribuit: quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Ceteraque quoque omnia publica, privataque ſacra, pontificis ſcitis ſubjecit, ut eſſet, quo conſultum plebs veniret: ne quid Divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſciſcendo turbaretur*. Inter privatos autem erant quædam publica gentilitia ſacra, quæ alicui tributæ familiæ deſtinatos habebant ex ea perpetuos Sacerdotes. De re Dionyſius, qui LX lectos à Romulo Sacerdotes ait, *præter eos, qui Sacerdotia gentilitia habebant*. Inter quæ fuit illud Potitiorum Herculis Sacerdotium, *quorum gens ab Evandro edocta Antiſtites ſacri ejus per multas ætates fuerunt, donec tradito ſervis publicis ſolemni familiæ miniſterio, genus omne Potitiorum interiit*. Liv. lib. 1 & 9.

Interveniebant autem ad ſacra, ſacrificiaque vel curiæ ſingulatim, unde curialia ſacra, vel ſinguli pagi, unde paganalia, vel univerſi in ſolemnibus totius populi, præcipuè verò in ludis, vel ſi qua cauſa eſſet publice Deos precandi, quæ omnia feriæ dicebantur. De curialibus ſacris Dionyſius: *Romulus diviſit quoque valde appoſite curiis ſacra: aſſignatis ſingulis Deos, & genios, quos perpetuo colerent, & certam pecuniam ad ſumptus in ſacra facienda conſtituit, quæ ipſis ex ærario daretur. Et curiæ cum Sacerdotibus ſacrificia ſibi attributa faciebant, & una epulabantur diebus feſtis in curiali domo: cœnaculum enim ſingulis curiis erat extructum, & præterea conſervata erat quædam, ut apud Græcos Prytanea, domus communis omnibus curiis: ipſaque cœnacula curiæ vocabantur*. Et Feſtus: *Curiæ, in quas Romulus populum diſtribuit, numero triginta, ita ut in ſua quiſque curia ſacra publica faceret, feriaſque obſervaret*. De paganalibus Dionyſius: *Tullius diviſo agro in partes, quotcunque illæ fuerint, in montanis tumulis, & qui locum natura muniti agricolas facilè defendere ab hoſtium incurſionibus poſſint, refugia paravit, quæ Græco nomine pagos vocavit. Quos ſingulos juſſit diis cujuſque pagi inſpectoribus, cuſtodibuſque aras extruere, & dicare, quas quotannis ſacrificiis communibus, eo omnibus convenientibus honorari juſſit. Et feſtum quoddam, idque maximè honoratum, inſtituit, quod vocatur paganalia, & de his ſacris leges conſcripſit. Ad hoc autem ſacrificium, & ad iſtum conventum juſſit omnes, qui eundem pagum incolebant in ſingula capita certum numiſmatis genus conferre, ſed aliud viros, aliud mulieres, aliud impuberes*.

De univerſorum precationibus Liv. A. U. C. CCCXVII. M. Cornelio Maluginenſe, L. Papyrio Craſſo COSS. *peſtilentia populum invaſit, ingraveſcituſque magis vis morbi cura erat, terroreſque, ac prodigia, maximè quod crebris motibus terræ ruere in agris nuntiabantur tecta. Obſecratio itaque à populo duumviris præeuntibus eſt facta*. Ludos autem, & eo in maximos accuratiſſimè deſcripſit Dionyſ. lib 7. *Ludos Senatus Romanus decrevit à Dictatore A. Poſthumio votos, quum eſſet pugnaturus cum Latinis populis, qui à populo Romano deſciverant, & Tarquinium in Regnum reducere conabantur. In hæc autem ſacrificia, & ludos quingentas argenti minas quotannis impendi ſtatuit, & ad bellum uſque Punicum eam pecuniæ ſummam populum Romanum in hos dies feſtos, ac ludos impendit. Antequam ludi committerentur, viri quorum maxima erat poteſtas, pompam dīīs à Capitolio per forum in circum maximum ducebant: & in ea pompa primi erant eorum filii pubertati proximi, & qui per ætatem pompæ interreſſe poterant, equis invecti, quorum patres erant ordinis equeſtris, ceteri pedibus, qui in pedeſtri militia erant militaturi, diſtincti in alas, & centurias, & claſſes, & ordines, quaſi ludum literarium peterent, ut appareret hoſpitibus urbana juventus, quæ ad virilem ætatem erat perventura, utque illi viderent, quàm numeroſa & formoſa eſſet. Hos ſequebantur quadrigarii, bigarii, & equorum ſingularium agitatores: poſt quos ibant leviorum graviorumque certaminum athletæ reliquo corpore nudi, pudendis tantum tecti. Apparatus autem ſaltatorum erant tunicæ puniceæ baltei æneis aſtrictæ, enſes de latere pendentes, & lanceæ mediocribus breviores. At reliqui viri galeas etiam æneas criſtis inſignes, penniſque ornatus geſtabant, & unumquemque chorum unus vir præcedebat, qui aliis ſaltationis formulas, & modos præibat: unus item qui militares ac concitatos motus plerumque rythmis præ-*

ritu, à quibus acceperant, voluit; ut illud demum intelligatur, neque omnes Græcorum deos ab initio eſſe cultos, neque eos, niſi publica auctoritate, eſſe conſecratos.

Sacra vero quemadmodum, ac quo ritu eſſent peragenda, difficile eſſet in tanta præſertim rerum, & temporum vetuſtate exponere; quibus rebus tum rituales, & pontificales commentarii erant referti; hoc tantum oſtendam, novos deos, novoſque colendorum deorum ritus à privatis illatos ſæpe eſſe publica auctoritate damnatos; oſtendam autem verbis ipſis Livii bello Vejenti: *Nec corpora*, inquit, *modo affecta tabe, ſed animos quoque multiplex religio, & pleraque externa invaſit, novos ritus ſacrificandi, vaticinando inferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi, donec publicus jam pudor ad primores civitatis pervenit, cernentes in omnibus vicis, ſacelliſque peregrina, atque inſolita piaculo pacis deum expoſcenda; datum inde negotium ædilibus, ut animadverterent, ne qui*

A *niſi Romani dii, neu, quo alio more, quam patrio colerentur*; & poſtea bello Punico: *Quo diutius trahebatur bellum, & variabant ſecundæ, adverſæque res, non fortunam magis, quam animos hominum, tanta religio, & ea magna ex parte externa civitatem inceſſit, ut aut homines, aut dii repente alii viderentur facti; nec jam in ſecreto modo atque intra parietes, ac poſtes contemnebantur Romani ritus, ſed in publico etiam, ac foro, Capitolioque mulierum turba erat nec ſacrificantium, nec precantium deos patrio more; ſacrificuli, ac vates ceperant hominum mentes. Incuſati ab Senatu graviter ædiles, triumvirique capitales, quod non prohiberent: cum emovere eam multitudinem è foro, ac* B *disjicere apparatus ſacrorum conati eſſent, haud procul abfuit, quin violarentur; ubi potentius jam eſſe id malum apparuit, quam ut per minores magiſtratus ſedaretur, M. Atilio prætori urbano negotium ab Senatu datum eſt, ut & his religionibus populum liberaret. Is & in concione Senatus conſultum recitavit, & edixit, ut quicunque*

caluſmaticis præiuntes imitabatur. Poſt iſtos choros multi citbariſtæ, & multi tibicines tranſibant; poſt eos incedebant alii, qui thuribula & argentea, & aurea, & ſacra, & publica ferebant. Poſtremum in pompa locum obtinebant deorum ſimulacbra, quæ hominum humeris portabantur, quæ tales habebant formas quales apud Græcos finguntur, & eundem habitum, eadem inſignia C *& munera, quæ ab eorum unoquoque inventa, & hominibus data traduntur, nec ſolum Jovis, Junonis, Minervæ, Neptuni, & aliorum, quos Græci inter duodecim deos recenſent: ſed etiam antiquorum, ex quibus duodecim alios deos gentes fabulæ tradunt, Proſerpinæ, Lucinæ, Nympharum, Muſarum, Horarum, Gratiarum, Liberi, & aliorum ſemideorum, quorum animæ hujus corporis mortalis ſoluta vinculis cælos aſcendiſſe, & pari cum diis honore frui feruntur, Herculis, Æſculapii, Caſtoris, & Pollucis, Helenæ, & Panis, & ſexcentorum aliorum. Peracta autem pompa confeſtim & Conſules, & Sacerdotes, quibus fas erat, & aruſpices victimas immolabant, idque eodem modo, quo nos utimur. Ipſi enim lotis manibus, & victimis aqua pura luſtratis, molaque aſperſis earum capitibus, deinde precibus factis eas à Miniſtris mactari jubebant, quorum alii tempora victimæ adhuc ſtantis* D *veſte percutiebant, alii verò ei cadenti cultros ſupponebant, ac detracta pelle membratim eam concidebant, & primitias ex ſingulis extis, & omnibus aliis membris capiebant, quas farris farina aſperſas ad eos qui ſacrificium faciebant, in caniſtris afferebant. Hi verò eas aris impoſitas ſuccendebant, & in eas, dum ſanctè & rite cremarentur, vinum infundebant. Reliquum eſt mihi, ut pauca etiam agam de ludis quos peracta pompa faciebant. Primus erat quadrigarum & bigarum, & ſingularium equorum curſus, ſicut olim apud Græcos, & ad hanc uſque ætatem in ludis olympiacis fit. In equeſtribus autem certaminibus duo pervetuſta inſtituta quemadmodum olim fuerant inſtituta, à Romanis ad meam uſque ætatem obſervantur, unum eſt trigarum, quod in Græcia quidem obſolevit, vetuſtum & heroicum inſtitutum, quo Græcos in præliis uſos Homerus* E *teſtatur. Nam duobus equis junctis, quo modo bigæ junguntur addebatur tertius equus funalis, qui loris adjunctus erat, quem priſci vocabant* παρήορον, *quod aliis eſſet adjunctus, & adnexus. Alterum vero eſt, quod adhuc apud quoſdam Græcos populos obſervatur, in vetuſtis quibuſdam ſacrificiis, eorum videlicet curſus, qui curru vehuntur. Finito enim equeſtri certamine ii, qui prius juxta aurigas eodem curru vehebantur, quos Poetæ* παραβάτας, *Athenienſes* ἀποβάτας *vocant, de curru deſilientes in ſtadio ipſi inter ſe curſu certant. Poſt peractos curſus equeſtres, tunc athletæ curſores, pugiles, & luctatores ſtadium ingrediuntur. Hæc enim tria certaminum genera apud priſcos Græcos erant, ut Homerus in Patrocli funere declarat. Ceterum, medio temporis ſpatio, quod inter certamina intercedebat, ex*

more, qui Græcis maximè erat peculiaris, & longè omnium optimus, homines bene de ſe meritos coronis coronabant, & honorabant, & voce præconis laudabant (quemadmodum Athenis in Bacchanalibus fiebat) & omnia ſpolia hoſtibus erepta, aliis qui ad ſpectacula convenerant oſtendebant.

Templa Deum adibantur, vel ab univerſo Populo ſive decretis ab Senatu ſupplicationibus, ſive communi privatorum conſenſu iis ſuſceptis, ſive aliquem ſequendo privatum, vel à ſingulis. De ſupplicationibus ad omnium templa Deum, ſive ex decreto Senatus, ſive ex communi privatorum conſenſu ſunt duo celebria Vejis captis, & victo, cæſoque cum magno ejus exercitu in Italia Aſdrubale Annibalis fratre ſtrenuiſſimo Imperatore monumenta apud Livium. Primum lib 5. *Romam ut nuntiatum eſt Vejos captos, tam immenſum gaudium velut ex inſperato fuit, ut priuſquam Senatus decerneret omnia templa gratias diis agentium plena eſſent. Senatus autem in quatriduum, quod dierum nullo ante bello, ſupplicationes decernit.* Alterum lib 27. *Claudius Nero COSS. ea nocte, quæ ſecuta eſt pugnam, citatiore, quam inde venerat, agmine, die ſexto ad ſtativa ſua, itque ad Annibalem pervenit. Iter ejus frequentia minore, neque enim præceſſerat nuntius, lætitia vero tanta, vix, ut compotes mentium gaudia eſſent, celebratum eſt. Nam Romæ neuter animi habitus ſatis dici, narrarique poteſt, nec quo incerta expectatione eventus civitas fuerit, nec quo victoriæ famam acceperit. Nunquam per omnes dies, ex quo Claudium COSS. profectum fama attulit ab orto Sole ad Occidentem, aut Senator quiſquam à curia, atque ab magiſtratibus abſceſſit, aut populus à foro. Matronæ, quia nihil in ipſis opis erat, in preces, obteſtationeſque verſæ per omnia delubra vagæ ſuppliciis, votiſque fatigavere Deos. Incerta primo accidit victoriæ fama: poſt nonnulla litteræ allatæ ſunt. Sed cum appropinquare læti nuntii legatos allatum eſt, tum enimvero omnis ætas currere obviam, primus quiſque oculis, auribuſque haurire tantum gaudium cupientes. Ægre legati circumfuſi omnis generis hominum frequentia in forum, deinde in curiam pervenerunt. Ibi litteræ COSS. recitatæ ſunt, inde traducti in concionem legati L. Veturius litteris recitatis planius omnia, quæ acta erant expoſuit cum ingenti aſſenſu; poſtremo etiam clamore univerſæ concionis, cum vix gaudium animis caperent. Diſcurſum inde circa templa Deum, ut grates agerent. Senatus, quod M. Livius, & C. Claudius COSS. incolumi exercitu ducem hoſtium, legioneſque occidiſſent, ſupplicationem in triduum decrevit. Eam ſupplicationem C. Hoſtilius Prætor pro concione edixit: celebrataque à viris, fœminiſque eſt. Omnia templa per totum triduum æqualem turbam habuere, cum matronæ ampliſſima veſte cum liberis, perinde ac ſi debellatum foret omni ſoluta metu Diis immortalibus grates agerent.* De ſupplicationibus ex

cunque libros vaticinos, precationeſve, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omnes literaſque ad ſe deferret, neu quis in publico, ſacrove loco, novo, aut externo ritu ſacrificaret. Atque hæc quidem ille; ex quibus illud intelligi volo, ſacra publica Romanos cives ab aliis omnibus ſeparata habuiſſe, juſque ſacrorum ad civis Romani definitionem pertinere. Quod conditor ipſe & urbis, & civitatis Romulus indicavit; quem Sabinos ita in civitatem aſciviſſe Dionyſius ait, ut eis tribus, & curias, & ſacra ipſa Romana communicarit; ex quo facile intelligere poſſumus, domicilii communicatione ſacra eſſe etiam impertita. Itaque municipes poſt aliquot tempora, quamquam Romana civitate donabantur, non tamen optimo jure cives Romani eſſe judicabantur, quod ſacra alia haberent, quam cives ii, qui urbem, agrumque obtinerent, niſi poſteaquam Romam domicilium tranſtuliſſent. Nam colonos, quanquam è civitate Romana erant, tamen alios

A dies feſtos, ideſt, alia ſacra ſervaſſe, oſtendit Cicero, cum in Agraria II. adhortans plebem Romanam ne ſe deduci in colonias patiatur, ait: „ Vos vero Quirites retinete iſtam poſſeſſionem gratiæ, libertatis, ſuffragiorum, „ dignitatis, urbis, fori, ludorum, feſtorum „ dierum, ceterorum omnium commodorum. Hactenus de ſacris publicis.

Privata vero fuerunt ſingularum familiarum, vel gentium propria. Itaque de his Macrobius ita ſcripſit: „ Sunt præterea feriæ „ propriæ familiarum, ut Claudiæ familiæ, „ vel Æmiliæ, ſeu Juliæ, ſive Corneliæ; & „ ſi quas ferias proprias quæque familia ex „ uſu domeſticæ celebritatis obſervat; ſunt

B „ ſingulorum, ut natalium fulgurumque ſu„ ſceptiones, item funerum, & expiationum. Et hæc eadem gentilicia ſacra Cicero. & Livius nominavit; Cicero, cum de aruſpicum reſponſis diceret, his verbis: „ Multi ſunt „ etiam in hoc ordine, qui ſacrificia gentili„ cia in illo ipſo ſacello, ſtatuto loco, anni- „ ver-

ex privata invitatione preclarum monumentum eſt Scipionis Africani, qui accuſatus à duobus Q. Petiliis Tribb. pleb., *ubi dies judicii venit citatus reus magno agmine amicorum, clientiumque per mediam concionem ad roſtra ſubiit: ſilentioque facto. Hoc, inquit, die Tribuni plebis, voſque Quirites, cum Annibale, & Carthaginienſibus ſignis collatis in Africa bene ac feliciter pugnavi. Itaque cum hodie litibus &*

C *jurgiis ſuperſederi æquum ſit; ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem Opt. Max. Junonemque & Minervam, ceteroſque deos, qui Capitolio atque arci præſident, ſalutandos ibo: hiſque gratias agam, quod mihi, & hoc ipſo die, & ſæpe alias egregiè Reipublicæ gerendæ mentem facultatemque dederunt, veſtrum quoque quibus commodum eſt: ite mecum Quirites, & orate deos, ut mei ſimiles principes habeatis. Ita, ſi ab annis ſeptemdecim ad ſenectutem ſemper vos ætatem meam honoribus veſtris anteiſtis, ego veſtros honores rebus gerendis præceſſi. Ab roſtris in Capitolium aſcendit; ſimul ſe univerſa concio avertit, & ſecuta Scipionem eſt; adeò, ut poſtremò Scribæ viatoreſque Tribunos relinquerent, nec cum eis præter ſervilem comitatum, & præconem, qui reum ex roſtris citabat, quiſquam eſſet. Scipio non in Capitolio modo, ſed per totam urbem*

D *omnia templa deum cum populo Romano circumiit. Celebratior is prope dies favore hominum, & æſtimatione veræ magnitudinis ejus fuit, quam quo triumphans de Syphace Rege, & Carthaginienſibus urbem eſt invectus.* Liv. lib. 38. De frequentatione templorum à ſingulis habemus pariter ex eodem Scipione apud Liv. lib. 26. *Fuit enim Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, ſed arte quoque quadam ab juventa in oſtentationem earum compoſitus: pleraque apud multitudinem aut per nocturnas viſa ſpecies, aut velut divinitus mente monita, agens: ſive & ipſe capti quadam ſuperſtitione animi, ſive, ut imperia, conſiliaque velut ſorte oraculi miſſa, ſine cunctatione exſequerentur. Ad hoc jam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem ſumſit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingreſſuſque ædem conſideret: & plerumque tem-*

E *pus ſolus in ſecreto ibi tereret. Hic mos, quem per omnem vitam ſervabatur, ſeu conſulto, ſeu temerè vulgatæ opinioni fidem apud quoſdam fecit, ſtirpis eum divinæ virum eſſe.*

Publicarum precum fiebant participes cum publicæ precationes fiebant, vel calamitatis avertendæ, vel belli ſuſcipiendi cauſa. Calamitatis avertendæ, ut bello Punico ſecundo poſt cæſum cum exercitu Flaminium ad lacum Traſimenum. Liv. lib. 22.: *Si res populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum ſalva, ſervata erit hiſce duellis, quod duellum populo Romano cum Carthaginienſi eſt; quæque duella cum Gallis ſunt, qui cis Alpes ſunt.* Belli ſuſcipiendi cauſa, ut Antiochini patet apud Livium: *P. Cornelium Cn. F. Scipionem, & M. Atilium Glabrionem COSS. inito magiſtratu, patres priuſquam de provinciis agerent, res divinas facere majoribus hoſtiis juſſerunt in omnibus fanis, in quibus lectiſternium majore parte anni fieri ſolet, precarique quod Senatus de novo bello in animo haberet, ut ea res S. P. Q. R. bene, ac feliciter eveniret.*

Ab his ſacris, ſacrificiis, ſupplicationibus, precationibuſque, qui Romani non erant arcebantur, prohibebanturque, niſi Deorum ſalutandorum cauſa: ſacrificandi verò niſi ea ab Senatu impetrata Romam veniſſent. Latinis autem jus erat ad fanum Dianæ ab ipſis Latinis populis cum populo Romano Romæ factum, Deæ veluti inter ipſos populos conſociatæ, ſacrificare, quemadmodum Latinæ feriæ ab utroque populo in monte ſupra Albam celebrabantur: precationum quoque participes fiebant Latini, ſocii que, ſi in ea decernendis etiam Latinorum, ſociorumque Senatus meminiſſet. Licuiſſe exteris Deos Romanos ſalutatum veniſſe, ſacrificare verò, ſi per Senatum licuiſſet, docet nos Pruſias, qui poſt bellum Perſicum Romam cum veniſſet: *magno comitatu urbem ingreſſus ad forum à porta, tribunalque Q. Caſſii Prætoris perrexit; concurſuque undique facto, Deos, qui urbem Romam incolerent, Senatumque, & populum Romanum ſalutatum ſe dixit veniſſe, & gratulatum quod Perſea, Gentiumque Reges vicifſent, Macedonibuſque, & Illyriis in ditionem redactis auxiſſent imperium. Cum Prætor Senatum ei ſi vellet eo die daturum dixiſſet, biduum petit, quo templa Deum, urbemque, & hoſpites, amicoſque viſeret. Datus, qui circumduceret eum L. Cornelius Scipio Quæſtor. Tertio poſt die Senatum adit, gratulatus victoriam eſt: merita ſua in eo bello commemoravit: petiit ut votum ſibi ſolvere Romæ in Capitolio X. majores hoſtias, & Præneſte unam Fortunæ liceret: ea vota pro victoria populi Romani eſſe. Conceſſum Regi, ut poterat, ſacrificare, & ut victimæ, aliaque quæ ad ſacrificium pertinerent, ſeu Romæ, ſeu Præneſte immolare vellet, Regi ex publico ſicut magiſtratibus Romanis præberentur.* Liv. lib 45. Maſſaniſſa quoque ex eodem Liv. eodem lib. 45. petiit ab Senatu per ſuum filium Maſgabam, ut ei permitteretur Romam venire, Jovique Opt. Max. in Capitolio ſacrificare, & grates agere ob victoriam populi Romani de Perſea reportatam, qui Senatus conceſſit, ut Maſgaba pro patre ſacrificaret. Latinis jus fuiſſe ad fanum Dianæ Romæ ſacrificare idem Liv. lib. 1. *Cum conſenſum, Deoſque conſociatos laudaret mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publicè, privatimque hoſpitia, amicitiaſque de induſtria junxerat, ſæpe iterando eadem, perpulit tandem, ut Romæ fanum Dianæ populi Latini cum populo Romano facerent. Ea erat confeſſio, caput rerum Romam eſſe; de qua toties armis certatum fuerat. Id quamquam omiſſum jam ex omnium cura Latinorum ob rem toties infeliciter tentatam armis, videbatur; Um- ſo*

„ verſaria factitarint; „ Livius libro quinto, A
apud quem ita loquitur inſtaurator ille urbis Camillus: „ Quam par veſtrum factum eſt, „ quod in obſidione nuper in egregio adoleſcente C. Fabio conſpectum eſt, cum inter „ Gallica tela degreſſus ex arce ſolemne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit? an „ gentilicia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra, & Romanos deos „ etiam in pace deſeri placet? „ Atqui paulo ante ſcripſerat: „ Sacrificium erat ſtatum in „ Quirinali colle genti Fabiæ. „ Quo eodem ſpectans, credo, Ti. Gracchus Tribunus plebis apud Plutarchum, in concione dixit: „ Imperatores Romanos fruſtra in caſtris cives ad dimicationem pro ſepulchris, & B „ ſacris ſuſcipiendam hortari, quippe quibus „ nec aræ patriæ, nec avita ſepulcbra præ „ inopia rerum eſſent relicta. „ Hæc autem ſacra patresfamilias pro arbitratu ſuo, privata religione, ſibi conſtituebant; quare ut qui emancipabantur à patre, iidem à ſacris etiam patris dimittebantur; ſic qui adoptabantur, ſacris iis, quæ pater adoptivus colebat, obſtringebantur; quemadmodum priſcorum in Juriſconſultorum commentariis ſcriptum eſt; unde Valerius dixit: „ M. Anei filius in „ Suffenatis familiam, & ſacra tranſierat. Cicero quidem in II. de legibus privata ſacra ita Pontificio jure conſtituta ait, ut ad quem pecunia, ad eundem etiam ſacrorum obligatio perveniret; omnino enim diligentiſſime eſſe animadverſum, ne privata ſacra interirent, ſed familiis deinceps proderentur; quod ipſe etiam lege ſanxit, cum dixit: *Sacra privata perpetua manento*; quam legem eum è XII. tabulis ſumpſiſſe apparet. Itaque Juriſconſultos multa eorum genera excogitaſſe addit: „ qui ſacris obligarentur, ut heredes „ ut qui tantundem cepiſſent, atque heredes, „ ut

ſe ex Sabinis fors dare viſa eſt privato conſilio imperium recuperandi. Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur miranda magnitudine, ac ſpecie. Fixa per multas ætates cornua in veſtibulo templi Dianæ monumentum ei fuere miraculo habita, ut erat, res prodigii loco eſt, & cecinere vates: cujus civitatis eam civis Dianæ immolaſſet, ibi fore imperium, idque carmen pervenerat ad Antiſtitem fani Dianæ. Sabinus ut primum apta dies ſacrificio viſa eſt, bovem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, & ante aram ſtatuit. Ibi Antiſtes Romanus, cum eum magnitudo victimæ celebrata fama moviſſet, memor reſponſi, Sabinum ita alloquitur. Quidnam tu hoſpes paras, inquit, inceſtum ſacrificium Dianæ facere? quin tu ante vivo perfunderis flumine? infima valle perfluit Tyberis. Religione tactus hoſpes, qui omnia, ut prodigio reſponderet eventus, cuperet ritè facta, extemplo deſcendit ad Tyberim. Interea Romanus immolat Dianæ bovem. Id mirè gratum Servio Regi, atque civitati fuit. C Latinas ferias deſcribit Dionyſius lib. 4. *Tarquinius operam dans, ut fœdus communibus civitatis in illum ſempiternum eſſet, ſtatuit deſignare templum commune Romanis, Latinis, Hernicis, & Volſcis, qui in ſocietatem recepti fuerant, ut coëuntes quotannis in deſignatum locum, nundinarentur, & una epularentur, & communibus ſacris fruerentur. Quum autem omnes rem eam ultro, & lubenti animo accepiſſent, locum deſignavit, ubi Concilium eſſent habituri, ferè in meditullio harum gentium, montem excelſum, qui Albanæ urbi imminet, ubi quotannis mercatum exerceri, & omnes ab omni mutua vi manus abſtinere lege lata juſſit, & ſacra communiter Jovi Latiali fieri, & convivia celebrari,* D *ſtatuitque quantum unamquamque civitatem in ſacra conferre, & quam portionem unumquamque accipere oporteret. Populi autem illarum feriarum, & ſacrificii participes fuere quinquaginta, tribus minus. Hoc ſacrificium, & has ferias Romani ad noſtra uſque tempora celebrant, Latinas ferias eas vocantes, & ad eas populi ſacrorum participes ferunt alii agnos, alii caſeos, alii lactis certam menſuram, alii aliquod ejuſmodi cibi genus. Quum autem unus taurus communiter ab omnibus immolaretur, unaquæque civitas certam portionem accipiebat. Pro omnibus autem ſacra ab illis fiunt, & Romani ſacris præ-* E *ſunt.* Precationum etiam pro Latinis, ſociiſque ex S. C. conceptarum habemus plura apud Livium exempla, ut in ſuſceptione belli Philippici: *Senatus decrevit, uti COSS majoribus hoſtiis rem Divinam facerent, quibus Diis ipſis videretur cum precatione ea: Quam rem Senatus, populuſque Romanus de Republica, deque ineundo novo bello in animo haberet: ea res uti populo Romano, ſociiſque, ac nomini Latino bene, ac feliciter eveniret.* Item Scipio in Africam ſolvens: *Dii, Deæque, inquit, qui maria, terraſque colitis, vos precor, quæſoque, quæ in meo imperio geſta ſunt, geruntur, poſtque gerentur: ea mihi, populo, plebique Romanæ, ſociis, nominique Latino, qui populi Romani, quique meam ſectam, imperium, auſpiciumque terra, mari, omnibuſque ſequuntur, bene vertant: eaque vos omnia bene juvetis: bonis auctibus auxitis: ſalvos, incolumeſque victis perduellibus victores ſpoliis decoratos, præda onuſtos, triumphanteſque mecum domos reduces ſiſtatis: inimicorum, hoſtiumque ulciſcendorum copiam faxitis: quæque populus Carthaginenſis in civitatem noſtram facere molitus eſt, ea ut mihi, populoque Romano in civitatem Carthaginenſium exempla edendi, facultatem detis.* Quod igitur exteri ab omnibus Romanis ſacris, quemadmodum ab omnibus populi Romani juribus excluderentur protulit Cic. pro L. Cornel. Balb., qui in illius accuſatorem objecit, ab iis omnibus eum *judicio publico eſſe repulſum.*

Verum quod ad formam Religionis pertinet, longiſſimo, varioque temporum decurſu id mutatum Romæ fuiſſe planum eſt apud Liv. lib. 40, ubi de Numæ Pompilii Regis libris hæc tradit: *Eodem anno*, is fuit DLXXII. P. Cornelio Cetego, M. Bæbio Tamphilo COSS., *in agro L. Petilii ſcribæ ſub Janiculo dum cultores agri altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ octonos fermè pedes longæ, quaternos latæ, inventæ ſunt, operculis plumbo devinctis. Literis Latinis Græciſque utraque arca inſcripta erat: in altera Numam Pompilium Pomponis filium Regem Romanorum ſepultum eſſe: in altera libros Numæ Pompilii ineſſe. Eas arcas cum ex amicorum ſententia dominus aperuiſſet, quæ titulum ſepulti Regis habuerat, inanis inventa, ſine ullo veſtigio corporis humani, aut ullius rei, per tabem tot annorum abſumptis. In altera duo faſces candelis involuti ſeptenos habuere libros, non integros modo, ſed recentiſſima ſpecie. Septem Latini de jure Pontificio erant: ſeptem Græci de diſciplina ſapientiæ, quæ illius ætatis eſſe potuit. Adjicit Antias Valerius, Pythagoricos fuiſſe, vulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuiſſe Numam, mendacio probabili accommodata fide. Primo ab amicis, qui in re præſenti fuerunt libri lecti, mox pluribus legentibus cum vulgarentur, Q. Petilius Prætor urbanus ſtudioſus legendi, eos libros à L. Petilio ſumpſit: & erat familiaris uſus, quod ſcribam eum Quæſtor Q. Petilius in decuriam legerat. Lectis rerum ſummis, cum animadvertiſſet, pleraque diſſolvendarum religionum eſſe, L. Petilio dixit, ſeſe eos libros in ignem conjecturum eſſe. Priuſquam id faceret, ſe ei permittere, uti, ſi quod ſeu jus, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia eum facturum. Scriba Tribunos plebis adit, ab Tribunis ad Senatum res eſt rejecta. Prætor ſe jusjurandum dare paratum eſſe ajebat, libros eos legi ſervarique non oportere. Senatus cenſuit ſatis habendum, quod Prætor jusjurandum polliceretur. Libros primo quoque tempore in comitio cremandos eſſe; pretium pro libris quantum Q. Petilio Prætori majorique parti Tribunorum plebis videretur, domino eſſe ſolvendum. Id ſcriba non accepit. Libri in comitio igne à victimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt.*

„ ut qui uſu plurimum cepiſſent de bonis „ ejus, qui eſſet mortuus ; „ ut ejuſmodi alios, quos hoc loco non videtur neceſſe commemorare. Quin etiam idem pro domo, Pontificum curam fuiſſe ait, ne quid per adoptiones de ſacrorum religione minueretur, ſed ut adoptionem ſequerentur hereditates nominis, pecuniæ, ſacrorum; erant enim ſacra grave ipſius hereditatis onus; unde jure apud Plautum neſcio quis lætatur: „ ſe he„ reditatem adeptum eſſe ſine ſacris opulen„ tiſſimam.

Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quia ſacra privata quædam fuerint; nunc vero an eadem patriciorum, plebejorumque fuerint, merito ambigi poterit. Livius quidem diverſa ea fuiſſe innuit, cum patricios de connubiorum communicatione ſecum indignantes hoc modo facit: „ Quam „ aliam vim promiſcua connubia habere, niſi „ ut ferarum prope ritu vulgentur concubi„ tus plebis, patrumque ? ut qui natus ſit, „ ignoret, cujus ſanguinis, quorum ſacro„ rum ſit, dimidius patrum ſit, dimidius „ plebis. Itemque lib. X. cum Virginiam patriciam plebejo nuptam L. Volumnio Conſuli, à matronis, quod è patribus enupſiſſet, à ſacris, quæ in ſacello Pudicitiæ patriciæ fiebant, prohibitam, ipſamque novam aram alio loco Pudicitiæ plebejæ dicaſſe tradit. Quis tamen ſacrorum patriciorum, plebejorumque ritus fuerit, haud proclive dictu exiſtimo.

Ad hunc autem etiam locum ſepulchra pertinent, quæ non aliter quam ſacra, ſancte cuſtodita à familiis ſunt; oſtendit Cicero in I. de officiis, cum ait: „ Magnum eſt, eadem „ habere monumenta majorum, iiſdem uti „ ſacris, ſepulchra habere communia. Fuiſſe autem alia familiaria, alia hereditaria; atque illa quidem, quæ ſibi, & familiæ; hæc, quæ ſibi & heredibus conſtituerentur, & Cajus tradit, & ex veteribus ſepulchrorum titulis cognoſcitur. Cautum porro legibus vendendorum prædiorum veteres Juriſconſulti docent, ut fundo vendito jus ſepulchri exceptum, & retentum intelligeretur; alioqui ſepulchrum habenti viam ſingulari jure dari. Itaque Cicero in Roſciana conqueritur: *publicatis Sex. Roſcii bonis ne iter quidem ad ſepulchrum patrium filio eſſe relictum*; & in II. de legibus adjicit: „ Tanta religio eſt ſepul„ chrorum, ut extra ſacra, & gentem inferri „ fas negent eſſe, idque apud majores noſtros „ A. Torquatus in gente Popillia judicavit.

Quod autem ſupra ſcripſi, municipes, dum in municipio fuerunt, alia ab ingenuis civibus Romanis ſacra obſervaſſe, ne quis ita intelligat, ut eos, ſi Romam commigraſſent, municipalia deſerturos fuiſſe ſacra arbitretur; ſiquidem ea ne Romæ quidem reliquerunt; quod oſtendit Feſtus, cum ait: „ Municipalia ſacra dicta ſunt ea, quæ ab „ initio habebant ante civitatem Romanam „ acceptam, quæ obſervare eos voluerunt „ Pontifices, & eo more facere, quo adſuiſ„ ſent antiquitus. „ Unde de ſe, & Arpino municipio ſuo loquens Tullius in legibus merito ait: „ Hic gens, hic ſacra, hic ma„ jorum multa veſtigia.

CAP. IX.

De jure Connubiorum.

DIxi, ut ſui quiſque dominus eſſet, nunc dicam, ut fuerit aliorum; primum autem de poteſtate agam in uxores; neque enim idem civium Romanorum jus fuit, ac populorum aliorum; quod ego diuturna potius antiquitatis Romanæ obſervatione, quam certa aliqua veterum ſcriptorum admonitione intellexi. Etenim neque cum omnibus mulieribus connubium habuiſſe, nec totius rei uxoriæ celebrandæ eadem cum ceteris uſi eſſe ratione Romani videntur. Connubiorum vero ratio ea fuit, ut & nationis, & conditionis, & gentis, & ſanguinis reſpectus haberetur. Nationis, ne Romanus niſi Romanam duceret, quemadmodum in Inſtitutionibus Juſtiniani eſt ſcriptum. Quanquam, quos ille Romanos hoc in loco vocet, haud ſatis intelligo; ego enim cum omnibus fere Italis fuiſſe Romanis connubia, niſi ſi qua forte de cauſa nonnullis id juris eſſet ademptum, invenio; num enim melior antiquitatis auctor Juſtinianus, quam Strabo; accuratior, quam Dionyſius? at ille Romanos, & Albanos ſumma inter ſe ſacrorum, connubiorum, & ſermonis neceſſitudine fuiſſe devinctos narrat; hic bello Latino, quod ad Lacum Regillum non ita multo poſt reges exactos geſtum eſt, multas Romanas mulieres apud Latinos, & Latinas apud Romanos fuiſſe ait; factaque poteſtate, ut omnes relictis maritis ad parentes redirent, nullam Latinam à Romanis, pleraſque Romanas à Latinis diſceſſiſſe; idque pro omine futuræ victoriæ acceptum eſſe. Quid Feſtus, teſtis haud quaquam contemnendus, nonne Q. Fabium, eum, qui CCCVI. Fabiis ad Cremeram interfectis ſuperfuit, Otaciliam Numerii Otacilii Maleventani filiam in matrimonium duxiſſe refert, cum eo, ut qui primus filius naſceretur, Numerii avi materni prænomen ferret, unde poſtea Numerius in Fabia gente fuit celeberrimus? nam quid de Livio dicam, qui Canulejum Tribunum plebis dum legem de patriciorum plebejorumque communicandis connubiis, quam ferebat, ſuaderet, ita loquentem facit: *Altera lege connubium petimus quod finitimis, externiſque dari ſolet*. Adde, quod hoc juris poſt permiſſum quoque eſſe Campanis videtur; ſiquidem bello Punico II., idem Pacuvium Calavium, nobilem Campanum liberos ex Ap. Claudii viri Conſularis filia habuiſſe, & filiam Romæ nuptum M. Livio etiam triumphali viro dediſſe affirmat. Poſt autem cum aperta defectione Campani hoc jure ſpoliati eſſent eodem confecto bello, M. Meſſala, & C. Salinatore Coſs. à Senatu petiiſſe, ut ſibi cives Romanas ducere uxores liceret, &, ſi qui prius duxiſſent, ut habere eas, & ante eam diem nati, uti juſti ſibi liberi, heredeſque eſſent; idque impetraſſe. Poſtremo fuiſſe etiam civibus Romanis cum municipibus Latinis jus connubii, nonne Cicero ſatis idoneus eſſe in Philippicis teſtis poteſt? qui in M. Antonium ita agit: „ Quæ „ amentia eſt, eum dicere aliquid de uxorum „ ignobilitate, cujus pater Numitoriam Fre„ gellanam proditoris filiam habuerit uxo„ rem, ipſe ex libertini filia ſuſceperit libe„ ros? ſed hoc clariſſimi viri viderint, L.

A
„ Philippus, qui habet Aricinam uxorem, „ C. Marcellus, qui Aricinæ filiam, quos „ certo ſcio dignitatis fœminarum non pœ„ nitere. Ex quibus rebus (*) illud intelligi poteſt, civi Romano niſi cum cive non fuiſſe connubium, niſi ſi qua rogatione hoc beneficii aliis etiam populis fuiſſet impertitum; unde dixit Cicero in Topicis: „ Si mulier cum fuiſſet nupta cum eo, cui „ connubii jus non eſſet, nuncium remiſit, „ quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequun„ tur, pro liberis manere nihil oportet. (70) Qui vero ex mulieribus ſuſcepti eſſent, cum quibus connubium non eſſet, eos ne liberos quidem, nedum cives fuiſſe, ſatis eorum, qui ex militibus Romanis, & Hiſpanis mulieri- B bus nati erant, Liviano exemplo, de quo ſupra diximus, (71) liquet.

Conditionis autem ea ratio ducta eſt, ne ingenuus libertinam, aut libertinus ingenuam duceret. Quod declarat Senatus Conſultum, de quo dixi: *quo Hiſpalæ libertinæ permiſſum eſt, ut enubere*, ideſt, ab ingenuo duci, *poſſet, neque ei, qui eam duxiſſet, id fraudi eſſet*; itemque lex Papia Poppæa ſero admodum, nempe Auguſto jam omnia tenente, lata: „ Ut omnibus ingenuis præter Senatores, „ eorumque liberos uxores libertinas habere „ liceret; „ id quod ſcriptum eſt in Taciti, & Dionis annalibus. (72)

C

Quod autem ad gentes attinet, narrat Dionyſius, decemviros in duas poſtremas legum tabulas hoc etiam contuliſſe: *Ne patriciis cum plebejis Romæ connubium eſſet*; (73) idque ab Ap. Claudio decemviro eſſe adjectum, ut in perpetuum patres à plebe divelleret; quam legem quinto poſt anno contraria rogatione abrogatam fuiſſe, ſatis conſtat; quam tulit C. Canulejus Tribunus plebis auctore Livio; apud quem idem Canulejus ita de hoc toto jure diſſerit: „ Hoc ipſum, ne connubium „ patribus cum plebe eſſet, non decemviri „ tulerunt paucis his annis peſſimo exemplo „ publico, cum ſumma injuria plebis? (74) an „ eſſe ulla major, aut inſignior contumelia „ poteſt, quam partem civitatis, velut con„ taminatam, indignam connubio haberi? „ quid eſt aliud, quam exilium intra eadem „ mœnia, quam relegationem pati? ne affi„ nitatibus, ne propinquitatibus immiſcea„ mur, cavent; ne ſocietur ſanguis, cavent. Gradus porro ſanguinis quoſdam in ducenda uxore ſervatos, docent antiqui Juriſconſulti, quorum in libris, quæ duci, quæ non duci poſſit, explicatur; mihi quidem quæ ſanguinis conjunctione, & neceſſitudine proxima duci per leges, aut mores poſſet, patrui filia (75) videtur fuiſſe; ut de Antonia C. Antonii filia, M Antonii ſorore, & uxore, Cicero in Philippicis: „ Frequentiſſimo Senatu „ Kal.

(*) *Corrige verba. Latinus.*

(70) Video hic laboraſſe Sigonium, & nonnulli alii laboraverunt in intelligendo Juſtiniano in inſt. tit. de nupt: *Juſtas nuptias inter ſe cives Romani contrahunt*. Nequit enim ille intelligere, quomodo nuptiæ non eſſent illæ multæ, quas a civibus Romanis cum alienigenis ſæpè legimus contractas. Verum ſi conſideratè Juſtinianum legimus, & facilis ejus erit explicatio, & planiſſima erit ratio connubiorum alienorum. De juſtis nuptiis loquitur Imperator. Juſtum autem quod omni conſtat ſua forma, atque apud Græcos *ἐντελὲς*, ideſt omnibus numeris abſolutum, & de juſti ſignificatione egregiè Alc. par. lib 4. cap 7. Quocirca proſequitur Juſtinianus: *Juſtas nuptias inter ſe cives Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeunt*. Aliæ ergo nuptiæ non ita ſolemnes, non cum legum obſervatione. Quid? nuptiæ ergo injuſtæ, abominabiles? Non ita sanè. Nuptiæ non ſecundum leges Romanas, ſed ſecundum jus naturæ, ſeu gentium, ideſt ex nudo conſenſu initæ. Quamquam enim apud Romanos plurima pro forma legum contrahebantur, veluti mancipationes, de quibus infra; plurima etiam extra eam formam, ut venditiones, quæ jure naturæ, ſeu gentium ex ſolo conſenſu, traditioneque fiebant, de quibus pariter Juſtinianus in § per traditionem inſt. de rer. diviſ. Si de jure Romano agimus, uxor civis Romani, quæ Romana non eſt, juſta uxor eſſe non poteſt, quæ non eſt jure Romano libera, ideſt juris Romani compos. Non expers autem juris naturalis, aut gentium, veluti liberi, ut neque expers maritus. Connubium itaque inter civem, & peregrinum, veluti exlex. Talia fuerunt connubia Campanorum, de quibus ſecundo loco meminit Author: nam quæ primo is refert inuſitata ad rem fuerunt, ut & Fregellanæ, Aricinarumque, quia tum Campani, Fregellanique, atque Aricini cives Romani fuerunt, Liv. lib. 26., & 80. Illi igitur à Senatu petiverunt, ut quas cives Romanas duxerant, habere eas, & ante eam diem natos, ut juſti ſibi liberi, heredeſque eſſent. Et de ejuſmodi uxoribus loquitur Cicero, cum diſtinguit eas, quæ in manum convenerunt, & quæ tantummodo uxores habebantur.

Principio Romulus finitimarum gentium virgines rapi juſſit in matrimonium, quibus illico communicata civitas. *Romulus*, ut apud Livium, *circumibat, docebatque eas in matrimonium, in ſocietate fortunarum omnium, civitatiſque fore*. Raptus accidit, quod Romulo negata fuerint a finitimis connubia. Inde natum certè, ut inter finitimos communicarentur, ſed ita, ſi petita fuiſſent. Ulpianus in tit.: *Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis; cum Latinis autem, & peregrinis ita, ſi conceſſum ſit*. Licebat igitur civi Romano quamcumque ducere uxorem, cui ſi jus connubii nec eſſet, id peti poterat vel à Senatu, vel à populo, ut fecerunt Campani, qua ratione & cives Romana ea fiebat, & fortunarum omnium, ſacrorumque cum viro particeps, natique juſti liberi, heredeſque fiebant.

D

(71) Vide nos ibi. Item contra eſt Cicero ſupra ab Authore allegatus: *Si mulier cum fuiſſet nupta cum eo, cui connubii jus non eſſet nuntium remiſit: quoniam qui nati ſunt patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet*. Ex tali enim conjugio liberi non ſequebantur patrem, quod filii juſti non eſſent, ſequebantur autem ventrem, ideſt matrem, quæ, ſi Latina, Latini, ſi deditia, dedititii, peregrinive naſcebantur.

(72) Libertinos nulla lege reor à conjugiis cum ingenuis, ut neque ab honoribus prohibitos: more tantum ab illis abſtinuiſſe ingenuos, ita tamen, ut nonnunquam contrarium factum ſit, qua de re non puniri, ſed redargui poterant. Ne igitur redargueretur, qui Feceniæ Hiſpalæ nupſiſſet, Senatuſconſulto opus fuit: Lex autem Julia & Papia Poppæa lata fuit ad invitandos omnibus modis homines, qui propter illorum temporum calamitates abſtinebant, ad conjugia. Sed de his cum de honoribus agemus.

E

(73) Lex XII. tabb. ita ſe habebat: PATRIBUS CUM PLEBE CONNUBII JUS NEC ESTO.

(74) Hinc apparet ante XII. tabb. promiſcua fuiſſe connubia, quæ quinto demum poſt anno reſtituta ſunt Canulejo Trib. plebem rogante.

(75) Textum de hoc habemus in L. 3. D. de rit. nupt.: *Si nepotem ex filio, & neptem ex altero filio in poteſtate habeam, nuptias inter eos me ſolo authore contrahi poſſe Pomponius ſcribit, & verum eſt*. Et Juſtinianus inſt. de nupt. *Duorum autem fratrum, vel ſororum liberi, vel fratris, & ſororis conjungi poſſunt*. Ut autem totam rem explicemus. Primo prohibentur aſcendentes, & deſcendentes omnes in infinitum, & tam naturales, quam adoptivi, & hi

Digitized by Google

„ Kal. Jan. ſedente patruo, hanc tibi eſſe cum Dolabella odii cauſam aulus es dicere, quod ab eo ſorori, & uxori tuæ ſtuprum oblatum eſſe competiſſes; „ nam Æmilius Probus germanam ſororem duci fas fuiſſe negat. Atque de iis quidem, quibus cum connubii jus eſſet, hactenus.

Jam ritus, ac ſolemnia multa ducendarum uxorum ſilentio non videntur eſſe prætereunda, neque enim aliena ſunt ab eo jure connubiorum, quod quærimus, & cognitu ſunt etiam jucundiſſima. Primum ergo auſpices adhibebantur; ſic enim Valerius, ubi antiqua inſtituta perſequitur: *Nuptiis etiamnum auſpices interponuntur, qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurpantur*; unde notum illud Tullii pro Cluentio: *Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus omnium*; & auſpiciorum nuptialium mentio eſt apud eundem in I. de divinatione. Refert præterea Plutarchus in Quæſtionibus, virginem, cum duceretur, aquam, & ignem attigiſſe, ut id quaſi generationis omen haberetur, quæ calore, atque humore perficitur; atque hunc morem expreſſit, credo, etiam M. Varro lib. de vita populi Romani II. cum dixit, teſte Nonio: *Contra à novo marito cum item è foco in titione ex felici arbore, & in aquali aqua allata eſſet*. Scitum eſt etiam illud Feſti, novam nuptam dicis cauſa rapi ſolitam, aut è ſinu matris, aut, ſi mater non eſſet, ex proxime neceſſaria, boni item ominis cauſa, quod ea res Romulo feliciter eveniſſet. Quo reſpectans dixit Catullus: *Qui rapis teneram ad virum virginem*. Quin etiam eadem flammeo caput obnubebat, perpetui connubii ominandi ergo; quod flammeum aſſidue gereret flaminica, cui à flamine diſcedere divortii cauſa non liceret; unde Catullus: *Flammeum cape*. (*) Deducebatur autem à prætextatis pueris tribus; quorum unus facem ſpineam præferebat, paſtores, qui Sabinas rapuerant, imitatus, ut lib. XVI. teſtatur Plinius; ex quo illud Catullianum: *Manu ſpineam quate tædam*; faces autem adhibitas addit Plutarchus, quod non, niſi ubi contenebraſſet, in mariti domum deduceretur; quas potiſſimum quinque uſurpatas, ut numerum individuis nuptiis convenientem ſcribit; reliqui vero duo novæ nuptæ brachia ſuſtinebant; atque omnes, reſpondentibus viciſſim pueris, puelliſque, clara voce concinebant: *Hymen ò hymenæe*; quod oſtendit Catullus, iis verbis: *Ite concinite in modum: Hymen ò Hymenæe*. Ubi vero ad mariti limen pervenerat, tum poſtes oleo perungebat, eoſdemque laneis vittis exornabat; unde antiqui uxorem appellatam putarunt. Limen autem attingere religioſum habebatur; ne, ut Varro cenſet, à ſacrilegio initium ducerent, ſi depoſituræ virginitatem pedibus premerent rem Veſtæ numini caſtiſſimo ſacram; unde Catullus: *Transfer omine cum bono limen, Raſilemque ſubi forem*. Ingrediente porro illa Talaſſio magna voce clamabatur, quod in raptu Sabinarum ea voce celebrata virginem forma excellentem ab impetu aliorum defenderit; quod extat apud Livium. Ea vero in cubiculum deducta, ut ait Feſtus, prætextati ejus, qui prælua dicebatur, fax rapi erat ſolita ab utriuſque amicis, ne aut uxor eam ſub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in ſepulchro comburendam curaret; quo utroque mors propinqua alterutrius captari putabatur. Ipſa vero ingreſſa dicebat marito: *Ubi tu Cajus, ego Caja*; quaſi vero; ut ait Plutarchus, cum viro fortunarum, bonorumque communionem depaciſceretur. Maritus autem ſponſæ comam haſtæ cuſpide diſtinguebat; cujus rei cauſas Plutarchus ad matrimonii item felicitatem traducit. Interea prætextati duo brachia ejus dimittebant; pronubæ vero eam in lecto collocabant; quod ſignificat Catullus his verſibus:

Mitte brachiolum teres
Prætextate puellæ.
Jam cubile adeat viri,
Vos unis ſenibus bonæ
Cognitæ bene fœminæ
Collocate puellam.

Le-

hi etiam adoptione diſſoluta. Deinde inter fratres, ſororeſque, & tam ex utroque parente, quam ex altero eorum, vel etiam adoptivos, niſi vel adoptio, vel patria poteſtas in eum, qui ex juſtis nuptiis progenitus ſit, emancipatione ſoluta fuerit. Item inter patruum, aut avunculam, & neptem ex fratre, aut ſorore, aut proneptem, ejuſque filiam, & contra inter filiam fratris, aut ſororis, & amitam, aut amitam magnam, aut materteram, materteramve magnam, & etiamſi adoptio in his intervenias. Quamquam Cujacius in III. Cod. de inceſt & inut. nupt. aſſerit, quandoque connubium permiſſum inter patruum, & filiam fratris: nunquam tamen cum filia, aut nepte ſororis, cujus rei non ullam invenit rationem, quam quod ita fuerit jure cautam. Ego cenſeo, quod frater cum fratre æqui officii ſunt: ſoror majori debet veneratione proſequi fratrem: imbecillior ea eſt in ordine naturæ; repugnantior idea natura in utriuſque ſanguine miſcendo. Quod de pronepte quoque ſororis dicitur in L. 39. D. de rit. nupt. mendoſe dici Cujacius antumat, ibique neptem, non proneptem legendum, cum nuptias cum pronepte ex ſorore, non legis, ſed ætatis ratio ſæpe prohibeant, quod mihi ſatis non facit. Nam licet facile evenire nequeat, ut per ætatem quis poſſit ducere ſororis proneptem; fieri tamen poteſt, & perquam commodiſſima. Genueraverit enim quis filiam XVIII. ſuæ ætatis anno, quæ annorum XVI filiam enixa fuerit, atque hæc pari ætate aliam, quæ aliam eadem ætate pepererit: hujus annus XV erit octogeſimus primus Abavi, qui vel LX. anno, ut Maſſaniſſa LXXXVI. Liv. lib 50., filiam gignere potuit, ut is annorum viginti unius ſororis proneptem quindecim annorum ducere queat. Quamquam enim leges ad ea, quæ frequenter, & facile eveniunt, conſtituuntur; juris tamen prudentis eſt perſequi etiam ea, quæ perraro juxta Alc. diſp. lib. 2. cap. 8; ut non inutile fuerit quod de pronepte ſororis ſcripſerit Paulus in d. L. 39. D. de rit. nupt.

Affinitatis quoque ratione nuptiæ prohibentur; quare nec privignum, aut privignam, nurum, aut generum, fratris quondam uxorem, aut ſororem quondam fratris quis ducere poteſt. Item filiam natam ab uxore divortio repudiatam, ſponſamve patris, aut filii propter publicam honeſtatem. Prohibitæ quoque fuerunt nuptiæ inter tutorem, & curatorem, filioſve eorum, & pupillam ante redditas, ſolutaſque rationes, uſque redditis ſolutiſque nondum exacto pupillæ XXV. anno, temporibuſque reſtitutionis in integrum, niſi pater inter vivos, vel teſtamento filiam tutori, aut ejus filio ſpoponderit. Item ejus, qui officium gerit in provincia cum aliqua ex ea provincia.

(*) Comitabatur etiam ſponſum colus compta, & ſuſus cum ſtamine. Cujus id inſtitutum, & quando docet Plinius cum ſcribit lib 8. cap. 28. *Inde factum, ut nubentes Virgines comitaretur colus compta, & fuſus cum ſtamine*. Plutarch. in probl. Rom. Latinus.

Digitized by Google

Lectum autem ipſum, quod nuptiis ſterneretur in honorem genii, genialem vocarunt, auctore Feſto; unde eſt illud in Cluentiana: „ Lectum illum genialem, quem biennio „ ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat, in eadem „ domo ſibi ornari, & ſterni jubet. „ Tum matitus pueris nuces ſpargebat, ut Jovis omine, quod ſcribit Vatro, mattimonium celebraretur; quia nuces in Jovis tutela erant. Quocirca Virgilius: „ Spatge marite „ nuces. „ Inde cingulum virgineum ſponſæ ſolvebat; de quo Feſtus: „ Cingulo nova „ nupta præcingebatur, quod vir in lecto „ ſolvebat, factum ex lana ovis; ut ſicut „ illa in glomos ſublata conjuncta inter ſe „ ſit, ſic vir ſuus ſecum cinctus, vinctuſque „ eſset. Hoc Herculano nodo vinctum vir „ ſolvit, ominis gratia, ut ſic ille ſelix ſit in „ ſuſcipiendis liberis, ut ſuit Hercules, qui „ LXX. liberos reliquit; „ & alio loco. „ Cinxiæ Junonis nomen ſanctum habebatur „ in nuptiis, quod initio conjugii ſolutio erat „ cinguli, quo nova nupta erat cincta. Uude Catullus:

Quod zonam ſolvit diu ligatam. item:
Tibi virgines zonula ſolvunt ſinus:

Hos autem ritus facile poſſis etiam ex nuptiis Marciæ, & Catonis colligere apud Lucanum libro II. Atque hoc quidem pacto, quæ ſponſa fuerat, fiebat uxor.

Uxorum autem duo genera ſtatuit Cicero in Topicis, unum quod proprie uxor dicebatur; alterum, quod materſamilias, verba, quibus hoc docet, hæc ſunt: „ Si ita „ Fabiæ pecunia legata eſt à viro, ſi ei viro „ materſamilias eſset, ſi ea in manum viri „ non convenerat, nihil debetur; genus eſt „ enim uxor; ejus duæ formæ; una matrum „ ſamilias, hæ ſunt, quæ in manum conve- „ nerunt; altera earum, quæ tantummodo „ uxores habebantur. „ Quem locum his verbis exponit Boetius: „ Tribus modis uxor „ habebatur, uſu, ſarre, coëmptione; ſed „ confarreatio ſolis Pontificibus conveniebat; „ quæ autem in manum per coëmptionem „ venerant, hæ matresſamilias vocabantur; „ quæ uſu, vel farre minime; coëmptio vero „ certis ſolemnitatibus peragebatur; ſeſe in „ coëmendo invicem interrugabant; vir ita: „ an ſibi mulier materſamilias eſſe vellet: „ illa reſpondebat, velle; itaque mulier viri „ conveniebat in manum, & vocabantur „ nuptiæ per coëmptionem, & erat mulier „ materſamilias viro loco filiæ. „ Hæc ille. Quæ tamen vera non eſſe oſtendit Cicero in oratione pro Flacco: „ In manum convene- „ rat; quæro, utrum uſu, an coëmptione? „ uſu non potuit; nihil enim poteſt de tutela „ legitima ſine omnium tutorum auctoritate „ diminui; coëmptione? omnibus ergo au- „ ctoribus; nam uſu etiam, nedum coëmptione, uxores in manum conveniſſe ſignificat. (76)

Uſu autem fieri matrimonium dicebatur, cum tutoribus auctoribus mulier in matrimonium conveniebat, & cum viro ita conſueſcebat, ut cum juſto marito, adeo ut ſi uſus ille intra annum non interrumperetur, pro uſucapta jam haberetur; qua de re nonnihil ſcriptum fuiſſe in XII. tabulis, (77) ſatis locus hic Gellii indicat: „ Q. Mucium Juriſconſul- „ tum dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpa- „ tam mulierem, quæ, cum Kal. Januariis „ apud virum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, „ ante diem IV. Kal. Januarias ſequentes „ uſurpatum iſſet. Non poſſe impleri trino- „ ctium. quod abeſſe à viro uſurpandi cauſa „ ex XII. tabulis deberet; quoniam tertiæ „ noctis poſterioris (*) ſex horæ alterius „ anni eſſent, qui inciperet ex Kalendis. Ex his enim verbis apparet, ut aliarum rerum, ſic etiam uxorum uſucapionem fuiſſe; (**) &, ſi uxor per annum integrum nullo interrupto uſu apud virum fuiſſet, in manum mariti veniſſe, & ex tutorum poteſtate exiſſe; uſum vero, ſi per tres noctes ab eo abfuiſſet, interruptum fuiſſe; hoc enim veteres *uſurpare* dixerunt.

De confarreatione loquitur Dionyſius in Romulo, ſacras nuptias ſcribens Farracia(78) eſſe

(76) Nulla eſt inter *Boetium*, & Ciceronem diſcrepantia: nam non negat Boëtius uſu, aut farre uxorem in manum viri conveniſſe, ſed matrem familias appellari, quæ tamen matrum familias denominatio variis rationibus nuncupata fuit, ut infra apparebit.

(77) Lex erat: MULIERIS, QUÆ ANNUM MATRIMONII ERGO APUD VIRUM REMANSIT, NI TRINOCTIUM AB EO USURPANDI ERGO ABESCIT, USUS ESTO.

(*) *Corrige* poſteriores. *Latinus.*

(**) Conſiderandus *Taciti* locus lib. 13. ubi Poppæa ad Neronem verba refert: *Si ultra unam, alteramque noctem attineretur, nuptam eſſe ſe dictitans, nec poſſe matrimonium amittere.* Latin.

(78) Operæ pretium factu eſt, ſi ea, quæ hac de re tradit Dionyſius, huc traduco. Is igitur ita ſcribit: *At Romulus, quum neque viro actionem conceſſiſſet contra uxorem, quæ ſtuprum fuiſſet paſſa, aut quæ injuſte domum reliquiſſet: neque uxori, quæ maritum rei male adminiſtratæ, aut injuſti repudii accuſaſſet: neque de dote reſtituenda, aut aſſerenda ullas prorſus leges tuliſſet, neque ullam aliam hujuſmodi rem determinaſſet, ſed unam tantum ad omnia accommodatam legem, ut ipſa res docuit, conſtituiſſet, effecit, ut mulieres valde m... ſtæ, & pudicæ eſſent. Lex autem hæc erat: MULIER NUPTA, QUÆ EX SACRATIS LEGIBUS IN MANUM VIRI CONVENIT, CUM EO OMNIUM ET BONORUM ET SACRORUM PARTICEPS ESTO. Vocabant autem antiqui ſacras nuptias, Romana quadam appellatione rem exprimentes, confarreationem, à farris communicatione, quod nos ζεῖαν vocamus. Et quemadmodum nos Græci hordeum exiſtimantes omnium frugum antiquiſſimum, in ſacrificiis ab hordeo initium ducimus, vocantes id οὐλὰς: ita Romani exiſtimantes far eſſe omnium frugum pretioſiſſimum, & antiquiſſimum, ab hoc in omni ſacrificio, in quo victima crematur igne, initium faciunt. Ea enim conſuetudo adhuc manet, nec ad priſcam illam frugalitatem quidquam additum eſt. Quod igitur mulieres cum viris ſacratiſſimi, & primi cibi fierent participes, & valde bona fortuna convenirent, ea res appellata fuit, farris communicatio, quæ virum & uxorem neceſſario conjugii inſeparabilis vinculo conjungebat: & nihil erat quod has nuptias poſſet diſſolvere. Hæc lex coëgit mulieres nuptas, utpote quæ nullum aliud refugium haberent, ad unius ſui mariti mores vitam ſuam conformare, & ipſos maritos, ut rem neceſſariam, & à qua nullo modo divelli poſſent, uxorem retinere. Uxor enim, ſi pudica fuiſſet, & marito in omnibus rebus morem geſſiſſet, erat familiæ domina æquè atque ipſe vir, & in ejus defuncti bona, ut filia in patris, hæres ſuccedebat. Et ſi ſine liberis, & inteſtatus obiiſſet, erat omnium bonorum relictorum domina: ſin autem liberos habuiſſet, ex æquo cum liberis bonorum particeps erat. Si qua autem in re deliquiſſet, ipſam qui injurias paſſus erat judicem habebat, qui pœnæ magnitudinis erat arbiter. De his vero cognoſcebant ipſi cognati cum viro, ubi violata fuiſſet pudicitia, & (quod omnium peccatorum leviſſimum Græcis videretur) ſi quam mulierem vinum bibiſſe conſtitiſſet. Romulus enim hæc utrumque, ut mulierum delictorum graviſſimum, puniri juſſit: quia ſtuprum,* de-

eſſe dicta, quod eodem farre conjuges veſcerentur, quo etiam victimas reſpergerent. Itaque Ulpianus titulo IX. Inſtitutionum, *Farre*, inquit, *convenitur in manum certis verbis, & teſtibus decem præſentibus, & ſolemni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur*; & Plinius lib. XVIII. *In ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat, novæque nuptæ farreum præferebant*; & Tacitus lib. III. Confarreandi conſuetudinem aut omiſſam, aut inter paucos retentam ſcribit. Hinc diffarreatio apud Feſtum diſſolutio matrimonii dicitur confarreatione contracti.

Coëmptionis porro hæc ratio fuit. *Veteri Romanorum lege*, ut Varro tradit, *nubentes mulieres tres ad virum aſſes ferre ſolebant, atque unum quidem quem in manu tenebant, tanquam emendi cauſa marito dare; alium, quem in pede habebant, in foro larium familiarium ponere; tertium, in ſacciperio cum condidiſſent, compito vicinali ſolebant reſignare*; hujus autem rei meminit etiam Cicero pro Murena: *Putarunt*, inquit, *Juriſconſulti, omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Cajas vocari*; & in II. de Otatore: *Mirandum non eſt, qui quibus verbis coemptio fiat, neſciat, eundem ejus mulieris, quæ coemptionem fecerit, cauſam poſſe defendere*; ex hoc ergo fiebat, ut mulier in manu, mancipioque mariti eſſet, aut ejus, cujus in manu, mancipioque maritus erat, ſuaque illi heres fieret; vir autem non in manu, ideſt, poteſtate uxoris erat, ſed quod coëmptus erat, id ei ſui heredis jus tribuebat.

Gellius (79) præterea uxorum duo genera tradit, matronam & matremfamilias. Matronam dictam ſcribit proprie, quæ in matrimonium cum viro conveniſſet, quoad in eo matrimonio maneret, etiam ſi ſibi liberi nondum nati forent; dictamque eſſe ita à matris nomine non adepto, ſed cum ſpe, & omine mox adipiſcendi; unde ipſum quoque matrimonium dicitur; matrem autem familias appellatam eſſe eam ſolam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque eſſet; quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui heredis locum veniſſet. Feſtus autem matremfamilias inquit non ante dictam, quam vir ejus paterfamilias dictus eſſet, nec poſſe hoc nomine plures in una familia præter unam appellari; ſed nec viduam hoc nomine, nec quæ ſine filiis eſt, appellari poſſe. Ceterum cum uxorem in manu mariti eſſe dicimus, eam in mariti poteſtate ita eſſe intelligimus, ut ſine eo auctore nec teſtari, nec contrahere poſſet. Hæc autem jura conſtituiſſe Romulus rex videtur, ſi Dionyſio credimus; ſic enim de eo ſcriptum reliquit: „ Romulus mulierem nuptam, quæ „ ex ſacratis legibus in manum mariti con- „ veniſſet, omnium rerum, ac ſacrorum participem eſſe lege ſanxit; nominabant autem „ priſci Romani ſacras nuptias Farracia, „ quod conjuges eodem farre veſcerentur, „ quo victimas etiam reſpergunt. Ita hæc „ lex uxores, quod non haberent, quo confugerent, cogebat ſe in unius mariti mores „ fingere: vir autem ſic habere uxorem, ut „ rem neceſſariam, & nullo tempore divellendam; uxor enim pudica, & marito „ ſemper obſequens, æque ac ille, domus „ erat domina, & in ejus mariti bona ſuccedebat heres, ſicuti parentis filia, ex aſſe „ quidem, ſi is ſine liberis, ac inteſtato decederet; ſi prolem relinqueret, ex æquo „ cum liberis; unde manavit illud, ubi tu „ Cajus, ego Caja.

Uxorum porro delicta duo, ut idem ait, graviſſima eſſe Romulus ſtatuit; ſi pudicitiam violaſſent, & vinum bibiſſent; utrumque autem damnavit, ratus è ſtupro naſci inſolentiam, ſtuprum è vinolentia; earum vero, quæ convictæ eſſent, pœnam mariti arbitrio permiſit, ubi cauſam cum propinquis cognoviſſet. Itaque Gellius eandem rem in hæc verba eſt perſecutus. „ Qui de victu, atque „ cultu populi Romani ſcripſerunt, mulieres „ Romæ, atque in Latio abſtemias egiſſe, „ hoc eſt, vino ſemper, quod *temetum* priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt: „ inſtitutumque, ut cognatis oſculum ferrent, reprehendendi cauſa, ut odor indicium faceret, ſi bibiſſent. Bibere autem „ ſolitas ferunt loream, paſſum, murinam, „ & quæ id genus epotant, potu dulcia. At„ que hæc quidem in iis, quos dixi, libris „ pervulgata ſunt. Sed M. Cato non ſolum „ exiſtimatas, ſed mulctatas quoque à judice mulieres refert, non minus ſi vinum „ bibiſſent, quam ſi probrum, & adulterium „ admiſiſſet; verba M. Catonis adſcripſi ex „ oratione, quæ inſcribitur de dote, in qua „ id quoque inſcriptum eſt: in adulterio uxores deprehenſas jus fuiſſe maritis necare. „ Vir, inquit, cum divortium fecit, mulieri judex pro cenſore eſt; imperium, quod „ videtur, habet. Si quid perverſe tetrequę „ factum eſt à muliere, multatur; ſi vinum „ bibit, ſi cum alieno viro probri quid fecit, „ condemnatur. De jure autem occidendi ita ſcriptum eſt: „ In adulterio uxorem tuam „ ſi deprehendiſſes, ſine judicio, impune necares; illa te, ſi adulteraret, digito non „ auderet contingere, neque jus eſt. „ Eadem vero etiam recitat Athenæus ex Polybio. Quo factum eſt, ut Svetonius ſcripſerit, Tiberium matronas proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, ut propinqui majorum more de communi ſententia coërcerent, auctorem fuiſſe. Valerius, quoties inter virum, & uxorem aliquid jurgii interceſſerat, in ſacellum deæ Viriplacæ, quod erat in Palatio, veniſſe; & ibi invicem locutos quæ voluerunt, contentione animorum depoſita

dementia, ebrietatem verò ſtupri originem eſſe judicavit. Et diu duravit hoc utrumque apud Romanos, ita ut inexorabilis eſſet ira. Quod autem lex illa de mulieribus lata præclara fuerit, ipſa temporis diuturnitas fidem facit. Hoc enim confeſſum eſt, intra quingentos & viginti annos Romæ nullum matrimonium diſſolutum fuiſſe.

(79) Lib. 18. cap. 6. Non intendit autem probare duo uxorum genera, quarum tria erant, uſu, farre, coemptione, quibus ego addo quartum, earum, quæ uxores tantum habebantur: ſed tradere quæ vulgo Matrona appellaretur, quæque materfamilias. Matres enim familias juta omnes fuiſſe docet Cicero in Top. eas quæ *in manum convenerunt*. In manum autem conveniſſe, & coemptione, & uſu idem docet in oratione pro Flac.: *in manum convenerat, aut uſu, aut coëmptione*: confarreatione docet Dionyſius ſupra adductus. Igitur omnes uxores, ſive uſu, ſive confarreatione, aut coemptione matreſfamilias. Uxores tantum, quæ jure gentium ducebantur. Plures autem ſignificationes hoc nomen materfamilias habuiſſe, diverſiſque rationibus uſurpatum, videmus ex Cicerone, Gellio, Boetio, Feſtoque hic, & ſupra allegavit.

poſita concordes reverſos ſcribit; inde nomen deam à placandis viris aſſecutam.

Illud memorabile, cum Dionyſius, qui res Romuli diligentiſſime litteris eſt perſecutus, nihil de divortio à Romulo inſtituto dicat; (80) Plutarchum tamen legem ab eo de divortio latam prodidiſſe. Siquidem narrat inter alias leges Romuli illam fuiſſe acerbiſſimam, quæ uxori poteſtatem à viro diſcedendi ademit: viro uxorem exigendi dedit; ſi eam aut ſtuprum feciſſe, aut venenum paraſſe, aut filios, aut claves ſubjeciſſe comperiſſet. Itaque poſtea quoque in XII. tabulis (81) divortium eſſe permiſſum, ex eo licet ſuſpicari, quod

(80) Si mulier in manum viri conveniebat, vir erat veluti dominus uxoris, in quam paulo minus, quam in liberos, licet diverſa ratione, poteſtatem exercebat. Nam ut in liberis jus vitæ necis patri, ita cauſis probatis in uxore, quod patet in ſuperiore §. Erat enim paterfamilias apud Romanos inſtar Regis in ſua domo, omniaque poteſtati ejus ſubjiciebantur; quocirca juſta uxor omnium, & ſacrorum, & bonorum particeps fiebat, ideſt in familiam viri conveniebat, atque ita in manum viri: manus enim regiam quamdam poteſtatem, quæ eſt prudens ratio gubernandi ſignificabat, ut apud Pomponium in L. 2. D. de orig. jur.: *Et quidem initio civitatis noſtræ populus ſine lege certa agere inſtituit: omniaque manu à Regibus gubernabantur*. Erat uxor ſocia quidem, ſed bonorum, ſacrorumque: in manu autem viri, ſeu in familia, poteſtateque ejus velut principis, atque ſub imperio. Igitur opus fortè non fuerit Romulo legem ferre de divortio, qui tantam ultis legibus dediſſet poteſtatem maritis; poterant enim ii pro ſuo jure cum cognatis judicium facere, ut narrat Dionyſius, atque eis nuntium remittere. Ceterum jam video legem divortii, quæ ex XII tabb. circumfertur, qua de initia, Romulo ipſi tribui. Et potuit quidem a Romulo lex ferri de divortio, nullum autem accidiſſe divortium, quam longo poſt tempore, quemadmodum plus CC. annis poſt XII. tabb. non accidit ipſo Dionyſio authore, quia principio probiores erant mores, qui poſtea in multam diſſolutionem ſe converterunt.

(81) Lex XII. tabb. de repudiis hæc fuit: SI VIR MULIERI REPUDIUM MITTERE VOLET, CAUSAM DICITO, HARUMCE UNAM. Principio univiro jus fuiſſe uxoris dimittendæ cauſa probata, bene tradit hic author, quod conſtat ex allata lege. Et ita antea tradiderat quoque Dominus Moyſi Deut. cap. 24.: *Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem, ſcribat libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua*. Item Malach. cap. 2.: *Uxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere: cum odio habueris eam, dimitte, dicit Dominus Deus Iſraël. Operuit autem iniquitas veſtimentum ejus, dicit Dominus Exercituum*. Verum & apud alias gentes, velut apud Athenienſes, receptus repudii mos fuit; unde Plutarchus Alcibiadem tradit, uxorem ſuam apud Archontem de marito, à quo divertere conſtituebat, conquerentem, ejuſque injurias, talamumque violatum probare nitentem, è foro deductam, domumque compulſam, tantis blanditiis deliniſſe, donec placatam a propoſito revocavit. Hinc exquiſitiſſimum apud Romanos inſtitutum, ut conjuges diſſidentes ad Sacellum Deæ Viriplacæ convenirent, ut & debita viris majeſtas, & melius fœminis honor redderetur. Progrediente autem tempore communis poteſtas facta eſt divertendi, tam marito, quam uxori, & aliquandiu etiam nullas ob cauſas: poſt, niſi pœnas quis ſubire voluiſſet cauſæ præſcriptæ, quas collectas habemus in L. 8. C. de repud., quæ eſt Theodoſii, & Valentiniani AA. *Conſenſu*, inquiunt, *licita matrimonia poſſe contrahi: contracta, nonniſi miſſo repudio, diſſolvi præcipimus. Solutionem etenim matrimonii difficiliorem debere eſſe, favor imperat liberorum. Cauſas autem repudii hac ſaluberrima lege apertius deſignamus. Sicut enim ſine juſta cauſſa diſſolvi matrimonia juſto limite prohibemus: ita adverſa neceſſitate preſſum, vel preſſam, quamvis infauſto, attamen neceſſario auxilio cupimus liberari. Si qua igitur maritum ſuum adulterum, aut homicidam, aut veneficum, vel certe contra noſtrum imperium aliquid molientem, vel falſitatis crimine condemnatum invenerit, ſi ſepulchrorum diſſolutorem, ſi ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem, ſi latronem, vel latronum ſuſceptorem, vel abactorem, aut plagiarium, vel ad contemptum ſui domuſve ſuæ ipſa inſpiciente cum impudicis mulieribus (quod maximè etiam caſtas exaſperat) cœtum ineuntem, ſi ſuæ vitæ veneno aut gladio aut alio ſimili modo inſidiantem, ſi ſe verberibus (quæ ingenuis aliena ſunt) afficientem probaverit: tunc repudii auxilio uti neceſſario ei permittimus libertatem, & cauſſas diſſidii legibus comprobare.*

Vir quoque pari fine claudetur, nec licebit ei ſine cauſſis apertius deſignatis propriam repudiare jugalem: nec ullo modo expellat, niſi adulteram, niſi veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut ſepulchrorum diſſolutricem, aut ex ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum ſe ignorante vel nolente convivia appetentem, aut ipſo invito ſine juſta & probabili cauſſa foris ſcilicet pernoctantem: vel circenſibus, vel theatralibus ludis, vel arenarum ſpectaculis in ipſis locis in quibus hæc adſolent celebrari, ſe prohibente gaudentem: vel ſibi veneno, vel gladio, aut alio ſimili modo inſidiatricem, vel contra noſtrum imperium aliquid machinantibus conſciam, ſeu falſitatis ſe crimini immiſcentem invenerit, aut manus audaces ſibi probaverit ingerentem; tunc enim neceſſario ei diſcedendi permittimus facultatem, & cauſſas diſſidii legibus comprobare. Hæc niſi vir & mulier obſervaverint, ultrice providentiſſimæ legis pœna plectentur. Nam mulier ſi contempta lege repudium mittendum eſſe tentaverit: ſuam dotem & ante nuptias donationem amittat, nec intra quinquennium nubendi habeat denuo poteſtatem. Æquum eſt enim eam interim carere connubio, quo ſe monſtravit indignam. Quòd ſi præter hoc nupſerit erit ipſa quidem infamis, connubium vero illud nolumus nuncupari: inſuper etiam arguendi hoc ipſum volenti concedimus libertatem. Si verò cauſſam probaverit intentatam: tunc eam & dotem recuperare, & ante nuptias donationem lucro habere, aut legibus vindicare cenſemus, & nubendi poſt annum ei (ne quis de prole dubitet) permittimus facultatem. Virum etiam, ſi mulierem interdicta arguerit attentantem: tam dotem, quàm ante nuptias donationem ſibi habere ſeu vindicare, uxoremque (ſi velit) ſtatim ducere hac juſta definitione ſancimus. Sin autem aliter uxori ſuæ renunciare voluerit: dotem redhibeat, & ante nuptias donationem amittat. Servis ſcilicet vel ancillis puberibus, ſi crimen adulterii vel majeſtatis ingeritur, tam viri, quàm mulieris, ad examinandam cauſſam repudii, quo veritas aut facilius eruatur, aut liquidius detegatur, ſi tamen alia documenta defecerint, quæſtionibus ſubdendis. Super plagis etiam (ut dictum eſt) illatis, ab alterutra commovendis, eaſdem probationes (quoniam non facilè, quæ domi geruntur, per alienos poterunt conſiteri) volumus obſervari. Si vero filio vel filiis, filia vel filiabus exſtantibus, repudium miſſum eſt, omne quidquid ex nuptiis lucratum eſt, filio ſeu filiis, filiæ ſeu filiabus poſt mortem accipientis ſervari: ideſt ſi pater temere repudium miſerit, donationem ante nuptias à matre ſervari; ſi mater: dotem ipſam eidem vel eiſdem filio ſive filiæ patre moriente dimitti cenſemus: patri videlicet vel matri in ſcribendis filiis heredibus, ſi unum ſeu unam vel omnes ſcribere, vel uni ex his donare velit, electione ſervata; nec ullam alienandi ſeu ſupponendi memoratas res permittimus facultatem. Sed ſi aliquid ex iiſdem rebus defuerit: ab heredibus, ſeu earum detentatoribus (ſi tamen non ipſos heredes ſcripſerit, aut ſcripti filii non adierint) reſarciri præcipimus: ut etiam hoc modo inconſulti animi à repudio mittendo detrimenta retrahantur.

Pactiones ſanè ſi quæ adverſus præſentia ſcita noſtræ majeſtatis fuerint attentatæ, tanquam legibus contrarias, nullam habere volumus firmitatem.

Addi-

quod inquit Cicero in Philippicis de Antonio: „ Frugi factus eſt; mimam illam ſuam „ ſuas ſibi res habere dixit ex XII. tabulis, „ claves ademit, exegit; & Cajus ad legem Juliam de adulteriis: „ Si ex lege repudium miſſum non ſit, & idcirco mulier „ adhuc nupta videatur, tamen ſi quis eam „ uxorem duxerit, adulter non erit. „ Quod autem inquit de repudio ex lege miſſo, ſignificat cum alia multa, tum maxime diverſas repudii, ac divortii formulas, atque ſolemnem ipſam matrimonii renunciationem. Inter repudium autem, & divortium illud interfuiſſe, Paulo, & Modeſtino placuit, quod repudium ſponſæ remitteretur, divortium cum uxore fieret. Itaque repudii formula fuit, *CONDITIONE tua non utor*: divortii, *RES tuas tibi habeto*; vel, *Res tuas tibi agito*; quod & Cicero loco citato ſignificavit, & Cajus cap. II. de divortiis tradidit. Renunciatio autem matrimonii ejuſmodi fuit, ut aut vir uxori, aut uxor marito, vel præſenti, vel abſenti nuncium remitteret; unde illa ſunt apud Ciceronem de Oratore: *Cum paterfamilias uxorem prægnantem in provincia reliquiſſet, Romæque alteram duxiſſet, neque nuncium priori remiſiſſet*; & in Topicis: *Si viri culpa factum eſt divortium, & ſi mulier nuncium remiſit, pro liberis manere nihil oportet*. Quanquam autem divortium lege conceſſum erat, nemo tamen ante annum DXX. divortium cum uxore feciſſe perhibetur; qui autem primus fecit, is Sp. Carvilius Ruga fuit; qui M. Pomponio, C. Papirio, vel, ut aliis placet, M. Atilio, P. Valerio Conſulibus uxori nuncium nova de cauſa remiſit, nempe quod eam ſterilem eſſe diceret, ſeque quærendorum liberorum cauſa uxorem habere juraſſet, ut in Dionyſii, Gellii, & Valerii commentariis perſcriptum videmus. *A quo tempore*, ut inquit Gellius, *rei uxoriæ cautiones Romæ neceſſariæ ſunt viſæ, cum ante nullæ fuiſſent*. Inde autem illa certe fluxerunt, quod ſoluto hoc modo matrimonio dotem reddi voluerunt: niſi quid cauſſæ incideret, cur retinenda eſſet; ſiquidem ſcriptum eſt apud Paulum de dotibus: „ ſi divortium ſine culpa mulieris fiat, dotem integram repeti; ſi contra, „ in ſingulos liberos ſextam partem dotis à „ marito uſque ad mediam ejus partem duntaxat retineri. „ Quod vetus inſtitutum fuiſſe apparet ex verbis Ciceronis, quæ ſunt in Topicis: „ Si viri culpa factum eſt divortium, pro liberis manere nihil oportet. Poſt Carvilianum autem divortium vulgo ita dimitti uxores cœperunt, ut etiam ſine magna admodum cauſa ab iis diſceſſerint. Paulus quidem Æmilius cum Papiriam dimitteret, mirantibus amicis, & cauſam quærentibus (erat enim non tam pulchra, quam fœcunda) nullam certam attulit; ſed ſe tamen ab ea læſum ſignificavit. Pudicitiæ vero vitium magnam repudiandæ uxori attuliſſe cauſam, C. Cæſaris, qui poſtea dictator fuit, exemplo confirmari poteſt; qui Pompejæ nuncium remiſit, quam Clodius adamabat; cum diceret, Cæſaris uxorem non modo peccato, ſed peccati etiam ſuſpicione vacare oportere; erat autem ſuſpicio, ne ei P. Clodius ſtuprum intuliſſet, qui muliebri veſte, domi Cæſaris, tum Pontificis Maximi, cum ſacra Bonæ deæ pro populo fierent, fuerat deprehenſus, atque ancillarum manu eductus. Quarum rerum ſi quis teſtimónia poſtulabit, ea fere in Dionyſii, Valerii, & Plutarchi libris reperiet.

CAP. X.

De jure patrio.

DIximus de jure, quod cives Romani in uxores habuerunt, nunc dicamus de eo, quod in liberos. Id enim prope infinitum, & Quiritum proprium (82) fuit. Neque enim bona ſolum eorum, quod tradit Dio.

Addidit his cauſis Juſtinianus in L. 10. eod. tit.: *Si maritus uxori ab initio matrimonii uſque ad duos annos continuos computandos coire minimè propter naturalem imbecillitatem valeat*, quod tempus poſt in nov. 22. produxit ad triennium. Fiebat quoque divortium *bona gratia*, ideſt utroque conſentiente, qua de re legem habemus Anaſtaſii 9 eod tit., quod ſuſtulit Juſtinianus, niſi caſtitatis ſervandæ cauſa in nov. 117., ubi quoque alia de cauſis repudii conſtituit, pœniſque ſine cauſa divertentium. In lege Julia, & Papia ſtatutum fuit: *ne ullum divortium ratum eſſet, niſi ſeptem civibus Romanis puberibus adhibitis, præter libertum ejus, qui divortium faceret*. L. 9. D. eod. Item: *divortii faciendi poteſtas libertæ, quæ nupta eſt patrono ne eſto*. L. 11. eod. tit. Nonnulli autem fas non erat divortium facere, ut Flamini Diali. Gell. lib. 10. cap. 15. *Flamen Dialis ſi uxorem amiſit, flaminio decedit*; ideſt abit Sacerdotio, *matrimonium Flaminis, niſi morte dirimi non eſt jus*. Item Feſtus: *Flameo amicitur nubens ominis boni cauſa, quod eo aſſiduè utebatur Flaminica*, ideſt *Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium*.

(82) Quamquam hic author jus patriæ poteſtatis proprium Quiritium ex Juſtiniano, qui ſcilicet id profert, fuiſſe dicit: *Jus patriæ poteſtatis, quod in liberos habemus proprium eſt civium Romanorum. Nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habent poteſtatem, quam nos habemus*: inſt. tit. de pat. pot. Invenio tamen apud Ariſt. Eth. lib. 8. cap. 10., & apud Perſas id uſitatum, qui liberis utebantur ut ſervis, quod patrium imperium tyrannide is notat. Apud Gallos verò, viros vitæ neciſque in uxores, & in liberos poteſtatem habuiſſe narrat Cæſar de bell. Gall. lib. 6.: Et idem apud Moſcovitas Sigiſm. Lib Bar. Com. Rer. Moſc. Hinc dicunt nonnulli patriam poteſtatem juris eſſe gentium, unde Imperia derivata, quod ego diſputo in quodam opere ſuſcepto de jure legum, quod edam, ſi videbitur. Confuto tamen eam opinionem, quæ mihi nunquam probata fuit. Patriæ poteſtatis lex, quæ Romulo tribuitur, & in XII. tabb. tranſlata fuit, ita ſe habuit: ENDO LIBERIS JUSTIS VITÆ NECIS VENUNDANDIQUE PATRI POTESTAS ESTO: SI PATER FILIUM TER VENUNDUIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO. Recenſendæ autem in primis mihi eſſe videntur cauſæ patriæ poteſtatis: poſt ejus effectus: demum diſſolvendæ ejus rationes. Et hæc non ſolum ſecundum vetera jura Romana, ſed etiam ſecundum Cæſarea.

Patria poteſtas ex tribus fontibus ſemper proceſſit: ex juſtis nuptiis, ex legitimatione, ex adoptione. Juſtæ nuptiæ ſolemnes, & ſecundum leges, de quibus in ſuperiore capite. Ex juſtis enim nuptiis juſti filii, qui in patris poteſtate naſcuntur. Unde maxima cura laboratum eſt in legibus ad juſtas nuptias conſtituendas, ex quibus non minus familiæ juſta progenie, quam Reſpublica juſtis civibus, non vulgo conceptis, non illegitimis impleretur. Et hac ratione autumo Juſtinianum tradidiſſe, nullos alios homines talem in liberos poteſtatem habuiſſe, quod tanta nuptiarum obſervatio quatenus pertinet ad juſtos filios apud alios non eſſet.

Legitimatio quadruplex: per ſubſequens matrimonium, per reſcriptum principis, per nominationem in filium, per oblationem curiæ. Per

Per ſubſequens matrimonium: ſi quis à libera procreatus, cum qua pater matrimonium contrahere minime legibus prohibebatur, ad eam autem conſuetudinem habuerat; ſi poſtea inter eos ſolemniter, ideſt dotalibus inſtrumentis confectis, nuptiæ contrahuntur, ſtatim ex his nuptiis legis opera fit legitimus, atque in poteſtatem patris redigitur. Quo de legitimandi modo fuit primo conſtitutio Conſtantini, ut in *L. 5.* C. de nat. lib., quæ renovata ibi à Zenone repetita fuit à Juſtiniano in L. 10. cod. tit. cum L. ſeq., & inſt. de nupt. § ult., atque in novellis. Per reſcriptum principis, fit legitimatio, ſi quis vulgo habens filios, neque adſit legitima proles, offerat preces Imperatori, dicens velle ſe naturales filios ſuos reſtituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, & legitimorum juri, ut ſub poteſtate ejus conſiſtant nihil a legitimis filiis differentes, quibus annuat reſcripto Imperator: Nov. 74. & 89. Negat enim Juſtinianus in d. Nov. 73 principio, quando ſola natura ſanciebat, hominis fuiſſe hanc differentiam naturalis, & legitimi: ſed antiquis parentibus antiquos filios, mox ut procedebant, fieri legitimos. Per nominationem in filium naturales legitimi fiunt, ſi, deficiente pariter prole legitima, ſcripſerit pater in teſtamento: velle ſe naturales ſuos filios legitimos eſſe ſibi ſucceſſores, filiique poſt mortem patris, adita hereditate ejus, ſuis precibus cum teſtamento Imperatori ſupplicaverint, iſque reſcripſerit. Quamquam enim hi filii redigi non poſſunt in poteſtatem defuncti jam patris: fingitur nihilominus in poteſtate eos fuiſſe, ſuoſque heredes patri; quocirca omnia eis adquiruntur, quæ ex patria morte juſtis filiis adquiri ſolent. Quos duos poſteriores efficiendæ patriæ poteſtatis modos Justiniano ſibi adſcribente, multo ante in uſu fuiſſe comperio ex d. L. 5. C. de nat. lib. in fin. Per oblationem curiæ. Sed antequam de ea dico, operæ pretium eſt, ut quid curia eſſet exponam. Eſt curia cœtus decurionum cujuſque civitatis ad ipſas civitatis res adminiſtrandas, regendaſque conſtitutus, ac veluti cujuſque civitatis Senatus, quos Majoranus in Nov. de Curial. *Minores Senatus* nominavit: *Curiales*, inquiens, *nervos eſſe Reipublicæ, ac viſcera civitatum nullus ignorat, quorum cœtum rectè appellatum Senatum minorem.* Maximus enim Senatus erat Romanus. Cum autem ob plurima curialium onera multi curialium, ſeu decurionum ordinem declinarent, curiarumque ita fieret ſolitudo: neque hujuſmodi filii naturales curiæ adſtricti erant, homines veluti peregrini, non tam viſum eſt cives legibus ad illum ordinem adigere, quam variis privilegiis invitare, inter quæ hoc fuit, ut curialium ordini naturalis datus, & in patris poteſtatem redigeretur, & ſuus heres fieret patri, quæ erant jura legitimi. Cujus privilegii author fuit Theodoſius in L. 3. C. de nat. lib., quod fuit poſtea confirmatum à Leone in L. 4. eod. tit.: demum à Juſtiniano in L. 9. eod. tit., & in Nov. 89. Hic autem hujus legitimationis ex illis omnibus Imperatoribus eſt modus: Si pater, ſive vivens, ſive teſtamento filios naturales offerat curiæ civitatis ejus, cujus ipſe eſt civis, vel cujus ſub ditione degit: aut ipſi naturales filii poſt obitum patris illi curiæ ſe offerant, dummodo hoc caſu deficiat legitima ſoboles, atque teſte populo, vel intervenientibus actis agatur, filii naturales legitimi fiunt.

Ex quibus omnibus legitimandi rationibus, unam video tempore Reipublicæ obſervatam, compoſitam quodammodo ex nuptiis, atque reſcripto: Si quis non juſtam uxorem habens ſupplicaviſſet eam ſibi habere licere, natoſque ſibi juſtos filios eſſe, ut de Campanis ex Livio retulimus cap. prox.

Adoptio duplex: Adoptio, & adrogatio. Prima imperio magiſtratuum, ideo eorum, apud quos plena legis actio eſt, ut Conſulis, Prætoris, Præſidis, Proconſulis, & hujuſmodi L. 4. D. de adopt. L. 1. C. eod. Altera populi authoritate, cui ſucceſſit Imperatoria. Magiſtratuum imperio adoptamus eos, eaſve, qui, quæve in parentum poteſtate ſunt, ſive primum gradum liberorum obtinent, qualis eſt filius, filia; ſive *inferiorem*, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis. Poteſt enim non tam pater, quam avus, proavus, & deinceps prolem ſuam in adoptionem dare, quamquam eam habet in poteſtate ſua. Sed & quis non tam in filium, quem adoptare poteſt, quam etiam in nepotem, & in pronepotem, ac deinceps, ſive quaſi ex filiis, quos habeat in poteſtate, *dum ii quoque authores fiant, ne eis invitis ſuus heres adgnaſcatur, ſive quaſi ex liberis, quos non habent.* Juſt. inſt. tit de adopt. Licet mihi hæc nepotum ex imaginariis filiis adoptio, pace Juriſconſultorum dixerim, inutilis prorſus videatur, cum nepos ſublato patre in patris ſui locum, primumque gradum ſuccedat, ſuitaſque gradum non patiatur: *L. 1. D.* de ſuis, & leg. her. L. Gallus 29. D. de lib. & poſth. *Si nepos autem ex filio, eo non authore, adoptatur, valet quidem adoptio, is verò poſt mortem avi adoptivo patri non adgnaſcitur, cum in ejus poteſtatem non cadat.* Solemnitas hujus adoptionis erat: certæ imaginariæ venditiones inter patrem naturalem & eum, qui adoptabat cum certis manumiſſionibus. Lex erat Romæ, ne filius à patre liber fieret, niſi tertia venditione; nec præter venditionem filius unquam è patria poteſtate eximebatur: SI PATER FILIUM TER VENUNDUIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO. Quamvis enim patri poteſtas eſſet filium venumdandi, qui in dominium emptoris tranſibat: tamen ſi dominus eum filium manumittebat, ſub patris ſui poteſtatem recidebat. Tertia igitur venditione ad extinctionem patriæ poteſtatis opus erat, ut alia poteſtas patria ſubrogaretur. Hinc tres venditiones, & duæ intermediæ manumiſſiones in adoptionibus, poſt quas magiſtratus authoritas, qua nova patria poteſtas legis vice inducebatur. Venditio autem per nexum fiebat, qui nexus erat quodcumque per æs & libram gerebatur. Sic apud Feſtum: *Nexum eſt, ut Ælius Gallus, quodcumque per æs, & libram geritur, idque necti dicitur; quo in genere ſunt hæc: teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio.* Adoptio autem ad nexi dationem pertinebat. Ita autem per æs & libram res celebrabatur. Duo contrahentes coram quinque teſtibus, & libripende omnibus civibus Romanis puberibus, alter rem, alter æs promebat. Inde venditor rem emptori offerebat, qui eam raptam ſibi adſerebat: NUNC EGO HOMINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AJO, ISQUE MIHI EMPTUS ESTO HOC AERE, AENEAQUE LIBRA. Poſt æs in libram projiciebat, quod libripens ponderabat, atque inde ab emptore venditori tradebatur. Quæ neaus ſolemnitas mancipatio vocabatur, fortè quod plenum dominium in rebus mancipi, de quibus alio loco, velut manu transferebatur. Ea igitur in adoptionibus, ut etiam in teſtamenti factionibus per quamdam ſpeciem, ideſt, per imaginariam venditionem, gerebatur: atque inde mancipationes imaginariæ venditiones cœptæ ſunt nominari, & in rebus mancipi etiam fortè uſurpari; hoc eſt, inito prius ex jure gentium contractu ad mancipationes pro forma venire. Reliquis enim, quæ diximus, obſervatis, æs quodcumque, ideſt, quilibet parvus nummus pro forma adhibebatur, quo libram emptor feriebat, iodeque venditori dabat. Unde apud Varronem lib. 4. de ling. lat.: *in mancupiis*, ideſt in mancipationum formulis, *rauduſculo libram ferito*, & apud Feſtum: *rauduſculo libram ferito, eſſe tangito libram.* *Rauduſculo* pro antiquiſſimo more: Nam priſcis temporibus ſignato æra non utebantur Romani, ſed eo infecto, libratoque, quod *rodus*, ſeu *raudus* prout omnia infecta rudiaque, neve perpolita appellabant, & inde *ruduſculum*, ſeu *rauduſculum* æris paullum. Feſtus. *Raudus*, *ſeu rodus ſignificat rem rudem, vel imperfectam; nam ſaxum quoque raudus appellant poëtæ, ut Ætius Menelippo*: Conſtitit, cognovit, *ſenſit, tonitret ſeſe in locum celſum: hinc manibus rapera rodus ſaxeum grandem, & gravem: & in Chriſippo: nec quiſquam è telis vacuus, ſed uti cuiquam obviam fuerat ferrum, & alius ſaxeum rodum. Vulgus quidem in uſu habent, non modo*

A pro ære imperfecto, ut Lucilius cum ait: plumbi paxillum rodus linamæ texaat; ſed etiam pro ſignato, cum dicitur in mancipando: raudusculo libram ferito, aſſe tangito libram. Cincius de verbis priſcis ſic ait: quemadmodum omnis ferè materia non deformata rudis appellatur, ſic veſtimentum rude non perpolitum, ſic æs infectum rudusculum. Apud ædem Apollinis æs conflatum jacuit, id rudus appellabatur. Plin lib 33. cap. 3. Populus Romanus ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum Regem devictum uſus eſt. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur aſſis. Quare æris gravis pœna dicta. Et adhuc expenſa in rationibus dicuntur, item dependia, & dependere. Quin etiam militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores libripendes dicuntur. Qua conſuetudine in his emptionibus, quæ mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Servius Rex primus ſignavit æs. B Antea rudi uſos Romæ Romeus tradit. Signata eſt nota pecudum, unde etiam pecunia appellata. Maximus cenſus CX. aſſium fuit illo Rege, & ideo hæc prima claſſis. Argentum ſignatum eſt A. U. C. CCCCLXXXV. Q. Fabio COSS. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro X libris æris, quinarius pro quinque, ſeſtertium pro dupondio ac ſemiſſe. Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impenſis Reſpublica non ſufficeret, conſtitutumque, ut aſſes ſextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucri, diſſolutumque æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera Roſtrum navis: in triente verò, & quadrante rates. Quadrans antea truncis vocatus à III unciis. Poſtea Annibale urgente Q. Fabio Maximo Dictatore aſſes unciales facti. Placuitque denarium XVI. aſſibus permutari, quinarium octonis: ſeſtertium quaternis. C Ita reſp. dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro X. aſſibus datus. Notæ argenti fuere bigæ, atque quadrigæ, & inde bigati, quadrigatique dicti. Mox lege Papyriana ſemiunciales facti. Livius Druſus in tribunatu plebis octavam partem æris argento miſcuit. Qui nunc victoriatus appellatur: lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus victoria, & inde nomen. Aureus nummus poſt an. LXII. percuſſus eſt, quàm argenteus, ita ut ſcrupulum valeret ſeſtertiis vicenis, quod efficit in libras, ratione ſeſtertii qui tunc erant, ſeſtertios nongentos. Poſt hæc placuit XL. millia ſigna ex auri libris: paulatimque principes imminuere pondus; minutiſſimus verò ad XLV. millia. Viſum eſt enim huic propoſito nummi hiſtoriam adnectere. D Cum igitur ære raudo in mancipationibus uterentur, idem nomen etiam poſt manſit, quamvis æs ſignatum adhiberent. Raudusculum verò, quia in imaginariæ parvo ære, ſeu nummo per ſpeciem utebantur. Et patent quæ de mancipationibus diximus ex Varrone, & Feſto: nec non ex Juſtiniano Inſt. de teſt. ord.: *tertium genus teſtamentorum dicebatur per æs, & libram, ſcilicet quia per mancipationem, id eſt imaginariam quamdam venditionem agebatur quinque teſtibus præſentibus, & libripende civibus Romanis puberibus præſentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur*. Item ex Cajo pr. inſt. lib: *Eſt autem mancipatio imaginaria quædam venditio. Eaque res agitur adhibitis non minus quam quinque teſtibus civibus Romanis puberibus, & præterea alio ejuſdem conditionis, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens* E *ita dicit: hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo, iſque mihi emptus eſto hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi pretii loco*. His ſolemnitatibus tres mancipationes cum duabus manumiſſionibus in adoptiones fiebant, ut poſt Cajum hæc allegatum narrat Juſtinianus in L. ult. C. de adopt. Poſt quas tres mancipationes cum filius nequiret ſub patris naturalis poteſtatem reverti, Prætor eum adoptanti addicebat, qui in ſuam familiam, ſuam poteſtatem, ſacra quoque, juraque, atque dignitates eum inferebat, & ita is, & filius, & ſuus adoptivo patri fiebat. Quæ autem de tertia mancipatione diximus obtinebant cum filius in adoptionem dabatur: nepos, pronepos, & deinceps una mancipatione adoptabantur, ut docet Juſtinianus in d. L. ult. C. de adopt. Quod ego intelligo, dum pater ejus eum gradu præcederet, non ſi nepos in patris locum ſucceſſiſſet juxta ea, quæ ſupra animadvertimus. Correxit autem hæc omnia Juſtinianus. Nam in primis conſtituit, ne quis ita adoptatus a patris naturalis poteſtate exiret, neu in adoptantis tranſiret, niſi alicui ex parentibus, ſeu paternis, ut ſi pater emancipatus filium ſuum daret patri ſuo, avove, aut deinceps in adoptionem; ſeu maternis, ut ſi quis filium daret avo, proavo materno, aut deinceps in adoptionem. Et ſumma quidem fuit motus Juſtinianus ratione: nam cum mancipationibus ſolverentur ſuitatis jura, multæ filio fraudes evenire poterant, quæ inter prudentes juris maximas agitaverant quæſtiones, ut in ipſa Juſtiniani conſtitutione. Poſt ſuſtulit mancipationum, & manumiſſionum circuitus. Quas conſtitutiones cum magnam faciant ad materiam plenè cognoſcendam; neque enim inutile videri debet, ſi ita rem illuſtro, hic adnectemus.

Cum in adoptivis filiis qui filiifamilias conſtituti, à patribus naturalibus aliis in adoptionem dantur, antiqua ſapientiæ incidit quædam dubitatio, ſi oporteret talem filium, qui præteritus à naturali patre fuerat, habere contra ejus teſtamentum de inofficioſo actionem: (quam Papinianus quidem negat, Paulus autem ſine effectu derelinquit, Martianus verò diſtinguit, ne ex hac cauſa utriuſque patris perderet ſucceſſionem, naturalis quidem voluntate ejus circumventus, adoptivi propter egeſtatem, quam fortè habebat) & iterum aliud vitium erat exortum (ſi enim poſt patris naturalis obitum pater adoptivus per emancipationis modum jus adoptionis diſſolviſſet, nulla ſpes ei remanebat: neque enim contra patris naturalis voluntatem, quia mortis ejus tempore in aliena fuerat familia conſtitutus: neque contra adoptivum patrem, quia per emancipationem ejus familia exemptus eſt) ideo talem dubitationem reſecantes, & tale vitium corrigentes, ſancimus, per adoptionem quidem ad extraneam perſonam factam, jura naturalis patris minime diſſolvi, ſed ita eum permanere, quaſi non fuiſſet in alienam familiam translatus. Cum enim tanta fragilitas eſt adoptionis, ut poſſit in ipſo die, & filius fieri, & extraneus per emancipationem inveniri: quis patiatur jura patris naturalis nexu divino copulata, ludibrio defraudari? cum in hoc caſu & introducendi filio ex jure veteri deſit luctuoſa, & invitus tranſire ad aliam non cogitur familiam.

Omnia igitur (ſecundum quod jam diſpoſuimus) cum ad extraneum patrem filius per adoptionem transfertur, maneant integra jura, ſive ad inofficioſi querelam, ſive ad alias omnes ſucceſſiones, ſive ab inteſtato, ſive ex teſtamento, quæ liberis deferuntur: ut ipſe poſſit & prodeſſe patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Si verò pater naturalis avo materno filii ſui, vel ſi ipſe fuerit emancipatus, etiam avo paterno, vel proavo ſimili modo paterno vel materno filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia in unam perſonam concurrunt & naturalia & adoptionis jura, maneat ſtabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo conſtrictum: & ad eum ſolum reſpiciat filius, quem & natura aggregavit, & lex per adoptionem aſſignavit: & Papiniani ſententia in hac ſpecie procedat, & ad eum tantummodo filius adoptivus ſpem totam extendat, & non patris naturalis ſucceſſionem moleſtare concedatur, ſed avita & proavita tantummodo reverentia protegatur: atque adquirat, quæ poſſunt adquiri, & prodeſſe: & ei ſolus pater intelligatur, quem lex fecit, & natura non dereliquit. Neque enim Martiani diſtinctioni locum eſſe in hoc caſu invenimus, ubi nullius circumventionis ſuſpicio poteſt aliquam ſibi vindicare licentiam, avita & proavita affectione hæc omnia reſecante: ſed hæc omnia manere integra, niſi avus & proavus emancipatum fecerint filium adoptivum. Tum etenim neceſſe eſt iterum ad patrem naturalem eum reverti, cum emancipationis interventu adoptio in quacunque perſona facta diſſolvitur.

Sed ne articulum adoptionis in extraneam perſonam factæ, ſine lege relinquamus: licentiam damus

tali adoptivo patri, ideſt extraneo, ſi voluerit, nihil ei teſtamento ſuo relinquere: ſed quidquid ei reliquerit, hoc liberalitatis ſit, & non legitimo vinculo adſtrictum. Cum enim per omnia naturæ ſuæ filium aggregaverimus: manifeſtiſſimum eſt, quòd & adquiſitiones omnium rerum, quæ ad filiumfamilias pervenerint ſecundum leges noſtras, non adoptivo extraneo patri, ſed naturali uſque ad modum uſusfructus perveniant: & permaneant in ſacris patris naturalis, quaſi imaginaria quadam & nova affectione ei adquiſita, non priſtinæ cognationis diminutione introducta. Sed ſi quidem remaneat in tali adoptione, nulla interveniente emancipatione: in hoc tantummodo prodeſſe ei volumus adoptionem, ut non ſucceſſione ab inteſtato patris extranei adoptivi defraudetur, ſed habeat acceſſionem fortunæ ex patris naturalis ſibi voluntate adquiſitam. Neque enim ex veteri jure cognationis nexus naturalis patris per adoptionem filio diſſolvebatur, ſed accedebant jura adoptiva, certis reliquiis ex jure naturali remanentibus: & qui legitimus erat familiæ adoptivæ, is naturali fuerat cognatus. Quis enim materna jura poſſet abolere, cum videbatur & ex antiquo jure patrem quidem habere adoptivum, matrem autem eam, quam natura cognoſcit? Et ideo ſancimus, etſi habeat hujuſmodi filius jura integra naturæ: attamen ſi inteſtatus pater extraneus adoptivus deceſſerit, habere eum etiam ſui heredis jus ad ejus tantummodo ſucceſſionem: ut non etiam legitima jura ad familiam extranei patris adoptivi habeat, nec ipſa ad eum communionem aliquam habeat, ſed quaſi extraneus ita ad illam familiam inveniatur.

Sin autem per emancipationem jura adoptiva fuerint diſſoluta: tunc nullus ei penitus regreſſus ad adoptivum extraneum patrem, & ſi moriatur inteſtatus, relinquatur: ſed maneat tantummodo patrem naturalem cognoſcens, tanquam non fuiſſet ab initio in adoptionem translatus.

Quæ autem de aliis adoptivis diximus, hæc ſancimus etiam de iis, qui ex Sabiniano Senatuſconſulto ex tribus maribus fuerant ab extraneo adoptati: nulla penitus differentia inter alios adoptivos, & eos introducenda.

Quæ in filio diximus in adoptionem à patre dato, hæc & in filia, & in nepote, & nepte, & deinceps perſonis utriuſque ſexus in ſacris patris conſtitutis extendimus: ſi tamen tempore mortis avi ſui parentes eos vel eas non antecedant. Si enim patres eos antecedant, (ubi nec imponitur neceſſitas avo aliquid nepoti vel nepti relinquere) maneant omnia jura adoptiva ei intacta. Hæc enim omnis ſanctio de filio & filia, de nepote & nepte, & deinceps perſonis in ſacris conſtitutis introducta eſt, ubi dubitabatur quid ſtatuendum eſſet, quaſi duobus patribus ei, uno ex natura, & altero ex lege, impoſitis.

Ubi autem homo ſui juris conſtitutus, per arrogationem ex anguſta liberalitate ſeſe dederit in adoptionem: tunc omnia jura patris adoptivi habeat intacta; cum enim nullum inter patres inducitur diſcrimen: ſit ſuus heres adoptivus patri arrogatori, & familiæ ejus aggregetur: & omnia quæ ad filium arrogatum veteres legumlatores introduxerunt, intacta illibataque in eorum perſonis reſerventur.

Conſervatis igitur naturæ principiis noluit Juſtinianus legitima jura filiis in adoptionem datis eſſe detrimento: Suitate eis in patres naturales, iſtorumque juribus in filios non abrogatis, niſi naturalibus avis fuiſſent filii in adoptionem dati: filios verò ab inteſtato quidem patri adoptivo voluit ſuos eſſe, non in everſionem teſtamenti, ſi quod is condidiſſet. Quod autem de Sabiniano S. C. dicit, id fuit, ut ſi quis ex tribus, quos generaſſet maribus, quem in adoptionem alicui dediſſet, pater adoptivus quartam bonorum ſuorum partem ei filio relinquere teneretur exemplo arrogatorum, de quibus infra, hocque in præmium patris, qui tres mares ex nuptiis Reipublicæ generaſſet: §. ſed ea inſt. de her. quæ ab int. def., cui S. C. derogavit Juſtinianus, ut derogavit ei quoque in illa alia parte, qua ſi pater maximo Senatui, hoc eſt Romano, unum ex tribus maribus dediſſet, liber ea eo S. C. fieret a Curiali conditione L. ult. C. de decur. lib. 10. Conſtitutio autem, quæ ſuſtulit adoptionum ſolemnitates, hæc eſt:

Veteres circuitus in adoptionibus, quæ per tres emancipationes, & duas manumiſſiones in filiis, aut per unam emancipationem in cæteris liberis fieri ſolebant, corrigentes, ſive tollentes: conſemus licere parenti qui liberos in poteſtate ſua conſtitutos in adoptionem dare deſiderat, ſine vetere obſervatione emancipationum, & manumiſſionum, hoc ipſum actis intervenientibus apud competentem judicem manifeſtare, præſente eo, qui adoptatur, & non contradicente, necnon eo, qui eum adoptat.

Unam tamen difficultatem contra Juſtinianum propono, quod adoptio antiquo jure patriam poteſtatem in naturali patre omnino diſſolveret. Mero jure negari non poteſt: niſi contrarium invenio. Maximus patriæ poteſtatis effectus fuit jus vitæ necisque in liberis, quod tamen non ferino more, ſed inſtar judiciorum, cauſæ cognitis exercebatur, ut infra demonſtrabimus. Hac itaque poteſtate in filium T. Manlii Torquati, qui à Legatis Macedonum apud Senatum de pecuniis in ea provincia, cum Prætor eſſet, acceptis accuſabatur, non D. Silanus, cui in adoptionem datus ille fuerat, uſus eſt, ſed Manlius, qui à P. C. eum petiit, illamque cauſam ad ſe evocavit, cognitionemque ſuſcepit, atque ſententiam protulit, qua Silanus perculſus proxima nocte ſe ſuſpendio conſumpſit. Qua de re Cic. de fin. lib. 1. Liv. lib. 54. Valer. lib. 5. cap. 8. Arbitror propterea D. Silano patri adoptivo prius jus fuiſſe de querelis Macedonum inſpiciendis, eo negligente ad patrem naturalem jus revertiſſe: quemadmodum de adulterio prius marito, poſtea patri datur accuſatio: L. 2. D. ad L. Jul. de adult.

Adrogationis ſolemnitates tempore Reipublicæ hæ fuerunt: ſi quis aliquem ſui juris ſibi in filium adoptare volebat, primo cum eo agebat, an id ſibi placeret, ipſeque author fieri vellet; nam quamquam & in adoptione, quam egimus ſupra, id quoque requirebatur, ut adoptandus conſentiret, ne fieret filius invitus alieni; ſufficiebat tamen eum patri ſuo id volenti non contradicere, ut ait Celſus in L. 5. D. eod. In adrogatione expreſſa voluntate opus erat L. 2. eod. tit. Poſt conventionem inter ipſos adrogaturus ferebat rem ad pontifices, ut patet apud Cic. pro dom. ſua: *nego iſtam adoptionem pontificio jure eſſe factam.* Et apud Cornel. Tac. hiſt. lib. 1.: *ſi te privatus lege Curiata apud pontifices, ut moris eſt, adoptarem.* Pontifices cauſas adrogationis examinabant, quas infra referemus. His peractis calatis comitiis populus rogabatur, qui lege curiata author fiebat, ut is, qui ſui juris prius erat, ſub adrogantis poteſtatem pertranſiret. In adoptione enim tanta ſolemnitas non requirebatur, cum facilis ſit de una in aliam poteſtatem trajectio, primo patre dante, magiſtratu, cui plena actio eſſet, confirmante. Sed liberum, ſuique juris alieno juri ſubjicere, atque nectere quæ jure ſoluta ſunt, quis, niſi ſumma poteſtas poteſt? Lege itaque maxima opus erat, ideſt curiata, quæ prima fuerat apud Romanos, quæque ſola imperia mandabat, ut etiam lex militaris a Dione lib. 37. nuncupatur. Hinc & trinum nundinum, & auſpicia, & cetera, quæ ad tales leges pertinebant, ſervabantur. Galba tamen apud frequentem militum concionem Imperatoria brevitate more D. Auguſti, & exemplo militari, quo vix virum legeret, Piſonem adoptavit: Corn. Tacit. hiſt. lib. 1. Quod autem innuit Gellius veſtigium tantum, non pupillum, neque mulierem, quæ in parentis poteſtate non eſt, ut optimè negationem addit Cujac. in C tit. de adopt. adrogari poſſe, licet antiquitus id vetitum eſſet, ſuo tamen tempore an obtinuerit etiam a-gun etiam dubitari poteſt. Conſtat enim in L. 8. D. de inoff. teſt. Antoninum Pium Conſtitutionem ediſſe de pupillis adrogandis, quod poſtea & de fœminis obtinuit, tutoribus, curatoribusve, iiſque qui ſanguine junguntur intervenientibus L. 2. C. de adopt. ſed curatoris neceſſitatem D. Claudius abrogavit L. 8 D. eod. Pium autem inter nonum, & decimum Urbis ſeculum imperaſſe æque conſtans eſt. Gellium vixiſſe milleſimo ferme Urbis anno ipſe docet lib. 20. cap. 1. Latuiſſe

fuiſſe igitur Gellium literarum diligentiſſi- A
mum, juris quoque non incurioſum, Juris
prudentes frequentantem, Conſtitutionem
D. Pii, dicere non auſim. Sed ante eum
Conſtitutionem illam latam fuiſſe, ejus cal-
culis evinci neceſſe eſt.

Mutatum igitur à Pio, ut & non veſticeps,
poſt verò, ut & fœminæ poſſent adrogari,
quod ante non permittebatur, quia cum in
adoptionibus, & dantis in adoptionem, &
adoptantis, & adoptandi neceſſaria eſſet præ-
ſentia: L. 24. & 25. D. eod., nulla erat cum
pupillis, fœminiſque comitiorum, commu-
nio. Addidit Pius cavere debere eum, qui
impuberem adroget, ſe, cum ad ſolutionem
patrii juris ventum fuerit, reſtituturum ea,
quæ ex bonis ejus in eum venerint, illis, ad
quos res perventura eſſet, ſi adrogatus per-
manſiſſet in ſuo ſtatu, & præterea quartam
partem bonorum ſuorum L. 18. & 22 D eod. B
Mutatum etiam fuit, ne adrogatio comitiis
celebraretur, ſed Imperatoria authoritate,
cujus rei primus in legibus, quas habemus
mentionem facit Diocletianus in L. 2. eod
tit.: *adrogatio indulgentia principis facta, per-
inde valet apud Prætorem, vel Præſidem inti-
mata, acſi per populum jure antiquo facta eſſet*.
Itaque ceſſatum eſt agi cum populo, ſed om-
nes reſcripto principis celebratæ adrogatio-
nes. Et ita ut Juſtinianus, qui Triboniano
authore omnia antiquæ libertatis Romanæ
veſtigia ſupprimere conabatur, adoptionem
diviſerit in eam, quæ principali reſcripto,
& eam, quæ imperio magiſtratuum. Et tan-
tum jus ſibi Imperatores hac in re, quem-
admodum in ceteris omnibus, adſciverunt,
ut etiam ſi jure facta quælibet adoptio non
eſſet, eorum reſcripto confirmaretur, hoc C
dictante Marcello in L. 39. D. eod.

Teſtamento etiam poteſt adrogatio fieri, ſi quis
aliquem in eo in filium adoptare ſcripſerit,
quem heredem inſtituat, Cæſar Octavium in
filium teſtamento adoptavit, & heredem
ſcripſit. Quam adrogationem tertium genus
adoptionis tradunt Petr. Greg. Tholoſ. Syn-
tagm. jur. lib. 10. cap. 6. num. 15., aliique.
At ipſe cum Cujacio obſ. lib. 7. cap. 7. eam
non diſtinguo ab adrogatione, quæ fit lege
curiata, aut principis reſcripto. Siquidem
teſtamento adoptatus ſine lege curiata, vel
Imperatoria authoritate non tranſit in fami-
liam, ſuitatemque teſtatoris, fit quidem he-
res, nunquam tamen filius etiamſi nomen,
inſigniaque familiæ ſuſcipiat, propter ea,
quæ conſideravimus ſupra. Igitur Octavio
opus fuit lege curiata, quam M. Antonius
multis modis quantum potuit interpellavit. D
Ante Octavium Craſſus Liciniæ filius Craſſi
teſtamento adoptatus fuit: Cic. de Clar. Orat.
Et T. Pomponius Atticus teſtamento adopta-
tus fuit à Q. Cæcilio ejus avunculo: Corn.
Nep. Tiberium quoque à Marco Gallio Sena-
tore adoptatum teſtamento fuiſſe narrat Sve-
tonius.

Fœminæ adoptare prohibentur, quia filios ſub
poteſtate non habent. Indulgentia principis
conceſſum eſt, ut adoptare poſſint in ſola-
tium filiorum amiſſorum: non tamen ado-
ptatos redigunt in ſuam poteſtatem, ſed ejuſ-
dem juris ſunt atque ii, qui ex juſtis nuptiis
procreati ſunt. L. 5. C. de adopt.

Adoptio non minuit dignitatem, ſed ſi apta
eſt, auget. Itaque plebejus è patricio adopta-
tus patricius fit. Senator adoptatus a plebejo
manet Senator L. 35. D. eod. Quod non mihi E
videtur de retinendo patricio ordine tempo-
re Reipublicæ obtinuiſſe, non ſolum ex iis,
quæ diſputat Cicero in Clodium in Orat. pro
dom., verum etiam propter ea, quæ de Pa-
piriis agit idem Cicero in fam. lib. 9. ep. 21,
quos prius patricios minorum gentium fuiſſe
narrat, poſt plebejos, atque illum Papirium
Pætum cum ſua gente hortatur ad patricios
reverti.

Cauſæ adoptionis, quæ in cognitione Pontifi-
cum, Principis, Magiſtratuum verſabantur
hæ fuerunt: an adoptans poſſet natura gene-
rare: nam ſi natura generare non poteſt,
ut Caſtrati, adoptare prohibentur: ſi gene-
rare poteſt natura, quamvis id ei non ſuc-
cedat propter morbum, aut valetudinem,
poteſt adoptare. Ita enim ex L. 15. & 16. D.
de adopt., atque ex L. 6. & 9. D. de lib. &
pot. diſtinguendi ſunt a caſtratis ſpadones,
de quibus Juſtinianus in §. ſed & illud inſt.
de adopt., & latè Alciat. in L. Spadones 128.
D. de verb. ſignif. Item ſi generationi omni-
no ſit aptus, cur nova prole civitati non
ſtudeat potius, quam aliena ſobole familiam
ſuam induere? Quid autem ſi liberos jam
habeat, cur ei alios adoptare permittetur in
læſionem juſtorum liberorum, vel eorum,
quos ante adoptaverit? Ea propter, niſi ex
juſta cauſa, nemini permittitur plures adro-
gare. Præterea, ut major ſit, qui adoptat
plena ſaltem pubertate, ideſt decem & octo
annis.

In adrogatione plus cognitionis impenditur,
quia in adrogantis familiam non ſolum tranſ-
it adrogatus, ſed etiam ejus liberi, bona,
juraque. Quocirca an ſine fraude, æquoque,
honeſtoque animo fiat maximè examinandum.
De utriuſque proinde conditione inquiritur,
atque de facultatibus, quod maximè perti-
net ad pupillorum adrogationem, ne ejus
ſubſtantiæ occupandæ cauſa affectetur adoptio.
Item in pupillis quæritur, ne finiendæ tute-
læ cauſa, vel extinguendæ ſubſtitutionis fa-
ctæ à parente tutor eos det in adoptionem.
Inquiritur quoque ne fortè turpis cauſa adro-
gandi ſubſit. Et inde de vita, & moribus
ejus quæritur, qui velit pupillum, aut fœ-
minam redigere in familiam ſuam. Prohi-
betur etiam tutor, aut curator proprium
adrogare pupillum, aut minorem, ne à red-
dendis rationibus ii hac via ſe ſubtrahant.
In ſumma niſi pateat ſalubrem adoptionem
pupillo futuram, adoptio permittenda non
eſt. Propterea iis dumtaxat pupillorum ad-
rogatio permittenda eſt, qui vel naturali co-
gnatione, vel ſanctiſſima affectione ducti ado-
ptarent. Interdum tamen & ditior per-
mittetur adoptari à pauperiore, ſi vitæ ejus
ſobrietas clara ſit, vel affectio honeſta, nec
incognita. Quæ omnia habentur partim ex
Cic. pro dom., partim in tit. jur. de adopt.

Patriæ poteſtatis effectus præter eos, quos enun-
ciavimus ſupra, juris vitæ, necis, venun-
dandique, fuit quoque ſuitas, ideſt neceſſitas
filii ſuccedendi in patris hereditatem vellet,
nollet; Juſtin. inſt. de her. qual. & diff. Hoc
autem, ne fortè patris obligationes everte-
rentur, vel nomen ejus in bonorum vendi-
tione ex edicto diſſolvendi æris alieni cauſa
voce præconis laceraretur, qua de re apud
Cic. pro P. Quinct. Filio tamen quoque hoc
ſuitas proderat, quod etiamſi pater in teſta-
mento filium præteriſſet, ſublato teſtamen-
to, nihilominus heres erat, niſi expreſſe ex-
heredatus fuiſſet. Ait enim Paulus in L. 11.
D. de lib. & poſt. *In ſuis heredibus evidentius
apparet continuationem dominii eo rem perducere,
ut nulla videatur hereditas fuiſſe, quaſi olim hi
domini eſſent, qui etiam vivo patre quodammodo
domini exiſtimantur. Unde etiam filiusfamilias
appellatur, ſicut paterfamilias, ſola nota hac ad-
jecta, per quam diſtinguitur genitor ab eo, qui
genitus ſit. Itaque poſt mortem patris non here-
ditatem percipere videntur, ſed magis liberam
bonorum adminiſtrationem conſequuntur. Hac ex
cauſa licet non ſint heredes inſtituti, domini ſunt.
Nec obſtat, quod licet eos exheredare, quos oc-
cidere licebat*. D. etiam Paulus ad Rom. c. 8.: *ſi
filii & heredes*.

Alius affectus fuit dare filiis teſtamento tutores,
quo de cap. ſeq.

Item ut quicquid adquirit filius adquiratur patri:
Inſt. per quas perſon. nob. adq. § 1.: nuptias
invalidas ſine patris conſenſu: L. 11. D. de rit.
nupt. quod filiusfam. in judicio eſſe non poſ-
ſit ſine patris authoritate L. 9. D. de obl. &
act. L. ult. §. 1. C. de bon. quæ lib. filiusfam.
teſtari non poſſe neque conſentiente patre,
mortis cauſa donare tantum poſſe ſi pater
conſentiat, L. 25. D. de mort. cauſ. donat.:
Voto ſe obligare non poſſe ſine conſenſu pa-
tris L. 2. D. de pollic. Impuberibus tamen
filiis poteſt pater facere teſtamentum, quod
valebit, ſi filii moriantur impuberes, quæ
vocatur ſubſtitutio pupillaris moribus, non
legibus introducta. Ulpianus in L. 1. D. de
vulg., & pupill. ſubſt. *Moribus introductum
eſt*,

eſt, ne quis liberis impuberibus, ſi ſint in poteſtate, teſtamentum facere poſſit, donec maſculi ad XIV. annos perveniant, fœminæ ad XII. A

Nonnulli tamen poſt ſunt hujus patriæ poteſtatis effectus correcti. Jus vitæ necis ſublatum, quod tamen in minores triennio nunquam conceſſum fuiſſe tradit Dionyſius: *Primum Romulum ejus ſolvens neceſſitatem impoſuit educandi omnem virilem prolem, & è filiabus eas, quæ primogenitæ eſſent, & vetuit ne ullum ſatum triennio minorem necarent, niſi ſi quis infans mutilus, aut prodigioſus ſtatim in ipſo partu editus fuiſſet: nam non vetuit iſtiuſmodi monſtroſos partus à parentibus exponi, dum eos prius oſtenderent quinque vicinis proximis, ſi & ipſi id comprobarent.* Sed antequam de abrogatione juris hujus dico, nonnihil de uſu ejus dicere operæ pretium exiſtimo. Jus patrium ita deſcribit Dionyſius: *Romanorum legiſlator omnem, ut ita dicam, poteſtatem in filium patri conceſſit: idque toto vitæ tempore, ſive eum in carcerem conjicere, ſive flagris cædere, ſive vinctum ad ruſticum opus detinere, ſive occidere vellet: licet filius jam Rempublicam adminiſtraret, & inter ſummos magiſtratus cenſeretur, & propter ſuum ſtudium in Rempublicam laudaretur. Certe ex hac lege viri illuſtres conciones pro roſtris habentes, Senatui quidem adverſarias, plebi verò gratas, & propterea valde celebres, è ſuggeſto detracti à patribus abducti fuerunt, pœnas eorum arbitratu daturi: quos, cum per medium forum abducerentur, nullus eorum qui aderant poterant eripere, non conſul, non tribunus plebis, non ipſa turba, cui illi aſſentiebantur, licet aliam omnem poteſtatem ſua minorem exiſtimarent.* Iſtud tamen jus ſine modo, & ratione non uſurpabatur, neque permittebatur. Nam L. Manlio Imperioſo Dictatorio homini A. U. C. CCCLXXXXI. COSS. Q. Servilio Ahala, L. Genucio II. crimini datum apud populum, quod filium juvenem nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congreſſu æqualium prohibitum, in opus ſervile, vitaque agreſti, & ruſtico cultu inter pecudes habendo, propeſu carcerem, atque in ergaſtulum dediſſet. Liv. lib. 7. Divus autem Trajanus filium, quem pater malè contra pietatem adficiebat, coegit emancipare, & eo poſtea defuncto, patri ut manumiſſori bonorum poſſeſſionem ſibi competere dicenti, conſilio Neratii Priſci, & Ariſtonis propter neceſſitatem ſolvendæ pietatis etiam denegavit L. 5. D. ſi a par. quis manum. ſit. Igitur jus patrium inſtar judiciorum exercebatur. Quemadmodum de Spurio Caſſio Conſulari viro, qui affectati regni a patre cognita domi cauſa, adhibito, ut addit Valerius lib. 5. cap. 8. propinquorum, & amicorum conſilio, damnatus, verberatus, & necatus fuit. Liv. lib. 2. Item attulimus ſupra exemplum T. Manlii Torquati; fuerat autem hic Manlius COS. cum Cn. Octavio A. U. C. DLXXXVIII., cujus hiſtoria hæc eſt. Filium is habebat, quem D. Silano in adoptionem dedit, & inde Junius Silanus fuit noncupatus. Is prætor in Macedoniam miſſus, acceptis pecuniis eam provinciam malè habuit. Finito magiſtratu legati Macedonum eum ad accuſandum apud Senatum Romam venerunt. Cumque ea de re graviter Senatus ſentiret, atque deliberaret, T. Manlius petiit, impetravitque a P. C., ne quid ante de ea re ſtatuerent, quam is Macedonum, filiique ſui cauſam inſpexiſſet. Cognitione inde ſuſcepta, domi conſidens per totum biduum rem ex utraque parte audivit, ac tertio pleniſſimè, diligentiſſimèque auditis reſtibus ita pronunciavit: *Cum Junium Silanum filium meum pecunias a ſociis accepiſſe mihi probatum ſit; ob eam rem talis non videtur is fuiſſe in imperio, quales ejus majores fuerunt; eaque propter, & Republica eum, & domo mea indignum judico, in conſpectumque meum venire veto.* Qua tam triſti patris ſententia perculſus filius, lucem ulterius intueri non ſuſtinuit, ſuſpendioque ſe proxima nocte conſumpſit. Aulus item Fulvius Senator filium in caſtra Catilinæ euntem, in ipſo crimine deprehenſum, atque ex itinere retractum, prætatus non ſe Catilinæ ſibi adverſus patriam, ſed patriæ adverſus Catilinam genuiſſe, interfici juſſit. Saluſt. in Catil. Valer. lib. 5. cap. 8. Quapropter D. Hadrianus fertur, cum in venatione filium ſuum quidam necaviſſet, qui novercam adulterabat, in inſulam eum deportaſſe, quod latronis magis more, quam patris jure eum interfeciſſet. L. 5. D. de L. Pomp. de parricid. Unde Ulp. in L. 2. D. ad L. Corn. de ſic. negat inauditum filium patrem occidere poſſe. B C D E

Sublatum igitur fuit hoc jus, conſtitutumque in L. un. C. de emend. prop. ut non amplius pater animadverteret, ſed conſervata ei levium erratorum emendatione privata, ſi quid atrocitas facti jus domeſticæ emendationis excedat, judicum notioni id relinquat. Quæ conſtitutio Valentiniani, & Valentis eſt. Sed multo ante id latum eſſe dicendum eſt, quoniam Ulp. in d. L. 2. D. ad L. Corn. de ſic. patri neceſſitatem imponit filium in atrocioribus apud præfectum, vel præſidem accuſandi. Item ex Alexandro docemus in L. 3. C. de patr. pot., ubi nimiam filii contumaciam per præſidem coërcendam eſſe jubet, dicturum tamen ſententiam, quam ipſe pater dictaſſet. Et jus vitæ necis in filios jam olim antiquatum fuiſſe teſtatur Conſtantinus in L. ult. C. de patr. pot. Qua ex lege notandum quoque, quod licet Romanis jus fuiſſet vitæ necis in filios, non tamen adimendæ libertatis. Qua ex re infertur ex venditionibus filiorum nunquam ingenuitati derogatum, quoties ii redempti, vel manumiſſi fuiſſent, & patet in L. 1. C. de patr., qui fil. diſtr. Item quod in filiis locum non habebat ſententia Modeſtini in L. 21. D. de St. hom., hoc eſt, quod homo liber, qui ſe venumdari paſſus ſit, manumiſſus non ad ſuum ſtatum revertitur, ſed efficitur libertinæ conditionis. Præterea abdicatio quoque filiorum apud Romanos uſurpata fuiſſe videtur, qua Manlium uſum vidimus in Junium Silanum filium ſuum. Erat autem abdicatio apud Græcos juris, ut apud Ariſt. eth. lib. 8. cap. 14., quæ neque venditio erat, aut manumiſſio, ſeu emancipatio, ſed negatio, aut repudiatio filii, cum pater propter improbos ejus mores eum filium ſuum negabat, & extorrem è ſe faciebat, de qua videndi Senec. lib. 3. controv. Alc. diſpunct. lib. 2. cap. 28. Cujac. in L. pen. C. de patr. pot. Sed nullius eſſe poterat apud Romanos effectus. Nam jure Romano filii quantumcumque abdicati, & ſui permanebant, & in patria poteſtate, & heredes neceſſarii, qui præteriti teſtamentum patris rumpebant. Unde Diocletianus, & Maximianus in L. 6. C. de patr. pot.: *Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos uſurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur.* Item in L. 9. eod. tit.: *Nec filium negare cuiquam eſſe liberum, Senatuſconſulta de partu agnoſcendo, ac denunciata pœna, item præjudicium edicto perpetuo propoſitum, & remedium alimentorum apud præſidem majori tremo patenti, nomine ejus monſtratum, jure manifeſto declarant.*

Jus liberos vendendi correctum quoque fuit, & ſub primis Imperatoribus. Nam Diocletianus in L. 1. C. de patr. qui fil. diſtrax. ita loquitur: *Liberos à parentibus, neque venditionis, neque donationis titulo, neque pignoris jure, aut alio quolibet modo, nec ſub prætextu ignorantiæ accipientis in alium transferri poſſe manifeſtiſſimi juris eſt.* Relictum ut extremam tantum ob egeſtatem liceat filios venumdare. Conſtantinus in L. 2. eod. tit.: *Si quis propter nimiam paupertatem, egeſtatemque, victus cauſa filium, filiamve ſanguinolentos vendiderit, venditione in hoc tantummodo caſu valente, emptor obtinendi ejus ſervitii habeat facultatem: liceat autem ipſi qui vendidit, vel qui alienatus eſt, aut cuilibet alii ad ingenuitatem eum propriam repetere; modo ſi, aut pretium afferat quod poteſt valere; aut mancipium pro hujuſmodi præſtet.*

Suitas pariter correctionem paſſa eſt in liberorum compendium. Nam quamvis jure civili ex XII tabb. ipſo jure & neceſſitate cogente ſint filii heredes patris: jus prætorium humanitate commotum beneficium eis dedit ab hereditate abſtinendi, qui abſtinuit ad aliunde ſine alia,

aut

aut ſolamnitate, aut teſtatione dicuntur, donec ſe non miſcuerint hereditati. Miſcere ſe autem hereditati eſt: *hereditatem adgnoſcere: quid amovere: quid pro herede gerere*. Ulp. in L. 12. D. de adq., vel omitt. her.

Exheredandi quoque poteſtas coercita, contra quam inofficioſi teſtamenti querela inventa eſt, quam non juris civilis fuiſſe arguitur ex Ulp. in L. 8. D. de bon. poſs. contr tab., ubi ait: *exheredatos jure civili teſtamenta parentum non turbare*. Ego ea quadam naturali æquitate in judiciis prævalente, & ex duobus Auguſti decretis eam derivo in libro meo de jure legum, prout præbet nobis Valerius Maximus lib. 7. cap. 7. narrantis M. Annæum in Suffenatis avunculi ſui familiam ſacraque adoptione datum, præteritum a M. Carſeolano naturali patre teſtamento, eo apud Centumviros propter arctiſſimum inter homines procreationis vinculum reſciſſo, contra Tullianum Pompeji Magni familiarem, ipſo quidem Pompejo ſignatore heredem ſcriptum, hereditatem judicio obtinuiſſe. Cajum verò Tettium, Trachalaſque, illum infantem a patre exheredatum, hos à Septicia matre præteritos, ſingulis D. Auguſti decretis in bona paterna, maternaque ire juſſos. Ex his principiis duco inofficioſi querelam, non ut Græci ajunt, excogitatam à populo, & confirmatam per conſtitutiones, neque ut autumat Cujacius obſ. lib. 2. cap. 21., quem ſequi videtur Gravina de leg. & S. C. § ſin. ex L. Glicia, quam Titiam interpretatur Pitiſcus. Legem autem Gliciam non impugno, Titiam non probo, quam ad alia latam cenſeo, tametſi Cajus in L. 4. D. de inoff. teſt. ad eam ejus querelæ tractationem per aliquam, & plures quidem eſſe poterant, agat occaſionem. Opinio autem mea confirmatur ipſorum Juriſconſultorum traditionibus, qui innuunt in nulla eam legum certa definitione verſatam: ut Ulp. in L. 1.: *tam parentibus, quam liberis de inofficioſo licet diſputare: qui ſunt ultra fratrem melius facerent, ſi ſe ſumptibus inaniter non vexarent*: ut Marcelli in L. 5. *nam & his qui non ex maſculis deſcendunt, facultas eſt agendi, cum de matris teſtamento agant, & obtinere aſſiduè ſoleant*. Item Juſtinianus in eod. tit. inſt.: *inductum eſt, ut de inofficioſo teſtamento agere poſſint*. Hac ita introducta querela, certis poſt definitionibus præſcripta: ut quarta hereditatis parte pro ratione falcidiæ relicta ſatis ſit factum naturæ: L. 8. § ſi quis mortis D. eod., quæ quarta ante titolo donationis, legati, fideicommiſſi, aut hujuſmodi relinqui poterat. Nunc heredis inſtitutione opus eſt ad ſuſtinandum teſtamentum Nov. 115. §. aliud. Hæc autem obtinent, cum ſine cauſa filii exheredati ſunt: ex cauſa ſemper exheredari potuerunt, & poſſunt. Et ante maximè judicis arbitrio eæ relinquebantur: nunc a Juſtiniano in d. Nov. 115. ſunt definitæ: *Si quis parentibus ſuis manus intulerit: ſi eos criminalibus cauſis accuſaverit, quæ non ſunt adverſus principem, ſive Rempublicam: ſi cum maleficis hominibus maleficus verſetur: ſi vitæ parentum ſuorum per venenum, aut alio modo inſidiari tentaverit: ſi novercæ ſuæ, aut concubinæ patris filius ſeſe immiſcuerit: ſi delator contra parentes filius extiterit, & per ſuam delationem gravia eos fecerit ſuſtinere: ſi quis idoneus facultatibus, maſculus tamen, & petitus, fidejuſſione parentes à carcere non exemerit: ſi parentes teſtari prohibuerit: ſi præter voluntatem parentum inter arenarios, vel mimos ſeſe filius ſociaverit, & in hac arte permanſerit, niſi fortè etiam parentes ejuſdem exercitationis fuerint: ſi filia, aut neptis, aut deinceps refutatis ſibi oblatis à parentibus juſtis nuptiis luxurioſam vitam degere maluerit*: quod ego omnibus concurrentibus etiam poſt quintum & vigeſimum ſuæ ætatis annum intelligo: *ſi parentem furioſum pro obſequio, & cura non procuraverit: ſi captivum patrem quis redimere non feſtinaverit: ſi orthodoxus pater ſit, filii, aut aliquis ex eis à catholica fide alieni*. Quartam quoque non intactam reliquit Juſtinianus, ſed auxit: ut ſi liberi ſint uſque ad quatuor, non quadrans, ſed triens; ſi plures quatuor ſint, ſemiſſis eis inſtitutionis titulo relinquatur. Nov. 18. Querelæ autem quinquennio præſcribitur: L. 9. §. ſi ex cauſa D. eod., niſi alio jure interim, veluti quod teſtamentum jure perfectum non eſſet, quis egiſſet: L. 16. C. eod.

Item cum ſuitas hoc etiam efficeret, ut filius, qui beneficio prætoris non ſolum abſtinuiſſet, ſed etiam repudiaſſet teſtatione interpoſita patris hereditatem, poſſet nihilominus donec res paternæ in eodem ſtatu permanſiſſent ad repudiatam hereditatem redire, quod jure quidem procedebat, cum jus prætorium juri civili derogare nequiret. Juſtinianus id quoque correxit, ſtatuens, ut ſi major annis quis ſit, neque ulla tempora reſtitutionis ei ſuperſint, intra trium annorum ſpatium tantummodo talis ſit illi licentia: ſin autem vel minor eſt, vel in utili reſtitutionis tempore conſtitutus: tunc poſt completam majorem ætatem, poſtquam quadriennium, quod ſpatium reſtitutionibus in integrum præſtitutum eſt, aliud triennium habeat ad ſuam revocandam abdicationem. L. ult. C. de rep. vel abſt. her.

Adquiſitio pariter, quæ fiebat à patribus per filios, novam temperationem, naturamque ſuſcepit. Priſcis temporibus ea omni cauſa filios patri adquirebat ea ratione, quod nihil in poteſtate habere poſſet is, qui in alterius poteſtate eſſet; & ita ut ipſo adquiſitionis momento adquiſitio fieret patris: L. placet 79. D. de adq. vel amit. her. Poſt in amplificationem militiæ ab Imperatoribus conceſſum, ut quæ ex cauſa militiæ filius adquiſiviſſet, ſua faceret: item quæ per eam occaſionem. Quod dictum eſt Caſtrenſe peculium. Arma igitur, jumenta, ornamenta, pecuniaque, atque cujuſque generis mobilia, quæ à patre, vel à matre, aut ab uxore, cognative, aliiſve propinquis, vel amicis in militiam eunti data, donata, relictave, filio, non patri adquiruntur. Item quæ filius tulit ſecum in caſtra concedente patre: quæque in caſtris per occaſionem militiæ quæſivit, vel ut ab Imperatoribus donata, hereditateſque relictæ ab iis, qui vel non aliàs noti eſſe potuerunt, niſi per militiæ occaſionem, vel per militiam cogniti ei facti ſunt, etiamſi res immobiles ſint, filiiſfamilias militis fiunt. Quod ampliatum eſt, ut etiamſi à conjunctis hereditas relicta ſit, modo ob affectionem militiæ, veluti a patruele, fratreve commilitone, ea fiat filii, non patris, propterea quod vincere quodammodo videatur ipſam ſanguinis affectionem ſocietas periculorum. Demum ut quodcumque à quolibet commilitone donatum, relictumve ſit; atque quicquid ex pecunia cauſa militiæ donata, relictave, vel per occaſionem militiæ quæſita emptum mobile, aut immobile ſit, filiofamilias adquiratur. Quæ omnia habentur eo tit. jur. de caſtr. pec. Author autem primus hujus caſtrenſis peculii fuiſſe fertur Auguſtus, quem Nerva ſecutus eſt, deinde Trajanus: ultimam autem formam dedit Hadrianus, ut ex Juſtiniano inſt. quib. non eſt permiſ. fac. teſtam. in princ.

Acceſſit caſtrenſi quaſi caſtrenſe peculium, quod ad illius imitationem inductum fuit à Conſtantino Magno in L. 1. C. de priv. eor. qui in ſacr. palat. mil. lib. 12., ipſo V. & Licinio Cæſare COSS., qui fuit annus ab U. C. MLXXI., à Chriſto verò nato CCCXX. Non enim minus milites belli, quam domi togati militare viſi ſunt. Conceſſit itaque Conſtantinus caſtrenſis peculii privilegium omnibus *de Cubiculo Imperatoris, vel diverſis obſequiis palatinis: memorialibus etiam, qui in ſcriniis memoriæ, epiſtolarum, libellorum, ſacrarumque diſpoſitionum referuntur, nec non & ſi qui in utroque officio palatinorum comitatenſium, ſingularumque urbium, & officio admiſſionum, & caſtrenſi ſacri palatii militant, ſive adhuc palatium obſervant, ſive optata quiete donati ſunt, cui privilegio conjunxit agentes in rebus, licet militaribus viderentur eſſe ſubnixi*. Id autem privilegium ſubſequente anno ipſo VI. & Conſtantio Cæſare COSS. confirmavit in L. un. C. de caſtr. om. palat. pecul. lib. 12: *omnes palatinos, quos edicti noſtri jamdudum certo privilegia ſuperfunduntur, ſi quam rem dum in palatio noſtro morantur, vel parſimonia propria quæſierint*,

Q

A *ſierint, vel donis noſtris fuerint conſecuti, ut caſtrenſe peculium habere præcipimus. Quid enim tam ex caſtris eſt, quam quod nobis conſciis, ac prope ſub conſpectibus noſtris adquiritur? ſed nec alieni ſunt à pulvere, & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur, qui præſto ſunt ſemper actibus, quos intentos eruditis ſtudiis itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. Ideoque palatini noſtri, qui privilegiis edicti uti potuere, peculia ſua præcipua retineant, quæ dum in palatio noſtro conſtituti ſunt, aut labore ut dictum eſt proprio, aut donatione noſtra quæſierint.* Hinc mentio quaſi caſtrenſis peculii apud Ulp. in L. 1. §. 15. D. de collat. *nec caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe peculium fratribus confertur*, commentitia mihi videtur, & a Triboniano ſuppoſita. Neque diſputatio in ſubſequente §. an conferenda eſſent expenſa, aut promiſſa a patre in filii dignitatem, neceſſario infert **B** genus in ea quaſi caſtrenſis peculii: cum & disjunctim ea, & tantum propter onera dignitatis ſuſtinendæ excitata fuerit a Papiniano, & ea ratione, non peculii quaſi caſtrenſis deciſa. Hocque confirmatur ex Juſtiniano in L. ult. C. de inoff. teſt., ubi ejus tempore adhuc dubitabatur, an de quaſi caſtrenſi peculio filiusfamilias teſtari poſſet, quod ipſe decidit. Præter eos, quos in duabus illis conſtitutionibus memoravit Conſtantinus, ampliavere jus quaſi caſtrenſis peculii, Honorius in L. 7. C. de *Adſeſs.*, & in L. 4. C. de advoc. div. jud. ad adſeſſores, & ad univerſos fori advocatos: Leo in L. 32. C. de Ep. & Cl. ad Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos. Anaſtaſius in L. ult. C. de ſilent. lib. 12. ad ſilentiarios. Demum vel à Juſtiniano in d. L. ult. C. de inoff. teſt., & in novell. 123. §. Presbyteros, **C** vel a jure civili, ideſt diſputatione fori extenſum eſt jus quaſi caſtrenſis peculii ad omnia lucra ex clericatu, aut ex artibus quibuſque liberalibus à filiusfamilias quæſita.

Et de his peculiis conceſſum quoque eſt ab ipſis Imperatoribus poſſe filios teſtari. De caſtrenſi ab initio: de quaſi caſtrenſi, ſi id alicui, vel aliquibus generibus perſonarum indultum fuiſſet, ut *proconſulibus, & præfectis legionum, & præſidibus provinciarum, & omnibus generaliter, qui in diverſis dignitatibus, vel adminiſtrationibus poſiti ab Imperatoria conſequuntur manu, vel ex publicis ſalariis quaſdam largitates*. Poſt Juſtinianus univerſis omnino conceſſit, addito hujuſmodi teſtamenta inofficioſi querelæ ſubjici non poſſe d. L. ult. C. de inoff. teſt.: d. nov. 123., ex qua volunt tamen Juriſconſulti competere præteritis condictionem ad portionem legitimam; Accurſ. **D** ibid. Si autem filius non teſtatur ante Juſtinianum bona ejus, non quaſi hæreditas deferebantur, ſed jure peculii pater occupabat, qui æs alienum intra modum ejus, & intra annum utilem jure prætorio ſolvere cogebatur: L. 2. & 17. D. de caſtr. pecul. Juſtinianus autem id ſuſtulit in nov. 118., decernens non amplius jure peculii bona caſtrenſia, vel quaſi ad patres, ſed ſecundum univerſarum ſucceſſionum, & hæreditatum jura, primo ad deſcendentes, poſt ad aſcendentes, demum ad cognatos, ceteroſve deferri.

In aliis rurſus bonis ad filios obvenientibus temperatum eſt, ideſt in iis, quæ cum neque ex cauſa caſtrenſi, neque ex quaſi caſtrenſi eſſent, ex re patris nequidem procederent, ſed ex alia extranea cauſa. Id autem accidit in ſucceſſionibus maternis, aut conjunctorum ex **E** parte matris, vel etiam patris, aut in lucris nuptialibus, vel ſi ab extraneis filii heredes relicti ſint, vel ſi quid eis ipſorum gratia, non parentum contemplatione ab aliquo, qui eos in poteſtate non habet, vel donatum, vel relictum ſit. Primus fuit Conſtantinus Magnus, qui in L. 1. C. de bon. Mater. noluit maternorum bonorum patrem fieri dominum, ſed tantum uſufructuarium, proprietate filiis ſervata. Poſt Arcadius, & Honorius in L. 2. eod. tit. idem ſtatuerunt in relictis filiisfamilias ab avo, avia, proavo, proavia ex materna linea. Theodoſius, & Valentinianus in L. 1. C. de bon. quæ lib. id ampliaverunt ad lucra nuptialia. Juſtinianus demum in L. 6. eod. tit. hanc fecit omnium adventitiorum extenſionem: *Si quis filiusfam., vel patris, vel avi, vel proavi in poteſtate conſtitutus, aliquid ſibi adquiſierit non ex ejus ſubſtantia, cujus in poteſtate ſit, ſed ex aliis quibuſcumque cauſis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus ſuis ad eum perveniant: eas ſuis parentibus, non in plenum ut antea fuerat ſancitum, ſed uſque ad uſumfructum ſolum adquirat: & earum uſusfructus quidem apud patrem, vel avum, vel proavum, quorum in ſacris ſit conſtitutus permaneat; dominium verò filiusfam. inhæreat ad exemplum tam maternarum, quam ex nuptialibus cauſis filiisfam. adquiſitarum rerum.* Etiam ex adventitiis nonnullorum bonorum neque uſusfructus nunc quæritur patri, ut ſi quid ab Imperatore, aut ab Auguſta filiisfamilias donatum ſit: ſi quid eis hac conditione datur, vel relinquitur, ne ad patrem perveniat uſusfructus: ſi patres una cum liberis ſuccedant in hereditate aliorum liberorum: Item ſi quid liberis defertur, parentibus præſumentibus ſolvere matrimonium, ſine cauſis jure definitis, & ſi quæ ſunt alia, quæ ne minima perſequar facile haberi poſſunt ex Cod. tit. de bon. quæ lib.

Correctum fuit quoque jus patrium in nuptiis, non jure civili, quod ſemper fuit conſtans in hac re, ſed canonum, quibus ſublata neceſſitas eſt parentum conſenſus in eis, quod demum firmius ſtabilivit Tridentinum Concilium ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 1.

De jure teſtandi vidimus remiſſam filiis prohibitionem in caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi peculio.

Diſſolvendæ patriæ poteſtatis modi hi ſunt: I. Mors, quæ omnia ſolvit, & ita ut reſuſcitato patre, vel filio ea reviviſcere nequeat; tamen in eam eſt itum ſententiam, ut ſicuti omnia bona recuperari ex reſuſcitatione dicantur, in priſtinaſque recidat quis obligationes: Accurſ. in L. ex his 4. D. de leg. & S. C., & in L. Servus 30. D. de obl., & act., ita filius reſuſcitatus recidat in patriam poteſtatem, & pater eum recuperet, quod confirmatur exemplo reverſorum ex jure poſtliminii, item reſtitutorum ex indulgentia principis. Mortuo autem patre filii ſui juris fiunt, non nepotes, qui avo mortuo recidunt in poteſtatem patris. II. Interdicti aqua & igni, qui ſoli veterunt, quibus ſucceſſerunt deportati, item ſervi pœnæ: nam ut civitatem amittebant, libertatemque Romanam, ita deſtituebantur omnibus Romanis juribus. Hodie tamen ſervus pœnæ nemo fit bene nerus nov. 22.: quibus tamen licet ſervetur matrimonium, non mihi ſtat cum nonnullis, ut etiam patria poteſtas ſervetur, quæ multo magis ſervanda eſſet deportatis non tanta pœna affectis, quod omnes negant. III. Maxima patriciatus dignitas à patria poteſtate liberat ex Juſtiniani conſtitutione in L. ult. C. de conſ. lib. 12. Hæc fuit dignitas à Conſtantino Magno excogitata, ut refert Zoſimus *lib.* 2. Ejus officium diſtinctè adhuc inexploratum habemus. Juſtinianus in illa ſua conſtitutione, & in §. filiusfam. inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſol. patricium aſſerit in patrem Imperatoris celſitudinis electum, & ab Imperatoribus loco patris honorari; quapropter Claudianus ad Eutropium patriciatu privatum eum publicatione bonorum cecinit:

Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras principis eſſe pater.

Ejus tamen ſpeciem in formula apud Caſſiodorum lib. 6. var. cap. 2. adumbrare poſſumus: Quamdiu illuſtriſſimam ſecundam principem dignitatem conſularem attingentem, omnis Divini, humanique juris pontificali ritu conſultiſſimam, quæ Principem, Senatum, Magiſtratus, ſoritatemque civilem quid in Republica deceat, ſitque juſti, æquique, dignique, atque honeſti moneat, ſuggerat, atque omnis generis virtutibus civitatem illuminet. Dignitas itaque Sacerdotali more perpetua, nonniſi morte ſolvenda. Diximus patriciatum ad Conſulatus dignitatem accedere, ut ex Caſſiodoro in ea formula: *præfectorios, & aliarum dignitatum viros præcedit, uno tantum cedens fulgori, quem interdum etiam à nobis conſtat aſſumi*. Verum mul-

A Dionyſius lib. VIII. ſed vita etiam & libertas in poteſtate parentum fuit. Scriptum autem hoc invenio cum in aliis veteribus libris Juriſconſultorum, tum maxime lib. 1. Inſtitutionum Juſtiniani hoc modo: „ Jus poteſta„ tis, quod habemus in liberos, proprium„ eſt civium Romanorum. Nulli enim ſunt „ homines, qui talem in liberos habeant po„ teſtatem, qualem nos habemus. „ Hanc autem poteſtatem non recentem fuiſſe, ſed jam inde à Romulo permiſſam, tradidit Dionyſius: „ Romulus omnem parentibus in li„ beros poteſtatem in perpetuum dedit coër„ cendi, verberandi, ruſticis in operibus „ habendi, ac demum etiam occidendi; „ quamvis ipſi vel rempublicam adminiſtra„ rent, vel ſummos honores geſſiſſent, atque „ ex iis maximam laudem conſequuti eſſent; „ quo factum eſt, ut illuſtres ſæpe viri ex „ roſtris, cum conciones haberent Senatui „ quidem adverſas, plebi vero ſecundas, à „ patribus per vim abducti, atque ab illem „ eo, quo libuit, ſupplicio affecti ſint; qui„ bus ne ullus quidem magiſtratus auxilio „ fuit. Mitto quam multi filios, quia impe„ rata ſua neglexerant, occaverint: quod de „ Tor-

B multa hoc eſſe poteſt difficultatis, cum Juſtinianus in d. L. ult. C. de conſ. liberaverit à patria poteſtate patricios, non autem conſules, ut in d. §. filiusfam. inſt. quib. mod. jus pat. pot. ſolv.: patricios verò utrobique Imperatoriæ Celſitudinis patres vocat, nullibi Conſules. Imo in nov. 62 patricii priore loco, quam Conſules & ponuntur, & in Senatu ſedere, & ſententiam dicere jubentur. Dicerem Caſſiodori ſententiam eſſe, ut cedat patricius Conſulari tum, cum ab Imperatoribus Conſulatus fuiſſet aſſumptus. Ceterum etiam antiquiſſimo jure & ab ipſis Romæ incunabulis Flamen Dialis, & virgines Veſtales patria poteſtate liberabantur, Ulp. in fragm. tit. 10. Et ratio virginum Veſtalium erat, quod à Pontifice maximo capiebantur, manuque prehenſæ ab ſuis parentibus, in quorum poteſtate erant, veluti bello C captæ abducebantur Aul. Gell. lib. 1. cap. 12. Quod ſi ita eſt, cum idem Gellius ex ſcriptis L. Syllæ rer. geſt. lib. 2. probet capi quoque, non Flamines Diales ſolum, ſed etiam Pontifices, & Augures, facile conjici poteſt, hos etiam eadem ratione à patria poteſtate liberari. Viſum poſtea Juſtiniano in nov. 81. præter patricios, etiam Conſules, præfectos prætorio, præfectos utriuſque Romæ, magiſtros militum, ſanctiſſimos Epiſcopos, & generaliter omnem dignitatem, & omne cingulum, quod valeat à curia liberare, à patria quoque poteſtate eximere. Ex hac autem diſſolutione juris patrii non adimuntur filiis jura ſuitatis, & agnationis in ſucceſſionibus, quia cum id præmium eis ſit, & beneficium, citraque mancipationis alienationes, nec in detrimentum convertenda eſt, nec cetera D civilia jura diſſolvere debet. Idem Juſtin. in ead. nov. 81. IV. Solvitur jus patrium captivitate, ſi apud hoſtes ſive filius captus, ſive pater poſtea deceſſerit. Nam interim ſuſpenſum eſt, cum jure poſtliminii reverſo reviviſcere id poſſit. V. Quacumque capitis diminutione, maxima, media, minima. Maxima per ſervitutem, ſi quis paterfamilias ad pretium participandum venumdari paſſus ſit; tunc enim liberi ſui juris fiont: vel ſi libertus ingratus in ſervitutem revocatus ſit: vel ſi incenſus quis à magiſtratu Romano venditus fuerit. Item ſi ob maleficium atrocitate ſententiæ pœnæ ſervus factus ſit. Media, per aquæ & ignis interdictionem, aut deportationem. Minima, per adoptionem, & per emancipationem propter illas imaginarias venditiones, & manumiſſiones. Et adoptione quidem ſecundum ea, quæ de ea ſupra hoc cap. E animadvertimus: in emancipatione autem tertia manumiſſione addita. Si enim quis filium ſuum a patria poteſtate dimittere volebat, ter eum fiduciario cuidam emptori eadem ratione, & ſub iiſdem ſolemnitatibus, quas demonſtravimus cum de adoptione egimus, vendebat; qui emptor tertio eum poſtquam circumegiſſet, alapaque cecidiſſet, manumittebat. Quas ſolemnitates, prius Anaſtaſius in L. 5. C. de emancip. lib. temperavit, conſtituens, ut vel per principis oraculum poſſent liberi emancipari: deinde Juſtinianus ſuſtulit in L. ult. eod. tit., ut coram judice ſine alia ſolemnitate poſſit pater filios ſuos a ſua poteſtate dimittere. Quos omnes modos recenſet Juſtinianus in tit. inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. VI. fuit ſolvendæ patriæ poteſtatis modus, ſi infans expoſitus fuiſſet, quod decrevere in pœnam parentum Valentinianus, Valens, & Gratianus in L. 2 C. de inf. exp., & confirmavit Juſtinianus in L. ult eod tit. Hoc autem ab initio non erat, ſed patria poteſtas permanebat, licet prohiberentur parentes exponere liberos, ut ex Dionyſio hoc cap. probavimus, & pœnis etiam animadvertebantur ſi id feciſſent; L. 1. § pœnu D de lib. agnoſc.

Hæc fuerunt, atque ſunt juris patrii, quod tamen nunquam impedimento fuit muneribus civilibus, cum filiifamilias, & creari poſſent, & crearentur Conſules, prætores, ſenatores, interreges, pontifices, ſacerdotes, augures, & omnes caperent magiſtratus, & demum etiam Imperatores facti ſunt, ut plures una fuerunt cum patribus ſuis. Receptum enim fuit in publicis cauſis filiumfam. loco C patrisfam. haberi L. 9. D. de his, qui ſunt ſui, vel al. jur. Iis autem caſibus in privatis negotiis juriſdictionem habebat filius in ipſum patrem, Africanus, & Paulus in L. 77. & 78 D de jud. Et celebre eſt factum Q. Fabii Maximi filii, ſententiaque patris bello Punico ſecundo. Conſul erat filius, qui Sueſſulæ caſtra habebat. In ea caſtra venit Q. Fabius Maximus pater Legatus, cui cum obvius filius progrederetur, lictoresq; verecundia majeſtatis tanti viri taciti anteirent non ſummoventes patrem, qui præter undecim faſces equo prætervectus eſt. Tum Conſul animadvertere lictorem juſſit, & is ut deſcenderet ex equo inclamavit. Tum demum deſiliens pater experiri inquit volui fili, ſatis ſcires te conſulem eſſe. Liv. lib. 29 In hanc rem venuſtiſſime diſſerit, alterumque præter illud Fa- D bii exemplum, ſententiamque Tauri Philoſophi affert Gellius lib. 2 cap. 2. *Ad philoſophum Taurum Athenas viſendi, cognoſcendique ejus gratia venerat vir clariſſimus Præſes Cretæ provinciæ, & cum eo ſimul ejuſdem præſidis pater. Taurus ſectatoribus commodum dimiſſis ſedebat pro cubiculi ſui foribus: & cum aſſiſtentibus nobis ſermocinabatur, introivit provinciæ præſes, & cum eo pater. Aſſurrexit placide Taurus, & poſt mutuam ſalutationem reſedit. Allata mox una ſella eſt, quæ in promptu erat: atque dum aliæ promebantur, appoſita eſt. Invitavit Taurus patrem præſidis, ut ſederet. Atque ille ait: ſedeat hic potius, qui populi Romani magiſtratus eſt. Abſque præjudicio, inquit Taurus, tu interea ſede, dum inſpicimus, quærimuſque, utrum conveniat te ne potius ſedere, qui pater es, an filius, qui magiſtratus eſt. Et cum pater aſſediſ-* E *ſet, appoſitumque eſſet aliud filio quoque ejus ſedile, verba ſuper ea re Taurus facit cum ſumma, Dii boni, honorum, atque officiorum perpenſatione. Eorum verborum ſententia hæc fuit: In publicis locis, atque muneribus, atque actionibus patrum jura cum filiorum, qui in magiſtratu ſunt, poteſtatibus collata interquieſcere paululum, & connivere. Sed cum extra Rempublicam in domeſtica re, atque vita ſedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari diſcumbatur: tum inter filium magiſtratum, & patrem privatum publicos honores ceſſare, naturales, & genuinos exoriri. Hoc igitur, inquit, quod ad me venitis, quod colloquimur nunc, quod de officiis diſceptamus, privata actio eſt. Itaque utere apud me iis honoribus prius, quibus domi quoque veſtræ uti priorem decet.*

Digitized by Google

A „ Torquato, aliiſque multis accepimus. Neque vero hac licentia contentus Romulus, „ poteſtatem etiam filiorum vendendorum „ patribus uſque ad tertiam auctionem conceſſit: quæ poteſtas multo major eſt, quam „ domini in ſervum; nam ſervus à domino „ venundatus recepta libertate liber eſt, filius „ iterum, atque iterum in poteſtatem patris „ revertitur; poſt tertiam vero venditionem, „ ſi ſe in libertatem vindicarit, è poteſtate „ patris egreditur. „ Addit deinceps, Numam Pompilium hanc ad legem Romuli exceptionem adjeciſſe, ne pater filium, qui ſuo conſenſu uxorem duxiſſet, vendendi jus haberet; (83) haſque leges poſt à decemviris probatas, & in quartam tabulam ex XII. relatas. B Id quod apud Ulpianum etiam ſcriptum eſſe invenio in titulis: „ Liberi parentum poteſtate liberantur emancipatione, ideſt, ſi poſteaquam emancipati fuerint, manumiſſi „ ſint. Sed filius quidem ter mancipatus, ter „ manumiſſus ſui juris fit. Id enim lex XII „ tabularum jubet his verbis: „ SI PATER FILIUM TER VENUNDAVIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO; „ ceteri autem „ liberi, præter filium tam maſculi, quam „ fœminæ, una emancipatione manumiſſione „ neque ſui juris fiunt. „ Quin etiam Juſtinianus, tit. Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvatur, cum emancipationem per anti- C quam legis obſervationem proceſſiſſe ait, quæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manumiſſiones celebraretur, obſervationem legis XII. tabularum intelligit. Priorem porto patriæ poteſtatis partem, qua jus in filium pater haber vitæ, neciſque, Cicero expreſſit; cum in Clodium pro domo ſua ita egit: „ Credo te eſſe interrogatum, auctor ne eſſes, ut in te P. Fontejus vitæ, neciſque „ poteſtatem haberet; „ poſteriorem de tribus auctionibus, & de fiduciaria emancipatione declarat Cajus lib. I. Inſtitutionum, his verbis: „ Emancipatio, hoc eſt, manu „ traditio quædam ſimilitudo venditionis eſt, „ quia & in emancipationibus præter certum D „ patrem alius pater adhibetur, qui fiduciarius vocatur; ergo iſte naturalis pater filium ſuum fiduciario patri mancipat, hoc

A „ eſt, manu tradit, à quo fiduciario patre „ naturalis pater unum aut duos nummos „ quaſi in ſimilitudinem pretii accipit; & „ iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit; hoc ſecundo, & tertio fit, cum „ fiduciario patri mancipat, ac tradit, & ſic „ de patris poteſtate exit; tamen cum tertio „ mancipatus fuerit filius à patre naturali „ fiduciario patri, hoc agere debet naturalis „ pater, ut à fiduciario patre mancipetur, „ & à naturali patre manumittatur, ut ſi filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate „ naturalis pater, non fiduciarius ſuccedat. (84)

Ad hunc autem locum pertinet etiam B Adoptio, & Arrogatio filiorum; quæ quid eſſent, aut quemadmodum fierent, elegantiſſima docet Gellius: „ Cum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei ſumuntur, aut per prætorem fit, aut per „ populum: quod per prætorem fit, adoptio „ dicitur; quod per populum, arrogatio. „ Adoptantur autem, cum à parente, in cujus poteſtate ſunt, tertia mancipatione in „ jure ceduntur, atque ab eo, qui adoptat, „ apud eum, apud quem legis actio eſt, vindicantur. Arrogantur ii, qui cum ſui juris „ ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, „ ejuſque rei ipſi auctores fiunt; ſed arrogationes non temere, nec inexplorate com- C mittuntur; nam comitia arbitris etiam „ Pontificibus præbentur, quæ Curiata appellantur; ætas quoque ejus, qui arrogare „ vult, an liberis potius gignendis idonea „ ſit, bonaque ejus, qui arrogatur, ne inſidioſe appetita ſint, conſideratur; juſque „ jurandum à Q. Mutio Pont. Max. conceptum dicitur, quod in arrogando juraretur; „ ſed arrogari non poteſt, niſi jam veſticeps. „ Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in „ alienam familiam tranſitus per populi rogationem fit; ejus rogationis verba hæc „ ſunt, VELITIS, jubeatis, uti L. Valerius „ L. Titio tam jure, legeque filius ſibi ſiet, „ quam ſi ex eo patre, matreque familias D „ ejus natus eſſet; utique ei vitæ, neciſque „ in eum poteſtas ſiet, uti patri endo filio „ eſt; hoc ita, ut dixi, ita vos Quirites rogo. „

(83) Verba legis ex Dionyſio hæc ſunt: SI PATER PERMISERIT FILIO UXOREM DUCERE, QUAE EX LEGIBUS PARTICEPS SIT, ET SACRORUM, ET BONORUM, PATRI POSTHAC NULLUM JUS ESTO VENDENDI FILIUM.

(84) Supplenda eſt doctrina Caji iis, quæ diximus hoc cap. de adopt. In ea duo patres, naturalis, & adoptivus: in emancipatione naturalis, & fiduciarius, ideſt is, qui filium emebat ſub fide eum manumittendi. Utraque E autem coram magiſtratu gerebatur, apud quem plena legis actio eſſet, perque æs & libram, & coram quinque teſtibus, & libripende. Poſt primam emptionem fiduciarius pater filium manumittebat, qui in naturalis patris poteſtatem recidebat. Is iterum fiduciario patri filium mancipabat, qui iterum filium manumittebat. Tertia mancipatio fiebat. In hac autem hoc obſervabatur, ut ſi ita conventum fuiſſet de reddendo filio patri naturali, qui eum manumitteret, quod *contracta fiducia* dicebatur, tum filius libertatem patri naturali acceptam ferebat, & veluti in ejus libertum omnia patronorum jura in filium naturalis pater adquirebat, nempe tutelam ſi filius impubes fuiſſet, ſucceſſionem, & cetera, quæ à legibus XII. tabb. in patronos confluebant. Inter quas hæc erat; SI LIBERTUS INTESTATO MORITUR, CUI SUUS HERES NEC ESCIT, AST PATRONUS, PATRONIVE LIBERI ESCINT: EX EA FAMILIA IN EAM FAMILIAM PROXIMO PECUNIA ADDUITOR. Sin autem ſine fiducia tertio mancipabatur filius, cum à patre fiduciario manumitteretur, jura patronorum huic adquirebantur; neque naturali patri ullum jus reliquum erat in filium. Hæc autem ultima manumiſſio circumductione filii fiebat, & colaphi percuſſione, quæ omnia demum ſuſtulit Juſt. in allata L. ult. C. de emanc. lib. *Cum inſpeximus in emancipationibus vanam obſervationem cuſtodiri, & venditiones in liberas perſonas figuratas, & circumductiones inextricabiles, & injurioſa rhapiſmata, quorum nullus rationabilis invenitur exitus: jubemus hujuſmodi circuitu in poſterum quieſcente, licentiam eſſe qui emancipare vult,* vel ex lege Anaſtaſiana, hoc eſt per reſcriptum principis, *hoc facere, vel ſine ſacro reſcripto intrare competentis judicis tribunal, vel eos adire magiſtratus, quibus hoc facere, vel legibus, vel ex longa conſuetudine permiſſum eſt: & filios ſuos, vel filias, nepotes, vel neptes, vel deinceps progeniem in poteſtate ſua conſtitutam à ſua manu dimittere, & legitima jura omnimodo habere, etſi non ſpecialiter,* hoc eſt contracta fiducia, *hoc ſibi ſervaverit*, &c.

„ go. Neque pupillus autem, neque mulier, „ quæ in parentis poteſtate eſt, (85) arroga„ ri poſſunt; quoniam & cum fœminis nulla „ comitiorum communio eſt, & tutoribus „ in pupillos tantam eſſe auctoritatem, po„ teſtatemque fas non eſt, ut caput liberum „ fidei ſuæ commiſſum alienæ ditioni ſubji„ ciant; libertinos vero ab ingenuis adoptari „ quidem jure poſſe, Maſſurius Sabinus ſcrip„ ſit. Sed id neque permitti dicit, neque „ permittendum eſſe unquam putat, ut ho„ mines libertini ordinis per adoptionem in „ jura ingenuorum invadant; alioqui ſi juris „ iſta antiquitas ſervetur, etiam ſervus à „ domino per prætorem dari in adoptionem „ poteſt; idque ait, pleroſque juris veteris „ auctores poſſe fieri ſcripſiſſe; animadverti„ mus in oratione P. Scipionis, quam cenſor „ habuit ad populum de moribus, inter ea, „ quæ reprehendebat, quod contra majorum „ inſtituta fierent, id etiam eum culpaviſſe, „ quod filius adoptivus patri adoptatori inter „ præmia patrum prodeſſet. Verba ex ea „ oratione hæc ſunt: In illa Tribu patrem, „ in alia filium ſuffragium ferre: filium adop„ tivum tam procedere, quam ſi ſe natum „ habeat. Hactenus Gellius; ex quibus facile quæ jura adoptionis, quæque arrogationis eſſent, liquere opinor. Eadem adoptio ſignificatur à Svetonio, cum inquit; „ Auguſtus „ Cajum & Lucium adoptavit domi emptos „ per æs & libram; ſiquidem imaginariam mancipationem non aliter adhibitam innuit, quam in emancipatione; qualis autem mancipatio fuerit mox dicemus. Quanquam autem ille adoptionem apud prætorem, arrogationem apud populum factam aſſerit, tamen hanc nominum obſervationem ſæpe eſſe neglectam, (86) facile quiſque intelliget; qui cum antiquorum Juriſconſultorum libros, tum etiam ſcriptorum veterum monumenta paulo attentius legerit. Ac primum quidem apud Cornelium Tacitum Galba Imper. ad Piſonem, quem arrogaturus erat, ita loquitur, ut adoptionem lege etiam curiata factam ſignificet, cum inquit: *Si te privatus, lege curiata apud Pontifices (ut moris eſt) adoptarem*; & Svetonius Auguſtum Agrippam, & Tiberium adoptaſſe in foro lege curiata ſcribit; & Cicero P. Clodium à P. Fontejo adoptatum ait, cum tamen vere fuerit arrogatus, ſiquidem & juris ſui fuit, & legem curiatam adhibuit. Dum autem hanc Clodianam ille adoptionem inſectatur, multa nobis veteris adoptionis jura patefecit, quæ in adoptando Clodio prætermiſſa eſſe, contendit; quæ ut omnibus nota ſint, proferam verba ejus: „ Quod eſt, inquit, „ Pontifiees jus adoptionis? nempe, ut is „ adoptet, qui neque procreare jam liberos „ poſſit, & cum potuerit, ſit expertus; quæ „ deinde cauſa cuique ſit adoptionis, quæ „ ratio generum, ac dignitatis, quæ ſacro„ rum, quæri à Pontificum collegio ſolet; „ tum ne qua calumnia, ne qua fraus, ne „ quis dolus adhibeatur, ut hæc ſimulata „ adoptio filii quam maxime veritatem illam „ ſuſcipiendorum liberorum imitata eſſe vi„ deatur. Ex his autem apparet, cauſas ante legitimas adoptionis quæri, de iiſque Pontificum collegium cognoſcere oportuiſſe; quas ſi illi probaſſent, tum auctoribus Pontificibus lex curiata ad populum à magiſtratu aliquo, ut à Conſule ferebatur; (*) in qua ferenda omnia ſervari oportebat, quæ ceteris in legibus ferendis ſervari mos erat; id quod ex eodemmet Ciceronis loco poſt intelligitur. Adjicit etiam de ætate aliquid Modeſtinus, qui non tantùm eum, qui adoptat, ſed & eum, qui arrogat, majorem eſſe debere ait eo, quem ſibi per adoptionem, vel per arrogationem filium facit, ſed utique plena pubertate, ideſt, decem & octo annis eum præcedere debere. Nam ut qui adoptaretur, prænomen, nomen, & cognomen adoptatoris aſſumeret, ſatis multis exemplis in libro de nominibus demonſtravimus. C. Octavius etiam à Paterculo, Eutropio, & Svetonio, Cæſaris avunculi majoris teſtamento adoptatus dicitur; idem Romam ex Macedonia occiſo Cæſare reverſus primùm apud C. Antonium prætorem hæreditatem ſe accepiſſe profeſſus eſt; deinde conſulatum adeptus legem curiatam de ſua adoptione tulit, Appiano, & Dione teſtibus. Quo in loco Appianus notat, moris fuiſſe, ut teſtibus prætoribus adoptiones fierent, & legem curiatam ferre moris fuiſſe iis, qui patre carereot; & quoniam adoptivi idem jus habebant, ac naturales filii, ut & propinquos, & libertos adoptantium aſſequerentur, & Cæſari cum aliæ res præclaræ, tum multi, iique locupletes liberti erant, proptrea Octavium priorem adoptionem teſtamento factam poſteriote hac confirmaſſe.

CAP. XI.

De jure legitimi dominii.

Dixi de poteſtate in uxores, & liberos, deinceps ſequitur, ut quo jure bonorum fortunarumque ſuarum quiſque dominus fuerit, videamus; quod jus tum multiplex, ac varium, tum civium Romanorum maxime proprium fuiſſe invenio. Hoc autem ſex in rebus poſitum fuiſſe, hereditate, mancipatione, in jure ceſſione, uſucapione, ſub corona emptione, & auctione, docet Varro in II. de re ruſtica: „ In emptionibus, inquit, ſex fere „ res dominum legitimum perficiunt; ſi he„ reditatem juſtam adiit; ſi, ut debuit, ab „ eo accepit, à quo jure civili potuit; aut ſi „ in jure ceſſit, qui potuit cedere, & id ubi „ oportuit; aut ſi uſu cepit; aut ſi è præda „ ſub corona emit; tumve cum in bonis, ſe„ ctioneve cujus publice venit. Quibus verbis, Emptionum voce omnem dominii acquirendi modum videtur intelligere; quod ſi quo horum modorum eſſet partum, nihil à litibus fore

(85) Deficere hic negationem rectè monuit Cujacius in ix. Cod. de adopt., legendumque: *neque mulier, quæ in parentis poteſtate non eſt*, quia mulier, ſicut maſculus, quæ in parentis poteſtate eſt, non adrogatur, ſed a patre naturali in adoptionem datur.

(86) Adoptio generis nomen eſt, ideſt tam ejus, qui ſub patria poteſtate eſt, quam ejus, qui ſui juris eſt. Secunda adrogatio dicta, quia rogatione populi celebrabatur. Scriptores ad utramque ſignificandam adoptionis nomine, & ut antiquiore, & ut notiore uſi ſunt. Juriſconſulti ad diſtinguendas ſolemnitates, cum res poſtulat, adrogationis potius nomine ad alteram ſignificandam, quam adoptionis utuntur.

(*) Sui videtur oblitus, qui auſpiciorum tantum cauſa curiata, adumbrata comitia relinquat, nec quicquam intereſſe putet inter comitia curiata, & legem curiatam. Vid. infra notata cap. 17. *Latinus*.

ſore periculi intellexit, quod à jure civili præſtaretur; quod eo magis credo, quia docet etiam Pomponius (87) lege de Statuliberis, emptionis verbo legem XII. tabularum alienationem omnem eſſe complexam; (88) dicamus autem ſigillatim de omnibus.

He-

(87) Io L. 29 D de Statulib.

(88) Antiquiſſimis ſanè temporibus, pecuniâ nondem inventâ, nulla alia eſſe poterat commercii ratio, quam permutationibus. Manifeſtum eſt primo tempore communia omnia extitiſſe. Itaque Cic. 1. de Off. *Sunt autem privata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, ut qui bello potiti ſunt, aut lege, aut pactione, conditione, ſorte*. Sunt qui negant unquam fuiſſe naturalem hanc communionem, quos defendunt duo Caini, & Abel Sacrificia, cum ille agricola obtulerit de fructibus terræ munera Domino: hic paſtor ovium de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. Gen. 4. Sed id non fuit dominium. Uſus fuit, atque, ut dicimus, poſſeſſio ex facto. Quatenus enim quis uteretur, poſſideret, ejus ea dicebantur. Neque enim aliud erat quid ſibi aſſerendi nomen, quam poſſidendi, ut Eva: *poſſedi hominem per Deum*. Gen. 4. Cain agricola agrum, quo utebatur, poſſidebat: uſu intermiſſo, ſtatim ager alteri cedebat. Fructus ipſi ejus agri ejus non erant, niſi quatenus ad ſuos uſus convertiſſet: quos reliquiſſet, ii egentibus cedebant. Sic & Abelis grex dictus fuit, & adeps, & lac, & hujuſmodi. Perpetuum hujus ritus veſtigium ſervari voluit ipſe Deus Levit. 19. *Cum meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis uſque ad ſolum ſuperficiem terræ: nec remanentes ſpicas colliges. Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes*. Clarius Deuter. 23.: *ingreſſus vineam proximi tui comede uvas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum: ſi intraveris ſegetem amici tui, franges ſpicas, & manu conteres, falce autem non metes*. Hic utendi modus etiam multum tempus, quo terrarum orbis impletus eſt, perduravit. quocirca peregrinationes Abraham, & Loth, & Iſaac, & Jacob, ceterorumque Patriarcharum: Herculis, aliorumque inſignium virorum; nec non mos deducendarum, emittendarumque coloniarum, donec armis prohibitæ eæ ſunt; atque inde orta bella, ſinra conſtituti, agris termini poſiti; unde ortum dominium, atque rerum contractus, quorum primus, ut dixi, permutatio rebus utrinque datis, acceptiſque. Pecunia recentior, quæ ad molliorem vivendi rationem potius, quam ad naturæ neceſſitatem inventa, nulla enim regio opportunis pro ſideribus hominum ſubſidiis expers. Mollities tamen multum poteſt juvare virtutem, cum quiete ad ſcientias ſit opus adipiſcendas. Ita factum, ut plurra poſt ætates multi multis potiti rebus contemplationi ſe darent; unde mollities, poſt quoque luxuria. Cum igitur difficile in varia rerum neceſſitate per permutationes commercium, quid inventum eſt, quod omnibus rebus ſe æquans ad omnes ita facilè comparandas eſſet idoneum. Numiſma id fuit a Græco νόμος, ideſt inſtituto, & lege, ut ait Ariſtoteles eth. 5. cap. 5, atque præter naturam, ut idem Ariſtoteles polit. 1. cap 6 appellatum. Hujus inſtituti ratio ex Ariſtotele eod. pol. 1 cap. 6 hæc eſt: *Manifeſtum eſt pecuniariam non eſſe ſecundum naturam ejus; quæ pertinet ad acquirendum; quod enim ipſis ſufficeret, neceſſarium erat permutationem facere. In prima igitur ſocietate, ideſt in domo, manifeſtum eſt nihil opus eſſe illius, ſed jam in majore exiſtente ſocietate. Alii enim illorum communiter habebant omnia, alii ſeparatim multa, rurſus & alia. Quorum ſecundum indigentiam neceſſe erat permutationem facere; quemadmodem adhuc faciunt barbarorum nationes multæ, alia pro aliis dantes, recipientesque; utilia enim pro utilibus tradunt, ultra vero nihil: ceu vinum pro tritico, & ceteris talibus. Hujuſmodi ergo permutatio, neque præter naturam eſt, neque ad amplificationem patrimonii pertinet, cum ſit in ſupplementum indigentiæ ſecundum naturam. Ex hac tamen illa proceſſit ſecundum rationem. Nam cum à remotioribus quæreretur auxilium, importando illa, quibus indigebant, & exportando illa, quibus abundabant, neceſſario nummi productus eſt uſus. Non enim facile deferri poſſunt ſingula ad vitam neceſſaria. Quare ad permutationes faciendas tale aliquid compoſuerunt inter ſe dare, & accipere, quod utilium quippiam exiſtens haberet uſum commutandi facilem ad vitam: ceu ferrum, & argentum, & ſiquid aliud tale, primo ſimpliciter definitum quantitate, & pondere, poſtmodum vero & ſigno impreſſum, quo à menſura liberi eſſent. Nam ſignum poſitum eſt ad quantitatem demonſtrandam*. Patet autem apud Italos ante Romam conditam nihil pro natura fuiſſe certi dominii, ſed aberrando nunc hos, nunc illos agros poſſeſſos, cultosque. Aborigines antiquiſſimos terræ Italiæ indigenas conſtat nullos agros ulli ex ſuis unquam aſſignaſſe. Hujus autem rationem eſſe neceſſe eſt, quod maxima viverent re pecuaria Dionyſ. lib. 1. Eos refert Saluſtius de bello Catil. *genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio liberum atque ſolutum*. Juſtinus contra deſinit: *Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum Rex Saturnus tantæ juſtitiæ fuiſſe traditur, ut neque ſervierit ſub illo quiſquam, neque quicquam privatæ rei habuerit, ſed omnia communia, & indiviſa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium eſſet. Ob cujus exempli memoriam cautum eſt, ut Saturnalibus exæquato omnium jure paſſim in conviviis ſervi cum dominis recumbant*. Ceterum inter tot monumenta virtutum ſi quis accurate vetera illa ceterorumque Italiæ populorum inſtituta ſcrutetur, prædas quammaxime barbaros illos exercuiſſe inveniet. Refert enim Dionyſius, non ſolum re pecuaria, ſed etiam latrociniis vixiſſe illos: & celebrantur apud D. Auguſtinum contra Julianum ex Cicerone in Hortenſio, qui uſque ab Ariſtotele id ſumpſerat, prædones Hetruſci, qui viva captivorum corpora cum mortuis adverſa adverſis accommodata quam aptiſſime colligando incredibili crudelitate homines necabant, quem perfidum morem Virgilius Æneid. lib. 8. exprobrat in Mezentio Rege illorum:

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Componens manibuſque manus, atque oribus ora,
Tormenti genus, & ſanie taboque fluentes
Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.

Fabula quoque Caci, qui prædatus ſit Herculis boves, illam indicat illius populi vivendi rationem. Et Romuli, Remique educatio memoratur contra prædones: nullumque bellum a primis Romanis bellatum, & ante eos ab Æquicolis legimus, non prædæ cauſa. Ut ſi quis dixerit Populum Romanum a Deo excitatum ad compeſcendos barbaros illos mores, verum dixiſſe videatur. Ex his facile conjicere quis poterit cauſas firmandi etiam apud Romanos rerum dominii, quod uno emptionis nomine explicabatur. Emo enim apud veteres idem ſignificabat, ac paro, adquiro, meum facio. Et primo permutationibus emptiones fiebant: poſt invento nummo nummi ſolutione: plura vero belligerandi inſtituto, quæ ſingula quæ, qualiaque fuerint, ſingulatim perſequemur.

Plures apud Romanos adquirendi modi traduntur: alii jure naturæ, ſeu gentium, alii ſuo civili jure. Omnes enumerat, & explicat Juſtinianus in inſt. lib. 2. ſummatim Cicero lib. 1. de offic., quem retulimus hoc cap. in principio: *ſunt autem privata natura nulla, ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, ut qui bello potiti ſunt, aut lege, aut pactione, conditione, ſorte*. Item de Aruſp. reſp. *mea ſunt domus in hac urbe jure privato, jure hereditario, jure authoritatis, jure mancipii, jure nexus*. Item abalienationes refert Cicero in Top. *abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quos ea jure civili fieri poſſunt*. Varronis ſententiam affert author hic: *in emptionibus ſex fere res dominium legitimum*

per-

Hereditatem io Topicis Cicero definivit A *pecuniam, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta*. Quibus verbis res eum potius quam jus ipſum hereditarium eſſe complexum conſtat. Itaque aſsentiot potius Juliano Juriſconſulto, qui hereditatem inquit e *ſucceſſionem eſſe in univerſum jus, quod defunctus habuerit*. Jus autem hereditarium eſt, quo quis quid, quia heres relictus eſt, poſſidet. Juſta autem hereditas, eſt legitima hereditas, quæ ad ſolos cives Romanos jure civili pervenire poteſt. Etenim qui cives Romani non erant, oec teſtamentum facere, nec teſtamento teſtes intereſse, neque ex teſtamento quicquam capere poterant; id quod in libris

perſitiunt: ſi hereditatem juſtam adiit: ſi ut debuit ab eo accepit, à quo jure civili potuit: aut ſi in jure ceſſit, qui potuit cedere, & id ubi oportuit: aut ſi uſucepit: aut ſi è præda ſub corona emit: ſimve cum in bonis, ſectionеve cujus publice venit. Ulpianus vero in titulis: *Singularum rerum dominia nobis adquiruntur, mancipatione, uſucapione, in jure ceſſione, adjudicatione, lege*. Sed ne in vaſtiſſimum totius fere juris naturalis, & civilis oceanum oos immergamus, quos modos tantum ad rem pertinere arbitrabimur, explicabimus. B

Ex omnibus adquirendi modis primum cenſeo eſſe dandum uſucapioni locum, quæ ipſa maxime inſinuante naturæ inventa eſt. Fuit autem jus ſibi firmandi ejus, quod ante ex errandi more deſtitutione periſſet. Itaque egregie Modeſtinus in L. 3. De uſurp. & uſucap uſucapionem ita definit: *adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti*. *Adjectionem* probo potius, quam *adeptionem*, quo vocabulo uſus eſt Ulpianus in fragm., quem ſecuti ſunt Duarenus, & Cujacius, quia uſucapione adjicitur propria priſtino uſui dominium; ejus lex in XII. tab. USUS AUTHORITAS FUNDI BIENNIUM: CETERARUM RERUM ANNUUS USUS ESTO. C *Authoritas*, ideſt ſtabilitas, non dominium, cum ex uſus ſtabilitate dominium præſcribatur: *poſſeſſiones*, inquit Feſtus, *appellantur agri patentes publici privatique, quia non mancipatione, ſed uſu tenebantur, & ut quiſque occupaverat poſſidebat*. Eſt enim authoritas confirmatio, ſeu determinatio ejus, quod ea ſeparum, aut nihil firmitatis habet jure: inſt de auth. tut. Alii pro jure defenſionis, aut pro actione in rem *authoritatem* intelligunt ex Venulejo in L. ult. D. de evict. Sed ſi ſola defenſio eſſet, deſinens poſſidere, quamvis uſucepiſſet, actione deſtitueretur: Venulejus vero, non actionem in rem, ſed actionem pro evictione dixit *authoritatem*, ut etiam Paulus lib. 2. ſentent. *venditor, ſi dominus non ſit, authoritatis manet obnoxius*: ubi *authoritas* pro obligatione conſervandæ, & defendendæ D rei apud emptorem, qui illo titulo authore poſſidet. Uſus igitur authoritate factum eſt, ut non deſeruiſſe quis fundum diceretur, qui poſtquam biennium eo uſus fuiſſet, aliquandiu ab uſu deſtitiſſet. Non enim negligentia ſola, non oblivio, non abſentia, non vacua à ſucceſſore poſſeſſio ſufficiunt ad extinguendum dominium uſu authoritate firmatum inſt. de uſucap. §. quod autem L. 37. § fundi D. eodem, niſi quis pro derelicto rem habuerit, quia ut ait Ulp. in L. 1. D eodem *iiſdem modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus adquiruntur*. Ut quis igitur uſucapere poſſit, vacuam poſſeſſionem nactum eum fuiſſe oportet. Nam ſi poſſidente alio ſe alter intrudit, non poteſt poſſeſſor ſuo uſu privari. In hoc autem vacuitate una cum poſſeſſione temporis lege definiti tota uſucapio conſiſtit. E Hinc homines liberi, qui ſui juris ſunt nunquam libertate abdicare ſe intendit: rei ſacræ, religioſæ, ad communem uſum, populive deſtinatæ, intra quinque pedes in finibus: veſtibulorum, ſervi fugitivi, furtivæque rei, vive poſſeſſæ uſucapio non procedit. Imo plus etiam requiritur: ut quis credat quoque nullius eſſe rem: nam ſi ſciti alienam eſſe, quamquam dominus uſum intermiſiſſet, uſucapere non poteſt, quia teret priſtinæ illerrandi ſine alieno damno ſimplicitate. Hæc forte fuerunt prima uſucapionis inſtituta, ſcilicet vacuitas poſſeſſionis, bona fides, & poſſeſſio continuata per definitum tempus. Poſt titulus adjectus eſt, quum per aſſignationes occupatæ res omnes cœperunt eſſe in commercio. Nemo enim alterius rei dominus fieri poteſt, niſi à priore domino aliquo titulo jure probato, veluti emptione, donatione, permutatione, aut hujuſmodi, eam nanciſcatur. Adſignatio autem agrorum cum legitima diſtinctione Numæ Pompilio tribui jure poteſt, cujus legem habemus de terminis apud Feſtum: QUEI TERMINOM EXARASSIT, IPSUS ET BOVEIS SACREI SUNTO; cum enim quandoque accidere poſſit, ut quis non ſuum vendat, ſed alienum, conſtitutum eſt, ut emens alienum, ſi bona fide, ideſt credens dominum eſſe qui vendit poſſeſſionem nactus fuerit, perque tempus definitum poſſederit, reſque ſit, quæ uſucapi poſſit, neque dominus eo ſpatio vindicandæ rei ergo judicium inſtituerit, ejus rei dominus fiat. Cenſetur enim in tot circumſtantiis prior dominus rem pro derelicto habuiſſe. Pro derelicto autem quiſque rem habens, ſtatim deſinit ejus eſſe dominus, ut dicimus quæ iterum occupanti cendit d. L. 1. D. pro derel. Si autem ante tempus uſucapionis completum, vel prior dominus vindicaverit, vel uſucapiens a poſſeſſione ceciderit, tum uſurpatio dicitur, quæ eſt uſucapionis interruptio. Oratores uſurpationem pro frequenti uſu accipiunt, ut notat Paulus in L. 2. D. de uſurp. & uſucap. Uſurpationeque interveniente uſucapio evaneſcit, neque iterum poſſidendo uſucapere quis poteſt, niſi priſtinis iterum repetitis omnibus requiſitis: interim autem prior dominus per quodcunque tempus dominium non perdit, nam vindicatione inſtituta poſſidens mala fide uſucapere nequit: ſi vacua relicta poſſeſſio eſt, à nemine occupatur. Uſucapionis autem beneficium ſoli civi Romano competebat: unde in XII tab. ADVERSUS HOSTEM ÆTERNA AUTHORITAS ESTO. Ideſt ut aa quacunque hoſpite poſſeſſione civis Romanus dominium rerum ſuarum authoritate firmatum nunquam amittat. Hoſtem enim pro hoſpite antiquos dixiſſe ex Cicerone lib. 1. offic. docemur. Furtivarum autem rerum lex erat ſingularis in XII. tab. FURTIVÆ REI ÆTERNA AUTHORITAS ESTO, quæ confirmata, explicataque eſt lege Atinia, niſi in poteſtatem domini ea reverti ſſet, & ſi ſciſſet furtum commiſſum, ut ſciret etiam rem reverſam. In poteſtatem quoque veniſſe videri Sabinus, & Caſſius in L. 215. D de verb. ſignif. dixerunt, ſi ejus vindicandæ poteſtatem dominus habuerit, quod mihi perquam durum eſt, cum multi caſus nos e lite vel morari poſſint, ut pie advertit Juſtinianus in L. ult. C. de præſcription. 30, vel 40. ann. Itaque Accurſio conſentio, qui poteſtatem vindicandi ita ſufficere ait, ſi pro ſe litis æſtimationem dominus habuerit, vel ſaltem etiam adprehendendi poteſtatem.

Juſtinianus in uſucapione nonnulla correxit. Quod fundi tempus erat biennium, voluit eſſe inter præſentes decem annos, inter abſentes viginti: quod mobilium, ſeque moventium erat, triennium. Quod uſucapio rerum tantum Italici ſoli eſſet, non provincialium, in univerſo imperio procedere eam voluit. L. un. C. de uſuc. tranſf. Bona fides ut non ſufficiat ſolius adquirentis, ſed ſit neceſſaria etiam bona fides vendentis; ut ſcilicet bona fide is rem ſuam credens poſſederit, & vendiderit, niſi verus dominus ſciens rem diſtractam ad ſe pertinere ſolum uſucapionis tempus ſilentio præterire ſiverit; tunc enim etiamſi malæ fidei poſſeſſor vendiderit, à bonæ fidei emptore rem adquiſitam uſucapi permiſit nov. 119. §. curſus.

Ab uſucapione ad emptionem ſub corona accedo, quæ a ſpoliis hoſtium deſcendit. Spolia hoſtium certe antiquiſſima fuerunt ab ipſa bellorum origine initium trahentia. Quicquid enim

bris Juriſconſultorum poſitum, graviſſima etiam Ciceronis auctoritate video comprobatum. Is enim Archiam poëtam civem Romanum fuiſſe eo argumento oſtendit, quod hereditates adiſſet civium Romanorum, & Æbutius negabat Cæcinam Volaterranum, ut idem in defenſione Cæcinæ ait, heredem Cæſenniæ eſſe poſſe, quod Volaterranis civitas à L. A Sylla dictatore eſſet adempta; cui ille reſpondit, Syllam ita tuliſſe de civitate Volaterranorum, ut non tolleret hereditates; juſſiſſe autem, ut eſſent eodem jure, quo Ariminenſes, quos conſtaret à civibus Romanis hereditates capere potuiſſe; atque hoc eſt, quod in oratione pro domo Quiritium legitimum jus hereditatem vocavit.

De

---

enim capiebatur ab hoſtibus, victoris fiebat. Et primo ſorte ſine ulla lege res procedebat, ut qui caperet, dominus fieret ejus, quod cepiſſet, quod etiam hodie obſervatur, & male. Poſt & præda legem accepit, ut in Imperatorum poteſtate ea eſſet, in ejuſque vendendæ, donandæ, diſtribuendæ, diſtrahendæ, reddendæ, abſumendæve, aut comburendæ arbitrio. B Hoc pariter antiquiſſimum uſque ab Abram. Cum enim Amraphel Rex Senaar: ii erant Chaldæi; Amraphel autem ex Nemrod, & Arioch Rex Ponti, & Chodor lahomor Rex Elamitarum, & Thadal Rex gentium pugnaſſent contra Bara Regem Sodomorum, & contra Berſa Regem Gomorrhæ, & contra Senaab Regem Adamæ, & contra Semeber Regem Seboim, contraque Regem Balæ, quæ fuit Segor, quos viciſſent, diripuiſſentque omnem ſubſtantiam Sodomorum, & Gomorrhæorum; nec non cepiſſent Lot, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis, & omnem ſubſtantiam ejus; Abram Lot captum audiens, delectis centum decem & octo vernaculis ſuis, nonnulliſque ſibi fœderatis adjectis, perſecutus eſt eos, atque commiſſo prœlio eos fudit, fugavitque, a quibus C non tam Lot recuperavit cum omni ſubſtantia ejus, ſed etiam omnem ſubſtantiam illorum populorum direptorum, quæ cum pro more ſua jure belli eſſet facta, neque enim cum illis ullum fœdus habebat, nihilominus totam eis reddidit, diſtributis dumtaxat partibus Aner, Eſchol, & Mambre ſociis ſuis, fœderatiſque. Ceteræ vero prædæ decimam dedit Melchiſedec Regi Salem: Gen. 14. Quod inſtitutum & apud Romanos receptum. Nam Priſcus ab Apiolis magna præda revecta ludos opulentius, inſtructiuſque, quam priores Reges fecit; Sabinorum vero ſpolia, quæ Vulcano voverat, ingenti cumulo accendit: Liv lib. 1. Camillus ex Faliſcis, Capenatibuſque ingenti præda potitus, maximam ejus partem ad Quæſtorem redegit, haud ita multum militi dedit. De præda vero Vejente ex literis Camilli Dictatoris conſultatum in Senatu, D dictuque ſententiis, edictumque propoſitum: *ad prædam Vejentem quibus videretur, in caſtra ad Dictatorem proficiſcerentur, ut quod quiſque ſua manu ex hoſte caperet, domum retuliſſet*. Et nihilominus decima ejus pars Pythico Apollini à Camillo Dictatore vota. Idem Camillus renovato bello in Faliſcos, totam eorum prædam ad Quæſtores redegit cum magna militum ira. Liv. lib 5. Inſigniſque fuit controverſia triumphi de Perſeo feliciſſime victo, quam apud Plebem ſuſtinere debuit L. Æmilius Paulus ob invidiam exercitus, quod parcius, quam ſperaverat, de Macedonica præda particeps factus fuiſſet. Liv. lib. 45 Nimiaque ſeveritate notatus fuit Lucullus, quod parum liberalis erga milites in hoſtium præda fuiſſet. Dio Caſs. lib. 35.

Præda itaque aut tota, aut pars ad Quæſtores redacta, E ut plurimum vendebatur, quæ ſectio dicebatur, aut auctio, aut haſta, aut ſub corona. Erat enim venditio publicè propoſita, proſcriptaque, ut qui emere vellet ad diem veniret. Plaut. in Menæch. act. 5. ſcen. ult.: *die ſeptimi venibunt ſervi, ſupellex, fundi, ædes, omnia venibunt: quique licebunt præſenti pecunia*. Cæſar duarum ſectionum meminit bello Gallico a ſe factarum: alterius lib. 2., quo Aduaticos perfidiæ cauſa, ſeu ſectionem ejus oppidi univerſam vendidit, & venditorum capitum numerus ad eum relatus millium LIII.: alterius lib 3., quo Venetos legatorum ejus ab iis interfectorum cauſa, omni Senatu necato reliquos ſub corona vendidit. An autem corona idem eſſet, atque haſta in ſectionibus dubitari poteſt: quoniam Gellius, & Feſtus coronam captivis tantum attribuunt, dicentes coronatos eos venire, coronamque ſignum fuiſſe quod nihil in venditione præſtaretur, ideſt de evictione non caveretur. Valerius tamen lib. 6. cap 5. narrat Pub. Claudium Camertinos ductu, atque auſpiciis ſuis captos ſub haſta vendidiſſe, quod idem narrat Dio- B nyſius lib 4: *Romani modis juſtiſſimis ſervos ſibi parabant, aut enim ementes à Republica eos, qui e præda ſub haſta vendebantur* &c. Et Liv. lib. 23 *Q. Fabius edixit, ſi qui ante Calendas Julias primas frumenta ex agris in urbes munitas non invexiſſent, eorum ſe agrum populaturum, ſervos ſub haſta venditurum, villas incenſurum*. Item infra de legatis Philippi Macedoniæ Regis, & Annibalis captis: *captivos in vincula conditos, comitibuſque eorum ſub haſta venditis*. At quod corona communis eſſet omnibus rebus in præda vendenda indicare videtur etiam Varro ab authore hic allegatus, cujus verba repero: *aut ſi è præda ſub corona emit*. Ego ſuſpicor ſignum ſectionis fuiſſe non haſtam ſolam, ſed haſtam ſub corona, ideſt haſtam cum faſtigio coronato. Idemque fuiſſe ſervos coronatos venire, ac C pileatos, quod piloſum textum capiti eorum circumdaretur. Ex his autem nihil præſtandum emptori, quod ſatis conſtaret jus vendendi in præda capta ex hoſtibus. Nullam igitur differentiam admitto, niſi occaſionis gratia inter venditionem ſub corona apud Exercitum, & eam, quæ civili more in civitate publicè fiebat. Utraque enim haſtam, & coronam per ſe ferebat: utriuſque author Magiſtratus; domi Prætor, belli Quæſtor: utraque edictis, præconibuſque celebrabatur. Haſtam autem, coronamque in his ſectionibus uſitatam credo, quod Romani plurimas rerum civilium ceremonias a bellis, quæ fuerunt maximum, ſummumque, ac fere naturale eorum inſtitutum, acceperint. Feſtus: *haſtæ ſubjiciebantur ea, quæ publicè venumdabant, quia ſignum præcipuum eſt haſta. Nam & Carthaginienſes cum bellum vellent, Romam haſtam D miſerunt. Et Romani fortes viros ſæpe haſta donarunt*. Itaque in vindicationibus manum conſerere, raptus, haſtaque in nuptiis, manu capere in Flaminibus, Auguribus, Virginibuſque Veſtalibus, & his ſimilia. Cum itaque præda ab hoſtibus capta venumdanda eſſet, inſigne haſta militari more poſita, quod etiam in auctionibus civilibus uſurpatum: & forte poſt Lartem, ſeu Regem Porſenam addita corona, ut ejus bona in auctionibus nominari conſueruit, ſcribente quoque Livio lib 2.: *cujus originem moris neceſſe eſt, aut inter bellum natam eſſe, neque omiſſam in pace*.

Tertius adquirendi modus mancipatio cenſeri poteſt. Hæc ſolemnis per nexum apud Romanum venditio. Cic. philip. 2.: *venditum, atque mancipatum tribunatum*: & mancipationes, ideſt venditiones in adoptionibus. Idem E Cic. lib. 1. de fin.: *L. Torquatus, qui filium in adoptionem D. Silano mancipaverat*. Item in dimiſſionibus libertorum, quæ nimirum mancipationes, ſeu emancipationes nominantur. In teſtamentis quoque, & in liberationibus: in illis enim quaſi familiæ emptor interveniebat: in his quod ante mancipatione nexum fuerat, contraria mancipatione liberabatur. Sed mancipatio legibus introducta. Ante & apud Romanos traditionibus pro jure naturali dominia rerum commutabantur. Ferunt enim & apud ipſos in pecore pecuniam, ideſt totam ſubſtantiam conſtitiſſe. Feſtus: *Peculatus eſt nunc quod qualecunque furtum publicum. Sed inductum eſt à pecore, ut pecunia quoque ipſa. Jam etiam noxis pecore multabantur, quia neque æris adhuc, neque argenti*

erat

De mancipatione vero hæc invenimus. Sane quidquid per æs, & libram fiebat, nexus dicebatur; at præter cetera abalienatio, & obligatio fiebat, quatum illa mancipatio, hæc nexi datio dicebatur; ergo nomen nexus utrique commune fuit; atque hoc ex Varronis libris de lingua Latina cognoſcitur, in A quibus hæc verba ſunt: „ Nexum Manilius „ ſcribit eſſe, quod per æs, & libram geratur; in quo ſunt mancipia. Scævola, quæ „ per æs, & libram fiant, ut obligentur, „ præterque quæ mancipio dentur; hoc verius eſſe ipſum verbum oſtendit; nam idem, „ quod obligatur, nec ſuum ſit, inde nexum „ di-

erat copes. Latè Gellius de hac re lib. 11. cap. 1. Igitur cum pecore, tum aliis rebus permutationes pro venditionibus æque, atque apud ceteras gentes frequentabantur. Propterea & inter ipſos celebres illi verſus Homeri in L. 1. D. de contrah. empt., & in inſt. tit. eod. § pretium, quos ſupplet Alciatus lib. 2. præterm.

B

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. Iliad. lib. 7.

Quos ego ita traduco:

Tunc avenìs vinum crinitus emebat Achivus.
Æra dabant alii, atque alii fulgentia ferra:
Aſt alii corios, ipſas aliique juvencas,
Mancipia atque alii. Item:

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς
Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε
Χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Iliad. lib. 6

C

Jupiter heu Glauco mentem Saturnius aufert.
Namque dat arma ſui Tydides pro Diomedes,
Centuſſeſque boves dat bubus pro macilentis. Item:

Τήν ποτε Λαέρτης πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν
Πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν. Odyſſ. lib. 1.

Emit & hanc propriis Laërtes opibuſque boniſque,
Biſque decem florente boves pro virgine promſit.

Itaque diu diſputatum an, & poſt nummum venditio à permutationibus poſſet diſcerni, qua de quæſtione Paulus in d. L. 1. D. de contr. empt. *Origo emendi, vendendique à permutationibus cœpit. Olim enim non ita erat nummus: neque aliud merx, aliud pretium vocabatur: ſed unuſquiſque ſecundum neceſſitatem temporum, ut rerum utilibus inutilia permutabat. Quando plerumque evenit, ut quod alteri ſuper eſt, alteri deſit. Sed quia non ſemper, nec facile concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego deſiderarem, invicem haberem quod tu accipere velles, electa materia eſt, cujus publica, ut perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubveniret. Eaque materia forma publica percuſſa, uſum, dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate. Nec ultra merx utrumque, ſed alterum pretium vocatum. Sed an ſine nummis venditio dici, hodieque poſſit, dubitatur, veluti ſi ego togam dedi, ut tunicam acciperem. Sabinus, & Caſſius eſſe emptionem, & venditionem putant: Nerva, & Proculus permutationem, non emptionem hoc eſſe. Sed verior eſt Nervæ, & Proculi ſententia: nam ut aliud eſt vendere, aliud emere, alius emptor, alius venditor; ſic aliud eſt pretium, aliud merx. Quod in permutatione diſcerni non poteſt, uter emptor, uter venditor ſit.*

D

Nummus a Servio Tullio inventus. Plin. lib 33. cap. 3. *Servius Rex primus ſignavit æs. Antea rudi uſos Romæ Timæus tradit. Signatum eſt nota pecudum, unde & pecunia appellata. Argentum ſignatum eſt A. U. C. CCCCLXXXV. Q. Fabio Conſule quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro X. libris æris, quinarius pro quinque, ſeſtertium pro dipondio ac ſemiſſe. Libra autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impenſis Reſpublica non ſufficeret, conſtitutumque ut aſſes ſextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucri, diſſolutumque æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera roſtrum navis. in triente verò, & quadrante rates. Quadrans ante triuncius vocatus à tribus unciis.*

E

Fortè idem Servius invenit & nexum, qui quinquaginta nimirum leges de contractibus tulit

curiatis comitiis, & de injuriis. Dionyſ. lib 4. Ut enim ceteris omnibus Romanos antecellere vidit: ita & in poſſidendi jure eos voluit diſtinguere: unde ex jure Quiritium poſſidere, optimo jure poſſidere arbitrabantur. Formam nexus deſcripſimus cum de adoptione egimus, ſcilicet per æs & libram: certis verbis, libripende, & quinque teſtibus præſentibus, quemadmodum enunciat Ulpianus in titt. *Nexus forma mancipationis.* Mancipatio nomen contractus. Et nexum dixerunt, quod obligatio contraheretur: obligatio enim *juris vinculum*: inſt. de oblig. in princ. Mancipatio quod manu res venditæ traderentur. Cajus in inſt. *Mancipatio hoc eſt manus traditio.* Non omnium tamen mancipatio, ſeu nexus fiebat, ſed eorum, quæ mancipi eſſent: unde res mancipi, & nec mancipi: *Mancipi*, ait Feſtus, *dicitur quod manu capitur*. Et id quoque ortum à belligerando. Nam mancipia dicta quod ab hoſtibus manu caperentur: Florentinus in L. 4. D. de ſtat. hom. Sum igitur opinionis principio mancipationes eorum tantum fieri, quæ manibus caperentur, non ſoli. Itaque nexus ſolemnitates propriè in illis ſemper ſteterunt: in rebus ſoli, quæ ex cenſu jure civili vendi cœperunt; unde Feſtus: *cenſui à cenſendo agri propriè appellantur, qui & emi, & venire jure civili poſſunt*: per extenſionem, impropriè, ac per ſimilitudinem. Ulpianus ubi ſup.: *Res mobiles nonniſi præſentes mancipari poſſunt, & non plures, quam quæ manu capi poſſunt. Immobiles autem etiam plures ſimul, & quæ diverſis locis ſunt, mancipari poſſunt*. Nuncupatio ſola igitur, non & manus traditio in rebus ſoli. Nuncupatio: ſolemnis conceptis verbis, & palam pronunciatio rerum, quæ venibant, & ita ut exaudiri à teſtibus poſſit. Ulp. in L. 21 D. qui teſt. fac. poſſ. Neque illud in mancipatione rerum ſoli obſervabatur, quod in vindiciis apud Prætorem, cum ex jure manu conſertum vocabant, unde glebam in jus in Urbem ad Prætorem deferebant, ut in ea gleba, tamquam in toto agro vindicarent: Gell. lib. 20. cap. 9., qua de re ſuo loco. Sed mancipi res non omnes, quæ manu capi, neque ſoli omnes. Dicerem, quæ in abſolutum, plenumque dominium, & in maximum uſum, & cum ſtabilitate eſſent. Quæ ita non eſſent, nec mancipi. Ulpianus uti ſup.: *Mancipi res ſunt: prædia in Italico ſolo, tam ruſtica, qualis eſt fundus, quam urbana, qualis domus. Item jura prædiorum ruſticorum: velut via, iter, actus, & aquæductus. Item ſervi, & quadrupedes, quæ dorſo, collove domantur, vel ut boves, muli, equi, aſini. Ceteræ res nec mancipi ſunt. Elephanti, & Cameli, quamvis collo, dorſove domentur, nec mancipi ſunt, quoniam beſtiarum numero ſunt*. Solum Italicum mancipi, quod in pleno eſſet civium Romanorum commercio. Solum in provinciis nec mancipi, quoniam proprietas eſſet apud unum Populum Romanum: uſus, & fructus tantum tributi cauſa apud poſſeſſores: unde prædia ſtipendiaria, & tributaria in provinciis apud Juſtinianum in §. per traditionem inſt. de rer. diviſ., & adq. ear. dom., & prædia vectigalia apud Paulum in L. 11. D. de publ. in rem act. Itaque mancipium & pro jure proprietatis acceptum ad differentiam uſus, & fructus. Curio ad Ciceronem ep. 29 lib 7: *Sum enim*, inquit, χρήσει μὲν *tuus*, κτήσει δὲ *Attici noſtri: ergo fructus tuus eſt: mancipium illius*, ideſt proprietas, ſeu, ut ajunt, directum dominium: cui Cicero ep. ſeq.: *quando tu Attici noſtri proprium te eſſe ſcribis mancipio, & nexu, meum autem uſu, & fructu, contentus iſto ſum*. Mobiles res, quæ numero, pondere, menſura conſiſtunt, quod facile conſumuntur, & ſupellectiles, aliaque fundorum inſtru-

„ dictum. Ex quibus apparet, duo eſſe jura inter ſe diverſa, jus mancipii, & jus nexi (89). Quod ſignificavit Cicero, cum utrunque conjunxit ad Curium: *Atticus te proprium eſſe ſcribit mancipio, & nexu; meum autem uſu, & fructu*; & de reſponſis: *Multæ domus ſunt in hac*

A *urbe, atque haud ſcio, an fere cunctæ jure optimo, ſed tamen jure privato, jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipii, jure nexi*. Jus autem mancipii eſt jus dominii emptione acquiſiti, jus nexi jus dominii oppignoratione aut alia obligatione adepti. Quid autem man-

ſtromenta, quod potius ædium, fundorumque cauſa paratæ eſſent, nec mancipi. Beſtiæ quoque, quia feræ, licet domitæ, ad ſuam tamen facile revertuntur naturam: Juſtin. in §. Cervos inſt. de rer. diviſ. & adq. ear. dom. Addit Cujacius in Cod. tit. de uſucap. transf. res quoque pretioſas mancipari conſueſſe, quod ex Plinio, aliiſque probare intendit. Neque diximus pro civibus Romanis: ſed & aliis, quibus commercium datum eſſet, ut & aliis jura connubii, ut in eo capite ſupra diximus. Commercium definit Ulpianus loco ſæpe citato: *emendi, vendendique invicem jus*. Itaque: *mancipatio*, inquit, *locum habet inter cives Romanos, & Latinos, Colonarios, Latinoſque Junianos, eoſque peregrinos, quibus commercium datum eſt*. Inter peregrinos igitur, hoſpites, alioſque, quibus civitas, commerciumve datum non eſſet, traditione ex juſta cauſa jure naturali dominia rerum commutabantur, ut etiam inter cives Romanos, & inter eos, quibus jus commercii datum rerum nec mancipi. Igitur Ulpianus: *Traditio propria eſt alienatio rerum nec mancipi: harum dominia ipſa traditione adprehendimus, ſcilicet ſi ex juſta cauſa traditæ ſunt nobis*.

Sed hæc omnia ſuſtulit Juſtinianus. Ne amplius ex jure Quiritium dominia rerum diſtinguerentur à dominiis jure naturæ quæſitis: ne res mancipi, ut nec mancipi eſſent: ne Italici, vel non Italici ſoli; ſed uno jure, unaque naturali ratione per traditionem, alioſque adquirendi modos, veteribus diſtinctionibus, utpote ænigmatibus, inutilibuſque ſubtilitatibus plenis, æque & eſſent, & commutarentur, dominiaque conſiſterent. L. un. C. de nud. jur. Quir. toll. § per traditionem Inſt. de rer. diviſ., & adq. earum dom., cujus verba ſunt: *Per traditionem quoque jure naturali res nobis adquiruntur. Nihil enim tam conveniens eſt naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi: & ideo cujuſcunque generis ſit corporalis res, tradi poteſt, & à domino tradita alienatur. Itaque ſtipendiaria quoque, & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem ſtipendiaria, & tributaria prædia, quæ in provinciis ſunt: inter quæ, necnon & Italica prædia ex noſtra conſtitutione nulla eſt differentia: ſed ſiquidem ex cauſa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex cauſa tradantur, ſine dubio transferuntur*.

In jure ceſſio eſt ſecundum Ulpianum communis alienatio, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres perſonas: in jure cedentem, vindicantem, addicentem: *In jure cedit dominus: vindicat is cui ceditur: addicit Prætor. In jure cedi res etiam incorporales poſſunt, velut uſusfructus, & hereditas, & tutela legitima, & libertas*. Rectè hic ut cetera eam deſcribit Author.

Hereditas inter prima fuit hominum inſtituta. Ideo queſtus Abram, quod vernaculus ejus heres ſuus futurus eſſet. Promiſit autem ei Deus, eum heredem ejus non futurum, ſed qui egreſſus fuiſſet de utero ipſius. Gen. 15. Hereditas duplex: ab inteſtato: ex teſtamento. Ab inteſtato legitima, ideſt lege: juſta, ideſt jure: L. 3. §. de illo D. pro ſocio. Ex teſtamento quæ datur hominis diſpoſitione. Leges XII. tabb.: PATERFAMILIAS UTI LEGASSIT SUPER PECUNIÆ, TUTELÆVE SUÆ REI, ITA JUS ESTO. AST SI INTESTATO MORITUR, CUI SUUS HERES NEC ESCIT, AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO. SI AGNATUS NEC ESCIT, GENTILIS FAMILIAM HERES NANCITOR. Rectè definitur hic hereditas ab Authore ex Juliano in L. 62. D. de reg. jur. Hereditas enim nomen juris eſt, continens tam bona, & actiones, quam obligationes, ut etiam damnoſa hereditas ſit, & obliget heredem: L. 119. D. de reg. jur. L. 5. D. de bon. poſs. Propter igitur XII. tabb. heredes ſcripti legitimis præferuntur L. 70. D. de adq. vel omitt. hered., & donec teſtamentarius ſperatur, legitimo non eſt locus L. 8. C. Comm. de ſucceſs. Igitur teſtamentum vires capit ex herede, tam in inſtitutione, quam in aditione. Nam ſine inſtitutione heredis teſtamentum irritum eſt: ſi heres hereditatem non adit, irritum fit, & tam legitimo fit locus: L. 10. D. de jur. cod. Ulp. in tit. §. ante Inſt. de leg. L. 1. D. de injuſ. rupt., & irrit. fact. teſt. Heres autem aut verbo, aut facto hereditatem adquirit: verbo, ſi ſe declaret, & ſolemne erat verbum *Adeo*: unde hereditatem adire: Ulp. in tit. L. 51. in fin. D. de adq. vel omitt. hered. Facto, ſi quid pro herede gerit, eo tamen animo, ut heres ſit. Idque dicitur hereditatem adgnoſcere, quod eſt, vel quidquam amovendo, vel pro herede gerendo, ut in L. 12. D. eod. Suus tamen heres proprie immiſcere ſe hereditati dicetur propter continuationem dominii ead. L. 87. D. eod.

Adjudicatione, ait Ulp. in tit. *dominia nanciſcimur per formulam familiæ erciſcundæ, quæ locum habet inter coheredes: & per formulam communi dividundo, cui locus eſt inter ſocios: & per formulam finium regundorum, quæ eſt inter vicinos. Nam ſi unus judex ex heredibus, aut ſociis, aut vicinis rem aliquam adjudicaverit, ſtatim illi adquiritur, ſive mancipi, ſive nec mancipi ſit*; qua de re latè Juſtinianus inſt. tit. de off. jud. §. ſi familiæ cum ſeqq.

Lege, Ulpianus ait, *nobis adquiri, velut caducum, vel ereptitium ex L. Papia Poppæa. Item legatum ex L. XII tabb., ſive mancipi res ſint, ſive nec mancipi*. Quid ſit caducum, & ereptitium prolixa opus eſſet oratione: qui plenè ea cognoſcere intendit, adeat doctiſſimos Gravinam de legib., & Sen. Conſ. § 60., & Heineccium ad L. Jul. & Pap. Popp. Ceterum ea ſunt, quæ ex aliquo facto in fiſcum ipſo jure perveniunt. Unde Ulpianus in L. 14. D. de publ. & vectigalib. *Commiſſa vectigalium nomine etiam ad heredem tranſmittuntur. Nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit ejus eſſe, qui crimen contraxit: dominiumque rei vectigali adquiritur: eapropter commiſſi perſecutio, ſicut adverſus quemlibet poſſeſſorem, ſic & adverſus heredem competit*. Legata vero ideo lege adquiruntur, quia legati dominium ipſo jure à teſtatore in legatarium pervenit: unde Neratius in L. 64. D. de furt.: *ea, quæ leganter, recta via ab eo, qui legavit, ad eum, cui legata ſunt, tranſeunt*. Leges quoque agrarias ad hoc caput referre poſſumus, & colonias, atque adſignationes agrorum militares, de quibus in L. 15. D. de rei vind. §. item ſi forte, & in L. 11. D. de evict.

Sorte adquirimus, ut miſſilia quæ jactant Prætores, & Conſules in vulgus, ut apud Juſtinianum §. pen. Inſt. de adq. rer. dom. Neroni populo miſſilia ſparſiſſe fertur apud Svetonium: *omnium rerum per omnes dies: ſingula quotidie millia avium cujuſque generis, multiplex penus: teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam manſuetæ feræ, noviſſime naves, inſulæ, agri*. Plura alia ſorte, ideſt ſortito, qua de videri poteſt eruditiſſimus Tiraquellus de jur. primog. quæſt. 1. opt.

De occupatione diximus in principio hujus capitis.

Conditione autem adquirimus eos, qui conditione ſervili in familia noſtra naſcuntur, ideſt qui ex ancillis noſtris naſcuntur, ſervi noſtri ſunt: L. 5. D. de ſtat. hom.

(89) Nexum genus: mancipatio ſpecies nexi. Nexum eſt quicquid per æs, & libram gerebatur. Mancipatio, teſtamentum, obligatio, liberatio, ſpecies nexi fuerunt.

mancipatio fuerit, docat Cicero in Topicis: A *Abalienatio*, inquit, *eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quæ ea jure civili fieri poſſunt*. Abalienatio enim genus eſt, cujus ſpecies eſt traditio nexu, ideſt, mancipatio, & in jure ceſſio; cum autem nexus fit, quod fit per æs, & libram: ergo mancipatio eſt traditio alteri per æs, & libram: nexum obligatio per æs, & libram. Hoc autem quo modo fieret in mancipatione, exponit ibi interpres Boetius: „ Jure civili aliquid fieri non inter alios, niſi cives Romanos poteſt, quorum eſt jus civile, quod XII. tabulis continetur; omnes res, quæ abalienari poſſunt, ideſt, à noſtro ad alterius dominium tranſire, mancipi dictæ ſuat. B Mancipi vero res veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus ſolemnitatem fieret. Nexus vero eſt quædam juris ſolemnitas, quæ fiebat eo modo, quo in Inſtitutionibus Cajus exponit; cujus hæc verba ſunt: Mancipatio eſt imaginaria quædam venditio, quod ipſum jus Romanorum eſt civium, eaque res ita agitur, adhibitis non minus quinque teſtibus civibus Romanis puberibus, & præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens; is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: C Hunc ego hominem ex jure Quiritium, meum eſſe ajo; iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneſque libra; deinde ære percutit libram; idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi pretii loco; quæcunque igitur res lege XII. tabularum aliter niſi per hanc ſolemnitatem abalienari non poterat. Idem vero oſtendunt etiam Varro & Feſtus. Varronis quidem hæc verba ſunt in libris de lingua Latina: „ Æs raudus dictum; ex eo in veteribus mancupiis ſcriptum, Rauduſculo libram ferito. Feſti vero hæc: „ Raudus vulgus in uſu habuit non modo pro ære imperfecto, ſed etiam pro ſignato, cum dicitur in mancipando: Rauduſculo libram ferito, ideſt, aſſe tangito libram. D Idem innuit Plinius lib. XXXIII., cum inquit: „ Quin & militum ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis ponderandæ penſatores, libripendes dicuntur; qua conſuetudine in iis emptionibus, quæ mancipii ſunt, etiam nunc libra interponitur. His adde, more fuiſſe receptum, ut auctor, ideſt venditor, nexu ſe dicis cauſa obligaret ad rem perpetuo mancipi, hoc eſt, emptori præſtandam; unde Cicero in Murenæ defenſione dixit: „ Quod ſi in iis rebus repetendis, quæ mancipi ſunt, is periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit. Qui autem mancipio vendebat, eum evictionis periculum in ſe recepiſſe, Plautus in Perſa oſtendit, apud quem ſcriptum eſt: E

Ac ſuo periculo ie emat, qui eam mercabitur
Mancipio, neque promittet, neque quiſquam
dabit. & puſt:
Nihil mihi opus eſt litibus,
Niſi mancipio accipio; quid eo mihi opus
Mercimonio? Tox. *nihil peri:li videtur, ne metuas,*
Ne quis vero ex Arabia penitiſſima perſequatur
eam:

De nexo autem ſic ſcribit Feſtus: „ Nexum eſt, ut ait Gallus, quodcunque per æs, & libram geritur, idque necti dicitur; quo in genere ſunt hæc, teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. Obligatio vero nexi de qua ſcribit, in hunc modum fiebat: „ Manceps, ideſt is, cui res abalienabatur, ſtipulabatur ab altero: DARE ſpondes? & alter reſpondebat; SPONDEO, ſimulque dicis cauſa ſpondentem alligabat, ac nectebat. Nexi liberationis hoc aptiſſimum, credo, erit exemplum. Livius de M. Manlio: „ Centurionem nobilem judicatum pecuniæ cum duci vidiſſet, manum injecit; inde rem creditori palam populo ſolvit, libraque & ære liberatum emittit. Jus autem nexorum proprium civis Romani fuiſſe, Cicero oſtendit, cum ait pro Cæcina, L. Sullam ita ademiſſe civitatem Volaterranis, ut nexa reliquerit.

In jure ceſſio, auctore Ulpiano, communis alienatio eſt, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres perſonas, in jure cedentis, vindicantis, addicentis. De ea vero ita ſcribit, credo, ex Cajo Boëtius: „ Ceteræ res quæ ſui juris erant, nec mancipi vocabantur; eædem vero in jure etiam cedebantur. Ceſſio vero tali fiebat modo: apud prætorem popoli Romani is, cui res in jure ceditur, rem tenens, ita vindicat: HUNC ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo; deinde poſtquam hic vindicaverit, prætor interrogat eum, qui cedit, an contra vindicet; quo negante, aut tacente, tunc ei, qui vindicaverit, eam rem addicit; idque legis actio dicitur. Varro autem loco citato videndum ait „ an ceſſerit in jure, qui potuerit cedere, & ubi oportuerit; ideſt, apud eum, apud quem legis actio ſit.

Uſucapio eſt acquiſitio per uſum legitimi temporis jure civili conſtituta; unde Ulpianus: „ Uſucapio eſt adeptio dominii per continuationem poſſeſſionis anni, vel biennii, rerum mobilium anni, immobilium biennii. Hanc autem legem è XII. tabulis ſumptam eſſe, multis argumentis demonſtrari poteſt; uno, quod Cicero in oratione pro Cæcina ait: „ Lex uſum auctoritatem fundi jubet eſſe biennium, & utimur eodem jure in ædibus, quæ in lege non appellantur; legem enim XII. tabularum intelligit; altero, quod idem in primo de officiis ait: „ Hoſtis apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant XII. tabulæ: ADVERSUM hoſtem æterna auctoritas eſto. Unde etiam intelligitur, jus uſucapionis civis tantum Romani eſſe, peregrinum rem alienam poſſidendo uſucapere, ideſt, uſu jus auctoritatis acquirere non potuiſſe; tertio, quod in XII. tabulis rerum furtivarum uſucapio inhibita eſt; quod idem etiam lege Atinia cautum eſt; in qua ita ſcriptum fuit: „ Quod ſurreptum erit, ejus rei æterna auctoritas eſto; de qua Gellius lib. XVII. „ Paulus legem Atiniam neceſſariam fuiſſe ait: ut caput, quod erat in XII. prætermiſſum, adjungeretur; id autem fuit ejuſmodi: FURTIVA res non uſucapiatur, niſi in poteſtatem ejus, cui ſubrepta eſt, revertatur; quarto, quod Cicero in ſecundo de legibus ait, lege XII. tabularum forum, ideſt, veſtibulum ſepulchri, uſucapi non licuiſſe. Adde quod idem in primo ſcribit, in controverſia de finibus, XII. tabulas uſucapionem intra quinque pedes eſſe noluiſſe, de quibus poſt lex Mamilia lata eſt, quam à

Tri-

Tribuno plebis C. Mamilio, qoi propterea Limitanus eſt appellatus, bello Jugurthino latam opinor. Duas autem res hæc lex complectitur ad uſucapionem neceſſarias, poſſeſſionem, & tempus; oam uſum vocat poſſeſſionem; ut tamen uſucapio ſit, oportet nullam eſſe uſurpationem, ideſt, oullam poſſeſſionis interruptionem, ſed continuam poſſeſſionem, & uſum non interruptum fuiſſe. A

Emptio ſub corona quam vim habuerit, docet Gellius lib. VII. cujus verba recitabo:
„ Pileatos ſervos veoom ire ſolitos, quorum
„ nomine venditor nihil præſtaret, Cœlius
„ Sabinus juriſperitus ſcriptum reliqnit; cu-
„ jos rei cauſam eſſe ait, quod ejuſmodi con-
„ ditionis mancipia iosignia eſſe in veudundo B
„ debent, ut emptores errare, & capi non
„ poſſeot; oeque lex vendundi opperienda
„ eſſet, ſed oculis jam perciperent, quod-
„ nam eſſet mancipiorum geous; ſicuti, io-
„ quit, antiquitus mancipia jure belli capta
„ coronis induta venibant, & iccirco dice-
„ bantur ſub coronis venire. Namque ut ea
„ corona ſignum erat captivorum venalium,
„ ita pileus impoſitus demonſtrabat ejuſmodi
„ ſervos venundari, quorum nomine emptori
„ venditor nihil præſtaret. Eſt autem alia
„ rationis hujus opinio, cur dici ſolitum ſit,
„ captivos ſub corona venundari, quod mi-
„ lites cuſtodiæ cauſa, captivorum venalium
„ greges circunſtarent, eaque circunſtatio C
„ militum corona appellata ſit; ſed id magis
„ verum eſſe, quod ſupra dixi, Cato quo-
„ que in libro, quem compoſuit de re mili-
„ tari, docet; verba ſunt hæc Catonis: Ut
„ populus ſua opera potius ob rem bene
„ geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam
„ re male geſta coronatus veneat. Hæc ex
Gellio. Hinc ſæpe etiam Livius: „ Oppidum
„ captum; cives ſub corona venieruot; &
Cæſar: „ Omni ſenatu oecato, reliquos ſub
„ coroon vendidit.

Jus auctionis earum rerum fuit, quæ publice per præconem ſub haſta præſente, & addicente magiſtratu venderentur; in auctionibus enim ei, qui plurimum auget, res addicitur; & quoniam ex auctione illa dominium ſibi juſtum in eam rem comparant, hinc etiam auctoritas jus auctione quæſitum dicitur, & auctor is appellatur, à quo quis auctoritatem, ideſt, jus dominii in quampiam rem accepit. Cicero II. in rem: „ Tum illi D
„ intellexerunt, ſe id, quod à malo auctore
„ emiſſeot, diutius obtinere non poſſe, ideſt,
ab eo, qui vendendi nullam poteſtatem habebat. Inde enim auctoritas pro juſto domini jure poſtea uſurpata eſt; quod ex iis, quæ ante recitavi, exemplis cognoſci poteſt. Ceterum, ut inquit Feſtus in epitomis: „ Haſtæ
„ ſubjiciebaotur ea, quæ publice venondabant.
Unde Cicero dixit in II. Philippica: „ Haſta E
„ poſita pro æde Jovis Statoris bona Cn. Pom-
„ peji Magni, voci acerbiſſimæ ſubjecta præ-
„ conis.

Hæc igitur omnia fiebant jure civili; quoniam autem jus civile nonniſi inter cives Romanos eſſe poteſt, quorum eſt jus civile, propterea hæc eadem inter ſolos cives Romanos fiebant. Dicet aliquis; an igitur inter peregrinos nulla erat ratio poſſeſſionis, & dominii? erat illa quidem, ſed non jure civili, ut jam oſtendimus; quid aotem ex jure civili, commodi accedebat? nimirum, ut optimo jore poſſidereot, ac litium periculis vacui eſſent; neque enim patris inſtitutio liberabat litibus, ſed juſta, & legitima hereditas, ideſt, quæ jure civili relicta eſſet; itemque in ceteris; quem locum diligentiſſime in oratione pro Cæcina à Ciceroοe eſſe video perpolitum; cujus hæc verba ſunt:
„ Nihil eſt in civitate tam diligenter, quam
„ jus civile, retineodum; etenim hoc ſubla-
„ to, nihil eſt, quare exploratum cuiquam
„ poſſit eſſe, quid ſuum, aut quid alienum
„ ſit: nihil eſt quod æquabile, atque unum
„ omnibus eſſe poſſit. (*) Itaque in ceteris
„ controverſiis, atque judiciis, cum quæri-
„ tur aliquid factum ne ſit, verum, an fal-
„ ſum proferatur, & victus teſtis ſubornari
„ ſolet, & imponi falſæ tabulæ; nonnunqoam
„ honeſto, ac probabili nomine bono viro
„ judici error objici; improbo facultas dari,
„ ut cum ſciens perperam judicarit, teſta-
„ mentum, aut tabulas ſequutus eſſe videa-
„ tur; in jure oihil eſt ejuſmodi, non tabu-
„ læ falſæ, ooo teſtis improbus, denique
„ nimia iſta, quæ dominatur in civitate, po-
„ tentia in hoc ſolo genere quieſcit; illud
„ enim poteſt dici judici ab aliquo non tam
„ verecundo homine, qoam gratioſo; judica
„ hoc factum eſſe, aut nunquam eſſe factum,
„ vel cogitatum; crede huic teſti; has com-
„ proba tabulas; hoc non poteſt, cui filius
„ agnatus ſit, ejus teſtamentum non eſſe
„ ruptum; judica; quod mulier ſine tutore
„ auctore promiſerit, deberi, ooo eſt aditus
„ ad hujuſcemodi res, neque poteotiæ cu-
„ juſquam, neque gratiæ; denique quo ma-
„ jus hoc, ſanctiuſque videatur, ne pretio
„ quidem corrumpi judex in ejuſmodi cauſa
„ poteſt. O rem præclaram, vobiſque ob
„ hoc retinendam Recuperatores; quod enim
„ eſt jus civile? quod neque inflecti gratia,
„ neque perfriogi potentia, oeque adulterari
„ pecunia poſſet? quod ſi noo modo oppreſ-
„ ſum, ſed etiam deſertum, aut negligentius
„ adſervatum erit, nihil eſt, quod quiſquam
„ ſe habere certum, aut à patre accepturum,
„ aut relicturum liberis arbitretur; quid enim
„ refert, ædes, aut fundum relictum à patre,
„ aut aliqua ratione habere bene partum, ſi
„ incertum ſit, cum tua jure mancipii ſint,
„ ea poſſis ne retinere? ſi parum ſit commu-
„ nitum jus? ſi civili, ac publica lege coo-
„ tra alicujus gratiam teneri oon poteſt?
„ quid, inquam, prodeſt, fundum habere, ſi
„ quæ decentiſſime deſcripta à majoribus ju-
„ ra finium, poſſeſſiooum, aquarum, itine-
„ rumque ſunt, hæc perturbari aliqua ratio-
„ ne, commutarique poſſunt? mihi credite,
„ major hereditas veoit unicuique veſtrum
„ io iiſdem bonis à jure, & à legibus, quam
„ ab iis, à quibus illa ipſa bona relicta ſunt;
„ nam ut perveniat ad me fuodus, teſtamen-
„ to alicujus fieri poteſt: at uſucapio fundi,
„ (**) hoc eſt, finis ſolicitudinis, ac periculi
„ litum non à patre relinquitur, ſed à legi-
„ bus; aquæductus, hauſtus, iter, actus à
„ pa-

(*) Quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus eſſe poſſit. *Latinus*.

(**) Nam ut perveniat ad me fundus, teſtamento alicujus fieri poteſt, ut retineam, quod meum factum ſit, ſine jure civili non poteſt: fundus a patre relinqui poteſt, aut uſucapio fundi. *Latinus*.

Digitized by Google

„ patre: ſed rata auctoritas harum rerum „ omnium à jure civili ſumitur. Hæc pro Cæcina. Huc autem eodem ſpectans dixit etiam pro Flacco: „ Illud quæro, ſint ne iſta „ prædia cenſui cenſendo? habeant jus civi„ le? ſint nec ne ſint mancipi? ſubſignari „ apud ærarium, apud cenſorem poſſint? Jus autem civile alio modo jus Quiritium dictum eſt, quod ſatis aperte, cum hunc locum tractaret, oſtendit Ulpianus tit. primo, his verbis: „ In bonis tantum alicujus ſervus eſt, „ velut hoc modo ſi civis Romanus à cive „ Romano ſervum emerit, iſque traditus ei „ ſit, nec tamen mancipatus ei, neque in „ jure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus „ ſit; nam quandiu horum quid fiat, is ſer- B „ vus in bonis quidem emptoris eſt, ex jure „ Quiritium autem venditoris eſt.

CAP. XII.

De jure teſtamentorum.

QUo jure cives Romani viventes bona ſua poſſiderent, expoſui; nunc quo in morte de iis ſtatuerent, perquiramus; neque enim jus proprium in auctoritate ſolum acquirenda, ſed etiam in relinquenda uſurparunt. Hoc autem univerſum jus teſtamentorum continet; quæ & ipſa ad civis Romani jura pertinuiſſe, inde intelligi poteſt, C quod neque teſtamentum facere legibus Romani, neque aliquid teſtamento à cive accipere, niſi civis Romanus potuit. (90) Itaque Cicero eum Archiam in jure civium verſatum eſſe contenderet, ea maxime ratione niſus eſt, quod eum teſtamentum legibus Romanis, iis præſertim temporibus, quæ accuſator eri minabatur, feciſſe affirmaret; & in oratione pro domo, cum ſui etiam in exilio, ut civis, habitam eſſe rationem, rogatione Clodia neglecta, oſtendere vellet, dixit: *Quis meorum amicorum teſtamentum diſceſſu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit, quod & ſi adeſſem?* Hujus autem totius teſtamentarii juris rationem è XII. tabularum fonte manaſſe, ſatis D conſtat; fuit enim lex in iis ejuſmodi, quod in Rhetoricis ad Herennium, & de Inventione, itemque apud Pomponium, Ulpianum, & Juſtinianum invenitur, quanquam apud alios plenius, alios vero exilius, ſed omnes fere in hunc modum: PATERFAMILIAS UTI LEGASSIT SUPER FAMILIA, TUTELAVE SUÆ REI, ITA JUS ESTO. Quibus in verbis illud primum attendendum eſt, non cuilibet legandi poteſtatem lege permitti, ſed patrifamilias tantum; ideſt, civi Romano, qui è patris poteſtate exierit; hunc enim illi patremſamilias appellarunt; itaque filiosfamilias eſſe excluſos; uſque adeo ut Cicero etiam in Topicis, *mulierem, quæ* E

A *ſe capite non diminuiſſet*, ideſt, quæ emancipata non eſſet, *ſi teſtamentum feciſſet, ſecundum eas tabulas poſſeſſionem ex edicto prætoris dari non poſſe*, concluſerit. Quod autem UTI LEGASSIT ſcriptum eſt, legare ſumptum videtur pro eo, quod Juriſconſulti dicunt, *Teſtari*, cum de ultimis loquuntur voluntatibus. Quo fit, ut hac lege paterfamilias & heredem inſtituere, & legatum relinquere, & libertatem dare, & tutorem inſtituere poſſit: imo vero hac lege latiſſimam poteſtatem dandi legata, & libertates tributam, Pomponius (91) aperte interpretatur; ſed fuiſſe aliis poſtea legibus anguſtatam, & conſtrictam. Leges autem intelligit, Furiam de B teſtamentis, cujus meminit Cicero in oratione pro Balbo, & in Prætura urbana; quam latam eſſe legis XII. tabularum coërcendæ cauſa, *qua uti quiſque legaſſit ſuæ rei, ita jus erat*, idem Juſtinianus refert; ea vero fuit: „ Ne cui niſi manumiſſoris cognato, certiſque „ aliis perſonis ſupra mille aſſes legare, „ mortiſque cauſa donare liceret; quod ſi „ quis majorem ſummam ſibi legatam acce„ piſſet, quadruplum ejus, quod plus, quam „ licebat, accepiſſet, redderet; intelligit etiam Voconiam, quam Q. Voconius Tribunus plebis anno DLXXXIV. tulit, Cæpione, & Philippo Coſs. „ Ne quis cenſus virginem, „ neve mulierem ſupra quadrantem ſuorum C „ bonorum heredem inſtitueret, pluſque „ cuiquam legaret, quàm ad heredem, he„ redeſve perveniret; cujus legis Dio lib. LVI. Gellius lib. XVII. Livius lib. XLI. & Cicero ſæpe meminerunt; intelligit etiam Falcidiam à P. Falcidio Tribuno plebis anno DCCXIV. Domitio, & Aſinio Coſs. latam, cujus hæc capita memorantur: „ Qui cives „ Romani ſunt, qui eorum poſt hanc legem „ rogatam teſtamentum facere volet, jus „ poteſtaſque eſto, ut hac lege licebit. Qui„ cunque civis Romanus poſt hanc legem „ rogatam teſtamentum faciet, is quantam „ cuique civi Romano pecuniam jure publi„ co dare, legare volet, jus poteſtaſque D „ eſto; dum ita detur, legetur, ut ne minus, „ quàm quartam partem hereditatis ex eo „ teſtamento heredes capiant; eis, quibus „ ita datum, legatum erit, eam pecuniam „ ſine fraude ſua capere liceto; iſque heres, „ qui eam pecuniam dare juſſus damnatuſve „ erit, eam pecuniam debeto dare, quam „ damnatus eſt; ſi quis aliter, quàm hac le„ ge liceat, pecuniam dederit, legaverit, „ heredi quartam partem ejus pecuniæ, quæ „ data, legata erit, ex eo teſtamento retine„ re liceto. Hæc Paulus D. ad legem Falcidiam. Dio vero lib. XLVIII. cautum ait: „ Ut heres quartam partem bonorum ſibi „ relictorum, ſi graviter oneratus ſit legatis, E „ accipiat, cetera legatariis relinquat. Poſtre-

(90) Jus teſtandi moris omnium gentium fuit; Abraham, antequam moreretur, cuncta, quæ poſſederat, dedit Iſaac: ceteris autem filiis largitus eſt munera, & ſeparavit eos ab Iſaac ad plagam orientalem. Gen. 25. Jacob quoque teſtans inter filios, loquens ad Joſeph dixit: *do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo*. Gen. 48. Inter Latinos autem Proca Regnum legat Numitori ſtirpis maximo. Et inter Hetruſcos Lucumo, qui Tarquinius poſt dictus Rex Romanorum fuit, patris heres teſtamento fuit bonorum omnium, prætereito Aruntæ ejus ex alio filio nepote, qui ab inopia Egerius fuit nominatus. Liv. lib. 1. Jus teſtandi apud cives Romanos: & teſtamentorum genera optimè deſcribit author, cui addo quartum genus teſtamentorum a Prætore inventum, & a Juſtiniano poſt alios Imperatores quintum. Illud poſtquam ſcriptum fuiſſet, ſatis erat, ut a ſeptem teſtibus ſignaretur. Hoc ſcripto manu teſtatoris, vel alterius nomine heredis, ſi ſubſcriptum à teſtatore, vel ab octavo teſte a ſeptem teſtibus ſubſcribatur, & ſignetur. Acceſſit ſextum nuncupativum ſine ſcriptis: ſi teſtator coram ſeptem teſtibus ſuam voluntatem nuncupet: quibus de formulis inſt. de teſt. Cod. eod. tit. nov. 119.

(91) In L. 120. D. de verb. ſignif.

ſtremo intelligit etiam Fuſiam Caniniam de manu-mittendis ſervis, Auguſto irem rerum potiente latam; „ Ut in teſtamento ex tribus ſervis non plures, quam duos manomitti liceat, ſi plures eſſent, certus alius modus ſervaretur; quam loco magis idoneo referemus. Quod autem ait, ITA JUS ESTO, eam vim habet, ut eum teſtamentum ſit juſta ſententia, ſive conſtitutio de eo, quod poſt mortem noſtram fieri velimus, ne hæc voluntas, tum cum poſſeſſione exierimus, infirmetur; quaſi enim boc Reipublicæ intereſſet, ſupremas voluntates ratas eſſe lex voluit; unde Papinianus lib. II. de teſtamentis, juris publici eſſe teſtamenti factionem dixit, & Ulpianus de verborum ſignificatione admonuit, non improprie nos dicere poſſe: „ lege obvenire hereditarem, quæ ex teſtamento deſerretur, quia lege XII. tab. teſtamentariæ hereditates confirmentur.

Juſtam autem ſententiam teſtamentum definiunt, quod certis juris ſolemnibus conſtet; cujus rei ratio rriplex ab antiquis uſurpata fertur. Gellius enim ex Lælio Felice, tria genera teſtamentorum fuiſſe tradit: „ unum, quod calatis comitiis in concione populi ferretur; alterum in procinctu, cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur; tertium per familiæ emancipationem, cui æs, & libra adhiberetur. De duobus prioribus ſic Theophilus libro II. Inſtitutionum: „ Duo erant apud veteres teſtamentorum genera, unum, quod calatis comitiis ſiebat, & dicebatur; alterum quod in procinctu; teſtamentum calatis comitiis rempore pacis ſiebat, bis in anno, hoc modo: præco univerſim circumibat civitatem, populum convocans; tumque qui teſtamentum condere volebat, in concione populi, ipſo teſte populo teſtamentum ſcribebat; ex quo etiam dictum eſt, calatis comitiis; nam calare eſt vocare; comitia vero populi congregatio; quoniam igitur vocati congregabantur, appellatum eſt teſtamentum calatis comitiis. Secundi meminit Plutarchus in Coriolano, ex quo ipſum XII. tabulis antiquius fuiſſe apparet. „ Fuit autem, inquit, illis temporibus mos apud Romanos, ut in aciem prodeuntes, antequam ſcuta caperent, & togis ſe præcingerent, tribus, aut quatuor audientibus, ſimul ſine ſcriptis teſtamenta facerent, atque heredes nominarent; unde Vellejus libro II. „ Facientibuſque omnibus in procinctu teſtamenta, velut ad certam mortem eundum forer, Metellus non deterritus propoſito, quem moriturum miſerat, victorem receepit; & Cicero libro primo de oratore: „ Ac ſe tanquam in procinctu teſtamentum faceret, ſine libra, atque tabulis populum Romanum tutorem inſtituere dixiſſet illorum orbitati. Ejuſmodi vero teſtamenta ſuo tempore periiſſe, ſignificavit idem libro II. de natura deorum, cum ſcripſit: „ Sed negligentia nobilitatis augurioram diſciplina omiſſa, veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum retenta; itaque maximæ Reipublicæ partes, in his bella, quibus Reipublicæ ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla perennia ſervantur, nulla ex acuminibus, nulli viri vocantur; ex quo in procinctu teſtamenta perierunt. In procinctu vero ſignificat, auctore Feſto: „ cum ex caſtris in prœlium exitum eſt, procinctos, quaſi præcinctos, atque expeditos, nam apud antiquos togis incincti pugnaſſe dicuntur. De tertio loquitur Feſtus, cum inquit ſcriptum fuiſſe in XII. tabulis: QUI NEXUM FACIET, MANCIPIUMQUE UTI LINGUA NUNCUPASSIT, ITA JUS ESTO. (92) Item: „ Nexum fuit quodcunque per æs, & libram gereretur, ut teſtamenti factio. Fuit autem teſtamentum per nexum, quod fiebat adhibito libripende, & eo, qui familiæ emptor dicebatur, cum quinque teſtibus; familiæ autem emptor imaginarius, ſive fiduciarius, adhibebatur, qui deinde heredi vero, tanquam legatario, hereditatem reſtituebat. Atque boc ipſum etiam volnit Plutarchus, eum in libro de ſera dei vindicta dixit: „ Romanos, eum teſtamenta conſcribunt, alios heredes relinquere, aliis vero patrimonium ipſum vendere; id quod carere ratione videatur. Quo modo autem teſtamentum fiebat per æs, & libram, ſic etiam ſolvebatur; quod bis verbis oſtendit Cicero, quæ ſunt in II. de legibus. „ Hoc vero eſt è medio jure civili, ut per æs, & libram heredem teſtamenti ſolvant, & eodem loco res ſit, quaſi ea pecunia legata non eſſet. Formula vero teſtamenti nuncupandi hæc ab Ulpiano traditur Inſtitutionum cap. XX. „ Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit: „ Hæc uti in his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. Itaque vos Quirites teſtimonium præbitote.

CAP. XIII.

De jure Tutelarum.

QUoniam autem, dum teſtamentorum jura perſequeremur, tutelarum etiam juris fecimus mentionem, non videtur ab inſtituto noſtro alienum, ut ſeparatim aliquid hoc loco de tutelis etiam, & earum generibus exponamus. Tutelam ergo definiunt veteres Juriſconſulti, à quibus magna hujuſce diſputationis noſtræ pars emanavit: „ Vim ac poteſtatem in caput liberi ad tuendum, qui propter ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, jure civili datam, ac permiſſam. (93) Tutores aotem, qui liberis impuberibus dan-

(92) Hæc lex non ad teſtamenta pertinet, ſed ad venditiones Cic. de Off. lib. 3.

(93) Ut verba definitionis tutelæ adulteravit Sigonius, ita veram ejus ſententiam. Definitionem ex Servio refert Ulp. in L. 1. D. eod., & Juſtin. inſtit. eod: *Vis ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam ſponte ſe defendere nequit, jure civili data, & permiſſa*. Sententia igitur eſt, tutorem neminem eſſe poſſe, niſi qui liber ſit. Tutor vero perſonam pupilli regat, defendat, & tueatur: unde dicimus tutelam reliquias eſſe patriæ poteſtatis, ſcilicet cum pater deſinat in morte poſſe regere filios, loco ſui alium ſeu alios ſubrogat, quæ tutela durat uſque ad pubertatem pupillorum, id eſt ad ultimum diem quarti decimi anni in maſculis, duodecimi in fœminis, ut definitum eſt a Juſtiniano: L. ult. C. quand. tut. vel cur. eſſe deſin. Id enim definivit is Imperator ad ſervandam honeſtatem: nam ante in maſculis pubertas, non ex annis tantum, ſed etiam ex habitudine corporis obſervabatur. In fœminis etiam tum, ne inhoneſte cum iis ageretur duodecimus definitus fuerat annus. Duo neceſſaria ſunt ad tutelam: ut pater liberos

A dantur, ut illorum res adminiſtreat, quoad pubertatem ioierint. Hi vero nihil aliud ſunt, quam qui vocantur pupilli; nimirum, qui, cum impuberes ſint, deſierunt in patris poteſtate eſſe aut morte, aut emancipatione. Tutelam autem, *tutoris in rem pupilli poteſtatem* ita eſſe aſſerunt, *ut ejus rationibus ſerviat*; onde Cicero dixit in primo de officiis: „ Ut „ tutelam, ſic procuratinnem Reipublicæ ad „ utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non „ ad eorum, quibus commiſſa eſt, eſſe gerendam.

Eſſe porro tutoris dandi jus, ut cetera, quæ ſupra collegimus, civis Romani proprium, illud argumento eſt, quod à lege B XII. tabularum eſt profectum, & quod ſi tutores, aut pupilli cives Romanos eſſe deſiiſſent, tutela tolleretur. Neque tamen ita de tutelis XII. tabulis cautum eſt, ut non multo etiam ante Romæ hoc jus obſervatum vel lege vel more ſit; ſiquidem Ancum Marcium regem L. Tarquinium liberis ſuis tutorem reliquiſſe in Livii, & Dionyſii annalibus legimus. In XII. autem de tutelis ſcriptum extat ita, ut ſupra retulimus: PATERFAMILIAS UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA, TUTELAVE REI SUÆ, ITA JUS ESTO. Quem locum, credo, interpretans Cajus, cap. primo de teſtament. tutelis: „ Lege, inquit, XII. tabularum permiſſum C „ eſt parentibus, liberis ſuis, ſive fœminis, „ ſive maribus, ſi modo in poteſtate ſint, „ tutores teſtamento dare. Hoc autem idem

A tradit etiam Paulos cap. XX. „ Teſtamento, „ inqoit, quemlibet poſſumus turorem dare, „ ſive is prætor, ſive conſul ſit, quia lex „ XII. tabularum id confirmat; quin etiam ſequenti capite addit: „ eum demum tutorem „ dari poſſe, cum quo teſtamenti factio eſt.

Quibus ex rebus perſpicue intelligitur, tutoris dandi jus partim ex teſtamenti jure, partim ex patriæ poteſtatis jure pendere, ut quamvis pater privatus ſit, tamen tutorem per legem ex teſtamento relinquere liberis ſuis poſſit. Quod ſi teſtamento pater nullum forte tutorem dederit, tum lex dat eum, qui legitimos tutor vocatur. Etenim agnatum proximum, ut heredem, ſic etiam tutorem B eſſe jubet. Unde Ulpianus de legitima tutela, *legitimæ tutelæ*, inquit, *lege XII. tabularum agnatis delatæ ſunt, & conſanguineis*. Item: *Legitimos tutores nemo dat, ſed lex XII. tabularum fecit tutores*. Quod ſi neque teſtamentarius, neque legitimus adſit tutor, tum datur ab eo magiſtratu, cui tutoris dandi jus lege mandatum eſt, ut à prætore urbano, & conſulibus. Unde nota vox illa eſt prætoris Verris apud Ciceronem: „ Pupillos, & pu„ pillas certiſſimam eſſe prædam prætoribus; & illud Capitolini: „ M. Antonium Imper. „ primum feciſſe prætorem tutelarem, ut „ diligentius de tutoribus tractaretur, cum „ antea tutores à conſulibus poſcerentur.

C Addo etiam, quod ad jura tutelarum maxime videtur pertinere, mulieres (94) apud Romanos in perpetua tutela fuiſſe. Quod

beros in poteſtate habeat, quibus tutorem det; unde mater non poteſt dare tutorem: L. ult. D. eod.: ut liberi in alterius poteſtatem recaſuri non ſint, ut nepotes, qui mortuo avo recidunt in poteſtatem patris, ſi ipſe vivit. Quod ſi perſonæ pupilli datur tutor, in conſequentiam venit adminiſtratio bonorum ejus. Poſtquam pupillus ad pubertatem pervenit datur propriè adminiſtrator bonorum, qui curator dicitur, & ad XXV. adoleſcentis annum durat. Non tamen teſtamento datur, nec invitis, niſi in litem: & idcirco datur, quia licet adoleſcentes puberes ſint; adhuc tamen ejus ætatis ſunt, ut ſua D negotia tueri non poſſint: Inſt. de cur. Sunt etiam curatores furioſorum, dementium, prodigorum, eadem ratione, quod ſua ſi tueri non valent. Curatio autem minorum neque à XII. tabb. deſcendit, neque ab ulla lege rogata, ſed ex edicto Prætoris. Furioſorum vero, & prodigorum ex XII tabb. deſcendit, quorum lex ita ſe habuit: SI FURIOSUS, AUT PRODIGUS EXISTAT, AST EI CUSTOS NEC ESCIT, AGNATORUM, GENTILIUMQUE IN EO, PECUNIAVE EJUS POTESTAS ESTO. Optime recenſet author ordinem tutelarum, ut prior teſtamentaria, ſi ea deficiat, legitima, ideſt Agnatorum, Gentiliumque ex lege XII. tabb.: SI PATERFAMILIAS INTESTATO MORITUR, CUI IMPUBES SUUS HERES ESCIT, AGNATUS PROXIMUS TUTELAM NANCITOR: ſi hi E quoque deficiant a magiſtratibus tutor datur ex Lege Atilia poſt XII. tabb. rogata. Juſt. inſt. de Atil. tut. Diximus quod niſi quis habeat filios in poteſtate, non poteſt tutorem eis dare, ut mater, ut pater filiis emancipatis. Si autem dent, conſtitutum eſt ab Imperatoribus, ut à Magiſtratibus confirmentur: Cod. ut. de conf. tut. Fœminæ a tutela repellebantur: ſed mater a Valentiniano, Theodoſio, & Arcadio admiſſa ſunt. L. 2. C. quand. mul. tut. off. fung. Avia à Juſtiniano: nov. 118. Apud autem Priſcos Italicos mulieres à tutela non repellebantur, cum Aſcanio Æneæ filio ſub tutela Laviniæ matris imperium avitum, paternumque incolume ſteterit, Liv. lib. 1. Apud Romanos quoque, ut narrat Liv. lib. 39. invenitur, Pub. Ebutius, cujus pater publico equo ſtipendia fecerat, pupillus relictus ſub tutela Duroniæ matris, & vitrici T. Sempronii Rutili educatus fuiſſe: quam tutelam cum ita vitricus geſſiſſet, ut rationem reddere non poſſet, pupillum tollere cogitabat. Sed *mortuis tutoribus* id contigiſſe ſcribit Livius: igitur tutela facti, non juris, quod juſti tutores mortuis ſupplendi petiti non fuerint. Hinc in Codice Juſtinianeo eſt titulus: *de eo, qui pro tutore negotia geſſit*.

(94) Mulieres cujuſcumque ætatis eſſent, dum non ſub patria poteſtate, nec in mariti manu, ſub tutela perpetuò fuiſſe optime docet hic Author ex Livio, & Cicerone. Ex Græcia in jus Romanum mulibrem tutelam tranſvectam indicat Cicero pro L. Flacco. *emptiones, Deciane, falſas, prædiorum proſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti: tutor his rebus Græcorum legibus adſcribendus fuit*. Hæc an uſque ad Juſtinianum perduraverit, quæ ab eo ſine dubio demum ſuppreſſa eſt, multæ quæſtionis eſt apud Scriptores, quam ſublatam a D. Claudio fuiſſe tradidit Cujacius in L. 3. C. de leg. tut. Cedebatur hæc fœminarum tutela, veluti a fratre, ſeu conſanguineo, patruo, aut ab alio agnato. Nam cum hæc tutela perpetua eſſet, permittebatur cedendo quis ea ſe ſublevare. In hanc rem ita Ulp. in tit.: *quantum ad agnatos pertinet, hodie ceſſitia tutela non procedit; quoniam permiſſum erat in jure cedere tutelam fœminarum tantum, non maſculorum. Fœminarum autem legitimas tutelas lex Claudia ſuſtinet*. Interpretatus eſt autem Cujacius Ulpianum, ceſſitiam tutelam ceſſaſſe propterea quod ipſa fœminarum puberum tutela ceſſaſſet ex lege Claudia, quæ illam ſuſtuliſſet: nam pro *ſuſtinet*, *ſuſtulit* illa repoſuit. Et defendit Cujacium L. 3. C. de leg. tut., qua reſtituta contra Claudium videtur fœminarum tutela: *Conſtitutione Divæ memoriæ Conſtantini, lege Claudia ſublata, pro antiqui juris authoritate, ſalvo manente agnationis jure, tam conſanguineus, ideſt frater, quam patruus, ceterique legitimi ad pupillarem fœminarum tutelam vocantur*. Sed contra Cujacium, non ſolum eſt citatus textus Ulpiani, qui *ſuſtinet*, non *ſuſtulit* profert, quam alius Ulpiani locus, qui ite-

A Quod ſenſit Cicero, cum pro Murena dixit: „ Mulieres propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt; & M. Cato apud Livium in concione de lege Oppia: „ Majores noſtri nullam ne privatam „ quidem rem agere fœminas ſine auctore „ voluerunt. Narrat autem Ulpianus titulo XI. lege Atilia ſancitum, ut mulieribus, & pupillis tutores non habentibus à prætore & majore parte Tribunorum darentur. Quam legem latam ante Philippum, & Albinum Coſs. anno DLXVII. inde conjicio, quod in ejus anni hiſtoria referenda Livius de Hiſpala libertina ita ſcribit: „ Quin eo proceſſerat conſuetudine capta, ut poſt patroni
B „ mortem, quia in nullius manu erat, tutore à Tribunis, & prætore petito, cum „ teſtamentum faceret, unum Æbutium inſtitueret heredem. Huic autem poſt, pro bacchanalium indicatorum præmio, S. C. conceſſum ſcribit Livius, ut tutoris optionem ita haberet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet; ſed de hac re, ubi de jure libertinorum agemus, pluribus diſſeremus.

Hæc autem, quæ hactenus diximus, ad jus ipſum Quiritium, quo maxime privata civium Romanorum jura comprehenſa ſunt, breviter demonſtrandum, ſatis, ut opinor, valebunt; quod à Plinio ſignificatum puto, cum dixit: „ Caſſius Hemina ex antiquis „ auctor eſt, primum è Medicis veniſſe Romam è Peloponneſo Archagatum Lyſaniæ „ filium, L. Æmilio, M. Livio Coſs. anno „ orbis DXXXV. eique jus Quiritium datum.

CAP. XIV.

De jure cenſus.

NUnc reliquum eſt, ut quemadmodum polliciti ſumus, jura ea, quæ publicam potius rationem, quàm privatam attingunt, exequamur: quæ quanquam multa ſunt, tamen quia omnia fere à cenſu ducuntur, videtur faciendum, ut ante de cenſu, poſt de ceteris diſputemus. (95) Cenſum autem Ser. Tullius Rex in Rempublicam intulit, atque ut hoc modo ageretur, inſtituit. Populum univerſum jurejurando adactum fortunarum ſuarum æſtimationem apud ſe profiteri juſſit; qua cognita eundem in ſex claſſes, & centum tres ac nonaginta centurias ita diſtribuit, ut in primas centurias, qui maximo eſſent cenſu conjecerit, in reliquas vero deinceps, qui

C liberum mulierum tutelæ meminit: *moribus tutorem dari mulieri, pupillove, qui cum tutore ſuo lege vult agere, ne tutor ſit in re ſua auctor.* Ego ex Conſtantini Conſtitutione, quæ eſt in Cod. Theodoſ. de tut. & cur. creand.: *in fœminis tutelam legitimam conſanguineus, patruus non recuſet*, & ex d. L. 3. C. de tut. leg.: *tam conſanguineus, quam patruus, ceterique legitimi ad fœminarum tutelam vocantur*: item ex Ulpiano: *hodie ceſſitia tutela non procedit*, conjicio Claudium duo peregiſſe: conſanguineos, ſeu fratres, patruoſque à muliebri tutela abſtinendi facultatem dediſſe: cedendi autem ademiſſe poteſtatem. Nam quantum reſtitutum fuerit ante ablatum: reſtitutum eorum à Conſtantino: conſanguineos, patruoſque fœminarum tutelas recuſare non poſſe: item a Leone in d. L. 3. C. de tut. leg. ad fœminarum tutelas conſanguineos, patruoſque æque, atque ceteros legitimos vocari:
D jus vero tutelas cedendi, quod ſublatum fuiſſe dicit Ulpianus, reſtitutum fuiſſe negat. Igitur neceſſario inferendum eſſe videtur: Et D. Claudium à fœminarum tutelis ſublevaſſe conſanguineos, patruoſque, ſi ipſi voluiſſent: ceſſionemque ejus obliteraviſſe: & Conſtantinum, Leonemque tutelas quidem, ſed non cum cedendi facultate ad antiqui juris auctoritatem revocaſſe.

(95) Servium, qui cenſum invenit, ita laudat Livius: *cenſum inſtituit rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli, pacisque munia, non viritim ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent: tum claſſes, centuriaſque, & ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello.* Cenſus finis fuit, promptam continuo eſſe Reipublicæ rationem, tum hominum ad bellandum, tum opum ad ſuſtinenda Imperii
E diſpendia. Sed cenſum hominum à prioribus etiam Regibus ſervatum fuiſſe neceſſe eſt. Tradit Dionyſius lib. 2. A Romulo, non tam diviſum fuiſſe populum in triginta curias, quam curias in decurias, ex quibus centurias equitum decerpſiſſe, quibus magiſtros, centuriones, curiones, decuriones præfeciſſet. Inde fieret, ut non ſolum res civiles prudenter, & ordine adminiſtrarentur, ſed etiam res bellicæ celeriter, & magna cum alacritate gererentur. Quoties enim ipſi copias educere viſum fuiſſet, neque magiſtri, neque centuriones, neque decuriones erant tunc creandi; neque exercitus tum luſtrandos, aut recenſendus, neque cuiquam ad ordinem aliquem proprium eundum: ſed Rex magiſtris imperabat: illi vero centurionibus, & ab his edocti decuriones, ſinguli milites ſibi ſubditos edocebant. Itaque ad unum edictum ſive totus exercitus, ſive aliqua ejus pars evocaretur, cum armis ad locum ſibi deſignatum parata aderat. Sed progreſſu temporis cum multitudo civium maxima in dies fieret, non facile poterat ratio hominum quotidie haberi: quare Servius novum cenſendi modum invenit, & novam ex opum inæqualitate pro ſubſtantia rationem. Et primo diviſa urbe, agroque in tribus, & pagos, quibus ſingulos magiſtratus præfecit, annua inſtituit feſta, quæ ex pagis paganalia vocata ſunt, ubi ſinguli homines ad illud ſacrificium, quæ ſingula in ſingulis pagis fiebant, certum numiſmatis genus, ab ipſo nimirum inſtitutum, conferre debebant, ſed aliud viros, aliud mulieres, aliud impuberes, quibus connumeratis per ſacrorum præſides, apparebat quis eſſet hominum numerus per ſexus, & per ætates diſtinctus. Item ſtatuit, ut pro ſingulis, qui naſcerentur, certi pretii nummus in ærarium Junonis Lucinæ inferretur: pro ſingulis qui morerentur in ærarium Libitinæ, & Juventutis pro iis, qui inter viros referri inciperent. Dionyſ lib. 4. Demum ad quoſque propter inæqualitatem opum diſtinguendos, juſſit omnes Romanos nomina dare, & ſua bona cenſere pecuniæ æſtimatione, & jusjurandum legitimum interponere, quo jurarent vere, & optima fide omnia ſua bona cenſa eſſe, & nomina parentum ex quibus eſſent procreati adſcribere, & ſuæ ætatis annum declarare, atque ipſarum quoque conjugum, & liberorum nomina ſcribere, addito, & urbis loco, & regionis pago, ubi ſinguli habitarent. Hincque claſſes, centuriaſque fecit, quarum ſeriem retulimus cum de iis egimus ſupra cap. 4. Cenſu autem peracto omnes cives in Campo adeſſe jubebantur: equites in turmis, pedites in acie, milites levis armaturæ in ſuis ordinibus, cui exercitui hoſtiæ, id eſt taurus, aries, & hircus, ſeu, ut ait Livius, ſus, ovis, taurilia circumagebantur, quibus poſt Marti immolatis, exercitus luſtrabatur: unde poſt cenſum luſtrum dicebatur. Dionyſ lib. 4. Et poſt Reges, ſorte per Conſules quotannis, vel quando videbatur cenſus, luſtrumque fiebat. Demum cenſores creati, qui quinto quoque anno id facerent, unde luſtrum pro quinquennio uſurpatum. Prius cenſus Urbis tantum, agrique qui Urbis eſſet, diſtinctus a coloniis, ſociis, agroque publico cenſebatur: coloniæ enim ſuos quoque cenſores habebant, quæ pro ſuis tabulis imperatori milites, equiteſque ſtipendiaque dabant. Unde diſputatio colo-

A qui minore, ſervato eo cenſu, & centuriarum gradu, quem ſupra in claſſibus, & centuriis exponendis, oſtendi. Inde vero cenſendi manſit inſtitutum, ut cives omnes in ſua quiſque Tribu, claſſe, centuria, jurejurando dato, apud eum, penes quem jus cenſendi populi eſſet, nomina ſua, uxorum, liberorum, libertorum, ſervorumque ſuorum profiterentur; præterea ætatem omnium, regionem, quam habitarent, & fortunarum ſuarum æſtimationem deferrent. Hoc autem jus primum Regum; deinde Conſulum, & Dictatorum; poſtremò proprio ad id magiſtratu creato, cenſorum fuit. Itaque Servius quater cenſum egit, quotum P. Valerius, & T. B Lucretius Conſules anno poſt reges exactos ſecundo, ſextum decennio poſt T. Lartius Dictator. Cum autem Conſules poſt quater, interjectis temporibus, populum cenſuiſſent, neque continentibus bellis gerendis occupati per annos undecim ei muneri vacare potuiſſent, tum anno demum CCCX. ab urbe condita cenſores à populo creati L. Papirius, & L. Sempronius id negotii ſuſceperunt, atque cenſum, luſtrumque XI. condiderunt. Itaque poſt ſemper cenſoria cura fuit, ut cum tribus recognoſcerent, ſingulorum in ſingulis tribubus cenſum perſpicerent; quod cum ex multis aliis locis, tum maxime ex cenſura Neronis, & Salinatoris cognoſci facile poteſt.

Hic autem cenſus duas opportunitates Reipublicæ attulit omnium, meo judicio, maximas; nam & numerum eorum, qui arma ferre poſſent, oſtendit, & pecuniarum magnitudinem, quibus bellorum ſumptus ſuſtinebantur, indicavit. Etenim quod ad capita cenſenda pertinet, non ſolum cives omnes cenſ[illegible] conſueviſſe, ſed etiam, ſi quis, qui non eſſet civis, nomen ſuum eſam in cenſorias tabulas referendum curaſſet, ea re civitatem adeptum eſſe comperio. (96) Quocirca in Sextiana Cicero de Sex. Atilio Gaviano, qui in

colonarum bello Punico ſecundo cum Conſulibus: & duodecim, ideſt Ardeæ, Nepetis, Sutrii, Circejorum, Albæ, Carſeolorum, Suaſſæ, Setæ, Setiæ, Calenis, Narniæ, Interamnæ, negantium Reipublicæ ſubſidia, tum militum, tum pecuniæ, quod decimum annum delectibus, & ſtipendiis exhauſtis, nec miles amplius, qui legeretur, nec pecunia, quæ daretur in ſtipendium, eſſet: & duodeviginti reliquarum, Segninorum ſcilicet, & Norbanorum, atque Satriculanorum, & Brundiſinorum, Fregellanorumque, & Lucerinorum, Venuſinorum, & Adrianorum, & Firmanorum, atque Ariminenſium. Item Pontianorum, & Pæſtanorum, & Coſſanorum; Beneventanorum quoque, & Eſſernianorum, & Spoletinorum, & Placentinorum, ac Cremonenſium: ſe, & milites ex formula paratos eſſe dare, & ſi pluribus opus eſſet, plures daturos, & quicquid aliud imperaret, velletque populus Romanus, enixe facturos: ad id ſibi, neque opes deeſſe; animum etiam ſupereſſe. Liv. lib. 27. Duodecim idcirco ſexto poſt anno demptio jam tandem dubiarum rerum Deum benignitate metu, multam, ut quantum quæque earum coloniarum militum plurimum dediſſet populo Romano, ex quo hoſtes in Italia eſſent, duplicatum ejus ſummæ numerum peditum daret, & equites centenos vicenos: ſi qua eum numerum equitum explere non poſſet, pro equite uno tres pedites liceret dare: pedites, equiteſque quam locupletiſſimi legerentur, mitterenturque ubicunque extra Italiam ſupplemento opus eſſet. Stipendium præterea iis coloniis tria millia æris, aſſes ſingulos imperari, exigique quotannis: cenſumque iis coloniis agi ex formula ab Romanis Cenſoribus data: dari autem eandem, quam populo Romano: deferrique Romam ab juratis cenſoribus coloniarum, priuſquam magiſtratu abirent. Quod factum proximo cenſu; nam Marcus Livius Salinator, C. Claudius Nero Cenſores ex eo Senatuſconſulto duodecim earum coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus Cenſoribus cenſum receperunt: ut quantum numerum militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Liv. lib. 29. Hinc quoque Campani, qui ante incertum fuerat ubi cenſerentur, ex S. C. Romæ cenſiti. Liv. lib. 38. Apparet ideo Romæ cenſum fuiſſe ipſius Romæ Urbis tantum, agrique: in aliis Civitatibus quemque ibi cenſum eſſe per ſuos cenſores, & ſi quæ ſuum cenſum Romam deferre juſſa, id in pœnam.

(96) Grave dictum eſt hoc Sigonii, ut qui in cenſum irrepſiſſent cives fierent. Neque teſtimonia id probant, quinimo refelluntur. Nam illud Ciceronis in Sextiana multæ difficultatis eſt, nec dum ſatis explicatum, & mendum in eo prudentiſſimi ſuſpicantur. Quod vero Cicero dixit pro Archia non facile condemnandum; nam ſi quis id ponderaverit, veriſſimum eum dixiſſe cognoverit. Livius autem lib. 41. omnino Sigonium impugnat. Diximus cenſum non aliud unquam fuiſſe, quam cenſionem capitum civium Romanorum, earumque ſubſtantiarum. Cives Romani autem, qui aliquo ex modis ſupra in cap. II. enumeratis tales eſſent, ſcilicet vel nativitate, vel manumiſſione, vel receptione. Civitatis igitur jus jam inaſſa opus erat, ut quis juſte cenſeretur in cenſu. Non civis cenſus, in cenſum irreptus, ex eo civis fieri non poterat. Neque enim ſi quid invenimus contra jura commiſſum, id in jus transferendum eſt, ne dolos, fraudes, aut corruptelas inter res ſacras inducamus. Duo maxima judicia habemus de jure Civitatis apud Ciceronem, alterum pro L. Cornelio Balbo, & alterum pro A. Licinio Archia Poeta, præter alia, quæ variis in locis enunciantur, ut certum ſit ſumma cum diligentia apud Romanos, ſicut cetera leviora, ita maxime curaſſe, & ſi res popoſciſſet, etiam quæſiſſe, ne quis fieret Civis, niſi pro legibus. Ita in Corneliana inter delicta enumerantur: *furari Civitatem, genus ſuum ementiri, in cenſum irrepere*. Inſignis autem eſt hiſtoria M. Perpernæ à Valerio data lib. 3. cap. 4: *Non parvus Conſulatus rubor M. Perpernæ, utpote, qui Conſul ante, quam Civis; ſed, in bello gerendo, utilior aliquando Reipublicæ Varrone Imperatore. Regem enim Ariſtonicum cepit, Craſſianæque ſtrages punitor extitit. Cum interim, cujus vita triumphavit; mors Papia lege damnata eſt. Namque patrem illius, nihil ad ſe pertinentia civis Romani jura complexum, Sabelli judicio petitum, redire in priſtinas ſedes coëgerunt. Ita M. Perpernæ nomen adumbratum, falſus Conſulatus, caliginis ſimile imperium, caducus triumphus, aliena in urbe improbe peregrinatus eſt*. Eum profecto qui Coſſ. fuit, patremque ejus per jura civis Romani complexus eſt, in cenſum irrepſiſſe neceſſe eſt, quorum alter eam ob cauſam damnatus, alterius damnata memoria. Rem pleniſſimam videlicet facit Livius loco citato: *Moverant Senatum legationes Sociorum nominis Latini, quæ & Cenſores, & priores Conſules fatigaverunt, tandem in Senatum introductæ ſumma querelarum erat, cives ſuos Romæ cenſos pleroſque Romam commigraſſe, quod ſi permittatur, perpaucis luſtris futurum, ut deſerta oppida, deſerti agri, nullum militem dare poſſent. Fregellas quoque millia quatuor familiarum tranſiſſe ab ſe, Samnites, Pelignique querebantur: neque eo minus aut hos, aut illos in delectum militum dare. Genera autem fraudis duo mutandæ viritim Civitatis inducta erant. Lex Sociis, ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent. Ea lege male utendo, alii Sociis, alii populo Romano injuriam faciebant. Nam & ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos cuibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives eſſent: & quibus ſtirpes adeſſet, quam relinquerent, ut* cives

C D E

in tabulas cenſorias nomen ſuum furtim intulerat, ita inquit: „ Alter vero non ille „ Serranus ab aratro, ſed ex deſerto Gavii „ Oleli horreo, calatis granis, in Calatinos „ Atilios inſitus, ſubito nominibus in tabu„ las relatis nomen ſuum de tabula ſuſtulit. Et idem, cum Gracchus propterea civem Romanum eſſe Archiam negaret, quod eum Romæ cenſum non inveniret, ad cauſam, quam ad veritatem aptius reſpondit, cenſum non jus civitatis confirmare, ſed qui ſit cenſus, ita ſe jam tum geſſiſſe pro cive, oſtendere; quin etiam Livius per bellum Perſicum, multos Latinos in civitatem Romanam per migrationem, & cenſum tranſiſſe ait; atque etiam ſervos, cum conſenſu domini deferebant nomen in cenſum, una cum libertate civitatem conſequutos eſſe, ſupra oſtendimus. Profitebantur autem nomen ſuum in cenſu omnes; atque omnium, quos in poteſtate haberent; verum cenſores in ſumma civium ſubducenda eos tantum numeraſſe, qui ferre arma poſſent, Fabius Pictor prodidit; de quo ita Livius ſcribit in primo cenſu referendo, quem Ser. Tullius fecit: „ Cenſa „ LXXX. millia civium dicuntur; adjicit „ ſcriptorum antiquiſſimus Fabius, eorum, „ qui ferre arma poſſent, eum numerum „ fuiſſe. Quem numerum ſi quiſquam, ut illis præſertim temporibus, immodicum judicarit, is tum denique, opinor, acquieſcet, cum Romulum morientem XLVI. millia peditum, & paulo minus, quam mille equites reliquiſſe, a Dionyſio, & Plutarcho acceperit: & cum poſt aliquot annos, regnante Hoſtilio, Albæ urbis excidio Albanis omnibus in civitatem acceptis, duplicatas eſſe Romanorum vires intellexerit. Hos autem eſſe, qui puberes eſſent, Dionyſius indicat, cum ſingulis in cenſibus primorum temporum referendis, puberum capita cenſa ſcribit. Nam cenſu quinto, qui factus eſt anno II. ab exactis regibus, cenſa ait puberum (ſic enim vertimus, quos ille vocat ἐν ἥβῃ,) ad centum triginta millia; & cenſu ſexto centum quinquaginta millia, ac ſeptingentos; & cenſu ſeptimo, ſupra centum decem millia; & octavo, paulo plures, quam centum tria millia. Quin etiam quodam in loco ex hoc numero pueros aperte, & fœminas omnes, & ſervos, & mercatores, & opifices excludit; ſiquidem de cenſu ſeptimo ita ſcribit: „ Civium tum, qui puberes eſſent, ſu„ pra centum decem millia erant, ut proxi„ mo cenſu compertum fuerat; mulierum „ autem, & puerorum, ſervorumque, & „ mercatorum, & ſordidas artes exercen„ tium (ſiquidem Romanorum nemini cau„ ponariam, aut operoſam artem tractare „ licuit) triplo plus, quam turbæ civilis; & de octavo cenſu ait: „ Civium, qui ſe, „ & bona, & puberes filios in cenſum detu„ lerunt, paulo plus, quam centum & tria „ millia fuerunt. Nomine autem puberum tam ſeniores, quam juniores eſſe comprehenſos, idem ille oſtendit, cum de quinto cenſu ita loquitur: „ T. Lartius Dictator cenſum „ egit; quo inventa ſunt Romanorum, qui „ in pubertate eſſent conſtituti, amplius CL. „ millia, & ſeptingenti. Itaque cum eos, qui „ militari ætate eſſent, à ſenioribus ſecreviſ„ ſet, atque centuriaſſet, peditum, & equi„ tum quatuor partes fecit. Ætatem autem militarem à XVII. anno uſque ad XLVI., ex Servii inſtituto, eoſdemque etiam juniores, ut poſt eam ætatem ſeniores, appellarunt. (97) Hi vero non tam urbani erant, quam ruſtici, & ex ruſticis non ſolum, qui agrum Romanum incolebant, ſed etiam, qui extra agrum Romanum, vel publicum vel privatum agrum cives Romani in Latio, atque adeo in Italia poſſidebant, vel negotii gerendi cauſſa extra Italiam habitabant; unde dixit Livius bello Perſico: „ multitudinem ju„ niorum ingentem ex foris, & conciliabulis „ eſſe conſcriptam. (98) Aliquando etiam Latini clam Romæ cenſi ſunt, ſed re pateſacta, in ſuas civitates ſtatim edicto redire juſſi ſunt; quod

cives Romani fiebant. Postea his quoque magistratibus gerendis, promiscue sine lege, sine stirpe, in Civitatem Romanam per migrationem, & censum transibant. Hæc ne postea fierent, petebant legati, & ut redire in Civitates juberent Socios, deinde, ut lege caverent, ne quis quem Civitatis mutandæ causa suum faceret, neve alienaret: & si quis ita civis Romanus factus esset, civis non esset. Hæc impetrata ab Senatu. Unde legem Sociis C. Claudius Cos. tulit S. C., & edixit, qui Socii, ac nominis Latini ipsi, majoresve eorum M. Claudio, T. Quintio Censoribus, postque ea apud Socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque Civitatem ante Kalendas Novembres redirent. Quæstio, qui ita non redissent, L. Mummio Prætori decreta est. Ad legem, & edictum Cos. S. C. adjectum est, ut Dictator, Cos., Interrex, Censor, Prætor, qui nunc esset apud forum, darent operam, ut qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret: qui eum manumitteret, Civitatis mutandæ causa manu non mittere. Qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt. Hæc in posterum causa, jurisque dictio C. Claudio Cos. decreta est. Et notendum non proximis Cenſoribus contenta lex, aut edictum, & S. C., ſed ad tertios ſuperiores rem prolatam. Poſt cenſum enim, luſtrumque M. Claudii, T. Quintii, quod conditum eſt M. Valerio Meſſala, C. Livio Salinatore Coſs. A. U. C. DLXV. ſucceſſerunt proximo luſtro M. Porcius Cato, L. Valerius Flaccus, cum eſſent Coſs. Pub. Claudius Pulcher, L. Porcius Licinus A. U. C. DLXIX, quibus anno DLXXIV. ſucceſſerunt, cenſumque, luſtrumque condiderunt M. Æmilius Lepidus Pontif. Max., & M. Fulvius Nobilior, poſt quorum luſtrum querelæ Socium ad Senatum relatæ. Ab edicto igitur ad Claudium, & Quintium Cenſores, interceſſerunt anni undecim, quibus ſi addas luſtrum quod anteceſſeret ipſis Claudio, & Quintio, fiet ſpatium ſedecim annorum, intra quod neceſſe eſt, ut cognitum fuerit eas fraudes commiſſas. Itaque optime dixit Cicero pro Archia: *Cenſum, non jus Civitatis confirmare, ſed tantummodo indicare eum, qui ſit cenſus, ſe jam tum geſſiſſe pro Cive.*

(97) Gell. lib. 10. cap. 18.

(98) Nolim confundi cenſum cum delectibus. Nam quamquam ille regulam, menſuramque dabat ad iſtos. Aliæ tamen omnino res erant, & diſtinctos penitus magiſtratus habebant. Cenſus enim Cenſores ad cognoſcendas Reipublicæ vires, & mores quoque regendos: delectus Conſules, Dictatores, aut Prætores ad explendos exercitus, licet quandoque Cenſores edictis ſuis multum delectus juvarent, ut apud Livium lib. 43. Adeo autem diverſi erant magiſtratus Cenſores è cæteris, ut neque horum collegæ eſſent, neque eadem cum iis auſpicia haberent. Gell. lib. 13. cap. 14. Aſt nihilominus delectus, quem refert Sigonius, bello Perſico habitus ex ingenti juniorum multitudine ex foris, & conciliabulis, quod eſt apud Livium loco citato, nec infert cenſum per totam Italiam haberi, nec delectus extra agrum Romanum diſtinctum a coloniis, & ſociis, municipiiſque. Aliud exemplum habemus apud eundem Livium lib. 25. cum bello Punico ſecundo pluribus trucidatis

quod demonſtrat Livius eodem in bello his verbis: „ Luſtrum conditum; cenſa ſunt civium capita CCLXIX. millia; minor aliquanto numerus, quia L. Poſtumius Conſul edixerat, qui ſocium Latini nominis ex edicto C. Claudii Cos. redire in civitates ſuas debuiſſent, ne quis eorum Romæ, ſed omnes in ſuis civitatibus cenſerentur. (99) Præſentes præterea cenſeri opus erat, niſi ſi cenſores etiam abſentibus cenſendi facultatem permiſiſſent, ut Nero, & Salinatór, de quibus Livius: „ Luſtrum ſerius conditum eſt, quia per provincias dimiſerunt cenſores, ut civium Romanorum in exercitibus, quantus ubique eſſet, referretur numerus. P. etiam Scipionem Æmilianum cenſorem in oratione ad populum de moribus hæc poſuiſſe, auctor eſt Gellius: „ Abſentes cenſeri jubere, ut ad cenſum nemini neceſſe ſit venire.

Cenſus autem fortunarum eam habuit vim, ut ſinguli patresfamilias ſingula prædia, & urbana, & ruſtica in cenſu deferrent; pecuniæ ſummam, ſervorum, pecudumque numerum, fundorum inſtrumenta ſigillatim profiterentur. Hoc enim veterum hiſtoriarum exempla declarant. Livius libro VII. „ Quia ſolutio æris alieni multarum rerum mutaverat dominos, cenſum agi placuit; & de Catone cenſore: „ In cenſibus accipiendis aſpera in omnes cenſura fuit; ornamenta & veſtem muliebrem, & vehicula, quæ pluris, quam quindecim millium æris eſſent, in cenſum referre viatores juſſit; item mancipia minora annis XX. quæ poſt proximum luſtrum X. millibus æris, aut eo pluris veniſſent, uti ea quoque decies pluris, quam quanti eſſent, æſtimarentur; & his omnibus terni in millia æris attribuerunt; & Cicero (100) in Planciana: (*) „ Illud quæro, ſint ne iſta prædia cenſui cenſendo? ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſſint? in qua denique Tribu iſta prædia cenſuiſti? cenſus es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta millia; „ cenſus es mancipia Amyntæ; & P. Scipio Æmilianus in oratione de multa contra Ti. Aſellum, ex Gellio: „ Tu in una ſcorto majorem pecuniam abſumpſiſti, quam quanti omne inſtrumentum fundi Sabini in cenſum dedicaviſti. Quin etiam Ulpianus Pandectarum titulo de cenſibus, non aliam fuiſſe cenſendi rationem demonſtrat: „ Forma (101) cenſuali, inquit, cavetur, ut agri ſic in cenſum referantur; nomen fundi cujuſque, & in qua civitate, & in quo pago ſit; & quos duos vicinos proximos habeat; & arvum, quod in X. annos proximos ſatum erit; quot jugerum eſſe videatur; vinea quot vites habeat; olivetum quot jugerum, & quot arbores habeat; pratum quoque, quod intra X. annos proximos ſectum erit, quot jugerum paſcua eſſe videantur; item ſylva cædua. Omnia ipſe, qui defert, æſtimet. Illam enim æquitatem debet admittere cenſitor, ut officio ejus congruat, relevare eum, qui & in publicis tabulis, delato modo frui ex certis cauſſis non poſſit; quare etſi agri portio caſmate perierit, debebit per cenſitorem relevari. Poſtremo Livius quoque ubi de cenſoribus Nerone, & Salinatore ſcribit, ita ſcribit: „ Duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus coloniarum cenſoribus, cenſum receperunt, ut quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Quo factum eſt, ut Varro recte dixerit, cenſorem eſſe, ad cujus cenſionem, ideſt, arbitrium cenſeretur populus; & Feſtus, cenſores dictos, quod rem ſuam tanti quiſque æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint. Etenim cenſores ſæpe cenſum multiplicabant, ut ante de Catone Livius, & alio loco de iis, qui octuplicato cenſu M. Æmilium Dictatorem ærarium reliquerunt.

Moris autem fuit, primum, ut in foro; deinde in villa publica, quæ erat in campo Martio, cenſus ageretur; quem morem à Cæſare labefactatum oſtendit Svetonius, (102) cum ait:

tis exercitibus maxima eſſet hominum inopia, atque inde conſules, & ad novas urbanas legiones, & ad veteres ſupplendas ægre delectus conficerent. Senatus quidem juſſit triumviros binos creari, qui in plateis, foriſque, & conciliabulis omnem copiam ingenuorum inſpicerent, & ſi qui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, etiamſi nondum militari ætate eſſent, milites facerent: ſed alteri citra, alteri ultra tantum quinquageſimum, ideſt utrique intra centeſimum lapidem. Si enim Sociis milites, quos darent, imperabantur, fieri non poteſt, ut etiam Romanos delectus ferrent. Progreſſu quidem temporis tota Italia delectus habiti, ſed poſtquam Italicis populis Civitas data, ut apud Liv. dec. 8., & apud Cæſ. 10 Com.

(99) Hoc edictum fuit in executionem legis, Senatuſque Conſulti, de quo ſupra hoc capite, & uniforme illi, quod ibi retulimus, confirmatque diſputationem, quam ibi fecimus.

(100) Non eſt hoc teſtimonium in Planciana, ſed in Flacciana, ideſt pro L. Flacco. Declaratur autem hoc teſtimonio fundos in cenſum non veniſſe, niſi qui in agro eſſent Romano, mancipique, & intra tribus Romanas, quæ nimirum urbem agrumque dividebant, & terminabant; Nam cum Decianus, contra quem Flaccum defendendo agit Cicero, in cenſum retuliſſet prædia Apollonidienſia, Pergamenaque: *Quæro*, inquit, *ſintne iſta prædia cenſui cenſendo: habeant jus civile: ſint, nec ne ſint, mancipi: ſubſignari apud ærarium, apud Cenſorem poſſint: in qua tribu denique iſta prædia conjugiſti? Commiſiſti ſi tempus aliquod gravius accidiſſet, ut ex iiſdem prædiis, & Apolloniæ, & Romæ imperatum eſſet tributum.* Unde etiam patet eas Civitates, quæ ſeparatim à Romano tributum ſtipendium inferre imperabantur, ut diximus de Sociis, Coloniiſque, ſeparatum cenſum habuiſſe, ne ſi utrobique cenſerentur, duplici onerarentur tributo.

(*) *Corrige* pro Flacco. *Latinus.*

(101) Hæc eſt L. 4. D. de Cenſib.

(102) Sigonius hoc loco notavit, moris fuiſſe primùm, ut in foro, deinde in villa publica, quæ erat in campo Martio, cenſus ageretur, quem morem Cæſar labefactarit, qui, ut oſtendit Svetonius, recenſum populi nec more, nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egerit. Sed verba Svetonii male intellexit Sigonius de cenſu luſtrali totius populi Romani, ſive omnium ejus ordinum. Quomodo illum agere potuiſſet dominis inſularum? Agit ibi Svetonius de recenſu populi tenuioris frumentum menſtruum gratuitam accipientis, ut obſervarunt docti, & oſtendunt ſequentia: *Ne qui novi cœtus recenſionis cauſa moveri quandoque poſſent, ſubſtitui quotannis in demortuorum locum ex his, qui recenſiti non eſſent ſubſortitio à Prætore fieret.* Quis enim non videt, ad plebem pauperiorem hæc pertinere, quam paſcebat frumentum publicum? His elocatæ erant inſulæ, quas poſſidebant homines pernicioſi; ideoque per illos, inſularum nimirum dominos, facile poterant recenſeri earum incolæ. *Grævius.*

Advertit hic Grævius, quod male intellexe-

ait: „ Recenſum nec more, nec loco ſolito, „ ſed vicatim per dominos inſularum egit: „ ac ne qui novi cœtus recenſionis cauſa „ moveri quandoque poſſent, inſtituit, quot- „ annis in demortuorum locum iis qui re- „ cenſiti non eſſent, ſubſortitio à prætore fieret. „ (103) Pœna incenſi maxima fuit; is enim publicatis bonis, lege Ser. Tullii, verberatus venibat, ut inquit Dionyſius. Quocirca Zonaras, qui ſe, aut bona ſua in cenſum non- dedidiſſent, ipſos à Conſulibus, bona à cenſoribus verundata ſcribit; & Ulpianus „ ma- „ ximam capitis minutionem eſſe, per quam „ civitas, & libertas, amittitur, ait: ut cum „ incenſus aliquis venierit.

A

CAP. XV.

De jure militiæ.

ERgo cum ex cenſu commoditates duæ præcipue pararentur, quibus bellorum prope quotidianorum rationes, & copiæ ſuſtinerentur, unum delectus, alterum tributorum; danda nobis opera eſt, ut primum de delectu, ideſt, de ipſo jure militiæ diſputemus: deinde quid de tributis in bellum conferendis invenerimus, exponamus.

Quoniam autem jus militiæ nihil eſt aliud, quam jus legionis, (in hac enim ſoli cives Ro-
B mani, (104) in auxiliis Latini ſocii meruerunt) (105) primum quid, & quanta legio fuerit, ac

rit Suetonium Sigonius de receſſu quem Cæſar fecerit: Cum Suetonius noluerit narrare cenſum Populi, ſed turbæ tenuioris, quæ frumentum menſtruum è publico accipiebat. Integra ſententia Suetonii hæc eſt: *Recenſum populi, nec more, nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit; atque ex viginti, trecentiſque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui novi cœtus recenſionis cauſa moveri quandoque poſſent, inſtituit, ut quotannis in demortuorum locum ex his, qui recenſiti non eſſent ſubſortitio à Prætore fieret.* Non poſſum tamen à Sigonio diſſentire: nam cum is docere voluerit cenſum Cæſaris lab factum eſſe morem veterem cenſendi, qui fuerat, ut per Cenſores fieret, & per tribus, Cæſar vero vicatim per dominos inſularum, nullum video à more conſueto receſſum in ſola tritici diſtributione, quæ vicatim & ante Cæſarem fiebat, ut narrat Liv. lib. 30: *magnam vim frumenti ex Hiſpania miſſam M. Valerius Falco, & M. Fabius Buteo Ædiles curules quaternis æris vicatim populo deſcripſerunt*. Et de tali cenſu Cæſaris ſimilia ſunt teſtimonia Plutarchi, Appiani, & Zonaræ, videlicet Populum Romanum recenſum a Cæſare, ac centum quinquaginta hominum millia reperta, cum ante treecenta ac viginti millia extitiſſent; quam tantam cladem, tantaſque populi ſtrages inteſtina mala ediderint. Quod igitur de frumento agit Suetonius, id eſt ea Lege Clodia annonaria, quam refert Aſconius, ut gratis quotannis Populo daretur frumentum: atque ea cenſu apparebat quot eſſent, qui jus frumenti accipiendi haberent. Itaque Auguſtus eodem referente Suetonio cap. 40 Cæſaris ſequens inſtitutum: *Populi Romani cenſum vicatim egit. Ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius à negotiis avocaretur, ter in annum quaternum menſium teſſeras dare deſtinavit: ſed deſideranti conſuetudinem veterem, conceſſit rurſus, ut ſui quiſque menſis acciperet.*

(103) Hæc pœna tum locum habebat, cum quis dolo malo, fraudandique cenſus gratia ſe non cenſuiſſet, ut alio loco probavimus.

(104) Appellatione Romanorum civium comprehendendi ſunt etiam municipes, quorum jus erat merendi in legionibus Romanis. Feſtus: *Municipes erant qui ex aliis Civitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tamen muneris partem, ideſt, ut Servius filius aiebat, in legione merebant.*

(105) Aliud fuerunt auxilia, aliud Socii, Latinique nominis in exercitibus Romanis. Hi una cum ipſis, ſeu in ipſis legionibus Romanis, eademque arte, atque ratione, nominibuſque militabant, cujus inſtituti, quod laudat impenſe Livius, author fuit L. Tarquinius Superbus poſt fœdus ictum cum Latinis populis: *Haud difficulter perſuaſum Latinis de renovando fœdere, quamquam in eo ſuperior Romana res erat. Quo renovato indixit Tarquinius junioribus Latinorum, ut ex fœdere die certa ad lucum Ferentinæ armati frequentes adeſſent. Qui ubi ad edictum Romani Regis ex omnibus populis convenere, ne ducem ſuum, neve ſecretum imperium, propriave ſigna haberent, miſcuit manipulos ex Latinis, Romaniſque, ut ex binis ſingulos facerent, binoſque ex ſingulis: ita geminatis manipulis, centuriones impoſuit. Nec ut injuſtus in pace Rex, ita dux belli pravus fuit: quin ea arte æquaſſet ſuperiores Reges, ni degeneratum in aliis, huic quoque decori offeciſſet.* Itaque dum ipſe Livius lib. 8. Romanorum, Latinorumque exercituum rationem in illa Latinorum defectione commemorat, eam ita
C deſcribit: *Fuit enim civili maxime bello pugna ſimilis, adeo nihil apud Latinos diſſonum ab Romana Republica, præter animos erat. Scribebantur autem Romæ quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulis legiones trecentis: alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempeſtate hoſtes erant Romanis, eodemque ordine inſtruxerant aciem. Nec vexilla cum vexillis tantum, univerſi haſtati cum haſtatis, principes cum principibus, ſed Centurio quoque cum Centurione, ſi ordines turbati non eſſent, concurrendum ſibi eſſe ſciebat. Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant. Romanus corpore haud quaquam ſatis validus: cæterum ſtrenuus vir, perituſque militiæ; Latinus viribus ingens, bellatorque primus: notiſſimi inter ſe, quia ſemper pares ordines duxerant. Romano haud ſatis fidenti viribus, jam Romæ permiſſum erat ab COSS, ut ſubcenturionem ſibi quem vellet legeret, qui tutaretur eum ab uno deſtinato hoſte, iſque juvenis in acie oblatus ex Centurione Latino victoriam tulit.* Auxiliatores, contra extra omnes legiones Romanas, alia omnino ratione, nominibus, muneribus, ante
D in exercitibus Romanis militabant. *Etenim*, inquit Vegetius lib. 2. *conducuntur ii ad prælium ex diverſis muneribus venientes, nec diſciplina inter ſe, nec notitia, nec affectione conſentiunt: alia inſtituta, alius inter eos eſt uſus armorum. Neceſſe eſt autem tardius ad victoriam pervenire, qui diſcrepant ante, quam dimicent. Denique cum in expeditionibus plurimum proſit, omnes milites unius præcepti ſignificatione converti, non poſſunt æqualiter juſſa complere, qui ante pariter non fuerunt. Tamen hæc ipſa ſi ſolemnibus, diverſiſque exercitiis prope quotidie roborantur, non mediocriter juvant. Nam legionibus ſemper auxilia, tamquam levis armatura in acie jungebantur, ut in his præliandi magis adminiculum eſſet, quam principale ſubſidium. Legio autem propriis cohortibus plena, cum gravem armaturam, hoc eſt principes, haſtatos, triarios, anteſignanos, item levem armaturam, hoc eſt ferentarios, ſagittarios, funditores, baliſtarios, cum*
E *propriis, & ſibi impoſitis equites legionarios iiſdem matriculis teneat, cum uno animo, pariique conſenſu caſtra muniat, aciem inſtruat, prælium gerat, ex omni parte perfecta, nullo que indigens adjumento, quamtamlibet hoſtium multitudinem ſuperare conſuevit.* Propterea exteri omnes ii fuerunt præter omnes Italicos. Itaque Varro lib. 4. de ling. lat. *auxilium appellatum ab auctu, cum acceſſerant qui adjumento eſſent alienigenæ.* Item Feſtus: *auxiliarum dicuntur in bello ſocii Romanorum, exterarum nationum.* Atque Cicero ſua explicans auxilia, quæ Prætor in Ciliciensi habebat exercitu, *exercitum*, inquit ad Att. lib. 6. ep. 5. *infirmum habebam, auxilia ſane bona, Galatarum, Piſidarum, Lyciorum.* Quo auxilia nullo adigebantur ſacramento, quo ſine dubio Latini, ſocii,

ac quibus è civium generibus ſcripta ſit, oſtendamus; deinde ejus ſcribeodæ rationem, ac ſumma conſcriptorum civium jura patefaciamus. Univerſus Romanus exercitus in duas partes fuit diviſus, legiones, & auxilia. Legio certa peditum, equitumque manus fuit, Varrone, & Plutarcho auctoribus, à delecto fortiſſimorum militum appellata. Ea vero jam inde à Romulo rege inſtituta eſt trium millium peditum, & treceotorum equitum; ex ſiogulis enim tribubus mille cooſcripti ſunt pedites, & centeni equites. Ut autem pedites io cohortes, equites in turmas diſtributi, ſic cohortes in maoipulos, turmæ io decurias, manipuli in ceoturias. (106) Quooiam autem legiooem à Romulo acceptis in civitatem Sabinis auctam ſcribit cum Dionyſio Plutarchus, propterea eandem etiam à Romulo ad quatoor peditum millia redactam exiſtimaverim; quæ inde Quadrata legio dicta eſt, auctore Feſto. Subſequentibus vero temporibus pro uſu Reipublicæ & Senatus arbitrio variatum, ut legio modo quatuor, modo quinque, modo ſex millium peditum, itemque modo ducentorum, modo trecentorum equitum ſcriberetur. Livio potiſſimum teſti credo; is eoim Volſco bello, quatuor legiooes quaternum millium ſcriptas prodit; bello Gallico, non urbana tantum, ſed etiam agreſti juventute decem legiones ſcriptas, quaternum millium & duceotorum peditum, equitumque trecentorum ait; bello Latino, per ea tempora ſcriptas quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legionas treceais, alterom taotum ex Latino delectu adjici ſolitum; bello Punico, Sempronio duas legiones datas, ea quaterna millia fuiſſe peditum, & trecenos equites; item exercitum civium, ſociorumque minui juſſum, ut ex duabus legionibus una legio quioque millia peditum, & treceoti equites eſſent, dimiſſis, qui plurima ſtipendia haberent,

ſocii, nominiſque Latini adigebantur. Ea enim primi ſacramento adegerunt Octavianus & M. Antonius ad Actiacum bellum, ut apud Dion. lib 50. *tanta contentione uterque utebatur, ut ſociorum auxilia etiam ſuramento rogaverit.* Auxilia erant equidem & Latini, ſociique, Polib lib. 6. *Per idem tempus Conſulari prædisi poteſtate edicunt præfectis ſociorum Civitatum in Italia, è quibus auxilia putant accerſenda, numerum indicantes, diemque, & locum, in quem convenire oporteat, qui delecti fuerint. At Civitates delectu habito, ſimili ante dicto mittunt ſuramento adactos, conſtituta præfecto, & mercedis exhibitore &c.* Sed non milites auxiliares erant, idest non in auxiliis pugnabant. Atque quamquam temporis progreſſu ſuas à Romanis diſtinctas legiones habuerunt: tamen ſemper ad morem Romanum per legiones militarunt, ſpeciemque apud Livium lib. 37. totius rei hujus habemus, dum instructam in Antiochum aciem Romanam deſcribit: *Romana acies unius prope formæ fuit, & hominum, & armorum genere; duæ legiones Romanæ, duæ ſociûm, ac Latini nominis erant: quina millia & quadragenos ſinguli habebant. Romani mediam aciem, cornua Latini tenuerunt: haſtatorum prima ſigna, deinde principum erant, triarii poſtremos claudebant. Extra hanc veluti juſtam aciem à parte dextera COS. Achæorum cetratis immiſſos AUXILIARES Eumenis tria millia ferme peditum æquata fronte inſtruxit &c.* Item lib. 21. de pugna ad Trebiam pugnata: *Duodeviginti millia Romanorum erant, ſocium nominis Latini XX. Auxilia præterea Cenomanorum.*

(106) Multum diſputant in explicanda legione Romana ſcriptores, multumque de cohortibus, & de manipulis, & de centuriis, & de ordinibus, atque de generibus militum, ſingulorumque generum numero in legione, deque intelligenda Livii acie lib. 8. inter ſe diſſentiunt. Et primo ſentit Roſinus: *cohortes priſcis temporibus apud Romanos nullas fuiſſe. Non enim,* inquit, *in tota Livii hiſtoria cohortium fit mentio. Ideoque docti viri ſentiunt à C. Mario primum cohortes eſſe inſtitutas.* Sed quantum diſtet a veritate cohortes a Livio non commemorari, ex ipſius Livii lectione patet, qui innumeris in locis de iis agit. Ut lib. 3. *Tum Conſularis exercitus egregia pugna, Conſulis vulnus, Legati, & COHORTIUM, ultus eſt cædem.* Item *COHORTES inde Latinæ, Hernicæque ab Senatu gratiis ob impigram militiam, actis remiſſæ domos.* Item *COHORTES ſibi quæque Centuriones legerunt; bini Senatores ſingulis COHORTIBUS præpoſiti.* Item *exercitus novus, paucis COHORTIBUS veterum militum voluntate ſequentibus.* Ut lib. 9. *Conſules M. Petilium, C. Sulpitius exercitum ab Dictatore Fabio accipiunt, magna parte veterum militum dimiſſa, noviſque COHORTIBUS in ſupplementum adductis.* Ut lib. 23. *Additur Caſilini præſidio Perugina COHORS, homines CCC. & LX.* Ut lib. 27. *ducentem in Salentinos exercitum Annibalem cum expeditis COHORTIBUS adortus C. Hoſtilius Tubulus incompoſito agmini terribilem tumultum intulit.* Ut lib. 40. *L. Æmilius Paulus ad quatuor partes exercitum in caſtris inſtruxit, ut ſigno dato ſimul ex omnibus partibus eruptionem facerent. Quatuor extraordinariis COHORTIBUS duas adjunxit præpoſito M. Valerio Legato; erumpere extraordinaria porta juſſit. Ad dextram principalem haſtatos legionis primæ inſtruxit; principes ex eadem legione in ſubſidiis poſuit. M. Servilius, & L. Sulpicius Tribb. Mill. his præpoſiti. Tertia legio adverſus principalem ſiniſtram portam inſtructa eſt. Id tantum mutatum; principes primi; haſtati in ſubſidiis locati. Sex. Julius Cæſar, & L. Aurelius Cotta Tribb. Mill. huic legioni præpoſiti ſunt. Q. Fulvius Flaccus legatus cum dextra ala ad Quæſtoriam portam poſitus duæ COHORTES, & triarii duarum legionum in præſidio caſtrorum manere juſſi.* Ut lib. 44. *Duæ COHORTES à parte Romana erant, Marrucina, & Peligna: duæ turmæ Samnitium equitum, quibus præerat M. Sergius Sylus Legatus, & aliud pro Caſtris Stativum erat præſidium. Sub C. Cluvio Legato tres COHORTES, Firmana, Veſtina, Cremonenſis; duæ turmæ equitum Placentina, & Eſernina.* Alii Livii lectione convicti putant Livium cohortes pro manipulis utroque promiſcue uſum vocabulo ſcripſiſſe. Aſt contra eos quoque eſt Livius, qui de utriſque cum diſcrimine agit. Ut lib. 27. *Marcellus COHORTIBUS, quæ ſigna amiſerant hordeum dari juſſit, Centurioneſque MANIPULORUM, quorum ſigna amiſſa fuerant, diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit.* Item *tum Claudius Nero Conſul ingenio hoſtis uſus, quoniam in tam apertis collibus timeri inſidiæ poterant, QUINQUE COHORTES additis QUINQUE MANIPULIS uelle jugum ſuperare, & in averſis vallibus conſidere jubet.* Item *pugnantes inter tumultum, ac terrorem inſtruxiſſet Annibal, ut COHORTIUM, ac MANIPULORUM diſcurrentium per colles clamor ab tergo acciderit metum, ne interluderentur à caſtris, injeciſſet.* Item: *Duo ſimul præſidia Placentinæ COHORTIS, & MANIPULORUM ſecundæ legionis aggrediuntur.* Ut lib. 30. *P. Scipio contra Annibalem non confertas COHORTES ante ſua quemque ſigna inſtruebat, ſed MANIPULOS aliquantum inter ſe diſtantes, ut eſſet ſpatium, quo elephanti hoſtium accepti nihil ordines turbarent.* Quamquam hoc exemplum parum mihi probare videtur, quia manipuli illi parvæ manus ſingulari Scipionis ratione ad eludendos elephantorum impetus fuerant, ſingulis ſignis plures ejuſmodi manus ducentibus. Nutare autem ibi Livium errore indigniſſimum cenſeo, qui rerum, exercituum, aciei que Romanæ peritiſſimus fuit. Sed ut rem aggrediamur: Varro lib. 4. de Ling. Lat. exercitum Romanum in legiones dividit, pedeſtres copias, & equites. Legiones in cohortes, has in manipulos, manipulos in centurias, centuriaſque in milites. Hos in haſtatos, pilanos, principes, atque triarios, quos pila-

A rent, & ſociorum ſeptem millia peditum, &
trecenti equites relinquerentur; bello Perſico:
„ Legiones quatuor novas ſcribi placuiſſe,
„ binas ſingulis Conſolibus. Id præcipue pro
„ vinciæ Macedoniæ datum, quod cum alte-
„ rius Conſulis legionibus quina millia, &
„ duceni equites ex vetere inſtituto darentur
„ in ſingulas legiones, in Macedonia ſena
„ millia peditum ſcribi juſſa, equites treceni
„ æqualiter in ſingulas legiones. Item: In
„ Macedoniam peditum Romanorum ſex mil-
„ lia, ſociorum nominis Latini ſex millia,
„ equites Romanos CCL. ſocios CCC. vete-
„ res milites dimiſſos, ita ut in ſingulas Ro
„ manas legiones ne plus ſena millia pedi
B „ tum, CCC. equites eſſent. Alteri Conſuli
„ nullum certum finitum numerum civium
„ Romanorum, quem in ſupplementum le-
„ geret: id modo finitum, ut duas legiones
„ ſcriberet, quæ quina millia peditum &
„ ducenos haberent, equites trecenos. Pedi-
„ tum Latinorum majorem, quam collegæ
„ decretum numerum, peditum X. millia,
„ & DC. equites; quatuor præterea legiones
„ ſcribi juſſas, quæ, ſi quo opus eſſet, edu-
„ cerentur. In Hiſpaniam tria millia peditum
„ Romanorum in ſupplementum, CCC. equi-
„ tes decretos. Finitum ibi quoque in legio-
„ nes militum numerum, peditum quina
„ millia, trecenos & XXX. equites; & poſt:
C „ exercitum ad collegam primo quoque tem
„ pore mittere in Macedoniam Conſulem
„ juſſum, neque in ea provincia plus quam
„ duas legiones eſſe, eas repleri, ut ſena
„ millia peditum, trecenos haberent etiam
„ equites. Ex quibus locis ſatis intellectum
puto, ſenum millium numerum adhuc niſi
extra ordinem non eſſe decretum. Nam Po-
lybius etiam, qui poſt bellum Perſicum cum
P. Æmyliano vixit, legiones conſcribi me-
moria ſua ex quinis millibus peditum, &
trecenis equitibus retulit; & Feſtus C. Ma
rium primum legionem ſex millium conſcrip-
ſiſſe teſtatur; quod non Senatus decreto, ſed
imperatoris conſilio factum oſtendit Salluſtius,
D cum ait: „ Igitur Marius cum aliquanto ma-
„ jore numero, quam decretum erat, in Afri-
„ cam profectus. Unde legio ſex millium fuiſ-
ſe à multis traditur, quod hic maximus ejus
numerus ſtante Republica fuerit. Atque de
magnitudine quidem legionis hæc hactenus.

A Obſervatum aſt præterea, in legione niſi
(*) ingenuos, & ex ingenuis niſi juniores,
& ex junioribus niſi qui in quinque claſſibus
cenſerentur, & ludicræ artis expertes eſſent,
ordine non eſſe centuriatos; ex quo ſequitur
ſervos, libertinos, pueros, ſeniores, capite
cenſos, & hiſtriones, ſi quando ad arma vo-
cati ſunt, nonniſi cogente neceſſitate, in
dubiis rebus Reipublicæ eſſe vocatos. Id quod
ex annalibus Livii facile intelligetur; ut bel-
lo Punico: „ Q. Fulvius, Ap. Claudius Con-
„ ſules, cum ægre delectum conficerent,
„ quod inopia juniorum non facile in utrum-
„ que, ut & novæ urbanæ legiones, & ſup-
„ plementum veteribus ſcriberetur, ſufficie-
B „ bat, Senatus abſiſtere eos incœpto vetuit,
„ & triumviros binos creari juſſit, alteros,
„ qui citra, alteros, qui ultra quinquageſi-
„ mum lapidem in plateis, foriſque, & in
„ conciliabulis omnem copiam ingenuorum
„ inſpicerent; & ſi qui roboris ſatis ad feren-
„ da arma habere viderentur, etiamſi non-
„ dum ætate militari eſſent, facerent. Tri-
„ buni plebis, ſi iis videretur, ad populum
„ ferrent, ut qui minores ſeptem & decem
„ annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſti-
„ pendia procederent, ac ſi ſeptem & de-
„ cem annorum, aut majores milites facti
„ eſſent, ex hoc S. C. triumviri bini con-
„ quiſitionem ingenuorum per agros habue-
C „ runt; & L. Valerio quartum, M. Camillo,
M. Aimilio Tribunis militum Conſulari po-
teſtate: „ Omnium primum Tribunis mili-
„ tum datum fuit delectum haberi: nec ju-
„ niores modo conſcripti, ſed ſeniores etiam
„ coacti nomina dare, ut urbis cuſtodiam
„ agerent; & bello Samnitico, Etruſco; Se-
„ natus juſtitium indici, delectum omnis ge-
„ neris hominum haberi juſſit, nec ingenui
„ modo, aut juniores ſacramento adacti ſunt,
„ ſed ſeniorum etiam cohortes factæ, liber-
„ tinique centuriati; & Punico bello: Et
„ aliam formam novi delectus inopia libero-
„ rum capitum, ac neceſſitas dedit; octo
„ millia juvenum validiorum ex ſervitiis,
D „ prius ſciſcitantes ſingulos, vellent milita-
„ re, empta publice armaverunt.

Quoniam autem mos, ut opinor, incre-
buerat, ut minores annis ſeptemdecim ali-
quando ſcriberentur; propterea C. Gracchus
in Tribunatu legem, teſte Plutarcho, tulit,
ne

---

pilanos quoque appellatos fuiſſe ait, errantibus ſine dubio illis, qui hos pilanos cum ſuperioribus confundunt. Polybius enim quoque lib. 6. legionem dividit in pilanos, haſtatos, principes, & triarios. Equites, ut ad Varronem revertamur, dividit in turmas, haſque in decurias, quarum ſingulæ terdeni equites, turmæ quadrageni ductore comprehenſo. *Exercitus*, inquit, *quod exercitando fit melior. Legio quod leguntur milites in delectu. Cohors quod ut in villa ex pluribus tectis conjungitur, ac quiddam fit unum, ſic hic ex manipulis pluribus copulatur cohors. Manipulos exercitus minimas manus, quæ unum ſequuntur ſignum. Centuria, quæ ſub uno centurione ſunt, quorum centenarius juſtus numerus* (idest ſolemnis pro E ſ ore antiquitatis. Nam poſtea ſexagenaria facta, ut præter Livium infra in acie Tacit. lib 1. Annal. *Milites repente lymphati diſtrictis gladiis in centuriones invadunt: ſexagenis ſingulos, ut numerum centurionum adæquarent.*) *Milites, quorum trium millium primo legio fiebat, ac ſingulæ tribus Tatienſium, Ramnenſium, Lucerum millia ſingula militum mittebant. Haſtati dicti, qui primo haſtis pugnabant, pilani, qui pilis, principes, qui à principio gladiis, & poſt commutata re militari minus illuſtria ſunt. Pilani triarii quoque dicti, qui in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur: quod hi ſubſidebant, ab eo ſubſidium dictum, à quo Plaut.*
„ *agite nunc, ſubſidite omnes, quaſi ſolent triarii. Auxilium appellatum ab auctu, cum acceſſerant qui auxilio eſſent alienigenæ. Præſidium eſt dictum, quia extra caſtra præſidebant in loco aliquo, quo tutior regio eſſet. Obſidium dictum ab obſidendo, quo minus hoſtis egredi poſſet in die, item ab abſidendo, cum idet facerent, quo facilius diminuerent hoſtes. Duplicarii dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur inſtitutum. Turma terma eſt; u in u abiit, quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum fiebant. Itaque primi ſingularum decuriarum Decuriones dicti, quod ab eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni. Quos hi primo adminiſtros ipſi ſibi adoptabant, optiones vocari cœpti, quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt.* Manipulos Plutarch. in Romulo appellatos ait, quod ille *ſecum magnam manum adducens in centurias diſtributam, earum unamquamque vir unus ducebat manipulum ferens, ac herbarum conto erectum geſtans, unde hodie quoque militibus manipularibus nomen eſt.* Unde Ovid. Faſt. lib. 3.
Nam

(*) *Corrige non. Latinus.*

ne qois aate annum decimum ſeptimum ad militiam cogeretur, qua ætate qui conſcribebantur, tirones; ut contra, qui legitima omnia vel certe plurima ſtipendia confecerant, veterani dicebantur. Ut autem ceteros extra ordinem militare coactos, ſic etiam tenuiſſimum hominum genus, capite cenſos aliquando eſſe conſcriptos animadvertimus; id autem à C. Mario factum eſt, de quo ita Salluſtius: „ Marius milites ſcribere non more majo„ rum, neque ex claſſibus, ſed uti cujuſque „ libido erat, capite cenſos pleroſque. Id „ factum alii inopia bonorum, alii per ambi„ tionem Conſulis memorabant, quod ab eo „ genere celebratus, auctuſque erat; & ho„ mini potentiam quærenti egentiſſimus quiſ„ qoe opportuniſſimus. Quibus ex locis apparet, ingenuos tantum, eoſque juniores ordine, reliquos vero extra ordinem militaſſe.

Nunc illud addo, neque ingenuos omnes fuiſſe conſcriptos, ſiquidem biſtriones omnes prærer Atellanos à ſtipendiis militaribus repulſos libro VII. tradidit Livius. Neque vero bi ſolum extra ordinem, ſed qui emeritis etiam erant ſtipendiis, ſæpe ad arma vocati ſunt; bos enim, ſcribit Salluſtius, Marium ambiendo ſecum proficiſci coëgiſſe. Emeritis autem ſtipendiis dicebantur, qui legitima ſtipendia confecerant omnia; legitima vero ſtipendia equiti decem annorum fuerunt, pediti ſex, aut, ſi bonores petere vellet, decem, intra annum decimum ſextum, & quadrageſimum ſeptimum ætatis ea lege neceſſario conficienda, quod Polybius aperte ſcribit, & lex Tullia indicat, quæ juniorum ætatem annis triginta definivit, (*) quos militare coëgit. Quo ſpectans Salluſtius, Cæſarem Dictatorem admonet, ut videat, ne, uti adhuc militia injuſta, aut inæqualis ſit, cum alii triginta, pars nullum ſtipendium faciat. Qui vero emeritis ſtipendiis rurſus militare cogebantur, ii, auctore Dione, Evocati dicebantur. Atque de eorum quidem, qui in legione militarent, generibus hactenus diſputatum ſit; nunc de ipſa conſcribenda legione dicamus.

Deſignatis Conſulibus, ut ſcribit Polybius, Tribunos militum quatuor & viginti legebant: quatuor quidem ac decem ex iis, qui ſtipendia quinque baberent; decem vero ad bos, qoi decem. Creatis Tribunis cum delectum habituri Conſules erant, diem edicebant, qua omnes militari ætate præditos convenire oporteret; quæ ubi advenit, omnes in Capitolium coibant. Tum juniores Tribuni juſſu populi, imperatorumve, quatuor in partes diſtribuebantur; ac qui primi lecti erant, primæ legioni præficiebantur; tres qui deinceps, ſecundæ; quatuor ſubſequentes tertiæ; tres ultimi quartæ; ex iis autem, qui natu grandiores erant, duos primos præponebant, tres ſecundos ſecundæ, duos ſubſequentes tertiæ, tres ultimos quartæ. Hac diviſione facta, ſinguli Tribuni ſeorſum ſedentes tribus ſigillatim ſortiebantur, eamque, quæ ſorte exierat, citabant; unde juniores quatuor ætate, & corporis habitu ſimiles excernerent; (**) quibus prodeuntibus, primum primæ legionis Tribuni, deinde ſecundæ, inde tertiæ, poſtremo quartæ, atque ita deinceps cooptabant. Ubi vero certum numerum fecerant, (erat autem, ut dixi, modo quatuor millium ac ducentorum, modo quinque millium, ſi durior eſſet fortuna Reipublicæ) tum equites deſignabant; quos olim poſt pedites, inde vero ante pedites legere cœperunt, quod ex cenſu à cenſoribus legerentur, ac trecenos ſingulis legionibus adjiciebant. Hac deſcriptione perfecta, Tribuni ſuos quiſque in ſuas legiones vocantes, unum ex omnibus maxime idoneum lectum, jurejurando obſtringebant, ſe, quoad poſſet, mandata ducum executurum; inde reliqui omnes procedentes, ſinguli ſe omnia facturos in verba primi jurabant. Quo facto, indicto militibus ad conveniendum loco, eos dimittebant.

Hæc ferè Polybius ſua ætate obſervata refert; quæ cum ipſius auctoritate, quæ ſumma eſt, tum vero aliorum etiam ſcriptorum, quorum monumenta contemnere nec poſſumus, nec debemus, ſatis certo teſtimonio video ſupra illius ætatem etiam obſervata: Livius libro II. „ Dimiſſo Senatu Conſules in „ tribunal aſcendunt; citant nominatim ju„ niores; cum ad nomen nemo reſponderet; libro IV. „ Delectum haberi non ex toto „ paſſim populo placuit, decem tribus ſorte „ ductæ; ex bis ſcriptos juniores duo Tribu„ ni ad bellum duxere; libro VII Acerbitas „ in delectu non damno modo civium, ſed „ etiam laceratione corporum lata, partim „ virgis cæſis, qui ad nomina non reſpondiſ„ ſent, partim in vincula ductis, invisa erat; libro XLII. „ Delectus Conſules multo inten„ tiorem, quam aliàs, curam habebant. Li„ ci-

Non illi Cœlo labentia ſigna tenebant,
Sed ſua, quæ magnum perdere crimen erat
Illa quidem fœno, ſed erat reverentia fœno,
Quantum nunc aquilas cernis habere tuas.
Pertica ſuſpenſos portabat longa manipios;
Unde maniplaris nomina miles habet.

Dico autem Scriptores, & manipulos, & centurias, & ordines varie, prout varie res ferebat, uſurpaſſe, atque aliud pro alio nonnunquam pronuntiaſſe. Cinc apud Gell. lib. 16. cap. 4. *in legione ſunt centuriæ ſexaginta, manipuli triginta, cohortes decem*, juſte omnia nominata. Tamen apud Ammian. lib. 17. manipulos poſt centurias invenimus: *convocatis cohortibus, & centuriis, & manipulis omnibus tribunal inſiſtens*. Et vidimus manipulos Scipionis apud Livium, nec centurias fuiſſe, nec juſtos manipulos. Dico quoque aliud fuiſſe manipulos, centuriaſque in exercitu, aliud in acie. Et idem nunc profecto videmus, ut non omnino inſtruantur in pugna milites, atque ſunt in exercitu diſtributi. In Romano ergo exercitu manipulos, centuriaſque juſtas fuiſſe legionis partes, in quibus milites illarum, quaternaque æque earum genera, piiani, ſeu leves, haſtati, principes, atque triarii ſub juſtis ſignis diſtribuerentur. In acie manipulos, centuriaſque apud haſtatos, principeſque tantum fuiſſe *ſervatos*, ceteros in ordines fuiſſe *conjectos*. Quod egregie mihi explicare videtur memorata *Livii* acies, in qua etiam & genera militum, & generis cujuſque numerus illuſtrantur. Quinorum millium peditum, trecentenorum equi-

(*) Triginta annorum tempus eſſe, intra quod juniores appellantur, & militiæ nomen dare debent, certum quidem eſt; at non propterea triginta implere ſtipendia tenentur; ſed ea tantum, quæ legitima eſſe placuit, quorum numerus, qui ſit ex 6. fragmento Polybii, & ex Plut. in Gracchis, & Tacito in ſeditione Germanica, & Pannonica, plane conſtare poterit. *Latinus*.

(**) Vide Polyb. nam hic ordo non enumeratur plane. *Latinus*.

„ einius veteres quoque ſcribebat milites centurioneſque, & multi voluntate nomina dabant; quia locupletes videbant, qui priore Macedonico bello, aut adverſus Antiochum in Aſia ſtipendia fecerant cum Tribuni militum centuriones, ſed primumquenque citarant, tres & viginti centuriones, qui primos pilos duxerant citati Tribunos plebis appellarunt. Minoris mulctæ ratio in hoc genere fuit, ut inquit Varro apud Gellium: „ M. Terentino quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei ovem unam mulctam dico. Item, ut inquit Cato: „ Imperator, ſi quia extra ordinem depugnatum ivit, ei mulctam facit; majoris hæc, de qua Valerius: „ M. Curius Conſul cum ſubitum delectum edicere coactus eſſet, & juniorum nemo reſpondiſſet, conjectis in ſortem omnibus, Polliæ, quæ proxima exierat, primum nomen urnæ extractum citati juſſit, neque eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtæ ſubjecit. Feſtus: „ In delectu primi vocabantur boni nominis, ut Salvius, Valerius, Statorius. Cicero de divinatione: „ In delectu Conſules obſervant, ut primus miles fiat bono nomine.

Atque hæc quidem de citandis, conſcribendiſque militibus exempla ſatis ſint; de militari vero ſacramento hæc, ut opinor, erunt, quæ dicentur; cujus formulam animadvertimus apud Gellium hanc fuiſſe, ab eo ex libro Cincii de re militari quinto relatam: „ Cum delectus antiquitus fieret, & milites ſcriberentur, in jusjurandum eos Tribunus militaris adigebat, hoc modo: In magiſtratu C. Lælii C. F. Conſulis, L. Cornelii P. F. Conſulis, in exercitu, decemque millia paſſuum prope furtum non facies dolo malo, ſolus, neque cum pluribus, pluris nummi argentei in dies ſingulos; extra haſtam, haſtile, ligna, pabulum, utrem, follem, faculam, ſi quid ibi inveneris, ſuſtuleriſve, quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit, uti tu ad C. Lælium C. F. Conſulem, Luciumve Cornelium P. F. Conſulem, ſive ad quem eorum alter juſſerit, perferas: aut profitebere in triduo proximo, quicquid inveneris, ſuſtuleriſve dolo malo; aut domino ſuo, cujum id cenſebis eſſe, reddes uti, quod recte factum eſſe voles; deinde ita concipiebatur jusjurandum, ut adeſſent, his additis exceptionibus, niſi harumce aliqua cauſſa erit, funus familiare, feriæ denicales, Kalendæque, quæ non ejus rei

A „ cauſſa in eum diem collatæ ſint, quo is eo die minus ibi eſſet, morbus ſonticus, auſpiciumve, quod ſine piaculo præterire non liceat, ſacrificiumve anniverſarium, quod recte fieri non poſſet, niſi ipſus eo die ibi ſit, jus, hoſtiſve, ſtatus, condictuſve dies cum hoſte; ſicui eorum harumce quæ cauſſa erit, tum ſe poſtridie, quàm per eas cauſas licebit, eo die venturum aditurumque eum qui eum pagum, vicum, oppidumve delegerit. Hæc apud Gellium; unde Livius libro VII. „ Dictator omnes juniores nullo detrectante militiam ſacramento adegit; & libro IX. „ Is prout rei magnitudo poſtulabat, omnes juniores ſacramento adegit;

B &: „ Romamque is metus manavit, adeo ut omnes juniores ſacramento adigerent. Quantum autem vis habuerit militare ſacramentum, & ut ſine ſacramento pugnari cum hoſte more majorum haud licuerit, oſtendit multis verbis Cicero in primo de Officiis; cujus memorabile illud hoc loco non prætermittam: „ P. Æmilius imperator tenebat provinciam, in cujus exercitu Catonis filius tiro militabat. Cum autem P. Æmilio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimiſit; ſed cum amore pugnandi in exercitu remanſiſſet, Cato ad P. Æmilium ſcripſit, ut ſi eum pateretur in exer-

C „ citu remanere, ſecundo eum obligaret militiæ ſacramento. Quid quod ſæpe novo etiam jurejurando milites eſſe adactos, docet Livius? ut bello Punico, Paulo & Varrone Coſſ. „ Milites, inquit, tunc quod nunquam antea factum erat, jurejurando à Tribunis militum, juſſu Conſulum conventuros, neque injuſſu abituros; nam ad eam diem nihil præter ſacramentum fuerat; & ubi ad decuriatum, aut centuriatum conveniſſent, ſua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites conjurabant, ſeſe fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli ſumendi, aut petendi, aut hoſtis feriendi,

D „ aut civis ſervandi cauſa; id ex voluntario inter ipſos fœdere à Tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem tranſlatum. Huc etiam ſine dubio referendum eſt, quod extat in commentario Serviano ad VIII. Æneidos, tria fuiſſe militiæ genera, ſacramentum, conjurationem, & evocationem. Sacramentum eorum, qui ſinguli jurabant, pro Republica ſe eſſe facturos, nec diſcedebant, niſi confectis ſtipendiis; conjurationem, ſi eſſet tumultus, ideſt, bellum Italicum, vel Gallicum, quo

equitum is legiones proponit. De equitibus nulla diſceptatio eſt: pedites hac ratione inſtruit: *Romani*, inquit, *in plures ordines aciem inſtruebant*. Ordines hic generatim ponit certos numeros militum recta linea adverſus hoſtes diſpoſitorum. *Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat*. Ordinem hic intelligo duas militum eo, quo diximus, modo diſpoſitorum lineas. Nam *ſexagenos* pluries ſexaginta ſignificat, & niſi certo majori numero adſignetur, pro natura diſtributivorum ad bis tantum refertur, quibus nimirum lineis duos adplicat centuriones, quæque duæ lineæ inſtar manipuli unicum vexillarium habebant, centum viginti tres bellatores. *Prima acies haſtati erant manipuli quindecim diſtantes inter ſe modicum ſpatium. Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. Leves autem qui haſtam tantum, gæſaque gerebant, vocabantur*.

E Quoniam de haſtatis agit, qui una cum principibus erant veluti juſtus exercitus; nam triarii, tertiaque acies erant tamquam ſubſidium, non ordines ſcribit, ſed manipulos. Hi tamen manipuli ſicuti in ordines inſtructi erant, ſinguliqua ordines centum viginti tres bellatores erant: ita hæc prima quindecim manipulorum acies mille octingenti quadraginta quinque erant bellatores. Conſtabant ex levibus, & ſcutatis. Et ſi manipulus *leves vicenos*, ideſt quadraginta milites habebat, leves erant ſexcenti, ſcutati mille ducenti quadraginta quinque. Itaque prima acies leves ſexcentos habebat, ſcutatos mille ducentos quadragintaquinque. Leves autem erant primi excurſores in hoſtes, qui pugnæ campum expedirent. Liv. lib. 37. in prælio Antiocheno. *Quod ubi Eumenes vidit, Cretenſes ſagittarios, funditoreſque, & jaculatores equitum* (adde *levemque armaturam*, quæ eſt inita) excur-

quo tempore quia ſingulos ioterrogate non vacabat, qui fuerat ducturus exercitum ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, unum roſeum, quo pedites evocabat, alterum cœruleum, quo equites, dicebat: *qui vult ſalvam Rempublicam me ſequatur*, & qui conveniſſent, ſimul jurabant, unde dicebatur iſta militia conjuratio; unde libro XLV. ſcripſit Livius: „ Senatuſconſultum factum, „ ut Conſul, quos præter milites, ſociosque „ navales conjuratos haberet, dimitteret. Evocationem, cum ad diverſa loca diverſi propter cogendos mittebantor exercitus. Neque vero ab hoc loco aliena eſt lex ſacrata militaris C. Marcio, Q. Servilio Coſs. lata, cujus meminit Livius libro VII. „ Ne cujus „ militis ſcripti nomeu oiſi ipſo volente de„ leretur.

De indicendo autem ad conveniendum die Livius: „ Inde de exercitibus ita decre„ tum eſt, ut duabus legionibus urbanis Ti. „ Semptonius Conſul Cales ad conveniendum „ ediceret. Item: His per magiſtrum equi„ tum ſcriptis diem Tibur ad conveniendum „ edixit.

Ut autem conſcribendorum militum, ſic etiam dimittendorum diligens obſervata ratio eſt; miſſionum vero genera fuerunt duo, honeſta & cauſaria. Honeſta fuit eorum, quibus juſta militiæ vacatio eſtet: cauſaria, quibus neceſſaria. Juſta eſt, cum quis aut legitima confecit ſtipendia, aut major eſt annis quinquaginta. Neceſſaria, cum aut morbo, aut imbecilla valetudine impeditus io caſtris eſſe noo poteſt. Utriuſque aptiſſima proferam exempla. Livius libro VII. „ Conſul educto „ in æſtiva milite exercitum purgare miſſio„ nibus turbulentorum hominum inſtituit: „ aliis emerita dicendo ſtipendia eſſe, alios „ graves jam ætate, aut viribus parum va„ lidos; & lib. quadrageſimo ſecundo, apud eundem ita veteranus miles loquitur, Sp. Liguſtinus: „ Vigiuti duo ſtipendia annua in „ exercitu emerita habeo, & major annis ſum „ quinquaginta; quod ſi mihi nec ſtipendia „ omoia emetita eſſent, oec dum ætas vaca„ tionem daret, tamen cum quatuor milites „ pro me uno dare poſſem, æquum erat, me „ dimitti; & poſt: Senatum veteres ceotu„ riones quamplurimum ad id bellum ſcribere „ cenſuiſſe, nec ulli, qui non major annis „ quinquaginta eſſet, vacationem militiæ „ eſſe; & libro vigeſimo quarto: Nomina „ omnium ex juniorum tabulis excerpta, „ qui quadriennio ooo militaſſent, quibus „ neque vacatio juſta militiæ, neque morbus „ cauſa fuiſſet. Præter has fuerunt aliæ quoque vacationes extra ordioem gratiæ cauſa, vel à Senatu, vel ab Imperatoribus datæ; à

A Senatu, ut idem libro XXXIX. „ Senatuſ„ conſultum factum eſt, ut Conſul cum Tri„ bunis plebis ageret, ut P. Æbutio emerita „ ſtipendia eſſeot; ne invitus militaret, neve „ cenſor ei equum publicum aſſignatet; & libro viceſimo tertio: „ Præneſtinis militibus „ Senatus duplex ſtipendium, & quinquennii „ vacationem decrevit; & Cicero de natura deorum: „ P. Vatienus agro à Senatu, & „ vacatione donatus; ab Imperatore, ut illud io epitoma Liviana LV. „ Tribuni plebis, „ quia non impetrarent, ut ſibi denos, quos „ velleot, milites eximere liceret, Conſules „ in carcerem ducere juſſeruot. Mitto commeatus, quos in caſtris pro arbitratu Impe-

B ratores, vel domus reviſeodæ, vel negotii privati gerendi cauſſa petentibus militibus conceſſerunt; quibus quoniam oihil in hoc genere poteſt eſſe vulgatius, de iis neminem puto expectare, dum ſcribam. Quin etiam ſenes, & ſacerdotes perpetuam militiæ vacationem habuiſſe, excepio Gallico tumultu, memoriæ prodidit Appianus in ſecundo, & Plutarchus in Camillo. Qua ratione ductus Cicero iu octava in Antoninm, gravius eſſe tumultum, quam bellum, hinc intelligi poſſe concluſit, quod bello Gallico vacationes valerent, tumultu non valerent. Ut autem ſacerdotum, & ſeoum vacatio tumulto Gallico infirmata eſt, ſic aliis etiam tumultibus aliæ;

C unde ſcripſit libro VII. Livius: „ Quod per „ magnos tumultus fieri ſolitum erat, juſtitio „ indicto, delectus ſine vacationibus habitus eſt; & libro octavo: „ Mamercinus Conſul, cui „ Gallicum bellum evenerat, ſcribere exerci„ tum ſine ulla vacationis venia juſſus; & libro quarto: „ Cognitio vacantium militiæ mune„ re poſt bellum differtur; & libro ſexto: „ Tertius exercitus ex cauſſariis, ſenioribuſ„ que ſcribatur. Eſt autem memorabile illud, vacationes has à cenſoribus fuiſſe cognitas; quod oſtendit idem libro quadrageſimo tertio, eum de cenſoribus verba faciens, ait: „ In cenſu accipiendo populi, milites ex Ma„ cedonico exercitu, qui quam multi abeſ-

D „ ſent ab ſignis, cenſus docuit, in provin„ ciam cogebant; cauſſas ſtipendiis miſſorum „ cognoſcebant, & cujus nondum juſta miſ„ ſio viſa eſſet, ita jusjurandum adigebant: „ EX TUI animi ſententia, ex edicto C. „ Claudii, Ti. Sempronii cenſorum in pro„ vinciam Macedoniam redibis, quod ſine „ dolo malo facere poteris?

Diximus de vacationibus militum, nunc de præmiis eorundem dicamus; præmia autem voco munera militaria, cohortis prætoriæ communionem, ſtipendium, prædam, & dona imperatoria. Munera militaria appello, ut centuriatus, & præfecturas; de quibus poſt

excurrere jubet. Hæc velut procella ita conſternavit equos, ut repente velut effrenati paſſim incerto curſu ferrentur, quorum impetus, & levis armatura, & expediti funditores, & velox Cretenſis momento declinabant. Ita modio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ: amotoque inani ludibrio, tum demum ad juſtum prælium, ſigno utrinque dato concurſum eſt. Item lib. 38. contra Gallogræcos: *Quod ubi Romani viderunt, expediunt ſeſe ad pugnam: ante ſigna modico intervallo velites eunt. Gallogræci ruentes in hoſtem undique configebantur, & cum comminus venerant gladiis, à velitibus trucidabantur. Pauci ſupererant jam Gallorum, qui poſteaquam ab levi armatura ſuperatos ſe viderunt, & inſtare legionum ſigna, effuſa fuga caſtra repetunt. Conſul poſteaquam ad tumulos ab levi armatura captos*

E *prima ſigna legionum pervenerunt, reſpirare, & conquieſcere paulisper militem jubet, ſimul ſtrata per tumulos corpora Gallorum oſtentat, & cum levis armatura tale prælium ediderit: quid ab legionibus, quid ab juſtis armis, quid ab animis fortiſſimorum militum expectari? Hæc,* ſequitur Livius, *prima frons in acie florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior prima ætas totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen, hos ſequebatur. Scutati omnes inſignibus maxime armis.* Hæc omnium ſcutatorum acies ſine levibus militibus in ſuperiorem conjectis: unde *vicens* illi referendi ſunt, cum ad illos, tum æque ad hos manipulos, correſpondere conſentaneum eſt primæ ſcutatorum aciei, atque iſtam, ut illam, ſuiſſe mille ducentorum quadragintaquinque bellatorum.

poſt commodins in libro de jure provinciarum. Quod autem ad cohortem attinet, intelligendum eſt, ſi legio nemini, niſi civi Romano, patuit, multo minus cohortem prætoriam niſi civi Romano fuiſſe permiſſam; ea qua qui fuiſſet, in beneficiis ab imperatore ad ærarium deferretur; quod pro certo civitatis argumento attulit Cicero pro Archia. „ Iis temporibus, inquit, quœ tu criminaris, „ ne ipſius quidem judicio in civium Roma„ norum jure eſſe verſatum, in beneficiis ad „ ærarium delatus eſt à L. Lucullo Prætore, „ & Conſule. Quocirca ad Verris contumeliam dixit idem in frumentaria, Verrem ipſum prætorem è cohorte ſua Artemidorum medicum Cornelium, pictorem Tlepolemum, & ejuſmodi recuperatores dediſſe, quorum nemo civis Romanus erat. Stipendium neque ab initio urbis milites Romani meruerunt, neque eodem anno equites, quo pedites, acceperunt; peditibus enim datum eſt anno urbis trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Anxure Volſcorum oppido capto, ac direpto, equitibus anno trecenteſimo quinquageſimo, bello Vejenti. De utroque inſtituto verba ipſa Livii recitabo; de peditibus: „ Additum „ omnium maxime tempeſtivo principum in „ multitudinem munere, ut ante mentionem „ ullam plebis, Tribunorumve decerneret „ Senatus, ut ſtipendium miles de publico „ acciperet, cum ante id tempus de ſuo „ quiſque functus eo munere eſſet; de equitibus vero: „ Clade ad Vejos accepta, mœſtis „ patribus, repente quibus cenſus equeſter „ erat, equi publici non erant aſſignati, Se„ natum adeunt; equis ſuis ſtipendia factu„ ros promittunt. Inde ad curiam concurſus „ fit plebis; pedeſtris ordinis ſe ajunt nunc „ eſſe, operamque Reipublicæ ſe extra ordi„ nem pollicetr. Gratiis à Senatu actis pla„ cuit, omnibus voluntariam extra ordinem „ profeſſis militiam æra procedere; & equiti „ certus numerus æris eſt aſſignatus; tum „ primum equis merere equites cœperunt. Itaque libro viceſimo tertio, Punico bello, ait, Senatum decreviſſe, ut eo anno duplex tributum imperaretur, ſimplex confeſtim exigeretur, ex quo ſtipendium præſens omnibus militibus daretur, præterquam qui milites ad Cannas fuiſſent; & libro viceſimo ſeptimo, eodem bello illis omnibus equos ademptos, qui Canneoſium legionum equites in Sicilia erant; addidiſſe acerbitati etiam tempus, ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis privatis facerent. Stipendium porro militare quantum fuerit, haud proclive dictu exiſtimo. Polybius enim diurnum peditis quæſtum obolos duos ſtatuit, centurionis duplex, equitis drachmam, quæ eadem eſt fere apud Græcos, ac denarius apud Romanos; an vero ille ὀψώνιον (hac enim voce utitur) pro integro ſtipendio accipiat, parum liquet. (*) Quod ſi poſtremorum temporum conſuetudine, quæ ſunt antiquiſſima, metiamur, diurnum peditis Romani ſtipendium fuiſſe denarium ſtatuemus. Nam apud Tacitum libro primo poſt obitum Auguſti ita miles quidam gregarius Percennius loquitur: „ Enimvero „ militiam ipſam gravem, infructuoſam, „ denis in diem aſſibus animam, & corpus „ æſtimari; hinc veſtem, arma, tentoria, „ hinc ſævitiam centurionum, & vacationes „ munerum redimi. Denarius autem decem aſſibus æſtimatus eſt; atque ſemper in militari ſtipendio pro decem aſſibus datus eſt, quamvis bello Punico ſecundo placuiſſet, ut ſexdecim aſſibus permutaretur; quod ſcriptum eſt apud Plinium libro XXXIII. Illud autem non habet dubitationem, quin centurionis ſtipendium fuerit duplex, equitis triplex; cujus rei cum Polybius teſtis eſt, eo, quem protuli, loco, tum etiam Livius; primum, qui anno urbis trecenteſimo quinquageſimo quarto triplex ſtipendium equitibus à Cn. Cornelio Tribuno militum Conſulari primum datum ſcribit; deinde qui poſtea id, ut jam vulgo factitatum, commemorat. „ Æque „ impotens, inquit, poſtulatum fuit, ut de „ ſtipendio equitum (merebant autem triplex „ ea tempeſtate) æra demerentur, quod ad„ verſati conjurationi fuiſſent. Adjicit Polybius, frumentum, veſtes, arma ſæpe militibus data, (**) detracta tamen à quæſtore ex diurna mercede rata pecuniæ ſumma. Quare adductus C. Gracchus Tribunus plebis homo inter ceteros plebis Romanæ ſtudioſiſſimus, legem tulit, teſte Plutarcho, ut veſtes militibus darentur, nec quicquam propterea de ſtipendio minueretur. Animadvertimus etiam, prædam ex hoſtibus captam, partim ab imperatore in publicum relatam, partim militibus donatam; quin etiam ſæpenumero eveniſſe, ut imperatoribus ipſis ob eam aut maligne diviſam, aut alio modo interceptam dies ad populum dicta ſit. Dona vero militaria erant, quæ militibus ſingulis virtutis ergo ab imperatore triumphaturo dabantur, ut coronæ, quarum multa erant genera, civicæ, murales, obſidionales, caſtrenſes, aureæ, roſtra-

Hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat: earum unamquamque primum pilum vocabant: tribus ex vexillis conſtabat. Vexillum centum octoginta ſex homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis: ſecundum rorarios, minus roboris ætate, factiſque: tertium accenſos minimæ fiduciæ manum. Eo & in poſtremam aciem rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omnium primi pugnam inibant. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, haſtati ſequebantur. Triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud ſatis proſpere eſſet pugnatum, à prima acie ad triarios ſenſim referebantur. Inde rem ad triarios rediſſo,

(*) Quin liquet maxime ὀψώνιον integrum ſtipendium eſſe Polybio; at non una ejus pars, quæ ſingulis diebus duorum obolorum eſſe ſcribitur, integrum ſtipendium eſt, neque item tritici modii quatuor, qui peditii in menſes ſingulos dabantur, nec veſtis, aut arma, ſi quibus indigebant, ſed hæc ſimul omnia, quoad forte ad XXX. denarios perveniretur, qui integrum ſtipendium efficerent. ὀψώνιον autem ſtipendium militare eſſe docet etiam Luc. cap. 3. ubi militibus vitæ formulam præſcribit. Itemque Paul. ad Rom. cap. 6. & 1. Cor. 9. *Latinus*.

(**) Sæpe non eſt apud Polybium, quin potius ex ejus verbis certum tritici modum peditibus equitibuſque, & ſociis præberi ſolitum intelligimus, cujus pretium & veſtimentorum, & armorum ex ſtipendio menſtruo detrahere Quæſtorum munus erat. *Latinus*.

ſtratæ, ut torques, armillæ, haſtæ puræ, (*) phaleræ, cornicula, & cetera generis ejuſmodi; erant etiam, quæ univerſis, ut pecunia; de coronis notum eſt illud Gellii (**) de Sicinio Dentato, qui vixit ante decemviros: „ Is pugnaſſe in hoſtem dicitur centum „ & viginti prœliis; cicatricem averſam nul„ lam, adverſas quinque & quadraginta to„ liſſe; coronis eſſe donatum aureis octo, „ obſidionali una, muralibus tribus, civicis „ quatuordecim, torquibus tribus & octo„ ginta, armillis plus centum ſexaginta, ha„ ſtis duodeviginti; phaleris item donatus eſt „ quinquies viciesque; quin etiam apud Livium ſcriptum eſt, L. Papirium Conſulem equites omnes ob egregiam in bello operam donaſſe corniculis, armilliſque argenteis, & bello Perſico, Sp. Liguſtinus apud populum gloriatur, ſe quater & vicies virtutis cauſa ab imperatoribus eſſe donatum, ſex civicas coronas accepiſſe, viginti duo ſtipendia in exercitu emerita habere. Adde quæ de Auguſto retulit Svetonius: „ Dona militaria „ aliquanto facilius phaleras, & torques. „ quicquid auro, argentoque conſtaret, quam „ vallares, & murales coronas, quæ honore „ præcellerent, dediſſe; has quam parciſſime, „ & ſine ambitione, & ſæpe etiam caligatis „ tribuiſſe. M. Agrippam in Sicilia poſt na„ valem victoriam cæruleo vexillo donaſſe: Sed de coronis militaribus quæ fuerint, ac quam ob cauſam ſingulæ datæ ſint, cum ſatis Polybius libro ſexto, Gellius libro quinto, Zonaras libro ſecundo tradiderint, ut in re ſatis eorum ſermone nota, ac pervulgata non conſumam tempus exemplis. Imperatores autem ante triumphum pecuniam militibus conſueviſſe dividere, Livianis verbis confirmabo, libro viceſimo octavo: „ Pecuniam „ in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies octo„ ginta millia æris. M. Livius militibus quin„ quagenos ſenos aſſes diviſit; tantundem C. „ Claudius abſentibus militibus ſuis eſt pol„ licitus, cum ad exercitum rediiſſet; & ſequenti libro: „ P. Scipio triumpho omnium „ clariſſimo urbem eſt invectus; argenti tulit „ in ærarium pondo centum millia, militibus „ ex præda quadragenos diviſit; & libro triceſimo quarto: „ Milites ſecuti currum fre„ quentes; bis duceni quinquageni æris in „ pedites diviſi; duplex centurioni, triplex „ equiti; & libro triceſimo ſeptimo: Militi„ bus quini viceni denarii dati, duplex cen„ turioni, triplex equiti; & ſtipendium mi„ litare, & frumentum duplex poſt trium„ phum datum; & libro quadrageſimo ſecundo: „ Militibus Proconſules denarios qui„ nos vicenos, duplex centurioni, triplex „ equiti diviſerunt.

Ut autem præmia, ſic animadverſiones etiam multæ in militem Romanum fuerunt; atque earum quidem aliæ leniores, aliæ acerbiores. Non enim ut in urbe lex Porcia cives Romanos à magiſtratuum virgis, & ſecuribus, ſic etiam in caſtris vindicavit; aliam enim diſciplinam militarem eſſe voluerunt, aliam urbanam; itemque alium ad parendum terrorem exercitui, alium populo eſſe propoſitum; ſiquidem ab imperatoris imperio nulla erat provocatio. Lenis autem animadverſio fuit, quæ ignominiam tantum inuſſit, ut ignominioſe dimitti, ſtipendio legitimo ſpoliari, haſtam dare, tendendi locum mutare, extra oppidum hibernare, cibum ſtantem capere, foſſam fodere, diſcinctum deſtitui, hordeo paſci, ſanguinem mitti. Gravior, quæ detrimentum intulit, ut virgis cædi, venire, fuſte & ſecuri percuti, decimari, in crucem tolli; quarum omnium exempla, quam maxime idonea poterimus, referemus. De ignominioſa dimiſſione exemplum eſt apud Hirtium, bello Africo: „ Cæſar de ſuggeſtu convocatis om„ nium legionum Tribunis Centurionibuſque, „ C. Aviene, inquit, quod in Italia milites „ populi Romani contra rempublicam inſtiga„ ſti, rapinaſque per municipia feciſti, igno„ miniæ cauſſa ab exercitu meo te removeo. De fraudatione ſtipendii ſatis notum eſt; hinc enim ære diruti appellabantur, teſte Nonio, milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, ideſt, merces menſtrualis, aut annua, quæ eſſet in nummis æris, ſubtrahebatur. Unde Varro de vita populi Romani: „ Stipendium appellabatur, quod æs militi „ semeſtre, aut annuum dabatur; cui datum „ non ſit propter ignominiam, ære dirutus „ eſſet; & Livius libro XL. Cauſſa ignomi„ niæ, uti ſemeſtre ſtipendium in eum annum „ eſſet, ei legioni decretum. Ære dirutum autem militem ab antiquis dictum tradit Feſtus, cui ſtipendium ignominiæ cauſſa non erat datum, quod æs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum; & idem alio loco: „ Reſignatum æs dicitur militi, cum ob de„ lictum aliquod juſſu Tribuni militum, ne „ ſtipendium ei detur, in tabulas refertur. De haſta danda idem in hunc modum: „ Cenſio haſtaria dicebatur, cum militi mul„ ctæ nomine ob delictum militare indiceba„ tur, quod haſtas daret. De mutando tentorii loco narrat Polybius, quos ignominia afficere voluerint, eos extra caſtra tendere juſſos; unde apud Livium lib. XXV. Cannenſes milites queruntur ita: „ Nunc dete„ riore

ſe, cum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervalla ordinum ſuorum principes, & haſtatos recepiſſent, extemplo compreſſis ordinibus, velut claudebant vias: unoque continente agmine, jam nulla ſpe poſt relicta in hoſtem incedebant. Id erat formidoloſiſſimum hoſti, cum velut victos inſecuti, novam repente aciem exſurgentem, auctam numero cernebant. Ad triarios venit Livius manipulos omittit, ordinibus utitur: XV. ordines, quorum ſinguli tres partes habebant: omnes quadraginta quinque partes, & ita quadraginta quinque intervalla, ſeu pro ratione, ut facile poſſent ſine turbatione leves, haſtatos, principeſque retrocedentes recipere. Hæ partes procedentes in hoſtem in unam conſuebant aciem, ſeu lineam prioribus numeroſiorem. Tria militum genera triarii, rorarii, accenſi: ſingulis generibus tria vexilla. Vexillum CLXXXVI homines ducebat. Tria prima triarios, quos primum pilum vocabant: ſecundi rorarios: tertia accenſos. Singula horum bellatorum genera quingentis quinquaginta octo militibus conſtitiſſe neceſſe eſt. Igitur tertia acies mille ſexcentis ſeptuaginta quatuor militibus conſtabat, quæ juncta cum ſuperioribus facit numerum militum in legione quater millium ſeptingentorum ſexaginta quatuor bellatorum. Deſunt legioni milites CCXXXVI., ex quibus attributo, duabus

(*) Phialæ. Nam peditibus eas, ut equitibus phaleras Polybius donari ſolitas ſcripſit frag. 6. *Latinus*.

(**) Ut ſingulis fiſci æris. Plin. lib. 7. cap. 28. *Latinus*.

„ riore conditione ſumus, quam apud patres
„ nuſtros fuerunt captivi; quippe illis arma
„ tantum, atque ordo militandi, locuſque
„ in quo tenderent in caſtris, eſt mutatus,
„ quæ tamen ſemel navata reipublicæ opera,
„ & uno felici prœlio recuperarunt. De hi-
bernis Livius libro viceſimo ſexto: „ Addi-
„ tum utrorumque ignominiæ, ne in oppidis
„ hibernarent, neve hiberna propius ullam
„ urbem decem millibus paſſuum ædificarent.
De cibo libro viceſimo quarto: „ Nomina
„ eorum qui detrectatæ pugnæ memores ſe-
„ ceſſionem paulo ante fecerant, referri ad
„ me jubebo: citatoſque ſingulos jorejurando
„ adigam, niſi quibus morbus cauſſa erit,
„ non aliter, quam ſtantes cibum, potumque,
„ quoad ſtipendia facient, capturos eſſe.
De fodiendo auctor eſt Plutarchus in Lucul-
lo, antiquum militaris ignominiæ genus fuiſ-
ſe, ut tunicis inferioribus ſolutis, foſſam fo-
dere inſpectante reliquo exercitu cogerentur.
De reliquis Livius libro viceſimo ſeptimo:
„ Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum
„ dari juſſit, centurioneſque manipulorum,
„ quorum ſigna amiſſa fuerant, diſtrictis gla-
„ diis diſcinctos deſtituit. Hordeum item
pro tritico ignominiæ cauſſa datum narrat
Polybius. De mittendo autem ſanguine ſic
Gellius: „ Fuit hæc quoque antiquitus mili
„ taris animadverſio, jubere ignominiæ cauſſa
„ militi venam ſolvi, & ſanguinem dimitti;
„ cujus rei ratio in literis veteribus, quas
„ equidem invenire potui, non extat; ſed
„ opinor hoc factum primitus in militibus
„ ſtupentis animi, atque à naturali habitu
„ declinantis, ut non tam pœna, quam me-
„ dicina videretur; poſtea tamen ob pleraque
„ alia delicta idem factitatum eſſe credo per
„ conſuetudinem, quaſi minus ſani videren-
„ tur omnes, qui delinquerent. Quocirca
ſcriptum eſt etiam apud Frontinum, M. Ca-
tonem memoriæ prodidiſſe, in furto depre-
henſis inter commilitones dextras eſſe præci-
ſas, aut ſi lentius animadvertere voluiſſent,
principi ſanguinem miſſum. (*) De gravio-
ribus autem ceteris hæc erunt documento.
Livius de Scipione diſciplinam militarem ad
Numantiam corrigente: „ Quem militem ex-
„ tra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet,
„ viribus; ſi extraneus, fuſtibus cæcidit; &
alibi: „ P. Naſica & D. Bruto Coſs. delectum
„ habentibus, in conſpectu tironum res ſalu-
„ berrimi exempli facta eſt. Nam C. Matie-
„ nus accuſatus eſt apud Tribunos plebis,
„ quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet,
„ damnatuſque ſub furca diu virgis cæſus
„ eſt, & ſeſtertio nummo veniit; & Cicero
tertia in Antonium: „ Si Conſul ille, fuſtua-
„ rium meruerunt legiones, quæ Conſulem
„ reliquerunt. Fuſte autem cædebantur, au-
ctore Polybio, hoc pacto; Accepto fuſte

A Tribunus vix tantum attingebat damnatum;
quod ubi factum erat, omnes, qui in caſtris
erant, cædentes fuſtibus, lapidibuſque, ple-
roſque in ipſis caſtris conficiebant; at ſi qui
evaſiſſent, ne ſic quidem ſervari poterant;
quippe quibus neque in patriam redire lice-
ret, neque à propinquis domum recipi poſ-
ſent. Antiquiſſimum porro decimationis exem-
plum invenio apud Livium, ab Ap. Claudio
Conſule, ferociſſimi ingenii viro, neſcio an
primum editum, non multis poſt reges exa-
ctos annis; cujus etiam libet verba apponere:
„ App. Claudius Conſul advocata concione
„ invectus haud falſo in proditorem exerci-
„ tum militaris diſciplinæ, deſertorem ſigno-
B „ rum, ubi ſigna, ubi arma eſſent; ſingulos
„ rogitans, inermes milites, ſigno amiſſo ſi-
„ gniferos, ad hoc centuriones, duplicarioſ-
„ que, qui reliquerant ordines, virgis cæſos
„ ſecuri percuſſit, cetera multitudo, decimus
„ quiſque ad ſupplicium lecti. Rationem
autem hujus exequendi imperii cum Polybius
libro VI. tum Livius exponit, ubi de Scipio-
ne pœnas de ſeditioſo exercitu apud Sucro-
nem repetente ſcribit, & quidem ita: „ Præ-
„ conis audita vox citantis nomina damna-
„ torum in conſilio; nudi in medium pro-
„ trahebantur; & ſimul omnis apparatus ſup-
„ plicii expromebatur; deligati ad palum,
„ virgiſque cæſi, & ſecuri percuſſi. Cur au-
C tem decimatio inſtituta ſit, rationem reddit
noſter ille elegantiſſime in Cluentiana.
„ Statuerunt, inquit, ita majores noſtri, ut
„ ſi à multis eſſet flagitium rei militaris ad-
„ miſſum, ſortitione in quoſdam animadver-
„ teretur, ut metus videlicet ad omnes, pœ-
„ na ad paucos perveniret; nam miles, qui
„ locum non tenuit, qui hoſtium impetum,
„ vimque pertimuit, poteſt idem poſtea &
„ civis eſſe melior, & vir bonus, & civis
„ utilis; quare ne in bello propter hoſtium
„ metum delinqueret, amplior ei mortis, &
„ ſupplicii metus eſt à majoribus conſtitutus;
„ ne autem nimium multi pœnam capitis
„ ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt.
D De cruce Livius libro triceſimo: „ De per-
„ fugis gravius, quam de fugitivis conſul-
„ tum. Nominis Latini qui erant, ſecuri per-
„ cuſſi, Romani in crucem ſublati ſunt. At-
que hæc quidem militarium animadverſionum
genera ſunt, quæ uſque ad extrema etiam
penetraſſe Reipublicæ tempora, ſatis idoneus
teſtis eſt Svetonius, cum inquit de Auguſto:
„ Cohortes, ſi quæ ceſſiſſent loco, decimatas
„ hordeo pavit; centuriones ſtatione deſerta
„ itidem, ut manipulares capitali animadver-
„ ſione punivit; pro cetero delictorum ge-
„ nere variis ignominiis affecit, ut ſtare per
„ totum diem juberet ante prætorium, inter-
„ dum tunicatos, diſcinctoſque, nonnunquam
E „ cum decempedis, vel etiam ceſpitem por-
„ tan-

bus fabrum centuriis, qui non prodibant in aciem, ducentos, reliquas tribunis, aliiſque in legione muneribus. Cum autem in hac acie multo plures evaderent centuriones ſexaginta, quot in legione fuiſſe omnes Scriptores tradunt, ut præter Cincium Dionyſius lib. 9.: *in legione ſexaginta centuriones ſunt*; hi autem ſingularum linearum ductores erant; Ego LX. centuriones tribus quindenis manipulis haſtatorum, principumque: triariis, rorariis, accenſis, ordinum ductores aſſigno, quos XV. fuiſſe neceſſe eſt, primo horum primi pili centurione vocato: Dionyſ. l. 1. *præfectum legionis, in qua LX centuriones ſunt, qui eum ducem ſequuntur, ejuſque imperata ex legis militaris præſcripto faciunt*, *Romani patrio ſermone primum pilum vocant*. In manipulo ergo dico fuiſſe leves XX. Scutatos, ſeu haſtatos, ſeu principes LXXXIII. Triarios LV., quibus addendi XV. eorum ordinum ductores, & IX vexillarios. Centum quinquaginta octo homines in ſingulis manipulis, comprehenſis centurionibus, præter ductores ordinum, & vexillarios triariorum. Sunt, ut diximus, quater mille ſeptingenti ſexaginta quatuor bellatores, præter fabros, tribunos, aliaque munera CCXXXVI. Ex quibus fit legio quinque millium bellatorum.

(*) Aut ſi lenius animadvertere voluiſſent in principiis ſanguinem miſſum. *Latinius*.

„ tantes. Sed de jure veteris Romanæ militiæ hactenus.

CAP. XVI.

De Jure tributorum, & vectigalium.

ALtera cenſus commoditas eſt Tributum, quod ex cenſu à cive Romano conferebatur; de quo mihi hoc loco, ut etiam de vectigalibus, intelligo nonnihil eſſe dicendum. Omnis pecunia, quæ à cive Romano publice pendebatur, fere aut tributi nomine pendebatur, aut vectigalis. Tributum, inquit Varro, erat pecunia populo imperata, quæ tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Vectigal ea pecunia, quæ alio quocunque nomine exigebatur.

Ceterum tributorum, ut ait Feſtus, tria genera fuerunt; unum, quod in capita; alterum, quod ex cenſu collatum eſt; tertium, quod extra ordinem imperatum, idque temerarium dictum. Ac ante Servium quidem regem tributum conferri in capita conſuevit, adeo ut cum regi pecunia opus eſſet, æquo pauperes, ac divites onere tributi premeret; ut auctor eſt in Servio Dionyſius; ſed eam conſuetudinem omnino immutavit Servius. Etenim qui cenſum inſtituit, idem etiam tributi æqualiter ex cenſu conferendi rationem inivit; id quod ſcriptum extat apud Livium: „ Quadrifariam, inquit, urbe diviſa, regionibus, collibuſque, quæ habitabantur partes, tribus appellavit, ut ego arbitror, ab tributo; nam ejus quoque æqualiter ex „ cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt. Superbus autem Rex antiquum inſtitutum, Serviano neglecto, retulit, atque pro capite cujuſque denarios decem, Dionyſio teſte, exegit. Superbo vero urbe excluſo, tributorum collationem, quam Servius intulerat, una cum ceteris ejus inſtitutis relatam eſſe crediderim; me vero in hanc opinionem adducit Plutarchus, qui de Poblicola Conſule, anno poſt reges exactos, ita ſcribit: „ Quoniam cives ex bonis ſuis pecunias in bellum conferre oportebat, Poblicola Conſul, „ quod eam curationem nec ipſe attingere, „ nec amicis committere vellet, nec omnino „ in domum privati cujuſquam pecunias publicas pervenire, in æde Saturni ærarium „ conſtituit, quæſtoreſque duos populo creandos conceſſit; creati M. Minucius, P. Veturius; & pecuniarum magna vis exacta „ eſt; centum enim & triginta millia redegerunt, viduis, & pupillis collatione tributorum remiſſa. Adde, quod Livius II. anno ab exactis regibus plebem tributo exſolutam ait, ut divites conferrent, qui oneri ferendo eſſent; & Dionyſius tertio anno decretum ſcribit, ut pauperes omnium vectigalium vacationem haberent, quæ regibus pependiſſent, neque in bellum quicquam conferrent; ſatis enim eſſe, ſi ipſi pro Republica militarent. Unde apud eum Appius Conſul, anno urbis ducenteſimo quinquageſimo nono, in ſententia dixit, plebem nimis multa poſtulare, poſtquam regiis tributis eſſet relaxata. Plebem autem hoc loco intelligamus oportet homines rei familiaris anguſtiis impeditos, quorum major pars è plebe erat; ſiquidem eodem anno de quodam plebejo tributum conferente ita loquitur Livius: „ Magno natu quidam cum omnium majorum ſuorum „ inſignibus ſe in forum projecit; obſita erat „ ſquallore veſtis, fœdior corporis habitus „ pallore, ac macie perempti; ad hoc prolixa barba & capilli efferaverant ſpeciem „ oris; noſcitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxiſſe ajebant; aliaque „ militiæ decora vulgo miſerantes eum jactabant; ipſe teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum cicatrices adverſo pectore „ oſtentabat. Sciſcitantibus unde ille habitus, „ unde deformitas, cum circumfuſa turba „ eſſet prope in concionis modum, Sabino „ bello, ait, ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, „ ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, „ pecora abacta, tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe. Hunc ergo hominem quanquam è plebe tamen inter divites referre debemus; quod agrum habuerit, quodque tributum contulerit, ut eos etiam, de quibus loquitur Dionyſius, K. Fabio, T. Virginio Coſs. anno CCLXXIV. cum ait, ærarium continuis bellis exinanitum, privatos tributo conferendo exhauſtos fuiſſe. Hic autem rerum ſtatus, nimirum, ut urgente neceſſitate tributum imperaretur, civitatem obtinuiſſe uſque ad annum CCCXLIX. videtur; quo anno Senatuſconſulto proviſum eſt, ut plebi, quæ eo uſque ſuis ſumptibus meruerat, ſtipendium quotannis de publico numeraretur; quo facto coacti omnes ſunt tributum ex cenſu quotannis in ſtipendium militare conferre. Qua de re ſic Livius libro quarto extremo: „ Additum omnium maxime tempeſtive principum in multitudinem „ munere, ut ante mentionem ullam plebis, „ Tribunorumve decerneret Senatus, ut ſtipendium miles de publico acciperet; cum „ ante id tempus de ſuo quiſque functus eo „ munere eſſet; & infra: Igitur indicto tributo edixerunt Tribuni, auxilio ſe futuros, „ ſi quis in militare ſtipendium tributum non „ contuliſſet; patres bene cœptam rem perſeveranter tueri, conferre ipſi primi, & „ quia nondum argentum ſignatum erat, æs „ grave plauſtris quidam ad ærarium convehentes ſpecioſam etiam collationem faciebant; cum Senatus ſumma fide ex cenſu „ contuliſſet, primores plebis, nobilium amici ex compoſito conferre incipiunt; quos „ cum & à patribus collaudari, & à militari „ ætate, tanquam bonos cives conſpici, vulgus hominum vidit, repente ſpreto Tribunicio auxilio, certamen conferendi eſt ortum. Hinc ergo inſtitutum opinor, ut ab omnibus tributum ex cenſu in bellum quotannis ex ordine exigeretur. Quod tamen primis illis temporibus per Tribunos plebis ſæpe impeditum, ut etiam delectum, & comitia, liquet; quemadmodum triennio poſt apud eundem: „ Romæ ſimul de delectu, ſimul de tributo „ conferendo laboratum eſt; & infra: Quantum augebatur civium numerus, tanto majore pecunia in ſtipendium opus erat; eaque tributo conferebatur, invitis conferentibus, qui domi remanebant; & poſt: Et „ cum tributum conferri per Tribunos non „ poſſet, nec ſtipendium imperatoribus mitteretur, æraque militaria flagitaret miles, „ haud procul erat, quin caſtra quoque urbanæ ſeditionis contagione turbarentur; nec multo poſt: „ Tribuni plebis agrariam „ legem promulgant, tributumque conferri „ prohibent; cumque ut unus è plebe Tri-

A „ bunus militum Conſulari poteſtate P. Licinius crearetur, obtinuiſſent, quod maxime Rempublicam impediebat, de Tributo remiſerunt; collatum obedienter, miſſumque ad exercitum eſt; & anno CCCLXXVIII. „ Conditiones, inquit, impoſitæ patribus, ne quis, quoad debellatum eſſet, tributum daret; & poſt: Tantum abeſſet ſpes levandi fœnoris, ut tributo novum fœnus contraheretur in murum à cenſoribus locatum ſaxo quadrato faciundum. Ut autem tributum ſæpe à Tribunis plebis impeditum, ſic contra à Senatu aliquando etiam eſt remiſſum; ut anno CCCLXI. quo Faliſcis in ſtipendium militum ejus anni, ut populus B Romanus tributo vacaret, pecuniam narrat Livius eſſe imperatam. Et ut idem ſæpe remiſſum, ſic propter bellorum magnitudinem juſto gravius aliquando imperatum, ut anno DXXXVIII. bello Punico, quo Senatus decrevit, ut duplex ſtipendium præſens omnibus militibus daretur, & ſequenti anno, quo Conſules edixerunt ex S. C. ut qui L. Æmilio, C. Flaminio cenſoribus millibus æris quinquaginta ipſe, aut pater ejus cenſus fuiſſet, uſque ad centum millia, aut cui poſtea res tanti eſſet facta, nautam unum daret cum ſex menſium ſtipendio; qui ſupra centum millia uſque ad trecenta millia, tres nautas cum ſtipendio annuo; qui ſupra trecenta millia C uſque ad decies æris, quinque nautas; qui ſupra decies, ſeptem: Senatores octo nautas cum annuo ſtipendio darent. Unde illa apud eundem eodem in loco: „ Tributo ſumptus ſuppeditari; verum cum ipſum tributum conferentium numerum tantis exercituum ſtragibus imminutum, tum, qui ſupereſſent, pauci, ſi multiplici gravarentur ſtipendio, alia perituros peſte. Atque hoc quidem tributum ex cenſu dictum eſt, cum æqualiter pro ratione cenſus omnes contulerunt.

Fuiſſe autem & tertium temerarium, Feſtus auctor eſt; nimirum cum re cogente omnes quicquid auri, atque argenti habuerunt D ſine diſcrimine in ærarium contulerunt; ſic enim ſcribit ille: „ Eſt autem quoddam tributum temerarium, ut poſt urbem à Gallis captam collatum eſt; quia proximis quindecim annis alius cenſus non erat; item bello Punico ſecundo, Valerio Lævino, M. Claudio Marcello Coſs. cum & Senatus, & populus in ærarium quod habuit, detulit. Quibus verbis temerarium tributum definit, cum temere, atque extra ordinem propter periculi magnitudinem qui habent, quæcunque habent in commune ſine diſcrimine conferunt. Ego vero de tributo poſt captam urbem collato nihil invenio; de eo vero, quod Lævino, & Marcello Coſs. anno DXLIII. collatum eſt, in hunc modum ſcripſiſſe Livium video: „ Tum Lævinus Conſul, ut claſſem, inquit, habeat, quam ornare volumus populus Romanus privatos ſine recuſatione remiges dare nobiſmet ipſis primum imperemus, aurum, argentum, æs ſignatum omnes Senatores craſtina die in publicum conferamus; ita ut annulos ſibi quiſque & conjugi, & liberis, filio bullam, & quibus uxor filiæve ſunt ſingulas uncias auri, pondo relinquant argenti; qui curuli ſella ſederunt, equi ornamenta, & libras pondo, ut ſalinum, patellamque deorum cauſſa habere poſſint; ceteri Senatores libram argenti tantum, æris ſignati quina millia in ſingulos patresfamiliæ relinquamus. Ceterum omne aurum, argentum, æs ſignatum ad triumviros menſarios extemplo deferamus, nullo ante Senatuſconſulto facto: ut voluntaria collatio, & certamen adjuvandæ Reipublicæ excitet ad æmulandum animos primum equeſtris ordinis; dein reliquæ plebis. In hæc tanto animo conſenſum eſt, ut gratiæ ultro Conſulibus agerentur. Senatu inde miſſo, pro ſe quiſque aurum, argentum, & æs in publicum conferunt, tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina ſua vellent in publicis tabulis eſſe. Hæc Livius. Quæ cum ita ſint, profecto temerarium etiam tributum vocatum eſt, cum matronæ aurum, & ornamenta ſua contulerunt, ut eæ, quæ Vejis captis, cum decimarum nomine, quas Camillus voverat, aurum Apollini Delphico mitti oporteret, neque emendi facultas eſſet, contulerunt, & quæ poſt in capta urbe, ut mille pondo auri, quæ Gallis pro obſidione Capitolii diſſolvenda debebantur, explerent, in ærarium contulerunt; quorum Livius, & Valerius teſtes ſunt. Quin etiam temerarium illud fuiſſe crediderim, cum pupillorum, & viduarum pecuniæ ſunt collatæ; quod Punico item bello, Fabio, & Marcello Coſs. factum memoriæ prodidit Livius: „ Cum hæc, inquit, inclinatio animorum plebis ad ſuſtinendam inopiam ærarii fieret, pecuniæ quoque pupillares primo; deinde viduarum cœptæ conferri, nuſquam eas tutius ſanctiuſque deponere credentibus, qui deferebant, quam in fide publica. Hujus autem temerarii tributi vis ea fere fuit, ut poſt Republica duriſſimo bello perfuncta, & locupletato ærario, pecuniæ ſuæ cuique redderentur, quod bello Punico confecto tribus penſionibus factum eſſe animadvertimus; (107) ſed de temerario tributo ſatis.

Re-

E (107) Liv. lib. 29 cujus verba: *Altera itidem res prope æque longo interjecto ſilentio relata à M. Valerio Levino eſt, qui privatis collatas pecunias ſe, ac M. Claudio COSS. reddi tandem æquum eſſe dixit. Nec mirari quemquam debere in publica obligata fide ſuam præcipue curam eſſe. Nam præterquamquod aliquid proprie ad COS. ejus anni, quo collatæ pecuniæ eſſent, pertineret, etiam ſe auctorem ita conferendi fuiſſe inopi ærario nec plebe ad tributum ſufficiente. Grata ea patribus admonitio fuit. Juſſiſque referre COSS., decreverunt, ut tribus penſionibus ea pecunia ſolveretur; primam præſentem ii, qui tum eſſent; duas tertii, & quinti COSS numerarent.* Miror autem Livium earum tantum pecuniarum meminiſſe, quas M. Valerio, & M. Claudio COSS. privati in ærarium publicum contulerunt, cujus rei hiſtoria eſt apud eum lib. 26. ut iterum de illa ſola collatione mentionem fecit lib. 31 cum de tertia penſione ſolvenda petentibus creditoribus in Senatu actum eſt. Non meminerit ſimilis, quam lib. 24. refert collationis ante M. Valerium, & M. Claudium COSS., ideſt Q. Fabio Maximo IV., M. Marcello III. COSS factæ, ubi conſueti licitatores hortati cenſores ſunt, ne deterrerentur ædes ſacras tuendas, curuleſque equos, & ſimilia his locare, quod ærarii inopia eſſet: ſe nihilominus conducturos, nec niſi bello confecto ab ærario petituros eſſe; dominique ſervorum, quos T. Sempronius Gracchus ad Beneventum re bene geſta manumiſerat, vocati ut pretium acciperent, negaverunt ſe, niſi bello confecto, accepturos eſſe. Atque inde collatæ in ærarium pupillorum, & viduarum pecuniæ, & multa alia

A Redeo ad anuuum, quod tandem aliquando imperari, aut exigi deſitum eſſe comperio. Hoc eutem victoria L. Paulli Macedonica ſactum eſt, poſt anuum urbis DLXXXVI. Etenim cum æterium annuis Italiæ, & provinciatum Siciliæ, Serdiniæ, Hiſpaniarum vectigalibus, ac quotidienis victoriis, & imperatorum manubiis uberius eſſet ſactum, divitias eutem L. etiam Paulli de rege Perſeo victuria cumulaſſet, finis tandem tributorum conferendorum eſt fectus. Hoc vero docet optimus entiquitatis omnis auctor Cicero in libris de Officiis ita: „ Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paullus; tantum in ærarium pecuniæ invexit, ut unius imperatoris prædi finem attulerit B tributorum; quem ſequutus credo Plinius libro XXX. ſcripſit: (*) „ Intulit & Æmilius Paullus, Perſeo rege Macedonico devicto, prædam pondo trium millium; à quo tempore populus Romanus tributum pendere deſiit. Antias certe, teſte Livio, & eum ſequutus Vellejus ducenties millies (**) ab eo in ærarium tradidit eſſe invectum. Nam quod narrat Plutarchus, tantem pecuniam à Paullo eſſe illatam, ut populus Romanus uſque ad Conſulatum Hirtii, & Panſæ tributo conferendo vacarit, ut verum eſſe poſſit, non video. Primum enim invenio apud Oroſium, bello Marſico adeo exinanitum continentibus C ſumptibus ærarium fuiſſe, ut loca, quæ circum Capitolium pontificibus, auguribus, decemviris, & flaminibus fruenda erant data, publicæ pecuniæ inopia venierint; & modicam pecuniæ ſummam, qua ad tempus Reſpublica ſublevaretur, eſſe redactam; deinde vix veriſimile puto ærerium ullum tam refertum, atque opulentum eſſe potuiſſe, ut immoderatæ Cinnæ, aut Marii, eut Sullæ dominantium, eique aſſiduis bellis civilibus Rempublicam perturbantium libidini, averitiæque ſuffecerit. Sylla certe mortuo exhauſtum fuiſſe ærarium, indicat Aſconius, cum in commentario Cornelienæ ita ſcribit: „ Quia deſuerat ſuperioribus temporibus in ærario D pecunia publica, multa & ſæpe ejus rei remedia erant quæſite, in quibus boc quoque, ut pecuniæ publicæ, quæ reſiduæ apud quenque eſſent, exigerentur. Id antem maxime pertinebat ad Cornelium Fauſtum Dictatoris filium, quia Sylla per multos annos, quibus exercitibus præfuerat, & Rempublicam tenuerat, ſumpſerat pecunias ex vectigalibus, & ex ærario populi Romani, eaque res ſæpe erat agitata, ſæpe omiſſa, partim propter Syllenerum partium poteutiem, partim quod iniquum videbatur, poſt tot annos, quam quiſque pecuniam acceperat, ejus reddere rationem. Ex quibus apparet Paulli pecuniam in ærarium illatam multo ante Conſulatum Hirtii, E

& Panſæ eſſe conſumptam. Quin etiam ærarium poſt à Pompejo bello civili epertum, à Cæſare refractum, pecuniamque deproinptam, idque adeo ante Hirtium, & Panſam Conſules, conſtans omnium opinio eſt. Poſt eorum certe Conſulatum tributi collati magna mentio fit: ſiquidem eodem anno ad Cornificium ita ſcripſit Cicero: „ De ſumptu, quem in rem militarem facere, & feciſſe ſcribis, nihil ſane tibi poſſum opitulari, propterea quod & orbus Senatus Hirtio, & Panſa Conſulibus, & incredibiles enguſtiæ pecuniæ publicæ, quæ conquiritur undique, ut optime meritis militibus promiſſa ſolvantur, quod quidem fieri poſſe ſine tributo non arbitror; & eodem enno in Antonium: „ Ubi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat? funeſtæ illius quidem pecuniæ. Sed temen ſi iis, quorum erat, non redderetur, quæ nos à tributis poſſet vindicare; & item ad M. Brutum: „ Maximus nodus eſt in Republica rei pecuniariæ. Obſurdeſcunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi, quod ex centeſima collatum impudenti cenſu locupletum in duarum legionum præmiis omne conſumitur. Itaque idem ille cum eodem tempore præcepta filio de officiis daret, de tributo ita ſcripſit: „ Danda opera eſt, ne, (quod apud majores noſtros ſæpe fiebat) propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum tributum ſit conferendum; idque ne eveniat multo ante erit providendum; ſi qua neceſſitas hujus muneris Reipublicæ evenerit, danda erit opera, ut omnes intelligent, ſi ſalvi eſſe velint, neceſſitati eſſe parendum. (108) Atque de tributis quidem ſatis huculque ſit diſputatum.

Nunc, quod reliquum eſt, vectigalia perſequamur. Quæ vero pecuniæ à civibus Romenis vectigelium nomine exigebantur, eæ vel putturii nomine, vel decumarum, & ſcripturæ, vel ſelis, vel viceſimæ ſunt exactæ.

Portoria pecuniæ erant, quæ portitoribus pendebantur, ideſt, iis, qui merce:les ex mercibus in portum devehendis exigebant; unde circumvectionis quoque portorium celebratum eſt. Hæc autem portorie etiem à regibus fuiſſe exacta indicat Plutatchus, qui pauperes narrat à Poblicola in primo Conſulatu civilibus vectigalibus; & Dionyſius, qui ſcribit, tertio anno poſt reges exactus pauperes vectigelium omnium ſolvendorum, quæ regibus pependiſſent, & tributi in bellum conferendi eſſe onere liberatos, quod exponit Livius, inquiens, plebi portorie, & tributa eſſe remiſſa. Idem autem lib. XXXII. auctor eſt, Africanum, & Pætum Cenſores portoria venalium Capuæ, Puteoliſque, item Caſtrorum portorium fruendum locaſſe; & Le-

aliæ civium in Rempublicam liberalitates. Sed hæc poteſt eſſe cauſa, quod pecunias debitas Maximo, & Marcello COSS. ante id bellum confectum non petere polliciti fuerint, cum nulla hujuſmodi pollicitatio facta fuiſſet pecuniæ collatæ Valerio, & Claudio COSS. Itaque ante finitum illud bellum, & mentio, & ſanctio Senatus, & duarum partium ſolutio pecuniæ alterius: alterius nulla mentio, cujus dies nondum venerat, nec ſtatim ſecundum id bellum ulla forte creditorum facta petitio.

(*) *Corrige XXXIII. Latinius.*

(**) Antias certe teſte Livio lib. 45. & eum ſequutus Vellejus millies ducenties. *Latinius.*

(108) Dicamus ergo Plutarchum optime loquutum. Non ita tamen ut aſſerere voluerit prædam Perſicam uſque ad Hirtium, & Panſam COSS. ſuperfuiſſe: ſed eam ita tunc ærarium impleſſe, ut uſque eo ſupplentibus identidem creberrimis latiſſimi imperii vectigalibus, frequentibuſque Imperatorum manubiis, quæ demum propter nimium aſſidua civilia bella, aut labefactata fuerunt, aut ceſſaverant, neceſſitas non fuerit tributi populo imperandi.

Lepidum, ac Nobiliorem Cenſores portoria,
& vectigalia multa inſtituiſſe. Hæc tamen
omnia Afranio demum, & Metello Coſs. ideſt,
anno poſtquam Pompejus ingenti vi pecuniæ
in ærarium illata tertium ex Aſia, & Ponto
triumphavit, lege Q. Metelli Nepotis Præ
toris ſublata eſſe opinor. Siquidem Dionis
hæc verba ſunt: „ Quoniam civitatem, &
„ Italiam reliquam portoria offendebant, Q.
„ Metellus Nepos Prætor legem omnibus gra
„ tam tulit, ut ea tollerentur; Senatus au-
„ tem Nepoti latori iratus nomen ejus lege
„ eximere voluit, & alterum ſubſcribere,
„ nec tamen fecit. Cum ſatis indicaret; ſe
„ ne beneficio quidem à malis civibus affici
„ velle. Cui viro vix temere aſſentirem, niſi
me excellens Ciceronis auctoritas cogeret,
qui ad Atticum ſcribit: „ Jam illa cauſſa pu
„ blicanorum quantam acerbitatem afferat ſo
„ ciis, intelleximus ex civibus, qui nuper
„ in portoriis Italiæ tollendis non tam de
„ portorio, quam de nonnullis injuriis por
„ titorum querebantur. Itaque in eandem
ſententiam, alio loco: „ Portoriis Italiæ ſub
„ latis, agro Campano diviſo, nullum vecti
„ gal ſupereſſe domeſticum *ait* præter vic ſi
„ mam. Cæſarem poſtea peregrinarum mer
cium portoria inſtituiſſe Svetonius refert.

Decumæ autem exigebantur ab civibus
Romanis, vel Latini nominis ſociis, qui in
Italia aut extra Italiam publicum agrum ara-
bant, eum eo ut frumenti decumas ſolverent.
Scriptura vero erat vectigal, quod pendeba
tur ab iis, qui ſylvis, & paſcuis publicis
fruebantur, ut in Italia ſylva Scantia, & in
lictis ad Minturnas. Hæc vero vectigalia
multis poſt modis aut omnino ſublata ſunt,
aut aliqua certe ex parte imminuta; quod
quemadmodum factum ſit, narrat pluribus in
primo Civilium Appianus: nempe populum
Romanum, quos agros bello, atque armis
hoſtibus ademiſſet, eos fere, ſi culti eſſent,
civibus diviſiſſe; ſi inculti, Italicis homini-
bus: atque adeo etiam plebi Romanæ per
Cenſores fruendos locaſſe, ea tamen condi-
tione, ut, qui ararent, decimam frumenti,
quintam ceterarum frugum perſolverent; qui
vero majora, aut minora pecora alerent, cer
tum ſtipendium penderent. Cum autem eve-
niſſet, ut incredibili locupletum impudentia,
atque libidine aratores antiquis pulſi poſſeſ-
ſionibus, quas divites aliis temporibus alias
ementes continuarunt, & populus Romanus
vectigalibus annuis, & pauperes propriis ali-
mentis eſſent ſpoliati, lex fuit neceſſaria,
quam tulit C. Licinius Stolo Tribunus ple-
bis anno urbis CCCLXXVII.: „ Ne quis plus
„ quingenta jugera agri, centum pecoris ma-
„ joris capita, quingenta minoris poſſideret;
cujus legis Varro, Livius, atque omnes de-
nique meminerunt. Quam legem cum negligi
vulgo cum magno plebis Romanæ detrimen-
to poſtea Ti. Sempronius Gracchus Tribunus
plebis animadverteret, nova ſibi muniendam
lege duxit, P. Scævola, L. Piſone Coſs. anno
DCXX. tulit enim primum: „ Ne quis ex
„ publico agro plus quingenta jugera poſſi-
„ deret, „ quod lege Licinia ſanctum fuerat;
deinde addidit illud: „ Ut dimidium filiis at-
„ tribuerent; quod reliquum eſſet, id pau-
„ peribus, qui nihil haberent, dividerent.
„ Quod ſi quis agrum latius patefaceret, ut
„ Triumviri quotannis ad id creati judica-

A „ rent, qua publicus ager, qua privatus eſſet;
atque hæc eadem lex credo, quod Tiberio
occiſo contemneretur, à fratre ejus C. Grac-
cho poſt etiam in triumviratu defenſa eſt.
Quem cum pariter optimates commodis ſuis
adverſantem interfeciſſent, haud ita multo
poſt legem parum plebis rationibus aptam in-
tulerunt, qua permiſſum eſt, ut ager à poſ-
ſeſſoribus, id quod Tiberii lex prohibuerat,
venderetur; quo pacto rurſus agri in divitum
à pauperibus ementium poteſtatem redacti
ſunt; cui incommodo ſubvenire cupiens Sp.
Thorius Tribunus plebis tulit: „ Ne agri
„ amplius dividerentur, ſed poſſeſſores in iis
„ relicti vectigalia pro iis penderent, eaque
B „ pecunia plebi divideretur. Neque tamen
hoc loco res ſtetit, ſed longius lapſa libido
eſt. Nam quod ſcribit Appianus, Tribunus
plebis alius vectigal illud totum lege alia
ſuſtulit; quam legem Thoriam Cicero vocare
videtur in Bruto, cum ita ſcribit: „ Sp. Tho-
„ rius ſatis valuit in populari genere dicen-
„ di, is qui agrum publicum vitioſa, &
„ inutili lege, vectigali levavit. Relinqueba-
tur adhuc in poſſeſſione populi Romani ager
Campanus, quem neque colonis diſtribui, ne-
que à privatis locupletibus emi Gracchus fue-
rat paſſus; & hoc igitur etiam fructu, cum
a Cæſare Conſule eſſet diviſus, Reſpublica
ſpoliata, atque nudata eſt; unde merito dixit
C Cicero: „ Portoriis Italiæ ſublatis, agro Cam-
„ pano diviſo, vectigal nullum ſupereſſe do-
„ meſticum præter viceſimam.

Dicet aliquis: quid de ſalis vectigali?
ſublatum iiſdem Ciceronis verbis mihi jam-
pridem eſt perſuaſum. Salis autem meminit
Livius libro ſecundo, cum ait, altero poſt
reges exactos anno „ ſalis vendendi arbitrium,
„ quia impenſo precio venibat, in publicum
„ omni ſumptu ademptum privatis, ideſt,
inſtituiſſe ut ſal non à privatis venderetur,
cum impenſo precio veniret, ſed minoris è
publico acciperetur; bello autem Punico ſe-
cundo vectigal novum à cenſoribus Nerone,
& Salinatore inſtitutum ex ſalaria annona
D ſcribit. Etenim cum ſextante ſal & Romæ,
& per totam Italiam eſſet, Romæ eos precio
eodem, pluris in foris & conciliabulis, &
alio alibi precio præbendum locaſſe, ac pre-
cio ſalis tribus oneraſſe.

Neque vero cives Romani portoriorum
ſolum, quæ in Italia caperentur, immunes
fuiſſe exiſtimaverim, ſed etiam eorum, quæ
extra Italiam à ſociis exigerentur; eſt enim
formula fœderis cum Ambracienſibus icti,
cujus meminit Livius: „ Ut Ambracienſes
„ portoria, quæ vellent, terra, marique ca-
„ perent, dum eorum immunes Romani, ac
„ ſocii nominis Latini eſſent; ex quo idem
in ceteris eveniſſe, conſentaneum eſt.

E Reſtat ergo viceſima, quam unam reten-
tam eſſe, ſignificat Cicero, credo, quod ea
libertini tantum aſtringerentur. Eſt autem
inſtituta anno urbis trecenteſimo nonageſimo
octavo, teſte Livio, cujus hæc verba ſunt:
„ Cn. Manlius Conſul legem novo exemplo
„ ad Sutrium in caſtris tributim de viceſima
„ eorum, qui manumittuntur, tulit. Patres,
„ quia ea lege haud parvum vectigal inopi
„ ærario additum eſſet, auctores fuerunt.

Hæc autem vectigalia locabantur publi-
canis à cenſoribus exigenda. Unde Varro:
„ Luſtrum nominatum tempus quinquenna-

„ le

„ le (109) à luendo, hoc eſt, ſolvendo; quod „ quinto quoque anno vectigalia per Cenſo„ res perſolvebantur. Quanta vero publicani pecuniæ ſumma vectigalia redemerant, tantam Reipublicæ repræſentare debebant. Repræſentabant autem Quæſtoribus ærarii, penes quos tabulæ ærarii, atque adeo ærarium ipſum erat.

Cum ergo tributum ex ordine conferebatur à civibus, id in tribu conferebatur, & quoniam tribuum quodam modo partes (110) claſſes diximus, claſſium vero centurias, in claſſe etiam, & centuria. Unde Aſconius de iis loquens, quos cenſores in ærarios notæ cauſſa referebant, ait: „ Cenſores cives „ ſic notabant, ut qui plebejus eſſet, in Cæ„ ritum tabulas referretur, & ærarius fieret, „ ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ, „ ſed ad hoc eſſet civis, tantummodo ut pro „ capite ſuo tributi nomine æra penderet. Nam ærarii etiam relicti ſunt à cenſoribus multi, tum cum populus conferendo tributo erat liberatus. Siquidem P. Africanus Cenſor Aſellum ærarium reliquit, quem L. Mummius ex ærariis exemit. Cum tamen tum propter ingentes ærarii copias nullum à civibus tributum penderetur.

CAP. XVII.

De jure Suffragiorum.

SEquitur (111) jus ſuffragii, in quo magnum momentum non Romanæ ſolum, ſed omni etiam ſemper civitati poſitum fuit. Quoniam autem ſuffragia nuſquam, niſi in comitiis populus tulit; comitia vero à Romulo ſunt inſtituta; propterea eundem Romulum ſuffragiorum auctorem jure optimo poſſumus nominare.

Comitia vero cœtus populi fuerunt, quem magiſtratus legitime convocaſſet, ut aliquid ſuffragio ſuo vel juberet, vel prohiberet. Eorum vero tria genera extiterunt, curiata, centuriata, & tributa. Curiata Romulus, centuriata Ser. Tullius, tributa Tribuni plebis in Rempublicam intulerunt; & curiata quidem dicta ſunt, cum populus in curias; centuriata, cum in centurias; tributa, cum in tribus deſcriptus ſuffragium iniit. Quæ autem curiæ, quæ centuriæ, quæ tribus fuerint, ſatis ſupra eſſe demonſtratum exiſtimo. Nunc autem illud tantum intelligi volo, quia civis nemo erat, qui non tribum, non curiam, non centuriam obtineret, neque civem fuiſſe quenquam, qui ſuffragii jure excluſus eſſet; quanquam alia in aliis comitiis civium ipſorum inter ſe poteſtas, atque auctoritas eſſet. In curiatis enim etſi omnes pariter advocati ſunt, tamen prævalente pauperum multitudine, pauperum etiam opes excelluere; at vero in centuriatis contra. Quoniam enim ut maximo quiſque cenſu fuit, ita primus in ſuffragia miſſus eſt, eorumque plurimæ centuriæ fuere, propterea omnis centuriatorum auctoritas penes divites fuit; quorum octo & nonaginta primæ claſſis centuriæ ita vocatæ ſunt, ut, ſi quid variaſſent, reliquæ deinceps ex ſequentibus claſſibus citarentur; ſi conſenſiſſent, non eſſet, cur aliæ insrovocarentur, cum longe numero illis antecellerent. Tributa vero non vere comitia, ſed plebis concilium dictum eſt; quod ad ea non univerſus populus vocaretur, ſed plebs tantum, patriciis exemptis; unde illud eſt Livianum libro II. „ Inſignem annum maxi„ me tributa comitia efficiunt, res major vi„ ctoria ſuſcepti certaminis, quam uſu; plus „ enim dignitatis comitiis ipſis detractum „ eſt, patribus ex concilio ſummovendis, „ quam virium; aut plebi additum, aut dem„ ptum patribus. Ea præterea communis comitiorum omnium fuit ratio, ut qui plura puncta in ſingulis curiis, vel centuriis, vel tribubus tuliſſet, is eam curiam, vel centuriam, vel tribum tuliſſe judicaretur. Quod autem à pluribus curiis, vel centuriis, vel tribubus eſſet ſcitum, id ab omnibus ſcitum exiſtimaretur.

Curiatis porro comitiis Reges omnes, & ceteri Magiſtratus, ut Quæſtores, Tribuni plebis, ædileſque ejuſdem generis primi creati, pariterque judicia de capite facta, & leges omnes uſque ad Ser. Tullium Regem ſunt juſſæ. Poſtremis autem temporibus duæ tantum rogationes curiatim perlatæ, una de imperio, altera de adoptione. Ut enim curiæ, de quibus diximus, ſic etiam comitia curiata (*) diuturnitate temporis exoleverunt. Centuriatis vero Conſules, Decemviri, Tribunique militum, Conſulares, Cenſores, & Prætores deſignati; lexque de bello lata, & judicia perduellionis peracta ſunt. Tributa primum uſurpari cœpta ſunt A. Sempronio, M. Minucio Coſs. poſt Romam conditam an. CCLXIII. inſtituto Sp. Sicinii Tribuni plebis in judicio Coriolani, viri patricii, tum cum tribus una & viginti erant; quibus comitiis damnatus ille exilii cauſſa ſolum vertit; deinde Voleronis Tribuni plebis rogatione & tribuni ædileſque plebis his comitiis declarari cœpti, cum per aliquot ante annos curiati eſſent deſignati; atque inde magiſtratus minores, ut ædiles curules, Quæſtores, III. viri capitales, nocturni, & monetales, & ejus generis reliqui; ac præter regem ſacrorum omnes Sacerdotes; quin etiam leges fere de pace, & civitate danda, latæ, judiciaque de mulcta perfecta ſunt. Ut autem centuriata comitia non niſi à majoribus, ſic tributa & à majoribus, & à minoribus magiſtratibus haberi licuit.

Si ergo, ex tribus comitiorum generibus curiata niſi primis temporibus obſervata non ſunt, extremis autem auſpiciorum cauſſa, ut inquit Cicero, paucas quaſdam ad res adhibita

(109) In quinquennium juxta ordinem ſemper vectigalia locata ſunt etiam ſub Imperatoribus, ut in L. 7. C. de loc. & cond. Quandoque tamen ſub illis in triennium, non minus L. 4. C. de vect. & commiſſ.

(110) Cum negem ubi de binis comitiis, & lege curiata ago, claſſes fuiſſe tribuum partes, ita tributum per ſingulas tribus exigebatur, ut in quaque tribu cenſum habente tribulium ſuorum, pro cujuſque cenſu à tribulibus exigeretur. Semper enim de tribu, nunquam de claſſe, aut de centuria mentio in cenſu facta eſt.

(111) Vide quæ dicam cum de binis comitiis, & lege curiata agam.

(*) Videtur ſui oblitus; hic enim adumbrata curiata ſemper in omnibus rebus fuiſſe definit. Supra vero cap. X. clare in adoptione omnia legitima ſervata contendit. Confundit autem fere ubique curiata Comitia, & legem curiatam, quod in binorum comitiorum quæſtione omnia adeo impedit, ut nullum exitum habere poſſint. *Lorimus*.

A bita ſunt; ſique tributa, & centuriata niſi civitatis tribubus non ſunt habita, profectò, qui tribum non habuit, is ſuffragio caruit. Ex hoc autem numero pueros, & ſenes ſexagenarios, & ærarios excipio; pueros, quia conſentaneum non videtur, qui ante XVII. annum in legione non meruerint, eos in tribu ſuffragium pertuliſſe. Sexagenarios autem, quia de iis ita proditum eſt à Varrone de vita populi Romani, teſte Nonio: „ Cum in „ quintum gradum pervenerant, atque habe„ bant ſexaginta annos, tum denique erant „ à publicis negotiis liberi, atque expediti, „ & otioſi; ideo in proverbium quidam pu„ tant veniſſe: ſexagenarios de ponte dejici
B „ oportere, ideſt, quod ſuffragium non fe„ rant, quod per pontem ferebant. Idem autem ille quartum gradum ætatis fecit ſeniores uſque ad annos LX.; inde quintum, auctore Cenſorino, uſque ad extremum ætatis ſenes. Feſtus autem hoc idem aliquanto apertius: „ Exploratiſſimum illud cauſſæ eſt, quo „ tempore primum per pontem cœperunt co„ mitiis ſuffragium ferre, juniores conclama„ vere, ut de ponte dejicerentur ſexagenarii, „ quia nullo publico munere fungerentur, „ ut ipſi potius ſibi, quam illis deligerent „ imperium; cujus ſententiæ eſt etiam Si„ nius Capito. Quo eodem alludens Cicero dixit pro Roſcio Amerino: „ Habeo etiam
C „ dicere, quem contra morem majorum mi„ norem annis LX. de ponte in Tiberim de„ jecerit. Quanquam autem alia etiam cauſſa affertur hujus moris, tamen hæc celebratior, ac vulgatior videtur, quam attigit quoque Ovidius in V. Faſtorum, his verbis:

Pars putat, ut ferrent juvenes ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.

Pontes autem in comitiis fuerunt ad tempus conſtructi, per quos populus ſuffragium laturus tranſiret. Accedit, quod Ariſtoteles pueros, & ſenes è numero removet germanorum civium: pueros, quod cives ſint imperfecti; ſenes, quod effœti. Ærarios autem
D voco, qui à cenſoribus notæ cauſſa in ærariorum numerum erant relati; *quibus*, ut ait Aſconius interpres, *nullum munus erat relictum, niſi ut eſſent in albo centuriæ ſuæ tantummodo, ut tributi nomine æra penderent*; quaſi vero omnia alia jura civium Romanorum, præterquam tributi conferendi amiſiſſent.

Hoc autem ſuffragiorum jus imminuit aliquantum Cæſar dictaturam perpetuam conſequutus: „ Ille enim, (ut inquit Suetonius) „ comitia cum populo partitus eſt, ut exce„ ptis Conſulatus competitoribus de cetero „ numero candidatorum, pro parte dimidia, „ quos populus vellet, pronunciarentur; pro „ altera parte, quos ipſe dediſſet; & edebat
E „ per libellos circum tribum miſſos ſcriptura „ brevi: Cæſar dictator illi tribui: Commen„ do vobis illum, & illum, ut veſtro ſuffra-

A „ gio ſuam dignitatem teneant. D. autem Auguſtus comitiorum priſtinum jus reſtituit, ac multiplici pœna coërcito ambitu Fabianis, & Scaptienſibus tribulibus ſuis die comitiorum, ne quid à quopiam candidato deſiderarent, ſingula millia nummum dividebat.

CAP. XVIII.

De jure Honorum.

TAndem aliquando pervenimus ad id, quo uno optimum ipſum jus civitatis expletur. Hoc eſt autem, ut ab initio diximus, jus honorum, quod qui in urbe, agrove Ro-
B mano habuit, is quam pleniſſimum jus civitatis obtinuit. Itaque ſcite, ut omnia, Ariſtoteles, qui verum, ac germanum civem honorum adipiſcendorum, ut dixi, poteſtate circumſcripſit. Honores autem voco curationes omnes publicas civium ſuffragio, aut ſtudio alteri civi delatas; quorum duo genera ſunt; unum, quod in rebus divinis cernitur; alterum, quod in humanis; eo ſacerdotia continentur; hoc magiſtratus, & imperia. Neque enim hæc decora, atque inſignia dignitatis quiſquam, niſi civis Romanus aſſequi potuit, uſque adeo, ut qui furtim hoc eſſent adepti, ii re comperta honorum gradum cum toto civitatis honore Papia lege amiſerint;
C id quod M. Perpernæ (112) contigiſſe notavit his verbis Valerius: „ Non parvus conſulatus „ rubor M. Perperna, utpote, qui Conſul „ antequam civis, cum interim cujus vita „ triumphavit, mors Papia lege damnata eſt. „ Nanque patrem ejus nihil ad ſe pertinentia „ civis Romani jura complexum, Sabelli ju„ dicio petitum, redire in priſtinas ſedes „ coëgerunt. Ita M. Perpernæ nomen adum„ bratum, falſus Conſulatus, caliginis ſimile „ imperium, aliena in urbe improbe peregri„ natus eſt. Quibus ex verbis ſatis liquet, Romæ honores niſi civibus Romanis non patuiſſe, & qui civitate privati erant, eoſdem honorum etiam inſignia perdidiſſe.

D

CAP. XIX.

De Sacerdotiis.

QUoniam autem multa honorum genera propoſuimus, relinquitur, ut quid ipſa inter ſe differant, ac quid ſingula ſint, diſſeramus; primum autem de Sacerdotiis agamus. Sacerdotia omnes curationes vocamus eorum, qui res ſacras, & divinas tractarent. Hos vero aut ſingulis diis operatos eſſe invenimus, aut ſingulas eorum res curaſſe, aut promiſcue omnium deorum, & omnium cæremoniarum colendarum rationem tenuiſſe.
E Singulorum deorum ſacra curarunt Luperci, qui Panis; Potitii, qui Herculis; Sodales Titii, qui Sabinorum deorum; Salii, qui Martis;

(112) Hic fuit COS. cum C. Claudio Pulchro A. U. DCXXII. Is optimus fuit COS., & Imperator. Nam Ariſtonicum Regis Eumenis filium Aſiam occupantem, quæ teſtamento Attali Regis legata Populo Romano libera eſſe debebat, adverſus quem P. Licinius Craſſus COS. cum idem Pontifex maximus eſſet, quod nunquam antea factum erat, extra Italiam profectus, prælio victus, & interemptus eſt, M. Perperna COS. vicit, & in deditionem accepit. Liv. lib. 69. An autem ſi vivens Perperna non civis cognitus fuiſſet, omni gradu deturbandus poſt ampliſſima geſta fuiſſet? Non facile credendum, cum Servum fugitivum Barbarium Philippum Prætorem factum, ſentiat Ulpianus in L. 3. D. de off. Præt., Civitate a populo donandum fuiſſe. Nec officit judicium in Perpernæ patrem, qui nec civis erat, nec fuerat COS, quamvis Conſulis pater. *Moderate eam ob rem obſervo ſcripſiſſe Valerium, qui Perpernam appellat ante Conſulem, quam Civem,*

tis; Flamines, qui ſigillatim Jovis, Martis, & Quirini; Veſtales virgines, quæ Veſtæ ſacra peregerunt, & pro populo ſacrificium fecerunt. Singulis de rebus, ut Fratres Arvales, qui pro arvorum frugibus; Curiones, qui pro curiis ſacrificarunt; Augures, qui auſpiciorum; Aruſpices, qui extorum; Feciales, qui belli, & pacis diſciplinam tenuerunt; Duumviri Sibyllini, qui ſacra librorum Sibyllinorum; Rex ſacrificulus, qui ſacra regia; Epulones, qui ludorum epulare ſacrificium adornarunt. Quo factum eſt, ut Pontifices ſoli ſacra omnia promiſcue commendata habuerint. Quod indicat Cicero in legibus, cum ita fert: „ Diviſque aliis alii Sacerdotes, omnibus Pontifices, ſingulis flamines ſunto; & idem in exordio orationis pro domo ſua ad Pontifices, cum inquit: „ Cum multa divinitus Pontifices à majoribus noſtris inventa, atque inſtituta ſunt, tum nihil præclarius, quam quod vos eoſdem & religionibus deorum immortalium, & ſummæ Reipublicæ præeſſe voluerunt, ut ampliſſimi & clariſſimi cives Rempublicam bene gerendo, Pontifices religiones ſapienter interpretando Rempublicam conſervarent. Quod ſi ullo tempore magna cauſſa in Sacerdotum populi Romani judicio, ac poteſtate verſata eſt, hæc profecto tanta eſt, ut omnis Reipublicæ dignitas, omnium civium ſalus, vita, libertas, aræ, foci, dii penates, bona, fortunæ, domicilia, veſtræ ſapientiæ, fidei, poteſtatique commiſſa & credita eſſe videantur; & paulo poſt ita Lantulum Pontificem alloquitur: „ Te appello Lentule, tui Sacerdotii ſunt thenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque deorum. Voſque Pontifices, ad quos epulones Jovis optimi maximi, ſi quid eſt prætermiſſum, aut commiſſum adferunt, quorum de ſententia illa eadem revocata, atque inſtaurata celebrantur, qui ſunt ludi minus diligenter facti? quanto, aut quo ſcelere polluti? reſpondebis & pro te, & pro collegis tuis, & pro collegio Pontificum, nihil cujuſquam aut negligentia contemptum, aut ſcelere eſſe pollutum. Dionyſius quoque Pontifices ait de omnibus cauſſis ad ſacra pertinentibus judicaſſe, novaſque leges de ſacris arbitratu ſuo condidiſſe, ac Sacerdotes omnes, penes quos cæremoniæ fuerint, examinaſſe, & palam de religione, ac cultu deorum reſpondiſſe, adeo ut perinde ac ſacri juris interpretes, atque doctores extiterint. Itaque Livius de Pontificis maximi jure merito ita diſſeruit: „ Pontifici Numa ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur; cetera quoque omnia publica privataque ſacra Pontificis ſcitis ſubjecit, ut eſſet, quo conſultum plebs veniret; ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſciſcendo, turbaretur; nec cæleſtes modo cæremonias, ſed juſta quoque funebria, placandoſque Manes ut idem Pontifex edoceret. Ex his autem Sacerdotibus antiquiſſimi fuerunt Luperci, itemque Potitii, jam inde ab Evandro ipſo ante Æneæ in Italiam adventum inſtituti; proximi ab his Fratres Arvales XII., & tres Augures, totidemque Aruſpices, & Curiones triginta à Romulo omnes illati. Sodales enim Titios T. Tatius Sabinorum Rex Romuli ſocius dedit. Flamines tres, Dialem, Martialem, & Quirinalem, & Veſtales virgines quatuor cum Veſtali maxima, Salios Palatinos XII., Feciales XX. cum patre patrato, Pontifices quatuor cum Pontifice maximo Numa creavit; II. viros Sibyllinos Superbus Rex, Regem ſacrorum anno poſt exactos reges L. Brutus Conſul, III. viros epulones anno DLVIII., L. Purpureone, M. Marcello Coſs. T. Romilius Tribunus plebis. Ex his autem Augurum, Flaminum, Pontificum, Veſtalium, III. virum, & Epulonum numerus procedente tempore auctus eſt; augures enim novem lege Ogulnia, teſte lib. X. Livio, creari cœpti ſunt anno CDLIV. Q. Panſa, M. Corvo Coſs. Ad tres Flamines adjecti ſunt XII., Volcanalis, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Carmentalis, Portumnalis, Virbialis, Laurentialis, Lavinalis, Pomonalis. Veſtalibus additæ duæ à Tarquinio Priſco, ut eſſent ſex cum virgine Veſtali maxima. Pontificum quatuor, ut eſſent octo cum Pontifice maximo, eadem lege, qua augurum, numerus auctus eſt; poſt autem à Sulla Dictatore, Livio in epitomis auctore, quindecim effecti. Duumviri ſacrorum, anno urbis CCCLXXXVIII., lege Sextia Licinia decem; Poſtremo, ut puto, Sullana quindecim redditi, quo modo epulones etiam à tribus ad ſeptem aſcenderunt.

Illud porro Sacerdotum omnium proprium fuit, ut nec imperium, nec poteſtatem haberent, ut perpetui eſſent; ut tam ex plebejis, quam ex patriciis fierent, & ut à collegio cooptarentur. Poteſtate & imperio vacuos fuiſſe oſtendit Livius lib. quarto, apud quem patricii conqueruntur: „ Pontifices, augureſque plebi communicari, & grave putant eſſe, ſi ſalii flamineſque nuſquam alio quam ad ſacrificandum pro populo ſine imperiis, ac poteſtatibus relinquantur. Perpetuitatem eorum indicat, quod Sacerdos non niſi in demortui, aut abeuntis Sacerdotis locum ſufficiebatur. Quin etiam Fratrum Arvalium ſacerdotium exules, captivoſque eſſe comitatum lib. XVIII. prodit Plinius. Nam omnes quidem tam ex plebejis, quam patriciis creatos eſſe ſatis conſtat, præter regem ſacrorum, & Flamines majores tres, & Salios Palatinos; quos memoria etiam ſua ex ſolis patriciis creatos eſſe perſpicue ſignificat Cicero in oratione pro domo, cum ait: „ Itaque populus Romanus brevi tempore neque regem ſacrorum, neque Flamines, nec Salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos Sacerdotes; nimirum ſi pro libidine omnibus licebit patriciis ad plebem tranſire. Pontifex autem maximus, & Rex ſacrificulus, & flamines à populo etiam creati, Pontifex quidem tributis comitiis, Rex centuriatis, Flamines curiatis, tum cum reliqui Sacerdotes à collegiis cooptarentur; quos omnes poſtea Cn. Domitius ad comitia populi tributa tranſtulit anno DCLI., Mario, & Oreſte Coſs. quam legem poſt à Sylla ſublatam, & iterum à T. Labieno Tribuno plebis, Cicerone Conſule, relatam iterum M. Antonius Conſul poſt Cæſaris Dictatoris necem abrogavit; qua inſequenti anno una cum ceteris Antonianis legibus S. C. ſublata, res rurſus ad populi comitia rediit.

CAP.

CAP. XX.

De Magiſtratibus.

HActenus de Sacerdotiis, nunc de Magiſtratibus. (113) Voco autem Magiſtratus poteſtates omnes eorum, qui res humanas, quæ quidem ad Rempublicam pertinerent, publica auctoritate curarunt. Horum autem quatuor, ut video, jura fuerunt; unum poſitum in imperando, alterum in jure dicendo, tertium in referendo, quartum in auſpicando. Imperium tribus in rebus poſitum fuit, in edicendo, in vocando, in prehendendo. B Edictorum porro duo genera fuerunt, unum, quo juriſdictionis ſuæ formulam initio magiſtratus proponebant; alterum,

A quo pro magiſtratus auctoritate, ut res tuliſſent, quæ viſa eſſent, imperabant. Qui vocationem porro habuerunt, ii etiam jus prehenſionis conſecuti ſunt, atque lictoribus, & viatoribus, & ſervis publicis uſi ſunt; qui prehenſionem tantum, ii viatorem tantum cum ſervo publico adhibuerunt; qui neutrum, ii ſervis publicis duntaxat ſtipati ſunt. Juriſdictio vero duas habuit partes, unam decretum, alteram judicii dationem. Nam cum jus dicere nihil eſſet aliud, quam jus, quod in legibus, aut in edictis contineretur, ei, qui popoſciſſet, reddere profecto tum jus reddebant, cum aut ipſi re ſine conſilio cognita decernebant, aut judices, qui rem cognoſcerent, dabant, atque eis judicandi formulam præſcribebant. Ac quæ quidem de edictis, & juriſdictione dixi, facile Ciceronis

(113) Magiſtratus ſunt qui poteſtatem habent in Republica. Plura in Republica munera, & ita plures poteſtates, & Magiſtratus. Reſp. ſecundum leges: itaque poteſtas pro jure legum. Legum cuſtos Magiſtratus Maximus; atque inde apud Maximum Magiſtratum legis actio. Legis actio, id eſt plenum jus legis: unde merum imperium. Nam ut reliqua, quo plus excellunt, puriora: ita imperium maximum merum imperium nuncupatum. Magiſtratuum igitur imperium, & apud alios inquam merum, apud alios mixtum, quod eſt inferius. C Sunt quoque ſine ullo imperio Magiſtratus, non tamen ſine ulla poteſtate, eaque juriſdictio. Et ſunt judices, qui cauſas ſua dirimunt cognitione.

Merum imperium primo Romæ apud Reges. Mixtum apud Tribunum celerum, & Præfectum Urbi Rege abſente. Illud autem in gladii poteſtate: ſed & in iis, quæ ad ſtatum hominis pertinent. Unde manumiſſio, tam liberi hominis, quam ſervi, adoptio, tutoris datio, apud maximum Magiſtratum. L. 3 D. de juriſd. omn. jud. L. 2 & 3. D. de off. procoſ. & leg. L. 8. D. de tut. & curat. dat. ab his, qui jus dand. hab. L. 6. §. tutoris D. de teſt. tut. L. 2. D. de off. ej. cui mand. eſt juriſd. Dictum eſt quoque merum imperium poteſtas, ſed ut in ſua excellentia fulgens d. L. 3. D. de jur. omn. jud. Communiter poteſtas ab imperio ſecunda. Feſtus: *Cum imperio eſſe dicebantur, quibus nominatim à populo* D *dabatur imperium; cum poteſtate, qui à populo alicui negotio præficiebantur.* Poſt Reges exactos merum imperium manavit in Conſules. Inde in Prætores quoque. Item in Dictatores, quotieſcunque creabantur, & in reliquos maximos Magiſtratus, Interreges, Tribunos militares cum poteſtate Conſulari, Decemviros legum condendarum, Triumviros Reipublicæ conſtituendæ. Sed de capite civis Romani, niſi per maximum comitiatum decerni non poterat, ut in XII. tabb.: DE CAPITE CIVIS ROMANI, NISI PER MAXIMUM COMITIATUM NE FERUNTO. Quod confirmarunt Porcia, & Sempronia leges. Itaque mirum, Senatum Romanum Catone authore ſupplicium ſumpſiſſe de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario in conjuratione Catilinæ, injuſſu populi, indemnatiſque Saluſt. de bell. Catil., quæ quidem res E & maximum concitavit odium in Ciceronem, qui tum Conſul fuerat, apud plebem, & cauſa fuit, ut is è Civitate expelleretur Dio lib. 38. Sed optimum factu fuit, & pro legibus. Certabatur enim a conjuratis contra Urbem ipſam, in ipſa Urbe, inter mœnia, intra pomœrium, ſacraque, Deoſque Penates, an ea ſuperfuturà eſſent nec ne; conjuraverant enim illi de Urbe incendenda, de Civibus trucidandis. Militari igitur more in Urbe velut in caſtris juſte fuit à Magiſtratibus ex auctoritate Senatus ſumendum ſupplicium. Jus igitur gladii potiſſimum in exercitu, ubi pro diſciplina militari omnis poteſtas erat apud Imperatores. Item in provinciis, ubi Conſules, Proconſules, Prætores, Proprætores, ceterique Præſides provinciarum jus gladii habebant, quo uſi M. Marcellus Prætor in Nulanos, Q. Fulvius Proconſul in Senatores Campanos, & Levinus in Agrigentinos Liv. lib. 23. & 26. Tribunos plebis merum imperium habuiſſe, vel ſaltem participaſſe dicendum eſt, qui plebem convocabant ad capitalia exercenda judicia. Nec obſtat Gellius, quod vocationem non haberent, quod tamen erat ſub controverſia; nam & prehenſionem habebant, & jus comitiorum. Item ad reducendum, ſeu à Sicilia, ſeu ab Africa, ſi eò jam trajeciſſet, P. Cornelium Scipionem, qui poſt Africanus fuit dictus, ſi ea quæ Locrenſes facta queſti fuerant, juſſu, aut voluntate ejus facta fuiſſent, duo Tribuni plebis cum Prætore miſſi, non unus Prætor. Liv. lib. 29. Item tutoris datio, quæ ſumma erat meri imperii, non ita erat Prætoris, quin una cum eo eſſet majoris partis Tribunorum plebis. Inſt. de Atil. tut. in princ. Liv. lib. 39. Item nonne à Q. Servilio Priſco patricii Ordinis, ſummiſque honoribus egregie uſo nomine Senatus Tribuni plebis invocari, ut PRO POTESTATE SUA T. Quinctium L. F. Cincinnatum Pennum, Cn. Fabium Mentonem COSS. Dictatorem dicere cogerent, qui eis imperarunt, ut Senatui dicto audientes eſſent, ſin minus in vincula ſe eos duci juſſuros? Cujus modi Tribunorum invocatio paucis poſt annis iterum a Senatu facta eſt contra C. Julium Tullum, Cn. Cornelium Coſſum, C. Servilium Ahalam Tribb. Mill. Cum Pot. Conſ. in quos ANIMADVERSUROS ſe Tribuni dixerunt, ſi ſibi honores, reſque publica communicata eſſet? Liv. lib. 4.

Mixtum imperium in Magiſtratibus ſecundis, atque vicariis primorum. Diximus ſub Regibus apud Trib. Celerum, atque apud Præfectum Urbi, ut Regis vicarios illud fuiſſe. Poſt Reges certe apud Legatos COSS., Proconſulum, Prætorum, Proprætorum, & hujuſmodi in provinciis. Et ii enim cum imperio erant, ut apud Dionem lib. 38., ubi Cæſar Ciceroni ſuadens, ut ab Clodianis actionibus ſe eriperet: *mecum*, inquit, *in provinciam legatus, non tamquam reus cum ignominia, ſed honeſte, & cum imperio proficiſcere.* Apud hos enim poteſtas delegata erat, quæ continebat cetera, quæ meri imperii non eſſent, cum id delegari non poſſet; dabatur enim id perſonis ipſorum magiſtratuum, ut in textibus, quos ſupra allegavimus. Conſiſtit autem imperium mixtum in iis, quæ habent executionem in bona. Itaque mittere in poſſeſſionem legatorum, damni infecti, ventris nomine, rei ſervandæ cauſa, & hujuſmodi ſunt mixti imperii. Item jubere cavere prætoria ſtipulatione, & ſuſpectos tutores removere: L. 4. D. de off. ejus cui mand. eſt juriſd. L. 4. D. de juriſd. om. jud.

Juriſdictio, quibus quæque poteſtas data eſt: Cenſoribus, Quæſtoribus, Præfectis annonæ, Ædilibus, aliiſque hujuſmodi magiſtratibus, quibus edicendi poteſtas.

Judices cauſarum, Duumviri, Triumviri, Septemviri, Decemviri, Centumviri.

nis auctoritate confirmantur; qui ſcribit in
ſecundo de finibus: „ Quid mereri velis jam,
„ cum magiſtratum inieris, & in concionem
„ aſcenderis? (eſt enim tibi edicendum, quæ
„ ſis obſervaturus in jure dicendo;) quid
„ merearis igitur, ut te dicas in eo magiſtra-
„ tu omnia voluptatis cauſſa facturum eſſe?
& alibi de Antonio Conſule: „ Cum tot edi-
„ cta propoſuiſſet, edixit, ut adeſſet Senatus
„ frequens ante diem VIII. Kal. Decembris;
„ eo die ipſe non affuit; at quo modo edi-
„ xit? hæc ſunt, opinor, verba in extremo:
„ Si quis non affuerit, hunc omnes exiſtima-
„ re poterunt & interitus mei, & perditiſſi-
„ morum conſiliorum auctorem fuiſſe. De
decretis autem interponendis, & judicio dan
do docet idem, dum de Verre prætore ur
bano loquitur: „ An dubitabit quiſquam,
„ quin is veo.lem in Sicilia juriſdictionem
„ habuerit, qui Romæ totum edictum, atque
„ omnia decreta vendiderit, & quin ab Sicu
„ lis ob decreta interponenda pecuniam ac
„ ceperit, qui M. Octavium ob jus dicen-
„ dum popoſcerit. Item: Domus erat plena,
„ nova jura, nova decreta, nova judicia pe-
„ tebantur; mihi det poſſeſſionem, mihi ne
„ adimat, in me judicium ne det, mihi bona
„ addicat. Quæ vero de prehenſione, & vo
catione dixi, ea ex Varronis ſententia dixi;
qoi apud Gellium ita ſcribit: „ In magiſtra-
„ tu habent alii vocationem, alii prehenſio-
„ nem, alii neutrum; vocationem, ut Conſu-
„ les, & ceteri, qui habent imperium; pre-
„ henſionem, ut Tribuni plebis & alii qui
„ habent viatorem; neque vocationem, ne-
„ que prehenſionem, ut quæſtores, & ceteri,
„ qui neque lictorem habent, neque viato-
„ rem; qui vocationem habent, iidem pre-
„ hendere, tenere, abducere poſſunt, & hæc
„ omnia ſi adſunt, quos vocant, ſive acciri
„ juſſerunt. Tribuni plebis vocationem ha-
„ bent nullam, quod, (ut ibi inquit Gellius)
„ antiquitus creati videntur non juri dicun-
„ do, nec cauſis querelisque de abſentibus
„ noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis,
„ quibus præſentes fuiſſent, ut injuria, quæ
„ coram fieret, arceretur; ac propterea jus
„ ad ſe vocandi ademptum; quoniam, ut vim
„ fieri vetarent, aſſiduitate eorum, & præ
„ ſentium oculis opus erat; item alio loco
ex eodem Varrone: „ Qui poteſtatem neque
„ vocationis populi viritim habent, neque
„ prehenſionis, eos magiſtratus a privato in
„ jus quoque vocari eſt poteſtas. M. Levinus
„ ædilis curulis à privato ad prætorem in
„ jus eſt eductus. Nunc ſtipati ſervis publicis
„ non modo prehendi non poſſunt, ſed etiam
„ ultro ſummovent populum. Ut autem duo
publica conſilia fuerunt, Seaatus, ac popu-
lns, ſic jus referendi, quod tertium magiſtra-
tibus addidi, duplex fuit, alterum ad Sena-
tum, ad populum alterum. Neque enim ad
Senatum cuiquam referre præter magiſtratum
de Republica licuit; neque ad populum, aut
cum populo egit quiſquam, niſi aut magiſtra-
tus, aut à magiſtratu productus; egit autem
ad populum qui verba de Republica fecit ad
populum; egit cum populo qui populum in
ſuffragium ire juſſit; id quod aut multa pœ-
næve irroganda, aut legibus, magiſtratibuſve
rogandis conſecuti ſunt. Quod vero extremo
loco ſcripſi, magiſtratus jus in auſpicando
quoque verſatum eſſe, id auctore Cicerone
ſcripſi, qui in legibus ita fert: „ Magiſtratus

A „ omnes judicinm, & auſpicium habento.
Quod dictum neque de omnibus magiſtrati-
bus, neque de omnibus auſpiciis puto, ve-
rum de magiſtratibus urbanis, & de obſerva-
tione de cœlo duntaxat. Duo enim præter
cætera maxime uſurpata auſpicia ſunt, unum
in urbe, & à magiſtratibus urbanis, alterum
militiæ, & à magiſtratibus militaribus, ut à
Conſulibus, aut Prætoribus, aut provincias,
aut bella adminiſtrantibus. In urbe, & ab
urbanis magiſtratibus omnibus de cœlo ſer-
vatum eſt, foris tripudium pullorum adhibi-
tum. Obſervatio vero de cœlo ad comitia
ſive impedienda, ſive vitianda pertinuit; at-
que hanc Cicero intellexit, cum omnibus
B magiſtratibus auſpicium patere dixit. Siqui-
dem legem ſuam interpretans addit: „ Ut
„ multos inutiles comitiatus probabiles im-
„ pediant moræ. Sæpe enim populi impetum
„ injuſtum auſpiciis Dii immortales repreſſe-
„ runt. Quod ipſum etiam declaravit Varro,
ut eſt apud Nonium: „ Eo die cis Tiberim
„ redeundum eſt, quod de cœlo auſpicari jus
„ ſit nemini præter magiſtratum. Obſerva-
tione autem de cœlo infirmata comitia eſſe,
apparet ex edicto ſolemni, cujus meminit
Gellius; quo in comitiis centuriatis habendis
Conſules cavebant: „ Ne magiſtratus ullus
„ minor de cœlo ſervaſſe vellet; quod etiam
minores magiſtratus auſpicium haberent, id
C eſt, inutilia comitia obnunciando impedire
poſſent. Hanc autem auſpiciorum poteſtatem
Tribunis plebis etiam conceſſam, M. Hora-
tio, P. Valerio Conſulibus, anno urbis tre-
centeſimo quarto, Zonaras ſcribit. „ Quin
„ etiam Tribunis plebis, inquit, in comitiis
„ auſpiciorum uſum conceſſerunt; id quo.
„ eis verbo quidem honorem ac dignitatem
„ attulit (id enim jus patriciis antiquitus
„ fuit;) re autem vera impedimento fuit, ne
„ facile Tribuni plebis & plebs ipſa, quæ-
„ cunque vellet, ageret, ſed per cauſſam
„ auſpiciorum aliquando impe.lirentur. Ser-
vare autem de cœlo erat non ſolum inſpice-
re, ſi quid ſigni è cœlo appareret, quod actio-
D nem impediret, ſed etiam nunciare, quu.
magiſtratibus, & auguribus licuit. Qu.inquam
augures nunciationem tantum habuerunt;
magiſtratus & ſpectionem, & nunciationem;
quod Cicero docet cum in Antonium agit.
Nam cum Antonius augur, & Conſul dixiſ-
ſet, eo ſe Sacerdotio præditum eſſe, ut co-
mitia auſpiciis vel impedire, vel vitiat. poſ-
ſet, idque ſe facturum aſſeveraſſet, reſpondit
Cicero: „ Incredibilem hominis ſtupiditatem
„ cognoſcite; quid enim? iſtuc, quod te Sa-
„ cerdotii jure facere poſſe dixiſti, ſi augur
„ non eſſes, & Conſul eſſes, minus facere
„ potuiſſes? vide ne etiam facilius; nos enim
„ augures nunciationem ſolum habemus;
E „ Conſules, & reliqui magiſtratus etiam ſpe-
„ ctionem. Tripudium vero, id e.t, ex pul-
lorum paſtu auſpicium, ad res gerendas ac-
commodatum eſt; eique Conſules, Prætores,
Dictatoteſque paruerunt, qui foris rem geſſe-
runt; meminit autem hujus Cicero in primo
de divinatione: „ Noſtri magiſtratus auſpiciis
„ utuntur coactis; neceſſe eſt enim offa ob-
„ jecta cadere fruſtum ex pulli ore, cum
„ paſcitur. Sed de hoc poſtea in libris de
provinciis pluribus.

Magiſtratus autem varii in Rempublicam
hoc pacto illati ſunt; primum cum Reſpubli-
ca in poteſtate regum fuit, omnia regum ar-

A bitrio adminiſtrata ſunt; penes enim eos ſummum jus vitæ, neciſque, & omne gerendi belli imperium fuit; penes eoſdem univerſa jurisdictio fuit; ſiquidem, quod eſt in annalibus Dionyſii, Romulus Rex alia judicavit, alia aliorum judicio permiſit. Neque vero alius regibus magiſtratus fuit, quam Tribunus Celerum, qui rem militarem cum eo curaret; &, quod multis placuit, etiam Quæſtores, qui publicam pecuniam tractarent; ubi vero urbe abſuturus Rex erat, Præfectus urbi eum poteſtate relinqui, & rege mortuo, interreges prodi ſoliti ſunt, qui Rempublicam interea dum Rex alius crearetur, gubernarent. Exactis autem regibus Conſules duo B creati ſunt in omnibus rebus pari cum regibus poteſtate, atque imperio, præterquam quod illi perpetui, hi annui, ille unus, hi duo erant; neque enim ſolum, quod in promptu eſt, bella geſſerunt, ſed etiam jus dixerunt. Itaque cum nimium eorum imperium videretur, multis modis undique diminutum eſt; primum enim lex de provocatione lata, qua à Conſulibus ad populum provocatio data eſt, cautumque, ne in caput civis Romani Conſul animadvertere poſſet; deinde poſt annum XVI. Tribuni plebis creati multum de imperio Conſulum detraxerunt; ſiquidem ad plebem à Conſularibus injuriis prohibendam, & ad interceſſiones faciendas, C & Conſulum diſſolvendum imperium instituti ſunt. Eodemque anno creati Ædiles plebis ad ædes ſacras, in quibus plebis ſcita ſervarentur, teſte Pomponio, tuendas, unde etiam ædiles vocati ſunt; aliquantum etiam de auctoritate Conſulum diminuerunt; cum Senatus mandavit, ut quod extat in tertio libro apud Livium: „ Senatus conſulta ad ædem „ Cereris ad ædiles plebis deferrentur, quæ „ ante pro arbitrio Conſulum ſupprimerentur. Anno inde ab urbe condita CCCX., cum Conſules perpetuis bellorum curis impediti cenſum in civitate peragere nequirent, Cenſores duo, qui quinto quoque anno cenſum, luſtrumque facerent, inſtituti, eam quoque D curationis publicæ partem Conſulibus ademerunt. Quod idem poſt annos etiam octoginta Prætor, & Ædiles curules creati fecerunt. Prætor enim ad jus in urbe dicendum, cui rei vacare jam Conſules propter bellicas curas non poterant, eſt creatus. Ædiles vero ludorum Romanorum curationem, quam primum Reges, poſt Conſules habuerunt, Ædiles autem plebis recuſabant, ſuſceperunt; quo facto, inde urbis, annonæ, aliarumque etiam ſibi rerum curationem, & cognitionem vindicarunt. Et quoniam intellexerunt, tempora ſæpe incidere, quibus opus eſſet Reipublicæ magiſtratu, qui ſummum imperii jus haberet, quale reges habuerant, inſtituerunt etiam, E ut dubiis in rebus Reipublicæ Dictator diceretur, iſque ſibi Magiſtrum equitum diceret, qui Dictatori eſſet idem, qui fuerat Tribunus Celerum Regi. Primus autem ſeditionis ſedandæ, & rei gerendæ cauſſa creatus eſt anno poſt reges exactos ſive ſexto, ſive, (non enim ſatis inter ſcriptores convenit) nono. Reliquos autem, qui regum tempore erant, magiſtratus tenuerunt, ut Quæſtores, & Præfectum urbi, quem maxime, dum Conſules in monte Albano feriis Latinis operam darent, creare, ut cum nulli eſſent Conſules, aut alii patricii magiſtratus, Interreges prodere ſoliti ſunt. Succreſcentibus autem negotiis poſt minores alii magiſtratus etiam multi creati, ut Triumviri Nocturni, Monetales, Agrarii, Capitales, qui res diverſas pro uſu Reipublicæ curarent, & de iis jus dicerent. Quin etiam provinciis partis, atque earum imperio conſtituto, provinciales magiſtratus aliquot inſtituti ſunt, prætores, & quæſtores; quibus cum provincialem juriſdictionem, tum rei bellicæ adminiſtrationem commiſerunt. Hi vero omnes aut proditi ſunt, ut Interrex à patriciis: aut dicti, ut Dictator ab Interrege, aut ab altero Conſule; & magiſter equitum à Dictatore: aut creati, ut reliqui B omnes à populo. Atque hæc quidem de magiſtratibus, quod ad hunc locum pertinere mihi viſum eſt, hactenus.

CAP. XXI.

De imperiis.

NUnc dicendum eſt de imperiis; (114) eſt enim hoc ex propoſitis honorum generibus tertium. Imperium autem non jam majorem quandam prehendendi, & coërcendi poteſtatem, ſed exercitum habendi, & belli gerendi facultatem appello, quo modo intellexit in Antonium Cicero, cum dixit: „ De- C „ mus imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari, exercitus teneri, bellum „ geri non poteſt. Quod ipſum quantum ab illo differat, inde intelligi poteſt, quod imperium illud in urbe, hoc niſi extra urbem non habetur; & magiſtratus quidem, qui illud habet, nullo alio honoris titulo, niſi, qui magiſtratus nomine continetur, ornatus eſt; hoc qui adeptus eſt, idem præterea Imperatoris quoque nomen uſurpat; & illud quidem cum magiſtratu ipſo mandatur, (eſt enim jus ipſum magiſtratus;) hoc alia ratione, atque aliis comitiis, quàm ipſe magiſtratus, defertur. Quod autem dixi, imperium hoc bellicum non niſi extra urbem habitum eſſe, duo D argumento ſunt: primum quod neque Conſules hoc juris habuerunt, niſi nobili illo Senatusconſulto armati, quo decerni ſolebat: „ Viderent ne quid detrimenti reſpublica „ caperet; de quo ſic ſcribit Salluſtius in Conjuratione: „ Itaque quod plerunque in „ atroci negotio ſolet, Senatus decrevit, da„ rent operam Conſules, ne quid Reſpublica „ detrimenti caperet. Et poteſtas per Sena„ tum more Romano magiſtratui maxima „ permittitur, exercitum parare, bellum ge„ rere, coërcere modis omnibus ſocios, at„ que cives; domi, militiæque ſummum im„ perium, ac judicium ſummum habere; ali„ ter ſine populi juſſu nullius earum rerum E „ Conſuli jus eſt; deinde, quod neque triumphaturi in urbem triumphantes cum exercitu inire, niſi lata de eorum imperio lege potuerunt; ut Livius innuit, cum ſcripſit: „ Tribu„ ni plebis ex auctoritate Senatus ad popu„ lum tulerunt, ut M. Marcello, quo die „ urbem ovans iniret, imperium eſſet. Quæ vero ſequuntur, illam habent ſententiam: Cum imperium unum civile eſſet, alterum militare; qui civile habebat, ſi Conſulare erat, Conſul, ſi prætorium, Prætor, ſi Dictatorium, Dictator vocabatur; at ſi militare erat,

(114) Vide quæ dicam ad diſputationem de binis comitiis, & lege curiata.

arat, præter illa etiam imperator, id eſt, dua A
belli auſpiciis ſuis adminiſtrandi. Quin etiam
conſulare, prætoriumque imperium tum man-
dabatur, cum aliquis Conſul, prætorque à
populo comitiis centuriatis creabatur; eadem-
que ratione Dictatorium imperium tum tranſ-
mittebatur, cum aliquis à Conſule, aut ab
interrege Dictator dicebatur; & imperium
militare omnibus his tum demum tribueba-
tur, cum eis curiata lex de imperio fereba-
tur. Indicat utriuſque actionis formula.
Etenim cum privati Conſules, aut Prætores
fiebant, populus centuriatim vocatus ita ro-
gabatur: „ Quos vultis Conſules fieri? Cen
turiæ vero reſpondebant aut voce, aut tabel
la, hunc, aut illum ex iis, qui ſe petere B
profeſſi erant; cum autem magiſtratus impe-
rator legebatur, populus curiatim vocatus ſic
rogabatur: „ Vultis, jubetis ne, ut hic Con-
„ ſul, aut Dictator imperium in hac, aut illa
„ provincia habeat? Curiæ reſpondebant:
„ Volumus, uti rogas. Itaque Papirius Di-
ctator, (ut inquit Livius libro IX.) ad bel-
lum profecturus legem curiatam ſibi de im-
perio tulit; cum autem privatus imperator
declarabatur, populus tributim convocatus
ita rogabatur: „ Vultis, jubetis ne, ut hic
„ privatus in hac, aut illa provincia impe-
„ rium habeat, aut ibi Proconſule, aut Pro
„ prætore rem gerat? Tribus reſponderunt:
„ Volumus, uti rogas. Itaque ille lege cu- C
riata, hic plebiſcito imperium habuiſſe: ma-
giſtratus autem non lege, ſed comitiis centu-
riatis honorem adeptus eſſe dictus eſt. Lege
enim delatum imperium tum dicebatur, cum
nominatim alicui erat commiſſum; ſic eum
dixit Feſtus: „ Cum imperio eſſe dicitur, cui
„ nominatim eſt à populo mandatum impe
„ rium. Jam vero Conſul, Prætor, Dictator
cum magiſtratus quiſque ſuos inierunt, ii
certo, ac ſolemni die, in Capitolio, ſacrifi-
cio facto, votiſque publice nuncupatis, ac
prætexta, & lictoribus ſumptis id fecerunt;
imperator vero eum imperium iniit, alio,
atque alio, ut res tulit, die, in Capitolio,
alio ſacrificio facto, aliiſque votis nuncupa- D
tis, & paludamento accepto, & lictoribus
paludatis aſcitis id fecit: atque illi quidem
in urbe manſerunt, hic ſtatim ex urbe egreſ-
ſus eſt. Accedit, quod magiſtratus iiſdem
comitiis, nempe centuriatis, eſt continuatus;
imperium vero tributis, ac plebiſcito eſt pro-
rogatum. Livius libro VIII. „ Actum cum
„ Tribunis plebis eſt, ad populum ferrent,
„ ut eum Philo Conſulatu abiiſſet, Procon-
„ ſule rem gereret. Quoniam vero comitia
curiata ad multas res adhiberi ſolita ad extre-
mum in uno præcipue militari mandando im-
perio ſunt retenta, factum eſt, ut Livius
„ comitia curiata rem militarem continere
dixerit, & Dio „ legem curiatam legem mi-
„ litarem vocarit; & Cicero Conſules ſine
„ lege curiata rem militarem attingere poſſe,
negarit; cauſa vero eſt, quod quæ fiebant
curiatis comitiis, auſpicato fiebant, quæ tri-
butis, inauſpicato. Itaque Proconſules, &
Proprætores, qui ex privatis provincias, &
bella plebiſcito obtinuerant, carere auſpiciis
Cicero intellexit, in ſecundo de Divinatione,
cum dixit: „ Quàm multi anni ſunt, cum
„ bella à Proprætoribus, & Proconſulibus
„ adminiſtrantur, qui auſpicia non habent?
„ itaque nec amnes tranſeunt auſpicato, nec
„ tripudio auſpicantur.

Ne vero nos fallant varia, quæ in hoc
genere comitia uſurpantur, intelligendum
eſt, aliud eſſe, jubere bellum, aliud impera-
torem ad bellum deligere; ſive alicui impe-
rium belli gerendi cauſſa committere. Bellum
enim jubebatur comitiis tantum centuriatis;
imperator, vel lege curiata declarabatur, ſi
magiſtratus erat, vel plebiſcito plerumque
ſi privatus. De bello jubendo Livius libro
quarto: „ Controverſia fuit, utrum populi
„ juſſu indiceretur bellum, an ſatis eſſet, Se-
„ natuſconſulto. Pervicere Tribuni denun-
„ ciando, ſe impedituros delectum, ut Quin-
„ tius de bello ad populum ferret; omnes
„ centuriæ juſſere; & alibi: Rogatio de bel-
„ lo Macedonico primis comitiis ab omnibus
„ ferme centuriis antiquata eſt. De impera-
tore deligendo, atque una de tota hac mili-
taris imperii ratione poſt pluribus in libro
de magiſtratibus, & imperatoribus diſſeram.
Cui ſcribendo occaſionem attulit Nicolaus
Gruchius; qui imperium militare cum impe-
rio Conſulari, Prætorio, Dictatorioque con-
fuſum eſſe, ac legis hujus curiatæ longe aliam
vim eſſe putavit; noſque ab illo diſſentientes
ferre non potuit, ac duobus ſcriptis ſuper
hac re commentariis honeſtum ad certamen
laudis, atque ingenii provocavit. Ac quis
quidem civis Romanus fuerit, ac quibus in
rebus jus ejus conſtiterit, ſatis à nobis hacte-
nus quæſitum, & diſputatum ſit.

Explicit Liber Primus.

CAROLI

CAROLI SIGONII
DE ANTIQUO JURE
CIVIUM ROMANORUM
LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De ordinibus civium Romanorum.

SUperiore libro civis Romani definitionem, quam initio propoſueram, ita confirmavi, ut nihil fere, quod ad ſummum eorum jus illuſtrandum valeret, omiſerim; hoc libro treis eorum diviſiones, unde magna eorundem inter ſe diſſimilitudo perſpici poſſit, expediam. Earum vero unam civitatis ordines intulerunt, alteram magiſtratuum imagines, tertiam Reipublicæ factiones; ita enim diviſi ſunt in ordines, ut omnes aliquem ex tribus obtinuerint, aut Senatorium, aut Equeſtrem, aut Plebis; ita imagines habuerunt, ut aut nobiles fuerint, aut novi; ita factiones (1) coluerunt, ut aut optimates habiti ſint, aut populares; quæ diviſiones non ſolum univerſam civitatem amplexæ ſunt, ſed etiam pro viribus nerviſque ſuis omnes prope ſeditiones, quibus Reſpublica laboravit, excitarunt: omneſque publici ſtatus, communiſque vitæ perturbationes ſecum traxerunt: ac demum Rempublicam ipſam floreotiſſimam in perpetuum perdiderunt. Quod ita plane, ac diſerte oſtendam, ut re perſpecta plane ſit futurus nemo, qui dubitet.

Dicamus autem primum de ordinibus, & vetera eorum, ut cœpimus, juta literis perſequamur. Hos tres fuiſſe, Senatores, Equites Romanos, & Plebem ſitis conſtat. Teſtes enim ſunt omnes, ſed maxime, ut ab antiquioribus ordiar, Cicero in oratione in toga candida in Catilinam, cum inquit: „ A quibus Conſulatum petis? à Senatoribus, qui „ te auctoritate ſua ſpoliatum ornamentis omnibus vinctum pene Africanis oratoribus „ tradiderunt? ab Equeſtri ordine, quem trucidaſti? à Plebe, cui ſpectaculum cujuſmodi tua crudelitas præbuit, ut nemo ſine „ luctu aſpicere, ſine gemitu recordari poſſet? & in oratione pro domo: „ Senatus decrevit, „ ut omnes, qui Rempublicam ſalvam eſſe „ vellent, ad me unum defendendum venirent; proximus eſt huic dignitate ordo „ Equeſter, omnes omnium publicanorum „ ſocietates de meo Conſulatu ampliſſima decreta fecerunt: nullum eſt in hac urbe collegium nulli pagani, aut montani, (quoniam plebi quoque urbanæ majores noſtri „ conventicola, & quaſi conſilia quædam „ eſſe voluerunt,) qui non ampliſſime de „ mea ſalute decreverint; & Livius bello Punico: „ Conſenſum Senatus Equeſter ordo „ eſt ſecutus, Equeſtris ordinis Plebs; & Valerius de fiducia ſui: „ Scipio Senatum „ totum, & univerſum Equeſtrem ordinem, „ & cunctam Plebem comitem habuit; & Paterculus lib. 2. „ Tum Senatus, atque „ Equeſtris ordinis pars melior, & intacta „ pernicioſis conſiliis plebs in Gracchum irruere. Quid de Appiano dicam, qui lib. 1. Equitem inter Senatum, & plebem interjectos prodidit? aut de Auſonio, qui cecinit?

Martia Roma triplex equitatu, plebe, Senatu;

aut de Plinio, qui ſcripſit: „ annulos plane „ medium ordinem, tertiumque plebi, & patribus inſeruiſſe?

Horum autem trium ordinum cum ſummus Senatorius fuerit, infimus Plebs, medius Equeſter, factum eſt, ut quem ex ampliſſimo ordine eſſe ſignificare vellent, eum Senatorem, ſive Senatorii ordinis; quem è medio, Equitem Romanum, ſive equeſtris ordinis; quem ex infimo, è plebe hominem ſive plebejum

(1) Populum Romanum in duas diviſum fuiſſe partes non ſolum ex antiquiſſimis, ſed etiam ex recentioribus habemus, ideſt in Senatores, a quibus patricii, & plebem. Itaque quiſquis non erat plebs, aut Senator, aut patricius: quiſquis neque Senator, neque patricius erat, plebejus. Equeſter igitur ordo de corpore plebis. Ita Dionyſius cum Servium ſelect omnium Senatorum ex ducentis ad trecentos auxiſſe: *Selectos*, inquit, *ex omni plebejorum numero centum viros, quorum virtus bellica, & in rebus civilibus prudentia omnibus eſſet ſpectata, & teſtata, in patriciorum ordinem retulit, & in Senatorum numero poſuit.* Hic nihil de ordine equeſtri, cum tamen certum ſit de eo ordine maxime Senatum ſuppleri conſueſſe. Sed Livius rem facit clariorem cum lib. 2. Brutum narrat Senatum Regiis cædibus diminutum ſuppleviſſe, primores enim equeſtris ordinis legiſſe ajens, ſubdit: *idque mirum quantum profuerit ad concordiam civitatis, jungendoſque patribus plebis animos*. Item cum narrat lib. 2. neminem Tribunum plebis patrem fieri poſſe, certe ſit, ut equeſter ordo plebejus eſſet, cum de ordine equeſtri innumeros prope Tribunos plebis habeamus. Itaque Cajus in L. 238. D. de verb. ſignific.: *plebs*, inquit, *eſt ceteri cives ſine Senatoribus*. Et Juſtinianus inſt. de jur. nat. gent. & civ. §. plebiſcitum: *populi appellatione*, inquit, *univerſi cives ſignificantur connumeratis etiam patriciis, & Senatoribus; plebis autem appellatione ſine patriciis, & Senatoribus ceteri cives*. Equeſtris ordo non tertium quaſi genus, ſed primores de plebe. Levious apud Liv. lib. 26.: *voluntaria collatio, & certamen adjuvandæ Reipublicæ excitet ad æmulandum animos, primum equeſtris ordinis, deinde RELIQUÆ PLEBIS.* Unde cum videlicet ordo factus eſſet cœpit ſingulariter nominari, quod traxit originem a Servio Tullio, qui centuriatis comitiis inprimis voluit equites ferre ſuffragia, poſt eos centurias Liv. lib. 1. Cum igitur invenimus Senatui aſſenſiſſe equites, equitibus plebem, id ita intelligendum eſt: decretum curiæ in comitiis, prius equites, poſt populi centurias approbaſſe. Quod autem pertinet ad reliquos: Nobiles, novi, optimates, populares, promiſcue aut de Senatoribus, ſeu patriciis, aut de plebe,

bejum appellarent; ſic enim Cicero, qui in Cluentiana dixit: „ M. Bebrinm Senatorem, „ & L. Plætorium Senatorem; & Aſconius, qui in Miloniſnam: „ Sex. Tedium Senſtorem. C. Vibienum Senatorem; & irem in Broto Cicero: „equitem Romaoum C. Titium; & in Verrem: „ C. Muſtium equitem Romanum; & iterum in Bruto: noſtri ordinis „ Q. Sertorium, equeſtris C. Gorgonium; eademque ratione pro Cluentio: „ Senſtorii „ ordinis Fidiculanium; & pro Milone: „ Eques Romſnus unus, duo de plebe novi „ homines; & in Verrem: P. Junii erat ho- „ minis de plebe Romana filius; & Svetonius in Clsudio: „ E plebe homo juxts cubiculum „ ejus cum pugione deprehenſus eſt, repetii „ & equeſtris ordinis duo; & in Nerone: „ Adoleſcentes equeſtris ordinis, & quinque „ millia è plebe. Poſtremo Aſconius: Sena „ tor à cenſore Senstu movetur, eques Ro- „ maous equo ſpoliatur, plebejus in ærarios „ refertur.

Præterea vero, quorum majores Senatores fuerunt, ii Senatorio; quorum equites, equeſtri loco, atque familia orti dicebantur. Itaque & Cicero io defenſione Mureoæ, patrem Ser. Sulpicii, & in prima agraria, ſe Conſulem „ equeſtri loco ortum profitetur; & Svetonius, „ Auguſtum ſe nihil amplius, „ quam equeſtri familia, in qua & primus „ Seoator pater ſuus fuerit, tradidiſſe ait; & Tacitos lib. V. „ Vinicium patre, atque „ avo Conſularibus, cetera equeſtri familia „ foiſſe prodit; & io Verrem quarto Cicero: „ Lex ab homioe non noſtri generis, non ex „ equeſtri loco, ſed nobiliſſimo promulgata.

Quando igitur tantum hi ordines auctoritatis adepti ſunt, ut diverſas inter ſe familias reddiderint, ſane videndum eſt, à quo, & qoemadmodum initia, & incrementa ſceperint, quid ad Rempublicam ponderis, quid ad civitstem Romanſm momenti attulerint; quærsmus autem primum de Senatoribus.

CAP. II.

De Senatoribus.

ORdinum varietatem intuliſſe Romulus videtur; idem enim Senatum, idem equites inſtituit; ex quo intelligi poteſt, qui oeque Senatores, (a) neqne equires eſſent, eos ab eodem in tertio plebis ordine relictos fuiſſe. Senatores autem nominavit, quos ad conſultationes de Republica advocavit; qnod ſenes fere, & majores natu acciverit, ad quos de ſumma Republica referret, atque ex eorom auctoritate omoia ageret, quæ publice ſibi ſuſcipienda exiſtimaret. Eoſdem autem etiam patres appellavit, nempe à curæ ſimilitudine, ut ſcripſit in Catilinæ conjuratione Salluſtios: „ Delecti, inquit, qoibus corpus „ anois ioſirmom, iogeoium ſapientia vali- „ dom erat Reipublicæ conſultabsnt; hi vel „ ætate, vel curæ ſimilitudine patres appel- „ labantur; unde procedentibus temporibus *patres conſcripti* nnncupati, qui io novum Senatum erant lecti; quamvis poſtremo uſus obtinuerit, ut omnes Senatores uno patrum conſcriptorum nomine vocarentur.

Senatorum vero lectio foit varia; nam penes & Reges, & Coofules, & Cenſores legendi Senatus aliis, atque aliis temporibus, arbitrium fuit. Dionyſius Romulum Senatores centum ita legiſſe ſcribit, ut ipſe unum ex omnibus præſtantiſſimum deſignarit, cui ipſe ad bellum egrediens civitatis procurationem committeret; teliquos autem ſingulis tribubus ternos prudentia, ac nobilitate claros, totidemque ſingulis curiis ex patriciis maxime idooeos cooptandos permiſerit. Quam autem in legendo reges alii ſequuti ſint rationem, parum ex annalibus liquet. Quod ſi Feſto auctori ooo contemnendo credimus, non ſolum Reges, ſed etiam Conſules, quos voluerunt, pro arbitrio ſibi ſublegiſſe dicemus. Ejus autem verba ſunt hæc: „ Præteriti Senatores quondam in opprobrio fue- „ runt, quod ot Reges ſibi legebant, ſuble- „ gebantque, qoos in conſilio publico habe- „ rent, ita poſt exactos eos, Conſules quo- „ que & Tribuni militum conſulari poteſtate „ conjunctiſſimos ſibi quoſque patriciorum, „ & deiode plebejorom legebant; donec Ovi- „ nia Tribunicia intervenit, qua ſancitum „ eſt, ut Cenſores curiatim in Senatum le- „ gerent.

Neque vero numerus Senatorum idem omnibus temporibus factitatus eſt. Dionyſius, qui bis à Romulo Senatum lectum ſcribit, primum ex Albanis, quos ſocios urbis condendæ habuir, lectos centum ait; deinde ex Sabinis, quos fœdere cum Ssbinis icto in civitatem aſſumpſit, alteros ceotum, ut omnino eſſent ducenti; Priſcum inde regem alios centum allegiſſe, factoſque eſſe trecentos; poſtremo Brutum Conſulem primum, Valerii collegam, eum numerum à Tarquinio Superbo cædibus, & expulſionibus imminutum expleviſſe. Quarum lectionum meminit etiam Livius; in eo tantum diſcrepat, quod centum à Romulo, duceotos à Priſco, trecentos à Bruto adlectos tradit, cum quibus nec diſſentit Feſtus, cum ait: „ Qui patres, qui- „ que conſcripti vocati ſunt in curiam, qno „ tempore regibus urbe expulſis, P. Valerius „ Conſul propter inopiam patriciorum ex „ plebe allegit io numerum Senatorum cen- „ tum & ſexaginta quatuor, ut expletet nu- „ merum trecentorum. Quod autem ſcribit, cœptum tum dici: „ Qui patres, quique con- „ ſcripti, idem confirmat etiam Livius, patres conſcriptos eſſe vocatos aſſerens, qui à Bruto in novum Senatum erant lecti, cum tsmen alii, quos Romulus ex Sabinis, alii quos Priſcus Rex legit, conſcriptos prodant. Conſtans ergo opinio eſt, Senatores omnioo poſt reges exactos fuiſſe trecentos: quem numerum permultos poſt annos eſſe inveoio obſervatum. Sunt tamen qui à C. Graccho Tribuno plebis allectis ex equeſtri ordine tre-

cen-

(a) Senatores, patreſque nominati, qui in Curiam conſultandi gratia coibant. Senatores à ſenectute, ut Feſtus ait: & Cic. de Seneċt.: *Conſilium, ratio, ſententia niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium majores noſtri appellaſſent Senatum*. Et apud Lacedemonios, eodem Cicerone teſte loco citato, *ii, qui ampliſſimum magiſtratum gerebant, ut erant, ſic etiam nominabantur ſenes*. Patres ab honore nominatos ait Livius. Feſtus: *Patres Senatores ideo appellati ſunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac ſi liberis propriis*. Sed à patrocinio eſſe dictos niſi ſumus nos probare ſupra lib. 2.

A centis (3) ſexcentos lege primum factos ſcribant; quod & apud Plutarchum eſt, & in epitoma Liviana; quam ego legem aut à populo antiquatam, aut haud ita multo poſt abrogatam eſſe, inde ducor ad ſuſpicandum, quod eandem poſt à M. Livio Druſo Tribuno plebis relatam invenio apud Appianum; is enim, quod Gracchus ante tentaſſe dicitur, ut judicia inter Senatores, Equiteſque communicaret, legem tuliſſe fertur, ut ad trecentos, qui tum erant, Senatores trecenti ex equitibus aſcriberentur, atque ex ſexcentis, ex quibus univerſus Senatus eſſet, judicum decuriæ legerentur. Verum & hanc etiam legem una cum ceteris Druſi legibus Philippo Coſ. referente, uno S. C. ſublatam, ſatis B certum eſt. Inde vero duas Senatus lectiones invenio, unam Sulla, & Rufo Coſs. factam, alteram Sulla Dictatore. Utriuſque meminit Appianus; prioris ita, ut in Senatum tum maxime propter infrequentiam contemnendum trecentos ex optimatibus ipſos legiſſe Conſules dicat; quam tamen lectionem ego à cenſoribus, qui tum erant, Cæſare, & Craſſo, non à Conſulibus factam eſſe exiſtimo; poſterioris ita, ut Senatum exhauſtum trecentis principibus equeſtris ordinis lectis dato tribubus de ſingulis ſuffragio ipſum Dictatorem ſuppleviſſe ſubjiciat. Ex quo intelligi poteſt, Senatorum numerum omnino eſſe C à Sulla amplificatum. Quanquam autem certum Sullani Senatus numerum afferre nullum poſſum, tamen ſupra quadringentos ab eo lectos, mihi non imbecilla nixus conjectura affirmare videor poſſe; ſiquidem Cicero in epiſtola quadam, quam ad Atticum Meſſalla & Piſone Coſs. ſcripſit, inquit: „ Homines „ ad XV. Curioni nullum S. C. facienti aſ„ ſenſerunt; facile ex altera parte CD. affue„ runt. (4) Auctum inde uſque ad nongentos à Cæſare Dictatore Senatum, & poſt necem Cæſaris à Triumviris Reipublicæ conſtituendæ indigniſſima etiam turba repletum, & Dionis, & omnium prope loquuntur hiſtoriæ: ex quibus ſcitum, & elegans illud eſt Suetonii: „ Auguſtum Senatorum affluentem „ numerum deformi, & incondita turba, „ (erant enim, inquit, ſuper mille, & qui„ dam indigniſſimi, & poſt necem Cæſaris „ per gratiam, & præmium allecti, quos or„ civos vulgus vocabat) ad modum & ſplen„ dorem priſtinum redegiſſe. Quoniam autem alius aliis temporibus numerus Senatorum eſt celebratus, hinc obſervatum lege eſt, ut non B omnibus temporibus idem Senatorum numerus ad Senatuſconſulta facienda requireretur; ſiquidem ante Syllæ tempora centum, ante Cæſaris, ducentis, Auguſti ætate quadringentis opus fuit. Ac de centum quidem video elici poſſe ex Livio, apud quem ſcriptum eſt: „ Senatuſconſultum factum, ne quis ſactum „ Bacchanalium faceret, niſi ei permiſſum „ eſſet, cum in Senatu centum, non minus „ eſſent; de ducentis argumento eſt lex Cornelia in Conſulatu Cottæ, & Torquati, teſte Aſconio, lata: „ Ne quis legibus ſolveretur „ niſi ducenti affuiſſent; nam de quadringentis auctor eſt Dio, qui ſcribit: „ Auguſtum „ legiſſe Senatum, & cum videret non ſem- C „ per frequentes Senatores convenire, Sena„ tuſconſulta ut etiam à paucioribus, quam „ quadringentis, fierent, cum hic ante nu„ merus, ut rata eſſent, quæreretur, ſtatuiſſe. Ex quo moris illud manavit, de quo Feſtus: „ Senatorem quenque Conſuli, ut numeraret „ Senatum præcepiſſe, cum impedimento eſſe „ volebat, quominus faceret S.C. ſi tot non „ eſſent Senatores, quo numero liceret per„ ſcribi

(3) Sexcentos ait Livius lib. 70., ideſt: *ut ſexcenti ex equitibus in curiam ſublegerentur, & quia illis temporibus trecenti Senatores erant, ſexcenti equites, ut trecentis Senatoribus admiſcerentur, ideſt ut equeſter ordo bis tantum virium in Se-* D *natu haberet*. Confundit tamen Sigonius Senatores cum judicibus. Nam quamquam judicia ante apud Senatores eſſent, quæ poſtea equitibus communicata ſunt; non idcirco judices equeſtris ordinis poſt ſublecti Senatores facti ſunt, ſed judices tantum erant, ideſt ex quibus legerentur, qui cauſas dijudicarent. Nec Gracchus in judices ſolum equeſtrem ordinem ſublegi voluerat, ſed in Senatores, qua ex re illud ſuccedebat. Id tamen ſibi primo Tribunatu non evenit. Nam quamquam Livius eam legem tuliſſe eum dicit: non tamen alibi eam habemus. Fuit nimia contractio epitomes, quæ referre volens duas Gracchi leges, alteram de ſublegendis in Curiam ſexcentis equitibus, promulgatam, non latam autem, & alteram de ſublegendis ſexcentis equitibus, qui cum trecentis Senato- E ribus judicarent, quam Gracchus altero tulit Tribunatu, ut apud Appianum, utramque inconſiderata brevitate una dixit oratione: qua de re infra ad cap. XVIII. verb. *ſontem*. Senatores ergo, qui in curiam legebantur: Judices, ſeu Senatores, ſeu qui ex equeſtri ordine ad judicia Senatoribus adjungebantur. Itaque judicum ordines inter ſe diſtincti apud Cœlium in epiſt. fam. Cic. lib. 8. ep. 7.: *Mittit in conſilium eoſdem illos, qui lites æſtimarant, judices. Cum æquo numero ſententiæ fuiſſent, Laterenſis, leges ignorans, pronuntiavit quid ſinguli ordines judicaſſent; & ad extremum, ut ſolent, non redegit. Poſtquam diſceſſit, & pro abſoluto Servilius haberi cœptus, legiſque unum & centeſimum caput legit, in quo ita erat: quod eorum judicum major pars judicarit, id jus, ratumque eſto: in tabulas abſolutum non retulit, ordinum judicia perſcripſit.* Item idem Cœlius lib. 8. epiſt. 14.: *In hac diſcordia video Cn. Pompejum Senatum, quique res judicant, ſecum habiturum*. Et Cic. ad Attic. lib. 1. ep. 13.: *ut primum judices conſederunt, valde diffidere boni cœperunt; non enim unquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit: maculoſi Senatores, nudi equites, tribuni non tam ærati, quam, ut appellantur, ærarii*. Octingentos autem & quinquaginta Judices ſuo tempore fuiſſe Cicero tradit ad Attic. lib. 8. ep. ult. Hinc patet, aliud Senatores fuiſſe, aliud translatis judiciis, Judices. Sed ſiquidem ad hunc locum pervenimus, mihi videtur nonnihil dicere ad explicandum S. C. quod refert Cœlius ad Ciceronem fam. lib. 8. ep. 7: *quum de ea re ad Senatum referretur à Conſulibus, qui eorum in CCC. judicibus eſſent, ſex abducere liceret*. P. Manutius corrigit *ſex*, & mavult *eos* dici, ut ſententia ſit: judices a judiciis abductos in Senatum cogendos, majoris frequentiæ cauſa. Ego nihil mutan- E dum cenſeo: ſententiam autem eſſe, ut liceret ſex ex Senatoribus judicibus abduci, ne ſententiam dicerent, qui per gratiam, vel per invidiam ſententiam dicere dubitarentur. Ita enim & in judiciis quandoque conceſſum, ut judicum certus inde numerus abduceretur, qui propter eaſdem cauſas ſententiam dicturi eſſe præſentirentur, Dio lib. 40. qui refert lege Pompeja permiſſum fuiſſe, ut tum actori, tum reo, quinque ex judicum numero eximere liceret, quos contra ſe apertè ſententiam dicturos opinione præcepiſſent; propterea in illo Planci judicio Catonem qui de cauſa cogniturus erat a Planco abductum fuiſſe.

(4) Item poſt reditum in Senatu CCCCX., ſeu apud alios CCCCXVII. Senatores enunciat.

„ ſcribi Senatuſconſultum. (5)

In Senatoribus porro legendis, generis, ordinis, cenſus, ætatis & magiſtratus habitam eſſe rationem, reperio. Generis, ut ex iis familiis legerentur, quibus Senatus pateret; patuit autem primum patriciis, (6) poſt etiam plebejis. Romulus enim, & Priſcus non niſi ex patriciis quenquam legiſſe à Dionyſio traduntur, id eſt, ex iis, quos ante in patriciorum numerum retuliſſent. Quod ſi Zonaram hiſtoricum audias, Ser. Tullium primum plebejos in Senatum vocaſſe ſtatues; is enim plebejos ab eo rege in Senatum lectos tradit, ut gratiam eis referret, quod rogationem de ſuo regno magno animorum conſenſu juſſiſſent; ſi autem Feſti verba attendas, anno primo libertatis hoc fieri cœptum exiſtimabis, qui Publicolam Conſulem, Bruti collegam, primum in Senatum plebejos patriciorum inopia allegiſſe ſcribit; quod nescio, an ita intelligendum ſit, plebejos tum quidem eſſe in Senatum aſcitos, ſed qui antequam aſciſcerentur, patricii eſſent facti; nam id ita factum aperte prodit Dionyſius. Quod ſi Dionyſium ipſum ſequamur; aliquanto ſerius plebi Senatum communicatum eſſe dicemus; is enim in exponenda patrum adverſus plebem pro Coriolano contentione, quæ in ſecundo Minucii & Sempronii Conſulatu, anno ab urbe condita ducenteſimo ſexageſimo ſuſcepta eſt, ita loquitur, ut multo poſt eum annum id juris plebi impertitum eſſe ſignificet; nam ubi Coriolanum, virum patricium, à plebe, tributis comitiis, novo exemplo, urbe pulſum narravit, ita ſubdit: „ Atque „ hinc quidem plebis opes creverunt: optimates autem multas partes antiquæ dignitatis amiſerunt; cum & Senatus, & Magiſtratuum, & Sacerdotiorum partem plebejis feciſſent, & alia etiam ornamenta communicaſſent, quæ propria patriciorum „ fuerant; ſignificat autem ut aliquot poſt annos honores, ſic etiam Senatum plebi eſſe permiſſum. Factum autem hoc eſſe ante annum trecenteſimum vigeſimum inde apparet, quod Livius de Sp. Mælio, plebejo homine loquens in ſeditione ejus explicanda ait: „ Quem Senatorem vix concoquere civitas „ poſſet, eum regem quomodo ferret? Quod ſi conjecturæ locus dandus eſt, id ego decemvirum maxime conſularium tempore inſtitutum eſſe crediderim, ex quibus aliquot è plebe fuerunt; quos in Senatum propter magiſtratus ipſius amplitudinem aſcitos eſſe, atque eorum exemplo poſt alios etiam aſcriptos facile exiſtimaverim, præſertim vero poſtquam plebeji de Tribunatu militari, quæ erat par conſulatui poteſtas, capiendo pervicerunt.

Ordinis autem ea fuit ratio, ut cum in Senatum legendi eſſent, maxime ex equeſtri ordine, qui proximus dignitate erat, legerentur. Hoc Livius oſtendit, qui libro ſecundo, Senatum ex primoribus equeſtris ordinis à Bruto Conſule ſcribit eſſe ſuppletum; & libro XLIII. Perſeum Macedoniæ regem ita facit loquentem: „ Equites Romanos principes juventutis, Equites ſeminarium Senatus, inde lectos in patrum numerum Conſules, inde imperatores creant; indicat lex Druſi, qua tulit, ut ſinguli Senatores, qui tum vix erant trecenti, viritim ſibi quiſque Senatorem Equitem Romanum legerent; demonſtrat lex Syllæ, quem Senatum ex equeſtri ordine ſuppleviſſe in epitomis, atque in Appiani hiſtoriis extat.

Cenſum præterea in legendo Senatu ſpectatum, non eſt dubium. Declarat hoc Seneca declamationum libro II „ Senatorum, „ inquit, „ gradum cenſus aſcendere facit; cenſus Romanum Equitem à plebe diſcernit; „ cenſus in caſtris ordinem promovet; cenſus in foro judex legitur. An vero hoc antiquum fuerit inſtitutum, in dubium revocare videtur Plinius lib. XIV. cum ait: „ Poſterius laxitas mundi, & rerum amplitudo „ damno fuit; poſtquam Senator cenſu legi „ cœptus, peſſum iere vitæ pretia. Laudatus autem cenſus in Senatore, ne ſplendor ampliſſimi ordinis rei familiaris anguſtiis obſcuretur. Ceterum ante Auguſtum cenſum ſenatorium ſeſtertium octingenta millia fuiſſe, eumque ab Auguſto ampliatum, tradit his verbis Svetonius: „ Senatorium cenſum ampliavit, ac pro octingentorum millium „ ſumma duodecies HS taxavit, ſupplevitque „ non habentibus; qua de re Dio ita: Inde „ Senatus lectus eſt; poſtquam enim iis cenſus primum centum millium præfinitus erat, „ quod multi patrimonia bellis amiſiſſent: „ procedente autem tempore divitiis magnis „ partis uſque ad CCL. millia perductus erat, „ nemo reperiebatur, qui legi vellet; immo „ vero & filii, & nepotes Senatorum afflicta „ re familiari non ſolum ſenatoriam dignitatem non appetebant, ſed ea quoque ſe „ abdicabant; ſcite. Non enim ſolum, ſi quis ſenatorium cenſum non haberet, Senator legi non poterat, ſed ſi poſteaquam lectus eſſet, cenſum labefactaſſet, ordinem amittebat; unde præclara illa ſunt in epiſtola Ciceronis ad Q. Valerium: „ C. Curtius habet in Volaterrano poſſeſſionem; hoc autem tempore Cæſar eum in Senatum legit, quem ordinem „ iſte iſta poſſeſſione amiſſa vix tueri poteſt. (7)

Quin

(5) Certum numerum Senatorum neceſſarium fuiſſe ad Senatus Conſultum faciendum indubitatum eſt; ultra Feſtum Livius lib. 2: *nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus*: ſed quis fuerit numerus ante propiora Auguſti tempora non liquet. Neque exempla centum, & ducentorum Senatorum ab Authore citatorum regulam determinent, ſed potius excludunt; nam ſi ſingularibus iis in caſibus ille numerus præſcriptus eſt: ergo extra illos caſus ille numerus non neceſſarius. Doctrinas juris habemus, legeſque, quibus decernitur neceſſarias eſſe ad decreta curiarum duas partes ex tribus curiæ in urbe præſentis, ut ex Ulp. & Paul. in LL. 3. & 4. D quod cujuſq. univ. nom. vel contr. eam agit.; Ex Arcad. & Hon. AA. in L. 46 C de decur., & fil. eor. lib. 10. auderem dicere regulam ab antiquis legibus ſumptam, niſi de certo quadringentorum numero mentionem faceret Dio. Centum enim & ducenti ad res ſingulares decernendas, non de ſolemni S. C. ad ſtatum Reipublicæ pertinente. Nihil tamen certi ſtatui poteſt.

(6) In hoc, ut in inferiore, in tanta temporum antiquitate eſt quoque inter Scriptores diſſenſio. Nam Livius a centum patribus, quos Senatores quoque appellat, patricios eorum progeniem vocatos fuiſſe dicit. Contra Dionyſius primum patres creatos ait, ex quibus patricii; a patribus autem, ſeu illo ordine patricio centum in Senatores ſelectos.

(7) Priſcis temporibus nullum fuiſſe Senatorium, ſeu patricium cenſum indicat Livius lib. 3, ubi refert L. Quinctium Cincinnatum Dictatorem magiſtrum equitum dixiſſe L. Tarquinium patriciæ gentis, ſed qui ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet. Agrippa quoque Menenio Senatori, interpreti, arbitroque concordiæ civium, legato patrum ad ple-

Quin etiam ætatem in legendo Senatore certam eſſe obſervatam, inde ſuſpicari poſſumus, quod ſcribit Gellius lib. XIV. Præfectum urbis ea ætate factum, quæ non eſſet ſenatoria; & ea eo, quod dixit Cicero de Pompejo in Maniliana: „ Quid tam præter conſuetu„ dinem, quàm homini peradoleſcenti, cujus „ à ſenatorio gradu ætas longe abeſſet, im„ perium, atque exercitum dari? At quæ tamen ætas hæc eſſet, nondum me pro certo inveniſſe profiteor. Cum autem maxime, qui magiſtratus ceperint, legi in Senatum conſueverint, quæſtura autem primus urbanus fuerit magiſtratus, fit, ut ego ætatem quæſtoriam eandem prope ac ſenatoriam fuiſſe exiſtimem; legitimum autem capiendæ quæſturæ annum fuiſſe viceſimum ſeptimum (8) ætatis, ſatis ab aliis demonſtratum eſt. Tuetur autem conjecturam meam Valerius, cum ſcribit: „ P. Craſſo Q. Fabius narravit, quod „ in curia erat actum, memor, eum triennio „ ante quæſtorem factum, ignaruſque nondum „ à cenſoribus in ordinem Senatorum electum; (*) ſuſtinet etiam Cicero in Philippicis, qui de Octaviani præmiis diſſerens ita cenſet: „ C. Cæſarem C. F. Pontificem propr. Sena„ torem eſſe, ſententiamque loco prætorio „ dicere, ejuſque rationem, quæcunque ap„ petet, ita haberi prout haberi lege liceret, „ ſi anno ſuperiore quæſtor fuiſſet; itemque in oratione pro domo, in qua P. Clodium nondum Tribunum plebis ſed tantum, ut ſuſpicari licet, quæſtorium Senatorem adoptatum ait.

Ex quibus verbis illud præterea intelligi poteſt, Senatorem legi ex ordine, niſi qui magiſtratum geſſiſſet, non fuiſſe ſolitum; cui non congruenter Cicero ſanxit in legibus ſuis, „ è magiſtratibus Senatum eſſe oportere; unde illud eſt in oratione de ſignis apud eundem, cum de ſenatorio loquitur ordine: „ Populi Romani beneficio nos in hunc or„ dinem venimus; quod eſt aliud nihil, niſi per magiſtratum populi Romani. Itaque idem in Senatu poſt reditum dixit: „ Se populi „ Romani honoribus in ampliſſimo conſilio, „ & in altiſſimo gradu dignitatis, atque in „ ipſa omnium terrarum arce collocatum. (9)

Eſt tamen illud animadvertendum, quanquam hæc omnia in aliquo conſtarent, non tamen icirco neceſſario Senatorem eum fuiſſe; opus enim fuit lectione cenſoris, uſque adeo, ut ne qui magiſtratus quidem geſſiſſent, niſi à cenſoribus lecti eſſent, Senatores eſſe poſſent; quod loco ſupra citato aperte tradit Valerius, ſubjiciens: „ Ignaruſque nondum „ à cenſoribus in ordinem Senatorum electum, „ quo uno modo etiam iis, qui jam honores „ geſſerant, aditus in curiam dabatur. Neque vero ſolum legendi Senatoris arbitrium fuit cenſorium, ſed etiam prætereundi, & movendi: ita ut, quem in recitando Senatu nominaſſent, is lectus in Senatum; quem præteriiſſent, idem Senatu motus putaretur; exemplorum autem plena eſt omnis hiſtoria. (10)

Atque hæc quidem legendi Senatus ordinaria ratio fuit, ut & à cenſoribus, & eo, quo demonſtravi, modo legerentur; fuerunt autem extraordinariæ præterea multæ; ut Ap. Claudii Cæci cenſoris, qui libertinorum filios legit; quæ lectio à ſequentibus cenſoribus non eſt obſervata; de qua Livius libro IX. & altera Fabii Buteonis Dictatoris Senatus legendi cauſſa dicti, bello Punico II. de qua idem ita: „ Buteo Dictator negavit, ſe quen„ quam è Senatu moturum ex iis, quos C. „ Flaminius, & L. Æmilius cenſores in Se„ natum legiſſent, & ita in demortuorum „ locum ſublecturum; ut ordo ordini, non „ homo homini prælatus videretur. Recita„ to veteri Senatu inde primum in demor„ tuorum locum legit, qui poſt L. Æmi„ lium, C. Flaminium cenſores curulem ma„ giſtratum cepiſſent, nec dum in Senatum „ lecti erant, ut quiſque eorum primus crea„ tus erat; tum legit qui Ædiles, Tribuni „ plebis Quæſtoreſve fuerunt, tum ex iis, „ qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi ha„ berent, aut civicam coronam accepiſſent. „ Ita centum ſeptuaginta ſeptem cum ingenti „ approbatione hominum in Senatum lectis „ extemplo magiſtratu ſe abdicavit; quibus ex verbis apparet, qui curulem magiſtratum geſſerant, iis prælatos, qui plebejum; hos vero iis, qui egregie ſe in bello geſſiſſent; tertia fuit ſive Gracchi, ſive Druſi; quarta Syllæ Dictatoris, qui Senatum ex Equitibus eo, quo dixi, modo ſuppleverunt; quinta Cæſaris Dictatoris, qui, ut ait Suetonius: „ Civitate donatos, & quoſdam è ſemibarba„ ris Gallorum; ut Dio: milites, & liberti„ norum filios recepit in curiam; ſexta Triumvirum Reipublicæ conſtituendæ, qui L. Marcio, C. Sabino Coſs. „ non ſocios ſolum, ac „ milites, & libertinorum filios, ſed ſervos „ etiam ipſos, teſte Dione: in Senatum ſu„ ſceperunt; ſeptima Auguſti Cæſaris, de qua alibi dicendum.

Inſi-

plebem, reductori plebis Romanæ in Urbem, ſumptus funeri defuit, quem extulit plebs ſextantibus collatis in capita. Idem acciderat P. Valerio Publicolæ; nam & is omnium conſenſu princeps belli, paciſque artibus, non tam Senator, quam qui fuerat quater COS., terque triumphaverat, exiguis adeo copiis familiaribus fuit, ut pariter ſumptus funeri deeſſet, & de publico fuerit elatus. Alia hujuſmodi Patriciorum, Senatorumque, atque clariſſimorum virorum exempla Romana videat, qui cupit, apud Val. Max. lib. 4. cap. 4.

(8) Vigeſimumquartum vult *Lipſ.* in Tacit. lib. 3. cum Tiberius anno ætatis ſuæ undeviceſimo Quæſturam geſſerit, quinquennio ante legitimam ætatem; unde Senatoria ætas annus vigeſimuſquintus.

(*) *Corrige* adlectum. *Latinius*.

(9) Videtur hic *Populus* Romanus non aliâ ratione ad Senatum Cives evexiſſe, quam per honores, ſeu magiſtratus. Sed Paulus Manutius, quem ſecutus eſt Gravina, etiam à Populo præterquam à Regibus, & Conſulibus probat, antequam Cenſoribus id jus datum eſſet, lectos Senatores fuiſſe ex Livio in Oratione Canulejı lib. 4: *per cooptationem in patres habetis, aut ab Regibus lecti, aut poſt Reges exactos juſſu populi.* Item ex Cic. pro Pub. Sext.: *Majores noſtri cum Regiam poteſtatem non tuliſſent, ita magiſtratus annuos creaverunt, ut conſilium Senatus Reipublicæ præponerent ſempiternum; deligerentur autem in id conſilium ab univerſo populo.*

(10) Feſtus hac de re prodit hæc: *Præteriti Senatores quondam in opprobrio non erant, quod ut Reges ſibi legebant, ſublegebantque qui in conſilio publico haberent, ita poſt exactos eos Conſules, quoque & Tribuni militum conſulari poteſtate conjunctiſſimos ſibi quoſque patriciorum, & deinde plebejorum legebant: donec poteſtas tribunitia intervenit, qua ſancitum eſt, ut cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatu legerent, quo factum eſt, ut qui præteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi.*

Inſigne autem Senatorum fuit tunica lati clavi, qua ab Equitibus ſunt ſeparati; cujus rei exemplia veiera abundant monumenta. Plinius lib. XXXIII. „ Annuli diſtinxere alterum ordinem à plebe, ut ſemel cœperunt „ eſſe celebres, ſicut tunica ab annulis Senatum tantùm. Svetonius in Auguſto: Sumenti virilem togam tunica lati clavi reſuta ex utraque parte ad pedes decidit; „ fuerunt, qui interpretarentur, non aliud „ ſignificare, quam quod is ordo, cujus inſigne id eſſet, quandoque ei ſubjiceretur; id eſt, ordo ſenatorius; & in Tiberio: „ Senatori latum clavum ademit, quumcognoviſſet ſub K. Julii demigraſſe in hortos, „ quo vilius poſt diem ædes in urbe conduceret. Latus vero clavus dictus eſt, teſte Feſto, à latitudine clavorum; unde Varro de lingua Latina: „ Si quis tunicam in uſu „ ita conſuit, ut altera plagula ſit anguſtis „ clavis, altera latis.

Quæſtum porro omnem in Senatore indecorum fuiſſe refert Livius, ubi anno urbis conditæ DXXXV. Ti. Sempronio, P. Cornelio Coſs. legem à Q. Claudio Tribuno plebis latam ſcribit: „ Ne quis Senator, quive Senatoris pater fuiſſet, maritimam navem, „ quæ plus, quam trecentarum amphorarum „ eſſet, haberet. Id ſatis viſum ad fructus „ ex agris vectandos; quæſtum omnem patribus indecorum eſſe, viſum. Quo ſpectans Cicero in VII. in Verrem dixit: „ Noli „ metuere Hortenſi, ne quæram, qui licuerit „ navem ædificare Senatori; antiquæ ſunt iſtæ „ leges & mortuæ, quemadmodum tu ſoles „ dicere, quæ vetant; fuit iſta Reſpublica „ quondam; fuit iſta ſeveritas in judiciis, ut „ iſtam rem accuſator in magnis criminibus „ objiciendam putaret.

Senatores autem in petendis honoribus fuiſſe occupatos, unde multa ornamenta domi, foriſque peperesint, indicat in Cluentiana Cicero, dum ita agit: „ Iniquum eſſe, „ eos, qui honorum ornamenta propter periculorum multitudinem prætermiſiſſent, „ populi beneficiis eſſe privatos, judiciorum „ novorum periculis non carere. Senatorem „ hoc queri non poſſe, propterea quod ea „ conditione propoſita petere cœpiſſet; quodque permulta eſſent ornamenta, quibus „ eam mitigare moleſtiam poſſet, locus, auctoritas, domi ſplendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, toga prætexta, „ ſella curulis, inſignia, faſces, exercitus, „ imperia, provinciæ; & pro Poſtumo: „ Delectat ampliſſimus civitatis gradus, ſella „ curulis, faſces, imperia, triumphi, denique imago ipſa ad poſteritatis memoriam „ prodita. Quæ quidem Senatorum eſſe ornamenta dicimus, non ut in Senatum veniunt, ſed ut honores ceperunt, à quibus reliqui ordines abſtinuerunt.

Neque vero illud hoc loco prætereundum eſt, qui in Senatum venirent, non omnes Senatores fuiſſe, verum eos duntaxat Senatores appellatos, qui à cenſoribus, aut ab iis, qui jus Senatus legendi haberent, lecti eſſent; alios enim fuiſſe Senatores, alios eo gradu, ut in Senatu ſententiæ dicendæ jus haberent. Hi vero erant, qui magiſtratibus functi in Senatum venire, & ſententiam dicere poteſſant, Senatores tamen à cenſoribus lecti

A non erant; de quibus in hunc modum ſcribit ex Varronis ſententia Gellius: „ Varro in „ ſatyra Mænippea equites quoſdam dicit pedarios appellatos, videturque eos ſignificare, qui nondum à cenſoribus in Senatum „ lecti, Senatores quidem non erant, ſed „ quia honoribus populi uſi quidem erant, in „ Senatum veniebant, & ſententiæ jus habebant. Nam & curulibus magiſtratibus functi, qui nondum à cenſoribus lecti erant, „ Senatores non erant; & quia in poſtremis „ ſcripti erant, non rogabantur ſententias, „ ſed quas principes dixerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc „ quoque Conſules, cum Senatores in cu-

B riam vocant, ſervandæ conſuetudinis cauſſa, tranſlatitio utuntur; verba edicti hæc „ ſunt: Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licet. Hujus vero edicti meminit etiam Livius lib. XXIII. „ Conſules, inquit, „ edixerunt, quoties Senatum vocaſſent, uti Senatores, quibuſque in Senatu „ ſententiam dicere liceret, ad portam Capenam convenirent; & alibi: P. Cornelius „ Conſul edixit, qui Senatores eſſent, quibuſque in Senatu ſententiam dicere liceret, „ ne quis eorum ab urbe abiret. Hunc autem, credo, etiam morem reſpexit, cum dixit de Salinatore: „ A Cenſoribus coactum in „ Senatum venire; ſed tum aut verbo aſſen-

C tiebatur, aut pedibus in aliorum ſententiam ibat. Quanquam Gellius eodem in loco pedarios Senatores dictos ab aliis ſubjicit; „ qui non ſententiam in Senatu dicerent, ſed „ ab aliis dictam moventes ſe loco adprobarent; ab aliis, qui curules magiſtratus nondum geſſiſſent, unde in curiam non curru, „ ut ceteri, veherentur, ſed pedibus irent. Feſtus autem edici ſolere ait: „ Ut Senatores „ adſint, quibuſque in Senatu Sententiam „ dicere licet; quia ii, qui poſt luſtrum ex „ junioribus magiſtratum ceperunt, & in Senatu ſententiam dicunt, & non vocantur „ Senatores, antequam in ſenioribus ſunt „ cenſi; quos credo etiam intellexit Cicero

D in Cluentiana, cum dixit: „ Cluentius Eques „ Romanus cauſſam dicit, qua lege Senatores, & ii, qui magiſtratum habuerunt, „ ſoli tenentur.

Fuiſſe etiam Tribunos plebis ſine lectione cenſoria Senatores poſt Atinium plebiſcitum exiſtimo, cujus meminit Gellius lib. XIV. ita ex Capitone: „ Tribunis plebis Senatus „ habendi jus erat; quanquam Senatores non „ eſſent ante Atinium plebiſcitum. Hunc vero C. Atinium Labeonem Tribunum plebis opinor fuiſſe, qui eum timeret, ne à ſequentibus Cenſoribus in Senatu legendo præteriretur, quod Q. Metellum Macedonicum cenſorem à quo præteritus fuerat, de ſaxo Tar-

E pejo dejici juſſerat, eam rogationem tulerit in Tribunatu, ut vi ipſa geſti Tribunatus, non Cenſoris beneficio Senator eſſet. Unde ſcribit Livius lib. XLV. „ Cn. Trebellium „ Tribunum plebis petitioni Cenſorum, quia „ lectus in Senatum non fuerat, interceſſiſſe.

Hactenus de Senatoribus. Senatus autem cognitionem, atque auctoritatem qui requirit, is quid libro VI. Polybius ſcribat, attendat; neque enim nos Senatus nunc, ſed Senatorum, jura quærimus. (51)

CAP.

(51) Jura Senatus hæc communiter a Scriptoribus traduntur; omnis ærarii, publicæque pecu-

nia

CAP. III.

De Equitibus Romanis.

UT autem Senatores à Romulo, ſic Equi-
tes etiam inſtituti ſunt. Docet hoc Dio-
nyſius, cum ſcribit: „ Romulus cum Sena-
„ tum ex viris natu grandioribus centum
„ conſtituiſſet, intelligeretque ſe armata ju-
„ ventute ad corporis cuſtodiam, & ad ea,
„ quæ inſtarent, opera indigere, trecentos
„ viros, quos ex clariſſimis familiis robore
„ præſtantiſſimos ſelegit, eoſque à curiis eo-
„ dem modo, quo Senatores, declarandos
„ curavit, ex ſingulis curiis denos circa ſe
„ perpetuo habuit. Celeres (*) autem dicti
„ ſunt, vel à celeritatis officio, vel, ut An-
„ tias prodidit, à duce Romuli Celere, qui
„ his tribus centuriis præpoſitus eſt. In bel-
„ lis autem ſæpe ſtrenue ſe geſſerunt, cum
„ primi prælium inirent, ultimi confecto
„ prælio excederent, & modo equis, modo
„ pedibus, prout loci natura dabat, pugna-
„ rent; docet etiam, ſed aliquanto brevius
Livius: „ Trecentos Romulus, inquit, arma-
„ tos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres
„ nominavit, non in bello ſolum, ſed etiam
„ in pace habuit. Eoſdem autem poſt à Nu-
ma, teſte Plutarcho, ſublatos alii reſtituiſſe
reges videntur; ſiquidem L. Brutus L. Super-
bo regi præfectus Celerum fuiſſe traditur.
Hos autem Flexumines poſtea, inde Troſſu-
los, tum Equites dictos invenio apud Feſtum,
& Plinium. Verba Feſti hæc ſunt: „ Celeres
„ antiqui dixerunt, quos nunc Equites dici-
„ mus, à Celere interfectore Remi, qui ini-
„ tio à Romulo iis præpoſitus fuit, qui pri-
„ mitus electi fuerunt ex ſingulis curiis deni,
„ ideoque omnino trecenti fuere; & alio lo-
co: „ Troſſuli Equites dicti, quod oppidum
„ Tuſcorum Troſſulum ſine opera peditum
„ ceperint; Plinii vero lib. XXXIII. Equi-
„ tum nomen ſæpe variatum eſt in iis quo-
„ que, qui ad equitatum trahebantur. Cele-
„ res ſub Romulo, regibuſque appellati ſunt,
„ deinde Flexumines, poſtea Troſſuli, cum
„ oppidum in Tuſcis citra Volſinios paſſuum
„ novem millia ſine ullo peditum adjumento
„ cepiſſent ejus vocabuli; idque duravit
„ ultra C. Gracchum. Junius certe, qui ab
„ amicitia ejus Gracchanus appellatus eſt,
„ ſcriptum reliquit his verbis: Quod ad
„ Equeſtrem ordinem attinet, antea Troſſu-
A „ los vocabant, nunc Equites vocant, ideo
„ quia non intelligunt Troſſulos nomen,
„ quid valeat, multos pudet eo nomine ap-
„ pellari, & cauſſam, quæ ſupra indicata
„ eſt, exponit, invitoſque etiamnum tamen
„ Troſſulos vocari. Hæc Plinius.

Hæc ergo ſunt ordinis Equeſtris, qui Se-
natorio oppoſitus eſt, primordia, hæc fun-
damenta; cujus ab initio exiguæ opes, ac co-
piæ adeo poſtremo creverunt, ut cum Sena-
toribus, & cum plebe non contenderint ſo-
lum, ſed acerbas etiam inimicitias exercue-
rint. Rara autem eorum mentio eſt ſub regi-
bus. Livius tantum Priſco regnante loca in
circo Patribus, Equitibuſque diviſa ſcribit.
B Zonaras Superbum pleroſque Patrum, atque
Equeſtris ordinis ſuſtuliſſe prodit. Liberata
autem regno Republica hujus ordinis memo-
riam uſurpari à Livio video, cum primores
Equeſtris ordinis à Bruto Coſ. in Senatum
lectos ſcribit; itemque à Dionyſio, cum in
deſcribenda conjuratione, quæ Ser. Sulpicio,
M. Tullio Coſs. facta eſt, anno poſt reges
exactos decimo, Senatoribus, & Equitibus à
Conſule negotium cuſtodiendarum urbis par-
tium datum tradit; & iterum à Livio, M.
Papirio, C. Nautio Coſs. anno CCCXLII.,
cum ſcribit: „ Non plus ſingulis Senatoribus
„ in legationes inventis coactos eſſe binos
„ Equites adjicere. Inde Equitum in bello
C crebra mentio, in civitate, niſi poſt Grac-
chorum tempora, rara.

De quibus antequam dicam, illud, quod
hujus quæſtionis caput eſt, proponendum vi-
detur, Equites, & equeſtrem ordinem Romæ
duobus modis eſſe acceptum; uno, quo, ut
diximus, Equites Senatoribus in civitate;
altero, quo peditibus in acie opponuntur.
Utraque autem diviſio à Romulo in Rempu-
blicam illata eſt. Idem enim, cum legionem
conſtituiſſet ex tribus peditum millibus, le-
gioni Equites trecentos adjecit, auctore Plu-
tarcho. Hos autem Equites nihil aliud fuiſſe
apparet, quam tres illas Equitum centurias
ab eodem conſcriptas Ramnenſium, Tatien-
D ſium, & Luceium, quas poſt auctas ſub iiſdem
nominibus à Priſco Rege, & ſex factis Li-
vius, Dionyſius, & Feſtus prodidere. Itaque
huc intuens Valerius dixit: „ Priſcum Re-
„ gem Senatum auxiſſe, & ordinem eque-
„ ſtrem uberiorem reliquiſſe; quaſi vero Priſ-
cus Equitum, qui Senatui opponuntur,
non qui peditatui, numerum auxerit, cum
inter utrumque genus plurimum interfuerit.

Nam

nis in diſpenſando poteſtas: fœderum cogni-
tio: publicarum per Italiam controverſiarum
deciſio: Imperiorum, provinciarumque pro-
rogatio. Item provinciarum adminiſtratio.
Omnia demum, quæ è Republica eſſe cogno-
viſſet, præter legum lationem, magiſtratuum
creationem, belli, paciſque arbitrium. Om-
nium autem ejus jurium ita erat poteſtas,
niſi vel Tribuni Plebis interceſſiſſent, vel Po-
pulus à magiſtratu calatus, aliud juſſiſſet.
Super omnia autem effertus illud maximum
Senatuſconſultum: *dent operam Conſules, Præ-
tores, Tribuni plebis, quique Proconſules ſunt
ad Urbem, ne quid Reſpublica detrimenti capiat*.
Quo Senatuſconſulto omnis poteſtas magi-
ſtratibus dabatur: exercitum parare, bellum
gerere, coercere omnibus modis ſocios, at-
que cives, domi, militiæque ſummum im-
perium, ac judicium ſummum habere: Sa-
luſt. in Catil. Primum ſane hujuſmodi S C.
in conjuratione Manliana inventum. Ita
enim Livius lib. 6.: *Inde de Regno agendi or-
tum initium dicitur: ſed nec cum quibus, nec
quem ad finem conſilia pervenerint, ſat planum
traditur. At in altera parte Senatus de ſeceſſio-
ne in domum privatam plebis, forte etiam in
arce poſitam, & imminenti mole libertati agitat.
Magna pars vociferantur, Servilio Hala opus eſſe,*
E *qui non in vincula duci jubendo irritet publicum
hoſtem, ſed unius jactura civis finiat inteſtinum
bellum. Decurritur ad leniorem verbis ſenten-
tiam, vim tamen eandem habentem: ut videant
Magiſtratus, ne quid ex perniciosis conſiliis M.
Manlii Reſpublica detrimenti capiat*.

(*) Scribit *celeres* dictos equites vel a celeritatis
officio, vel a duce Romuli Celere, qui his
tribus centuriis equitum præpoſitus fuerit;
quod falſum. Eſt *celer* a Græco κέλης, pro quo
dixerunt Æoles κέλης [illegible] vero dicebàn-
tur, qui in ludis equeſtribus certabant, non
bigis aut quadrigis, ſed equo ſingulari. Hinc
equites ſingulares dicti ſunt κέλητες, *celeres*.
Latine, ut docuit Salmaſius in exercitatio-
nibus Plinianis, & ante illum Anglus Cani-
nius in Helleniſmo. *Grævius*.

Nam Senator merere equo potuit, Senator A
autem Eques eſſe Romanus, ubi in Senatum
erat aſcitus, deſiit. Neque tamen nego, quin
& hoc & illud Equitum genus bella frequen-
tarit, ſed hoc dico, longe alia decora illo-
rum Equitum, quam horum & militiæ, &
domi fuiſſe. Unde autem diſtinguerentur, nos
in magna vetuſtatis obſcuritate quæramus.
Mihi quidem veterum, quos poſt nominabo,
auctoritate ita perſuaſum eſt, Equites alios
equo publico meruiſſe, alios privato; illos
autem in civitate Senatoribus, hos in exerci
tu peditibus reſpondiſſe; utroſque autem, aut
Regum, aut Conſulum, aut Cenſorum, aut
denique eorum, qui cenſendi jus haberent,
arbitrio fuiſſe ſubjectos, ut ex cenſu, & æta- B
te, quemadmodum pedites, legerentur. Quod
ipſum Ciceronem video docuiſſe, cum in III.
de legibus ita ſcivit: „ Cenſores pecunias,
„ ævitates, ordines partiunto; equitum, pe-
„ ditumque prolem deſcribunto; ordines
enim cum dixit, Senatum, plebem, & Equi-
tes equo publico intellexit; cum „ peditum,
„ equitumque prolem, qui privato equo,
quique pedibus ſtipendia facerent, ſignifica-
vit. De utroque autem genere præclare Li-
vius hoc modo: „ Clades ad Vejos accepta
„ Romam nunciata Senatui curam, metum-
„ que injecit, ne tum vero ſuſtineri, nec in
„ urbe ſeditio, nec in caſtris poſſet, cum re-
„ pente quibus cenſus equeſter erat, equi C
„ publici non erant aſſignati, Senatum
„ adeunt, & equis ſe ſuis ſtipendia facturos
„ promittunt; quibus cum ampliſſimis verbis
„ gratiæ eſſent actæ, ſubito ad curiam con-
„ curſus fit plebis; pedeſtris ordinis ſe ajunt
„ nunc eſſe, operamque extra ordinem Rei-
„ publicæ polliceri, Patres laudare Equites,
„ laudare plebem, victam eſſe fateri comita
„ tem Senatus. Gratiæ peditibus, equitibuſ-
„ que actæ. Placuit omnibus his volunta
„ riam extra ordinem militiam profeſſis æra
„ procedere; & equiti certus numerus æris
„ aſſignatus; tum primum equis merere equi-
„ tes cœperunt. Fuiſſe autem equites aliquot,
qui Equites equo publico dicerentur, teſtis D
eſt Cicero in VI. Philip. „ Altera ſtatua eſt,
inquit, „ Equitum Romanum equo publico,
„ qui item aſcribunt: PATRONO; quem
„ unquam patronum iſte ordo adoptavit? ſi
„ quendam, me debuit; quibus verbis nos
admonet, ordinem illum equeſtrem, quem
ipſe in conſulatu ſuo in gratiam cum Senatu
reduxerat, ex iis equitibus fuiſſe, qui equo
publico fuerunt, & dicti ſunt. Quos Equi-
tes Aſconius in Divinationem Equites Roma-
nos militares appellavit, cum dixit, populum
Romanum Sulla victore judicandi jure ſpo-
liatum, quod habuit per Equites Romanos
militares; unde Plinius equum publicum
equum militarem vocavit, cum de hoc ordi- E
ne verba faceret. „ Annuli, inquit, plane
„ medium ordinem, tertiumque plebi, &
„ patribus inſerviere; & quod antea milita-
„ res equi nomen dederant, hoc nunc pecu-
„ niæ judices tribuunt. Item: Equitum no-
„ men ſubſtitit in turmis equorum publico-
„ rum; intelligit enim equites primum ab
equis publicis, poſt à cenſu Judices dictos.
Non omnes autem, qui equo mererent, ex
hoc ordine fuiſſe, oſtendit in prima Philippi-
ca Cicero, qui in legem Antonii, qua cen-
turiones in tertiam judicum decuriam conji-
ciebat, ita diſputat: „ At quæ eſt iſta decu-
„ ria judicum? centurionum, inquit, quid?
„ iſti ordini judicatus lege Julia, etiam ante
„ Pompeja, Aurelia non patebat? cenſus præ-
„ finiebatur: inquit; non centurioni quidem
„ ſolum, ſed etiam equiti Romano. Itaque
„ viri honeſtiſſimi, atque fortiſſimi, qui or-
„ dines duxerunt, res & judicant, & judica-
„ verunt; non quæro, inquit, iſtos; quicun-
„ que ordinem duxit, judicet. Atqui ſi fer-
„ retis, quicunque equo meruiſſet, quod eſt
„ laudatius, nemini probaretis; in judice
„ enim ſpectari & fortuna debet, & dignitas.
Hæc ille; quibus ſatis perſpicue demonſtrat,
non quicunque equo mereret, equeſtrem or-
dinem expleviſſe; nam equeſter ordo alteram
judicum decuriam obtinebat; cui tertiam
centurionum cum addere Antonius vellet,
inquit Cicero: „ Atqui ſi ferretis, ut qui-
„ cunque equo meruiſſet, nemini probaretis;
quod hercle non dixiſſet, ſi quicunque equo
mereret, judicia obtinuiſſet; oſtendit idem
Valerius, qui bello Punico II. „ quadringen-
„ tos juvenes equeſtris ordinis magnam par-
„ tem equis publicis ſpoliatos ſcribit, cum
tamen qui equo mererent, iis temporibus in-
numeri eſſent. Erant igitur Equites Romani,
de quibus nunc diſputamus, non quicunque
equo mererent, ſed qui publico & militari;
quem equum eis à cenſore aſſignatum inve-
nio; ſic enim Livius libro XXXIX. „ S. C.
„ factum, ut Tribuni plebis ferrent, ut P.
„ Æbutio, cujus pater equo publico merue-
„ rat, emerita ſtipendia eſſent, ne invitus
„ militaret, neve cenſor ei equum publicum
„ aſſignaret. Quid autem fuerit equus publi-
cus, parum compertum eſt. Varro in libris
de lingua Latina *equum publicum mille aſſarium*
vocat; quibus verbis ſtipendium fortaſſe ali-
quod vel alendi, vel emendi equi cauſſa de
publico conſtitutum ſignificat. (*) Fuiſſe autem
& hos in centurias diviſos, oſtendit Cicero
in Philippica ſeptima; qui cum in ſexta di-
xiſſet: „ Triginta quinque tribus, Equites
„ Romanos equo publico, & Tribunos mili-
„ tares L. Antonium patronum aſcripſiſſe,
repetit ita in ſeptima: „ Sed, ut video, do-
„ minabitur; Lucius eſt enim patronus XXXV.
„ tribuum, patronus centuriarum Equitum,
„ patronus eorum, qui Tribuni militares fue-
„ runt. Atque ex his quidem puto ſatis in-
telligi poſſe, qui fuerint Equites Romani illi,
quos quærimus.

Ut autem Senatores, ſic etiam Equites
à Cenſoribus lectos eſſe invenio, eoſque ex
utroque genere familiarum, patriciis, & ple-
bejis; primum enim C. Claudium Neronem
patricium, & M. Livium Salinatorem plebe-
jum equum publicum habuiſſe, teſtis eſt in
eorum

(*) Quid ſit equus publicus, jam ſatis notum eſt, nimirum qui dabatur à cenſore ei qui erat equeſtri loco natus, quique haberet cenſum equeſtrem, ſi cenſoribus placeret ut mereret in turmis legionariis Romanorum equitum, cuique ad alendum illum equum erat aſſignatum ſtipendium. Quantum fuerit illud, & quomodo hic locus Varronis cum Livio, qui videtur longe grandius ſtipendium equeſtri conſtituere, ſit in concordia redigendus, contra Lipſii & Salmaſii ſententiam veriſſime docuit Schelius, in illa diſſertatione de ſtipendio militari, quam ſuperius laudavi. Verba eorum apponi, niſi totum librum conſtituiſſem edere in illo tomo, in quo agetur de re militari Romanorum. *Grævius.*

A eorum cenſura Livius; deinde vero, quod multo certius eſt, Ser. Sulpicii Rufi patrem, virum patricium equeſtri loco natum ſcribit Cicero in defenſione Murenæ. (12)

Præterea ut Senatores ex cenſu legebantur, ſic etiam Equites. Fuit autem equeſtris cenſus, quantum ex veteribus monumentis ſuſpicari licet, Senatorio minor, nimirum ſeſtertium quadringentorum millium. Cenſum autem equeſtrem jam inde à primis etiam Reipublicæ temporibus celebratum, nemo eſt, qui revocare in dubium poſſit, qui Livium bello Vejenti ſcribentem meminerit: „ Repente quibus cenſus equeſter erat, equi publici non erant aſſignati, Senatum adiiſſe, „ & equis ſe ſuis ſtipendia facturos dixiſſe. B Quod idem memoria ſua factum Cicero innuit libro nono epiſtolarum, cum ait: „ Res „ familiaris alteri exigua eſt, alteri vix equeſtris. Quadringenta porro millia equites eſſe cenſos ante initum civile bellum Svetonius teſtis eſt, apud quem ita legimus de Cæſare ad Rubiconem exercitum alloquente „ Exiſtimatur etiam equeſtres cenſus pollicitus ſingulis; quod accidit opinione falſa. „ Nam cum in alloquendo, exhortandoque ſæpius digitum lævæ manus oſtentans affirmaret, ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per „ quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, annulum quoque æquo animo detracturum „ ſibi, extrema concio, cui facilius erat vi- C „ dere concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod viſu ſuſpicabatur, promiſſumque jus annulorum cum millibus „ quadringentis dixit. Quod idem Auguſto etiam imperante ſervatum Horatius in prima epiſtola indicat, qui fuit ejus æqualis, cum dixit:

Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt,
Plebs eris.

Ad hæc vero ut per cenſum equeſtrem ordinem impetrabant equeſtrem, ſic eoſdem conſumpto patrimonio equeſtris dignitatis inſignia perdidiſſe, licet ſuſpicari. Huc autem, credo, reſpexit Cicero in Sextiana, cum di- D xit de quodam luxurioſo: „ Equeſtris ordi„ nis nomen retinet, ornamenta confecit; & Svetonius, cum in hunc modum ſcripſit: „ Cum plerique equitum attrito bellis civili„ bus patrimonio ſpectare ludos è XIV. non „ auderent metu pœnæ theatralis, Auguſtus „ pronunciavit, non teneri ea, quibus ipſis, „ parentibuſve equeſter cenſus unquam fuiſſet.

Jam vero ut Senatores non niſi ex iis fere, qui magiſtratus geſſiſſent, legebantur, ſic contra Equites magiſtratus non capiebant; ubi vero cepiſſent, Equites eſſe, aut vocari deſinebant. Id quod, ut multa alia, egregie Cicero in Cluentiana oſtendit his verbis: „ Converte te nunc ad equeſtrem ordinem, „ atque in ceteros ordines; eaſdem vitæ con„ ditiones, quas Senatores, non perferent; „ putant enim minus multos ſibi laqueos le„ gum, & conditionum, ac judiciorum pro„ poſitos eſſe oportere, qui in ſummum lo„ cum civitatis aut non potuerunt aſcende„ re, aut non petiverunt; & de equitibus quibuſdam paulo poſt: „ Cum palam dice„ rent, ſe potuiſſe judicio populi Romani in „ ampliſſimum locum pervenire, ſi ſua ſtu„ dia ad honores petendos conferre voluiſ„ ſent, ſeſe vidiſſe in vita ſenatoria, qualia „ ſplendor ineſſet, quanta ornamenta, quæ „ dignitas, quæ ſe non contempſiſſe, ſed „ ordine ſuo patrumque ſuorum contentos „ fuiſſe; & vitam illam tranquillam, & quie„ tam, remotam à procellis invidiarum, & „ hujuſmodi judiciorum anfractu, ſequi ma„ luiſſe; aut ſibi ad honores petendos ætatem „ integram reſtitui oportere, aut, quoniam „ id non poſſet, eam conditionem vitæ, quam „ ſequuti petitionem reliquiſſent, manere; „ iniquum eſſe, eos, qui honorum ornamenta „ propter periculorum multitudinem præter„ miſiſſent, populi beneficiis eſſe privatos, „ judiciorum novorum periculis non carere; „ Senatorem hoc queri non poſſe; propterea „ quod ea conditione propoſita petere cœpiſ„ ſent; quodque permulta eſſent ornamenta, „ quibus eam mitigare moleſtiam poſſet, lo„ cus, auctoritas, domi ſplendor, apud ex„ teras

(12) Cum Populus Romanus in duas partes divideretur, in Patres, & plebem: ita quæque pars duas habuit diſtinctiones. Patres, ſeu Patricii, alii Senatores, alii non Senatores: plebes alii equites, alii pedites. Pedites autem numeroſiores, quod eſſet maximum populi corpus. Hi autem ordines, ut in parentibus erant, ita in progenies transmittebantur, niſi forte lectione, aut alia ratione ordinem mutarent. Cum itaque Senatores, & patricii equitibus dignitate anteirent, ita equo militabant. Et docuimus ex Livio ſuperiore capite rem ſingularem fuiſſe habitam, L. Tarquitium patriciæ gentis, à L. Quinctio Cincinnato Dictatore magiſtrum equitum dictum, pedibus propter paupertatem ſtipendia feciſſe. Item equites ad Lacum Regillum equis deſcenſi, ut Latinos percellerent, primores Romanæ juventutis à Liv. lib. 2. E appellantur. Igitur patricii, cum delectus habebantur, equo militaturi ſcribebantur, niſi ſi quis pedibus militare vellet. Primi equites ſcripti trecenti auſpicato in tribus centuriis à Romulo: addit Dionyſius ex illuſtriſſimis familiis. Tullus ex Albanis in urbem traductis decem addidit turmas. Mille trecentos ſervatis centuriis Romuli conſtituit Priſcus. Demum Servius cenſu inſtituto duodecim centurias equitum ex primoribus civitatis ſcripſit: ſex item alias centurias primis ab Romulo inſtitutis ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit. His autem equitibus equus publicus aſſignabatur, ſeu, ut ait Livius: *Ad equos emendos dena millia æris ex publico data: & quibus equos alerent viduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent.* Cenſeo igitur equites ſcriptos ſive ex patribus, ſive ex plebe, quibus equus publicus, cum videretur, attribuendus eſſet: nam non omnibus, qui in centuriis deſcripti erant, equus publicus aſſignabatur. In exercitu equo militaſſe etiam qui non ex illis centuriis eſſent: & maxime procedente tempore. Ceterum patricios equeſtri ordine non indiguiſſe quod ſupra eſſent: plebei equites ſcripti equeſtrem ordinem in ſua progenie conſtituiſſe, qui etiam cenſu identidem amplificabatur. Igitur & Patricii & equites cum equo publico, vel privato, ſi publicus datus non fuiſſet, niſi qui pedibus militare voluiſſent, militabant, quorum in bello idem miniſterium: in civitate equites primores ex plebe. Placet quæ de ludis Romanis Dionyſius exponit: *Antequam ludi committerentur, viri quorum maxima erat poteſtas* (hos dico patricios) *pompam Diis à Capitolio per forum in circum maximum ducebant: & in ea pompa primi erant eorum filii pubertati proximi, & qui per ætatem pompæ intereſſe poterant, equis invecti, quorum patres erant ordinis equeſtris, ceteri pedibus, qui in pedeſtri militia erant militaturi, diſtincti in alas, & centurias, & claſſes, & ordines, ut appareret hoſpitibus urbana juventus, quæ ad virilem ætatem erat perventura, atque illi viderent quam numeroſa, & formoſa eſſet.*

„ teras nationes nomen, & gratia, toga
„ prætexta, ſella curulis, inſignia, faſces,
„ exercitus, imperia, provinciæ. Hæc Cice-
ro. Quam ſententiam ſequutus item Corne-
lius Nepos dixit de Attico: „ Is contemptis
„ honoribus, quos facillime conſequi potuiſ-
„ ſet, perpetuo acceptam à majoribus digni-
„ tatem equeſtrem obtinuit; & Svetonius de
Octaviano: „ Duplex Octaviorum familia;
„ alii functi ſunt ſummis honoribus; alii in
„ equeſtri ordine conſtitere uſque ad Augu-
„ ſti patrem; ipſe Auguſtus ſe nihil amplius,
„ quam equeſtri familia ortum ſcribit, in
„ qua & primus Senator pater ſuus fuerit;
& de Sulpitio Cicero in oratione pro Murena:
„ Tua nobilitas Sulpici hominibus literatis
„ notior, populo obſcurior eſt; pater enim
„ fuit equeſtri loco, avus nulla illuſtri laude
„ celebratus. Quare ego te ſemper in no
„ ſtrum numerum aggregare ſoleo, quod
„ virtute, induſtriaque perfeciſti, ut cum
„ Equitis Romani eſſes filius, ſumma tamen
„ amplitudine dignus viderere. Hoc vero in
genere fuit etiam Cicero; nam pater, & ma-
jores ejus equeſtri tantom dignitate contenti
fuerunt, honores nullos ceperunt, ut ipſe
ſæpe teſtatur. Quid plura? Hoc ſenſit Velle-
jus, cum dixit: „ Vinicium Calibus ortum,
„ patre, atque avo conſularibus, cetera eque-
„ ſtri familia fuiſſe; nimirum equeſtrem ap-
pellans familiam, in qua nulli honores exti-
terant. Veterem autem equitem vocarunt,
cujus majores equites fuerant; ut in Plancia
na: „ Cum ſit Cn. Plancius Eques Romanus
„ ea primum vetuſtate equeſtris ordinis, ut
„ pater, ut avus, ut majores ejus omnes
„ Equites Romani fuerunt, deinde ut ipſe
„ in legionibus P. Craſſi imperatoris inter
„ ornatiſſimos homines Equites Romanos ſum
„ mo ſplendore fuerit.

Quod autem dixi, magiſtratu capto equi-
tes eſſe deſiiſſe, id refelli exemplis multis vi-
detur poſſe, ſed maxime Neronis, & Salina-
toris Cenſorum, & Pompeji Magni Conſulis,
quos in iis magiſtratibus equum publicum
habuiſſe legimus; ſcribit enim ita Livius:
„ Equitum deinde cenſus actus eſt, & forte
„ ambo Cenſores equum publicum habebant.
„ Itaque Nero Livium, Livius Neronem
„ equum vendere juſſit; & Valerius de iiſdem:
„ Cum equitum centurias recognoſcerent, &
„ ipſi propter robur ætatis etiamnum eorum
„ è numero eſſent, alter alterum equum ven-
„ dere juſſit. Pompejum autem narrat Plu-
tarchus, cum primum Conſul eſſet, ad cen-
ſores Lentulum, & Gellium equum manu
ducentem veniſſe, atque ab iis ex ordine in-
terrogatum, legitima à ſe omnia ſtipendia ſe
imperatore confecta, reſpondiſſe. Quæ exem-
pla ita interpretari videmur poſſe, ut dica-
mus, facile evenire potuiſſe, ut aut propter
robur ætatis poſt captos magiſtratus equum
publicum tenuerint, & tamen Senatores fue-
rint; ſiquidem invenio apud Svetonium:
„ Auguſtum reddendi equi gratiam feciſſe
„ eis, qui majores annorum quinque & qua-
„ draginta eum retinere nollent; aut, quod
malim, in Senatum illi quidem, ſed jure
magiſtratus, non lectione cenſoria venerint;
nam Salinatorem diſerte ſcribit Livius à cen-
ſoribus L. Veturio, P. Licinio „ in Senatum
„ venire coactum, ſed tum aut verbo aſſen-
„ ſum, aut pedibus in aliorum ſententiam
„ eſſe profectum; recte; neque enim legiſſe

A eum poterunt, cum nullo Senatu lecto ab-
dicariat. Pompejum autem perſpicuum eſt
Conſulem factum, cum adhuc Eques Romanus
eſſet, id eſt, ut inquit Dio: *cum nondum Se-
nator eſſet*; neque vero, quanquam quæſturam
geſſerat, legi in Senatum ante conſulatum
potuit; cum per annos XVII. nulli cenſores
fuiſſent, qui Senatum legerent; neque ante
Dictatore Sylla legi propter ætatem potuiſſet.
Fuiſſe autem hoc moris ſcribit Iſidorus: „ ut
„ quanvis quis ſenatoria origine eſſet, tamen
„ uſque ad legitimos annos Eques Romanus
„ eſſet; deinde ordinem ſenatorium iniret.
Itaque & Pompejus hic Magnus Pompeji
Strabonis viri conſularis, ac triumphalis filius
B Eques tamen Romanus fuit; atque equeſtris
ordinis homines ſæpe Senatorum filios apud
Livium fuiſſe animadvertimus; & in Verrem
Cicero Cn. Calidii Equitis Romani filium Se-
natorem, & judicem nominat.

Poſtremo vero ut inſigne Senatorum,
quo ab Equitibus Romanis diſtinguerentur,
fuit latus clavus, ſic Equitum Romanorum quo
à Senatu diſcernerentur, anguſtus clavus, à
plebe, annulus aureus. De anguſto clavo
Vellejus loquens de Mæcenate Equite Roma-
no: *Quippe vixit anguſto clavo pene contentus;
nec majora conſequi non potuit, ſed non optavit.*
De annulo Plinius teſtis eſt, qui ſcripſit:
*annulos medium ordinem, tertiumque plebi in-
C ſeruiſſe, eoſdemque, ubi celebres eſſe cœperunt,
alterum ordinem à plebe diſtinxiſſe*. Idem pri-
mum veſtigium annulorum in urbe notavit
P. Sempronio, P. Sulpitio Coſs. anno CD-
XLIV. cum Cn. Flavio libertini filio ædili
curuli creato Senatus, vel, ut alii prodide-
runt, nobilitas annulos, & phaleras indigna-
tione commota depoſuit; quorum alterum
Senatorum, alterum equitum inſigne fuerit;
ſecundum notat bello Punico II., cum Anni-
bal tres modios annulorum, quos clade Can-
nenſi collegerat, Carthaginem miſit; ea quo
Plinius tum promiſcui uſus annulos fuiſſe
conjicit, quod aliter ſumma illa annulorum
confici nequiverit. At Livius Magonem Pœ-
D num eos annulos in coria Carthaginenſium
effundentem dixiſſe refert: *neminem niſi equi-
tem, atque eorum ipſorum primores aurei an-
nuli ferre inſigne*; primores autem, credo, in-
tellexit, qui equo publico militarent: hoc
tamen glorioſe ab eo dictum judicat Plinius,
qui annulos etiam ſenatoribus cum equitibus
fuiſſe communes ſcribit, ita ut ſenatores ab
equitibus tunica diſtinxerit, equites à plebe
annulus aureus; quanquam neque ſenatores
omneis Druſi tempore, ideſt, Marſico bello,
annulos geſtaſſe addit. Extat etiam in Dionis
hiſtoria XLVIII., nemini quondam Romano-
rum non libertino ſolum, ſed ne ingenuo
quidem annulis uti aureis, præterquam ſena-
E toribus, & equitibus, fuiſſe permiſſum. Annu-
los autem equitum fuiſſe ornamentum poſſum
etiam Liviano teſtimonio comprobare, qui
lib. IX. ait: *Extemplo ſine ulla publica aucto-
ritate conſeſſum in omnem formam luctus eſt.
Lati clavi, annuli aurei poſiti*; & lib. XLIII.:
*Equites in conſpectu populi aureis annulis poſitis
veſtem mutarunt.*

Cum ergo equeſtris dignitatis inſigne an-
nulus aureus eſſet, hinc factum eſt, ut is
volgo à magiſtratibus datus ſit, non ut eos,
quos donarent, Equites Romanos facerent,
quos à Cenſoribus fieri equo publico attribu-
to oſtendimus, ſed ut eos eo jure afficerent,

quo quidem eſſent, ſi lecti equites à Cenſoribus eſſent; quorum illud eſt præcipuum, ut lege Roſcia in XIV. gradibus conſiderent. Hoc pacto L. Sullam Dictatorem Q. Roſcium comœdum, C. Verrem prætorem ſcribam ſuum, Cæſarem Dictatorem D. Laberium annulo aureo donaſſe accepimus. De Laberio autem placet Svetonii verba ſubſcribere: *Ludis D. Laberius mimum ſuum egit, donatuſque quingentis HS, & annulo aureo, ſeſſum in quatuordecim è ſcena per orcheſtram tranſiit*; & Macrobii: *Cum Laberius in fine ludorum annulo aureo honoratus à Cæſare, è veſtigio in quatuordecim gradus ad ſpectandum tranſiiſſet violato ordine, & cum detractus eſſet Eques Romanus, & mimus remiſſus, ait Cicero prætereunti Laberio ſedile quærenti: Reciperem te, niſi anguſte ſederem*. Neque vero ſolum ingenui, ſed etiam libertini ſæpe aureo annulo ſunt donati, eo nimirum conſilio, ut eis non equeſtria modo ornamenta, ſed etiam ingenuorum jura ea largitione tribuerent. Unde ſcriptum reliquit Ulpianus, capite de jure annulorum aureorum, *qui tali jure affectus eſſet, eum tanquam ingenuum vivere, tanquam libertum mori; nimirum, quod patronus prætervitus adverſus ejus tabulas poſſeſſionem obtineret*. Quare cum dicat Dio, Menam Sex. Pompeji libertum poſt proditam patroni ſui claſſem annulo aureo ab Auguſto eſſe donatum, & in equitum cenſum aſcriptum, eo munere in ingenuitatem aſcitum interpretatur Svetonius, cum ſcribit: *Auguſtum neminem unquam libertinorum cœnæ adhibuiſſe, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem*. Quo de jure hæc eodem in loco Dio adjicit; Nemini quondam Romanorum non libertino ſolum, ſed ne ingenuo quidem, annulos ferre aureos, præterquam ſenatoribus, & equitibus licuiſſe; eaque de re libertinos, quos imperator voluerit, quanquam alia de cauſſa aurum gerant, honoris tamen ergo, ut qui meliorem conditionem, quam quæ libertinorum eſt, nanciſcantur, & equites fieri poſſint, annulis aureis donari.

CAP. IV.

De Publicanis.

NEque vero alienum eſt, quoniam de Equitibus Romanis dicere cœpimus, de publicanis etiam, qui Equites Romani fuerunt, pauca ſubjungere. Sic igitur ſentio; publicanorum ordinem Equitum Romanorum ordine conſtitiſſe, id eſt, publicanos nullos alios fere fuiſſe, quam equites Romanos. Hoc vero cum aliorum multorum teſtimoniis planum facere poſſum, tum maxime Plinii, qui ſcribit: *Judicum appellatione ſeparare equeſtrem ordinem, primi omnium inſtituere Gracchi, diſcordi popularitate in contumeliam Senatus; mox ea debellatâ auctoritas nominis vario ſeditionum eventu circa publicanos ſubſtitit, & aliquando tertiæ vires publicani fuerunt. M. Cicero demum ſtabilivit equeſtre nomen in conſulatu ſuo, ei Senatum concilians, ex eo ordine ſe profectum celebrans, & ejus vires peculiari popularitate quærens*; & Ciceronis in Planciana, qui ait: *Adjungam etiam, ſi vis, id quod tu etiam huic obeſſe putas, patrem publicanum; qui ordo quanto adjumento ſit in honore, quis neſcit? flos enim Equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipublicæ publicanorum ordine continetur*; & pro Poſtumo: *C. Curius princeps equeſtris ordinis, fortiſſimus, & maximus publicanus*; & pro domo: *Proximus eſt equeſter ordo; omnes omnium publicanorum ſocietates ampliſſima de me decreta fecerunt*; & Livii libro XLIII., qui inquit: *Cenſores Gracchus, & Claudius, cum equis ademptis equeſtrem ordinem offendiſſent, flammam invidiæ adjecere edicto, quo edixerunt, ne quis eorum, qui Q. Fulvio, A. Poſtumio cenſoribus publica vectigalia, aut ultro tributa conduxiſſet, ad haſtam ſuam accederet, ſociuſve, aut affinis ejus conductionis eſſet; ſæpe id querendo veteres publicani, cum impetrare nequiſſent ab Senatu, ut modum poteſtati cenſoriæ facerent, &c.* Erant ergo publicani Equites Romani fere, qui publica vectigalia populi Romani & ultro tributa, quæſtus ſui cauſſa conducebant; ex quibus alii mancipes erant, alii prædes, alii ſocii, teſte Polybio. Mancipem definit Feſtus: *quiſquis à populo aliquid emit, conducitve, quia ſublata manu ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe*; & Pædianus: *mancipes principes publicanorum* eſſe ait: *qui quæſtus ſui cauſſa exigenda à ſociis ſuo periculo exigant, & Reipublicæ repræſentent*. *Præs*, teſte Feſto, *eſt, qui populo ſe obligat, interrogatus à magiſtratu; & manceps etiam præs eſt; quia tam debet populo præſtare, quod promiſit, quam is, qui pro eo præs factus eſt; ſocii erant, qui in partem quæſtus, & jacturæ à mancipibus, & prædibus vocabantur*. Hi ergo omnes conducebant in foro à cenſoribus, quorum arbitrio hoc à Senatu mandatum muneris erat, certa ſe obligantes pecunia, quam quæſtoribus urbanis repræſentabant; unde dixit contra Rullum Cicero: *Cenſoribus vectigalia locare, niſi in conſpectu populi Romani non licet, X. viris vendere vel in ultimis terris licebit?*

De ejuſmodi vero conductione ex cenſura Catonis, & Flacci cognoſcitur apud Livium: „ Cenſores vectigalia ſummis preciis, „ ultro tributa infimis locaverunt; quas lo„cationes cum Senatus precibus, & lacry„mis publicanorum victus induci, & de in„tegro locari juſſiſſet, cenſores edicto ſum„moris ab haſta, qui ludificati priorem lo„cationem erant, omnia eadem paululum „imminutis preciis locaverunt; & ex cenſura Claudii, ac Sempronii: „ Edixerunt, ne „ quis eorum, qui Q. Fulvio, A. Poſtumio „ Cenſoribus publica vectigalia, aut ultro „ tributa conduxiſſent, ad haſtam ſuam ac„cederet. Contentione orta cum veteres pu„blicani ſe ad tribunum contuliſſent, roga„tio repente ſub unius tribuni nomine pro„mulgatur: Quæ publica vectigalia ultro „ tributa C. Claudius, & Ti. Sempronius lo„caſſent, ea rata locatio ne eſſet, de inte„gro locarentur, & ut omnibus redimendi, „ & conducendi promiſcue jus eſſet. In primis autem publicani in conducendis provinciarum vectigalibus erant occupati; quæ perinde ac Italica, ex agris, & paſcuis, & portubus publicis exigebantur. In agris enim publicis homines quidam colendi cauſſa collocati erant, qui aratores, atque agricolæ dicti decumam frumenti populo Romano dabant, in paſcuis alii, qui paſtores appellati certum ſtipendium perſolvebant, quod ſcripturam dicebant. Publicani vero, qui decumas redimebant, decumani; qui paſcua, pecuarii; qui portus, portitores; & vectigalia ipſa decumæ, ſcriptura, ac portorium vocabantur. Aratores autem, & paſtores fere cives Romani erant,

qui

A qui & ipſi quæſtum ſequuti agros publicos colebant, aut pecora alebant. Unde dixit Cicero in Verrem: „ Siciliam cives Romani
„ partim cum quæſtu, compendioque dimit-
„ tere, partim retinere, ut arare, paſcere,
„ ut negotiari libeat: ut denique ſedes, ac
„ domicilium collocare; & in Fontejana:
„ Referta eſt Gallia negotiatorum, plena ci-
„ vium Romanorum, unum ex toto negotia-
„ torum, colonorum, publicanorum, arato-
„ rum, pecuariorum numero teſtem produ-
„ cant. Item: Omnes illius provinciæ publi-
„ cani, agricolæ, pecuarii, ceteri negotiato-
„ res Fontejum defendunt; & in Verrem:
„ Pulſos aratores eſſe dico, agros vectigales
„ vexatos, atque exinanitos à Verre. Item:
„ Magni, & navi aratores agros latos & fer-
„ tiles dererent, totaſque arationes dere
„ linquerent. De decumanis vero, & pecua
riis, & portitoribus, qui ab aratoribus, & paſtoribus, & mercatoribus decumas, & ſcripturas, & portoria, quæ redemerant, exigebant, Aſconius in Divinationem: „ Mancipes
„ inquit, ſunt publicanorum principes, qui
„ quæſtus ſui cauſſe ſi decumas redimunt,
„ decumani appellantur, ſi portum, portito-
„ res, ſi paſcua publica, pecuarii, quorum
„ retio ſcriptura dicitur; & Cicero in Maniliana: „ Aſia tam fertilis eſt, ut uberiate
„ agrorum, & varietate fructuum, & magni
„ tudine paſtionis, & multitudine earum re-
C „ rum, quæ exportantur facile omnibus ter-
„ ris antecellat; & poſt: Cum hoſtium copiæ
„ non longe abſint, etiam ſi irruptio facta
„ nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agri-
„ cultura deſeritur, mercatorum navigatio
„ conquieſcit. Ita neque ex portu, neque ex
„ decumis, neque ex ſcriptura vectigal con
„ ſervari poteſt. Quare ſæpe totius anni fru-
„ ctus uno rumore periculi, atque uno belli
„ terrore amittitur; quo tandem animo eſſe
„ exiſtimatis, aut eos, qui vectigalia vobis
„ penſitant, aut eos, qui exercent, & exi
„ gunt: cum duo Reges cum maximis copiis
„ prope adſint, cum una excurſio equitatus
D „ perbrevi tempore totius anni vectigal au
„ ferre poſſit, cum publicani familias maxi
„ mas, quas in ſylvis habent, quas in agris,
„ quas in portubus, atque cuſtodiis, magno
„ periculo ſe habere arbitrentur? & in Flac
„ ci defenſione: Mirandum vero eſt homines
„ eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, no
„ men acerbitati, ſcriptura, decuma, porto
„ rium, morti libenter arripere facultatem
„ lædendi. Adde, quod Feſtus ſcripturarium
egrum definit, „ in quo ut pecora paſcantur,
„ certum eſt æs; quod publicanus ſcribendo
„ confecit rationem cum paſtore, nam pro-
„ prie ſcripturam pecuariorum rationem dici.
De paſcuis notum illud eſt Plinii: „ Etiam
E „ nunc in rebulis cenſoriis paſcua dicuntur
„ omnia, ex quibus populus redditus habet,
„ quia diu hoc ſolum vectigal fuerat; unde
Cicero contra Rullum de ſylva Scantia:
„ Utrum tandem hanc ſylvam in relictis poſ-
„ ſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis, inve-
„ niſti?

Neque vero ſolum publicani vectigalia hæc, quæ diximus, publica redimebant, ſed alia quoque præterea multa, quæ ultro tributa dicta ſunt; ut bello Punico II. quæ ad exercitum Hiſpanienſem opus eſſent, auctore Livio: „ Prodeundum in concionem Fulvio
„ Prætori eſſe, indicandaſque populo publi-
„ cas neceſſitates, exhortandoſque, qui re-
„ dempturis auxiſſent patrimonia, ut Reipu-
„ blicæ, ex qua creviſſent, ad tempus com-
„ modarent, conducerentque ex lege præben-
„ da, quæ ad exercitum Hiſpanienſem opus
B „ eſſent, ut cum pecunia in ærario eſſet, iis
„ primum ſolveretur. Hæc prætor in con-
„ cione edixit, qua die veſtimenta, frumen-
„ tum, Hiſpanienſi exercitui præbenda, quæ-
„ que alia opus eſſent navalibus ſociis, eſſet
„ locaturus; ubi ea dies venit, ad conducen-
„ dum tres ſocietates aderant hominum un-
„ deviginti: quorum duo poſtulata fuere;
„ unum, ne alii eo triennio publicani eſſent,
„ alterum, ut quæ in naves impoſuiſſent, ab
„ hoſtium, tempeſtatiſque vi tuta publico pe-
„ riculo eſſent; utroque impetrato conduxe-
„ runt; & alibi: Cethegum, & Tuditanum
„ cenſores reficienda locaſſe, quæ circum fo-
„ rum incendio conſumpta erant, VII. taber-
„ nas, macellum, atrium regium; & de Catone, & Flacco Cenſoribus: „ Opera facien-
„ da ex pecunia in eam rem decreta, lacus
„ ſternendos lapide, detergendaſque, qua
„ opus eſſet, cloacas in Aventino, & aliis
„ partibus qua nondum erant, faciendas lo-
„ caverunt, & vectigalia ſummis pretiis, ul-
„ tro tributa infimis locaverunt. Vocat autem ultro tributa ſumptus operum publicorum, quorum locationem quinto quoque anno à cenſoribus factam Polybius, & Varro ſcripſerunt. Quæ vero Livius cum Varrone ultro tributa dixerunt, ea Plutarchus *ἐργολαβίας*, ideſt, operum redempturas vocavit, ubi de cenſura Catonis, & Flacci ſcribit.

Quod autem mentio facta eſt ſocietatum publicanorum, intelligendum eſt, publicanos in multas ſocietates (13) diviſos conduxiſſe. Etenim, ut libro VI. narrat Polybius, alii conducebant, alii cum his ſocietatem coibant, alii pro his bona fortunaſque ſuas Reipublicæ obligabant. Unde Tulliana illa ſunt, ad Craſſipedem: „ Volo te exiſtimare, me cum uni-
„ verſo ordini publicanorum multum ſemper
„ liberaliſſime tribuerim, tum in primis ami-
„ cum eſſe huic Bithynicæ ſocietati, quæ ſo-
„ cietas ordine ipſo hominum genere pars eſt
„ maxima civitatis. Conſtat enim ex ceteris
„ ſocietatibus, & caſu permulti ſunt in ea
„ ſocietate valde mihi familiares, inprimiſque
„ P. Rupilius P. F. Men., qui eſt magiſter in
„ ea ſocietate; & in Planciana, de Cn. Plencio: „ Maximarum ſocietatum auctor, pluri-
„ marum magiſter; & in Sextiana: „ Nulla
„ erat

(13) Hujuſmodi autem ſocietates coiri non poterant, niſi populo, aut Senatu probante. Ex Gajo id habemus in L. 1. D. quod cujuſque univ. nom. vel contr. eam agat: *Neque Societas, neque Collegium, neque hujuſmodi corpus paſſim omnibus habere conceditur; nam & Legibus, & Senatus conſultis, & principalibus conſtitutionibus ea res coercetur. Paucis admodum cauſis conceſſa ſunt hujuſmodi corpora: ut ecce vectigalium publicorum ſociis permiſſum eſt corpus habere: vel auri fodinarum, vel argenti fodinarum, & ſalinarum. Item collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus Senatus conſultis, atque conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt: veluti piſtorum, & quorumdam aliorum, & naviculariorum, qui & in provinciis ſunt. Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegii, ſocietatis, ſive cujuſque alterius nomine, proprium eſt ad exemplum Reipublicæ habere res communes, arcam communem, & actorem, ſive ſyndicum, per quem tamquam in Republica quod communiter agi, fierique oporteat, agatur, fiat.*

„ erat Romæ ſocietas vectigalium, quæ non „ honeſtiſſime decreviſſet de mea ſalute; & pro Murena: „ Quid ſi omnes ſocietates venerunt, quorum ex numero multi hic ſedent Judices; & in Bruto: „ Familia, & „ liberæ ſocietatis ejus, quæ picarias de cenſoribus redemiſſet; & in epiſtolis ad fratrem: „ Non deſiſtunt nobis quotidie agere „ gratias honeſtiſſimæ, & maximæ ſocietates. Ex his autem ſociis unus fuit, qui magiſter ſocietatis dictus eſt, qui Romæ ſocietati ita præerat, ut & ſocios, quaſi Senatum cogendi, & ad eos de ſocietatis negotiis referendi poteſtatem haberet, curamque omnem gereret tabularum, & rationum, quæ undique ab iis, qui publicanorum ſocietati operas dabant, Romam mitterentur. Etenim, ut inquit Cicero in frumentaria: „ ea eſt ratio decumanorum, ut ſine plurimis litteris confici non „ poſſit, ſingula enim nomina aratorum, & „ cum ſingulis pactiones decumarum litteris „ perſequi, & conficere neceſſe eſt. Hic porro quendam habuit pro magiſtro in provincia quaſi ſui muneris Vicarium, & ſocietatis Præfectum. Unde Cicero Plancii patrem dixit: *maximarum ſocietatum auctorem, plurimarum magiſtrum*; & in epiſtolis: *P. Rupilium magiſtrum in Bithynica ſocietate*, *Cn. Pupium in operis ſocietatis*; & alio loco: *P. Terentius Hiſpo operas in ſcriptura pro magiſtro dat*; & de eodem ad Atticum: *Terentius magnas operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit*; & in Verrem: *In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt L. quidam Carpinatius*. Item: *L. Vibius eques Romanus vir primarius, quem reperiebam magiſtrum fuiſſe eo ipſo anno*; & Valerius libro V.: *P. Rupilius non publicanum in Sicilia egit, ſed operas publicanis dedit. Idem ultimam inopiam ſuam auctorato ſociis officio ſuſtentavit. Ab hoc poſtmodum Conſule leges univerſi Siculi acceperant, & quem diurnas capturas exigentem animadverterunt, eundem jura dantem, claſſeſque, & exercitus regentem viderant*. Cum ergo

A publicani, quemadmodum ex his patet, equites fere fuerint, non tamen equites omnes publicani fuerunt, cujus rei argumento eſt id, quod extat apud Nepotem de Attico equite Romano: *Ad haſtam publicam nunquam acceſſit, nullius rei neque præs, neque manceps factus eſt*; & apud Varronem libro primo de re ruſtica: *Offendi ibi C. Agrium equitem Romanum, & P. Agraſium publicanum*.

Atque hæc quidem de publicanis, & eorum operis. Factum eſt autem, ut ſumma publicanorum avaritia, (14) & prope impudentia ſingulari non ſolum provinciæ, in quibus vectigalia exercerent, ſed etiam urbs ipſa, in qua ea conducerent, turbaretur. Unde B Paulus Æmilius in Macedonia ordinanda, metalli Macedonici, quod ingens vectigal erat, locationeſque prædiorum ruſticorum tolli cenſuit, quod intelligeret, ſine publicano ea exerceri non poſſe; & ubi publicanus eſſet, ibi aut jus publicum vanum, aut libertatem ſociis nullam eſſe. (15) Præterea P. etiam Rutilium, (16) virum innocentiſſimum ab equitibus, qui tum ſoli judicabant, condemnatum accepimus. quod legatus Q. Mucii Proconſulis Aſiam à publicanorum injuriis defenderat; & Cicero ad fratrem ſcribens, ait: „ Huic „ tuæ voluntati, ac diligentiæ difficultatem „ magnam afferunt publicani, quibus ſi adverſamur, ordinem de nobis optime meritum, D „ & per nos cum Republica conjunctum, & „ à nobis, & à Republica disjungimus. Sin „ autem omnibus in rebus obſequimur, funditus eos perire patiemur; quorum non „ modo ſaluti, ſed etiam commodis conſulere debemus; & poſt: Hic ita re verſari, „ ut & publicanis ſatisfacias, præſertim publicis male redemptis, & ſocios perire non „ ſinat, divinæ cujuſdam virtutis eſſe videtur; & poſt: Potes etiam tu id facere, ut „ commemores, quanta ſit in publicanis dignitas, quantum nos illi ordini debeamus; „ ut remoto imperio, ac vi poteſtatis, & faſcium,

(14) De avaritia publicanorum Ulpianus in L. 12. D de publ. & vectig: *quanta audacia, quantæ temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat. Idcirco Prætor ad compeſcendam eorum audaciam hoc edictum propoſuit*: *QUOD FAMILIA PUBLICANORUM FURTUM FECISSE DICETUR, ITEM SI DAMNUM INJURIA FECERIT: ET ID AD QUOS EA RES PERTINET, NON EXHIBETUR: IN DOMINUM SINE NOXÆ DEDITIONE JUDICIUM DABO.*

(15) Hæc quæ Paulus Æmilius victor Perſei fecit, ex S. C., & decem Legatorum ſententia: nam Senatui placuit Macedonas, ut victo eodem tempore Gentio, Illiricos, liberos eſſe, ut omnibus gentibus appareret, arma populi Romani, non liberis ſervitutem, ſed contra ſervientibus libertatem afferret, ut autem pleniore libertate gauderent: dimidium tributi quam quod Regibus ferre ſoliti erant, populo Romano pendere juſſi, omnibus vectigalibus abſoluti fuerunt. Liv lib. 45.

(16) Ejus hiſtoria apud Liv. lib. 30., item apud Cic. lib. 1. de Orat., & in Brut. Is erat perfectus in Stoicis, &, ut nihil a gravitate recederet, ita in judiciis virum fortem miſericordiam captare turpe ducebat. In ſuo igitur judicio, quo judicio convulſam dicit Cicero Rempublicam, nec obſoletam veſtem induit, nec inſignia Senatoris depoſuit, nec ſupplices ad genua judicum manus tetendit, nec dixit quicquam ſplendore præteritorum annorum humilius. Effecitque ut periculum illud non impedimentum gravitatis ejus eſſet, ſed experimentum. Quinimo cum ei reditum in Patriam Syllana victoria præſtaret, in exilio, ne quid adverſum leges faceret remanſit,

E Valer. lib. 6. cap. 4. Huic comparandus invictiſſimus animus Appii Claudii, niſi forte is fuit ferocior, qui accuſatus a M. Duellio, & Cn. Siccio Tribb. plebis, quod acerrime nimis adverſaretur agrariæ legi, cauſamque poſſeſſionum publici agri veluti tertius Conſul omnem ſupra modum ſuſtineret, quamquam nunquam ante tam inviſus plebi reus ad judicium vocatus populi eſt, plenus ſuarum, plenus paternarum irarum, qui continuo infeſtiſſimi plebi fuerant; pro nihilo tamen, & tribunos, & plebem, & judicium ſuum habebat. Illum non minæ plebis, non Senatus preces perpellere unquam potuere, non modo ut veſtem mutaret, aut ſupplex prenſaret homines, ſed ne ut ex conſueta quidem aſperitate orationis, cum ad populum agenda cauſa eſſet, aliquid leniret, atque ſubmitteret: idem habitus Oratoris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpiritus erat: adeo ut magna pars plebis Appium non minus reum timeret, quam Conſulem timuerat. Semel cauſam dixit, quo ſemper agere omnia ſolitus erat, accuſatorio ſpiritu: adeoque conſtantia ſua, & Tribunos obſtupefecit, & plebem, ut diem ipſi ſua voluntate producerent: trahi deinde rem ſinerent. Liv. lib. 3. Melior certe fortuna Appii quam Rutilii: ſed major virtus tum populi Romani, quam ætate Rutilii. Appii enim cum ita ſuſpenſa res eſſet paulo poſt morbo mortui, & laudationem ejus Tribuni plebis impedire conarentur, plebs fraudari ſolemni honore ſupremum diem tanti viri noluit, quam laudationem ita æquis auribus mortui audivit, ac viri accuſationem audiverat, & exequias frequens celebravit. Idem Liv.

„ ſcium, publicanos cum Græcis gratia, atque „ auctoritate conjungas. Atque hæc eadem avaritiæ vis cauſſam poſtremo attulit, ut ipſi à Senatu Equites Romanos alienarentur. Nam cum publicani, qui Aſiana vectigalia, Meſſala, & Piſone Coſs. à cenſoribus conduxerant, queſti in Senatu eſſent, auctore in epiſtolis ad Atticum miſſis Cicerone, ſe cupiditate prolapſos ea nimium magno conduxiſſe, atque, ut ea induceretur locatio, poſtulaſſent, neque id repugnante Catone aſſequi potuiſſent, à Senatu disjuncti ſunt, ægre ferente maxime, qui concordiam eorum ordinum Conſul reconciliarat, Cicerone, donec C. Cæſar Conſul eos remiſſionem petentes lege ad populum lata, tertia mercedum parte, teſtibus cum Svetonio, Dione & Appiano, relevavit; quam, credo, legem Cicero, cum pro Plancio diceret, intellexit, cum ita locutus eſt: „ Nam quod primus ſcivit legem de publi„ canis, tum cum vir ampliſſimus Conſul illi „ ordini per populum dedit, quod per Sena„ tum, ſi licuiſſet, dediſſet, ſi in eo crimen „ eſt, quis ſuffragium non tulit, quis non „ tulit publicanus? Atque de equitibus hactenus.

CAP. V.

De plebe Romana.

RESTAT tertius ordo eorum, qui de plebe Romana dicti ſunt; quos neſcio an commodius deſcribere poſſimus, quam ſi, qui neque Senatores, neque Equites Romani eſſent, dicamus. Et ſane ita eſt, ut ſi civium Rom. omnium multitudinem trium horum ordinum deſcriptio eſt complexa, quos priores duo non comprehenderunt, eos neceſſario conſtitiſſe in tertio concludamus. Tertius autem plebs eſt dictus, non quo modo plebem patriciis opponi ſupra docuimus, ut gentem genti, ſed quo modo Senatoribus, & Equitibus adverſatur, ut ordo ordini. (17) Itaque ut ſenatorium ordinem; & equeſtrem tam plebeji, quam patricii expleverunt, ſic plebejum infimum non ex plebejis ſolum, ſed etiam patriciis aliquot conſtitiſſe, dicendum eſt; nempe eis, quos paupertatis cauſſa neque in ſenatum cenſores legerant, neque equo publico donaverant, niſi forte aut L. Tarquitium L. Cincinnati Dictatoris equitum magiſtrum, quem pedibus ſtipendia propter paupertatem feciſſe Livius ait, aut M. Scauri patrem, quem propter tenuiſſimas opes carbonariam feciſſe in lib. de viris illuſtribus ſcriptum eſt, ambos patricios viros, aut ſenatores, aut equites fuiſſe exiſtimemus; quos gradus qui aſſequi potuerunt ſi cenſores in utroque legendo ordine cenſum, ut dixi, reſpexerunt? Hunc autem ordinem in duas partes dividimus, plebem ruſticam, & plebem urbanam. Ruſticam vocamus, quæ agros, urbanam, quæ urbem inhabitet; de quibus rerum ordo poſtulat, ut ſigillatim dicamus.

CAP. VI.

De plebe Ruſtica.

AGamus autem ante de plebe ruſtica, quæ ut ſimplicior, ſic honeſtior, atque integrior fuit; hinc enim ſcitum eſt illud Catonis in principio librorum de re ruſt. *Ex agricolis, & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur, maximeque pius quæſtus, ſtabiliſſimusque conſequitur, minimeque invidioſus; minimeque male cogitantes ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt.* Ruſticam autem, ut dixi, voco plebem, quæ rura teneat, idque agri colendi cauſſa; colat autem vel ſuum agrum, vel alienum, ſive publicus is fuerit, ſive privatus. Neminem enim adeo rerum Romanarum rudem eſſe, & imperitum opinor, qui ignoret, quanto ſtudio ab iis, primis temporibus, res ruſtica culta ſit. Docet quippe hoc diſerte Dionyſius, qui Romulum inſtituiſſe ſcribit, ut cives Romani artem militarem, & rem ruſticam tantum tractarent; demonſtrat non obſcure Plutarchus, qui Numam ſummâ diligentiâ populum Rom. ad agriculturæ, id eſt, ad pacis, & honeſtatis ſtudium traduxiſſe ait, adeo ut ſolertes etiam in ea re homines præmiis excitarit, ignavos autem ignominiæ metu deterruit; oſtendit Livius, qui caritatem annonæ ex incultis per ſeceſſionem plebis in montem Sacrum agris civitatem invaſiſſe tradit; probat iterum Dionyſius, qui M. Fabium, L. Valerium Conſules non audientes dicto cives, qui fundos habebant, pecunia multaſſe, & eorum agros vaſtaſſe, & domos diſturbaſſe; qui alienum agrum colerent, eorum domeſticam ſupellectilem, & ruſtica ad colendam terram inſtrumenta corrupiſſe ait,

(17) Certum eſt Equites, qui patricii non eſſent, eorumque progeniem ordinem conſtituiſſe, ſed plebejum: plebe tamen præſtantior. Neque verum eſt Patricios in Senatores à Cenſoribus non electos, equiteſque equo publico non donatos plebem fuiſſe, ut probavimus tertio ſuperiore capite. Propter paupertatem credo, poſtquam cenſus patrum, equitumque inſtitutus. Ceterum quicquid dicit de tribubus urbanis, & ruſticis Sigonius ad hæc redigenda ſunt. Urbanas populum, qui aliunde victum, quàm ab urbe, habere non poſſent, continuiſſe, atque idcirco inferioris conditionis eas fuiſſe. Ruſticas omnes qui agros poſſiderent, quos propter agros, in qua tribu agri eſſent, tribum conſequebantur. Idcirco nobiliſſimos quoſque, & ſplendidiſſimos in tribubus ruſticis fuiſſe conſcriptos omnibus monumentis, & idem Sigonius ſupra lib. 1. cap. 3. probavit: & confirmat Cic. Fil. ad Tir. fam. lib. ult. ep. 21. ubi gratulans Tironi emptum ab eo prædium: *habet*, inquit, *ubi deponenda tibi ſunt urbanitates, ruſticus Romanus factus es*. Cujus rei author fuit forte Q. Fabius Cenſor, ob eam nimirum rem maximus appellatus. Livius lib. 9. in fin.: *Ex eo tempore in duas partes diſceſſit civitas: aliud integer populus fautor, & cultor bonorum, aliud forenſis factio tenebat, donec Q. Fabius, & P. Decius Cenſores facti. Fabius ſimul concordiæ cauſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanaſque eas appellavit: adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.* Item lib. 20.: *Libertini in quatuor tribus conjecti ſunt, cum antea diſperſi fuiſſent, Eſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam.* Quæ videlicet quatuor urbanæ erant. Quod igitur ruſticis paupertatem ſequenti capite objicit ex Valerio Sigonius, non ita accipiendum eſt, ut pauperiorum eſſent ruſticæ tribus, quod repugnat veritati, ſed quia urbani delicatiorem vitam viventes, negotiiſque ſervientes, quamdam præbent divitis ſtatus effigiem. Nec pariter verum eſt illum Pub. Naſicam, qui a tribubus ruſticis repulſam accepit, urbanæ tribus, utpote Patricium, fuiſſe.

A ait. Quin etiam idem L. Cincinnati, & T. Quinctii Claudi, hominum patriciorum, quos agrum manibus ſuis coluiſſe, memoriæ proditum eſt, præclariſſimis, atque notiſſimis exemplis poſſumus confirmare. Nam quid Curium, Fabricium, Regulum, Serranum, Conſulares, ac triumphales viros, Tarentini, & Punici belli æquales commemorem? de quibus ſic locutus eſt Cicero in Roſciana: *Ne tu Eruci accuſator eſſes ridiculus, ſi illis temporibus natus eſſes, cum ab aratro accerſebantur, qui Conſules fierent: etenim qui præeſſe agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant, convenerunt, hominem turpiſſimum, atque* B *inhoneſtiſſimam judicares; at hercules majores noſtri longe aliter & de illo, & de ceteris talibus viris exiſtimabant. Itaque ex minima, tenuiſſimaque Republica maximam, & florentiſſimam nobis reliquerunt; ſuos enim agros ſtudioſe colebant, non alienos cupide appetebant*. Hanc autem plebem Livius intellexit, cum Sp. Poſtumium Conſulem de bacchanalium ſacerdotibus his verbis populum Rom. alloquentem fecit: *Jam ubi vos dilapſi domos, & in rura veſtra eritis, illi coierint*; & Appianus, cum ſcripſit, Ti. Gracchum ruſticos ad comitia advocaſſe, ſed eos colligendis æſtate fructibus occupatos non affuiſſe. Ceterum hoc ſtudium ætate ſua intermiſſum conqueritur M. Varro in libris de re ruſtica: C *Igitur*, inquit, *quod nunc intra murum fere patres familiæ correpſerunt, relictis falce, & aratro, & manus movere maluerunt in theatro, ac circo, quam in ſegetibus, ac vinetis, frumentum locamus, qui nobis advehat*. Hoc autem ait, quia quos agros Senatores, Equiteſque Romani, & multi urbana è plebe locupletes poſſidebant, eos ipſi non per liberos homines, ſed per ſervos fere colebant; quorum familias magnas in eum uſum alebant, eo conſilio, ut inquit Appianus, ne aliquo ingruenti bello, delectus cauſſa, agri cultoribus desererentur, cum ſervi ad militiam non evocarentur; unde illud præclare apud D Livium libro VI. ubi de fœcundiſſimo militum Volſco ſolo agit: *Simile veri eſt, innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuiſſe locis, quæ nunc vix ſeminario militum relicto ſervitia Romana ab ſolitudine vindicant*. Neque tamen ita noviſſimis temporibus agri cultura ſervis erat commiſſa, ut non etiam liberi multi in agris vel privatis, vel publicis colendi cauſſa verſarentur. Id enim cum aliorum multorum docemur exemplis, tum maxime P. Naſicæ ejus, qui cum Jugurtha bellum geſſit; qui, ut à Valerio traditum eſt, „ cum ædilitatem curulem adoleſcens peteret, manumque cujuſdam ruſtico opere duratam, more candidatorum tenacius ap- E prehendiſſet, joci cauſſa interrogavit eum, num manibus ſolitus eſſet ambulare? quod dictum à circumſtantibus exceptum ad populum manavit, & cauſſam repulſæ Scipioni attulit; omnes namque ruſticæ tribus paupertatem ſibi ab eo exprobratam judicantes iram ſuam adverſus contumelioſam ejus urbanitatem diſtrinxerunt. Quo loco ruſticas tribus vocat plebem ruſticam, quæ manibus ſuis agros excoleret, ac maximas in tribubus ruſticis opes haberet; quam eandem intellexit Livius, cum apud eum milites Rom. ita loquuntur: *An æquum eſſe, Campanos deditos illa fertilitate, atque humanitate perfrui, ſe militando feſſos in peſtilenti atque arido ſolo luctari?* & Cicero ad Brutum: *Dicique homines ruſticos, ſed fortiſſimos, viros, civeſque optimos dementes fuiſſe; primum milites veteranos, deinde legionem Martiam, & Quartam*; & iterum Livius: *Numerum auxit ruſtica plebs ex incultis diutino bello, infeſtiſque agris egeſtate, & metu in urbem compulſa*. Quocirca Marcus Cicero oratoris noſtri filius per epiſtolam jocans cum liberto Tirone, qui ruſticum prædium emerat, ait: *Ruſticus Romanus factus es*; quaſi vero eum agrum more majorum manibus ſuis eſſet Tiro culturus. Hi autem agri plebi Romanæ vel à triumviris lege fuerant aſſignati, ut quondam Licinia lege de quingentis jugeribus, poſt Sempronia; aut à Cenſoribus erant civibus Romanis pauperibus fruendi dati, ita ut decumas frumenti annuas ſolverent, quos ſupra aratores, & agricolas vocitatos diximus. Atque hoc quidem id eſt, quod ſcripſit Plutarchus in Tiberio; populum Rom. finitimorum agros bello partos alios vendidiſſe, alios publicatos fruendos pauperibus civibus aſſignaſſe, non admodum magna mercede Reipublicæ perſoluta. Priores intellexit Livius, cum Sp. Liguſtinum ita loquentem fecit: *Sp. Liguſtinus tribus Cruſtuminæ ex Sabinis ſum oriundus; pater mihi agri jugerum reliquit, & parvum tugurium, in quo natus, educatuſque ſum, hodieque ibi habito*; & Pedianus, cum in Divinationis commentario ita ſcriptum reliquit: *Plebs ruſtica partim agros, partim jus civitatis amiſit, partim omnino proſcripta eſt, victore Sylla, quod plebs Romana de Marianis partibus fuerat*; & Salluſtius in Catilina: *Præterea juventus, quæ in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis, & publicis largitionibus excita urbanum otium ingrato labori prætulerat*; & Cicero in agraria ſecunda: *Quæ eſt iſta contumelia, ut ager ante ruſticis detur, qui habent, quam urbanis, quibus iſta agri ſpes, & jucunditas oſtenditur?* Poſteriores idem intellexit, cum hoc modo ſubjecit: *Deinde in hac aſſignatione agrorum ne illud quidem dici poteſt, quod in ceteris, agros deſertos à plebe, atque à cultura hominum liberorum eſſe non oportere, ſic enim dico, ſi Campanus ager dividatur, exturbari, & expelli plebem ex agris, non conſtitui; totus enim ager Campanus colitur, & poſſidetur à plebe, & plebe optima & modeſtiſſima; quod genus hominum optime moratorum, optimorum aratorum, & militum ab hoc plebicola Tribuno funditus ejicitur*; & ad Atticum: *Multum mecum municipales homines loquuntur, multum ruſticani, nihil prorſus aliud curant, niſi agros, niſi villulas ſuas*; item: *Municipia, & ruſtici Romani Cæſarem metuunt*. Atque de ruſtica quidem plebe hæc ſatis.

CAP. VII.

De plebe Urbana.

PLebs autem urbana eſt, quæ intra urbem habitavit. Quam non eandem fuiſſe cum ruſtica, etſi ſatis ex iis, quæ dicta ſunt, eſſe perſpicuum poteſt, tamen exemplo etiam ex ſeditione Appulejana petito planius faciam; de qua ſic ſcriptum eſſe video apud Appianum: „ Appulejus legi ferendæ diem edixit; „ atque eos, qui in agris verſabantur, advocavit; iis enim maxime, quod Mario Imperatore ſtipendia meruiſſent, confidebat; „ ma-

„ majores autem eſſe Italicorum opes popu-
„ lus ægre ferebat; ac die legis ferendæ,
„ quicunque Tribunorum legi intercedebant,
„ ab Appulejo contumelia affecti ſe ex tri-
„ bunali projeiebant; urbana vero turba
„ clamorem ſuſtulit, quaſi tonitruum audiſ-
„ ſet; cum autem Appulejani vim facerent,
„ urbani abjectis veſtibus, atque arreptis la-
„ pidibus in ruſticos ſe intulerunt; illi vero
„ iterum ab Appulejo coacti, & ipſi cum fu-
„ ſtibus in urbanos impetum fecerunt; ac
„ per vim legem juſſerunt. Hujus autem ple-
bis partes fuerunt, Tribuni ærarii, Scribæ,
Mercatores & negotiatores, Argentarii & fœ-
neratores, Artifices & opifices, Turba foren-
ſis, Libertini, & magiſtratuum apparitores;
quas partes plebis urbanæ propterea voco,
quoniam omnes fere, qui è plebe fuerint, in
aliquo horum munerum occupatos fuiſſe com-
perio. Hujus autem præceptionis quem locu-
pletiorem, aut certiorem poſſum producere
teſtem, quàm Ciceronem? Is autem in quarta
in Catilinam, in Senatu ita agit: „ Omnes
„ adſunt omnium ordinum homines, plenum
„ eſt forum, pleni omnes aditus hujus loci,
„ atque templi; quid ego hic Equites Romanos
„ commemorem? pari ſtudio defendendæ
„ Reipublicæ convemiſſe video Tribunos æra
„ rios; ſcribas item univerſos; quos cum
„ caſu hic dies ad ærarium frequentaſſet, vi-
„ deo ad expectationem ſortis, ad commu-
„ nem ſalutem eſſe converſos; omnis inge-
„ nuorum adeſt multitudo etiam tenuiſſimo-
„ rum; operæprecium eſt, libertinorum ho-
„ minum ſtudia cognoſcere, qui ſua virtute
„ fortunam civitatis conſequuti hanc vete-
„ ſuam patriam eſſe judicant. Quod ſi audi
„ tum eſt, lenonem quendam Lentuli concur
„ ſare circum tabernas, precio ſperantem ſo
„ licitari poſſe animos egentium, atque im-
„ peritorum, eſt id quidem cœptum, atque
„ tentatum; ſed nulli ſunt inventi tam aut
„ fortuna miſeri, aut voluntate perditi, qui
„ non ipſum illum ſellæ, atque operis, &
„ quæſtus quotidiani locum, qui non cubile,
„ lectulum ſuum, qui denique non curſum
„ hunc ocioſum vitæ ſalvum eſſe velint; mul-
„ to vero maxima pars eorum, qui in taber
„ nis ſunt, immo vero genus hoc univerſum
„ amantiſſimum eſt otii; etenim omne eorum
„ inſtrumentum, omnis opera, ac quæſtus
„ frequentia civium ſuſtinetur, alitur otio;
„ quorum ſi quæſtus occluſis tabernis minui
„ ſolet, quid tandem incenſis futurum fuit?
Loquitur ad Senatum Cicero; omnium ordi-
num homines conveniſſe ait, primum Equites
Romanos, deinde tribunos ærarios, ſcribas,
libertinoſque; opifices autem tentatos. Ergo
tribuni ærarii, ſcribæ, libertini, & opifices
plebis ordinem obtinuerunt. Confirmat hoc
idem in Rabiriana, cum ait: „ Quid dicam
„ de equitibus Romanis, qui una cum Sena-
„ tu ſalutem Reipublicæ defenderunt; quid
„ de tribunis ærariis, ceterorumque ordinum
„ hominibus? confirmat etiam Q. Frater in
libello de petitione: „ Primum, *inquit*, id,
„ quod ante oculos eſt, Senatores, Equiteſque
„ Romanos, ceterorum ordinum homines na-
„ vos, & gratioſos complectere. Multi ho-
„ mines urbani, & induſtrii, multi libertini
„ gratioſi in foro namque verſantur. Deinde
„ ave oratores urbis totius, collegium om-
„ nium pagorum, vicinitatem: ea iis prin-
„ cipes ad amicitiam tuam ſi adjunxeris, per
„ eos reliquam multitudinem facile tenebis.
Pagorum autem collegium dixit, quoniam
plebs urbana in pagos eſt è Ser. Tullio, teſte
Dionyſio, diſtributa. Unde illud eſt pro do-
mo ſua: „ Nullum eſt collegium in hac urbe,
„ nulli pagani, aut montani, (quoniam ple-
„ bi quoque urbanæ majores noſtri conven-
„ ticula, & quaſi conſilia quædam eſſe volue-
„ runt,) qui non ampliſſime de mea ſalute
„ decreverint. Sed de ſingulis ordine diſpu-
temus.

CAP. VIII.

De Tribunis ærariis.

TRibunos ærarios ordinem quendam appa-
ret fuiſſe eorum, quibus, ut ait Varro,
attributa erat pecunia, ut militi redderent. Pe-
cuniam autem attributam definit in tertiam
Verrinam Pedianus, *quæ in ſtipendium mili-
tum de ærario à tribunis ærariis adnumerari
quæſtori ſoleret*. Quæſtores porro ærarii Var-
ro dictos ſcribit, *qui pecunias conquirerent pu-
blicas*. Et certe in tabulas pecuniam publicam
referendi Quæſtoris munus fuiſſe, multorum
teſtimoniis planum fieri poſſet. Ex quo intel-
ligi licet, Quæſtores curaſſe pecuniam, quam
in ærarium inferrent; Tribunos ærarios, quam
ex ærario ſumptam Quæſtori Proconſulis, at-
que exercitui maxime erogarent. Unde Cice-
ro Procoſ. illud ſcripſit ad Caninium: *Pe-
cunia, quæ mihi attributa eſt, à Quæſtore cu-
ratur*. Fuit autem horum ordo ſane antiquus;
quippe quorum meminerit etiam Cato, (au-
ctore Gellio lib. VII.) in primo epiſtolicarum
quæſtionum, his verbis: *Pignoriſcapio ob æs
militare; quod æs à Tribuno ærario miles acci-
pere debebat*. Quamobrem ſatis conſtituere non
poſſum, quod ſit eorum conſilium, qui ex ſen-
tentia Ciceronis Tribunos ærarios inter mino-
res magiſtratus iccirco referunt, quod is in
tertio de legibus ita ſcriptum reliquit: *Mino-
res magiſtratus partiti juris plures in plura
ſunto. Militiæ quibus juſſi erunt, imperanto,
eorumque Tribuni ſunto, domi pecuniam publicam
cuſtodiunto*. Quid ita? quia intelligo, hoc lo-
co non Tribunos ærarios, ſed tribunos mili-
tum, & quæſtores ærarii eſſe deſcriptos. Tri-
bunos autem ærarios è plebe fuiſſe, non lo-
cus ſolum, quem ante protuli ea oratione
Ciceronis in Catilinam oſtendit, ſed etiam
lex Aurelia, qua communicata judicia ferun-
tur inter tres ordines, Senatores, Equites Ro-
manos, & Tribunos ærarios; quos, cum hunc
explicaret, perſpicue è plebe fuiſſe Dio in hi-
ſtoria ſcribit. Videntur autem à Cotta in ju-
dices è plebe illi relati, qui honeſtiore in ple-
be ordine, ac loco eſſent commodiore, ut
cum Senatoribus, & Equitibus apte confer-
rentur.

CAP. IX.

De Scribis.

TRibunorum porro ærarii ordini honore
proximus ſcribarum ordo fuit. Hos Fe-
ſtus definit: *librarios, qui rationes publicas ſcri-
bunt in tabulis*. Apparuerunt autem ſingulis
magiſtratibus eo nomine, ut rationes publi-
cas in tabulas referrent, & leges, actaque
omnia perſcriberent. Unde dixit in V. in Ver-
rem Cicero, ſcribarum ordinem eſſe hone-
ſtum:

ſtum, „ quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magiſtratuum committantur; & pro Domo: „ Scribæ, qui nobiſcum in rationibus, monumentiſque publicis verſantur, non obſcurum de meis in Rempublicam beneficiis ſuum judicium, decretumque eſſe voluerunt; & in Piſonem: Rationes ita ſunt perſcriptæ ſcite; & litterate, ut ſcriba ad ærarium, qui eas retulit, perſcriptis rationibus, ſecum ipſe caput perfricans, commurmuratus ſit. Ratio quidem hercle apparet: argentum οἴχεται. Leges autem quodammodo in manibus ſcribas habuiſſe, & magiſtratibus jus ſuggeſſiſſe oſtendit idem, cum in tertio de legibus extremo ſcribit: „ Animadverto quoſque in magiſtratibus ignoratione juris ſui tantum ſapere, quantum apparitores velint. Quod ipſum de ſcribis eſſe dictum, docet Plutarchus, ubi ſcribarum arrogantiam à M. Catone minore fractam, ac repreſſam eſſe narrat, in hæc verba: „ Cato cum quæſturam iniiſſet, miniſtros, & ſcribas coërcuit, qui publicas tabulas, legeſque tractantes, cum adoleſcentes nacti eſſent, quibus magiſtratibus apparerent, quod ii propter inſcientiam magiſtris egerent, poteſtate non cedebant, ſed ipſi erant magiſtratus. Eos vero Cato apparitorum loco, ut erant, tractavit: cum alios fraudis, alios inſcitiæ inſimularet. Cumque illi auxilio collegarum Catonis uſi reſiſterent, Cato primum eorum damnatum de fraudata hereditate ab ærario expulit, alterum vero de inertia poſtulavit; qui cum gratia Catuli cenſoris ſaltus evaſiſſet, eo nunquam uſus eſt Cato. Addo illud, ſcribas fere à Quæſtoribus mercedem apparitionis accipere ſolitos. Id quod ex fragmento veteris hujus tabulæ intelligitur:

Q. VRB. QVEI. ÆRARIVM. PROVINCIAM. OPTINENT. EAM. MERCEDEM. DEFERTO. QVÆSTORQVE. QVEI. ÆRARIVM. PROVINCIAM OPTINEBIT. EAM. PECVNIAM. EI. SCRIBÆ. SCRIBEISQVE. HEREDIVE EIVS. SOLVITO. IDQVE. EI. SINE. FRAVDE. SVA. FACERE. LICETO. QVOD SINE. MALO. PEQVLATV. FIAT OLLEISQVE. HOMINIBVS. EAM. PECVNIAM. CAPERE. LICETO.

Omnium autem, ut ſcribit Feſtus, minimæ dignitatis fuit ſcriba navalis, quod periculis quoque ejus miniſterium eſſet objectum.

Cum ergo multi eſſent ſcribæ in civitate, factum eſt, ut in decurias multas ſint tranſlati, quæſtoriorum, ædiliciorum, prætoriorum, prout à quæſtoribus, ædilibus, prætoribus eſſent lecti. Nam hoc jus eorum magiſtratuum fuiſſe, non obſcure innuit Cicero in Cluentiana: „ Nuper hominem tenuem ſcribam ædilicium D. Matrinium cum defendiſſem apud M. Junium, Q. Publicium Prætores, & M. Plætorium, C. Flaminium ædiles curules, perſuaſi, ut ſcribam jurati legerent eum, quem iidem iſti cenſores ærarium reliquiſſent; & Livius libro XL.: „ Q. Petilius Prætor urbanus eos libros à L. Petillio ſcriba ſumpſit; & erat familiaris uſus, quod ſcribam eum, Quæſtor Q. Petillius in decuriam legerat. Sed tamen aliquot etiam decurias pretio emptas fuiſſe, apparet ex oratione quinta in Verrem, in qua ille ita diſſerit: „ Ad eos me ſcribas revoca, ſi placet; noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de ſcenicorum corollariis, cum decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum in ſecundum ordinem civitatis ſe veniſſe dicunt. Eos ſcribas tecum diſceptatores hujus criminis habebo, qui iſtos ſcribas eſſe moleſte ferunt; tametſi cum in eo ordine videamus eſſe multos non idoneos, qui ordo induſtriæ propoſitus eſt, & dignitati, mirabimur turpes aliquot in eo eſſe, quo cuivis licet precio pervenire?

Non admodum autem gravem, atque honeſtum fuiſſe Romæ ſcribarum ordinem, duæ res indicio ſunt: una quod Probus in Eumene, ſcribarum munus multo apud Græcos honorificentius fuiſſe, quàm apud Romanos prodit; nam apud Romanos re vera, ſicut eſſent, mercenarios habitos, apud Græcos neminem, niſi honeſto loco, & fide, & induſtria cognita admiſſum; altera, quod Piſo apud Gellium de Cn. Flavio ſcriba ita ſcribit: „ Cn. Flavius, patre libertino natus ſcriptum faciebat: iſque in eo tempore ædili curuli apparebat, pro tempore ædiles ſubrogantur; cumque primæ tribus ædilem curulem renunciaverunt; atque ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere, qui ſcriptum faceret, eum ædilem fieri. Cn. Flavius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe; iſque ædilis curulis factus eſt. Non tamen aditum omnino ſcribis ad majores honores fuiſſe interclusum, Cicereji, qui Scipionis Africani majoris ſcriba fuerat, exemplum oſtendit, qui auctore Valerio, „ eum in campum Africani filium candidatum prætoriis comitiis deduxiſſet, ſeque omnibus centuriis Scipioni anteferri vidiſſet, è templo deſcendit; quin etiam Cicero in libris de officiis, quendam memorat, qui cum in Sullæ dictatura ſcriba fuiſſet, poſt in Cæſaris prætor urbanus fuit.

CAP. X.

De Mercatoribus, & Negotiatoribus.

SCribis neſcio an alios è plebe honeſtiores homines adjunxerim, quàm mercatores. Mercatores autem appello, qui iis rebus quibus abundamus, exportandis, & iis, quibus egemus, invehendis quæſtum faciunt; quem quæſtum laudat Cicero in primo de officiis his verbis: „ Mercatura ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt; ſi magna, & copioſa, multa undique apportans, multiſque ſine vanitate impartiens, non eſt admodum vituperanda; atque etiam, ſi ſatiata quæſtu, vel contenta potius; ut ſæpe ex alto in portum, ex portu ipſo ſe in agros poſſeſſioneſque contulerit, videtur jure optimo poſſe laudari; quid autem dixi Ciceronem? Cato ille ſenior tale de mercatoribus reliquit in principio librorum de re ruſtica teſtimonium: „ Eſt interdum, inquit, „ præſtare populo, mercaturis rem quærere, ni tam periculoſum ſiet; neque ita multo poſt: „ Mercatorem ſtrenuum, ſtudioſumque rei quærendæ exiſtimo; verum, ut ſupra dixi, periculoſum, & calamitoſum. Quocirca Cicero etiam in Paradoxis, honeſtos quæſtus eorum appellavit, „ qui mercaturam facerent, operas darent, „ pu-

„ publica ſumerent. Horum vero duo genera fuiſſe invenio, onum eorum, qui proptio nomine mercatores appellati ſunt; alterum, qui negotiatores & negotia gereotes; inter quos illud potiſſimum, ni me conjectura fallit, interfuit, quod mercatores Romæ domicilium, familiamque habuerunt, quanquam interdum quæſtus cauſſa in provinciis per aliquot menſium ſpacium verſarentur: negotiatores vero eundem ſequuti quæſtum in provinciis ſedem, ac domicilium fortunarum ſuarum collocarunt; neque fere Romam, niſi cenſendi cauſſa deceſſerunt. Itaque ut Romæ fuit mercatorum collegium, ſic io provinciis conventus negotiatorum. Mercatorum vero collegium inſtitutum eſſe anno CCLIX. B poſt Romam conditam, Claudio, Servilioque Coſs. Livii teſtimonio cognitum eſt, qui inquit: „ Certamen Conſulibus inciderat, uter „ dedicaret Mercurii ædem; Senatus à ſe „ rem ad populum rejecit; utri eorum dedi „ catio juſſo populi data eſſet, eum præeſſe „ annonæ, mercatorum collegium inſtituere, „ ſolemnia pro Pontifice juſſit ſuſcipere. Itaque Feſtus mercatorum diem Feſtum Idus Majas appellat, quod eo die Mercurii ædes eſſet dedicata; eoſdem vero à Mercurio, quem coluerint, deo Mercuriales appellatos, juvat ſuſpicari, de quibus Ovidius in Faſtis, ubi de Mercurii æde conſecrata loquitur, ita C ſcribit:

Te quicunque ſuas profitentur vendere merces,
Thure dato, tribuas ut ſibi lucra, rogant.

Et Cicero in epiſtolis ad fratrem, ita: „ M. „ Furium Flaccum, Equitem Romanum, ho„ minem nequam, Mercuriales, & Capitoli„ ni de collegio ejecerunt. Nam Capitolinorum collegium à M. Camillo Dictatore ludis Capitolinis, eodem teſte Livio, conſtitutum ſatis conſtat. Fuiſſe tamen aliquot etiam Equites Romanos in Mercurialium collegio, ex iiſdem Ciceronis verbis apparet.

Negotiatorum porro crebra apud Ciceronem eſt mentio; in epiſtolis ad fratrem: *Conſtat Aſia ex eo genere civium, qui aut quod* D *publicani ſunt, nos ſumma neceſſitudine attingunt, aut quod ita negotiantur, ut locupletes ſint; noſtri conſulatus beneficio, ſe incolumes fortunas habere arbitrentur*; in Maniliana: *Ac ne illud quidem negligendum eſt, quod ad multorum bona civium Rom. pertinet; nam & publicani ſuas rationes, & copias in illam provinciam contulerunt: deinde ceteris ex ordinibus homines navi, & induſtrii partim in Aſia nego-* A *tiantur, partim ſuas, ſuorumque in ea provincia pecunias magnas collocatas habent*; pro Fontejo: *A civibus Rom. qui negotiantur in Gallia, referta eſt Gallia negotiatorum, plena civium Rom. unum ex toto negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum teſtem producant.* Item: *Nemo eſt civis Romanus, qui ſibi ulla excuſatione utendum putet; omnes illius provinciæ publicani, agricolæ, pecuarii, ceteri negotiatores Fontejum defendunt.* Unde illa ſunt etiam in Verrem de laudibus provinciæ Siciliæ: *Quid, quod multis locupletioribus civibus utimur, quod habent propinquam fidelem, fructuoſamque provinciam, quo facile excurrant, ubi libenter negotium gerant, quos* B *illa partim mercibus ſuppeditandis cum quæſtu, compendioque dimittit, partim retinet, ut arare, paſcere, ut negotiari libeat; ut denique ſedes ac domicilium collocare*; & alio loco: *Vexaſti negotiatores; inviti enim Romam, raroque decedunt.* Fuiſſe antem aliquot etiam Equites Romanos è negotiatoribus, noo eſt cur ſit dubitandum, præſertim cum dicat idem in Verrem: *L. Pretius ſplendidiſſimus Eques Romanus, qui Panormi negotiatur, & Q. Minucius Eques Rom. qui Syracuſis.* Nam quod de cenſendo dixi, id ſcriptum eſt in epiſtolis ad Atticum, ubi adhortans eum, ut aliquando ſe reviſat, concluſit: *Sub luſtrum autem cenſeri, germani negotiatoris eſt.*

C Legi etiam coonſueviſſe judices à prætoribus in provinciis ex conventu civium Rom. qui in provincia negotiarentur, ſignificat ſæpe idem in Verrinis. (*)

Negotiatores autem in provinciis multo, quam mercatores, erant notiores; unde majora mercatoribus, quam negotiatoribus ad ea adeuntibus loca pericula impendebant. Id quod Cicero his verbis contra Verrem conqueritur: *Haccine plebi Romanæ te Prætore eſt conſtituta conditio? hæc negotii gerendi ſpes? hoc capitis vitæque diſcrimen? parum ne multa mercatoribus ſunt neceſſario pericula ſubeunda fortunæ, niſi etiam hæ formidines ab noſtris magiſtratibus, atque in noſtris provinciis im-* D *pendebunt?* Item: *Homines tenues, obſcuro loco nati navigant, adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt; ubi neque noti eſſe iis, quò venerunt, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt; hac una tamen fiducia civitatis non modo apud noſtros magiſtratus, ſed quicunque venerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant futuram.*

Neque vero ſolum mercatorea cives Romaoi fuerunt, ſed etiam inſtitores mercis: qualem fuiſſe C. Terentium Varronem; (18)
qui

(*) Ait Sigonius, legi etiam conſueviſſe Judices e Prætoribus in provinciis ex conventu civium Romanorum. Idque probat in addendis, locis aliquot ex Verrinis Tullii petitis, præcipue ex oratione de juriſdictione: *Ceterarum rerum ſelecti judices ex civium Romanorum conventu proponi ſolent.* Verum nulli fuerunt conventus civium Romanorum. In provinciis dicebantur oppida, in quibus, qui Proprætore, aut Proconſule præerant provinciæ, jus dicebant, *conventus*, quia in illa ad diem, quem Proprætore indixerat, ex agro vicino conveniebant omnes, qui lites habebant, quas volebant decidi. Significabat etiam rem ipſam, quæ in conventu agebatur, nimirum juriſdictionem. Hinc *conventum agere* eſt jus dicere in conventu. Quin & ſic dicebantur homines, qui in conventu litium cauſſa conveniebant, ut apud Horatium 1. Sat. 7.

Perſius exponit cauſſam, ridetur ab omni
Conventu.

E In his oppidis vero plerumque verſabantur, & habitabant etiam cives Romani, qui negotia habebant in provinciis. Ex his ſolebant Prætores proponere judices, quibus cauſſas committebant decidendas, æque, ut Romæ Prætor, ut multis docuit J. Frid. Gronovius III Obſervat. c. ee ubi & hunc Ciceronis locum ſic legendum cenſuit: *Ceterarum rerum ſelecti judices civium Romanorum ex conventu proponi ſolent.* Selectos judices civium Romanorum oſtendit eſſe judices ex civibus Romanis; *ex conventu* autem eſſe ex illo oppido, obi conventus agebatur, ubi negotiabant cives Romani quidam; vide laudatum locum, ubi pluribus hæc exequitur vir magnus, multis erroribus Manutii, Hotomani, & aliorum caſtigatis. *Gravius.*

(18) Hæc ſunt de Varrone verba Livii: *C. Terentii Varronis, loco non humili ſolum, ſed etiam ſordido ortus Patrem lanium fuiſſe ferunt, ipſum inſtitorem mercis, filioque hoc ipſo in ſervilia ejus artis miniſterio uſum. Is juvenis ubi ex eo ge-*
nere

qui Conſul exercitum ad Cannas pulcherrimum amiſit, prodit Livius. Inſtitorem vero quæſtuariæ negotiationis præfectum, ut procuratorem non quæſtuariæ appellarunt; (19) quos ambos eorum numero comprehenſos patet, quos Cicero dixit: *operis dandis quæſtum feciſſe*.

CAP XI.

De Argentariis, & Fæneratoribus.

JAm vero argentarios etiam fuiſſe, ac nummularios conſtat. Sunt, qui patrum, atque adeo noſtra memoria literis prodiderint, argentarios florente republica eoſdem fuiſſe

A cum menſariis; ad quam opinionem unde illi, aut qua ratione venerint, ſatis conſtituere non poſſum. Ego enim inter illos, atque hos plurimum opinor interfuiſſe; id quod hoc loco non redarguendi alicujus ſtudio ductus, ſed rei illuſtrandæ cupiditate incenſus, paucis oſtendam. Res autem uno verbo patebit, ſi intellexerimus, menſarios publicam rationem confeciſſe, argentarios privatam; illos rei nummariæ publicæ curatores fuiſſe, hos negotiationis privatæ. Itaque eos Romæ, ut res tulit, modo quinqueviros, modo triumviros eſſe creatos; hos, ut etiam reliquos mercatores, nullius lectione, judicio ſuo, quæſtu tantum privato inductos, rem num-
B mariam jam inde ab initio urbis exercuiſſe. (20) Men-

nere quæſtus pecunia à patre relicta, animum ad ſpem liberalioris fortunæ adjecit, togaque & forum placuere, proclamando pro ſordidis hominibus, cauſiſque adverſus rem, & famam bonorum, primum in notitiam populi, deinde ad honorem pervenit. Quæſtura quoque, & duabus ædilitatibus, plebeja, & curuli, poſtremo & prætura perfunctus, jam ad conſulatus ſpem attulit animos. Ita proximis comitiis C. Terentius Varro cum L. Æmilio Paulo creatur.

(19) Hac vetuſtiſſima ſententia uſus eſt juris conſultiſſimus Franciſcus Hotomanus in explicatione textus in L. 5. D. de inſt. act.: *Qui*, inquit, *quæſtuariæ negotiationi præfectus eſt, inſtitor dicitur: dominumque ex ſuis obligat contractibus. Qui vero negotio turpiori non quæſtuario præficitur, procurator potius appellatur.*

(20) Menſarios, menſularios, argentarios, nummularios, trapezitas, collybiſtas ejuſdem ordinis fuiſſe, quamquam nonnihil forte diverſi muneris nummularii eſſent, plura docent monumenta. Non eoſdem autem ac eos, quos quinque viros, triumviroſque menſarios appellat hic Author. Hi extra ordinem ſummo Reipublicæ tempore creati: Menſarii omni tempore extitere. Quamvis autem privatas hi tantum pecunias tractarent, ſingulorumque rationes conficerent, ut ait Ulp. in L. 4. D. de ed.: ſub publico tamen munere, publicoque miniſterio, atque ſub publica fide. Cajus in L. 10. D. eod.: *Argentariorum officium, atque miniſterium publicam habet cauſam*. Item Ulp. in l. 24. D. de reb. aut. jud. poſs.: *In bonis menſularii vendendis poſt privilegia potiorem eorum cauſam eſſe placuit, qui pecunias apud menſam fidem publicam ſecuti depoſuerunt*. Idcirco ab eo officio fœminæ remotæ L. 12. D. de ed. Hos certum eſt tabernas habuiſſe in foro prope Caſtoris ædem a Tarquinio Priſco conſtructas, & poſt refectas, eiſque novas additas, ut bene probat hic author, & patet etiam apud Plautum in Gurgulione: in Perſa: & in Aſinaria, atque ex Terentio in Phormione. Quæ tabernæ, nec mancipi erant, quia, ut ait Ulp in L. 32 D. de contr. empt.: *qui tabernas argentarias vendit, non ſolum, ſed jus vendit, cum iſtæ tabernæ publicæ ſint, quarum uſus ad privatum pertinet*. De menſa igitur horum pluries apud Juriſconſultos, ut in L. 5. §. labeo D. de inſt. act.: *ſi in menſa habuit quis ſervum præpoſitum*; in L. ult. eod. tit.: *menſæ nummulariæ*: in L. 28. § 8. D. de lib. leg.: *rationes per menſam, & extra menſam geſta*: & infra, atque alibi pluries. Menſæ hujuſmodi apertæ maxime propter negotiationem: ut qui fœnebrem pecuniam collocare vellent locum haberent; unde menſæ, *pecuniæ accipiendæ* apud Papinianum in L. 19. D. de inſt. act., & de uſuris apud menſas in L. 47. § Lucius D. de pact. d. L. 24. D. de reb. auth. jud. poſs., & in L. 7. § 2. D. depoſit. Item ut quis in tuto pecunias ſuas ſub fide publica, ac velut in arca fideli poſſet deponere, ut in d. L. 7. D. depoſ.: *quoties foro cedunt nummularii, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum: hoc eſt eorum, qui depoſitas pecunias habuerunt; non quas fœnore apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipſos exercebant*; item in d. L. 24. D. de reb. auth. jud. poſs.: *qui pecunias apud menſam fidem publicam ſecuti depoſuerunt*. Ad horum igitur exemplum Romana Reſpublica, ad providendas publicas neceſſitates extra ordinem triumviros, vel quinqueviros menſarios creavit, apud quos qui nummos haberet, poſſet ſi vellet, Reipublicæ opitulando deponere. Non credo fœnerari cum maxima fuiſſet crudelitas in patriam. De vario horum miniſterio hæc tradit Cujacius obſer. lib. 10. cap. 14. *Argentarios Græci vocant ἀργυραμοιβοὺς, quæ appellatio ex eo ducta eſt, quod argentum, quo nomine cujuſcumque materiæ nummus ſignificatur, vendant. Quid vero eſt vendere, quid emere nummos? Nummos vendit, qui pro nummis, quos dat permutanti alios, lucelli aliquid accipit, id eſt, qui collybum accipit. Nam collybus eſt, quod pro permutatione pecuniæ datur, vel, ut D. Hieronymus ait in illo collybiſtarum templo ejectorum loco, munus, quod pro cambio datur. Græca vox eſt collybus, pro qua Latini aſpraturam habent, maxime ſi aſperis, id eſt recèns percuſſis nummis, veteres commutentur. Et hoc ſenſu conſtitutum legimus in L. 2 C. Th. ſi quis ſol. cir. ext., ut omnes ſolidi uno pretio æſtimentur, atque vendantur, & in novella Theodoſii de pretio ſolidi, ne inſignitis ſolidi aurei veterum Imperatorum nominibus ab ullo emptore recuſentur, & ut neminori diſtrahantur, quam empti ſint à collectario. Et has conſtitutiones Cedrenus intellexit in Nicephoro Phoca, dum ſcripſit in hunc modum;* Νόμον ἐπ᾽ ἰδίας ἔγραψε πάντα χαραγμοῦ Βασιλικοῦ, εἰ μὴ τῷ σταθμῷ ἐλλείποι, δύνασθαι ἀλλάσσειν, καὶ ἴσχυν ἔχειν. *Recte igitur à Zonara Synodi Trullenſis CLXXVI. collybiſtæ definiuntur:* Οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, *id eſt: qui vendunt minuta æra pro alia pecunia, ſcilicet accepta collybo. Collybiſtæ argentarii ſunt, vel potius nummularii non abſimiles argentariis, quos ſive ars, ſive uſus longus tractandarum, & permutandarum pecuniarum ita erudivit, ut auri, argenti, æris qualitatem hi ſoli noſſe exiſtimentur probe. Qua de cauſa ad eos eunt frequentes, quaſi peritiſſimos nummorum æſtimatores, qui de quantitate nummorum ambigunt; puta, quanti ſit nummus aut ſolidus aliquis, cujus auri, an probus, an ſuberatus, an ponderis æqui, an lacuna in eo ſit aliqua: nam hæc curioſe homines inquirunt; & ut eſt in Querulo Plauti ſcriptum eleganter: etſi nihil ſit tam ſimile, quam ſolidus ſolido, tamen etiam diſtantia quæritur in auro, vultus, ætas, & color, nobilitas, literatura, patria, gravitas, atque ad ſcriptulos quæritur in auro pluſquam in homine: & hæc quia expedire argentario melius nemo poteſt. Eo ſit, quemadmodum dixi, ut ad eos decurratur ſæpe, & ut uſi numerationi, aut ſolutioni pecuniarum, ſi qua fiat, interveniant, ipſi eam plerique aut ſuſpectam habeant, aut non probe factam putent. Ita malunt qui pecuniam mutuam rogant, de menſa argentarii numerari eam ſibi, quam de domo creditoris, ne fallantur forte in quantitate, vel qualitate pecuniæ, eademque etiam, & ratio creditorum eſt, qui malunt ſibi per argentarium ſolvi, quam ex arca debitoris. Ita in comœdiis ſæpe quum ſolvenda aut adnumeranda pecunia eſt: In forum, inquiunt, ubi ſcilicet argentarii menſas poſitas habebant: qui ex eo menſariorum etiam, & trapezitarum nomen acceperunt. Quin & plerique ultro eis pecunias dant ſolvendas creditoribus ſuis, aut alias fœnori occupandas hac fide, ut viciſſim eos, qui de-*

Menſariorum autem prima, ut opinor, mentio fit apud Livium P. Valerio Poblicola, C. Marcio Rutilo Coſ. anno poſt orbem conditam quadringenteſimo primo; eos vero ille creatos levandi fœnoris cauſa tradit: idque bis verbis: „ Inclinatis ſemel in concor„ diam animis, novi Conſules fœnebrem „ quoque rem, quæ deſtinere unanimos vi„ debatur, levare aggreſſi, ſolutionem alieni „ æris io publicam curam verterunt, quin„ que viris creatis, quos menſarios ab diſpen„ ſatione pecuniæ appellarunt: meriti æqui„ tate euraque ſunt, ut per omnium anna„ lium monumenta celebres nominibus eſſent; „ fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, „ M. Papirius, Q. Publilius, & Ti. Æmi„ lius, qui rem difficillimam tractatu, & „ plerunque parti utrique, ſemper certe al„ teri gravem, cum alia moderatione, tum „ impendio magis publico, quam jactura „ ſuſtinuerunt; tarda enim nomina, & im„ pediriora inertia debitorum, quam faculta„ tibus, aut ærarium menſis cum ære in foro „ poſitis diſſolvit, ut populo prius caveretur; „ aut æſtimatio æquis rerum preciis libera„ vit, ut oon modo ſine injuria, ſed etiam „ ſine querimoniis partis utriuſque eabauſta „ vis ingens æris alieni ſit. Alterum monumentum eorum extat L. Poſtumio, Ti. Sempronio Coſs. aono urbis quingenteſimo triceſimo octavo, bello Punico; quo anno idem ait, Romæ propter penuriam argenti triumviros menſarios rogatione Minucii Tribuni plebis ſactos. Quocirca quinquennio poſt, eodem bello, M. Valerius Lævinus Coſ cum de conferendo io bellum promiſcue omoi auro, argento, atque ære in Senatu ageret, dixit: *Ceterum omne aurum, argentum, æs ſignatum ad triumviros menſarias extemplo deferamus*; & poſt: *Senatu miſſo pro ſe quiſque aurum, argentum, æs in publicum conferunt, tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina ſua vellent in tabulis publicis eſſe, ut nec triumviri accipiendo, nec ſcribæ ſcribendo ſufficerent*. Quibus ex locis patet, menſarios nihil, niſi publicæ rationis attigiſſe; quod etiam in Græcia, atque Aſia factitatum oſtendit Cicero ab iis, quos illi *τραπεζίτας* vocarent, ipſe, cum de Aſia diceret, menſarios Latino vocabulo appellavit io oratione pro Flacco: *Cum civitate*, inquit, *mihi res eſt conficientiſſima literarum, in qua nummus movere nullus poteſt ſine quinque prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor menſariis, qui apud illos à populo creantur*; & poſt: *Si prætor dedit, ut ſcriptum eſt, à quæſtore numeravit, quæſtor à menſa publica; menſa aut ex vectigali, aut ex tributo*. Cum autem inquit, menſarios apud Aſianos à populo eſſe creatos, tacite Romæ aliter obſervatum eſſe, nos admonet.

Argentarii vero fuerunt, qui argenta-
A riam fecerunt; ſic enim pro Cæcina, de quodam dixit: *Romæ argentariam non ignobilem fecit*; erant autem dites & copioſi homines, qui quæſtum faciebant aut permutandis pecuniis, aut fœnerandis; permutatio pecuniæ, unde lucrum petebant, à Græcis collybus dicta eſt; quam vocem probavit in epiſtolis ad Atticum: *De Cælio*, inquit, *vide quæſo, ne qua lacuna ſit in auro, ſed certe eſt in collybo detrimentum*; & in Verrem: *Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum pro ſpectatione, & collybo, deinde pro neſcio quo cerario; hæc omnia, Judices, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt*
B *vocabula; nam collybus eſſe qui poteſt, cum utantur omnes eodem genere nummorum?*

Argentarios porro fœneratores intellexit Plautus in Curgulione cum ſcripſit: *Sub veteribus, ibi ſunt, qui dant, quique accipiunt fœnore*. Veteres enim intellexit argentarias tabernas, quod erant etiam novæ. Tabernas autem argentarias in foro conſtruxit L. Tarquinius Priſcus Rex, teſte Dionyſio; ex quo intelligere poſſumus, jam tum negotiationem argentariorum nummariam Romæ eſſe factitatam. Earum vero tabernarum meminit poſt ſæpe Livius, ut bello Samnitico: *Ejus triumpho longe maximam ſpeciem captiva arma præbuere; tantum magnificentiæ viſum in iis, ut*
C *aurata ſcuta dominis argentariarum ad forum ornandum dividerentur*; & bello Punico: *Annibal vocato præcone tabernas argentarias, quæ circum forum tunc eſſent, juſſit venire*. Et poſt: *Eodem tempore ſeptem tabernæ, quæ poſtea, & quinque argentariæ, quæ nunc Novæ appellantur, arſere*. Unde Varro de lingua Latina: *Sub Novis dicta pars in foro ædificiorum*. In hos ergo argentarios, eoſdemque fœneratores reſpiciens Plautus iterum ſcripſit io Aſinaria:

Quia triduum hoc unum modo foro operam aſſiduam dederim,
Dum reperiam, qui quæritet argentum in fœnus.

Et Cicero æs circumforaneum æs in foro fœ-
D nore ſumptum vocavit, cum ad Atticum ſcriberet: *Tuſculanum*, inquit, *& Pompejanum valde me delectant, niſi quod me ipſum illum vindicem æris alieni ære non Corinthio, ſed hoc circumforaneo obruerunt*; & in Maniliana: *Hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cum pecuniis Aſiaticis*.

Ad argentariorum autem tabernas auctiones fieri ſolitas Ciceronis, & Quintiliani teſtimonio patet; ille enim io oratione pro Cæcina ita ait: *Æbutio negotium datur; adeſt ad tabulam, licetur Æbutius; deterrentur emptores multi, partim gratia Cæcinæ, partim precio; fundus addicitur Æbutio; pecuniam argentario promittit Æbutius*; hic vero Inſtitutio-
E num lib. XI., hoc modo: *Et forſitan in hoc ſunt adjuti, qui auctione dimiſſa, quod nunquam ven-*

dederent, indemnes ſervaturos creditoribus ſoluturos, pro debitoribus, quibus pecunias eorum fœnori occupaverint, ſoluturos ſe recipiant, quod Ulpianus ſignificat, dum ait. Conſtitution ex argentariaventre, Baſilica ἀντιφώνησιν μέρος ὄντα τοῦ τραπεζιτικοῦ. *Auctiones quoque hereditarias per argentarios facere, & pretia redigere ſolent, ut hac ratione non male apud Ulp. neſcio quo loco librorum de tutelis, Auctionaria Baſilica interpretentur* τραπεζιτικὸς λόγος. *Quod vero ita beneficio argentarii gerebatur, id ſolebat juſſu contrahentium, eorumve, ad quos ea res pertinebat, iis perſcribere diligenter, ut Gajus ait in L. argentarius D. de ed. Exempli gratia, uni acceptam, alteri expenſam pecuniam ferre, & que die, quo Conſule data, accepta pecunia eſſet, quibus præſentibus, quo die quis accepiſſet redditurum ſe caviſſet, & cujus generis nummos, & in auctionibus res, pretia, emptorum nomina, in ſolutionibus quis ſolvendam dediſſet, cujus nomine, quo die, & quantum, & cui quo die ſolviſſet, vel ſolvenda eſſet, & ſi creditorem non noverat, ut in oratione Demoſthenis contra Calippum, qui indicaturus eſſet. Hæc eſt ſumma diligentia, unde etiam quæſtus ad argentarios non parvus redibat pro opera, pro labore, pro ſpectatione, & in commutationibus pro collybo.*

vendidiſſent, teſtibus argentariorum tabulis reddiderunt. Ex qua etiam conſuetudine coactores profecti ſunt, quippe miniſtri argentariorum in auctionibus; qualem patrem ſuum Horatius fuiſſe memorat, io Sermonibus:

Nec timuit, ſibi ne vitio quis verteret olim,
Si præco parvas, aut, ut fuit ipſe, coactor
Mercedes ſequerer.

Quem locum interpretans Acro ait, præcones dictos, qui ſtarent ad haſtam, nunciarentque precia oblata; coactores autem mercenarios eorum fuiſſe, qui argentariam haberent; argentarios vero, qui haberent ſummam rerum venalium; dici enim, argentarium, qui habeat ſummam divitiarum, à quo accipiunt forani; coactorem, qui exigit nummos à circumforaneis; aliter coactores dici argentarios in auctionibus, qui pecunias coguns. Eorundem autem coactorum meminit Cicero in Cluentiana, eum dixit: „ Quidam ex amicis Saſſiæ recordatius eſt, ſe nuper in auctione quadam vidiſſe in rebus minotis aduncam ex omni parte ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circumſecari videretur; ne multa perquiritur à coactoribus; invenitur ea ſerrula ad Stratonem perveniſſe.

Argentariam autem artem parum honeſtam apud Romanos cives habitam eſſe, inde exiſtimari poteſt, quod, ut ait Svetonius, à M. Antonio Cæſari Octaviano avus argentarius in maledictis objectus eſt, & quod eundem Caſſius Parmenſis nummularii nepotem ad contumeliam appellavit. Cujus rei cauſſam ego eam fuiſſe crediderim, quod argentariam iidem fœnerationem exercerent, quorum quæſtus in odia hominum incurriſſe, Cicero in libris de officiis tradidit; ſcite; tenebat enim memoria, majores ſuos, Romanos, adeo fœnerationes pecuniarum improbaſſe, ut uſurarum licentiam multis legibus ſi non omnino frangerent, at certe valde reprimerent; quas leges neſcio an brevius quiſquam commemorare potuerit, quam Tacitus annalium quinto, in hunc modum: „ Sane vetus urbi fœnebre malum, & ſeditionum, diſcordiarumque creberrima cauſſa; eoque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus; nam primo duodecim tabulis ſanctum, ne quis unciario fœnore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletum agitaretur, dein rogatione Tribunicia ad ſemuncias redacta, poſtremo vetita verſura; multiſque plebiſcitis obviam itum fraudibus eſt.

Quæ verba placet fœnoris antiqui oſtendendi cauſſa, pluribus explanare. Primum ergo inquit, ante XII tabulas fœnus pro libidine eſſe agitatum; idque ſeditionibus cauſſam præbuiſſe; egregie; probant enim hoc querelæ pauperis ejus, cujus oratione ſeceſſionem plebis in montem ſacrum factam prodit Livius. Sabino enim bello queſtus eſt: „ ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruiſſet, ſed villa incenſa fuiſſet, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe; id cumulatum uſuris, primo ſe agro paterno, avitoque exuiſſe, deinde fortunis aliis, poſtremo velut tabem perveniſſe ad corpus; ductum ſe ab creditore non in ſervitium, ſed in ergaſtulum. Deinde addit, XII. tabulis cautum: „ Ne quis unciario fœnore amplius „ exerceret. Unciariam autem uſuram, ſi quis hoc fortaſſe requirat, dixerunt, reſpicientes centeſimam, quam maximam uſuram æſtimarunt; quæ eſt, cum pars ſortis centeſima ſingulis menſibus penditur; id eſt, cum quotannis duodeni pro centenis uſuræ nomine numerantur. Hanc vero quaſi uſurarum aſſem quendam eſſe voluerunt; unde aliæ minores uſuræ, quaſi aſſis partes, aut particulæ fluxerunt; ſemis, cum dimidia pars centeſimæ in menſes ſingulos ſolvitur; quadrans, cum quarta; quincunx, cum quinta; triens, cum tertia; unciaria, cum duodecima; ſemunciaria, cum viceſima quarta. Hac tamen lege non contenta plebs fuit; quin etiam C. Licinius, L. Sextius Tribuni plebis anno urbis CCCLXXXVI, legem promulgarunt, eamque poſt decennium pertulerunt, auctore Livio: „ Ut deducto eo de capite, quod „ uſuris pernumeratum eſſet, id, quod ſupereſ„ſet, triennio æquis portionibus perſolve„retur. Hanc tamen unciariam legem nefaria libidine fœneratorum, atque avaritia prævalente, poſt omnino obſoleviſſe, ex eo exiſtimari licet, quod eadem anno urbis trecenteſimo nonageſimo ſexto relata eſt, C. Marcio, & Cn. Manlio, Coſs M. Duilio, & L. Mænio Tribunis plebis eam ferentibus. Quod autem addit: „ verſuram inde ab unciario fœnore ad ſemunciariam redactam, legem intelligit T. Manlio Torquato, & C. Plautio Coſs. poſt decennium latam, qua dicitur, eodem teſte Livio, ſemunciarium ex unciario fœnus factum eſſe. Itaque cum Cato in principio librorum de re ruſtica ſcripſit, majores in legibus poſuiſſe: „ fœneratorem „ quadrupli condemnari, ego ea verba in hanc ſententiam accipio, ut putem, non omnino aut Decemviros, aut Tribunos plebis legibus ſuis fœnerantes quadrupli condemnaſſe, ſed cum adjunctione, qui fœnus unciario, aut ſemunciario majus exercerent; me vero in hanc ſententiam prope manu ducit Aſconius, cum inquit: „ quadruplatores „ vocatos, qui gravioribus uſuris fœnerantes „ accuſabant, & pœna lege conſtituta in „ quadruplum condemnari curabant. Quod autem adjicit Tacitus, poſtremo vetitam eſſe verſuram, legem fortaſſe Genuciam notavit, quam ſe in quibuſdam annalibus inveniſſe narrat Livius; tuliſſe enim Q. Servilio, C. Marcio Coſs. anno urbis quadringenteſimo primo L. Genucium Tribunum plebis ad populum: „ Nc fœnerare licerer. Itaque idem anno quadringenteſimo quinquageſimo octavo, Fabio, & Decio Coſs. aliquot fœneratoribus ab ædilibus curulibus diem dictam, eoſque multatos prodit; & anno DLXI. judicia in fœneratores multa ſevere accuſantibus privatos ædilibus curulibus facta. Verſuram autem hoc loco pro quocunque fœnerationis genere videtur Tacitus accepiſſe; eadem enim eſt re fœneratio, ac verſura, ratione diverſa; fœneratur enim, qui dat; verſuram facit, qui accipit mutuo, teſte Feſto. Unde Cicero pro Fontejo: „ Ajunt hoc prætore oppreſſam eſſe „ ære alieno Galliam; à quibus verſuras tan„tarum pecuniarum factas eſſe dicunt? Quod autem idem concludit, multis plebiſcitis obviam itum eſſe fraudibus, nimirum inter cetera Sempronium etiam plebiſcitum ſignificat, cujus eſt mentio apud Livium eodem loco, priore anno, L. Cornelio, Q. Minucio Coſs. hoc modo: „ Inſtabat

„ tum

tum, quod civitas fœnore laborabat, & eum multis fœnebribus legibus conſtricta avaritia eſſet, via fraudis inita erat, ut in ſocios, qui non tenerentur iis legibus, nomina tranſcriberent, ita libero fœnore obruebant debitores, cujus cernendi cum ratio quæreretur, diem finiri placuit fœneralia, quæ proxime fuiſſent: ut qui poſt eam diem ſocii civibus Romanis credidiſſent pecunias, profiterentur, & ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus, jus creditori diceretur, deinde poſtquam profeſſionibus detecta eſt magnitudo æris alieni per hanc fraudem contracti, M. Sempronius Tribunus plebis ex auctoritate patrum, plebem rogavit, plebeſque ſcivit, ut cum ſociis, ac nomine Latino pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis, eſſet. Cum ergo multæ eſſent de fœnore leges, atque aliis aut mitiores, aut acerbiores, fiebat, ut prætores urbani modo hanc, modo illam in dicendo jure obſervarent, prout vel creditoribus vel debitoribus æqui eſſent. Itaque anno urbis ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, Cn. Pompejo, L. Porcio Coſs. cum ære alieno oppreſſa eſſet civitas, Prætor, quoniam ſecundum debitores jus dicebat, ab iis, qui fœnerabantur, in foro occiſus eſt. Quod breviter ſcriptum in epitoma Livianorum ſeptuageſima quarta, aliquanto magis libro primo Civilium Appianus dilatavit, in hanc ſententiam: „ Eodem tempore, creditores in urbe ſeditionem fecerunt, cum creditas pecunias cum uſuris exigerent, antiqua lege vetante, ne uſuras creditarum pecuniarum acciperent, & illos, qui ea conditione dediſſent, multante. Cum autem uſuras longa conſuetudo firmaſſet, creditores quidem eas ex conſuetudine repetebant, debitores vero partim uſuras negabant, partim mulctas etiam ſe ab iis, quod fœnerati eſſent, petituros minabantur. Aſellio vero Prætor, cujus hæc erat juriſdictio, dedit illis inter ſe judicia, legis, & conſuetudinis difficultate ad judices rejecta; fœneratores autem ægre ferentes, legem ab eo veterem renovatam, ipſum in foro ſacra facientem interfecerunt. Poſtero vero anno P. Sulpicius in tribunatu legem tulit, teſte Plutarcho in Sylla: Ne quis ſenator plus ſeſtertium duobus millibus deberet. Conſules autem ipſi L. Sylla, & Q. Pompejus: Ut debitores decimam partem ſolverent; ſi modo recte apud Feſtum legitur ita: „ Unciaria lex dici cœpta eſt, quam L. Sylla, & Q. Pompejus tulerunt, qua ſanctum, ut debitores decimam partem ..... Biennio verò interjecto L. Valerius Flaccus conſul alteram, quam appellat Vellejus turpiſſimam, qua creditoribus quadrantem ſolvi juſſit; poſt autem in conſulatu Ciceronis jus aſpere dictum in debitores conjurati ipſi indicant, qui apud Salluſtium conqueruntur, *ſibi more majorum uti lege non licuiſſe, neque amiſſo patrimonio corpus liberum habere, tantam ſævitiam fœneratorum, & prætoris fuiſſe*. Unde Dio tribunos plebis eodem anno de novis tabulis promulgaſſe ſcribit, eamque rogationem à ſe antiquatam addit Cicero in Legibus: „ Nunquam vehementius actum eſt, quam me conſule ne ſolveretur, armis, & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum, & ordine, quibus ita reſtiti, ut totum hoc malum de Republica tolleretur, nunquam nec majus æs alienum fuit, nec melius, aut facilius diſſolutum eſt: fraudandi enim ſpe ſublata ſolvendi neceſſitas conſecuta eſt. Quod idem poſtea dictator Cæſar videtur providiſſe, ne fieret, cum tulit, teſte Suetonio; „ Ut disjecta novarum tabularum expectatione, quæ crebro movebatur, debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſque ante civile bellum comparaſſent; deducta ſumma æris alieni, ſi quid uſuræ nomine numeratum, aut perſcriptum fuiſſet, qua conditione quarta fere crediti deperibat; quam eandem rem idem ipſe his verbis memoriæ mandavit in principio tertii libri de bello civili: „ Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur, conſtituit, ut arbitri darentur; per eos fierent æſtimationes poſſeſſionum, & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuiſſent, atque eæ creditoribus traderentur. Hoc & ad timorem novarum tabularum tollendum, minuendumq; qui fere bella & civiles diſſenſiones ſequi conſuevit, & ad debitorum tuendam exiſtimationem aptiſſimum exiſtimavit. Leges autem fœnebres labefactatas eſſe Ciceronis ætate, inde facile intelligitur, quod idem lib. VI. epiſtolarum ad Atticum uſuræ trientis, & beſſis meminit: *Fœnus ex triente Idibus factum erat beſſibus*; & quod ad Sextium ſcribens, ſemiſſis, inquiens: *Omnino ſemiſſibus magna copia eſt*; & iterum ad Atticum libro primo, centeſimæ, cum inquit; *à Cæcilio nummum moveri ne à propinquis quidem minore centeſimis poſſe*; quamvis fœnus adeo majores improbaſſent, ut ſenex Cato interrogatus quondam, quid de fœneratione ſentiret, reſponderet, idem eſſe fœnerari, atque hominem interficere; adeo mores ſenſim prava conſuetudo, atque peccandi licentia ipſa corruperat.

CAP. XII.

De Opificibus, & Artificibus.

MErcatoribus autem, & argentariis aliquanto indigniores in civitate fuerunt opifices, artificeſque; de quibus ſequitur ut deinceps, quemadmodum propoſuimus, diſſeramus. Ut autem ſordidæ & illiberales eorum artes habitæ ſint, docet in primo de officiis Cicero; quem puto utile eſſe loquentem audire: „ Illiberales & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur; eſt enim in illis ipſa merces auctoramentum ſervitutis, ſordidi etiam putantur, qui mercantur à mercatoribus, ut ſtatim vendant; opifices quoque omnes in ſordida arte verſantur; nec vero quicquam ingenuum poteſt habere officina; minimeque artes probandæ, quæ miniſtræ ſunt voluptatum, cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores, ut ait Terentius; adde his, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. Quibus verbis ſumma opificum, artificumque omnium genera perſtrinxit, qui quin è plebe Romana, & maxime urbana fuerint, non eſt, cur in dubium adducatur. Hi vero ex antiquiſſimo inſtituto erant in multa collegia diſtributi; cujus inſtituti auctorem invenio, regem fuiſſe Numam; qui, quod eſt ſcriptum apud Plutarchum: „ ut differentiam illam

A „ tolleret, qua civium Romanorum alii Quirites, alii Romani, alii à Tatio, alii à Romulo dicebantur, artium diviſionem excogitavit tibicinum, aurificum, fabrum, tinctorum, ſutorum, cerdonum, fabrum ærarium, & figulorum; reliquas vero artes in unum redigens, unum ex his collegium conſtituit, quibus cum ſodalitates, & conventus, & ſacra unicuique generi apta tradidiſſet, nomen Romanorum, Sabinorumque delevit. Hanc autem Plutarchi orationem confirmat quoque Valerius, qui capite de inſtitutis collegii *tibicinum* meminit; tuetur Plinius, qui libro XXXIII. tertium fabrum ærarium collegium, & libro XXXV. B ſeptimum figulorum à Numa conſtitutum prodit. Quanquam Florus Ser. Tullium potius, quam Numam Pompilium hominem, ut videtur, collegiorum auctorem aſſerit, cum de eo ita ſcribit; „ Ab hoc rege populus Romanus relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, decuriis, atque collegiis diſtributus, ſummaque regis ſolertia ita ordinata eſt Reſpublica ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina in tabulas referrentur, ac ſi maxima civitas minimæ domus diligentia contineretur. Atque hæc quidem ſive à Numa, ſive à Servio inſtituta artificum, opificumque collegia fuerunt; de quibus intellexit ſine dubio Cajus, cum legem XII tabularum interpretans ita ſcripſit: C „ Sodales ſunt, qui ejuſdem collegii ſunt, quam Græci *hetæriæ* vocant; his autem poteſtatem facit lex, pactionem, quam velint, ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Inde verò facta alia multa ſunt, ſed ea fere, quia adverſus Rempublicam eſſe videbantur, ſublata; quod his verbis prodit in Cornelianam Aſconius: „ Frequenter cœtus factioſorum hominum ſine publica auctoritate, malo publico, fiebant; propter quod poſtea collegia ſenatuſconſultis, & legibus pluribus ſunt ſublata præter pauca, atque certa, quæ utilitas civitatis deſideraſſet, ut fabrum, fictorumque. Hoc autem D quando potiſſimum factum ſit, invenio ſcriptum apud eundem in commentario Piſonianæ. „ L. Cæcilio, *inquit*, Q. Martio Conſulibus Senatuſconſulto collegia ſublata ſunt, quæ adverſus Rempublicam videbantur eſſe; ſolebant autem magiſtri collegiorum ludos facere, ſicut magiſtri vicorum faciebant compitalitios, prætextati, qui ludi ſublatis collegiis diſcuſſi ſunt; poſt novem deinde annos, quam ſublata erant, P. Clodius tribunus pleb. non ſolum lege lata reſtituit collegia (quod idem à Dione ſcriptum video libro XL) *ſed etiam alia nova adjecit ex omni fæce urbis, ac ſervitio*, ut teſtis eſt Cicero in Piſoniana. Quæ porro reſtituta à Clo- E dio fuerant, ea iterum à Cæſare dictatore ſublata, facile intelligere ex Svetonio poſſumus, ſi eum loquentem attendamus; inquit enim, *Cæſarem cuncta collegia præter antiquitus conſtituta detraxiſſe*; cujus lex cum in maximis Reipublicæ motibus poſtea ad nihilum recidiſſet, eandem ab Auguſto repoſitam exiſtimare debemus; ſiquidem idem Svetonius auctor eſt, *cum plurimæ ſocietates titulo tenus collegii novi ad nullius non facinoris ſocietatem coirent, Auguſtum collegia præter antiqua, & legitima diſſolviſſe*. Timebant ſcilicet ſapientiſſimi homines factioſorum hominum cœtus, ne jure collegii ad res novandas, & Rem-

A publicam perturbandam abuterentur.

Si ergo antiqua jam inde à Numa inſtituta artificum, opificumque collegia, in quæ ille populum plebemve conjecit, uſque ad Auguſti memoriam integra pervaſerunt, quis eſt, qui negare, niſi plane rerum omnium rudis, poſſit, cives Romanos, maxime qui de plebe erant, artes operoſas, ſordidas, humileſque tractaſſe? At duobus in locis repugnat Dionyſius, atque artes ejuſmodi longe à cive Romano removet; unus eſt, ubi de Romuli inſtitutis diſputat: „ Romulus, *inquit*, civibus Romanis agriculturam, & artem militarem commiſit, ſervis verò, & peregrinis artes ſellularias, & ſordidas, & B turpium voluptatum miniſtras; quippe quæ non magis corpora, quam animos eorum, à quibus colerentur, læderent, ac diu hæc artificia infamia flagrarunt apud Romanos, neque ab ullo indigena Romano ſunt exculta; alter eſt, ubi de ſeptimo luſtro diſſerit, aliquot annis poſt reges exactos. „ Civium, *inquit*, hoc luſtro, qui tum puberes eſſent, ſupra centum millia cenſa; mulierum autem, ſervorumque, & mercatorum, & ſordidas artes exercentium, (ſiquidem Romanorum nemini cauponariam, aut operoſam artem tractare licuit) triplo plus, quam turbæ civilis. Repugnat ille certe, & quæſtionem ponit ad explicandum difficilem, C eſt tamen opera danda, ut veritatem in re non minimi momenti quam certiſſimis poſſumus veſtigiis perſequamur. Ego igitur, qui artifices, atque opifices civium Romanorum è numero fuiſſe cenſeo, Dionyſio optimo in primis auctori ita occurrendum exiſtimo. Primum Romuli, cujus ille meminit, inſtitutum, aut Numæ, aut Servii inſtituto fuiſſe abrogatum; non enim ſervos, aut peregrinos illi in collegia digeſſiſſe dicuntur, ſed cives Romanos, probro tamen primis temporibus ejuſmodi artium uſum fuiſſe, atque inde factum, ut à veris civibus, & germanis ſecernerentur, non negaverim; quoniam ejuſmodi operibus occupati homines neque ad mi- D litiam propter ignaviam vocabantur, nec fere tributi onere ullo propter tenues ipſorum opes premebantur, propterea ne in cenſorum quidem civium numerum à cenſoribus fuiſſe relatos, perinde atque ne puerorum quidem, mulierumque, crediderim; ſiquidem cenſus ad juniorum copiam, qui ad bellum conſeriberentur, & pecuniarum magnitudinem, quibus bellorum facultates ſuſtentarentur, diſpiciendam, eſt celebratus; at vero peregrinorum, atque ſervorum prope alterum Romæ populum eſſe obverſatum, qui his quæſtibus operam dederit, agriculturam vero & rem militarem civibus liberis ſolis reliquerit, vix mihi conſentaneum videtur; præſertim vero E cum peregrini civitate, ſervi libertate, & civitate facile donari poſſent; quam, quid erat, cur tantopere caperent, ſi lucrum ex arte antiqua amiſſuri eſſent? opifices autem, & ſellularios à militia eſſe repulſos non lege, ſed conſuetudine, quod parum bello idoneum genus illud hominum putaretur, ex verbis ipſis Livianis colligi mihi videtur poſſe, quæ ſunt libro VIII. *Quin opificum quoque vulgus, & ſellularii minime idoneum militiæ genus, exciti dicuntur, Vejoſque ingens exercitus contractus, ut inde obviam Gallis iretur*; & his Salluſtianis, ubi de C. Mario Conſule bello Jugurthino loquitur; *Plebs ſic accenſa eſt*, ut

opi-

opifices omnes, agreſteſque quorum res, fideſque in manibus ſitæ ſunt, relictis operibus frequentarent Marium. Etenim quæro, an conſules opificum turbam centuriaſſent, ſi ſervi, ac peregrini fuiſſent, quorum illi nunquam, hi non in legione, ſed in auxiliis meruerunt? at rarò hoc uſurpatum eſt; fateor; neque enim ejuſmodi hominum genus conſcribi, qui non idonei militaribus operibus viderentur, ſolebat; niſi aut aſperis in rebus, aut ab ambitioſo conſule, ut à Mario, qui etiam capite cenſorum infimam plebem centuriaſſe fertur. Eoſdem vero tributo conferendo vacaſſe, non quod civitatis, ſed quod facultatis eſſent experies, ſatis aperte demonſtrat Plutarchus, qui ſcribit; Poblicolam eos pauperes cives tributi conferendi onere exolutos alacrius opificia ſua tractare juſſiſſe. Cur igitur à cenſoribus, teſte Dionyſio, ſint præteriti, dubii jam nihil relinquitur. Quod ſi quis non optimo eos jure civitatis ſuos eſſe in prima illa ſive regum, ſive patriciorum Republica affirmarit, non repugnabo; quid enim id mirum, in ea Republica quæ non eſſet legibus temperata, ſed humilibus neglectis, tota in principum, & divitum eſſet poteſtate ſita? At poſtquam plebi univerſæ eſt communicata Reſpublica tum & hanc plebis partem meliora jura, quam ante, ſibi paraſſe, quis negare poſſit, niſi qui plane in tota antiquitate Romana peregrinetur? quæro enim; quod jus præſtantius eſt ſuffragio? quod melius honore? At ſi poſtremis temporibus partem hanc civitatis ad tribus, & ad ſuffragia, & ad honores admiſſam doceo, nonne cives Romanos etiam ſordidis in artibus occupatos fuiſſe, probavero? De tribubus autem quid eſt, quod dubitemus, cum auctorem optimum T. Livium habeamus? is autem *cenſores Lepidum, & Nobiliorem mutaſſe ſuffragia* ſcribit, *regionatimque generibus hominum, cauſſis & quæſtibus tribus deſcripſiſſe*; nimirum enim *quæſtus* cum dixit, collegia plebis intellexit. Unde Cicero merito ſe collegiorum ſuffragiis in patriam revocatum gloriatur. *Nullum eſt*, inquit, *in hac urbe collegium, quod non ampliſſime non modo de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreverit*. At verò cum idem pro domo ſit de eadem re, *homines in campum non tabernas, ſed municipia clauſis veniſſe*, nonne ſatis oſtendit, opifices clauſis tabernis in campum ſuffragii cauſſa ventitare ſolitos eſſe? & cum Quinctus frater in libro de petitione ait: *Habet equeſtrem ordinem, multa municipia, multos abs te defenſos cujuſque ordinis homines, aliquot collegia*, nonne ſignificat, ut equites Romanos & municipes, ſic opificum collegia ſuis eum ſuffragiis conſulem facere poſſe? Jam verò cur hæc pars populi à ſeditioſis hominibus tantopere coleretur, niſi ipſa ponderis aliquid ad comitia afferret? Audiamus, quid in oratione pro domo idem noſter ille in Clodium loquatur:
„ An tu populum Romanum eſſe illum pu„ tas, qui conſtat ex iis, qui mercede con„ ducuntur, qui impelluntur, ut vim afferant „ magiſtratibus, ut obſideant ſenatum, optent „ quotidie cædem, incendia, rapinas? quem „ tu tamen populum niſi tabernis clauſis fre„ quentare non poteras. Itaque alio loco L. Sergium Clodii ſatellitem, *tabernariorum concitatorem* vocat. Et Pedianus in argumento Milonianæ ſcribit, Plancum tribunum plebis cohortatum eſſe populum, *ut clauſis tabernis poſtero die ad judicium adeſſet, nec pateretur elabi Milonem*, & in Lucullo inquit noſter, *ſeditioſos tribunos claudi tabernas jubere ſolitos eſſe*; cur ita? nimirum, ut plebem infimam, quæ in tabernis eſt, quæque facile impelli ad quodcunque facinus poteſt, ſecum habeant. Unde illud eſt in Catilinam:
„ Quod ſi auditum eſt, lenonem quendam „ Lentuli concurſare circum tabernas, pretio „ ſperantem ſollicitari poſſe animos egentium, „ atque imperitorum, eſt id quidem cœptum, „ atque tentatum: ſed nulli ſunt inventi tam „ aut fortuna miſeri, aut voluntate perditi, „ qui non ipſum illum ſellæ, atque operis, „ & quæſtus quotidiani locum, qui non cu„ bile, ac lectulum ſuum, qui denique non „ curſum hunc ocioſum vitæ ſalvum eſſe ve„ lint; multo verò maxima pars eorum, qui „ in tabernis ſunt, immo vero genus hoc uni„ verſum amantiſſimum eſt ocii; etenim omne „ eorum inſtrumentum, omnis opera, ac „ quæſtus frequentia civium ſuſtinetur, alitur „ ocio; quorum ſi quæſtus occluſis tabernis „ minui ſolet, quid tandem incenſis futurum „ ſit? Atque hæc quidem dicta ſint de ſuffragio. Quid dicam de honoribus? nonne P. Rupilius ex operis publicanorum conſulatum adeptus, imperium etiam in Sicilia geſſit, idemque triumphavit? nonne Terentius Varro, qui cladem Cannenſem eos. accepit, patrem lanium habuit, ipſe vero inſtitor mercis fuit? num vero hi minus cives fuerunt, quia in ſordido quæſtu verſati ſunt, quam unus quilibet è patriciis, cum etiam conſulatum adminiſtrarint? quid M. Scaurus vir patricius, qui conſul, & cenſor fuit, nonne patrem habuit, qui carbonariam propter paupertatem, & C. Octavius, qui poſtea Auguſtus appellatus eſt, avum, qui argentariam fecit? an igitur Scaurus patre, Octavius avo geniti ſunt, non cive, ſed peregrino? quid? an vero Fabius ille, qui quod pingeret, Pictor eſt appellatus, civis non fuit, cum fuerit etiam patricius? de quo Cicero ita in prima Tuſculana: *An cenſemus, ſi Fabio nobiliſſimo homini laudi datum eſſet, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos?* At fuerunt hæ artes probro; non nego; plebs etiam univerſa reliquis ordinibus minus honeſta fuit, & in plebe commodiore alii aliis in cauſſa fuerunt, ſiquidem hiſtriones omnes, præter Attellanos, tribu motos, & à ſtipendiis militaribus repulſos fuiſſe ante diximus; unde Q. Roſcium comœdum Cicero dignum eſſe dixit, *qui aut ſemper in ſcena eſſet, aut eo nunquam veniret*.

CAP. XIII.

De Turba Forenſi.

HUic autem plebi pars illa plebis adjuncta eſt, quam forenſem turbam, & factionem Livius, Cicero peculiari nomine urbanam plebem ſolet vocare, in qua homines verſati ſunt non ſolum egentes, & rebus domeſticis impediti, ſed nocentes etiam, & furioſi; cujus de commodis lege ſua agraria Ti. Gracchus tulit, cum diceret: „ feras quidem, „ ac beſtias luſtrum, ac tectum, quo ſe re„ ciperent, in Italia habere; qui vero aſſidue „ pro libertate pugnarent, præter aërem, lu„ cemque nihil in Italia poſſidere: ſed ſine „ lare, ſine ſede, cum liberis, conjugibuſque

„ va-

„ vagari; mentiri autem Imperatores Romani A
„ cum milites hortarentur, ut pro aris, ſo-
„ ciſque pugnarent, neque enim lares pater-
„ nos, nec monumenta majorum eos tenere,
„ ſed pro aliena luxuria dimicare, atque orbis
„ terrarum dominos verbo appellari, revera
„ autem ne glebam quidem terræ poſſidere.
Quam eandem legem cum in Tribunatu L. Phi-
lippus ferret, dixit, teſte in II. de officiis Ci-
cerone, *non eſſe duo millia hominum in civitate,
qui rem haberent*. Quin etiam hæc illa plebs fuit,
cujus ſtudio P. Clodius Tribunus plebis Ci-
ceronem ex urbe expolit, ac Rempublicam
divexavit; de qua ſic ille pro domo: *P. Clo-
dius conſulari homini adimere potuit civitatem
concilio advocato, conductis operis non ſolum* B
*egentium, ſed etiam ſervorum, Cedulio principe,
qui primus ſcivit; quod facile potuit propter
inopiam tecti in foro pernoctans*; & pro Milone:
*Plebem, & infimam multitudinem, quæ P. Clo-
dio duce fortunis veſtris imminebat, eam quo
tutior eſſet vita veſtra, ſe feciſſe commemorat,
ut non modo virtute flecteret, ſed etiam tribus
ſuis patrimoniis deliniret*. Neque vero alia eſt
ea, quam intellexit Salluſtius, cum in Con-
juratione ita ſcripſit: *Plebs conjuratione pate-
facta, Catilinæ conſilia execrari, Ciceronem ad
cœlum tollere; namque alia belli facinora prædæ
magis, quam detrimento fore, incendium vero
crudele, immoderatum, ac ſibi maxime calami-
toſum putabat, quippe cui omnes copiæ in uſu* C
quotidiano, & cultu corporis erant. Hæc autem
plebs urbana agrorum inops, atque inanis,
cum agros ex lege aliqua accipiebat, tum in
agros deduci, ſive in agris conſtitui ab ipſo
latore legis dicebatur. Neque vero ſolum,
quos paupertatis humilitas depreſſerat, ſed
quos etiam flagitioſa, ac turpis vita ſignave-
rat, plebs hæc, ut dixi, urbana complexa
eſt. Quod idem Salluſtius eodem in libro de-
monſtrat, cum inquit: *Sed urbana plebs præ-
ceps erat multis de cauſis; primum omnium,
qui ubique probro ac petulantia maxime præſta-
bant; item alii, qui per dedecora patrimoniis
omiſſis; poſtremo omnes, quos flagitium, aut
facinus domo expulerat, hi Romam ſicuti in* D
ſentinam confluxerant. Quo factum eſt, ut Ci-
cero epiſtolarum ad Atticum primo, bonis
ſordem, ſecemque urbis oppoſuerit, cum di-
xit: *Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti,
apud ſordem, & fecem urbis multo melius, quam
reliquiſti*. Ergo cum hanc plebem vel ſenti-
nam, vel ſordem, vel ſecem urbis vocarent,
recte etiam eum de emittenda infima tenuiſ-
ſimorum hominum multitudine, atque in
agros deducenda loquerentur, plebem exhau-
rire dicebant; unde notum illud Ciceronis
eſt in Rullum: *Et nimirum illud eſt, quod ob
hoc Tribuno plebis dictum eſt in Senatu, urba-
nam plebem nimium in Republica poſſe, exhau-
riendam eſſe; hoc enim verbo eſt uſus, quaſi de* E
*aliqua ſentina, ac non de optimorum civium ge-
nere loqueretur*. Hanc autem forenſem turbam
vocavit Livius libro X., credo, quod in foro
ocioſa, quaſi agrariis & frumentariis largi-
tionibus inhians verſaretur, atque ſeditioſiſſi-
mo cuique magiſtratui vel concionem haben-
ti, vel cum populo agenti, facillime ſe de-
deret, eamque in quatuor urbanas tribus
concluſam ait: *Q. Fabius Cenſor*, inquit, *ne
humillimorum in manu comitia eſſent, omnem
forenſem turbam excretam in quatuor tribus
conjecit, urbanaſque has appellavit*. Ego tamen
ex urbanis tribubus quatuor eam exiſſe, atque
in omnes diffuſam eſſe, inde ducor ad opi-
nandum, quod nec Gracchi, nec Clodius,
nec ceteri furioſi, amenteſque Tribuni plebis
quicquam in Republica moliri hujus plebis
ſuffragiis, & ſtudio potuiſſent, ſi quatuor
tantum tribus in poteſtate habuiſſent; præ-
ſertim cum uni tribui unum ſuffragium con-
cederetur, in quod majoris partis ex ipſa
tribu ſententiæ inclinaſſent. Neque vero ex
alio etiam, quam ex hoc quaſi corpore pro-
letarios, & capite cenſos fuiſſe exiſtimarim,
quos in ſextam claſſem, ultimamque centu-
riam rejecit Ser. Tullius, de quibus ſupra
ſatis diſputavimus, cum de centuriis dixi-
mus; poſtremo vero & hunc eſſe populum
illum, quem *tunicatum* in Satyris *popellum*
appellavit Horatius, quod non toga, ſed tu-
nica ſex ipſa civitatis uteretur, exiſtimo;
unde Tacitus in dialogo de oratoribus, vul-
gus imperitum *populum tunicatum* vocarit.

CAP. XIV.

De Libertinis.

SEquitur ordo libertinorum; quem in hunc
locum iccirco rejeci, quod quæ hactenus
dicta ſunt, omnia ad ingenuos pertinuerunt;
libertinorum autem, ut ſupra dixi, jura
multo quam ingenuorum, fuerunt deteriora.
Quod hoc etiam loco multo planius expone-
mus. Etenim cum priore libro, qui libertini
vocarentur, docuerimus, in hoc quam civi-
tatis, aut quam Reipublicæ partem habue-
rint, ac quot turbas juris ſui amplificandi
cauſſa in Republica excitarint, demonſtrabi-
mus.

Satis igitur conſtat, qui cum libertate
civitatem adepti eſſent, eos patroni quidem
nomina, per quem erant liberati, eſſe aſſe-
cutos; at jura non omnino eadem eſſe adep-
tos. Non ſolum enim qui à patricio erat ma-
numiſſus, non patriciorum jus acquirebat,
ſed ne qui à plebejo quidem, prorſus plebeji
hominis conditionem aſſequebatur. Erant
enim omnes libertini plebeji, & jure priva-
to, id eſt, jure Quiritium eodem utebantur,
ac illi, ſed à tribubus ruſticis, id eſt, ab op-
timo jure ſuffragiorum, & à ſtipendiis, & ab
honoribus (22) erant repulſi; unde non ad-
modum

(22) Verum eſt libertis honores numquam patuiſſe,
ſed obſervantia, non lege, niſi Viſellia, quæ
lata eſſe dicitur ſub Tiberio A. U. C. DCC-
LXXVI. L. Viſellio Varrone, Sex. Cornelio
Cethego COSS. Legis Viſelliæ ſententia re-
fertur in Diocletiani, & Maximiani conſti-
tutione in Cod. tit. ad L. Viſell.: *Lex Viſel-
lia libertinæ conditionis homines perſequitur, ſi
ea, quæ ingenuorum ſunt circa honores, & di-
gnitates auſi fuerint attentare, vel decurionatum
arripere; niſi jure aureorum annulorum impetra-
to à principe ſuſtententur. Tunc enim quoad vi-
vunt, imaginem, non ſtatum ingenuitatis obti-
nent, & ſine periculo ingenuorum etiam officia
peragunt publica*. Quapropter iidem Impera-
tores Diocletianus, & Maximianus in L. 1.
C. ſi Ser., aut lib. ad decur. aſp. congruenti
pœna juxta legis ſeveritatem ulciſci juſſerunt
libertum, qui curiæ participare auſus fuiſſet,
ſi vel jus aureorum annulorum adeptus non
fuiſſet, vel natalibus ſuis non reſtitutus.
Quamquam enim & ante eam legem alia
lex eſſe potuerit; nec ejus ullam mentionem
habemus, & ſi monumenta inſpicimus, om-
nis ejus conjectura ejicitur. Primis Romæ
incunabulis Servius Tullius, ſervus, & ex
ſervâ

modum commoda eorum fuiſſe conditio intelligitur; quam ut meliorem redderent, ſæpe, ſed fruſtra, magiſtratuum Romanorum ope tentarunt. In quatuor autem tribus urbanas primus is, qui libertinos etiam civitate donare inſtituit, Ser. Tullius conjecit; quæ cum propterea parum honoratæ haberi eſſent cœptæ, inde ab ingenuis, ut dixi, in ruſticas frequenter eſt migratum, & ruſticis eo nomine plurimum decoris, & ornamenti adjectum. Itaque libertini, quorum jam numerus in Republica percrebuerat, cum ſe eo contemni nomine intelligerent, quod urbanas tribus ad ingenuis ſegregati tenerent, ſæpius ut in omnes dividerentur, pugnarunt; primus autem App. Claudius in cenſura, quam geſſit anno urbis conditæ CCCCXLI., eos ex quatuor urbanis, in quas à Ser. Tullio translati fuerant, in omnes diſperſiſſe, populari aura provectus exiſtimatur; uſque adeo, ut Plutarchus propterea in Poblicola Ap. Claudium primum libertinorum ordini ſuffragium dediſſe dicat. Cujus factum cum ingenui, & tota nobilitas iniquiſſimo animo ferret, viſum eſt Q. Fabio Rulliano cenſori novem poſt annis eos excernere, atque iterum in quatuor urbanas redigere: quam rem adeo gratis animis acceptam eſſe à tota civitate inquit Livius, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, eo facto invenerit. Eos tamen poſt cenſorum, qui ſequuti ſunt, vel temeritate, vel negligentia ex iis exiiſſe, inde conjici poteſt, quod L. Æmilius Papus, & C. Flaminius Cenſores, anno urbis DXXXII. libertinos, qui in omnes tribus diſperſi eſſent, in quatuor urbanas, teſte Livio, revocarint. Immutatam autem hanc etiam rationem eſſe poſtea invenio, ita, ut quibus filius quinquenni major eſſet, in ruſticis cenſerentur, qui prædium, prædiave ruſtica pluris ſeſtertium XXX. millium haberent, in quatuor urbanis, reliqui tribubus omnibus excluderentur. Itaque Ti. Gracchus, Cenſor, anno poſt Romam conditam quingenteſimo octogeſimo quinto, cum omnes libertinos omnibus pellere tribubus vellet, reſiſtente C. Claudio collega, tandem eo deſcendit, ut in Eſquilinam omnes referret. Hæc autem ex his Livii verbis elici mihi videntur poſſe: „ In quatuor urbanas tribus deſcripti erant libertini præter eos, quibus filius quinquenni major eſſet; ex S. C. eos, ubi proximo luſtro cenſi eſſent, cenſeri juſſerunt; & eos, qui prædium prædiave ruſtica pluris H·S triginta millium haberent, cenſendi jus factum eſt. Hoc cum ita ſervatum eſſet, negabat Claodius ſuffragii lationem injuſſu populi cenſorem adimere cuiquam homini, nedum univerſo ordini poſſe; neque enim ſi tribu movere poſſet, quod ſit nihil aliud, quam jubere mutare tribum, ideo omnibus quinque & triginta tribubus emovere poſſe, id eſt, civitatem, libertatemque eripere, non ubi cenſeantur finire, ſed cenſu excludere. Hæc inter ipſos diſceptata; poſtremo eo deſcenſum eſt, ut ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis ſortirentur, in quam omnes, qui ſervitutem ſerviſſent, conjicerent. Eſquilinæ ſors exiit; in ea Ti. Gracchus pronunciavit, libertinos omnes cenſeri placere. Itaque huc intuens Cicero in primo de oratore dixit: „ Ti. Gracchus Cenſor, Gracchorum pater, non accurata quadam orationis copia, ſed nutu, atque verbo libertinos in urbanas tribus tranſtulit; quod niſi feciſſet, Rempublicam quam nunc vix tenemus, jam diu nullam haberemus; ſignificat autem eos, qui in ruſticis eſſent, in urbanas eſſe redactos; quam unam ex quatuor Eſquilinam fuiſſe ſcribit Livius. Hoc autem decreto parum diu ſteтiſſe eos, inde intelligo, quod M. Scaurum Conſulem anno DCXLV. legem de libertinorum ſuffragiis tuliſſe, id eſt, ut ego opinor, in IV. urbanas eos diſperſiſſe, in libro de viris illuſtribus ſcriptum eſt; cur autem ita putem, hæc cauſſa eſt, quod ni hoc ille tuliſſet, P. Sulpicio Tribuno plebis legem ferre anno DCLXV., neceſſe non fuiſſet, ut libertini in omnes tribus diſtribuerentur; id quod in epitoma Liviana, & apud Aſconium ſcriptum invenitur; quam tamen legem eodem anno à L. Sulla Conſule, Mario, Sulpicioque adverſæ factionis ducibus urbe per arma pulſis, una cum ceteris ejus legibus abrogatam, cum docet Appianus, tum inde etiam patet, quod C. Carbone iterum Conſule, Sullæ inimico triennio poſt libertini in omnes tribus deſcripti in epitoma Liviana traduntur. Verum & hanc legem haud ita multo poſt à Sulla Dictatore ſublatam, ex eo ſuſpicari libet, quòd C. Manilius Tribunus plebis an. DCXXCVI., eandem legem tuliſſe dicitur, quæ quia poſtridie, ideſt K. Januariis Senatuſconſulto, Dione & Pediano teſtibus, eſt ſublata, propterea P. Clodius ferre in Tribunatu ſuo illo turbulentiſſimo propoſuerat, ut libertini, qui non pluſquam in urbanis tribubus ſuffragium ferebant, poſſent in ruſticis quoque tribubus (ſic enim loquitur Pedianus) quæ ingenuorum eſſent, ferre.

ſerva natus, ut omnes Scriptores ferunt, ideſt ab Ocriſia nobiliſſima Corniculi Latinæ Civitatis fœmina, quæ interfecto u Romanis in patriæ oppugnatione Tullio ejus viro, Regiæque illius ſtirpis, una cum Civitate prægnans à Tarquinio Priſco capta, & in ſervitutem Romam abducta, poſt a Tanaquile Tarquinii uxore una cum filio interim nato manumiſſa fuerat, primum a Priſco inter equites lectus, poſt equitum, peditumve Dux pluries creatus; item inter patres relatus; demum Rex Romanorum factus eſt. Dionyſ. lib. 4. Ipſum Servium, cum de danda manumiſſis Civitate decrevit, author eſt Dionyſius lib. 4. *Libertorum genus, quantumcumque illud eſſet, ad omnia publica munia admiſiſſe, ad quæ reliquis quoque plebejis aditus pateret.* Et infra, *ingenuos iniquum eſſe putare non differre à ſervis natura, ſed fortuna: eoſque, qui honoribus ſunt digni, non ex moribus, ſed ex fortuna, & conditione ſpectandos.* Item licuit Appio Cenſori libertinorum filios in Senatum attollere, quod fuit invidioſum; igitur non lege prohibitum: invidioſiſſimum ſi ipſos libertos, ſed ne id quidem prohibitum. Et invidioſus Tribunatus Gn. Flavii libertini filii, item triumviratus nocturnus, & coloniæ deducendæ, atque ædilitas. Liv. lib. 9. Sed omnem removere dubitationem videtur Dio, qui libro 40. ait Appium Claudium Cenſorem a Senatu ejeciſſe omnes libertinos. Idque fuit Anno U. C. DCCIV. L. Æmilio Paulo, C. Claudio Marcello COSS. Cenſeo ergo libertinos ad honores quandoque admiſſos nulla unquam lege niſi primum, ut dixi Viſellia, ab eis fuiſſe prohibitos. Quantum autem a veritate diſtet, libertinos a jure quoque ſuffragiorum fuiſſe repulſos, demonſtrabimus cum agemus de binis Comitiis, & in Curiata.

ferre. Quibus ex rebus illud efficitur, libertinos in tribubus urbanis perpetuo fere eſſe cenſos, quod etiam memoria ſua obſervatum prodit Dionyſius, qui fuit Auguſti æqualis.

Ut autem ſuffragiorum jure, ſic etiam ſtipendiorum caruiſſe, ex eo ſuſpicor, quod non ex ordine, ſed difficillimis tantum Reipublicæ temporibus conſcripti ſunt. Neque enim credendum eſt, ſi ex ordine meruiſſent, ita de iis Livium in bello Samnitico, & Etruſco exponendo ſcripturum fuiſſe: *Senatus juſtitium indici, delectum omnis generis haberi juſſit, nec ingenui modo, aut juniores ſacramento adacti ſunt, ſed ſeniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati.* Quod cum ait, quippe illud ſignificat, ut ſeniores, ſic libertinos extra ordinem fuiſſe conſcriptos. An vero idem bello Punico ſecundo ſcriptum reliquiſſet, *Libertinos etiam, quibus liberi eſſent, & ætas militaris in verba juraſſe*? unde ſcripſit Macrobius Saturnalium primo, poſt cladem ad lacum Traſimenum acceptam libertinos quoque in ſacramentum vocatos; aut bello Liguſtino, literis prodidiſſet, *rei navalis curam non omiſſam, duumviros in eam rem conſules creare juſſos, per quos viginti naves deductæ navalibus ſociis civibus Romanis qui ſervitutem ſerviſſent, complerentur, ingenui tantum iis præeſſent*? aut bello Perſico permiſſum tradidiſſet, *ut ſupplementum legeretur in claſſem ex libertinis*. Neque verò Appianus bello Marſico per libertinos oram à Cumis ad urbem eſſe cuſtoditam, *libertinis tum primum propter ingenuorum inopiam merere incipientibus*, dixiſſet, quem locum attigit etiam, eodem, quem commemoravi, in loco Macrobius, cum addidit: *Bello ſociali cohortium XII. ex libertinis conſcriptarum operam memorabilis virtutis appruiſſe*. Quibus ex locis quid aliud admonemur, quam libertinos, niſi extra ordinem, aſperis Reipublicæ temporibus, non eſſe centuriatos?

At caruerunt ſuffragio, num vero honorum petitionem habuerunt? multo minus; hoc enim vix libertinorum filiis patuit. Docet hoc Livius, cum de Cn. Flavio loquitur: „ Eodem anno Cn. Flavius C. F. ſcriba, „ patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum callidus vir, & facundus, ædilis „ curulis fuit, tribunatu ante geſto, triumviratuque nocturno; altero coloniæ deducendæ. Ceterum Flavium ædilem dixerat „ forenſis factio App. Claudii cenſura vires „ nacta, qui ſenatum primus libertinorum „ filiis lectis inquinaverat; quam lectionem „ nemo ratam habuit; docet Appianus, qui P. Furium, eum, qui tribunus pleb. Q. Metelli Numidici reſtitutioni ſe oppoſuit, libertino patre natum prodit. docet Tacitus, apud quem D. Claudius ita loquitur: *Libertinorum filiis magiſtratus mandari, non ut pleriquè falluntur recens, ſed priori populo factitatum eſt*; demonſtrat poſtremo diligens, atque aſſidua obſervatio antiquitatis, quæ conſtantiſſime libertinum ab honorum petitione repellit; niſi forte apparitiones magiſtratuum in numero honorum habeamus, de quibus poſt dicemus.

Verum neque in Senatum libertinos lectos eſſe inde apparet, quod ne libertinorum quidem filii lecti ſint; unde illud eſt in Cluentiana: *Lentulus cenſor Popillium, quod erat libertini filius, non legit; locum quidem ſenatorium ludis, & cetera ornamenta reliquit*.

Libertinorum autem numerum cum in

A omni tempore magnum fuiſſe invenio, tum Sullanis temporibus maximum. Etenim L. Sulla recuperata Republica omnes eorum, qui in bello ceciderant, ſervos, atque in primis robuſtiſſimum quenque manumiſit, atque eis plebis jura dedit; qui omnes ab eo Cornelii, auctore Appiano, ſunt appellati; unde Cicero in Corneliana prima dixit, *Cornelios tam multos eſſe, ut jam collegium eſſet conſtitutum*. Itaque cum poſt eorum numerus ferri in urbe non poſſet, manumittendi modos ab Auguſto Imp. præſcriptus eſt.

In editione Thomaſiana hæc recte ſequuntur:

B „ Etenim magni æſtimans, ut eſt apud Svetonium, „ ſincerum, atque ab omni colluvione peregrini ac ſervilis ſanguinis incorruptum ſervare populum, & civitatem „ Romanam parciſſime dedit, & manumittendi modum terminavit, ſervos non contentos multis difficultatibus à libertate „ juſta removiſſe, cum & de numero & de „ conditione, ac differentia eorum, qui manumitterentur, curioſe caviſſet, hoc quoque adjecit, ne vinctus unquam, tortuſve „ quis ullo libertatis genere civitatem adipiſceretur. Significavit autem tres, ut opinor, leges de ſervorum manumiſſionibus Auguſto imperante latas, unam Juliam, alteram
C Fuſiam Caniniam, tertiam Æliam Sentiam. Juliam Auguſtus ipſe tuliſſe exiſtimatur, ut cum ſervum imperator manumittit, non vindictam imponit, ſed ſimpliciter liberum eſſe jubeat; qua lege tam manumiſſoria, quam manumiſſi ætatem definivit, juraque, quibus patroni adverſus libertos uterentur, conſtituit, cujus legis Paullus meminit lege XIV. de manumiſſionibus, Dio lib LV. Furiam Caniniam, qui & quo anno tulerint, parum certum eſt; fuit autem, ut in teſtamento ex tribus ſervis non plures, quam duos manumittere liceret: uſque ad decem, dimidiam partem; à decimo uſque ad triginta, tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumit-
D tere liceat, æque ut ex priori numero, à triginta uſque ad centum, quartam partem, æque ut decem ex priore numero liberari poſſint à centum uſque ad quingentos, partem quintam ſimiliter, ut ex antecedenti numero viginti quinque poſſint fieri liberi; eademque præcipit, ne plures numero quam centum ex cujuſquam teſtamento fierent, & ut libertates ſervis teſtamento nominatim darentur; ſic enim ſcriptum eſt apud Ulpianum, & Cajum in inſtitut. Paullum ſentent. IV. Æliam Sentiam videntur tuliſſe Sex, Ælius, C. Sentius Coſs. an. DCCLVI. Ut qui ſervi pœnæ cauſſa vincti à domino, quibuſve inuſtæ notæ fuerant, quive propter noxam torti,
E nocentesve inventi, quive traditi, ut ferro aut cum beſtiis depugnarent, quique in cuſtodia fuiſſent, ii ſi manumitterentur, non cives Romani, ſed dedititiorum numero eſſent; id eſt, ut neque connubium, neque commercium, neque teſtamenti factionem haberent. Ut minorem triginta annorum ſervum vindicta, aut teſtamento, niſi cauſſa apud conſilium probata, manumitteret. Ut ſervus ab eo domino, qui ſolvendo non eſſet, teſtamento liber eſſe juſſus, & heres inſtitutus, etſi minor eſſet triginta annis, vel in ea cauſſa eſſet, ut dedititius fieri deberet, civis Rom. & heres ſit, ſi tamen alius ex eo teſtamento

mento nemo hæres ſit; quod ſi duo, pluresve liberi heredeſque joſſi ſint, primo loco ſcriptus liber & heres ſit. Ut ſi patronus libertum inopem non aluerit, primum libertatis cauſſa impoſitis tam ipſe, quam ii, ad quem ea res pertinebit, multetur; dein ipſius hereditate, tum ipſe, tum ipſius liberi priventur, niſi heres inſtitutus ſit; poſtremo à bonorum poſſeſſione removentur, præterquam ſecundùm tabulas. Ne dominus in manumittendo ſervo, ſervare legem ei de conttahendo matrimonio, quæ civis Romani libertatem imminuat, imponat, ſi ſecus ſaxit, ad ejus legitimam hereditatem ne admittatur; quæ omnia in Ulpiani, Juliani, & Paulli veterum Jutiſperitorum Commentariis ſcripta reperiuntur. Atque hæc quidem imperante Auguſto in libettinos conſtituta ſunt. Inde Tiberio imperanre lex Junia Norbana eſt lata à Conſulibus M. Junio Silano, & C. Norbano Flacco, qua media quædam libertinorum conditio introducta eſt, qui neque cives Romani eſſent, neque deditieli; id eſt, qui neque optima, neque detertima conditione libertatis uterentur. Quo ſpectans Juſtinianus in Inſtitutionibos, tripartitum libettinorum ſtatum fuiſſe dixit: „ Nam qui manumitterentur modo majorem & juſtum libertatem „ conſequutos eſſe, & factos cives Romanos; „ modo minorem, & Latinos ex lege Junia „ Norbana ſactos; modo inſeriorem, & fa„ ctos lege Ælia Sentia dedititios. Qui locus ut certius intelligatur, non ignorandum eſt, aliud fuiſſe jus civium Rom. ſive jus Quiritium, aliud Latinorum populorum; multas vero, magnaſque inter utrumque differentias interceſſiſſe, ſed quæ ad hunc locum pertineant, eas eſſe, quæ à Cajo Juriſconſulto in inſtitutionibus attinguntur; cujus non ſententiam, ſed verba ipſa liber adſcribere. „ Ingenuorum, *inquit*, omnium unus „ ſtatus eſt. Libertorum vero ideo non unus, „ quia tria ſunt genera libertatum; quia li„ berti aut cives Romani ſunt, aut Latini, „ aut dedititii. Cives Romani ſunt, qui his „ tribus modis aut teſtamento, aut in æde „ ſacra, aut ante Conſulem fuerunt manu„ miſſi. Latini ſunt, qui aut per epiſtolam, „ aut inter amicos, aut convivii adhibitione „ manumittuntur; dedititii vero, qui poſt „ admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi, & pro „ criminibus cæſi, aut in quorum ſacie vel „ corpore quæcunque indicia aut igne aut „ ferro impreſſa ſunt, & ita impreſſa, ut de„ leri non poſſint, hi ſi manumiſſi fuerint, „ dedititii appellantur. Sed inter hæc tria „ genera libertatum ideo Cives Romani me„ liorem ſtatum habent, quia & teſtamenta „ facere poſſunt, & ex teſtamento quibuſcun„ que perſonis ſuccedere; nam Latini, & de„ dititii, nec teſtamenta condere, nec ſibi „ ex teſtamento aliorum aliquid demiſſum „ poſſunt ullatenus vindicare; tamen Latini „ certis rebus privilegia civium Romanorum „ libertorum conſequi poſſunt; dedititii vero „ nulla ratione poſſunt ad civium Romano„ rum libertorum privilegia pervenire; nam „ Latini patronorum beneficio, id eſt, ſi ite„ rum ab ipſis teſtamento, aut in æde ſacra, „ aut ante Conſulem manumittantur, civium „ Rom. privilegia conſequuntur. Hæc ille. Quod autem ait, qui jus Quiritium habebant, heredes fieri potuiſſe cujuſque, etiam Romani civis, intelligi oportet; unde Cicero in III. in Verrem dixit, P. Trebonium libertum ſuum heredem feciſſe, nimirum quia juſta libertate liberatus erat. Quod vero addit, Latinos libertos teſtamentum facere non potuiſſe, legibus Romanis accipiendum eſt, in quibus jus Quiritium continetur. Ex his autem non eſt difficile intellectu, ut Latini quondam populi deterius jus civitatis Rom. habuerunt, quam cives Romani ſic libertinos Latinos incommodiore in cauſſa fuiſſe, quam qui vindicta liberati cives Romani erant facti; illi enim optimum jus civitatis habebant, hi imperfectum; præterea vero, ut Latini populi optimum jus civitatis Romanæ lege Julia adepti ſunt, qua civitas Romana univerſo Latio, bello Marſico, data eſt, ſic libertinos Latinos tum optimum jus libertatis aſſecutos, cum nova conceſſione juris Quiritium obtinuerunt; unde Svetonius cum dixit, D. Claudium civi vacationem legis Papiæ Poppææ, Latino jus Quiritium dediſſe, Latinum libertinum intellexit; & Plinius, cum Trajanum Imp. in epiſtolis rogavit, ut daret civitatem Harpocrati, quod eſſet peregrinæ conditionis, manumiſſus à peregrina, & ut jus Quiritium largiretur libertis Antoniæ Maximillæ, civitatem Chryſippo Mithridatis, & ut indulgeret jus Quiritium L. Satrio Abaſcanto, & P. Cœſio Phoſphoro, idque ſe volentibus Patronis petere addidit, ſatis ſignificavit, peti civitatem peregrinis, jus Quiritium libertatis Latinis: qua in re, quia jus Patronorum lædebatur, id eſt, ſi ex jure Quiritium libertis teſtandi poteſtas data eſſet, propterea addit, ſe volentibus Patronis, quorum res agebatur, id petere; neque vero aliud quicquam Tacitus libro XIII. intellexit, cum in oratione cujuſdam Senatoris hæc verba poſuit: „ *Manumittendi duas ſpe*„ *cies à majoribus inſtitutas, ut relinquere*„ *tur pœnitentiæ, aut novo beneficio locus,* „ *quos vindicta patronus non liberavit, ve*„ *lut vinculo ſervitutis attineri.* Nimirum enim voluit, qui vindicta liberati eſſent, eos ſervitute omnino exemtos, jus civitatis optimum retinere; qui non vindicta, ut Latinos, eos reſpectum aliquem patronorum habere, neque enim heredem ex teſtamento alium, quam patronum poterant inſtituere; itaque tales libertos patroni conſtituebant, ut eſſet pœnitentiæ, aut novo beneficio locus, nempe novum beneficium juris Quiritium largitionem appellantes.

Addo hoc etiam, quod ſcriptum apud Iſidorum invenio, neſcio an ſatis in hac re auctorem idoneum lib. XLIX. nullis libertinis præter Romanos, non modo in urbe, ſed ne propius quidem urbem ſeptem millia paſſuum commorari licuiſſe. (22)

CAP.

(22) Promiſimus nos ſupra lib. 1, cap. 6. demonſtrare manumiſſione, & dedititios Latinitatem, & Latinos Civitatem Romanam aſſequi potuiſſe: dedititioſque tertia manumiſſione Cives Romanos fieri. De Latinis probat Thomaſiana additio ex Cajo: *Latini ſi iterum à patronis teſtamento, aut in æde ſacra, aut ante COS. manumittantur civium Romanorum privilegia conſequuntur.* Ego dico eadem ratione dedititios Latinos fieri: nam ſi Latini manumitti poterant, cur non dedititii? *quoties enim unum, vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt cætera, quæ tendunt ad eamdem utilitatem, vel interpretatione, vel certe juriſdictione ſup-*

CAP. XV.

De Apparitoribus Magiſtratuum.

APparitores autem magiſtratuum dicebantur, qui magiſtratuum imperio præſto erant, ut ſcribæ, accenſi, interpreres; præcones, viatores, lictores, ſervi publici, carnifices. Hæc autem munera libertis fere ſuis magiſtratus quiſque more majorum mandavit. Quod cum ex aliis multis locis colligitur, tum maxime ex oratione Senatoris cujuſdam, apud Tacitum, de libertinorum ordine ita differentis, lib. XIII. „ Hinc plerunque tribus, decurias, miniſteria magiſtratibus, & B „ ſacerdotibus, cohortes etiam in orbe con„ ſcriptas, & plurimis equitum, pleriſque „ Senatoribus non aliunde originem trahi. Quibus verbis ſatis planum fecit, libertinis tribus, & decurias, credo, ſcribarum, & præconum, & viatorum, aliquando eſſe repletas; ex libertinis miniſtros eſſe magiſtratibus ac ſacerdotibus datos; eoſdem eſſe aliquando in cohortes ad bellum deſcriptos, atque inde plurimos Equites, multos Senatores originem deduxiſſe.

De ſcribis autem ante diximus, eoſque ex hoc numero exemimus; non quod non apparitorum numero fuerint, sed quod eorum ordinem ex ingenuis potius, quam ex liber- C tinis conſtitiſſe animadvertimus; ſiquidem & antiquus ille ſcriba pontificum Cn. Flavius non libertinus fuit, ſed libertini filius, & Cicerejus ſcriba Scipionis prætor legi non potuiſſet, niſi ingenuus fuiſſet; neq; etiam ſtante Republica magiſtratus ulli libertinorum ordini patuerunt; Cicero tamen M. Tullio liberto ſuo ſcriba uſus eſt. (23)

Accenſos porro hoc loco intelligimus magiſtratuum miniſtros, qui accirent; ſic enim Varro de lingua Latina: *Conſul loquitur ad exercitum: Impero, qua convenite ad comitia centuriata. Quare hic accenſo, illic præconi dicit, hæc eſt cauſſa; in aliquot rebus item ut præco, accenſus acciebat, à quo accenſus quoque* D *dictus. Accenſum ſolitum ciere Bœotia oſtendit: Ubi primum accenſus clamarit meridiem.* Livius de decemviris conſularibus: *Penes præfectum juris duodecim faſces erant, collegis novem ſinguli accenſi apparebant*, & Cicero in epiſtola illa nobili ad fratrem: *His rebus nuper C. Octavius jucundiſſimus fuit, apud quem primus lictor quievit, tacuit accenſus; quoties quiſque voluit, dixit, & quam voluit, diu.* Quo in loco cum de accenſo: *Tacuit*, dixit, ſignificat, accenſi officium fuiſſe non ſolum, ut acciret ad prætorem, qui jus poſcerent, ſed etiam ut moleſtis interpellatoribus ſilentium imponeret. Libertis autem hoc muneris datum eſſe, idem ille in eadem oſtendit: *Accenſus ſit*, E A inquit, *eo etiam numero, quo eum majores noſtri eſſe voluerunt; qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris, & muneris, non temere niſi libertis ſuis deferebant, quibus illi quidem non multo ſecus, ac ſervis imperabant*; unde ad Appium cum ſcribit, Pauſaniam Lentuli libertum, accenſum ſuum vocat. Neque vero cum dixit in Verrem: *Homo ordinis ſui frugaliſſimus, qui tum accenſus C. Neroni fuit, P. Tettius*, alium ordinem, quam libertinorum, ut opinor, intellexit, in quibus ut in ſervis frugalitas commendatur.

Interpretes fuerunt, quos inter exteras gentes, ad externorum populorum orationem interpretandam adhibuerunt; quos ex appa- B ritorum, & libertinorum numero fuiſſe, Ciceronis verba, quæ ſequuntur, oſtendunt; primum ad Thermum, inquit, ſe pro cos. in Sicilia *in longa appáritione ſingularem, & prope incredibilem interpretis ſui Marcilii fidem cognoviſſe*; deinde in Corneliana: *C. Publicium Menandrum, libertinum hominem, apud majores legatos in Græciam proficiſcentes interpretem ſecum habere voluiſſe.* Munus autem interpretis declarat in frumentaria, cum ait: *A. Valentinus eſt in Sicilia interpres, quo iſte interprete non ad linguam Græcam, ſed ad furta, & flagitia uti ſolebat.*

Præconum in civitate uſus fuit varius, ac multiplex; in auctionibus, ut ad haſtam C ſtarent, & precia oblata nunciarent; in concionibus, ut audientiam facerent; in comitiis magiſtratuum, ut tribus ad ſuffragia ineunda citarent, & eos, qui deſignati erant, renunciarent; in legibus ferendis, ut ſubjiciente ſcriba leges populo recitarent; in judiciis, & quæſtionibus, ut judices, reos, & accuſatores, & teſtes citarent; quod unicuique planum eſſe poteſt, qui non curſim, ſed attente antiquorum ſcripta perlegerit. Liberos autem fuiſſe præcones, exemplo ſit Sex. ille Nævius, contra quem venit Cicero in Quinctiana defenſione, cum dixit: *Neque parum facetus ſcurra Sex. Nævius, neque inhumanus præco eſt unquam exiſtimatus; quid ergo* D *eſt? cum ei natura nihil melius, quam vocem dediſſet, pater nihil præter libertatem reliquiſſet; vocem in quæſtum contulit, libertate uſus eſt, quo impunius dicax eſſet*; quibus verbis eum libertini filium mihi videtur ſubinnuere. Ut autem præcones à conſulibus ex civibus Romanis legerentur, & eorum multæ decuriæ eſſent, atque mercedem a magiſtratibus acciperent, poſt indicabo.

Lictoribus uſi ſunt Conſules, Prætores, Interreges, & Dictatores, & ſi qui alii magiſtratus non poteſtatem ſolum habuerunt, ſed etiam imperium; viatoribus ii, quorum poteſtas potius, quam imperium extitit. Eorum munus erat, ut populum ſummoverent, E ſontes virgis cæderent, & ſecuri ferirent, quæ

ſuppleri. Ulp. in L. 13. D. de leg. & Sen. Conſ. Igitur ſi Latini ſecunda manumiſſione Civitatem Romanam, ita dedititii, qui cives Romani fieri non poterant, iterum manumiſſi Latinitatem aſſequebantur, per quam tertia manumiſſione Civitatem. Nec repugnat Cajus: *dedititios nulla ratione potuiſſe ad civium Romanorum libertorum privilegia pervenire*: nam donec dedititii eſſent prohibebantur, non autem a Latinitate prohibiti fuiſſe inveniuntur. Qua ratione natos ex civibus Romanis, & mulieribus Hiſpanis apud Livium diximus, manumiſſione ex S. C. Latinos factos.

(23) Aliud ſcriba privati, ut Tiro Ciceronis: aliud in ſcribarum ordinem ferri, qui magiſtratibus apparebant, & ſcribarum decuriæ erant, ut apud Livium lib 40: *L. Petilium ſcribam Q. Petilius quæſtor in decuriam legerat*. Licet ego non credam libertinos a ſcribarum ordine dejectos, qui neque à Senatu quandoque. Tiro autem nunquam potuit eſſe ſcriba Ciceronis in magiſtratu, qui ſervus ejus fuit uſque ad bellum civile inter Pompejum, & Cæſarem, quo tempore Cicero Proconſulatu Ciliciæ redierat, poſt quam non alium habuit magiſtratum: & poſt id tempus Tironem manumiſit, ut in epp. fam. lib. 16. ep. 16.

quæ ex Livio eliciuntur: *Et ſummovere populum lictores juſſi*; unde alibi lictorem: *aditus ſummotorem* vocavit. *Aſſuetis*, inquit, *regio imperio formam terribilem præbuit tribunal, ſummotor aditus præco, accenſus, inſueta omnia*, & alio loco: *Lictor apparuit, ſummovente eo inceſſerunt; virgæ, & ſecures prælatæ*, & alibi: *Fulvius præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet; ita de iis quoque qui Calibus erant, ſumptum ſupplicium*; inde: *Miſſique lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecurique percutiunt*. Hos autem è plebe Romana fuiſſe idem libro ſecundo oſtendit, apud quem neſcioquis è plebe queritur, quattuor & viginti lictores apparere Conſulibus, & eos ipſos plebis homines. Punico autem bello confecto, qui magiſtratibus in provincia apparerent, eos fere Bruttios fuiſſe, unde Bruttianos dictos, tradit Gellius; qui cauſſam exponens, cor quendam à Bruttianis verberatum Cato dixiſſet, ait: *Romanos ægre paſſos, Bruttios populos totius Italiæ ad Annibalem defeciſſe pulſis, victiſque Pœnis, Bruttios ignominiæ cauſſa nec milites ſcripſiſſe, nec pro ſociis habuiſſe, ſed magiſtratibus in provinciam euntibus parere, & præminiſtrare ſervorum vicem juſſiſſe; quod autem è Bruttiis eſſent, Bruttianos appellatos*.

Viatores alios à lictoribus fuiſſe, argumento eſt antiqua utrorumque origo. Lictor enim à ligando, Viator à via, unde accerſebant, eſt appellatus. Teſtis eſt in Catone

A Cicero: *E via ad ſenatum accerſebantur Curius, & ceteri ſenes, ex quo qui eos accerſebant, viatores nominati ſunt*. Valgius tamen eoſdem fere viatores cum lictoribus exiſtimavit, ut eſt apud Gellium. Lictorem enim dicit à ligando appellatum eſſe, quod cum magiſtratus populi Romani virgis quempiam verberari juſſiſſent, crura ejus, & manus ligari, vincirique à viatore ſolita ſint, iſque qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus, utiturque ad eam rem teſtimonio M. Tulii, verbaque ejus refert ex oratione, quæ dicta eſt pro C. Rabirio. *Lictor*, inquit, *colliga manus*. Quod autem ſupra dixi, lictorem Conſulis fuiſſe, intelligendum eſt, ita fuiſſe, ut etiam viatorem habuerit; B ſiquidem de Conſulibus loqueos Livius dixit: *Quibus in forum delatis, & ad viginti matronis, apud quas deprehenſa erat, per viatorem accitis*, & alibi: *Conſul viatorem miſit, qui patri nunciaret, ut ſine lictoribus ad conſulem veniret*. Ex quibus tamen apparet viatoribus eos uſos vocandi, & nunciandi cauſſa, non ligandi. Viatorum porro, ut etiam ante præconum, decurias fuiſſe, eaſque à Conſulibus lectas, & mercede affectas fuiſſe, teſtis eſt antiqua ea tabula, cujus ſupra memini, cum de ſcribis dicerem, cujus reliquum, quod ad præcones, & viatores pertinet, quoniam res eſt memoria digna, hic adſcribam:

COS. QVEI NVNC. SVNT. IEI. ANTE. K. DECEMBRIS. PRIMAS. DE. EIS. QVEI
CIVES. ROMANEI. SVNT. VIATOREM. VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN
EA. DECVRIA. VIATOR APPAREAT. QVAM. DECVRIAM. VIATORVM
EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. PRIMEIS. QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM
APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT. EIDEM. COS. ANTE. K. DECEMBR
PRIMAS. DE. EIS. QVEI. CIVES. ROMANEI. SVNT. PRÆCONEM. VNVM
LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. PRÆCO. APPAREAT. QVAM
DECVRIAM. PRÆCONVM. EX NONEIS. DECEMBRIBVS. PRIMEIS
QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
DEINDE. EIDEM. CONSVL. ANTE. K. DECEMBREIS. PRIMAS. VIATOREM
VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. VIATOR. APPAREAT. QVAM
DECVRIAM. VIATORVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. SECVNDEIS.
QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
EIDEMQVE. COS. ANTE. K. DECEMBREIS. PRIMAS. PRÆCONEM
VNVM. LEGVNTO. QVI. IN. EA. DECVRIA. PRÆCO. APPAREAT. QVAM
DECVRIAM. PRÆCONVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. SECVNDEIS
QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
DEINDE EIDEM. COS. ANTE. K. DECEMBREIS. PRIMAS. VIATOREM
VNVM LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. VIATOR. APPAREAT
QVAM DECVRIAM. VIATORVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. TERTIEIS
QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
EIDEMQVE COS. ANTE. K. DECEMBREIS. PRIMAS. PRÆCONEM
VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. PRÆCO. APPAREAT. QVAM
DECVRIAM. PRÆCONVM. EX. NONEIS DECEMBRIBVS. TERTIEIS
QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM. APPARERE OPORTET. OPORTEBIT
EOSQVE. VIATORES. EOSQVE. PRÆCONEIS OMNEIS. QVOS. EO
ORDINE. DIGNOS. ARBITRABVNTVR. LEGVNTO. QVAM. IN. QVISQVE
DECVRIAM. ITA. VIATOR. LECTVS. ERIT. IS. IN. EA. DECVRIA. VIATOR
ESTO. ITEM. VT. EI. CETERI. EIVS. DECURIÆ. VIATORES. ERVNT
QVAMQVE. IN. QVISQVE. DECVRIAM. ITA PRÆCO LECTVS. ERIT
IS. IN. EA. DECVRIA. PRÆCO. ESTO. ITA. VT. EI. CETEREI. EIVS. DECVRIÆ
PRÆCONES. ERVNT. SIREMPSQUE. EIS. VIATORIBVS. DE. QVE
EIS. VIATORIBVS. Q. OMNIVM. RERVM. IVVS. LEXQVE. ESTO. QVASEI
SEI. EI. VIATORES. IN. EAM. DECVRIAM. IN. TRIBVS. VIATORIBVS
ANTEA. LECTEI. SVBLECTEI. ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM
EORVM. EX. HAC. LEGE. VIATOR. LECTVS. ERIT. SIREMPSQVE. EIS
PRÆCONIBVS. DE. QVE. EIS. PRÆCONIBVS. QVÆSTORI. OMNIVM
RERVM. IVVS. LEXQVE. ESTO. QVASEI. SEI. EI. PRÆCONES. IN. EAM
DECVRIAM. IN. TRIBVS. PRÆCONIBVS. ANTEA. LECTEI. SVBLECTEI
ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM. EORVM. EX. HAC. LEGE
PRÆCO. LECTVS. ERIT

QVOS. QVOMQVE. QVÆSTORES. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. VIATORES LEGERI . SVBLEGERE. OPORTEBIT. EI. QVÆSTORES. EO. IVRE. EA. LEGE VIATORES IIII. LEGVNTO. SVBLEGVNTO. QVO. IVRE. QVA. LEGE QVEI NVNC. SVNT. VIATORES III. LEGERVNT. SVBLEGERVNT. QVOSQVE QVOMQVE. QVÆSTORES. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. PRÆCONES SVBLEGERE. OPORTEBAT. EI. QVÆSTORES. EO. IVRE. EA. LEGE. PRÆCONES III LEGVNTO. SVBLEGVNTO. QVO. IVRE. QVA. LEGE. QVÆSTORES. QVEI NVNC. SVNT. PRÆCONES. III. LEGERVNT. SVBLEGERVNT. DVM. NI. QVEM IN. EIS. VIATORIBVS. PRÆCONIBVS. LEGVNDEIS. SVBLEGVNDEIS. IN. EIVS VIATORIS. PRÆCONIS. LOCVM. VIATOREM. PRÆCONEM. LEGANT SVBLEGANT. QVOIVS. IN. LOCVM. PER. LEGES PLEBEIVE. SCITA. VIATOREM PRÆCONEM. LEGEI. SVBLEGEI. NON. LICEBIT. ITAQVE. DE. EIS. QVATTVOR VIATORIBVS. QVÆSTOR. QVEI. QVOMQVE. ERIT. VIATORES. SVMITO. HABETO. VTEI. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. DE. TRIBVS. VIATORIBVS VIATORES. HABERE. SVMERE SOLITEI. ITAQVE. DE. EIS. QVATTVOR PRÆCONIBVS. QVÆSTOR. QVEI. QVOMQVE. ERIT. PRÆCONES. SVMITO HABETO. VTEI. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. DE. TRIBVS. PRÆCONIBVS PRÆCONES. HABERE. SVMERE. SOLITEI. SVNT. ITEMQVE. EIS. VIATORIBVS PRÆCONIBVS. QVI. EX. HAC. LEGE. LECTEI. ERVNT. VICARIVM. DARE SVBDERE. IVS. ESTO. LICETO. QVE. VTI. CETEREIS. VIATORIBVS. PRÆCONIBVS QVA. IN. QVISQVE. DECVRIA. EST. VICARIVM. DARE. SVBDERE. IVVS. ERIT LICEBITQVE. ITEMQVE. QVÆSTORES. AB. IEIS. VICARIOS. ACCIPIVNDO VTEI. A. CETEREIS. VIATORIBVS. PRÆCONIBVS. VICARIOS. ACCIPEI. OPORTEBIT VIATORES. PRÆCONES. QVEI. EX. HAC. LEGE. LECTEI. SVBLECTEI. ERVNT EIS. VIATORIBVS. PRÆCONIBVS. MAGISTRATVS. PRO. VE. MAG. MERCEDIS. ITEM. TANTVNDEM. DATO. QVANTVM. EI. VIATORI PRÆCONEI. DAREI. OPORTERET. SEI. IS. VIATOR. DE. TRIBVS VIATORIBVS. ISQVE. PRÆCO. DE. TRIBVS. PRÆCONIBVS. ESSET QVEI. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. VTEI. LEGERENTVR. INSTITVTEI. SVNT QVAS. IN. DECVRIAS. VIATORVM. PRÆCONVM. CONSVL. EX. HAC LEGE. VIATORES. PRÆCONES. LEGERIT. QVORVM. VIATORVM PRÆCONVM. NOMINA. IN. EIS. DECVRIEIS. AD. ÆDEM. SATVRNI IN. PARIETE. INTRA. CAVEAS. PROXVME. ANTE. HANC. LEGEM.

Servos autem publicos alios fuiſſe à lictoribus oſtendit ſenatuſconſultum vetus, quod ponitur à Frontino io libro de aquæductibus: *Placere Senatui, eos, qui aquis publicis præeſſent, cum ejus rei cauſſa extra urbem eſſent, lictores binos, & ſervos publicos ternos, architectos ſingulos, & ſcribas, & librarios, accenſos, præconeſque totidem habere, quot habent ii, per quos frumentum plebei datur.* Hi vero omnibus magiſtratibus apparuerunt, ut cenſoribus, de quibus Livius: *Cenſores ſignatis tabellis publicis, clauſoque tabulario, & dimiſſis ſervis publicis negarunt ſe quidquam publici negotii geſturos*; & ædilibus, de quibus Varro: *Ædiles ſtipati ſervis publicis non modo prehendi non poſſunt, ſed ei ultro ſummovent populum*; & quæſtoribus, quos idem ſcripſit neque lictorem habuiſſe, neque viatorem.

Unus fuit carnifex, qui non modo civis non fuit, ſed ne domicilium quidem io urbe habuit; ſi teſte M. Tullio ſtamus in Rabiriana illa de perduellione ita loquente: *Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quam in ejus concione carnifex conſiſteret, quem non modo foro, ſed etiam cælo hoc, ac ſpiritu cenſoriæ leges, ac urbis domicilio carere voluerunt*; eſt autem fere carnifex is, per quem in crucem egerunt, (24) ut lictor, per quem ſecuri percuſſerunt.

CAP. XVI.

De Notis Ordinum.

HActenus de tribus civium ordinibus, qui fuerint, quas partes habuerint, quidque demum ad Rempublicam momenti attulerint, diſputatum ſit; nunc de notis eorum, quod relinqui videtur, dicamus. Notas autem intelligo cenſorias. Etenim ut cives à cenſoribus in ordines honoris cauſſa referebantur, ſic ab iiſdem ignominiæ cauſſa ex ordinibus pellebantur. Itaque ut tribu largienda plebejum, equo publico aſſignando equitem Rom, Senatu communicando Senatorem faciebant; ita tribu movendo plebejum, equo adimendo equitem, Senatu ejiciendo Senatorem, cum eſſent magiſtri morum conſtituti, notabant. Neque vero equites, aut Senatores ea nota ſolum afficere poterant, ut aut equo ſpoliarent, aut Senatu exigerent, ſed illa præterea etiam, ut tribu moverent; ut enim omnes cives, quod jam ſæpius admonui, erant in tribu, ſic eandem amittere omnes, & quod gravius eſſe exiſtimabatur, in Cæritum tabulas referri, & ærarii relinqui poterant. Senatu autem movere, erat in recitando Senatu Senatorem veterem præterire; equum adimere, equum vendere jubere, tradit hoc in Divinationem Pedianus. *Cenſores*, inquit, *quinto quoque anno creari ſolebant; hi prorſus cives ſic notabant, ut qui Senator eſſet, ejiceretur à Senatu, qui eques Rom. equum publicum perderet, qui plebejus in Cæritum tabulas referretur*; oſtendunt exempla multorum, quibus referta eſt Liviana hiſtoria, ut Cethegi, & Tuditani cenſorum, qui Senatum ita legerunt, ut octo præterierint; & Salinatoris, ac Neronis, qui ſeptem Senatu moverunt, neminem, qui ſella curuli ſediſſet; & Flaminini, ac Marcelli, qui quattuor, neminem curuli honore uſum; & M. Ca-

(24) Nemo autem in crucem actus, tam apud Romanos, quam apud alias nationes in urbibus, ut ex omnibus hiſtoriis; unde extra Urbem, & forte extra omnes Urbes carnificum domicilia.

Catonis, qui ſeptem, inter quos etiam L. Flamininus conſularis; de oota vero equeſtri, Claudii, & Gracchi, quos ait idem in equis adimendis equeſtrem ordinem offendiſſe, & enrum, à quibus ſcribit Valerius, equeſtris ordinis magnam partem, quadringentos juvenes, quia ad munitionum opus esplicandum ire juſſi, non iverant, equis publicis ſpoliatos. Neque vero equites ſoli, qui æquo publico, ſed etiam, qui privato merebant, à cenſoribus eo ſpoliabantur, ſi Liviano teſtimonio ſtetur; (25) qui ſcribit: „ In equeſtribus „ notia eadem ſervata cauſſa; illis omnibus „ equi adempti, qui Cannenſium legionum „ equites in Sicilia erant, addiderunt acerbi„ tati etiam tempus, ne præterita ſtipendia „ procederent iis, qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis privatis fa„ cerent. (26) Significat enim omnibus equitibus tam privato equo, quam publicn equos ereptos: iis autem, qui publico ſtipendia fecerant, illud adjectum, ut privatis facereot. Nam eos, qui publicum equum haberent, eo aperte privatos fuiſſe cum Neronis, & Salinatnris exemplo patet, quorum alter alterum equum publicum, quem forte habebant, notæ cauſſa, teſte Livio, juſſit vendere: tum ex eo perſpici poteſt, quod oarrat idem de iis, qui deferendæ Italiæ conſilium ceperant, & qui nimis callidi exolvendi jurisjurandi interpretes fuerant, quibus equos ademptos ait, qui equum publicum habebant. Qui vero tertii ordinis erant, ii tribu movebaotur, in Cæritum tabulas transferebantur, & ærarii fiebant. Tribu movere erat ex una tribu in aliam notæ cauſſa transferre. Hoc tradit Livius. *Negavit*, inqnit, *Claudius cenſor ſuffragii lationem injuſſu populi cenſorem cuiquam homini, nedum univerſo ordini adimere poſſe, neq; enim ſi tribu movere poſſet, quod nihil ſit aliud, quam jubere mutare tribum, ideo omnibus quinque & triginta tribubus movere poſſe.* Ex quo apparet, movere tribu eſſe, ex honeſtiore tribu in minus honeſtam transferre, ut ex ſuſtica in urbanam, aut ex ruſtica in ruſticam; unde dixit Plinius, in urbanas tribus transferri ignominioſum fuiſſe. Accedit, quod Ciceto de Republica quarto ait, majores Romanos, *Cum artem ludicram, ſcenamque totam in probro ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, ſed etiam tribu moveri cenſorio notatione voluiſſe*; quæ verba

A D. Auguſtinoa enarrant, ait, *quiſquis civium Romanorum eſſe ſcenicus elegiſſet, non ſolum nullum ei ad honorem aditum datum, verum etiam cenſoris nota tribum tenere propriam non permiſſum*; & poſt: *Romani hominibus ſcenicis nec plebejam tribum, quanto minus ſenatoriam curiam dehoneſtari ſinunt.* In Cæritum porro tabulas referre, erat ſuffragio ſpoliare. Nam Cæritibus beneficii loco, ob ſacra Gallico bello ſervata civitas ſine ſuffragii latione fuerat data, ut apud Strabonem, & Gellium ſcriptum invenimns. *Ærarium vero facere erat*, auctore Pediano, *nullum aliud jus civitatis in centuria, atque adeo in tribu relinquere, quam ut pro capite ſuo tributi nomine æra* B *penderet*, ita nt, qui ærarius factua eſſet, is non ſolum ſuffragio urbano, ſed etiam ſtipendiis militaribus ſpoliatus eſſet. Ut autem gravior erat nota io Cærites referri, quam tribu moveri, ſic ærarium relinqui, quam inter Cærites conjici. Nam ærarius etiam inter Cærites relatus erat; quare in annalibus nullam aliam notam reperiemus, niſi tribu motum, & ærarium factum. Quod autem ærarii à militaribus ſtipendiis eſſent repulſi, ex Livii loco, qui eſt in principio ſeptimi, cognoſcitur, cum ſcribit, Attellanos hiſtriones cenſoria oota vacuos fuiſſe, *quia neque tribu moverentur, neque à militaribus ſtipendiis repellerentur.* Ergo Senatot non ſolum Sena- C tu ejici, eqnes equo exui, ſed etiam tribu moveri, & in ærarios referri poterant. Quocirca eſt apud Livium, *M. Æmilium dictatorem ob diminutum cenſuræ tempus cenſores tribu moviſſe, octuplicatoque cenſu ærarium reliquiſſe.* Item: *Cenſores cenſum ſeverius, quam ante habuiſſe, multis equos ademptos, qui equum publicum haberent, tribuque motos, ærarios omnes factos; neque Senatu modo, aut equeſtri ordine regendo curam cenſorum ſe tenuiſſe; nomina omnium ex juniorum tabulis excerpſiſſe, qui quadriennio non militaſſent, quibus neque vacatio juſta militiæ, neque morbus cauſſa fuiſſet, & ea ſupra duo millia nominum in ærarios relata, tribuque motos*; & alibi: *His equi à cenſoribus* D *adempti, tribuque moti; ærarii omnes facti*; atque etiam Cicero io Cluentina ſcripſit: *Cenſores ipſi inter ſe tanti eſſe judicia arbitrantur, ut alter alterius judicium non modo reprehendat, ſed etiam reſcindat; ut alter de Senatu movere velit, alter retineat, & ordine ampliſſimo dignum exiſtimet, ut alter in ærarios referri, aut tribu moveri jubeat, alter vetet.* (27) CAP.

(25) Mihi videtur neceſſarium: nam ſi equi publici tam patriciis, quam equitibus dabantur, non autem omnibus utriuſque ordinis: uterque autem ordo vel privato equo militabat: nota utriuſque ordinis etiam fuiſſe videtur equum privatum vendere juberi.

(26) Ex hoc infertur quoque ademptionem equorum, ſive publicorum, ſive privatorum non impediviſſe, quin ita notati novis privatis equis militare poſſent.

(27) Si in Cærium tabulas referri, & ærarium fieri erat ſuffragii latione privari, ut hic Author, & omnes Scriptores referunt ex Strabone, & Gellio, qui equidem de Cæritibus apertiſſimis verbis id tradunt, & ex Pediano, qui id inſinuat de ærariis. Neſcio quo modo ſuſtineri poſſit traditio Livii, qui negat injuſſu Populi cenſorem ſuffragii lationem, nedum ordini univerſo, ſed neque homini cuiquam adimere potuiſſe. Et incredibile eſt: quinimo fieri non potuit, ut C. Livius Salinator toti Populo Romano, qui præter meliam Tribum, quæ ſe nec condemnaverat, neque condemnatum Conſulem, aut Cenſorem fecerat, quatuor & triginta tribus ærarios reliquit, ſuffragii lationem ademerit, quum ex ea re neque magiſtratus creari, neque quid aliud in Republica geri potuiſſet. Ego cenſeo: motionem à Senatu, equique privationem, atque è tribu motionem, ideſt mutationem, quæ claræ ſunt, ordines quidem purgaſſe, quod erat Cenſorium officium: ſed ærarium relinqui, in Cæritumque tabulas referri juberi, non in ſuffragii, aliorumque Civitatis jurium privationem, ſed notæ tantum cauſa decerni conſueſſe. Id autem conjici etiam poteſt ex Gellio, qui lib. 16. cap. 13. hac de re agens, notæ videlicet cauſa ſuffragii ſuo decreto latione Cenſores privaſſe ſcribit, quos in Cæritum tabulas referri jubebant. Strabonem autem, quem omnes vident hac in re corruptum, reor in eandem ſententiam reſtituendum: ideſt, ubi legitur: *quos aliqua cauſa*; legendum: *quos nota cauſa ſuffragiis privabant ad Cæritum tabulas jubebant referre*. Et cum hac ſententia intelligendum Pedianum. Tollit autem omnem dubitationem Cic. de Rep. lib. 4. apud Nonium de propriet. ſerm. verb. ignominia: *Cenſoris judicium nihil fere damnato affert, niſi ruborem. Itaque ut omnis ea judicatio verſatur tantummodo in nomine, animadverſio illa ignominia dicta eſt.*

CAP. XVII.

De jure Ordinum.

EXpoſitis ordinibus tribus, reliquum eſt, ut de jure eorum diſſeram; jura enim ordinum quærere, nihil aliud eſt, quam jura civium, quatenus in ordines diſtributi ſunt, indagare. Hæc vero jura plura fortaſſe fuerunt, ſed quæ maxime excellerent, duo potiſſimum fuiſſe animadverto; quorum alterum judicia attigit, ſpectacula alterum. Etenim ut omnes cives ſedes in theatro ſpectandorum ludorum cauſſa habuerunt, ſic omnes etiam & privatas, & publicas cauſſas judicarunt; quibus autem legibus, & quando, & quo modo, & quibus Reipublicæ motibus illud obtinuerint, aperiendum videtur. Agamus autem primum de judiciis, deinde ſpectacula perſequamur, atque, utraque ut inter hos ordines vel diviſa, vel communicata fuerint, demonſtremus.

CAP. XVIII.

De Judiciis.

JUdicium eſt poteſtas de rebus aut privatis, aut publicis ex jure & legibus Rom. judicandi. (28) Judicia porro obierunt ii, qui Judices appellantur; quos à magiſtratibus fuiſſe diverſos, non minimo illa ſunt argumento, quod magiſtratus judicium darent, judices cauſſa cognita judicarent; illi judices cogerent, hi in judicium cogerentur; illi populi ſuffragiis, hi à prætoribus; illi ex universo populo, hi ex certo plerunque ordine allegerentur; in iis, quid quiſque decerneret, obſervaretur, in his quid plerique ſtatuerent, ſpectaretur; judices denique ſententiam ferrent, magiſtratus judicum ſententiam pronunciarent. Quare in conſtituendo Romano cive non omnibus in partibus Ariſtotelicam definitionem civis traditam poſſumus ſequi. Ille enim civem magiſtratibus, & judiciis circumſcripſit, quod judicia & omnibus civibus committi, ſuffragio mandati æque ac magiſtratus ipſos poſſe cenſuit; nos aliam rationem in legendis judicibus, aliam in deferendis. Itaque ſi civem ſtatuerimus eum, qui judicia habeat, gravi illo incommodo urgebimur, ut uſque ad ſexcenteſimum triceſimum ab urbe condita annum Senatores ſolos cives, quia ſoli judicarunt, fuiſſe concludamus; deinde vero una cum judiciis civitatem à Senatoribus ad ſolos Equites eſſe translatam dicemus; quo quid poteſt dici perverſius?

A Quæ cauſſa fecit, ut ego ordines, & judicia ab honorum numero removerim; cum honores ſuffragio civium tradi viderem, ordines autem lectioni cenſoriæ, judicia prætoriæ eſſe commiſſa animadverterem. (29)

Sint ergo judicia ab honoribus ſegregata, ordinibus autem adjuncta, & tanquam ordinum ornamenta. Eorum vero alia privata fuerunt, alia publica. Privata erant, in quibus jus ſuum privatus quiſque perſequebatur; publica, in quibus injuria, quæ Reipublicæ facta erat, vindicabatur. Quæ vero eſſent injuriæ, quibus res publica, ſive populus univerſus læderetur, in ipſius populi arbitrio (30) erat poſitum.

B Ut autem judicia alia privata, alia publica, ſic judices alii rerum privatarum, alii publicarum fuerunt; ac privatarum quidem recuperatores, judices & centumviri; publicarum, qui proprie judices ſunt appellati. Præterea vero ut in litibus privatis judices à magiſtratu, penes quem juriſdictio erat, dabantur, ſic in cauſſis publicis à magiſtratu, qui quæſtioni præeſſet, & quidem ex eo numero, qui ſelecti dicebantur.

Hi vero in decurias diſtributi feruntur fuiſſe, quas prætores urbani jurati conſecerunt; quoniam autem ex ordinibus iis, apud quos judicia eſſent, ſeligebantur, ſelecti judices appellati ſunt. Hoc autem voluit Cice- C ro, cum dixit in Cluentiana, *prætores urbanos juratos optimum quemque in ſelectos judices referre*. Ex ordinibus autem iccirco dixi, quia non ex omni populo prætor urbanus, ſed ex certis ordinibus judices in ſelectorum numerum referebat, id quod, altius hujus diſputationis exordio repetito, cujuſmodi fuerit, demonſtremus.

Satis igitur conſtat, judicia primum penes Senatores fuiſſe, id eſt, judices, quorum eſſet conſilium prætor advocaturus, ex Senatoribus primum tantum fuiſſe. Hoc probat cum Dionyſius, qui judicia patriciis à Romulo tributa eſſe dixit; tum Polybius, qui judicia Senatorum in poteſtate fuiſſe aperte D lib. VI. literis prodidit. Probat etiam illud, quod Equites ante legem C. Gracchi non judicaſſe ſatis perſpicuum eſt; quod ſi non Equites, multo minus plebs.

Ergo lex Sempronia initium hujus totius mutationis attulit. Placuit enim C. Graccho, ut Rempublicam, quam multis aliis legibus perturbare inſtituerat, hac etiam in parte vexaret, à Senatu, quem parum integra fide judicare criminabatur, ad equeſtrem ordinem totam judiciorum rationem, conſuetudinemque transferre; idque, lata ad populum lege, non admodum adverſante Senatu obtinuit; teſtis

E (28) Definitio judicii ex doctrina D. Th. 2. 2. qu. 60. ita poteſt conſtitui: publica poteſtas definiendi, decernendique quod juſtum eſt ſecundum leges.

(29) Quicquid hic dixit Sigonius non convenire Ariſtotelicæ civis definitioni, non mihi verum videtur. Nam Ariſtotelis ſententia, quæ eſt pol. 3 cap. 1., eamque retulimus in principio hujus operæ, non tantum civem definit eum, qui jam particeps ſit poteſtatis publicæ judicandi, decernendique de negotiis publicis, & privatis, verum etiam eum, qui particeps publicæ deciſionis, quæ conſiſtit in jure ſuffragii, ſeu comitiorum, particeps fieri poteſt, ſive ſtatim, ſive ſi obvenerit privatæ. A quo jure nullum civem Romanum excludere poſſumus, cum quilibet omni tempore, ſive juſſu Populi, ſive Cenſorum lectione potuerit eſſe, aut Senator, aut Eques, aut Tribunus Ærarius, aut quiſque, qui Judex fieri potuiſſet. Verba autem Ariſtotelis hæc ſunt: *Civis ſimpliciter nulla alia re definitur magis, quam participatione poteſtatis publicæ judicandi, & decernendi. Poteſtates autem aliæ ſunt determinatæ ſecundum tempus, ita ut non liceat interdum, nec ſemel eandem habere, aut per aliqua temporum ſpatia, aliæ ſunt indeterminatæ, ceu illius, qui in concione deliberat, & qui judicat, quanquam fortaſſe diceret aliquis tales non eſſe in poteſtate conſtitutos. Atqui ridiculum foret, qui de maximis rebus deliberant, & decernunt, eos poteſtatem decernendi non habere.* Præterea plebs nunquam vel a Centumviralibus judiciis remota fuit, ut ſuo loco videbimus.

(30) Melius: in legibus.

teſtis eſt hujus hiſtoriæ Appianus, cujus verba ſubſcribam: „ C. Gracchus iterum Tribu-
„ nus creatus, conciliata, atque adjuncta ſibi
„ plebe, de Equitum etiam, qui medii inter
„ Senatum, & plebem ſunt interjecti, colli-
„ genda benevolentia cogitavit, hoc modo:
„ Judicia, quæ ob pecunias captas flagrabant
„ infamia, ad Equites à Senatoribus tranſtu-
„ lit, cum eis proximum quodque judicium
„ exprobraret, quod Aurelium Cottam, &
„ Salinatorem, & M'. Aquilium, qui Aſiam
„ ceperat, captis aperte pecuniis abſolviſſent;
„ quin etiam legati cum eo querelarum ple-
„ ni per urbem vagabantur. Quæ Senatus
„ veritus, legi non eſt adverſatus, ac plebs
„ eam ſcivit; atque ita ad Equites à Senatu
„ judicia ſunt translata; narrant autem ac-
„ cepta lege, Gracchum dixiſſe, ſe funditus
„ nervos Senatorii ordinis inciſiſſe, idque
„ vero ab eo uſurpatum, rem ipſam poſtea
„ comprobaſſe. Nam cum Equitibus poteſta-
„ tem permiſiſſet, ut de civibus Romanis,
„ atque Italicis, & Senatoribus ipſis judica-
„ rent, ac multa, ignominia, exilio damna-
„ rent, eos quaſi dominos conſtituiſſe, Sena-
„ tores vero illis ſubjeciſſe viſus eſt. Itaque
„ cum Equites facta cum Tribunis plebis
„ conſpiratione in comitiis adeſſent, atque
„ ab iis, quæ vellent, omnia obtinerent,
„ maximum Senatoribus ipſis terrorem incu-
„ tiebant: brevique apparebat fore, ut uni-
„ verſa Reipublicæ ratio perverteretur, cum
„ Senatus dignitate ſola, equeſter ordo po-
„ tentia, opibuſque præſtaret. Eadem vero etiam Paterculus, eadem Pedianus, Gracchum à Senatoribus ad Equites judicia tranſtuliſſe. Eadem Varro, cujus hæc verba ex libro de vita populi Romani quarto profert Nonius:
„ Gracchus Senatui iniquus, equeſtri ordini
„ judicia tradidit, ac bicipitem civitatem
„ fecit, diſcordiarum civilium fontem. (31)

Anno deinde poſt decimo ſeptimo, Q. Servilius Cæpio Conſul ea inter utrumque ordinem communicavit. Scriptum eſt hoc apud Obſequentem, & Caſſiodorum, qui Cæpione, & Serrano Coſs. judicia per Servilium Cæpionem Conſulem Equitibus, & Senatoribus communicata notant. Unde illa ſunt etiam Ciceronis in Bruto: „ L. Craſſus Ser-
„ viliam legem ſuaſit iis conſulibus, quibus
„ nati ſumus; & paulo infra: Mihi quidem
„ à pueritia quaſi magiſtra fuit illa Craſſi in
„ legem Cæpionis oratio, in qua auctoritas
„ ornatur Senatus, pro quo ordine illa di-
„ cuntur, & invidia concitatur in judicum,
„ & accuſatorum factionem, contra quorum
„ potentiam fuit populariter dicendum. Hanc autem mutationem neceſſariam fuiſſe propter Equitum in judicando ſuperbiam, atque avaritiam, indicat etiam Appianus, qui eodem in loco ita pergit: „ Equites non ſatis judi-
„ ciorum principatu contenti, aperte in Se-
„ natores etiam extra judicia inſultabant;
„ atque muneribus capti ea turpiter, atque
„ immoderate accipiebant; & accuſatores ad-
„ verſus divites comparabant, & captarum
„ ob

(31) Quotieſcunque ad hunc locum pervenitur, licet Sigonius nihil diſputationis enunciet, in non modicam confuſionem incidimus propter nonnullam monumentorum diſcordiam. Ut enim alii non tranſlata penitus à Senatoribus ad Equites à C. Graccho judicia dicunt, ſed Equitibus communicata: alii tranſlata; ita alii Senatores ab eo excluſos ajunt à judiciis, alii nolunt excluſos. Hanc autem diſputationem accuratiſſima egit P. Manutius in lib. de legib., qui in excluſionem pronuntians Senatorum, ut Sigonius ſentit, & alii, an verum dicat, nondum pro certo haberi poteſt.

Cauſam quæſtioni dederunt Liv. lib. 60., & Plutarchus in Gracchis. Livius ait legem latam à C. Graccho, ut ſexcenti Equites trecentis admixti Senatoribus in curiam ſublegerentur, ut equeſter ordo bis tantum virium in Senatu haberet. Inde ducunt: communicata inter Equites, Senatoreſque, non erepta à Senatoribus judicia. Plutarchus: C. Gracchum tuliſſe, ut trecenti Equites cum trecentis Senatoribus mixti judicarent.

Contra hoc Appianus, Varro, quorum verba hic refert auctor, Paterculus, qui de Graccho hæc profert: *judicia à Senatu transferebat ad equites*. Pedianus: *C. Gracchus legem tulerat, ut equites Romani judicarent*. Cornelius Tacitus lib. 12. Cum Semproniis rogationibus equeſter ordo in poſſeſſione judiciorum locaretur, & alia hujus generis innumera, argumentaque, atque exempla, de quibus poteſt ſibi quiſque apud Manutium ſatisfacere, & alia etiam addere.

Ego contra Manutium ſentio, ejuſque ſectam, neque unquam erepta a Senatu judicia judico, ſed tantum Equitibus communicata. Ratio vincens eſt, ne ſi concordes facere poſſumus authores, eos mendacii accuſemus. Et quamquam concordiæ rationem Manutius refellere ſtudet, nihilominus in mea opinione perſiſto. Primum inveriſimile eſt, tantam injuriam à P. R. Senatui fieri voluiſſe, ut eum penitus à judiciis poſt tantam Reipublicæ ætatem removeret. Nam quamquam ferociſſimus quandoque ille populus, cum modo tamen, rationeque, præcipue vero illis temporibus. Deſiderium, inimicitiæ, odium, diſſidium, invidia, ſuos limites apud eum ſemper habuerunt. Conſulatum, cæteroſque Magiſtratus, ac Sacerdotia plebs petiit; non tamen, ut Patres primi non eſſent. Atque ſi intentum minori injuria conſequi poterant, cum maxima id ſibi paraſſe dicemus? Livius igitur, & Plutarchus verum dixiſſe utrumque, cum hac tamen moderatione, quod ſexcenti equites Livii, non in curiam ſublecti, quod alibi non habemus, ſed cum trecentis Senatoribus mixti in judiciis. At Livius illud dicit? Non Livius, ſed Epitome. Cenſeo ſublegere equites in curiam tentaſſe Gracchum primo Tribunatu, cui eam rem tribuit Livius: ſed cum obtinere non potuiſſet, quod res nimium iniqua Populo Romano viſa fuiſſet, altero Tribunatu, ut altero nimirum ejus Tribunatui tranſlationem judiciorum tribuit Appianus, de judiciis obtinuerit. Author autem epitomes Livii, volens utramque legem quam breviſſime referre, inconſiderata brevitate una ambas primo retulit Tribunatu, non diſtinguens primam promulgatam tantum, non latam, alteram nimirum latam anno poſteriore. Legimus ergo eadem epitome lib. 71. Marcum Livium Druſum legem quoque judicialem tuliſſe, ut æqua parte judicia penes Senatum, & Equeſtrem ordinem eſſent. Plutarchum ita corrigo, ut non trecentos equites librariorum errore, ſed ſexcentos cum Livio legamus.

Quomodo autem hæc traditio, quæ communicatio eſt cum tranſlatione concordetur? Ita ſane. Cum equites in judiciis bis tantum virium ac Senatores haberent; ex decuriis enim Equitum Senatorumque duplicem numerum Equitum, in quibuſque judicia ſeligi neceſſe erat: propterea vere ad equites judicia tranſlata erant, quibus judiciorum arbitrium propter duplicatum numerum datum fuerat. Hinc ſic condemnatio Rutilii tributa: hinc intoleranda apud eos judicia; hinc Senatum conatum ea revocare: ea Senatui reſtituta: vel utriuſque ordinis primum facta, cum pari numero ipſorum ea aſſignata, & ſimilia apud Manutium. Concordia hæc nec diſſona Scriptoribus, & ſecundum rationem mihi valde videtur.

„ ob judicandum pecuniarum quæſtiones facta intes ſe conſpiratione, & vi omnino ſuſtulerant, ita ut cum hæc judicii forma deſideraretur, ſeditionem alteram ob judiciarias leges haudquaquam priore leviorem excitaret.

Deinde (32) lex altera Servilia lata eſt à C. Servilio Glaucia, ut opinor, prætore; qua Equitibus judicia reſtituta ſunt; de qua lege ſic Cicero in Bruto: *C. Servilius Glaucia in prætura Conſul factus eſſet, ſi rationem ejus haberi licere judicatum eſſet; nam & plebem tenebat, & equeſtrem ordinem beneficio legis obſtrinxerat*; & pro Scauro: *Reus factus eſt à Q. Servilio Cæpione lege Servilia, cum judicia penes equeſtrem ordinem eſſent, & P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa.* Atque hoc intellexit in primo de oratore Antonius, cum ita loquutus eſt: „ Et animos Equitum Romanorum, apud quos tum cauſſa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, à quo erant ipſi propter judicia abalienati, revocabam.

Serviliam inde legem conſequuta eſt Livia; quam M. Druſus Tribunus plebis tulit anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo; de quo ſic ſcribit Appianus: „ Druſus Senatorium, & equeſtrem ordinem maxime tunc ob judicia diſſidentes communi lege inter ſe conciliare conatus eſt. Itaque cum aperte judicia Senatui reddere non poſſet, hac arte ea inter utrumque communicavit; cum Senatores propter ſuperiorum temporum diſcordias vix ad CCC. eſſent, totidem ipſis ex ordine equeſtri, & optimum quemque ut cooptarent, auctor fuit; atque ex his omnibus in poſterum judices legi voluit; qua tamen lege neque Senatoribus, qui ſecum tot Equites admiſceri, neque Equitibus, qui judicia hoc pacto ad ſolos Senatores referri videbant, gratificatus, in utriuſque ordinis offenſionem cum incidiſſet, in ipſo magiſtratu eſt interſectus. Vellejus autem ita: „ Druſus cum Senatui priſcum reſtituere decus vellet, & judicia ab equitibus ad eum transferre ordinem; (quippe eam poteſtatem nacti Equites Gracchanis legibus, cum in multos clariſſimos atque innocentiſſimos viros ſæviſſent, tum P. Rutilium virum non ſæculi ſui, ſed omnis ævi optimum interrogatum lege repetundarum maximo cum gemitu civitatis damnaverant;) in iis ipſis, quæ pro Senatu moliebatur, Senatum habuit adverſarium. Quid quod in epitoma Liviana ſcriptum eſt? „ P. Rutilius, vir ſummæ innocentiæ, qui legatus Q. Mucii pro Conſule à publicanorum injuriis Aſiam defenderat; inviſus equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus in exilium miſſus eſt. Senatus cum impotentiam equeſtris ordinis in judiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cœpit, ut ad ſe judicia transferrentur. M. Livius Druſus Tribunus plebis legem tulit, ut æqua parte judicia penes Senatum, & equeſtrem ordinem eſſent. Hanc autem legem cum reliquis aliis Livii legibus; tanquam adverſus auſpicia latam, eodem anno Philippo Coſ. referente uno S. C. ſublatam, teſtis eſt Cicero lib. III. de legibus; qua lege adductum in eam opinionem Plutarchum puto, ut C. Gracchum de legendis in Senatum Equitibus, & communicandis ea ratione judiciis in tribunatu tuliſſe ſcripſerit.

Cum igitur nec Cæpionis, nec Druſi lege Senatores in partem judiciorum venire potuiſſent, tum M. Plautius Silvanus extitit, qui biennio poſt, Strabone, & Catone Coſs. in tribunatu Senatui ſatisfecit; tulit enim, auctore Pediano, ut ſingulæ tribus è corpore ſuo quindecim, qui per annum judicarent, legerent; unde dixit in oratione pro C. Cornelio Cicero, *Memoria teneo, tum primum Senatores cum equitibus Rom. lege* Plotia *judicarent, hominem diis, ac nobilitati perinviſum Cn. Pompejum cauſſam dicere lege varia de majeſtate*; quæ verba Pedianus interpretans, ait M. Plautium Silvanum tribunum pleb. Cn. Pompejo Strabone, L. Porcio Catone Coſs. anno ſecundo belli Italici, cum equeſter ordo in judiciis dominaretur, legem tuliſſe adjuvantibus nobilibus, eamque legem eam vim habuiſſe, quam Cicero ſignificat; nam ex ea lege tribus ſingulas è ſuo numero quinos denos creaſſe, qui eo anno judicarent; ex eo factum eſſe, ut Senatores quoque in eo numero eſſent, & quidam etiam ex ipſa plebe. An vero hæc lex diu ſervata ſit, parum certum eſt.

Illud autem nullam habet dubitationem, ſeptennio poſt L. Syllam Dictatorem legem tuliſſe, ut ſoli Senatores judicarent; credo quod equitibus, & plebi eſſet infenſus, quia adverſus ſe pro Marianis partibus ſteterant; cujus legis Pedianus, & Cicero meminerunt.

Undecimo deinde poſt anno, Cn. Pompejo, & M. Craſſo Coſs. cum multos jam ante annos Sylla deceſſiſſet, L. Aurelius Cotta prætor legem ad populum tulit, ut Senatores jam diu male de judiciis audientes cum equitibus, & tribunis ærariis judicarent, id eſt, ut tres ordines ad judicia advocarentur; ſiquidem tribuni ærarii ex plebe, ut dixi, fuerunt; de qua ita (*) Pedianus: *L. Cotta lege ſua judicia inter tres ordines communicavit, Senatum, equites & tribunos ærarios*; & Vellejus: *Cotta judicandi munus, quod C. Gracchus ereptum Senatui ad equites, Sylla ab illis ad Senatum transtulerant, æqualiter inter utrumque ordinem partitus eſt.*

Inde lex Pompeja lata, quam Cn. Pompejus in ſecundo conſulatu promulgavit, auctore in Piſonianam Aſconio, nihil de tribus ordinibus immutavit.

Poſt Cæſar Dictator judicia ad duos ſolum ordines redegit, Senatores, & equites; cujus rei cauſſam Dio ita reddidit: *Judicia Senatoribus, equitibuſque commiſit, ut puriſſima pars civitatis judicaret; ante enim ex plebe quidam etiam una judicia exercebant*; quod de tribunis ærariis dictum eſſe oſtendit Svetonius, cum ſcribit: *Judicia ad duo genera judicum redegit, equeſtris ordinis, & ſenatorii, tribunos ærarios, quod erat tertium, ſuſtulit.*

Inde M. Antonius Coſ. Cæſare interfecto, legem tulit, ut *ad duas decurias Senatorum, & equitum tertia adjungeretur centurionum, & manipularium militum legionis Alaudæ*, ut Cicero ſignificat in prima Philippica, in qua hanc legem inſectatur, atque exagitat. Atque hæc quidem de ordinibus, unde ju-

(32) De ordine pariter, numero, ſententiiſque harum legum adeatur P. Manutius de legibus, qui omnia diligentiſſime perſcrutatus eſt.

(*) Corrige idem. *Latinus.*

judices lecti ſunt, hactenus.

Cenſum autem in judice etiam legeudo ſpectatum, non eſt dubium; id enim innuit Plinius libro XIIII. in proœmio: *Poſtera laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, poſtquam Senator cenſu legi coeptus, judex fieri cenſu*; & Seneca: *Cenſus in foro judex legitur*; & Cicero in Antonium: *In judice ſpectari & fortuna debet, & dignitas*. An vero jam inde ab initio judici cenſus præfinitus ſit, nihil habeo comperti. (33) Lege quidem Aurelia, Pompeja, & Julia præfinitum, ſatis aperte docet Cicero in prima Philippica, his verbis: *At quæ eſt iſta tertia decuria? centurionum*, inquit; *quid? iſti ordini judicatus lege Julia, etiam ante Pompeja, Aurelia non patebat? cenſus præfiniebatur*, inquit; *non centurioni quidem ſolum, ſed etiam equiti Romano*. Habet autem dubitationem, an idem fuerit ordinum cenſus, ac judicum, ut quo cenſu quis Senator, eodem etiam judex legi potuerit; qua de re quanquam certi nihil habeo, quod afferam, non recuſabo tamen; quin, quò me conjectura ducat, exponam. Me igitur, ut diverſos eos fuiſſe ſentiam, verba Aſconii de lege Pompeja adducunt, qua ſancitum ait, *ut ex ampliſſimo cenſu ex centuriis aliter, quam ante lecti judices, æque tamen ex tribus ordinibus judicarent*; itemque Svetonii de lege Augusti, qua quartam decuriam additam ait *ex inferiore cenſu, quæ ducenariorum vocaretur, judicarentque de levioribus ſummis*. Ex quibus omnibus poſſumus ſuſpicari, non eodem cenſu ordines, ac judices eſſe cooptatos; quid enim legibus ullis equiti Romano cenſus ad judicatum præſcribendus fuiſſet, ſi omnes quocunque cenſu equites legi judices, conceſſum eſſet? aut cur demum Antonius leges eas immutare tentaſſet, nimirum, ut quocunque cenſu centurio judicare poſſet, niſi certus cenſus ante judici centurioni conſtitutus fuiſſet? Atque hoc quidem ita fuiſſe, lex ipſa Pompeja oſtendit, cum judices ex ampliſſimo cenſu legi jubet. Significat enim, Senatores legi potuiſſe, qui octingenta millia poſſiderent; equites, qui quadringenta; at judices è ſenatorio ordine, aut equeſtri, niſi, qui ampliſſimo cenſu eſſent, id eſt, qui ſupra ſenatorium, aut equeſtrem cenſum poſſiderent, conſtitui non licuiſſe.

Poſtremo ætatis etiam ad judicandum annum legitimum trigeſimum quintum (*) fuiſſe eodem in loco docet Svetonius, cum ita pergit: *Judices à triceſimo ætatis anno allegit, id eſt, quinquennio maturius, quam ſolebant*. Sed de judicibus multo pluribus in libris de judiciis differemus.

Pertinuiſſe autem hoc etiam ad jus civitatis, ex eo conjici poteſt, quod de ſe inquit Cicero: qui cum lege Clodia ſe civitatem omnium judicio non amiſiſſe, multis argumentis contenderet, ita demum intulit: „ Me L. Cotta, homo cenſorius, in Senatu „ juratus dixit ſe, ſi cenſor tum eſſet, cum „ ego aberam, meo loco Senatorem recitatu-

A „ rum fuiſſe; quis in meum locum judicem „ ſubdidit? quis meorum amicorum teſtamen- „ tum diſceſſu meo fecit, qui mihi non idem „ tribuerit, quod & ſi adeſſem?

CAP. XIX.

De ſpectaculis Ordinum.

UT autem in judicando, ſic etiam in ſpectando proprio quodam jure ſinguli ordines fuerunt. Ceterum promiſcuum ſpectandi in theatro Senatui fuiſſe, & populo ab initio locum, inde Senatum à populo, poſt equites à plebe diſcretos, in monumentis reB rum Romanarum notatum videmus. Quæ quia ſine eorum ordinum offenſione, qui deteriore in cauſſa ponebantur, fieri nequivere, quo pacto res univerſa ceciderit, verbis priſcorum annalium recitatis oſtendam. Livius ita ſcribit: „ Sex. Ælius Pætus, & „ C. Cornelius Cethegus cenſores gratiam „ ingentem apud ordinem ſenatorium pepe- „ rerunt, quod ludis Romanis ædilibus cu- „ rulibus imperarunt, ut loca ſenatoria ſe- „ cernerent à populo; nam antea in pro- „ miſcuo ſpectabant; & paulo poſt: C. Atilii „ Serrani, L. Scribonii Libonis ædilium cu- „ rulium ludis Rom. primum Senatus à po- „ pulo ſecretus ſpectavit, præbuitque ſermo- C „ nes (ſicut omnis novitas ſolet) aliis tan- „ dem, quod multo ante debuerit, tributum „ cenſentibus ampliſſimo ordini, aliis dem- „ ptum ex dignitate populi, quicquid maje- „ ſtati patrum adjectum eſſet, interpretantibus, „ & omnia diſcrimina talia, quibus or- „ dines diſcernerentur, & concordiæ, & li- „ bertatis æque minuendæ eſſe; ad quingen- „ teſimum quinquageſimum ſextum annum „ in promiſcuo ſpectatum eſſe, quid repente „ factum, cur non immiſceri ſibi in cavea „ patres plebem vellent? cur dives paupe- „ rem conſeſſorem faſtidierit? novam, & ſu- „ perbam libidinem ab nullius ante gentis Se- „ natu neque deſideratam, neque inſtitutam; D „ poſtremo ipſum quoque Africanum, quod „ Conſul auctor ejus rei fuiſſet, pœnituiſſe „ ferunt. Adjicit Valerius, quanquam ad hunc uſque annum promiſcua ſubſellia fuerant, nunquam tamen quenquam ex plebe in theatro ante patres conſcriptos ſpectare ſuſtinuiſſe. De eodem autem etiam inſtituto Pedianus in Cornelianam, atque adeo ipſe etiam Cicero ita in oratione: „ P. Africanus „ ille ſuperior, ut dicitur, non ſolum à ſa- „ pientiſſimis hominibus, qui tum erant, ve- „ rum etiam à ſe ipſo ſæpe accuſatus eſt, „ quod, cum Conſul eſſet cum Ti. Longo, „ paſſus eſſet tum primum à populari conſeſ- „ ſu in ſenatoria ſubſellia ſeparari. Ut autem E tum Senatores ab equitibus, & plebe, ſic poſtea equites à plebe ſecreti ſunt: ſpectabant enim Senatores in cavea, qui locus ad theatri radices ſcenæ proximus erat, inde proximi quattuordecim theatri gradus, ut commodiores,

(33) Imo eſt certum contra, ut de Senatoribus, Patriciis, aliiſque ampliſſimis viris probavimus ſupra.

(*) Male ex corrupto Svetonii loco, qui eſt in Octaviani vita cap. 32. colligit annum ad judicandum legitimum fuiſſe trigeſimum quintum. Sed hunc locum dudum emendavit JCtorum princeps Jacobus Cujacius, approbante Caſaubono, obſervat. lib. XXI. cap 32. qui legendum oſtendit: *Judices à viceſimo ætatis anno allegit, id eſt, quinquennio maturius quam ſolebant*; ut legitimus ad judicis perſonam ſuſtinendam Romæ fuerit annus vigeſimus quintus. Vide Caſaubonum ad hunc locum. *Grævius*.

res, ſic honeſtiores habebantur; in iis autem, & in ceteris altioribus plebs cum equitibus ſpectare ſolita erat.

Poſt autem lata lex eſt, ut in iis equites utique conſiderent, confuſe tamen, Tacito, auctore, cum plebe. Hanc autem legem tulit L. Roſcius Otho Tribunus plebis, ut eſt apud Dionem, M. Glabrione, & C. Piſone Coſs. Alienavit autem à ſe plebem, equites ſibi adjunxit hac lege Roſcius. Quo factum eſt, ut cum quinquennio poſt Conſule Cicerone, dum ludi ederentur, in theatrum veniret, à plebe maximo ſtrepitu, ab equitibus ingenti plauſu exceptus ſit. Cumque iterum plebs, & equites, ut quiſque animo erat affectus, Roſcium accepiſſent, paulatim ad verborum convicia deſcenderunt, atque theatrum perturbarunt, id quod cum Cicero Conſul accepiſſet, ſtatim, advocata concione, populum caſtigavit; qui in theatrum reverſus, & ipſe cum equitibus de Roſcii honoribus, Plutarcho auctore, contendit. Unde merito Plinius ita in laudes Ciceronis erupit: *Te ſuadente tribus Roſcio theatrali auctori legis ignoverunt, notataſque ſe diſcrimine ſedes æquo animo tulerunt.*

Inde lex Julia ab Auguſto lata eſt: Ut equitibus Romanis, quibus ipſis, parentibuſve equeſter cenſus unquam fuiſſet, in quatuordecim ordinibus lege Roſcia theatrali conſtitutis conſidere liceret; cujus legis Svetonius teſtis eſt. Aſtipulatur Plinius libro XXXIII. cum inquit: *à Tiberio imperatore conſtitutum, ne cui jus annulorum eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, avoque paterno H-S CCCC. cenſus fuiſſet, & lege Julia theatrali in XIV. ordinibus ſedendi.* Poſt autem Imperator Nero equitum Romanorum locos ſedilibus plebis antepoſuit, ſi Taciti auctoritate ſtandum eſt, qui lib. XV. ait: *Nam ad eum diem indiſcreti ierant,* (*) *quia lex Roſcia nihil, niſi de quattuordecim ordinibus ſanxerat.*

CAP. XX.

De Nobilibus, Novis, & Ignobilibus.

HIs expoſitis ſane quæ prima fuerit civium Romanorum à nobis conſtituta diviſio, ab omnibus intellectum exiſtimo. Nunc ſequitur, ut de ſecunda, quemadmodum inſtituimus, diſſeramus; cujus ut partes ſunt minores, ſic diſputatio aliquanto erit anguſtior. Ut autem illam diviſionem ab ordinibus deduximus, ſic hanc ab imaginibus derivamus. Nam qui majorum ſuorum habuerunt imagines, ii nobiles; qui ſuas tantum, ii novi; qui nec majorum, nec ſuas, illi demum ignobiles appellati ſunt. Ex quo efficitur, jus imaginis nihil eſſe aliud, quam jus nobilitatis. Etenim ut imago à magiſtratu proficiſcitur, ſic nobilitas ab imagine, unde etiam ſæpe imagines pro nobilitate ſunt poſitæ. Eſt autem imago, ut præclare lib. VI. Polybius, inſignis alicujus viri ſimulacrum oris ſimilitudinem artificioſe effictam coloribus, pigmentiſque adumbratam referens, quod in inſigniori, & celebriori domus parte poſitum ligneo armario includebant. Imaginem autem ſui ponere non temere omnibus licuit, ſed iis tantum, qui magiſtratus curules geſſiſſent, quorum primus fuit ædilitas; unde Cicero dixit in Verrem: *ſe ædilem deſignatum, adeptum eſſe antiquiorem in Senatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, jus imaginis ad memoriam, poſteritatemque prodendam*; & pro Rabirio Poſtumo, ubi loquitur de iis, qui propter magiſtratus in Senatum lecti ſunt; *Delectat*, inquit, *imago ipſa ad poſteritatis memoriam prodita.* Imago vero iccirco valuit ad memoriam, poſteritatemque prodendam, quia inde nobilitas familiæ ducta eſt. Nobiles enim, ut dixi, fuerunt, qui majorum ſuorum imagines oſtendere potuerunt. Hoc indicat Livius cum dixit: *Ancum Marcium nobilem una imagine Numæ.* Item: *Ap. Claudium honoratiſſimæ imaginis ad poſteros, legum latorem, conditoremque Romani juris*; & Cicero cum pro Plancio inquit: *Non dubitas, quin omnes, qui favent nobilitati, qui imaginibus, qui nominibus veſtris ducuntur, te ædilem fecerint*; & cum in Piſonem: *Obrepſiſti ad honores commendatione fumoſarum imaginum*; & Juvenalis, cum in nobilitatem majorum imaginibus partam ita Satyra ſexta eſt invectus:

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Majorum? & ſtantes in curribus Æmilianos?
Et Curios jam dimidios? naſumque minorem
Corvini, & Galbam auriculis, naſoque carentem?
Quid fructus generis tabula jactare rapaci
Fumoſos equitum cum Dictatore Magiſtros?

Has autem imagines primi patricii poſuerunt, quòd iis primis curules magiſtratus, ut conſulatus, cenſura, prætura, ædilitaſque patuerunt, unde jus imaginis fuit. Itaque patricii etiam primi nobiles habiti ſunt, unde aliquando etiam nobilitas pro patriciorum factione eſt uſurpata; ut apud Livium lib. VII „ Non patientibus Tribunis, quòd pro „ Conſule uno plebejo tres patricios magi„ ſtratus curules ſellis prætextatos, tanquam „ Conſules, ſedentes nobilitas ſibi ſumpſiſſet; & apud Salluſtium lib. de Republica ordinanda: „ In duas partes ego civitatem divi„ ſam arbitror, in patres, & plebem; antea „ in patribus ſumma auctoritas erat, vis „ multo maxima in plebe. Itaque ſæpius in „ civitate ſeceſſio fuit, ſemperque nobilitatis „ opes diminutæ ſunt, & jus populi amplifi„ catum; & iterum apud Liv. lib. II.: Occu„ pant Tribuni templum; poſtero die Conſu„ les, nobilitaſque ad impediendam legem „ in concione conſiſtunt. Poſt autem ubi plebs eoſdem patricios magiſtratus eſt nacta, tum & ipſa imagines ponere, eaſque relinquere cum nobilitate poſteris ſuis cœpit; quod demonſtrant apud Livium lib. VI. plebeji, cum de communicando conſulatu agentes dicunt: „ ex illo in plebem ventura om„ nia, quibus patricii excellant, imperium, „ atque honorem, gloriam belli, genus, no„ bilitatem, magna ipſis fruenda, majora „ liberis relinquenda. Quocirca multis poſt vulgatos honores ſæculis Aſconius in commentario orationis in toga candida ſcriptum reliquit, ſex competitores Ciceronem in conſulatus petitione habuiſſe, duos patricios, quatuor plebejos, ex quibus plebejis duos nobiles, duos, qui tantum non primi ex ſuis familiis magiſtratum adepti eſſent; ſolum Ciceronem equeſtri loco natum fuiſſe.

Ut autem nobiles dixerunt, qui majo-

rum

(*) *Corrige* inibant. *Latinius.*

rum imagines habuerunt, ſic ignobiles, qui A iis caruerunt; ut Svetonius in Veſpaſiano: „ Flavia gens obſcura, ac ſine ullis imagi- „ nibus. Jam vero qui primi ex familia ſua magiſtratus curules ceperunt, ac imaginem ſui prodiderunt, eos novos homines, quaſi generis, ac poſteritatis ſuæ principes appellarunt, ut M. Catonem illum cenſorium; nam pater ejus ignobilis, ipſe novus, poſteri ejus nobiles extiterunt. Eſt enim novitas inter nobilitatem, & ignobilitatem interjecta; cujus rei admonemur à Cicerone pro Cluentio, cum ait: „ Et jam querimur, ſæpe homini- „ bus novis non ſatis magnos in hac civitate „ eſſe fructus? nego uſquam unquam fuiſſe „ majores; ubi ſi quis ignobili loco natus ita B „ vivat, ut nobilitatis dignitatem virtute „ tueri poſſe videatur, uſque eo pervenit, „ quoad eum induſtria cum innocentia pro- „ ſecuta eſt. Si quis autem hoc uno nititur, „ quod ſit ignobilis, procedit ſæpe longius, „ quam ſi idem ille ſit cum iiſdem ſuis vitiis „ nobiliſſimus. Itaque idem de ſe homine novo ita dixit in Rullum ad populum: „ Me „ hominem novum Conſulem feciſtis; item: „ Mihi apud vos de meis majoribus dicendi „ facultas non datur, non quod non tales „ fuerint, quales nos illorum ſanguine crea- „ tos, diſciplinisque inſtitutos videtis, ſed „ quod laude populari, atque honoris veſtri „ luce caruerunt. Item: Quemadmodum cum C „ petebam, nulli me vobis auctores generis „ mei commendarunt; ſic ſi quid deliquero, „ nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis de- „ precentur. Quibus verbis ſignificat, hominem novum eum eſſe, qui curuli magiſtratu parto aditum ad amplitudinem, & nobilitatem poſteris ſuis patefaciat. Quod etiam intellexit, cum ædilis curulis deſignatus dixit in Verrem: „ jus ſe adeptum imaginis ad me- „ moriam, poſteritatemque prodendam; & Plutarchus in Catone majore, cum ſcripſit: „ Novos homines appellatos, qui non ex ge- „ nere commendationem haberent, ſed ex ſe „ cognoſci inciperent. Ex quo intelligi poteſt, cur Cicero in Catilinam dixerit: „ ſe D „ hominem eſſe per ſe cognitum, nulla com- „ mendatione majorum; & pro Plancio: „ Ego „ hinc à me ortus, & per me nixus aſcendi, „ iſtius egregia virtus adjuvabitur commen- „ datione majorum.

Cum autem procedentibus temporibus multæ plebejæ familiæ, prætoriæ, conſulares, ac triumphales eſſent, factum eſt, ut plebs in duas quaſi partes abierit; quarum unam tuebatur nobilitas, quæ ex patriciis, & plebejis nobilibus familiis conſtabat, alteram plebs, quæ obſcuriſſima, & nullarum imaginum erat; ex qua fuit C. Terentius Varro lanii filius, qui ad Cannas Conſul male pu- E gnavit. Unde ille de ſe loquens apud Livium ait: „ Romanos non habituros ante finem „ belli Punici, quam Conſulem vere plebe- „ jum, ideſt, hominem novum feciſſent. Nam „ plebejos nobiles iiſdem initiatos eſſe ſacris, „ & contemnere plebem; ex quo contemni „ deſierint à patribus.

Atque hæc quidem de nobilibus, redeo ad imagines, unde nobilitas ipſa fluxit. Has ergo qui habuerant, eas ſummo ſtudio coluerunt, & conſervarunt. Narrat enim eo, quem ſupra commemoravi, loco Polybius, feſtis eos diebus apertis armariis illas exornaſſe. Cum vero ex domeſticis quiſpiam eſſet mortuus, in funere extuliſſe, addito, ut magnitudine quam ſimillimæ apparerent, reliquo corporis trunco. Veſtibus autem exornatas, ſi conſulares, aut cum imperio fuiſſent, prætextis; ſi cenſorii, purpureis; ſi triumphales, auro intextis; atque curru, faſcibus, & ſecuribus, aliiſque magiſtratuum inſignibus prælatis in roſtra eſſe perlatas. Hoc autem idem tradidit quoque Plinius libro XXXV. „ Apud „ majores in atriis imagines erant, quæ ſpe- „ ctarentur, non ſigna externorum artificum, „ nec æra, aut marmora; expreſſi cera vultus „ ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent „ imagines, quæ comitarentur gentilitia fune- „ ra, ſemperque defuncto aliquo totus aderat „ familia ejus, qui unquam fuerat, populus. „ Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagi- „ nes pictas, tabulina codicibus implebantur, „ & monumentis rerum geſtarum; aliæ foris, „ & circa limina animorum ingentium imagi- „ nes erant, affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec „ emptori relinquere liceret; triumphabant- „ que etiam dominis mutatis ipſæ domus, „ & erat hæc ſtimulatio ingens exprobranti- „ bus tectis quotidie, imbellem dominum „ intrare in alienum triumphum. Extat Meſ- „ ſallæ oratoris indignatio, qua prohibuit „ inſeri genti ſuæ Levinorum alienam ima- „ ginem. Similis cauſſa Meſſallæ ſeni expreſſit „ volumina illa, quæ de familiis condidit, „ cum Scipionis Africani tranſiſſet atrium, „ vidiſſetque adoptione teſtamentaria Salu- „ tionis, (hoc enim ei fuerat cognomen) „ Africanorum dedecore notam irrepentem „ Scipionum nomini; ſed pace Meſſallarum „ dixiſſe liceat, etiam mentiri; clarorum „ imagines, erat aliquis virtutum amor, mul- „ toque honeſtius, quam mereri, ne quis ſuas „ expeteret. Cum his autem Plinianis verbis illa quoque Valerii de Torquato Silani patre mire conveniunt: „ Videbat, ſe in eo atrio „ conſediſſe, in quo illius Imperioſi Torquati „ ſeveritate conſpicua imago poſita erat; „ prudentiſſimoque viro ſuccurrebat effigies „ majorum ſuorum cum titulis ſuis idcirco „ in prima ædium parte poni ſolere, ut eo- „ rum virtutes poſteri non ſolum legerent, „ ſed etiam imitarentur; & illud Ciceronis in ſecundo de oratore: „ Cum caſu funere „ efferretur anus Junia, tum Craſſus: Brute „ quid ſedes? quid illam anum patri nun- „ ciare vis tuo? quid illis omnibus, quorum „ imagines duci vides? & pro Sulla: Si quæ- „ ris, qui ſint Romæ regnum occupare co- „ nati, ex domeſticis imaginibus invenies; intelligit enim M. Manlium Capitolinum, qui eo nomine de ſaxo deturbatus eſt; & pro Murena: „ Domum ne ſe vertet? ut eam ima- „ ginem clariſſimi patris ſui, quem paucis „ ante diebus laureatam in ſua gratulatione „ conſpexit, eandem deformatam ignominia, „ lugentemque videat? Addo etiam, idem intellexiſſe Martialem, idem Juvenalem, illum, cum dixit:

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto;

hunc vero, cum cecinit:

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt, atque unica virtus.

Hanc autem eandem ſententiam de virtute adverſus imagines protulit etiam in epiſtolis ad Hirtium Cicero: *Cum nobilitas*, inquit, *nihil aliud ſit, quam cognita virtus, quis in eo, quem veteraſcentem videat ad gloriam, generis antiquitatem deſideret?* ſed hæc quidem

A ex virtute ducta nobilitas tota philoſophorum eſt, ut quæ ex imaginibus, populi Romani eſt univerſa; unde illud eſt notum Horatii :

Contra Levinum Valeri genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulſus fuit, unius aſſis
Non unquam precio pluris licuiſſe, notante
Judice quem noſti, populo, qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ ſervit ineptus,
Qui ſtupet in titulis, & imaginibus.

Nobilitas autem ex virtute in novis ſolum populis locum habuit, in quibus nullæ dum imagines parari potuerunt; quod ſignificavit Livius de Tarquinio loquens : „ Roma eſt „ ad id potiſſimum viſa; in novo populo,
B „ ubi omnis repentina, atque ex virtute no„ bilitas fit, futurum locum forti viro.

CAP. XXI.

De optimatibus, & popularibus.

Reſtat tertia civium diviſio, quam, ut dixi, neque gentium diſſidium, neque ordinum inter ſe de jure, & dignitate certantium diſſimilitudo, ſed prava ipſa, quæ omni ſemper Reipublicæ nocuerunt, partium ſtudia, in Rempublicam intulerunt, ut alteri ſe optimates dici, & eſſe vellent, alteri populares. Quid autem optimates Romæ fue-
C riat, adeo aperte docet Cicero in Sextiana, ut ex eorum deſcriptione, qui etiam populares fuerint, non difficile ſit intelligere. Erit autem, ut opinor, non alienum, pulcherrimas ejus voces, quibus in optimatibus, & popularibus non tam ſubtiliter diſtinguendis, quam acute circumſcribendis eſt uſus, in medium proferre, ac diligenter conſiderare. „ Duo genera, *inquit*, in hac civitate ſemper „ fuerunt eorum, qui verſari in Republica, „ atque in ea ſe excellentius gerere ſtudue„ runt; quibus ex generibus alteri popula„ res, alteri optimates & haberi, & eſſe vo„ luerunt; qui ea, quæ faciebant, quæque „ dicebant, multitudini jucunda eſſe vole-
D „ bant, populares; qui autem ita ſe gerebant, „ ut ſua conſilia optimo cuique probarentur, „ optimates habebantur. Quanquam autem civilis hæc diſſenſio, auctore Cicerone, ſemper in Republica eſt verſata, tamen ea maxime poſt Ap. Cæci cenſuram, id eſt, poſt annum urbis quadringenteſimum quadrageſimum primum videtur exarſiſſe. Is enim, ut inquit Livius „ primus Senatum libertino„ rum filiis inquinavit; & poſteaquam eam „ lectionem nemo ratam habuit, nec in cu„ ria adeptus erat, quas petierat, opes ur„ banas humilibus per omnes tribus diviſis, „ forum, & campum corrupit; quæ forenſis „ factio dicta eſt; quæ cum Cn. Flavium
E „ patre libertino, humili fortuna ortum „ ædilem curulem dixiſſet, id adeo nobiles „ ægre tulerunt, ut plerique annulos aureos, „ & phaleras deponerent; ex eo tempore in „ duas partes diſceſſit civitas, aliud integer „ populus, fautor, & cultor bonorum; aliud „ forenſis factio tenebat; donec Q. Fabius „ cenſor ſimul concordiæ cauſſa, ſimul ne „ humillimorum in manu comitia eſſent, „ omnem forenſem turbam excretam in qua„ tuor tribus conjecit, urbanaſque eas appel„ lavit. Hæc Livius. Redeo ad Ciceronem, qui optimates definivit, eos, qui ita ſe gerebant, ut quæ agerent, quæque dicerent, ea

A optimo cuique probari vellent. Quibus definiendis non longe ab Ariſtotelica, ut video, præceptione diſceſſit, qui optimatum poteſtatem inde dictam tradidit, aut quia optimi in ea imperarent, aut quia ejus rei cauſſa eſſet quæ maxime Reipublicæ expediret. Horum autem genera fuiſſe permulta, facile ex eodemmet Cicerone cognoſci poteſt, qui in eadem oratione ita pergit: „ Quis ergo eſt „ iſte optimas? quis? de numero ſi quæris in„ numerabiles, neque enim aliter ſtare poſ„ ſemus; ſunt principes conſilii publici; „ ſunt, qui eorum ſectam ſequuntur; ſunt „ maximorum ordinum homines quibus patet „ curia; ſunt municipales, ruſticique Roma-
B „ ni; ſunt negotia gerentes; ſunt etiam li„ bertini optimates. Quibus verbis partes potius perſequitur, quam formas optimatum. Etenim quod inter optimates refert, *publici conſilii principes*, Conſules intelligit, qui ut Tribuni concionis popularis, ſic ipſi Senatus ſunt duces ac principes. Inter hos autem magna ſemper diſcordia, ſed aliis temporibus alia fuit; primis enim temporibus Tribunis plebis Conſules reſtiterunt, ut patricius magiſtratus plebejo; nam tunc nulla alia, niſi ex familiarum patriciarum potentia plebejis ipſis intoleranda audita contentio eſt; poſt autem ubi plebejis etiam familiis conſulatus, & ceteri patricii honores communicati ſunt,
C non ita contendit conſulatus cum Tribunatu, tanquam patricius cum plebejo, ſed tanquam optimatum princeps cum popularium principe, in quo controverſiam fecit non generis diſſimilitudo, ſed voluntatum diſtractio. Atque hoc eſt, quod inquit idem in ſecunda agraria: „ Non natura, neque diſſidio, neque „ odio penitus inſito bellum neſcio quod „ habet ſuſceptum conſulatus cum Tribuna„ tu, quia perſæpe ſeditioſis atque improbis „ Tribunis boni & fortes Conſules obſtite„ runt, quia vis tribunicia nonnunquam libi„ dini reſtitit conſulari; non poteſtatum diſ„ ſimilitudo, ſed animorum disjunctio diſſen„ ſionem facit. Neque vero ſolum principes
D „ conſilii publici, ſed etiam, qui ſectam „ eorum ſequuntur, optimates Cicero appellat; hi vero multi, ſed maxime nobiles homines fuerunt; nobiles dico tam plebejos, quam patricios, quorum majores magiſtratus ampliſſimos adminiſtraſſent, & ad eoſdem poſteris ſuis faciliorem aditum communiſſent; eſt enim æquum, ut qui Reipublicæ partem maximam obtinent, ii glorioſam etiam, & incolumem eſſe Rempublicam velint. Itaque pauci nobiles populares fuerunt; inter eos vero M. Æmilium Lepidum, cui Q. Lutatius Catulus reſtitit, referre poſſumus, de quo L. Philippus in Senatu dixit, apud Salluſtium : *M. Æmilius omnium flagitioſorum poſtremus,*
E *qui pejor, an ignavior ſit, deliberari non poteſt, exercitum opprimendæ libertatis habet*; & poſt : *Hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello Saturnini olim, poſt Sulpicii, dein Marii, Damaſippique, nunc Lepidi ſatellites*; præterea vero adjungere licet etiam C. Cæſarem, cui Bibulus primum, poſt etiam, duce Pompejo, Senatus, atque univerſa optimatum factio occurrerunt. Nam P. Clodium non numero, quis optimates non ante oppugnavit, quam ſe nobilitate avita abdicavit, & adoptione ſe Fonrejum pro Claudio reddidit. Addit deinde Cicero, *optimates eſſe maximorum ordinum homines, quibus patet curia*. Maximorum autem or-

ordinum nomine Senatorium, & equeſtrem complecti videtur; nam Equites Romanos ipſe Senatoi reconciliarat, atque eum optimatibus in conſulatu conjunxerat; equitibus autem patebat curia, quod ex eo ordine fere in Senatum ſublegerentur. Itaque Senatores & Equites pro optimatibus ſtetiſſe innuit. Unde tertium, qui plebis eſt, ordinem innuens, addit *municipales, & ruſticos Romanos, & negotiatores, & libertinos*; municipales quidem appellans, qui ex municipiis erant cives Romani; de quibus in libro de jure Italiæ diſputabimus; ruſticos autem eos, qui agros tenerent, aut colerent; quam ruſticam plebem ſupra appellavimus; poſtremo etiam negotiatores, & libertinos, de quibus ſatis ſupra diximus. Atque hæc quidem de partibus optimatum. Formam vero, vimque eorum ſi quis requirat, is quid ille deinceps ſubjiciat, quæſo diligenter attendat. „ Numerus, *inquit*, optimatum lata, & varie diffuſua eſt; ſed genus univerſum (ut tollatur error) brevi circumſcribi, & definiri poteſt; omnes optimates ſunt, qui neque nocentes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti; horum qui voluntati, commodis, opinioni in gubernanda Republica ſerviunt, defenſores optimatum, ipſique optimates graviſſimi, & clariſſimi cives nominantur, & principes civitatis. Quibus verbis eos, quos commemoravit, omnes ita fuiſſe optimates adjungit, ſi neque nocentes eſſent, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti; quid ita? quia ſæpe vel judicii declinandi cauſſa, vel ſcelere, vel amentia, vel anguſtiis rei familiaris impulſi Conſulca etiam, & Senatores, & equites, & ax plebe ruſtici. & negotiatores, & libertini populares evaſerunt, ac ſtatum Reipublicæ pervertere tentarunt. Etenim Tiberium Graechum accepimus nulla alia de cauſſa, quam judicii de ſe futuri formidine ab optimatibus, quorum pater ſuus princeps, ac defenſor perpetuo fuerat, deſeciſſe; id quod video Ciceronem ipſum in oratione de aruſpicum reſponſis ſcriptum reliquiſſe, his verbis: „ Ti Graecho invidia Numantini fœderis, cui feriendo quæſtor C. Maneini Conſulis cum eſſet, interfuerat, & in eo ſœdere improbando Senatus ſeveritas dolori, & timori fuit; iſtaque res illum à gravitate patrum deſciſcere cnēgit. Ab optimatibus autem adeo improbitatem abeſſe debere Cicero intellexit, ot bonos ſæpe pro optimatibus, cum de Republica loqueretur, uſurparit. Hinc enim dixit in epiſtolis ad Lentulum: „ Non offendes eundem bonorum ſenſum Lentula, quem reliquiſti, qui confirmatus conſulatu noſtro nonnunquam poſtea intarruptus, & afflictus anta te Conſulem, recreatus abs te totus eſt, nunc ab iis, à quibus tuendus erat, derelictus; idque non ſolum fronte, atque vultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur, ii declarant, qui tum noſtro illo ſtatu optimates nominabantur, ſed etiam ſantentia ſæpe jam, tabellaque docuerunt. Furioſos etiam negat eſſe optimates poſſe; ſurorem autem definivit in Tuſculanis mentis ad omnia cœcitatem; quo verbo non ſolum veſanos, atque amentes complecti voluit, ſed etiam qui Reipublicæ ob detrimentum, aut ignominiam acceptam eſſent irati; ſiquidem, ut inquit poeta nobilis, *ira brevis furor eſt*; quo furo-

A re percitos fuiſſe C. Gracchum, & L. Saturninum accepimus. Etenim ſcriptum eſt apud Cicceronem in eadem oratione de aruſpicum reſponſis: „ C. Gracchum morte fraterna, pietate, dolore, magnitudine animi ad expetendas domeſtici ſanguinis pœnas eacitatum; Saturninum autem, quod in annonæ caritate quæſtor à frumentaria procuratione à Senatu amotus eſſet, ei rei M. Scauro præfecto, dolore factum eſſe popularem. Ex iis autem, qui cum propter ceteras cauſſas, tum maxime propter magnitudinem æris alieni novarum rerum ſtudioſi fuerunt, L. Sergius Catilina, vir patricius & nobilis una cum ſociis ejus conjurationis fuit; de qao in

B hunc modum ſcribit Salluſtius: „ In tanta, tamque corrupta civitate, Catilina omnium flagitioſorum, atque facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum catervas habebat; nam quicunqua impudicus, adulter, ganeo, ventre, manu, pene bona patria diſſipaverat; quique alienum æs grande conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret; præterea omnes undique parricidæ, ſacrilegi, convicti judiciis, aut pro factis judicium timentes; ad hoc quos manus, aut lingua perjurio, atque civili ſanguine alebat; poſtremo omnea, quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi, familiareſque erant; & poſt:

C „ His amicis, ſociiſqua confiſus Catilina, ſimul quod æs alienum per omnes terras ingens erat, & quod plerique Sullani milites largius ſuo uſi, rapinarum, & victoriæ veteris memores civile bellum exoptabant, opprimendæ Reipublicæ conſilium cepit. Poſtremo, quod hujus diſputationis eſt caput, de optimatibus ita concludit: „ Quid eſt igitur propoſitum his Reipublicæ gubernatoribus, quod intueri, & quo curſum dirigere ſuum debeant, id quod eſt præſtantiſſimum, maximeque optabile omnibus ſanis, & bonis, & beatis? cum dignitate ocium. Itaque in agraria altera, cum, quid populare eſſet, definiret, ita egit: „ Dixi

D in Senatu, in hoc magiſtratu me popularem Conſulem futurum; quid eſt enim tam populare, quam pax, quam libertas, quam ocium? quod ita jucundum eſt, ut & vos, & majores veſtri, & fortiſſimus quiſque vir maximos labores ſuſcipiendos putet, ut aliquando in ocio poſſit eſſe, præſertim in imperio, ac dignitate; neque enim illud populare debet videri, largitio aliqua promulgata, quæ verbis oſtentari poteſt, revera fieri, niſi exhauſto ærario, nullo pacto poteſt. Quamobrem, ſi optimates hos eſſe perſpicuum eſt, facile, qui his adverſentur, populares eſſe, intelligi licet; ut tribunos plebis & qui eorum ſectam ſequuntur, id eſt,

E humiles & nullorum majorum homines, & turbam forenſem, ceteroſque ejuſmodi, ſi nocentes, improbi, ſurioſi, egentes, atque ære alieno obſtricti ſint, quibus in Republica propoſitum ſit nihil aliud, quam vis, & ſeditio, quibus nihil turpius, nihil ad tranquillitatem Reipublicæ diſturbandam poteſt eſſe accommodatius. Itaque animadvertere etiam poſſumus, bonis ſæpe plebem opponi, cum pro plebe populares homines humillimos, ac tenuiſſimos accipiant; ut Cicero in Sextiana: *C Gracchus frumentariam legem ferebat; res erat jucunda plebi; repugnabant boni, quod ab induſtria plebem ad deſidiam avocari putabant*,

&

& ærarium exhauriri videbant; & in epiſtolis A ad Atticum: *Quæ æſtimatio non modo vehementer ab optimo quoque, ſed etiam à plebe reprehendatur*; & alio loco: *Apud bonos iid m ſumus, quos reliquiſti, apud ſecem, & ſordem urbis multo melius, quam reliquiſti*. Et quoniam plebis numerus multo eſt, quam bonorum, uberior, hinc etiam multos bonis opposuit, ut in ſexto de Republica cum dixit: *Et vero in diſſenſione civili, cum boni plus, quam multi valent, expendendos ab his, non numerandos puto*. His ergo pravis, ut dixi, partium ſtudiis, atque hac pernicioſa optimatum, ac populatrium factione, antiquæ, quæ poſt bellum Tarentinum prorſus extinctæ erant, exſuſcitatæ ſunt in civitate ſeditiones; ſic enim B P. Mucius Conſul, Scipione Naſica auctore, cum Tib. Graccho tribuno plebis, quietum ſtatum civitatis legibus agrariis convellente, atque tribuniciis rogationibus popularem auram aucupante adjuvantibus reliquis optimatibus decertavit; ſic cum C. Graccho Tiberii fratre eadem moliente L. Opimius, cum L. Saturnino C. Marius, cum M. Druſo L. Philippus, cum P. Sulpicio L. Sulla, cum Cinna Octavius, cum Carbone iterum Sylla, ſic Q. Catulus Conſul cum collega ſuo M. Lepido, M. Cicero cum L. Catilina, M. Bibulus cum C. Cæſare popularem conſulatum adminiſtrante contenderunt; neque vero ante C finem civilium contentionum fecerunt, quam Rempublicam unam omnium bello, paceque poſt hominum memoriam florentiſſimam iiſdem armis, quæ ab ipſa pro ſua ſalute, & digni-

A tate defendenda acceperant, deleverunt; dum ſcilicet cum in duas partes diſtracta civitas, Cæſarem plebs tueretur, Pompejo optimates hærerent. Cæſare autem, qui victor univerſa ad ſe unum translata Republica tyrannidem exercere putabatur, (34) per optimates interfecto, Antonio ſe, atque inde Octavio populus adjunxiſſet, Brutum, & ceteros patriæ liberatores curia cum bonis omnibus ſectaretur.

Hæc habui, quæ de vetere civium Romanorum jure ex antiquiſſimis annalium monumentis magnâ diligentiâ conquiſita, atque arbitratu meo digeſta, literis hoc tempore proderem: in quibus, quoniam non me præ- B terit, quantas interea per rerum, & temporum tenebras penetraverim, quam crebro de recto pene tramite, itineris ipſius cæcitate, deflexerim, ſæpe me leviter offendere potuiſſe confiteor; neque vero eam induſtriam atque prudentiam mihi aſſumo, qua infinitas prope hujus laboris difficultates omnes ſuperare, ut à principio dixi, poſſim: ſed ſi æquos, quod maxime cupio, laboris hujus judices nactus fuero, non dubito, quin omnes hanc jacturam, quæcunque erit, facillime ſint paſſuri, atque non graviſſimo damno non leviſſimam utilitatem, quam ex rerum pulcherrimarum cognitione accipient, prælaturi. Re- C liquum eſt, ut civitate Romana explicata, Italiam ipſam, quod eſt opus, ut ipſe meditans ſentio, aliquanto jucundius, perſequamur.

(34) Sed falſo: nam ſi omnes omnino, non tantum populares, tam ignobiles, quam nobiles, & quos ajebant optimates maxima jam diu avaritia, atque crudelitas invaſerat: optimum fuit, ut qui generoſiſſimus eſſet, atque clementiſſimus tali Reipublicæ præficeretur. Cicero: Cicero inquam de Pompejo, & Pompejanis ad Att. lib 8. ep. ult, & lib. 9. ep. 1. *Qui optimates Dii boni? quæro qui ſint iſti optimates, qui me exturbent. Nam nulli ſunt boni. Dabimus hoc Pompejo, conjungamque me cum homine magis ad vaſtandam Italiam, quam ad vincendum parato. Igitur ut boni cives ſimus bellum Italiæ terra marique inferamus*. Item ep. 7. lib. 9 Mirandum in modum Cnæus noſter Sullani Regni ſimilitudinem concupivit. *Primum conſilium eſt ſuffocare Urbem, & Italiam fame; deinde agros vaſtare, urere, pecuniis locupletum non abſtinere. Promitto tibi, ſi valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum*.

Explicit Liber Secundus de antiquo jure Civium Romanorum.

CAROLI SIGONII

DE

ANTIQUO JURE ITALIÆ

LIBRI TRES.

Google

L E C T O R I
S. P. D.

LUDOVICUS VOIGT. J. C.

QUantum utilitatis legum atque elegantiorum litterarum ſtudioſis adferat ſtatus reipublicæ Romanæ cognitio, in præfatione libris Sigonii de antiquo jure civium Romanorum præmiſſa expoſuimus. Quo tempore firmioribus ſtetit Romana reſpublica viribus, regimen ea triplex, quemadmodum docet Polybius, præferebat; *βασιλείαν, ſtatum regium* in conſulibus; *ἀριστοκρατίαν, ariſtocraticum* in Senatu; *δημοκρατίαν, popularem* in tribunis, & plebe.

Conſules igitur præbebant ſpeciem regiæ poteſtatis. Quippe exactis regibus bini conſules quotannis populi ſuffragiis creati, ne poteſtas vel mora, vel ſolitudine corrumperetur; (1) initio ex patriciis, quibus ſolis competebat *ἡ τῆς πόλεως ἡγεμονία*, *civitatis regimen* (2); ab anno U. C. CCCLXIII. etiam ex plebe legebantur: (3) eademque ferè poteſtate, qua olim reges, præerant reipublicæ: (4) nam in eorum auctoritate, dum eſſent in urbe, urbanæ res omnes, & reſpublica tota recumbebat; dum verò caſtra ſequerentur, rerum omnium ſummam pro arbitrio adminiſtrabant. Conſules quoque ante præturam conſtitutam, jus in urbe dixiſſe ex Livio, Dionyſio, Pomponio (5) diſcimus. In ſenatus verò auctoritate optimatum regimen conſpicitur. Quæ libera repub. fuerint munia ſenatus, accuratè docuit Polybius (6), quæ breviter conſtringit Gravina (7). Ærarium & pecunia publica ſenatus arbitrio diſpenſabatur: controverſias in Italia ſuſcitatas, ſi publica eſſent objurgatione, aut gravi decreto componendæ ſenatus ad ſe trahebat: legationes aut ad indicendum bellum, aut alia graviora negotia obeunda decernebat, aut exterorum excipiebat: prorogationes imperii, & provinciarum: convocatio populi: indictio feriarum, & ſupplicationum ſenatus ſolius curationi ſuberant; niſi tribuniciis interceſſionibus res devolveretur ad populum. In eo verò ſenatus poteſtas excellebat maximè, quod in rebus trepidis, ac turbatis graviſſimum illud, & triſte fieri ſolebat SCtum, quod extremum & ultimum Cæſar (8) adpellat: *Dent operam conſules, ne quid reſpublica detrimenti capiat*. Quæ verba ſummum, ac latiſſimum in conſules transferebant imperium: ut ſuo jure poſſent exercitum parare, bellum gerere, coërcere quoquo modo patres, atque populum: quarum rerum ſine hoc SCto jus minimè conſulibus fuiſſe injuſſu populi, memoriæ prodidit Salluſtius. (9)

Verumenimverò conſulum licet in bello gerendo, regendaque republica ſummum fuerit arbitrium; tamen niſi ſenatus voluntas conatum conſulum adjuvaret, conſularis auctoritas pænè jacebat: quia ſenatus decreto frumentum, veſtes, & ſtipendia ad alendum exercitum ſufficiebantur, & penes ipſum erat decernere bellum, & anno jam exeunte, aut prorogare imperium, aut alteri provinciam demandare. (10) At cum ſenatus, aliena populi voluntate, nihil conſtituere de rebus gravioribus poſſet, atque à ſenatu decernendorum vis ſolemni illa tribunitiæ interceſſionis formula VETO infringeretur, non immeritò dici poteſt, omne imperium quamvis diſtractum in plures, omnemque majeſtatem illius reipublicæ penes populum fuiſſe. Cui rei argumento quoque eſſe poteſt ad populum provocatio, faſces ſubmittendi mos, cum magiſtratus in concionem aſcendebant, de capite civis, de libertate ac jure civitatis ſolius populi judicium. Præterea leges condere, bellum pacemque decernere, fœdera inire, ſocietatem cum aliquo contrahere, aut diſſolvere, in populi tantum erat poteſtate. Denique magiſtratus & honores, cum paterent omnibus, nemo poterat, niſi per populum adſequi.

Populi autem poteſtas decretis ſuis, quæ in comitiis peragebantur, maximè continebatur. Ex quo in promptu eſt, vix quemquam univerſam prope Romanam rempublicam planè pernoſcere, aut juris noſtri, Ciceronis, aliorumque ſcriptorum Romanorum libros intelligere poſſe, niſi comitiorum omnem rationem cognitam habuerit, atque perſpectam. Quocirca comitiorum indolem, atque naturam, Gruchio potiſſimum duce, cujus libros tres de comitiis conferam in compendium, brevi oratione adumbrabo, mox doctrinam de binis comitiis & lege curiata, qua de re acriter inter Gruchium, & Sigonium viros doctiſſimos dimicatum (quoad ejus fieri poteſt) explanabo.

Comitia à *coeundo*, vel potius (ut veteres dicebant) *comeundo* dicta, ſunt univerſi populi conventus ad aliquid ſciſcendum: hinc etiam locus in foro Romano *comitium*, & *conciones*, quaſi comitiones vocabantur. (11) Quod ſi pars populi conveniret, *concilium* adpellabatur: (12) quamvis Livius comitiorum, & concilii differentiam non anxiè ubivis obſervaverit. (13) Comitia in tria diſpeſcuntur genera: centuriata, tributa, & curiata: quocirca & Gruchius de comitiis tractationem in tres libros eſt partitus. Primus eſt de comitiis centuriatis: ſecundus de tributis: tertius de curiatis. Singulorum autem generum diſputationem ſex capitibus comprehendit. Primùm enim docetur, quid eſſent ſingula illa comitia: tum quæ, & quot eſſent cauſſæ habendorum comitiorum: mox per quas perſonas peragerentur: deinde quis eſſet ſingulorum comitiorum proprius modus: poſt hæc de loco, ubi comitia fierent, agitur: poſtremò de tempore habendorum comitiorum. Eam denique in libris ſuis perſequitur modò comitiorum ratio-

(1) Florus lib. 1. cap. 9.
(2) Dionyſ. Halic. II.
(3) Liv. VII. 1.
(4) Dionyſ. Halic. IV. p. 268.
(5) L. 2. D. de O. I.
(6) Hiſt. VI. 12.
(7) Orig. lib. 1. cap. 14.
(8) Lib. 1. de Bell. civ.
(9) De Bello Catilin. XXIX. Liv. III. 4. Barn. Briſſon. de Form. II. p. 212.
(10) Grav. orig. lib. 1. cap. 27.
(11) Gruch. præf. in lib. 3. de Comit.
(12) A. Gellius lib. 15. cap. 27. Cic. lib. 2. de Legib.
(13) Liv. lib. 3 prim. Decad. lib. 5. Decad. 3.

rationem, quæ antè occupatam ab imperatoribus rempublicam obſervabatur: potiſſimumque omnia refert ad tempora Ciceronis. (14)

Centuriata comitia erant, quibus populus per claſſium centurias ſuffragium ferebat. (15) Servius Tullius, cenſus auctor, in ſex claſſes populum tribuit univerſum, & centum tres & nonaginta centurias: atque in claſſibus, & centuriis conſtituendis non à locis, aut communibus ſacris, ſed à cenſu rationem inivit. (16) In primam claſſem conjecit, qui centum millia æris, aut majorem cenſum haberet: eaque claſſis obtinebat octoginta peditum centurias; quarum quadraginta juniorum erant, totidem ſeniorum, & decem atque octo peditum. (17) Erant *ſeniores* poſt annum ætatis quintum, & quadrageſimum; *juniores* poſt ætatem militarem uſque ad quadrageſimum quintum annum. (18) Militarem autem ætatem fuiſſe anno 17. ex Livio (19) palàm eſt. Altera continebat centurias decem ſeniorum, totidem juniorum, & duas fabrûm: eratque intra centum uſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſus. Tertia continebat, eodem ætatis diſcrimine, peditum centurias itidem viginti, eratque cenſus millium quinquaginta. Quarta continebat etiam centurias viginti, additis tibicinum duabus; eratque cenſus quinque & viginti millium. Quinta continebat triginta peditum centurias, ætatis etiam ratione diſtinctas; quindecim ſcilicet ſeniorum; juniorum totidem: eratque undecim millibus cenſa. In ſextam demum claſſem conjecti fuerant egeni, & tenues, nempè *proletarii*, qui tantum propaganda, & alenda prole rempubl. juvabant, ideoque dicti *proletarii*, & *capite cenſiti*, quod propter inopiam *caput* tantum, *& nomen*, non autem bona profiterentur in cenſu: ejuſque claſſis nulla habita eſt ratio, nullus deſcriptus, aut definitus numerus: eaque pro una centuria numerabatur. (20) Diſtributo ita populo militiæ deſcriptionem per centurias faciebat, atque per eaſdem tributum ex cenſu imperabat. Aſt quum ii, qui maximo cenſu erant, & pauciores eſſent, & in plures diviſi centurias, eveniebat ut ſæpius, & ferè continenter onus militiæ ferrent, & tributorum. Hinc optimam leniendæ indignationis rationem commentus eſt; effecit enim ut hi, inſtitutis comitiis centuriatis, verè reipublicæ domini eſſent, & in pauperibus nulla propemodum vis reſideret: quippe viritim rogabantur in ſuis ſinguli quidem centuriis, verum univerſæ centuriæ unum erat ſuffragium, ſive plurimos, ſive paucos cives complecteretur: deinde primæ ſuffragium ferebant eæ centuriæ, quæ erant maximi cenſus. In centuriatis itaque comitiis populus per claſſium centurias diviſus ſuffragium ferebat, ita ut ſuffragia colligerentur centuriatim; & quod plures centuriæ juſſiſſent, id ratum haberetur. (21)

Tres autem erant habendorum centuriatorum comitiorum cauſſæ: creandorum magiſtratuum: legum ferendarum: judicii exercendi cauſſa. (22) Quod ad magiſtratus adtinet, omnes, qui majores magiſtratus, & patricii vocabantur, præter dictatorem, magiſtrum equitum, & interregem, his comitiis creabantur. Erant autem magiſtratus majores, penes quos erant majora reipublicæ auſpicia. (23) Sic centuriatis comitiis creabantur conſules, (24) prætores, (25) cenſores, (26) quibus etiam addendi proconſules, quos centuriatis comitiis interdum creatos reperimus; (27) quamvis hoc non perpetuum, nec ordinarium fuerit. Denique regem ſacrorum, etſi magiſtratus haud fuerit, ſed dignitas, quippe qui in regis locum (quod quidem ad ſacra adtinet) ſucceſſit; his comitiis creatum firmat Gruchius (28). Dictator non comitiis à populo, ſed alia ratione creabatur. Nam ſi aut belli externi, ſeditioniſve domeſticæ, vis quædam major incidiſſet, quæ videretur majori imperio, quam conſulari indigere; opuſque eſſet non forti ſolum viro, ſed etiam libero, exſolutoque legum vinculis: aut ſi adeſſe comitiis non poſſent conſules, nec vellet ſenatus rem ad interregnum redire: aut ſi figendus eſſet clavus religionis cauſſa: aut ludi primum inſtituendi (quas creandi dictatoris cauſſas refert Gruchius (29)): tum ſi ſenatui ita videretur, videbatur conſul dictatorem dicere; hoc eſt, quem vellet, (modò ex conſularibus aliquem) nominare, qui dictator eſſet; tum conſul captatis auſpiciis, oriente nocte, ſilentio, dictatorem dicebat, qui ubi poſtridie juſſu populi equum conſcenderat, magiſtrum equitum, ut ſibi obſequeretur, nominabat. Dictator ſummo gaudebat imperio, adeò ut initio & in magiſtratus animadverteret, (30) nec ab eo eſſet provocatio: (31) at poſtea cautum, ut à dictatore poſſet provocari, & ut niſi ſemeſtris ea poteſtas eſſet, neque dictator extra Italiam eſſet cum imperio. (32) Interrex autem, quoties ſine ſupremo magiſtratu erat reſpublica, à patriciis prodebatur: hujus quidem ſummum imperium, ſed brevi quinorum dierum ſpatio circumſcriptum (33). Ad leges propero, ſub quibus Gruchius hoc loco etiam rogationem complectitur, qua bellum jubebatur à populo: nam apud Livium frequens eſt, ut populus lege juſſiſſe bellum dicatur. Lex autem quatenus plebiſcitis, & reliquis juris ſcripti generibus opponitur, in inſtitutionibus vocatur, quam pop. Roman. ſuperiore magiſtratu rogante, conſtituebat. (34) In libera ergo republica ad legiſlationem omnes concurrebant, & hinc patet ratio, cur lex *communis reipublicæ ſponſio* vocetur Ulpiano (35). Quæ igitur leges à majoribus magiſtratibus condebantur, hæ ferè centuriatis comitiis ferebantur (36). Ipſas quoque leges XII. tabularum centuriatis comitiis perlatas eſſe auctor eſt Livius (37): legem autem de bello indicendo ferri ſolitam centuriatis comitiis ex multis ejuſdem Livii locis manifeſtum eſt (38). Cauſſam tertiam comitiorum centuriatorum, quæ in judicio exercendo poſita eſt, ad unum modò judicium perduellionis pertinere, fuſius oſtendit Gruchius (39).

Nonniſi magiſtratus majores, veluti conſules, prætores, cenſores, dictatores, & interreges,

(14) Gruch. præf. in lib. 3. de Comit.
(15) Gruch. lib. 1. cap. 1. de Comit.
(16) Liv. lib. 1. & pluribus Dionyſ. Halicarnaſs. lib. 4.
(17) Grav. Orig. lib. 1. cap. 11.
(18) Gruch. lib. 1. cap. 1. de Comit.
(19) Lib. 5. Decad. 3.
(20) Grav. Orig. lib. 1. cap. 11.
(21) Gruch. lib. 1. cap. 1. de Comit.
(22) Cic. lib. 2. de Divinatione.
(23) Gell. lib. 13. cap. 14.
(24) Cic. Orat. pro Murena.
(25) Liv. lib. 7. Dec. pr. Cic. Orat. pro Lege Manilia.
(26) Gell. lib. 13. cap. 14.
(27) Liv. lib. 6. Decad. 3.
(28) Lib. 1. cap. 2. de Comit.
(29) Lib. 1. cap. 2. de Comit.
(30) Polyb. III. 87.
(31) Feſtus voce: *optima lege*.
(32) Dionyſ. XXXVI. pag. 16. Liv. lib. 2. 4. 7. & 9. Dec. pr. lib. 7. Dec. 3. Plutarch. in Marcello.
(33) Liv. III. 8. VI. 1. Juſt. Lipſ. de magiſtr. vet. pop. Rom. cap. 19.
(34) §. 4. 1. de jur. nat. gent. & civ.
(35) L. 1. D. de Legib.
(36) Val. Max. lib. 4. cap. 1.
(37) Lib. 3. Dec. 1.
(38) Liv. lib. 4. pr. Dec. lib. 1. Dec. 4. lib. 2. Dec. 5.
(39) Lib. 1. cap. 2. de Comit.

ges, comitia centuriata vocandi jus habebant. Ac magiſtratuum majorum creandorum cauſſa, comitia conſules ſemper, ac ſoli habebant, niſi aut res ad interregnum rediiſſet, aut conſulibus abſentibus, ſenatui viſum eſſet, dictatorem comitiorum cauſſa creandum eſſe. (40) Legum verò, ac judiciorum cauſſa, conſules, dictatores, & prætores, non etiam interreges, cenſores, & magiſtri equitum comitia centuriata habere ſolebant. (41) Ex iis, qui magiſtratus non eſſent, ſolos pontifices, quorum in ſacris curandis maxima erat poteſtas regis ſacrorum in comitiis centuriatis inaugurandi cauſſa, cum populo agendi jus habuiſſe evincit Gruchius (42). In comitiis centuriatis ſuffragium ferebant ii, quibus cum ſuffragio data erat civitas, nec poſtea aut adempta, aut ex hac parte diminuta, hoc eſt, qui erant veri, & omni ea parte cives Romani. Quos enim cenſores ignominiæ cauſſa in Cæritum tabulas referebant, eos Gellio (43) teſte, jure privabant ſuffragii. Porrò in omnibus comitiis centuriatis erant diribitores, rogatores, cuſtodes, & præcones. *Diribitores*, à diribendo, hoc eſt, diſtribuendo dicti, erant, qui tabellas populo per centurias miniſtrabant. *Rogatores* adpellabantur, qui ciſtam deferebant, in quam tabellas ſuffragii populus conjiciebat. *Cuſtodes*, qui præter id, quod obſervabant, ne quid fraudis committeretur in ſortitionibus, & ſuffragiis dicendis, deſcribebant etiam cujuſque centuriæ educta è ciſta ſuffragia, ut indè appareret, quæ eſſet illius centuriæ ſententia; quam ſententiam tum *præcones* magna voce pronunciabant. (44) Sæpius ſenatores primarii in comitiis rogatorum, diribitorum, & cuſtodum munere fungebantur, ſi quando vellent comitia omni non modo fraude carere, ſed etiam ſuo miniſterio cohoneſtari, vel quia res magna ageretur, vel quia id honori alicujus tribuerent: ſæpius tamen etiam juvenes, qui adhuc honoribus functi non erant, hæc munera obibant. *Præconum* verò erat ordo quidam, ac velut collegium ſodalitaſve, quibus hoc munus erat proprium, ut præconium facerent. (45) Perſonæ, quæ magiſtratuum modo comitiis conveniebant, erant *candidati*, ſic dicti à toga candida, quam geſtabant, qui ſe magiſtratum petere profeſſi eſſent. (46) Hac verò ſola toga candida, eaque recincta veniebant candidati ſine tunica ad ſupplicandum populo: cujus rei Plutarchus (47) has refert cauſſas: vel ne in ſinu geſtarent nummos, quos populo dividerent, itaque per corruptionem magiſtratum adſequerentur: vel potius, ut dignos magiſtratu non genere, non opibus, non gloria, ſed vulneribus, & cicatricibus populus judicaret: quæ ut ab iis conſpicerentur, quos ambiendo prenſabant, ſine tunica ad petendum deſcendebant: vel ut perinde hujuſmodi nuditate, ſupplicantium habitum oſtenderent, atque ſe prenſando, rogando, ſalutando populo ſubmitterent. Ceterum candidati, ſuam petitionem vel biennio ante incipiebant, quam magiſtratum inire poſſent: ſed eo tantum anno verè candidati erant, quo aut deſignari, aut repelli ſuffragiis populi oportebat, qui *annus petitionis* dicebatur: immò nec toto illo anno, ſed poſt edicta modo comitia, candidam togam geſtaſſe firmat Gruchius (48). Iis indictis, qui petere vellent, profiteri ſe candidatos oportebat; alioquin niſi intra legitimos dies profeſſi eſſent ſe petere, ratio eorum haberi comitiis non poterat. Ne verò populus indigno mandaret magiſtratum, aut contra leges, candidatorum cauſſæ à magiſtratibus, & conſilio publico conſiderabantur; ac ſæpè etiam contra populi ſtudia manifeſta, magiſtratus judicio, aut ſenatus decreto excludebantur ſuffragiis populi nonnulli candidati, quorum exempla, & cauſſas, cur candidatorum interdum ratio non haberetur, ex hiſtoria Romana adducit Gruchius (49). Rationem autem petendi candidatorum latiſſimè explicatam reperimus in libro Q. Fratris de petitione conſulatus; quædam etiam ea hiſtoria obſervata ſubjicit Gruchius (50). In comitiis centuriatis, quæ legibus ferendis habebantur, non aliæ perſonæ interveniebant, quam quæ communes erant aliis centuriatis comitiis. Unum hoc proprium videtur Gruchio (51), quod quoniam legem antè recitari oporteret, quam populus ſuffragium diceret, ad eam rem, ſcribas intervenire oportebat: ſubjiciente enim ſcriba legem recitabat præco: tum verò audiri eos oportebat, quid de lege ad populum dicere volebant, aut ſuadendi, aut diſſuadendi cauſſa. In comitiis verò centuriatis comitiorum cauſſis, niſi accuſator eſſet, qui centuriata comitia habere poſſet, præter eas perſonas, quæ omnibus centuriatis aderant comitiis, intervenire primùm eum oportebat, qui diem perduellionis ad populum dixiſſet: tum verò defenſorem, qui pro reo diceret: poſtremò & ipſum reum ſordidatum cum amicis, qui populo ſupplicarent, priuſquam in ſuffragium mitteretur; niſi exilii cauſſa ſolum antè diem judicii vertiſſet reus. Quæ omnia, exemplis ſubjectis manifeſta facit Gruchius (52).

In modo comitiorum centuriatorum explicando primùm docet Gruchius (53) quid, ut juſta haberentur centuriata comitia, fieri antè ipſa comitia ſoleret: deinde quis modus in ipſis comitiis ſervaretur: poſtremò, quid poſt dicta ſuffragia fieri ſoleret. Antè comitia centuriata edictum præmitti neceſſe erat, ut ad quem diem convenire populus deberet, multò antè intelligeret. Ordinarium autem erat, ut poſt præmiſſum edictum antè diem comitiorum interjiceretur ſpatium trinundini: partim ut ad eam diem populus undique ex Italia convenire poſſet: partim ut candidati populo frequentiori, & non modo urbanæ, ſed etiam ruſticanæ multitudini ſupplicare poſſent: ſi modò nihil accidiſſet, quod impedimento eſſet, ne legitimo tempore haberentur comitia: nam ſiquidem res ad interregnum rediiſſet, poſt præmiſſum ab interrege edictum, non poterat tantum temporis interjici. (54) Porrò edictum hujuſmodi proponendi iis modo jus erat, quibus habendi comitia ſors obtigiſſet. (55) Non ſolum verò opus erat hoc edicto in magiſtratuum, ſed etiam in legum, judiciorumque comitiis: verumtamen in his edictum non ut in magiſtratibus, in tabella, quæ hoc tantum contineret, ſcriptam proponebatur, ſed ſimul lege per trinundinum promulganda dies à magiſtratu prædicebatur, qua haberentur comitia, nec alio opus erat edicto. Atque ante legum quidem comitia, hic modus

erat

(40) Gruch. lib. 1. cap. 3. de Comit.
(41) Gruch. ibid.
(42) Loc. cit.
(43) Lib. 16. cap. 13.
(44) Gruch. lib. 1. cap. 3. de Comit.
(45) Gruch. ibid.
(46) Valer. Max. lib. 4. cap. 5. Liv. lib. 7. Dec. 3.
(47) In vita Coriolani.
(48) Lib. 1. cap. 3. de Comit.
(49) Ibid.
(50) Loc. cit.
(51) Loc. cit.
(52) Lib. 1. cap. 3. de Comit.
(53) Lib. 1. cap. 4. de Comit.
(54) Gruch. lib. 1. cap. 3. & 4. de Comit.
(55) Liv. lib. 2. Dec. 3. lib. 5. Dec. 4.

erat ſervandus, ut primum, qui legem ferre vellet, eam publicè propoſitam haberet, quo poteſtas fieret populo cognoſcendi otioſè: & ut inde liceret librariis deſcribere, ſi qui vellent, legem apud ſe habere. Qui autem legem ita publicè propoſuerat, *promulgaſſe* dicebatur, tametſi ad populum nondum eam ferre cœpiſſet. (56) *Promulgare* tamen legem interdum etiam dicitur, qui trinundino ad populum de ſua lege dicit (57): nimirum quomodocumque lex in vulgus edebatur, *promulgari* dicebatur: cum verò ſcripta publicè exhibebatur, *proponi* dicebatur. *Trinundino* itaque *promulgare* eſt legem, quam propoſueris tribus diebus nundinarum, quæ nono quoque die fiebant, (58) advocata concione ita recitare, ut de ſingulis capitibus populum & doceas, & doceri adhibitis aliis ſuaſoribus facias; data interim facultate, ut qui volet, legem improbare, diſſuadereque poſſit: quippe lege propoſita non modo à magiſtratibus doceri populum oportebat, ſed etiam à privatis data eis concione à magiſtratu (59). Solebant quoque qui legem ferre volebant, ſibi virum aliquem magna auctoritate præditum conciliare, & adjungere, qui populo ſuaderet, ut legem acciperet, qui *legis auctor* adpellari ſolet (60). Cum lex ita trinundino promulgabatur, ſolitum erat, populum ſignificationem dare adclamationibus, legem ſibi acceptam eſſe, aut non eſſe, antequam dies ſuffragii veniret. *Legem* autem *ferri* verè ac propriè Gruchius (61) autumat, cum populi ſuffragiis committitur: quamvis negari non poſſit, quin *legem* etiam *ferre* diceretur, qui trinundino promulgabat. Ante comitia judiciorum oportuiſſe trinundino prodi diem, quo haberentur comitia ex Cicerone (62) patet: & quia lege lata judicium perduellionis peragebatur, tribus illis nundinarum diebus lex in concione recitabatur, cæteraque peragebantur, quæ in legum obſervabantur promulgatione. Proinde centuriata illa comitia, quæ apud Gellium (63) ſcribuntur per cornicinem calari, non pertinere aſſerit Gruchius ad alia centuriata comitia, quam quæ regis ſacrorum inaugurandi cauſſa habebantur. In omnibus quoque centuriatis comitiis neceſſariam fuiſſe ſenatus auctoritatem, exinde patet, quod paſſim in ſcriptoribus Romanis ſenatuſconſultum præceſſiſſe reperiamus. Deinceps comitia centuriata nulla jure haberi poterant, niſi captatis ante auſpiciis. *Captare* autem *auſpicia*, erat ex avibus, cæteriſque ſignis auguralis diſciplinæ propriis, Jovis voluntatem interpretari. Romani enim, jam inde ab Romuli, ac Numæ inſtituto, religionis obſervantiſſimi, nec publicè, nec privatim quicquam ferè diis inconſultis adgrediebantur. Duobus autem fermè generibus conſulendi deos utebantur: unum erat per *exta hoſtiarum*, quas immolare ſolebant, ad quam divinandi rationem adhibebantur *aruſpices*; (64) alterum *ex avibus*, & cæteris ſignis, cui divinationi *augures* inſerviebant. (65) Quatuor porrò generibus contineri omnia ferè ſigna auguralis diſciplinæ firmat Gruchius (66); primum *ex avibus*; alterum *è cœlo*; tertium *ex terrenis quibuſdam animantibus*; quartum *ex diris*. Ex avibus ſigna obſervantur tripliciter; *ex volatu*, *ex occentu*, *ex tripudio*. (67) *Servare de cœlo*, quod ſecundum genus erat auſpiciorum, eſt, attentius circumſpiciendo obſervare, num qua parte cœli aliquid ſe oſtenderet, undè divinationem accipere poſſet; veluti ſi tonuiſſet, aut fulguraſſet: quo auſpiciorum genere potiſſimum in comitiis habendis utebantur: hinc in eo explicando, paullò diutius immoratur Gruchius (68). Tertium genus auſpiciorum erat *ex terrenis animalibus*: ſic ſoricum occentu dirimebantur auſpicia (69). Verùm hæc ex quadrupedibus auſpicia potius capi, quam captari ſolita exiſtimat Gruchius (70). Quod idem etiam dicendum putat de iis auſpiciis, quæ ex variis caſibus hominum capiebantur: qualia ſunt, quæ Tiberio Graccho, & Cæſari accidiſſe leguntur, antequam occiderentur. Unum erat propriè ad comitia pertinens, ex homine ſumptum auſpicium: nam ſi ipſis comitiis morbo Herculeo correptus quiſquam repentè concidiſſet, diſſolvenda erant comitia, nec juſta eo die haberi poterant: unde etiam illi morbo nomen eſt, *comitialis*. Quartum genus auſpiciorum erat *ex diris* (71). De dirarum obnunciatione erat hiſtoria M. Craſſi, adverſus Parthos proficiſcentis apud Appianum, & Plutarchum. Propterea enim judicatum eſt, Craſſum bellum adverſus Parthos, infauſtis auſpiciis geſſiſſe; quod Atteio Trib. pleb. diras obnuncianti, parere noluit. (72) Poſterioribus tamen temporibus Romanos, religionis auſpiciorum parum fuiſſe obſervantes, & ad uſurpationem modo vetuſtatis auſpicia Romæ retenta fuiſſe ex Dionyſio (73) & Cicerone (74) adparet. Qui igitur comitia centuriata erat habiturus, ut tabernaculum caperet, & auſpicato habere comitia videretur, priuſquam in campum veniret, in arce aut alio quodam, ſed intra pomœrium, loco auſpicabatur, ibique augurem, quem ſibi in auſpicio eſſe juſſerat, non tam conſulere deos jubebat, quam bona eſſe auſpicia pronunciare. (75) Quin etiam extra pomœrium, priuſquam comitia habere inciperent Romani, rurſus auſpicabantur, & hujuſmodi auſpicia prima luce captari ſolebant, & vel ementitis auſpiciis parendum erat: ita ut obnunciatione impedirentur, ut animadvertit Gruchius (76). Præter auſpicia erant ſacra quædam legitima (ideſt hoſtiarum immolationes) quæ fieri à magiſtratu ante comitia centuriata oportebat (77). Sequuntur ea, quæ in ipſis comitiis obſervabantur. Populus Romanus ad diem edicti conveniebat in campo Martio: atque ibi priuſquam in centurias diſtribueretur, habebat magiſtratus concionem ad populum, qua rogabatur, ut id, quo de ageretur, jubere, aut vetare vellet: in quo frequens illa formula: *velitis, jubeatis Quirites*. Sin *magiſtratuum* comitia eſſent, ſolebat is, qui habebat comitia, rogare populum, ut ex iis candidatis, quorum rationem haberi oporteret, quos tum omnes nominatim adpellabat, crearet populus, quos vellet conſules, prætores, atque cenſores. Poſt leges tabellarias hi modo creari poterant, quorum rationem haberi debere ante judicatum eſſet, ut tabel-

lis

(56) Cic. Orat. 2. in Rulium, Orat. pro Sylla.
(57) Cic. in 5 Philipp.
(58) Plutarch in Coriolano, & Dionyſ. lib 2.
(59) Cic. lib 3. de legib. Cic. in Vatinium.
(60) Cic. lib. 3. de legib.
(81) Lib. 1. cap. 4. de Comit.
(62) Pro domo ſua.
(63) Lib. 15. cap. 27.
(64) Cic. 2. de Divinat.
(65) Cic. lib. 2. de legib.
(86) Lib. 1. cap. 4. de Comit.
(67) Cic. lib. 1. & 2. de Divinat. Liv. lib 10. Dec. 1. Valer. Max. lib 1. cap. 4.
(68) Lib. 1. cap. 4. de Comit. Dionyſ. lib. 2. Liv. lib. 1. Cic. lib. 2. de Divinat.
(69) Plin. lib. 8. cap 57.
(70) Lib. 1. cap. 4. de Comit.
(71) Cic. lib. 1. de Divinat.
(72) Gruch. lib. 1. cap. 4. de Comit.
(73) Lib. 2.
(74) Lib. 2. de legib.
(75) Cic. lib. 2. de Nat. Deor.
(76) Lib. 1. cap. 4. de Comit.
(77) Dionyſ. lib. 7.

lis nomen eorum ſcriberetur. (78) Sin *legum* comitia eſſent, antequam populus in ſuffragium mitteretur, primum lex recitabatur à præcone ſubjiciente ſcriba: tum oratione docebatur populus; denique rogabatur, ut eam legem accipere, & ſuffragiis ſuis jubere vellet. (79) Sin *judicii* comitia eſſent, idem fiebat quod in legibus ferendis. Quibus peractis, jubebat magiſtratus populum in ſuas centurias diſcedere ad ſuffragium ferendum, idque populus ita faciebat; niſi hic obnunciatum eſſet, aut ab aliquo magiſtratu interceſſum (80). Veterem ſuffragiorum rationem latius aperuit Dionyſ. Halicarnaſſ (81), quæ multifariam poſteà immutata eſt: neque enim de prærogativa centuria ulla eſt apud eum mentio: in qua tamen poſterioribus temporibus tantum erat momenti, ut ferè in quam partem inclinaſſet prærogativa, in eam reliquæ curiæ traherentur. Prærogativa erat una quædam centuria, ex una quadam tribu deſumta, cui ſorte obtigiſſet, ut prima ſuffragium diceret. Sic autem Livio auctore (82) ſentit Gruchius (83) poſtquam triginta quinque tribus Romæ fuerunt, hactenus ſervatum fuiſſe Servii inſtitutum, quod ſex claſſes ſemper relictæ ſunt: ſed hoc mutatum eſt, quod in claſſibus auctus eſt numerus centuriarum ab eo inſtitutus: & cum centuriæ à Servio inſtitutæ nihil pertinerent ad tribus factum eſt poſteà, ut per triginta quinque tribus deſcriberentur centuriæ, ita ut in quaque tribu pro ratione cenſus centuriæ continerentur ſuæ cujuſque claſſis. Poſtquam igitur tribus 35. fuerunt, in quas poſtremis reipublicæ temporibus omnes Italiæ ſocii recepti erant, populus ſuffragium initurus, in tribus diſcedebat, haut ſecus, quam in tributis comitiis. Verum id diverſum erat; quod ejuſdem tribus homines rurſus ſe in ſuas quaſque centurias dividebant, ut centuriatim ſuffragium dicerent: cum in tributis comitiis nulla fieret hujuſmodi centuriarum diſtinctio, ſed confusè omnes ejuſdem tribus ſuffragium dicerent. Porrò centuriæ comitiis centuriatis erant diſtinctæ vel *ordinibus*, quod aliæ equitum eſſent, aliæ peditum, vel *cenſu*, quod aliæ primæ, aliæ ſecundæ, tertiæ, quartæ, & quintæ claſſis eſſent, vel *ætatibus*, quod aliæ eſſent ſeniorum, aliæ juniorum: proindè poſt prærogativam equitum centuriæ prius vocabantur, quam peditum; & primæ claſſis centuriæ ante aliarum claſſium centurias; in omnibuſque claſſibus ſeniorum centuriæ, ante centurias juniorum. Ante leges tabellarias latas, populus voce ferebat ſuffragium: at poſtea cepit tabellis ſuffragium ferri. In comitiis *magiſtratuum*, tot tabellæ unicuique de populo dabantur, quot erant candidati, quorum tamen brevitatis cauſſa non integra nomina, ſed primæ litteræ ſcribebantur. (84) In comitiis *legum* tabellæ dabantur duæ: una, in qua ſcriptum erat: V. R. ideſt, *uti rogas*: altera, in qua ſcripta littera A; ideſt, *antiquo* (85). In *comitiis judiciorum* tabulis erat inſcriptum A. *abſolvo*. C. *condemno*. N. L. *non liquet*. (86) Diribitores, quos juſſum magiſtratus expectare oportebat, tabellas miniſtrabant (87) triginta quinque fuiſſe autumat Gruchius (88). Diribitis tabellis ſuccedebant rogatores eodem numero, qui ciſtam deferebant, in quam populus tabellam ſuffragii conjiciebat. Poſtquam autem totius centuriæ tabellæ collectæ erant, tum educendis ſuffragiis adhibebantur cuſtodes: quorum munus erat deſcribere ſuffragia, tot punctis in tabella notatis, quot tabellæ ſimiles reperirentur, ut ea centuriæ ſententia renunciaretur, à qua plures ſtare conſpiceretur. (89) Extructi præterea erant pontes, ideſt, anguſtæ quædam ſubſtructiones, opere ſubitaneo è tabulatis ſolo editis adornatæ, per quas iis, qui ſuffragia ferrent, viritim eſſet tranſeundum. In capite pontium miniſtrabantur tabellæ, quarum alterutram, ſi comitia legum haberentur, in extremo ponte ciſtulæ populus immittebat. (90) His pontibus utebantur non modo in centuriatis comitiis, ſed etiam tributis. (91) Reverſi è ponte intra cancellos concludebantur, quos *ovilia* vocat Lucanus (92). Euſque autem centuriarum fiebat vocatio per ordines claſſium, dum plures ex omni numero centuriarum conſenſiſſe conſtaret: & ſimul ac id conſtare cœperat, illic comitiorum finis erat. Erant & *gradus* in renunciatione magiſtratuum, ut primo loco, ſecundo, tertio, aut quarto quis renunciaretur (93). Poſt facta ſuffragia, in comitiis legum, legitimo centuriarum numero confecto, legem aut acceptam, aut antiquatam magiſtratus pronunciabat, populumque dimittebat. In *magiſtratuum* verò comitiis ſolebat is, qui habebat comitia, priuſquam populum dimitteret, eos renunciare, quos jam ſæpè à præconibus pronunciatos, populus creaſſet, adjecta ſolemni precatione. Ii denique qui conſules deſignati eſſent, à magna multitudine populi, ac præſertim propinquorum, & neceſſariorum domum è campo deducebantur (94).

Jam de loco comitiorum centuriatorum. Comitia nulla poterant haberi, niſi in loco inaugurato, hoc eſt, ab auguribus ad eam rem dicato, & conſecrato (95). Centuriata verò comitia intra pomœrium haberi non poterant, quia non niſi imperato habebantur exercitu præſidii cauſſa (96). Locus igitur centuriatis comitiis deſtinatus erat campus Martius (97).

Denique de tempore centuriatorum comitiorum. Comitia non poterant niſi comitialibus diebus haberi. *Dies* autem *comitiales* ſunt dies, quibus cum populo agere licet, in faſtis populi Romani deſcripti. Non ita multi erant toto anno dies comitiales: etenim inde auferendi erant omnes dies ludorum, ſacrificiorum, ac feriarum; præterea omnes feſti, itemque omnes faſti, nefaſtique, comperendini, ſtati, dies nundinarum, præliares, omnes denique atri dies; de quibus fuſius Macrobius (98). Quæ *magiſtratuum creationis* tempora fuerint, ex hiſtoria ducet Gruchius (99). Hactenus de comitiis centuriatis.

Tributa comitia erant, cum per tribus ſuffragium ferebatur. Tributa comitia à curiatis fuiſſe diverſa, & ex eo, quod tribus à curiis ſemper diverſæ fuerint, & ex multis ſcriptorum Romanorum locis oſtendit Gruchius (100). Etant autem *tribus* populi Romani partes diſtin-

(78) Gruch. lib. 1. cap. 4. de Comit.
(79) Cic. lib. 3. de legib. Appian. lib. 2. Bell. Civil. Plutarch in vita Catonis Uticenſ. Liv. lib. 1. Dec 4.
(80) Liv lib. 7. Dec. 1. lib. 5. Dec. 5.
(81) Lib. 4.
(82) Lib. 1. Dec. 1.
(83) Lib. 1. cap 4. de Comit.
(84) Cic. pro dom. ſua.
(85) Cic. 1. ad Attic. epiſt. 19.
(86) Heinecc. Antiquit. lib. 1. tit. e.
(87) Cic. lib. 3. de legib.
(88) Lib. 1. cap. 4. de Comit.
(89) Gruch. lib. 1 cap. 4. de Comit.
(90) Plutarch. in Mario p. 407.
(91) Cic. ad Herenn. lib. 1.
(92) Pharſal. II v 197.
(93) Gell. lib. 10. cap. 1.
(94) Cic. 2. in Verr. Gruch. lib. 1. cap 4. de Comit.
(95) Liv. lib. 3. Dec. 1.
(96) Gell lib. 15. cap. 27. Liv. lib 9. Dec. 4.
(97) Gruch. lib. 1. cap. 5. de Comit.
(98) 1. Saturn. cap. 16
(99) Lib. 1. cap. 6 de Comit.
(100) Lib. 2. cap. 1. de Comit.

ctæ locis in urbe diverſis, & regionibus undique circum urbem per Italiam diſperſis. Numerus tribuum variis temporibus auctus ad quinque & triginta tribus excrevit; quarum nomina diligentia Paulli Manutii (101) collecta exhibet, & ſcriptores, qui de iis meminerunt, apponit Gruchius (102). 1. *Æmilia*. 2. *Arnenſis*. 3. *Cornelia*. 4. *Claudia*. 5 *Collina*. 6. *Cruſtumina*, ſive *Cluſtumina*. 7. *Eſquilina*. 8. *Falerina*. 9. *Fabia*. 10. *Galeria*. 11. *Lemonia*. 12. *Metia*. 13. *Narnienſis*. 14. *Ocriculana*. 15. *Uſentina*. 16 *Palatina*. 17. *Papyria*. 18. *Pollia*. 19. *Poplilia*. 20. *Pontina*, ſive *Pomptina*. 21. *Publicia*. 22. *Pupinia*. 23. *Quirina*. 24 *Romulia*. 25. *Sergia*. 26 *Suburrana*. 27. *Sapinia*. 28. *Scaptia*. 29 *Stellatina*. 30. *Sabatina*. 31. *Terentina*. 32. *Tromentina*. 33. *Velina*. 34. *Voltinia*. 35. *Vejentina*. Ex hoc numero quatuor tantum urbanæ fuerunt, *Palatina*, *Eſquilina*, *Collina*, *Suburrana*: à partibus orbis dictæ: in quas transferri, ignominiæ erat; cum libertinorum eſſent. Reliquæ omnes ruſticæ laudatiſſimæ, eorum, qui rura haberent; quæ propriè ingenuorum erant (103). Tributa comitia in duo genera dividit Gruchius (104): ut alia eſſent omnium tribuum: alia in quibus pars modo tribuum ſuffragium diceret. Illius generis erant, legum, magiſtratuumque comitia: hujus, ſacerdotum. Non tamen ſtatim una cum tribubus cœperunt ipſa comitia tributa, quæ primum habita fuiſſe à Sicinio trib. pleb. & collegis anno U. C. 263, memoriæ prodidit Dionyſius (105).

Cauſſas habendorum comitiorum tributorum generales quatuor fuiſſe tradit Gruchius (106): primam ad creandos minores magiſtratus: alteram ad ſacerdotes collegiorum cooptandos: tertiam ad leges ferendas: quartam judiciorum cauſſi. Magiſtratus iis comitiis creabantur partim provinciales, partim urbani: & partim ordinarii, partim extraordinarii. Erant autem ordinarii magiſtratus, qui iis comitiis creabantur, omnes minores magiſtratus, qui ſingulis annis ad ſuum munus ordinarium in urbe obeundum, à populo creabantur. In quo genere erant ædiles curules, tribuni plebis, ædiles plebis, triumviri capitales, triumviri nocturni, triumviri auro, ære, argento, flando, feriundo præfecti, quæſtores, tribuni militum. (107) Extraordinarii magiſtratus urbani, ob negotia, quæ extraordinariam curationem requirere videbantur, in his comitiis creati, multi ac diverſi generis fuerunt: veluti præfecti annonæ (108), duumviri navales (109), quæſtores parricidii, qui etiam quæſitores adpellabantur; ii quos populus deſignare ſolebat ad ædes ſacras dedicandas (110); item ii, quos populus deſignabat locandarum ædium ſacrarum cauſſa (111), item magiſtratus, aut potius curatores reficiendis ædibus (112); quinqueviri menſarii, triumviri menſarii (113), triumviri ſacris conquirendis (114). In numero provincialium magiſtratuum, quibus erat impetium curatione extra urbem tantum, erant triumviri, quinqueviri, decemviri, vigintiviri, aut quotquot omninò creari placuerat, ad colonias deducendas, aut redigendos colonos in ſuas quaſque colonias; de quibus frequens in hiſtoria mentio: item curatores viarum extra urbem (115): triumviri juvenibus ad militiam conquirendis (116); qui omnes provinciales magiſtratus extraordinarii erant, in comitiis tributis creandi. Alii erant provinciales magiſtratus, qui vel proconſules, vel proprætores, vel proquæſtores in provincias mittebantur, interdum ob varias cauſſas à populo in comitiis tributis deſignandi (117). Sequitur altera cauſſa *ad ſacerdotes collegiorum creandos*. In qua explicanda primum animadvertit Gruchius (118), Romæ multos, ac diverſi generis ſacerdotes fuiſſe. Erant enim *pontifices*, *augures*, *aruſpices*, *curiones*, *veſtales*, *flamines*, *epulones*, *ſibyllini ſacerdotes*, *feciales*, *ſalii*, *luperci*, *fratres arvales*, *ſacerdotes galli*, *rex ſacrorum*, *Cereris græca ſacerdos*, *& ſodales Titii*. Ex hoc autem omni numero, hi ſoli ſuffragiis populi creabantur, qui publicæ religionis adminiſtri aſſidui erant, ac non fungebantur ſacerdotio, quod ſemel tantum atque iterum toto anno uſui eſſent: unde omittendi ſalii, luperci, fratres arvales, ſacerdotes galli, & ſodales Titii. Salii enim à magiſtris collegii legi ſolebant, patricii adoleſcentes, quorum uterque parens viveret, nec in magiſtratu eſſent (119). Quod idem de lupercis, & hujus generis aliis ſodalibus dicendum eſſe exiſtimat Gruchius (120). *Potitios*, & *Pinarios* in ſacerdotum enumeratione omiſit, quia jam inde à temporibus Appi Cæci ad ſervos publicos id genus ſacrificii tranſierat (121). Veſtales delectu pontificis maximi virgines capiebantur (122): aruſpices ex Hetruria acciri ſolebant, ſi quando opus eſſet prodigiorum interpretibus (123): rex ſacrorum in comitiis centuriatis, ut ſupra obſervavimus, creabatur: ſingularum curiarum curiones jam inde à Romulo ſingularum curiarum ſuffragio creabantur (124): quod verò ad curionem maximum attinet, iis comitiis à populo creabatur (125). Relinquuntur ergo *pontifices*, *augures*, *epulones*, *feciales*, *ſibyllini ſacerdotes*, *flamines*; qui lege Domitia non ab univerſo populo, ſed à parte populi minore, hoc eſt, à ſeptendecim tribubus ſacerdotes creabantur (126). De ſacerdotibus conſulatur L. Feneſtella de *ſacerdotiis*, Pomponius Lætus de *Romanorum magiſtratibus*, *ſacerdotiis* &c., quorum libros juris publici Romanorum faſciculo 1. inſeruit Clauſingius. Tertia legum *ferendarum cauſſa* potiſſimum ad plebiſcita refertur, quæ in tributis comitiis, plebejo magiſtratu, veluti tribuno plebis fieri ſolebant (127). Cæterum nomine legum non modò Gruchius hîc comprehendit generalia juſſa, perpetuaſque velut conſtitutiones populi; ſed omnes omninò *rogationes*, quibus jubendis comitia tributa vocari ſolebant, excepta judiciorum cauſſa, de qua mox: hinc verbo legis amplectitur & rogationes, quibus de pace ad populum ferebatur. Bellum enim lege centuriata indici ſolebat; pace autem ineundæ, tributa vocari ſolebant comitia (128). Illas etiam rogationes comprehendit, qui-

(101) In Adnotat lib. 8. Epiſt fam.
(102) Loc. cit.
(103) L. Flor. in epit. lib. 20. & Cic. 1. de Orat.
(104) Loc. cit.
(105) Lib. 7.
(106) Lib 2. cap 2. de Comit.
(107) Gell lib 13. cap. 14.
(108) Liv lib. 4.
(109) Liv. lib. 10. Dec. 1. lib. 10. Dec. 4. lib. 2. Dec. 5.
(110) Cic. pro domo ſua.
(111) Liv lib. 2 Dec. 3.
(112) Liv. lib. 5. Dec 3.
(113) Liv. lib 3. Dec 3.
(114) Liv. lib. 5. Dec. 3.
(115) Cic. prim Epiſt. ad Atticum.
(116) Liv lib. 5 Dec. 3.
(117) Gruch. lib. 2. cap. 2. de Comit.
(118) Loc. cit.
(119) Valer. Max lib. 1.
(120) Loc. cit.
(121) Valer. Max. lib. 1. cap. 2. Liv. lib. 9. Dec. 1.
(122) Gell. lib. 1. cap. 12.
(123) Cic. Orat. de aruſpic. reſponſ. Liv. lib 5. Dec. 1.
(124) Dionyſ lib. 2.
(125) Liv. lib. 7. Dec. 3.
(126) Gruch. lib. 2. cap. 2. de Comit.
(127) §. 4 I. de J. N. G. & C.
(128) Liv. lib. 10. Dec 3. lib 3. Dec 4.

quibus ſuperioribus temporibus, legibus aliquis ſolvebatur, quacumque id ratione fieret: denique huc refert omnes rogationes, quibus per populum triumphus decernebatur, publicæ quæſtiones conſtituebantur, civitas dabatur (129). Supereſt quarta cauſſa, de qua ſummatim dicendum, *judicia populi, quæ de mulcta erant*, à magiſtratu aut pontifice indicta, tributis comitiis perfici ſolita (130). *Ad exilium* quoquo alicui decernendum, ſatis erat plebiſcito uti: quod in tributis comitiis peragi ſolebat (131).

In perſonis, quarum interventu peragebantur comitia tributa, primùm ſpectandæ eæ, quibus jus habendi comitia tributa competebat. Ordinarios magiſtratus minores partim tribuni plebis, partim conſules creabant. Plebejos enim magiſtratus, ad quos patricii non admittebantur, tribuni plebis creabant. Hujus generis erant tribuni plebis, & ædiles plebis. Conſules itaque ac tribuni plebis illa comitia habere ſolebant (132). Extraordinarios magiſtratus creandi conſulibus, prætoribus, & tribunis plebis, & ideo hæc comitia habendi jus erat (133), Sacerdotum verò comitia conſules tantum habebant (134). Legum, judiciorumque comitia tributa habebant ii magiſtratus, quibus cum populo agendi jus erat. Ex hiſtoria autem compertum eſt, interdum conſules, interdum prætores, ſæpe trib. plebis ad populum de his rebus rogationes tuliſſe. Sequuntur perſonæ candidatorum. Plebeji magiſtratus patebant plebejis tantum hominibus, binoſque ex ſingulis claſſibus tribunos eſſe oportebat (135). De tribunorum, ædiliumque plebis perſona cautum, ut eos magiſtratus gerere iis non liceret, quorum pater, qui ſella curuli ſediſſet, viveret (136). Candidati quæſturæ tam patricii, quam plebeji eſſe poterant: tantumque in iis providendum erat poſt legem annalem, ut ætatem haberent lege definitam: & ut emeritis decem annuis ſtipendiis, nullo infami judicio à petitione rejicerentur (137). Tribuni militum non quivis fieri poterant; ſed cum 24. tribuni militum à populo crearentur, qui quatuor ordinariis urbanis legionibus præeſſent, ſinguli ſingulis millibus: nemo ad id deligebatur, qui non geſſiſſet minimùm quina ſtipendia. Erantque alii veteres tribuni militares numero decem, alii juniores numero quatuordecim. In quo etiam obſervabatur, ut nemo, qui equo meruiſſet, tribunus militum fieri poſſet, niſi qui decem ſtipendia haberet: cum interim ſatis eſſet pedibus vel ſex annos meruiſſe, ut inter veteres tribunos militares locum habere poſſet (138). De magiſtratibus extraordinariis pauca quædam adducit Cicero (139). Sacerdotes dimidia ex parte patricii, ex altera plebeji eſſe debebant (140). Cæterum non perinde definita legibus ætas fuit petendi ſacerdotia, ſicut erat in petendis magiſtratibus; ſed admodum adoleſcentibus ad ſacerdotium licebat pervenire (141). In pontifice maximo creando, id propriè ſervandum erat, ut non poſſet, niſi ex iis, qui pontifices eſſent, fieri pontifex maximus (142). Deinceps de perſonis jus ſuffragii habentibus dicendum. Omnibus civibus Romanis, quibus data erat civitas cum jure ſuffragii, quia ſimul & tribum accipiebant, licebat comitiis tributis ſuam dicere ſententiam (143). Porrò omnes cives, qui in tribus Romanas deſcripti erant, jus habebant ſuffragii ferendi: etiamſi tribu moti eſſent, factique ærarii à cenſoribus aut publico judicio, modò ne ſimul notæ cauſſa in Cæritum tabulas relati eſſent. *Tribu enim movere*, nihil aliud erat quam tribum mutare jubere (144). Ita eſt, ſi de jure quæratur: ſin jure omiſſo morem ſuffragiorum ſpectemus, verum videtur Gruchio (145) etiam latinos cum civibus ad ſuffragium dicendum admitti ſolitos. Sed quoniam nulla certa tribu erant Latini, idcirco antequam tribus ad ſuffragium vocarentur, ſortitio fiebat, in qua tribu ſuffragium dicturi eſſent (146).

Jam de modo comitiorum tributorum agamus. Commune omnibus omnium generum comitiis erat, ut haberi non poſſent Jove fulgente, aut tonante (147). Proinde tributis etiam comitiis conveniebat, ut auſpicia hactenus ſervanda eſſent, ne haberentur quo die ſervatum eſſet de cœlo; unde ſequitur, his etiam comitiis habendis obnunciationi parendum fuiſſe. Interdum tamen ad legem aliquam ferendam, quam omnino vellet ſenatus pro temporis neceſſitate perferri, ut nulla ratione impediretur, lator illius legis ſolvebatur legibus Ælia & Fuſia. Quamquam autem tributa comitia hactenus auſpicato haberi debebant, in reliquo tamen genere auſpiciorum, nulla ferè religione obſtringebantur: plebeji enim magiſtratus auſpicia non habebant: attamen ſi quo die creati eſſent, aut fulguraſſet aut tonuiſſet, vitio creati dicebantur (148). Ut ſummatim dicam, comitia tributa non erant auſpicata, niſi quatenus obnunciationi locus erat. Hoc tamen affirmari poteſt, ante ſacerdotum comitia tributa auſpiciis hac ſaltim ex parte opus fuiſſe, quatenus inauguratos eſſe oportebat eos, de quibus comitia habebantur (149). Deinde ante hæc comitia non oportebat ſacra fieri, quemadmodum ante centuriata. Præmiſſo tamen edicto opus erat, & quæ in legum promulgatione erant neceſſaria, ea etiam ad plebiſcita pertinebant. Tributa autem comitia ferè peragebantur ab humilibus, ut vix unquam primores populi adeſſent. Quod enim ad jus ſuffragii attinet, omnia comitia erant populi: quia nemo civis ſuffragio excludi poterat, ſi comitiis adeſſe vellet. Quod verò ad poteſtatem, & jus vocandi attinet ejus magiſtratus, à quo comitia edicta ſunt: aut verò, ſi ad eos ſpectemus, qui convenire ad ea comitia ſolebant, non immeritò plebis tantum fuiſſe ea comitia dicuntur (150). In his quoque comitiis, priuſquam in ſuffragium mitteretur populus, concio à magiſtratu habebatur, qua de magiſtratibus aut ſacerdotibus creandis, vel de legibus ferendis, eodem modo, ut in comitiis centuriatis verba fiebant. Qua peracta, populus in ſuas cujuſque tribus diſcedebat. Tum ſortitiones fiebant à magiſtratu; quæ diverſi generis erant. Una erat, ac prima omnium ad ſortiendum, in qua tribu Latini ſuffragium ferrent.

(129) Gruch. lib. 2. cap. 2. de Comit.
(130) Liv. lib. 4. Dec. 1. lib. 5. Dec. 3. lib. 6. Dec. 3.
(131) Gruch. lib. 2. cap. 2. de Comit.
(132) Liv. lib. 3. Dec. 1. Dionyſ. lib. 6. Liv. lib. 4. Dec. 1.
(133) Gruch. lib. 2. cap. 3. de Comit.
(134) Cic. Epiſt. 5. ad Brutum.
(135) Liv. lib. 4. Dec. 1.
(136) Liv. lib. 7. Dec. 3.
(137) Gruch. lib. 2. cap. 3. de Comit.
(138) Polyb. in ſextu de Repub. Gruch. loc. cit.
(139) In Rullum.
(140) Cic. pro domo ſua.
(141) Svetonius in Cæſare.
(142) Gruch. lib. 2. cap. 3. de Comit.
(143) Liv. lib. 8. Dec. 4.
(144) Liv. lib. 5. Dec. 5. Gell. lib. 16. cap. 13.
(145) Lib. 2. cap. 8. de Comit.
(146) Liv. lib. 5. Dec. 3.
(147) Cicero in Vatinium.
(148) Liv. lib. 10. Dec. 1. lib. 10. Dec. 3.
(149) Gruch. lib. 2. cap. 4. de Comit.
(150) Gruch. lib. 2. cap. 4. de Comit.

rent. Altera erat in magiſtratibus quidem creandis, & legibus ferendis, ad ſortiendum, quo ordine tribus quæque ſuffragium ferret. Ad quam ſortem peragendam omnium tribuum nomina in ciſtellam quamdam conjiciebantur: tum ut quæque prior exierat, ita prior ſuffragium ferebat (151). Quocirca in tributis comitiis pro prærogativa erat ea tribus, cui forte obtigiſſet, ut prima exiret è ciſtella, & forte utendum erat ad finem uſque comitiorum, ad vocandas ordine tribus. Quæ de tabella ſuffragii, & de pontibus diximus, commune erat tributis comitiis cum centuriatis. Verùm hoc proprium erat tributorum, quod rogatores in iis non adhiberi ſolebant, ſed cuſtodum, diribitorum, & præconum miniſterio tantum peragebantur: ciſtam enim deferebat colligendis per tribum ſuffragiis is, qui habebat tributa comitia; quæ omnia fuſius perſequitur Gruchius (152). Scilicet omnes, qui ex eadem tribu erant, viritim rogabantur: ac poſtquam tota tribus ſuffragium dixerat, ſententiæ numerabantur, ut ea demum ſententia tribus renunciaretur, in quam plures conſenſiſſe perſpicerentur. In magiſtratuum quidem comitiis tributis tot dabantur, quot candidatorum nomina eſſent recepta; unde oportebat decem & octo tribus ferre quemque candidatum, ut à majore parte populi creatus diceretur: & ut quiſque prior eum numerum tulerat, ita prior renunciabatur. In legum comitiis tributis idem omnino modus, qui centuriatis ſervabatur. Quod verò adtinet ad comitia judiciorum, eam ex Cicerone (153), & Livio (154), Gruchius (155) fuiſſe docet rationem, ut nemo niſi prædicta die accuſaretur; tum, ut magiſtratus ter reum ante accuſaret, quam mulctam irrogaret; hac verò irrogata trinundino prodenda erat dies, qua ad populum mulcta certanda eſſet; quæ dies, cum adveniſſet, quarta accuſatio fiebat à magiſtratu. Atratus reus, & ſordidatus barba, & capillo promiſſo (hic enim reorum habitus eſſe ſolebat) à magno amicorum, item atratorum comitatu in forum deduci ſolebat. Magiſtratus interim in roſtris ſedebant, reus ſub roſtris ſtabat, populus ante roſtra in comitio erat. Præco interim cum magiſtratus juſſerat, ex roſtris reum citabat. Qui, ſi vellet pro ſe dicere, in roſtra aſcendebat, ut inde orationem haberet ad populum. Sin per alium ſe vellet defendere, is item juſſu magiſtratus in roſtra adſcendebat. Quod ſi orationibus tempus uſque eo conſumeretur, ut non ſatis videretur reſtare temporis, quo ante noctem peragi comitia poſſent, dies prodicebatur; hoc eſt, in alium comitialem diem differebatur populi judicium. Qui dies cum veniſſet, idem quod priori die peragebatur: niſi, quod ſpatium dicendi ferè magiſtratus conſtituebant. Cum dicendi finem utrinque feciſſent, populus in ſuffragium mittebatur. In quo non eædem tabellæ, quæ judicibus, condemnandi, abſolvendi, & ampliandi, ſed quales in legibus ferendis, *Uti rogas*, & *Antiquo*: lege enim lata mulcta dicebatur, quæ lex, ſi à populo acciperetur, tantæ pecuniæ damnatus erat reus, quanta erat mulcta, quam dixerat magiſtratus: ſin populus antiquaret, abſolvebatur. In ſacerdotum comitiis tributis, ſtatim ut unus competitorum novem tribus tulerat, ſacerdos renunciabatur: ſi ita varia eſſent tribus, ut nullus competitorum novem ferret tribus, tum qui plures tulerat, reliquos ſuperabat. Sin ſuffragiis pares eſſent, tum revocari tribus oportuiſſe exiſtimat Gruchius (156); niſi potius hac in re collegii judicio ſtaretur, ut is ſacerdos eſſet, quem potiſſimum cooptaſſet. Cæterum petitionem ſacerdotii nemo profiteri poterat, qui non ſibi aliquem ex collegio conciliaſſet, à quo in concione nominaretur (157). Poſt ſuffragia, in magiſtratuum creatione eadem ferè, quæ poſt centuriata, fiebant. Poſtquam enim à præcone, & à magiſtratu renunciati erant, quos populus crearat, domum à frequenti amicorum comitatu deducebantur. Poſt legum comitia, id modo reſtabat, ut publicarentur. Id quod æneis tabulis per fora & templa fixis fieri ſolebat (158). In judiciorum comitiis, ſi damnatus erat reus, illico prædes dare ſolvendæ mulctæ cogebatur: alioqui in vincula duci à magiſtratu jubebatur (159).

Tributis comitiis vocandis, non erat unus deſtinatus locus. Magiſtratuum quidem comitia tributa ferè in campo Martio habebantur; interdum tamen & alibi, ſcilicet in foro, comitioque (160). Legum comitia plurimùm in comitio habebantur: nam ex roſtris leges ferri ſolitas Cicero (161) indicat. Erat autem comitium ea pars fori, quæ potiſſimum concionibus, & comitiis populi deſtinata erat. Roſtra erant, tribunal, aut ſuggeſtus, unde conciones ferè habebantur: ſic dicta à roſtris navium, quæ huic erant præfixa (162). Porrò in comitio quoque erant quædam ſepta, quò intro vocari dicebantur, qui ſuffragium inibant, pontesque, per quos ſuffragium ferebant (163). Interdum legum ferendarum comitia in Capitolio habebantur (164): nonnunquam etiam in circo Flaminio (165). Mulcta denique in comitio ſolebat dici (166).

Ad tempus comitiorum tributorum quod adtinet, ea quoque nonniſi comitiali die habebantur, quod commune erat omnibus comitiis, niſi nominatim, ut aliis etiam diebus cum populo agere ſibi liceret, quiſquam legem tuliſſet (167). Erat etiam hoc omnibus comitiis commune, ut cum populo agi non liceret ante primam horam diei (168). Ordinarii magiſtratus ferè ad finem menſis Julii, & principium Auguſti creabantur. Legum, judiciorumque, & extraordinariorum magiſtratuum comitia, certum tempus habere non poterant: quandoquidem pro publica neceſſitate ac voluntate magiſtratuum variis anni temporibus haberentur. Sacerdotum comitia, cum erat in demortui locum ſufficiendus alius, non alias habebantur, niſi aut novi inſtituerentur ſacerdotes, aut numerus in collegiis augeretur (169).

Reſtat, ut de comitiis curiatis dicamus. Curiata comitia *a curiis* nomen acceperunt. Romuli inſtituto curiæ numero triginta fuerunt; iſque numerus ad extrema uſque reipublicæ tempora perduravit (170). De earum nomine parum inter ſcriptores rerum Romanarum convenit, unde alii à Sabinis mulieribus, alii à locis, alii à ducibus, & veteribus, unde popu-

lus

(151) Cic. in Rullum.
(152) Lib. 2 cap 4 de Comit.
(153) Pro domo ſua.
(154) Lib 8 Dec. 4.
(155) Loc. cit.
(156) Lib. 2. cap 4 de Comit.
(157) Cic. 2. Philipp.
(158) Tacit. lib. 11.
(159) Gell. lib 7 cap. 19. Liv. lib. 8. Dec 4.
(160) Cic. ad Attic. pr. epiſt. Gruch. lib. 2. cap 5. de Comit.
(161) In Orat. pro Rabirio Poſth.
(162) Plin. lib. 16. cap. 14 Liv. lib. 8. Dec. 1.
(163) Cic. lib. 1. ad Attic. Gruch. loc. cit.
(164) Liv. lib. 5. Dec. 5.
(165) Liv. lib 7. Dec. 3.
(166) Gell. lib. 11. cap 8.
(167) Cic. pro Sextio.
(168) Dionyſ. lib. 39.
(169) Gruch. lib. 2. cap. 6. de Comit
(170) Dionyſ. lib. 2.

Digitized by Google

lus diſceſſerat, loeis nomen traxiſſe ferunt: ſed de hoc valde nimis laborare, non operæ pretium. Diviſo à Romulo omni populo in tres partes; ſingulas trium partium rurſus in decem partes diſtribuit: ac majores quidem partes *tribus*, minores *curias* adpellavit. Harum autem ſingulis certum conſtituit numerum, certaque ſacra præſcripſit, ſuis cuique divis, quos venerari ſemper deberent, adſignatis, ædeſque deſtinavit, in quas ſingulæ curiæ ad communia ſacra peragenda, epulaſque publicas, feriis in curialibus tricliniis, cœnaculiſve, ſumma cum hilaritate celebranda convenirent: ut his epulis, eaque ſacrorum communione, animorum concordia coaleſceret. Ad ſacra verò pecuniam adtribuit ex ærario: quique tum ſacris, tum ædibus, & ſingulis curiis præerant, *curiones* adpellati (171). Cæterum incolarum tantum orbis erant curiæ, & ideo parœciis noſtris in urbibus eas comparat Budæus (172). Erant igitur curiata comitia, in quibus populus curiatim ſuffragium dicebat: hoc eſt, in quibus populi per curias diviſi ſeorſum rogabatur, ut quod plures curiæ ſtatuiſſent, id juſſum populi eſſe diceretur (173).

Cauſſas horum comitiorum diverſas pro diverſis reipublicæ temporibus fuiſſe docet Gruchius (174). Nam poſt curias à Romulo inſtitutas, uſque ad tempora Servii Tullii omnia, quæ ſuffragiis populi à regibus committebantur, curiatis peragebantur comitiis: in iis enim reges, & magiſtratus creabantur, condebantur leges, judicia peragebantur. At poſt claſſes à Servio inſtitutas, duo cœperunt eſſe comitiorum genera, *curiata*, & *centuriata*: illiſque duobus generibus uſus eſt populus uſque ad judicium Coriolani, anno U. C. 263. quo primùm anno cœperunt comitia tributa. Ab illo tempore minus frequentabantur curiata, & maximè poſtquam lex lata eſt, de plebejis magiſtratibus creandis tributis comitiis. Duas tamen adhuc poſt illud tempus adſerit Gruchius (175) generales cauſſas fuiſſe horum comitiorum habendorum; unam legibus ferendis; alteram ſacerdotibus creandis. Ac legum quidem cauſſa toties ex ſententia Gruchii habebantur, quoties legibus curiatis opus fuiſſe legimus. Unum genus earum legum erat, quas de magiſtratuum imperio ferre oportebat (176). Plebejis tamen magiſtratibus, hoc eſt, tributis, & ædilibus plebis curiata lege opus non fuiſſe, verum comitiis tantum tributis, pluribus rationibus adductus firmat Gruchius (177). Cæteri itaque omnes magiſtratus, qui populi deligebantur ſuffragiis, curiatis comitiis ita creabantur, ut imperium his comitiis non daretur, niſi, qui aliis jam comitiis centuriatis, aut tributis creati eſſent. Alterum genus curiatarum legum erat ea, qua revocatus eſt ab exilio Camillus (178). Fuit etiam & alia vetus lex curiata, quæ ferri olim ſolebat teſtamentis confirmandis, quo tempore calatis comitiis in concione fiebant (179). Erat & alia lex curiata, qua adoptiones fiebant (180). Alia denique erat, qua ſacrorum deteſtationes fiebant (181); ideſt, conſecrationes omnes, quas publicè in concione populi fieri oportebat. Quod adtinet ad alteram cauſſam habendorum comitiorum curiatorum, ſcilicet ad creandos ſacerdotes, ea tantum ad flamines, & maximum curionem pertinebat (182). Erat autem maximus curio, Feſto auctore, cujus auctoritate, curiæ, omneſque curiones regebantur (183).

Perſonæ, quæ curiatis comitiis jus habebant ſuffragii, erant non omnes cives Romani, ſed hi tantum, qui in curias deſcripti erant, ideſt, qui urbem habitabant. Quæ cauſſa fuit, ut poſtquam Italiæ municipia civitate donari cœperunt, minus frequentarentur hæc comitia. Cæterum tempore Ciceronis curiatis comitiis de magiſtratuum imperio habendis, triginta tantum lictores ſuffragium inibant: cum ante omnes cives, qui in curias deſcripti erant, ſoliti eſſent ſuffragium dicere (184). An idem fuerit in cæteris comitiis curiatis, quæ adoptionis aut ſacerdotum cauſſa habebantur, dubitat Gruchius (185). Porrò comitia curiata habendi jus erat patriciis tantùm magiſtratibus, & pontificiis. Illis quidem, legibus curiatis ferendis: his verò ſacrorum cauſſa (186).

Modus quoque curiatorum comitiorum diverſus fuit diverſis reipublicæ temporibus. Nam donec tributis comitiis, creari minores magiſtratus cœperunt, comitia curiata, quod ad magiſtratus quidem adtinet, habebantur ad deſignandos magiſtratus ex candidatis, aliiſque, quos populus vellet. At poſtea retenta ſunt ex ſententia Gruchii (187) ad legem curiatam de imperio magiſtratuum ferendam, perinde, ut ante ferri ſolebat de imperio majorum magiſtratuum: adeò ut poſt illud tempus nulli deſignarentur magiſtratus, comitiis curiatis, ſed tantùm de eorum imperio, quos jam populus deſignaſſet, lex ferretur. Erat autem commune omnibus comitiis curiatis, ut auſpicato haberentur, & patriciis auctoribus (188). Quippe non modò obnunciationi parendum erat, ſi de cœlo ſervatum eſſet; ſed etiam adeſſe augures oportebat, qui latori legis in auſpicio eſſent: denique auſpicia ſervanda erant, ut boni ominis eſſet prærogativa curia (189). Interceſſionis etiam jus in his quoque comitiis curiatis valuiſſe Ciceronis auctoritate firmat Gruchius (190). Porrò legibus curiatis de adoptione opus erat trinundini promulgatione, priuſquam ad diem, quam magiſtratus indixiſſet, comitia haberi poſſent: idque per legem Cæciliam & Didiam (191). Legem ſanè curiatam de imperio magiſtratuum primo quoque die comitiali ferri ſolitam Gruchius ſentit: nec trinundini promulgatione opus fuiſſe, ſicut in lege curiata de adoptione, in qua multa erant legitima, quorum cognitio ad collegium pontificum pertinebat, providenda, antequam populus in ſuffragium mitteretur. Diſpiciebant nimirum pontifices, an adoptans ea eſſet ætate, ut alterum filium habere poſſet? an nulla ſpes prolis ei ſupereſſet? an conjugio inito fœcunditatem fuerit expertus? an bona ejus, qui adrogatur, inſidioſè adpetita? Quæ cauſſa ſit adoptionis? quæ ratio generum ac dignitatis, quæ ſacro-

(171) Grav. Orig. lib. 1. cap. 10. L. 2. D de O J.
(172) In poſterior. Adnot. in Pand.
(173) Gruch. lib. 3 cap. 1. de Comit.
(174) Lib. 3. cap. 2. de Comit.
(175) Loc. cit.
(176) Cic. 2. Orat. in Rullum. Gell. lib. 13 cap. 14.
(177) Loc. cit.
(178) Liv. lib. 5. Dec. 1.
(179) § 1. J. de teſtam. ordin. Gell. lib. 15. cap. 27.
(180) Gell. lib. 5. cap. 19.
(181) Gell. lib. 15. cap. 27.
(182) Gell. lib. 15. cap. 27. Dionyſ. lib. 2.
(183) Gruch. lib. 3. cap. 2. de Comit.
(184) Cic. 2. Orat. in Rullum.
(185) Lib. 3. cap. 3. de Comit.
(186) Liv. lib. 6. Dec. 1.
(187) Lib. 3. cap. 4. de Comit.
(188) Cic. pro domo ſua. Liv. lib. 6. Dec. 1. Dionyſ. lib. 2.
(189) Liv. lib. 9. Dec. 1.
(190) Loc. cit.
(191) Cic. pro domo ſua.

ctorum? ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Quo conſilio erat juramentum à pontificibus conceptum, quod hi jurare debebant, inter quos fiebat adrogatio (192). Quod ſi omnia ſe probare, pontifices palam profeſſi eſſent, interrogabatur adrogator: *an eum filium habere vellet?* Item & filius, *an auctor fieret, ſive an vellet in alienam familiam è propria migrare*: quibus adſentientibus tum populus à magiſtratu rogabatur, uti legem juberet, his verbis: *Velitis, jubeatis, Quirites, uti L. Valerius L. Titio tam jure, legeque filius ſibi ſiet, quam ſi ex eo patre, matreque familias ejus natus eſſet: utique ei vitæ neciſque in eum poteſtas ſiet, ut patri endo filio eſt. Hoc ita ut dixi, ita vos Quirites rogo* (193). In comitiis curiatis ſacerdotum ſcilicet in creatione flaminis dialis, hoc propriè obſervandum erat, ut tres patricii confarreatis nati parentibus à pontificibus nominarentur, atque inaugurarentur, ex quibus deinde unus populi ſuffragiis legeretur (194). Quod verò ad curionem maximum adtinet, ex iis, qui peterent, creabatur, non ſecus, quam in magiſtratibus, aut quomodo poſt legem Domitiam in collegiorum ſacerdotibus fieri ſolebat (195). In ipſis comitiis curiatis, quæ juſta, ac non adumbrata erant, populus, poſtquam magiſtratus, aut pontifex expoſuerat ſuam rogationem, in ſuas cujuſque curias diſcedebat: quæ deinde eo ordine ſuffragium dicerent, quo ſorte exibant. Quæ autem prima exierat, ea *principium* eſſe dicebatur: quodque plures ex triginta curiis juſſerant, id ratum habebatur. Ac ſi primò vocatæ conſentirent, ſtatim atque ſedecim ex illis ſuffragium dixerant, finis fiebat comitiis: quia tum certum eſſet à pluribus curiis id juſſum eſſe, quod ſedecim curiæ juſſiſſent: ſin diſſentirent, eòuſque vocabantur, dum ſedecim curiæ conſenſiſſent (196). Porrò poſt leges tabellarias Gruchius adſerit, bis comitiis curiatis, quibus populus ſuffragium dicebat, tabellis populum uſum eſſe: quibus tamen nil opus in his comitiis, quibus non populus, ſed triginta tantùm lictores ſuffragium ferebant.

Locus verò comitiis curiatis deſtinatus, erat comitium, quia non ferè auſpicato fieri, niſi intra pomœrium poterant (197). Urbe tamen à Gallis capta, lex curiata, qua revocatus eſt ab exilio Camillus, Vejis eſt lata (198).

De tempore comitiorum curiatorum nihil certè conſtitui poteſt, niſi diebus comitialibus haberi comitia curiata: quippe cum populo agi, niſi diebus comitialibus, fas non erat (199).

Supereſt gravem contentionem, quæ inter viros eruditiſſimos Sigonium, & Gruchium de binis comitiis, & lege curiata, exarſit, breviter concludere. Cicero (200) de binis comitiis, quibus magiſtratus ſinguli crearentur, ſcripſit his verbis: *Majores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt. Nam centuriata lex cenſoribus ferebatur, cum curiata cæteris patriciis magiſtratibus, cum iterum de iiſdem judicabatur; ut eſſet reprehendendi poteſtas, ſi populum beneficii ſui pœniteret. Nunc, quia prima illa comitia tenetis centuriata, & tributa, curiata tantum auſpiciorum cauſſa remanſerunt: hic tribunus plebis, quia videbatur poteſtatem neminem injuſſu populi aut plebis habere poſſe, curiatis eam comitiis, quæ vos non initis, confirmavit, tributa, quæ veſtra erant, ſuſtulit. Ita cum majores binis comitiis voluerint vos de ſingulis magiſtratibus judicare, hic homo popularis ne unam quidem populo comitiorum poteſtatem reliquit*. Ex quo loco obſcuriſſimo Nicolaus Gruchius hanc ſententiam colligit; patricios quondam magiſtratus binis comitiis eſſe creatos, centuriatis, & curiatis; plebejos itidem binis, tributis, & curiatis: poſt autem curiatis comitiis obſoletis, magiſtratus omnes binis comitiis creatos, centuriatis, & tributis. Negat id Carolus Sigonius, magiſtratus tantùm unius generis comitiis creatos exiſtimans, conſules nimirum centuriatis, alios magiſtratus patricios curiatis, ita tamen, ut deinde iterum de iiſdem magiſtratibus judicatum ſit, populuſque priora comitia reprehendere potuerit. Ergo de conſulibus bis putat comitiis, ſed non aliis, quam centuriatis, judicatum, de aliis quoque bis, ſed nonniſi curiatis (201). Scripta eorum eriſtica repetita editione vulgavit ὁ πάνυ Grævius (202). Illic res cognitione digniſſimæ, ſed ſpiſſis nebulis ante hanc controverſiam motam obſeſſæ, clara luce fuerunt perfuſæ: quocirca & tomo ſexto operum Sigonii, à clariſſimo editore inſerentur, ad quæ lectorem brevitatis cauſſa ablego. Cæterum ab eruditorum ſenatu, ut obſervat Grævius (203) jam pridem ſecundum Gruchium fuit judicatum (204).

Denique ex Gruchio (205), & Heineccio (206) hoc addendum: illud ſuffragiorum jus, quod adumbravimus, primus imminuit Julius Cæſar dictator perpetuus, comitia cum populo ita partitus, ut exceptis conſulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro altera parte, quos ipſe dediſſet (207). Sub Auguſto paullò quidem liberiora fuere comitia, ſed ea tamen maxima ex parte principis arbitrio, non populi fiebant (208). At poſt imperium à Tiberio initum, adeò defecit fieri comitia, ut nunquam poſtea à ſequentibus Imperatoribus populo reſtituta ſint; ſed, vel penes ſenatum Tiberii inſtituto manſerint, vel planè in principis fuerint poteſtate (209).

Mediolani Kalend. Maji MDCCXXXVI.

(192) Gell. lib 5 cap. 19 Cic. pro domo ſua. L. 15. § 2. & 3. L. 97 pr. D de adopt. Heinecc. Antiquit. Rom lib. 1. tit. 11.
(193) Grav. Orig lib. 2. cap. 85.
(194) Tacit. lib 4.
(195) Gruch. lib. 3. cap. 4. de Comit.
(196) Gruch. ibid.
(197) Liv. lib. 5. Dec 1.
(198) Liv. lib 5. Dec 1. Gruch. lib. 3. cap. 5 de Comit.
(199) Gruch lib. 3. cap. 6. de Comit.
(200) In 2 Agraria.
(201) Heinec. Adpend. Antiq. Rom. lib 1. cap. 9.
(202) Tom. I. Theſaur. Antiq. Rom.
(203) Præf. Tom. I. Antiq. Rom.
(204) Grav. Orig. lib. 1. cap. 28.
(205) Præf. in libros 3. de Comit.
(206) Antiq Adpend. lib. 1. cap 1.
(207) Sveton. Jul 41.
(208) Sveton. Auguſt. 40.
(209) Budæus in poſter. adnot. in Pand. Tacit. I. 15.

AD

AD SENATUM
POPULUMQUE ROMANUM

CAROLUS SIGONIUS.

QUid cauſſæ ſit, quamobrem, cum innumerabiles prope ab hominibus artes ad hominum uſum inventæ, ac poſteris proditæ ſint, nulla tamen vel præſtantior unquam, vel nobilior habita ſit, quam quæ militaribus inſtructa præceptis varie ſe bellicis in ſtudiis apud homines commendavit, merito maximam ſemper habuit dubitationem; cujus qui acutius exitum expedire doctiſſimi ac prudentiſſimi viri voluerunt, eam potiſſimum afferre cauſſam ſoliti ſunt, quod ab hac una uberiores perpetuo, atque illuſtriores, quam ab omnibus aliis, commodorum, & gloriæ fructus ad vitam hominum permanarint. Quod quidem vere traditum eſſe, nobis quoque cum rerum præſentium ſtatum, ac quotidianam vitæ conſuetudinem intuentibus, tum vero præteritorum temporum memoriam, atque antiquiſſimorum populorum præclara facta animo repetentibus plane videtur; neque enim ullam aliam vim, ac facultatem aut furentes finitimorum populorum impetus aliquando retardaſſe, aut ſanctum libertatis patrimonium adverſus nefarios hoſtium conatus defendiſſe, aut denique pacis omnium virtutum, unde noſtra eſt perfecta beatitudo, alumnæ graviorem vindicem, ac cuſtodem fuiſſe invenimus, quam ipſam armorum tractationem, omnemque rei militaris, ac bellicæ diſciplinam; ex quibus tum diuturna incolumitas, tum ſempiterna prope ad nominis commendationem fama hujus laudis ſtudioſis civitatibus comparata eſt. Quanquam autem ea fere conditio, ac natura hominum eſt, ut his duabus quaſi facibus animi, menteſque eorum ad res omnes aggrediendas facile accendantur, & in id ſe alacrius intendant, unde utilitatis, aut dignitatis ſpem uberiorem oſtendi ſentiant; non æque tamen omnes homines hujus utriuſque ſtudii cupiditate afficiuntur, ac flagrant; alios enim animadvertere licet, totos in parandis opibus, & quovis modo congerendis divitiis occupatos, alios nihil aliud, quam de decore, & honeſtate cogitantes, atque hoc toto de genere ita ſentientes, ut nihil eſſe in vita utile, quod à dignitate ſejunctum ſit, arbitrentur, cujus prope heroicæ virtutis magnitudine qui priſcis temporibus excelluerint, haud ſane multos numerare ex omni memoria poſſumus, ætate vero noſtra, multo etiam pauciores; fit enim neſcio quo modo, id quod gravius videtur eſſe dolendum, ut paulatim cum hominum ætate mirifica illa priſcæ virtutis indoles conſeneſcat, atque omnino antiqua laus illa ſenſim deficiens prope in dies vehementius conticeſcat. Ac mihi quidem hac de re ſæpius cogitanti cum veſtri majores Romani multis in rebus magni, atque admirabiles fuiſſe, tum vero in hoc ſtudio omnem ſuperaſſe hominum naturam, & conditionem videntur, quod ita bellicam diſciplinam, & militaria ſtudia tenuerunt, ac pertractarunt, ut qui gentes pæne, ac nationes omnes ſingulari quadam conſilii, atque animi præſtantia ad ſuum imperium adjunxerint, iidem ne in ipſa quidem victoria, qua nihil inſolentius eſſe, atque ſuperbius ſolet, aliud quiddam, niſi laudem, dignitatem, & gloriam ſpectaverint unquam, atque ſecuti ſint. Neque vero quæ quoquo tempore ab iis vel fortitudinis, vel prudentiæ, vel moderationis, vel juſtitiæ exempla edita ſint, commemorare hoc loco neceſſe eſt; nota hæc omnium jam hiſtoriis, teſtata vocibus adeo ſunt omnia, ut facilius humani generis interitus univerſus, ipſarumque terrarum exuſtio conſequi, quam Romanæ virtutis oblivio, atque ſilentium poſſit; illud autem illuſtre in primis, & ad perpetuam hominum memoriam inſigne non prætermittam, eam fuiſſe quondam populi Romani magnitudinem, ac domi, foriſque diſciplinam, ut in hodiernum uſque diem non modo Italia, ſed, quod mirabile videatur, extrema fere terrarum ſola, & nationes ultimæ ſtent præclaris ejus inſtitutis, ac legibus obſervandis. Quibus de rebus cum ſæpe alias accidit, ut ipſe mecum accuratius quærerem, tum proxime, cum de antiquo jure Italiæ ſcriberem; ſenſi enim tum aperte id, quod multo etiam ante facile animadverteram, nullam unquam gentem, nullam nationem fuiſſe, quæ vel belli, vel pacis ſtudia, quam populus Romanus, coluerit diligentius, vel utrumque artis genus tractaverit excellentius; cujus ille rei documentum dedit certiſſimum, primum, cum rebellantis, atque imperium

perium

CAROLI SIGONII
DE
ANTIQUO JURE ITALIÆ
LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De triplici jure populorum Italiæ.

ITaliæ ut non una totius olim appellatio, ſic nec una communis fuit omnino poſſeſſio; nam Heſperia, Auſonia, OEnotria, Saturnia, & demum etiam Italia partium tum fuerunt nomina, non totius; quas partes, ut in monumentis rerum geſtarum traditum videmus, ab initio alii alias tenuerunt, Siculi, Tyrrheni, Umbri, Ligures, OEnotrii, Peucetii, Aborigines, Pelaſgi; quorum alii hujus regionis indigenæ fuiſſe, alii aliunde in hanc terram, omnium jam tum rerum copiis affluentem, ſed plerique ex Græcia creduntur trajeciſſe. Verum, ut eorum quiſque venerit, ut bella pacemque cum finitimis fecerit, nobis hoc loco non eſt conſilium ſcribere; nam nec eorum temporum ſatis eſt explorata memoria, & quæ de iis antiqui prodiderunt, ea fabulis ſimiliora videntur, quam hiſtoriæ. Adde, quod illi parum conſentanea, atque adeo etiam inter ſe pugnantia ſæpe loquuntur, ut ne probabile quidem, quod in tantis rebus afferas, facile quidquam invenias. Hanc ſcribendi gloriam æquo animo cum aliis, tum præſertim eruditiſſimo M. Catoni, illi veteri relinquemus, & temporibus illis multo, quam nos ſumus, propinquiori, & optimorum annalium copia magis inſtructo; cujus doctiſſimæ Origines hoc tempore, magna rerum Italicarum jactura, deſiderantur; nobiſcum autem præclare actum iri putabimus, ſi, qui fuerit antiquus Italiæ ſtatus à Romulo Rege uſque ad Auguſtum Cæſarem, & quo ſinguli Italiæ populi bello à populo Rom. domiti, quo cum eo fœdere juncti, quo demum jure donati fuerint, quam poterimus, veriſſime demonſtrabimus. Quorum quidem temporum rationem cum complector animo, tria potiſſimum ea fuiſſe comperio; unum à Romulo Rege uſque ad primum Punicum bellum, tum cum tota, quæ tum dicebatur, Italia, aſſiduis bellorum afflicta contentionibus, in ditionem, poteſtatemque populi Romani pervenit: alterum à bello Punico uſque ad Italicum, ſive Sociale, ſive Marſicum; quo tempore Italici à Romanis ſociorum loco habiti, mirum in modum opes eorum, & imperium adauxerunt: tertium à bello Italico uſque ad Auguſti imperium, quo, lege Julia, atque Pompeja civitatis Romanæ jura late Italis omnibus impertita ſunt. Itaque omnem hanc in tres libros diſputationem contulimus; duos, in quibus ſingulorum populorum, oppidorumque Italiæ ſtatum ab ortu urbis uſque ad exitum belli Marſici; tertium, in quo eorundem jura à bello Marſico uſque ad occaſum Reipublicæ explanamus.

A Ceterum Italia omnis duobus ab initio eſt finibus terminata, uno naturæ, altero juris. Natura fines mare, atque alpes dedit, quibus, præter ceteros, Ligures etiam, & Gallos, & Venetos, & Carnos comprehendit; populus autem Romanus à mari Supero quicquid intra Rubiconem, ab Infero, quicquid intra Arnum eſt concluſum, proprio nomine Italiam appellavit; Ligures autem, Gallos, Venetos, & Carnos ob eam cauſſam excluſit, quod eos in provinciæ formam redegerat, ac multo deteriore, quam reliquam Italiam, jure affecerat. Prioris deſcriptionis cum multos alios auctores habemus, tum neminem certe aut ætate antiquiorem, aut
B auctoritate graviorem, quam Polybium, qui & P. Scipionis ejus, qui Carthaginem delevit, fuit æqualis, & res Romanas omnium, ut res ipſa docet, diligentiſſime ſcripſit; is autem hiſtoriarum lib. II. his Italiam terminis definivit: „ Tota Italia in trianguli ſpeciem eſt formata; ejus latus unum quod „ ad orientem ſolem ſpectat, Ionio, ac deinceps Adriatico mari terminatur; alterum „ vero, quod ad Meridiem, Siculo, & Tyrrheno, ex quibus inter ſe coëuntibus apex „ trianguli efficitur, in Meridiem projectum „ promontorium, quod Corinthus appellatur, „ & Ionium à Siculo mare diſtinguit; tertium vero, quod Septentrionem, & Medi-
C „ terraneam regionem intuetur, deinceps „ alpium crepidine circumſcribitur, quæ à „ Maſſilia, & iis, quæ ſupra Maſſiliam ſunt, „ locis initium ducit, & continenter uſque „ ad intimum Adriæ ſinum extenditur; apud „ ipſam autem, de qua dixi, crepidinem alpium, quam etiam quaſi baſem trianguli „ licet appellare, à Meridie ad Septentrionem ſubjecti ſunt campi totius Italiæ ultimi, qui bonitate, & magnitudine omnibus „ iis, qui in Europa ſunt, antecellunt. Univerſa vero ea linea, qua hi campi definiuntur, ſpeciem trianguli format; cujus apex „ ab alpium, & Apennini montis concurſu „ non longe à Sardonio mari ſupra Maſſiliam
D „ ſignatur. Laterum autem unum à Septentrione, ut ſupra dixi, alpes ſunt, quæ ad „ ducenta ſeptuaginta quinque millia paſſuum „ porriguntur; alterum vero à Meridie Apenninus, qui ad quadringenta quinquaginta; „ baſim autem totius figuræ littus Adriatici „ ſinus effingit; cujus magnitudo eſt à Sena „ oppido in intimum fere ſinum ultra CCCXII. millia paſſuum, adeo ut horum campurum ambitus non multum à mille ducentis quinquaginta millibus paſſuum abſit. Hæc, ut dixi, Polybius; ex quibus ſatis intelligi poteſt, Italiæ terminos eos, quibus ad alpes uſque eſt propagata, à natura eſſe, omnium rerum parente antiquiſſima, conſtitutos; quibus autem Arno eſt, & Rubicone con-

eoncluſa, eos noo naturæ fuiſſe, ſed juris, quod eſt à populo Romano, omoium gentium victore, præſcriptum, poſt commodiore loco probabitur. Quocirca ſi priorem illam naturæ diviſionem ſequamur, hos Italiæ populos oumerabimus, Ligures, Gallos, Venetos, Carnos, Etruſcos, Latinos, Campanos, Lucaoos, Græcos, Apulos, Frentanos, Picentes, Umbros, Sabinos, Veſtinos, Marſos, Marrucinos, Peligoos, & Samoites; ſi poſteriorem, Italos popolos in tres tantum partes tribuemus, Latinos, Italicos, & provinciam Galliam. Quas diviſiones ſi quis diligenter ratione, animoque luſtraverit, facile intelliget, illam eſſe ut totius in partes, hanc vero quaſi generis io ſpecies. Etenim cum Italiam in ſuas regiones locorum ioter ſe iotervallo diſtinctas deſcribimus; quid aliud, quam totum qoodammodo in ſua, ex quibus cooſtat, tanquam membra partimur? cum autem eandem oon ſpatiis, aut locis, ſed jure, aut lege diſtinguimus, noone generis io ſuas formas diviſiunem inſtituimus? geous eſt eoim jus vetus Italiæ; ſpecies, jus Latii, jus Italicum, & jus provinciæ Galliæ. Quæ quidem nomina, ac jura Italia non à populari loquendi cooſuetudine, ſed ab ipſa victoriæ lege obtinuit; ut enim optime ſe quiſque io populum Rom. geſſit, ita maxima fidei, ac virtutis ſuæ præmia eſt adeptus. Etenim, ut ſcite Flaccus Siculus, *cum quidam populi adverſus Romanos bella geſſiſſent, quidam experti virtutem eorum ſervaſſent pacem, quidam, cognita pace & juſtitia, ſe illis addixiſſent, & frequenter adverſus hoſtes eorum arma tuliſſent; pro ſuo quiſque merito leges acceperunt; neque enim erat æquum, iis qui toties admiſſo perjurio, rupiſſent pacem, ac bellum intuliſſent Romanis, idem præſtari, quod fidelibus ſociis*; recte etenim caput illod XII. tabularum, quo permittebatur, *ut idem juris eſſet Sanatibus, quod fortibus, id eſt, bonis, & qui nunquam defecerant à populo Rom. lege Æbutia abrogatum*, prodit Gellius. (1) Sanates autem, teſte Feſto, appellarunt, *qui ſupra, infraque Romam habitaverunt; qui cum deſciviſſent à Romanis, brevi poſt in amicitiam, quaſi ſanata mente, rediiſſent.*

Gradus aotem præmiorum, per quos optime meritis ad ſummum in imperio faſtigium fuit aſcenſus, hi, quos dixi, fuerunt, pro-

(1) Non dicit Gellius lib. 16. cap. 10. Sanatum jus lege Æbutia ſublatum, at proletariorum, aſſiduorum, vadum, ſubvadum, vigintiqoinque aſſium, & talionum, furtorumque quæſtionum cum lance, & licio, ſed eorum ſtationem evanuiſſe, conſopitumque fuiſſe, poſtquam obloleta omni illa XII. tabb. antiquitate nova ratio, uſus, vocabulaque intraſſerunt in legis actionibus centumviralium cauſarum, atque lege Æbutia lata recepta fuerunt. Integra autem Feſti ſententia, quæ plene explicat nomen ſanates, ita ſe habet: *Sanates dicti ſunt, qui ſupra, infraque Romam habitaverunt, quod nomen iis fuit, quia cum defeciſſent à Romanis, brevi poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente. Itaque in XII. tabulis cautum eſt, ut idem juris eſſet ſanatibus, quod fortibus, ideſt bonis, & qui nunquam defecerant à populo Romano.* Cujus legis verba in XII. tabb. fuerunt: NEXO SOLUTO, FORTI SANATI SIREMPS JUS ESTO. Ideſt: liberato debitori, bono in fidem reverſo ſimile jus eſto. Huic autem legi ab æquitate populi Romani non ſolum nunquam derogatum fuit: quinimo ſemper ea fuit ſumma ratio imperandi. Planum eſt in omnibus hujus Populi hiſtoriis: quam pius, leniſque ſemper fuerit erga victos. Neminem perdidit, præter eos, qui eum perdere ſtuduiſſent. Conſervare, juvare, muneribus, Civitateque donare, omnibus beneficiis afficere, inſtitutum fuit perpetuum populi Romani, quod uſque ad ultima tempora perduravit. Itaque Cicero de Off. lib. 1. *cum iis, quos vi deviceris, conſulendum eſt, tum ii, qui armis poſitis ad Imperatorum fidem confugiunt, quamvis murum aries percuſſerit, recipiendi ſunt. In quo tanto opere apud noſtros juſtitia culta eſt, ut ii, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more majorum.* Sæpius autem rebellantibus non juſtitia fuiſſet idem jus ſervare, ſed ignavia. Unde per quam multo ante Æbutiam legem judicium Senatus de Latinis apud Livium lib. 8. *Camillus COS. de Latinis populis ad Senatum retulit, atque ita diſſeruit; Patres conſcripti, quod bello armiſque in Latio agendum fuit, id jam Deum benignitate, ac virtute militum ad finem venit. Caſi ad Pedum, Aſturamque ſunt exercitus hoſtium: oppida Latina omnia, & Antium ex Volſcis, aut vi capta, aut recepta in deditionem, præſidiis tenentur veſtris. Reliqua conſultatio eſt, quoniam rebellando ſæpius nos ſollicitant, quonam modo perpetua pace quietos obtineamus. Dii immortales, ita vos potentes hujus conſilii fecerunt, ut ſit Latium deinde, an non ſit, in veſtra manu poſuerint. Itaque pacem vobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum, vel ſæviendo, vel ignoſcendo poteſtis. Vultis crudeliter conſulere in deditos, victoſque? licet delere omne Latium, vaſtas inde ſolitudines facere, unde ſociali egregio exercitu per multa bella, magnaque ſæpe uſi eſtis. Vultis exemplo majorum augere rem Romanam, victos in civitatem accipiendo? Materia creſcendi per ſummam gloriam ſuppeditat. Certe id firmiſſimum longe imperium eſt, quod obedientes gaudent. Sed maturato opus eſt, quicquid ſtatuere placet. Tot populos inter ſpem, metumque ſuſpenſos animi habetis: & veſtram utique de eis curam quamprimum abſolvi, & illorum animos, dum expectatione ſtupent, ſeu pœna, ſeu beneficio præoccupari oportet. Noſtrorum enim fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad conſulendam poteſtas eſſet: veſtrum eſt decernere quod optimum vobis, reique publicæ ſit. Principes Senatus relationem conſulis de ſumma rerum laudare: ſed cum aliorum cauſa alia eſſet, ita expediri poſſe conſilium dicere, ut pro merito cujuſque ſtatueretur, ſi de ſingulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de ſingulis, decretumque. Lanuvinis civitas data: ſacraque ſua reddita cum eo, ut ædes, lucuſque Soſpitæ Junonis communes Lanuvinis municipibus cum populo Romano eſſet. Aricini, Nomentanique, & Pedani, eodem jure quo Lanuvini in civitatem accepti. Tuſculanis ſervata civitas, quam habebant: crimenque rebellionis à publica fraude in paucos auctores verſum. In Veliternos veteres cives Romanos quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum: & muri dejecti, & Senatus inde abductus: juſſique trans Tyberim habitare, ut ejus, qui cis Tyberim deprehenſus eſſet, uſque ad mille pondo clangatio eſſet: nec prius quam ære perſoluto, is qui cepiſſet, extra vincula captum haberet. In agrum Senatorum coloni miſſi: quibus adſcriptis ſpeciem antiquæ frequentiæ Velitræ receperunt. Et Antium nova colonia miſſa, cum eo, ut Antiatibus permitteretur, ſi & ipſi adſcribi coloni vellent: naves inde longæ abactæ: interdictumque mari Antiati populo eſt, & civitas data. Tyburtes, Prœneſtinique agro mulctati, neque ob recens tantum rebellionis commune cum aliis Latinis crimen, ſed quod tædio imperii Romani cum Gallis gente efferata, arma quondam conſociaſſent. Cæteris Latinis populis, connubia, commerciaque, & concilia inter ſe ademerunt. Campanis equitibus honoris cauſa, quia cum Latinis rebellare noluiſſent; Fundaniſque, & Formianis, quod per fines eorum tuta, pacataque ſemper fuiſſet via, civitas ſine ſuffragio data. Cumanos, Sueſſulanoſque, ejuſdem juris, conditioniſque, cujus Capuam eſſe placuit.* Et plena eſt hiſtoria Romana à primis ejus incunabulis ad ultima temporum horum æque ſimilium ſine ullo diſcrimine juris judiciorum. Quibus Cæſar quoque in Galliis uſus eſt, & cæteri Imperatores.

provincialium, Italicorum, Latinorum, & poſtremo civium Romanorum; ex quibus ut jure Latii civitas Romana, ſic Italico Latinitas, & Italicum provinciali honeſtius, ac commodius fuit; quos quidem gradus cum alios, tum præcipue Imp. Claudium apud Tacitum video in oratione quadam ſignificaſſe, cum dixit, *plebejos magiſtratus poſt patricios, Latinos poſt plebejos, ceterarum Italiæ gentium poſt Latinos, exterorum poſt Italos extitiſſe*. Hæc autem jura maxime uſque ad legem Juliam (2) bello Italico, anno urbis DCLXII. (3) latam, in ipſa devicta jampridem, & nutum populi Rom. intuente Italia celebrata ſuor; poſt legem vero Juliam, cum univerſa in civitatem Romanam accepta, atque in tribus conjecta eſſet Italia, exteris etiam populis tribui cœpta ſunt, ut aliis quidem civitas, aliis Latium, aliis jus Italicum pro ſua cujuſque erga Rempublicam fide concederetur; id quod è Ciceronis, Suetonii, & Plinii nobiliſſimis perſpici monumentis poteſt. Cicero quidem in epiſtolis ad Atticum, *Siculis multa Cæſar, neque me invito; etſi Latinitas erat non ferenda; veruntamen; ecce autem Antonius fixit legem à Dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani.*

Ut autem jus civium Romanorum docuimus, ex popularibus rogationibus, plebive ſcitis, & Senatus conſultis, & edictis eſſe profectum, item de jure Italiæ exiſtimamus: omnia enim hæc jura leges illæ intulerunt, quæ in fœdere feriendo, atque omnino ſocietate jungenda à populo Rom. conſcriptæ ſunt. Itaque jus omne ex fœdere, fœderis æquitas ex lege, lex ex populi Rom. voluntate fluxit; quæ quidem pro ſuis in quenque aut victum, aut amicitiam petentem populum meritis inclinavit.

Jam vero tria amicitiæ, ac ſocietatis, qua ſe populus Rom. cum Italis, ceteriſque populis obſtrinxerit, jura fuiſſe, ſponſionem, pactionem, & fœdus, oſtendit in defenſione Balbi Cicero, cum ait: *Ut quæque civitas nobiſcum maxime ſocietate, amicitia, ſponſione, pactione; fœdere conjuncta eſt, ita maxime communionem beneficiorum, & præmiorum continere*; & Livios, cum ſcribit: *Ocriculanos ſponſione, Lucanos fœdere, in amicitiam ſuſceptos.*

Non eſſe porro idem ſponſionem, pactionem, & fœdus, ex eo intelligi licet, quod fœdus pactione, pactio ſponſione firmior, ac ſtabilior fuit. Nam ſponſio neque populi juſſu, neque Senatus auctoritate, quod in fœdere accidebat: ſed arbitrio magiſtratuum, & imperatorum fiebat, atque deditione eorum, per quos facta eſſet, infirmabatur. Hoc autem adeo aperte docet Livius, ubi de pace Caudina diſputat, ut de eo nulla dubitatio relinquatur; ſiquidem ita agit: „ Itaque non, ut vulgo credunt, fœdere pax „ Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt; quid „ enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet, „ aut obſidibus, ubi precatione res tranſigi„ tur: per quem populum fiat, quo minus „ dictis legibus ſtetur, ut eum ita Jupiter „ feriat, quemadmodum à fecialibus porcus „ feriatur: ſpoponderunt conſules, legati, „ quæſtores, Tribuni militum, nominaque „ omnium, qui ſpoponderunt, extant; ubi ſi „ ex fœdere acta res eſſet, præterquam duo„ rum fecialium, non extarent. Deinceps pacem eam à populo Rom. conſulibus, & ceteris, qui ſpoponderant, deditis irritam eſſe juſſam addit. Sæpe tamen evenit, ut quod imperator injuſſu populi, & ſine auctoritate Senatus pepigerit, id fœdus vocatum ſit illud quidem, ſed tamen non ſervatum; quod oſtendit princeps quidam Carthaginienſium apud Livium, cum ad Romanos legatos de fœderis ratione ſecum agentes ita verba fecit: „ Vos, quod C. Lutatius Conſul pri„ mo vobiſcum fœdus icit, quia neque au„ ctoritate patrum, nec populi juſſu ictum „ erat, negaſtis vos eo teneri; itaque aliud „ de integro fœdus publico conſilio ictum eſt. Tale autem etiam fuiſſe Numantinum, facile inde apparet, quod id C. Mancini Conſulis deditione eſt diſſolutum. Quocirca ſcriptum reliquit in tertio libro de officiis Cicero: „ C. Mancinum, ut Numantinis, quibuſcum „ ſine Senatus auctoritate fœdus icerat, de„ deretur, rogationem ſuaſiſſe eam, quam L. „ Furius, & Sex. Atilius ex S. C. ferebant: „ eaque

(2) Ante hanc legem, quod hic dicit Sigonius, forſitan obtinuit de ulla univerſa gente, non de ſingulis ex quoque populo cujuſque nationis, præter eos, ſi qui fuiſſent, cum quibus exceptum in fœderibus eſſet, ne quis eorum à populo Romano civis reciperetur, cujuſmodi fœdera memorat Cic. pro L. Cornelio Balbo Germanorum, Inſubrium, Helvetiorum, Japidum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum, quorum in fœderibus id ni mirum fuerat exceptum. De ſingulis enim, ut de quibuſque nationibus cives fieri poſſent, plura refert exempla ipſe Cicero eadem oratione: & de colonia Latina Carteienſium in hiſpania A. U. C. DLXXXII habemus apud Livium lib. 43.

(3) Huic anno, Sextoque Julio Cæſari, qui COS. fuit cum L. Marcio Philippo tribuitur hæc lex à pleriſque: ſed ego iis aſſentior, qui poſteriore anno à L. Julio Cæſare COS. cum P. Rutilio Rufo eam latam dicunt. Ratio: quod ſuperiore anno de defectione agitaretur: altero defectio cœpta, auxiliaque Latini nominis, externarumque gentium miſſa populo Romano. Ea autem lex non omnibus Italis civitatem dedit, ſed nonnullis tantum, ut beneficio victi Romanos à ceteris, id conſequi omni vi conantibus, defenderent. Hiſtoria hujus rei ex Livio, aliiſque Scriptoribus ita ſe habet. Cum meditaretur Senatus propter infamem P. Rutilii innocentiſſimi viri condemnationem judicia, quæ penes equeſtrem ordinem propter duplicatum eorum numerum erant, ad ſe revocare, Marcus Livius Druſus Tribunus plebis, ut majoribus viribus Senatus cauſam ſuſceptam tueretur, ſocios, & Italicos populos, ſpe civitatis Romanæ ſolicitavit: atque adjuvantibus vim legibus agrariis, frumentariiſque latis, legem quoque judicialem tulit, ut æqua parte judicia penes Senatum, & equeſtrem ordinem eſſent. Cum deinde promiſſa ſociis civitas prædari non poſſet: irati Italici defectionem cœperunt agitare. Defecerunt Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Lucani, Samnites, initio belli à Picentibus moto. Veritus Senatus, ne omnes Italici deficerent, quibus Romana Reſpublica reſiſtere non poſſet, reliquis Italicis populis Latinis, ſociiſque civitatem dedit; unde Cicero pro L. Corn. Balb.: *lege Julia civitas eſt ſociis, & Latinis data, inter quos Heraclienſes, & Neapolitani*. Poſt plurimam dimicationem ceteris quoque Italicis præter Samnites data Civitas Cn. Octavio, L. Cornelio Cinna COSS. A. U. C. DCLXVI. Poſteriore anno Marius, & Cinna, quem Cinnam Cn. Octavius collega Urbe expulerat, conjunctis cum Samnitibus armis, bellum patriæ intulerunt. In quam deſperata defenſione à Senatu recepti, Mariuſque VII. Cinna II. COSS. per vim creati, & Samnitibus civitatem dederunt. Hæc unanime à Livio percipiuntur.

„ eaque accepta, eſſe hoſtibus deditum. A
Numantinum autem fœdus, ut Caudinum,
ſponſionem appellari poſſe, niſi Antias anna-
lium libro XII. prodidiſſet, calamitatis certe
ſimilitudo id nos doceret; ut enim ad Cau-
dium quæſtores, qui ſpoponderunt, dediti
ſunt, ſic ad Numantiam Ti. Gracchum,
Mancini quæſtorem, fœderis ejus auctorem,
dedere voluerunt. (4)

Pactionem præterea aliud eſſe à fœdere,
demonſtrat ſatis, ut opinor, Cicero in de-
fenſione Cæcinæ, cum inquit: *Quod edictum
magiſtratus, quod fœdus, aut pactio?* Nam
pactionis nomine etſi omnia, quæ cum hoſti-
bus paciſcerentur, continebantur, quo etiam
modo fœdus pactio nominari poteſt, tamen B
hoc in loco præcipuam paciſcendæ amicitiæ
rationem ſignificatam exiſtimo, ut inducias.
De induciis porro elegans illud eſt Varronis,
*inducias pacem caſtrenſem paucorum dierum,
vel belli ferias eſſe*; quas tamen deſcriptiones
Gellius lepidas magis, atque jucundas, quam
plenas, aut probas eſſe arbitratur; probabi-
lius enim multo illud eſſe, inducias ſic di-
ctas, *quaſi inde uti jam*; etenim pactum indu-
ciarum eſſe ejuſmodi, ut in diem certum
non pugnetur, nihilque incommodi detur,
ſed ex eo die poſtea uti jam omnia belli jure
agantur. Laudo; induciis enim pax non in
perpetuum, ut fœdere, ſed in certum tem-
poris ſpacium dabatur aut dierum, aut men- C
ſium, aut annorum. Quare ſæpe factum ani-
madvertimus, ut populus Rom. hoſtibus fœ-
dus petentibus inducias dederit; hinc enim
illa Livii: *A Perusia, Cortona & Arretio, quæ
ferme capita Etruriæ populorum erant, legati
pacem petentes, inducias in triginta annos impe-
traverunt.* Item: *Faliſci cum in induciis eſſent,
fœdus à Senatu petierunt.* Induciarum ergo ea
ratio fuit, ut eo tempore, quo præfinitæ
erant, nihil hoſtile gereretur, ſed ſumma à
bello quies eſſet, atque aliqua etiam ſocieta-
tis cum iis, quibuſcum pactæ erant, ſpecies,
& imago; quas qui violaſſent, jus gentium
violaſſe exiſtimabantur; unde illud eſt apud
eundem: „ Omnes portas concionabundus D
„ ipſe imperator circumiit, & quibuſcunque
„ irritamentis poterat, iras militum acuebat,
„ nunc fraudem hoſtium incuſans, qui pace
„ petita induciis datis, per ipſum induciarum
„ tempus, contra jus gentium, ad caſtra op-
„ pugnanda veniſſent. Itaque eoſdem etiam
à Cicerone jure vituperari videmus in primo
de officiis, cum ait, exiſtere injurias ſæpe
calumnia quadam, & nimis callida, ſed ma-
litioſa juris interpretatione, *ut ille, qui, cum
triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ,
noctu populabatur agros, quod dierum eſſent
pactæ, non noctium induciæ.*

Quæ cum ita ſint, non eſt dubium,
quin fœdus (jam enim ad hoc oratio mea
delabitur) pactio quædam ſit ſocietatis, non
ex imperatoris arbitrio, ſed juſſu populi, aut
Senatus auctoritate firmata, neque ad tem-
pus, ſed in perpetuum, neque per ſponſores,
datis obſidibus, ſed per fecialem publicum
populi Rom. nuncium, ſolemni precatione
adhibita: *per quem populum fiat, quo minus
dictis legibus ſtetur, ut eum Jupiter ita feriat,
quemadmodum à fecialibus porcus feriatur.*
Quod extremum ex formula etiam ipſa fœ-
derum feriendorum nobis à Livio tradita
poteſt cognoſci, qui primo libro de fœdere
Albano ita ſcriptum reliquit: „ Fœdera alia
„ aliis legibus, ceterum eodem modo omnia
„ fiunt; tum ita factum accepimus; fecialis
„ regem Tullum ita rogavit: jubes ne me
„ Rex cum patre patrato populi Albani fœ-
„ dus ferire? jubente rege, ſagmina, inquit
„ te Rex poſco; Rex ait: pura tollito; fecia-
„ lis ex arce graminis herbam puram attu-
„ lit; poſtea regem ita rogavit: Rex facis
„ ne me tu regium nuncium populi Romani
„ Quiritium? vaſa, comiteſque meos? Rex
„ reſpondit: quod ſine fraude mea, populi-
„ que Rom. Quiritium fiat, facio. Fecialis
„ erat M. Valerius; is patrem patratum Sp.
„ Furium fecit, verbena caput, capilloſque
„ tangens (pater patratus ad juſjurandum
„ patrandum, id eſt, ſanciendum fit) fœdus
„ multis verbis, quæ longo effata carmine
„ non opere eſt referre, peragit. Legibus
„ deinde recitatis, audi, inquit, Jupiter,
„ audi pater patrate populi Albani, tu po-
„ pulus Albanus, ut illa palam prima, po-
„ ſtrema ex illis tabulis, cerave recitata
„ ſunt, ſine dolo malo, utique ea hic ho-
„ die rectiſſime intellecta ſunt, illis legi-
„ bus populus Romanus prior non defi-
„ ciet; ſi prior defexit publico conſilio,
„ dolo malo, tum ille dieſpiter populum
„ Rom. ſic ferito, ut ego hunc porcum ho-
„ die feriam; tantoque magis ferito, quanto
„ magis potes, polleſque. Id ubi dixit, por-
„ cum ſilice percuſſit, ſua item carmina Al-
„ bani, ſuumque juſjurandum per ſuum Di-
„ ctatorem, ſuumque Sacerdotem peragunt.
Ad hunc autem priſcum feriendi porci ritum
probe alluſit Virgilius, cum dixit: *Et cæſa
jungebant fœdera porca*; & Svetonius, cum
ſcripſit, *Imp. Claudium cum regibus in foro
fœdus iciſſe, cæſa porca, ac vetere fecialium
precatione adhibita*; nam illatam poſt aliam
eſſe feriendi fœderis rationem, ut ſæpe non
porcus feriretur, ſed lapis abjiceretur, exiſti-
mo; ſiquidem Polybius auctor valde bonus
cum Pœnis hoc modo ictum fœdus exponit:
„ Fecialis lapidem tenens ita ait: ſi ſine dolo
„ malo

(4) Hujuſmodi tamen Imperatorum fœdera longo E
ſilentio, Senatus Populique Romani com-
probata rata habebantur. Ita Livius orationi
illius Principis Carthaginenſis reſpondens
lib. 29. hæc diſputat: *Si verborum diſceptatio-
nis res eſſet, quod fœdus Aſdrubalis cum Lutatii
priore fœdere commutatum eſt, comparandum non
erat; cum in Lutatii fœdere diſerte additum
eſſet, ita id ratum fore, ſi populus cenſuiſſet. In
Aſdrubalis fœdere, nec exceptum tale quicquam
fuerat, & TOT ANNORUM ſilentio, ita vivo
eo comprobatum ſit fœdus, ut ne mortuo quidem
authore quicquam mutaretur.* Ejuſdem modi
eſt Ciceronis ſententia de fœdere Gaditano
in orat. pro Balb. *L. Marcius Philippus primi-
pili Centurio cum Gaditanis fœdus iciſſe dicitur,
quod cum magis fide illius populi, juſtitia veſtra,
VETUSTATE denique ipſa, quam aliquo publi-
co vinculo religionis teneretur: ſapientes homines,
& publici juris periti Gaditani M. Lepido, Q.
Catulo COSS à Senatu de fœdere poſtulaverunt.
Tum eſt, cum Gaditanis fœdus, vel renovatum,
vel ictum: de quo fœdere populus Romanus ſen-
tentiam non tulit, quo injuſſu ſuo nullo pacto po-
teſt religione obligari. Ita Gaditana civitas,
quod beneficiis ſuis erga Rempublicam noſtram
conſequi potuit, quod imperatorum teſtimoniis,
quod VETUSTATE, quod Q. Catuli ſummi viri
authoritate, quod judicio Senatus, quod fœdere,
conſequuta eſt. Quod publica religione ſanciri po-
tuit, id abeſt. Populus enim ſe nuſquam obliga-
vit. Neque ideo eſt Gaditanorum cauſa DETE-
RIOR.*

„ malo ago, bonis afficiar: ſi ſciens fallo; „ ceteris omnibus ſalvis in ſuis civitatibus, „ legibus, laribus, delubris, ſepulchris, ſo„ lus ego concidam, ut lapis è manibus meis „ decidet; nec plura locutus manu lapidem „ abjicit. Cujus jurisjurandi video poſt etiam Plutarchum in Sylla meminiſſe, & ejuſdem Feſtum etiam antiquam formulam adjunxiſſe, cum ſcripſit, *Lapidem ſilicem tenuiſſe juraturos per Jovem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me diſſpiter, ſalva urbe, arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem.*

Fœdere, cujuſmodi fuerit, cognito, jam illud ab hujus ſermonis officio non videtur abhorrere, ut, quam multa fœderum genera fuerint, exponamus. Tria autem ea fuiſſe docet apud Livium Menippus Antiochi regis legatus, unum, *cum bello victis darentur leges; ubi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus multari velit, ipſum jus, arbitriumque eſſe; alterum, cum bello pares æquo fœdere in pacem, atque amicitiam venirent: tunc enim repeti reddique per conventionem res; & ſi quarum bello turbata poſſeſſio ſit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriuſque commodo componi: tertium, cum, qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coeunt, eos neque dicere, neque accipere leges, id enim victoris, & victi eſſe.* Quibus verbis nihil profecto docetur aliud, niſi fœdera alia aliis æquiora eſſe.

Iniquiſſima autem fœderis conditione uſi ſunt dediticii, adeo ut non in fœdere, ſed in ditione eſſe dicerentur; ex quo fluxit Latinorum illud de Campanis apud eundem: *Campanorum aliam conditionem eſſe, qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent: Itaque Campanos ſeu velint, ſeu nolint, quieturos: fœdere Latino nihil eſſe, quo bellare, cum quibus ipſi velint, prohibeantur*; & illud Samnitium de Sidicinis: *Sidicinos nec in fide, nec in ditione populi Rom. eſſe*, id eſt, neque æquo fœdere, ut ſe, neque deditione, id eſt, iniquiſſimo fœdere, ut Campanos, in amicitiam populi Rom. eſſe ſuſceptos; & tertium illud de Apulis: *ita in ſocietatem eos eſſe acceptos, ut non æquo fœdere, ſed ut in ditione populi Rom. eſſent.* Jam vero qui dediticii dicti ſint, facile ex formula ipſa deditionis intelligi poſſe arbitror; cujus veſtigia hæc extant apud Livium lib. primo ad memoriam omnium ſempiternam impreſſa. „ Rex interrogavit: eſtisne „ vos legati, oratoreſque miſſi à populo, ut „ vos, populumque dederetis? *ſumus*; eſt ne „ populus in ſua poteſtate? *eſt*; deditis ne „ vos, populumque, orbem, agros, aquam, „ terminos, delubra, utenſilia, divinaque „ omnia in meam, populique Rom. ditionem? „ *dedimus*; & ego recipio. Itaque idem libro XXVIII. morem vetuſtum fuiſſe ait Romanis, cum quo nec fœdere, nec æquis legibus jungeretur amicitia, non prius imperio

A in eum, tanquam pacatum uti, quam omnia divina, humanaque dedidiſſet, & obſides accepti, armaque adempta, & præſidia urbibus impoſita forent; unde Campanos etiam apud eundem ſe populo Rom. dedidiſſe his verbis videmus: „ Populum Campanum, urbemque „ Capuam, agros, delubra deûm, divina, „ humanaque omnia in veſtram patres con„ ſcripti ditionem dedimus; quidquid deinde „ patiemur dediticii veſtri paſſuri.

Æquius autem aliquanto erat illud fœdus, cui hæc verba erant adjuncta: „ Maje„ ſtatem populi Rom. comiter conſervent. Quam iniquam tum conditionem fuiſſe probavit Cicero, cum Balbum de civitate defen- B dit: „ Primum, *inquit*, verbi genus hoc con„ ſervandi, quo magis in legibus, quam in „ fœderibus uti ſolemus, imperantis eſt, non „ precantis: deinde cum alterius populi ma„ jeſtas conſervari jubetur, de altero ſiletur, „ certe ille populus in ſuperiore conditione, „ cauſſaque ponitur, cujus majeſtas fœderis „ ſanctione defenditur. Quod autem in hoc genere dixit Cicero *Comiter*, id videtur dixiſſe Livius *ſine dolo malo*, in exponendis conditionibus pacis Ætolis datæ; ſic enim ſcriptum eſt: „ Imperium majeſtatemque po„ puli Rom. gens Ætolorum conſervato ſine „ dolo malo. (5)

Extremum præceptum eſt æquiſſimi fœ- C deris, cujus formula fuit, cum ab utraque parte cavebatur, & pari jure ſocietas utrinque, & amicitia ſtabiliebatur; quale illud fuit Annibalis cum Locrenſibus, de quo idem ſcribit hoc modo: „ Locrenſibus juſſu Anni„ balis pax data, ut liberi ſuis legibus vive„ rent, urbs pariter, & portus in poteſtate „ Locrenſium eſſent: ſocietas eo jure ſtaret, „ ut Pœnus Locrenſem, Locrenſis Pœnum „ bello, ac pace juvaret; quo in genere fœdera fuerunt, quæ populus Rom. cum Carthaginienſi, antequam armis inter ſe decertarent, fecit, quorum meminit Polybius libro tertio; ut iniqua, quæ poſt conſecuta ſunt, omnia. In omnibus autem fœderibus D ſanciendis, aut fœderum legibus conſcribendis illud erat ſolemne, ac prope tralatitium, ut legibus, libertati, agris, locis, ædificiis publicis, privatiſque, & ceteris præter hæc rebus publicis, privatiſque, liberis, ſerviſque bello amiſſis, juri, conſuetudini & portoriis exigendis ejus populi caveretur, quocum amicitia jungebatur; quod ex veterum monumentorum diligenti obſervatione colligitur.

Ergo cum jus omne, ut ab initio dixi, manet à fœdere; fœdera autem alia aliis ſint æquiora: profecto jam patet, cur non eadem omnes populi juris conditione ſint uſi, ſed alii meliore, alii deteriore; optima autem, E ut dixi, fuit civium Romanorum, aliquanto incommodior Latinorum, infra Latinos Italicorum, duriſſima vero provinciarum; quo jure

(5) Dixiſſem aliud *comiter*, aliud *ſine dolo malo*. *Comiter* in fœderibus populorum, quibuſcum bellum nunquam extitiſſet, & integris omnibus fœdus initum fuiſſet, ut cum Gaditanis, *ſine dolo malo* in fœderibus pacis poſt bellum, ut cum Ætolis, quibuſcum bellum fuerat acerrimum. Sed opinionem Sigonii confirmat fœdus initum cum Hebræis Machab. 1. cap 8. *Bene ſit Romanis, & genti Judæorum in mari, & in terra in æternum, gladiuſque, & hoſtis procul ſit ab eis. Quod ſi inſtiterit bellum Romanis prius, aut omnibus ſociis eorum in omni dominatione eorum, auxilium feret gens Judæorum, prout tempus dictaverit, corde pleno: & prælientibus non dabunt, neque ſubminiſtrabunt triticum, arma, pecuniam, naves, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. Similiter autem, & ſi genti Judæorum prius acciderit bellum, adjuvabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiſerit: & adjuvantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, navis, ſicut placuit Romanis; & cuſtodient mandata eorum abſque dolo.*

Tom V.

A jure donata eſt Italiæ pars illa, quæ ultra Umbriam, & Etruriam uſque ad alpes eſt porrecta, atque à reliqua Italia, quia deteriore fuit cauſa, quodam modo ſevocata. Quod quidem poſt patebit illuſtrius, cum qui Latini, qui Italici, quæ provincia Gallis, quod demum jus Latii, quod Italicum, quod provinciæ Galliæ fuerit, expoſitum erit.

CAP. II.

De Latinis.

DE Latinis autem, atque Italicis diſputaturus, maxime ad rem pertinere exiſtimo, ut formulas ante quaſdam dicendi B antiquas Romanis in hoc genere uſitatas exponam. Hoc enim & doctiſſimi homines in rebus obſcuriſſimis illuſtrandis faciendum eſſe præcipiunt; &, ni fiat, innumerabiles poſt in diſputando objiciantur errores, oportet. Sic igitur intelligendum eſt, populos hos non ſemper à Romanis Latinos, atque Italicos appellatos, ſed quod ab iis in ſocietatem recepti eſſent, varie eſſe *ſocios* nominatos. Nam & *ſocii*, & *Latini ſocii*, & *ſocii nominis Latini*, & *ſocii, nomenque Latinum*, & *ſocii ab nomine Latino*, & *ſocii, ac Latinum* dicti ſunt. Quarum formularum cum multa proferre teſtimonia poſſim, ſingulis contentus C ero. Livius, *Sociis*, inquit, *imperare prætor juſſus quatuor millia peditum, & trecentos equites*. Item: *Et exquiri ab interrogantibus, Romanus civis ſit, an Latinus ſocius?* Item: *Fremitus inter Latinos, ſociosque in conciliis ortus*. Et: *Imperata quina millia peditum ſociûm nominis Latini*; & alibi: *Donec & ipſe quinque millia ſociûm, ac nominis Latini efficit*. Item: *Milites ſociis, nominique Latino imperati*. Et: *Delectu perfecto Conſules paucos dies morari, dum ſocii ab nomine Latino venirent*. Et: *Sociis è nomine Latino imperata ſeptem millia peditum*. Salluſtius autem, *Sociorum*, inquit, *& Latii magna vis civitate per Syllam prohibentur*. Item: *Uti ex Latio, & ſociis cogeret* D *exercitum*. Sed tamen cum hoc ita conſtet, ut de eo nulla ſuboriri quæſtio poſſit, ſæpe etiam Italicos de Latinis, & Latinos de Italicis dictos inveni. Nam Salluſtius dixit: *Turpilium ex Italicis capite pœnas ſolviſſe, quod civis eſſet ex Latio*; & Valerius, *Vibius*, inquit, *Pelignæ cohortis præfectus vexillum trans Punicum vallum projecit, ſe ipſum, ſuoſque commilitones, ſi hoſtes eo potiti eſſent, execratus; & ad id petendum ſubſequente cohorte primus impetum fecit; quod ut Flaccus Tribunus tertiæ legionis aſpexit, converſus ad ſuos, abſit, inquit, iſtud dedecus à ſanguine noſtro, ut Romani gloria Latinis cedere velint*. Latinos enim dixit pro Italicis, quandoquidem Peligni Latini E non erant. Quin etiam idem Valerius Q. Popedium ducem Latinorum vocat, qui fuit Marſorum; & Latinos de civitate bello Sociali ait certaſſe, quos pro Romanis contra

A Italicos ſteriſſe, inter omnes rerum Romanarum ſcriptores conſtat. Poſtremo Livius etiam ſocios Latini nominis Latinos tantum intellexit, cum dixit: „ Legatis ſocium Latini nominis, qui toto undique ex Latio „ convenerant, Senatus datus; *at cum inquit*, „ Annibalem captivos, qui Latini nominis „ eſſent, ſine precio dimiſiſſe, Romanos in „ vincula dediſſe, in nomen Latinum videtur etiam Italicos incluſiſſe; quippe cum poſt ſubjiciat, inter multitudinem ſociorum Italici generis, qui ad Traſimenum capti ab Annibale, dimiſſique fuerant, tres Campanos equites fuiſſe. Nam quid dicam, ut Latini ſæpe pro utriſque ſint uſurpati, veluti, cum B idem Hieronem, Syracuſarum regem, populi Rom. amicum loquentem fecit? „ Scire „ ſe milite, atque equite, niſi Romano, La„ tinique nominis non uti populum Roma„ num.

Sed de varia ac multiplici Romanorum loquendi conſuetudine, qui locus late patet, alii fortaſſe accuratius: (6) nos de populis Latinis hoc tempore, quemadmodum propoſitæ diſputationis ordo poſtulat, diſſeramus. Quod autem eo libro feci, in quo civium Rom. jura aperui, ut omnem eam diſputationem ex civis Romani definitione derivarem, idem hoc loco mihi faciendum eſſe cenſeo, ut à Latinorum definitione profectus ad eorum C jura explicanda perveniam; itaque ut tum cives Romanos homines liberos, urbis, agrique Romani habitatores, qui cum tribu jus honorum haberent, diximus: ſic nunc Latinos Latii incolas, populi Rom. fœderatos, jure Latii donatos definimus. Latium enim eos ſecrevit ab Italicis, qui non erant in Latio; fœdus ab iis civibus Romanis, qui agrum Romanum poſſidebant, aut colebant in Latio; jus Latii ab iis Latinis, qui cum agrum Latinum tenerent, & non tamen Latii jure fruebantur. Quoniam autem, ut ſupra oſtendimus, jus eorum omne è fœdere proficiſcitur, fœdus autem ex victoria parta, & pace conceſſa, quædam quaſi per veſtigia D indagatur: propterea, ut commodius fœdera ſingulorum populorum inveniam, bella quoque, & clades ultro citroque illatas, paucis exponam; atque hoc non in Latinis ſolum, ſed in Italicis etiam, & Gallia provincia inſtitutum tuebor, ut ab agri deſcriptione exorſus ad bella, à bellis ad fœdera, à fœderibus ad jura ſingulorum populorum explananda noſtra continenter oratio delabatur.

CAP. III.

De agro Latino, & fœderibus Latinorum.

E IN deſcribendo autem Latio, ſi veteres, qui in hoc ſtudio magna cum laude verſati ſunt, Strabonem, Plinium, ac Ptolemæum, ſequar, haud optime hercle de antiquitate Romana merebor; illi enim ultima Latii

(6) Italici, Socii, ſocii Latini nominis, Latini, diverſam habent ſignificationem. Italici, ſociique idem ſunt, complectuntque omnes Italicos Populos, qui ſocii eſſent Populi Romani, tam Latinos, id eſt ex Latio, quam extra Latium, ut Thuſcos, Samnites, Umbros, Campanos, Lucanos, Neapolitanos, & hujuſmodi. Socii Latini nominis, qui extra Latium fœdus Latinum, id eſt æquum ac Latini, cum Romanis habebant: unde etiam Coloniæ Latinæ. Latini, qui erant ex Latio. Igitur Italici, ſociique genus ſupremum: ſocii Latini nominis genus inferius: Latini infima ſpecies. Quamquam autem unius fœderis omnes dicere liceat; non facile concedo, cum inter ipſos Latinos pro varietate meritorum varias in variis populis conſtet quandoque fuiſſe fœderis conditiones. Ex diligenti hiſtoriarum contemplatione, plana, niſi fallor, hæc mihi videtur diſtinctio.

Latii tempora reſpexerunt, ego antiquiora conſidero: illi Romana jam pace florentis, ego bellum gerentis rationem habeo; eos igitur ſi quis audiat, facile ſentiat, Latio comprehenſos, ac Latinos fuiſſe, Volſcos, Æquos, Rutulos, Hernicos, Oſcos, & Auſones; ſiquidem & ea in Latio oppida perſequuntur, quæ Volſcorum quondam, Æquorum, Hernicorum, & aliorum fuerunt; & eis Latinos finibus includunt, quibus, ſpoliato jam, non armato Latio, ſeptos eos conſtat fuiſſe; ſic enim illi, & quidem, ut mea fert opinio, non peſſime diſputant: Latium duplex fuiſſe, antiquum & novum; antiquum à Tiberi Circejos, novum à Circejis producunt ad amnem Lirim. Quorum ſi intimum excutere ſenſum potui, profecto Latium vetus his eſt finibus circumſcriptum, ab occaſu fere Tiberi, & Etruſcis; à Septentrione Aniene, & Sabinis; Uſente fluvio cum Volſcis ab Oriente; Tyrrheno pelago à Meridie; nam utrinque ad Occidentem objectus eſt Tiberis, ad Septentrionem Anio cum Sabinis, & Marſis, ad Ortum Samnites, & Campani, ad Meridiem mare. Quod ſi quis, qui utrumque inſederint Latium populi, fortaſſe roget; nihil eſt, quod tam facile expedite poſſe videamur; cui enim obſcurum eſt, vetus Latium Albanos, Rutulos, Volſcos, & Æquos; novum Oſcos, Auſones, & Hernicos à ſolitudine vindicaſſe?

Agamus igitur de utroque, ſed prius de priore. Primis temporibus anguſtiſſima fuit appellatio Latinorum; non enim ſolum Hernici, ceterique, qui in novo erant Latio, Latini nominis expertes fuerunt, ſed ne omnes quidem, qui Latium vetus incoluerunt, Latini ſunt vocati: quandoquidem neque Volſci, neque Æqui Latinorum in numero habiti. Ac Volſci quidem fere mare verſus, citra, & ultra Uſentem oppida tenuerunt Antium, Circejos, Anxur, ſive Tarracinam, Ecetram, Velitras, Sueſſam Pometiam, Longulam, Poluſcam, Coriolos, Cenonem, Signiam, Artenam, Satricum, Fabrateriam, Privernum, Fregellas, Arpinum, & Soram. Æqui vero mediterranea ſupra Volſcos tenentes ad Anienem, Algidum, Corbionem, Lavicos, Volas, & Vitelliam poſſederunt. Quibus adjuncti erant Æquicolæ, quos Diodorus libro XIV. eoſdem eſſe cum Æquis, atque eorum caput Volas fuiſſe, memoriæ prodidit. Plinius autem, qui aliquanto, quam Diodorus, minor natu fuit, inter Æquicolas Cliterninos refert, & Carſeolanos. Nam Livius, ut poſt apparebit, utriuſque populi meminit. Quibus ex rebus ſatis aperte cognoſci poteſt, reliquos fere antiqui Latii habitatores ſolos tum Latinorum nomine inſignitos, Medullinos, Tellenios, Ficanenſes, Ficulnenſes, Politorianos, Corniculanos, Camerinos, Tolerinos, Querquetulanos, Bolanos, Scaptienſes, Bubetanos, Gabinos, Bovillanos, Carventanos, atque his fama, & rerum geſtarum gloria illuſtriores Tiburtes, Prænestinos, Tuſculanos, Albanos, Aricinos, Lanuvinos, Laurentes, Ardeates, Setinos, Coranos, Pedanos, Norbanos, & ceteros ejuſdem generis alios. Volſci autem, & Æqui, quanquam veteris Latii finibus ſepti, tamen in Latinis illis temporibus non ſunt numerati; cujus rei facilis eſt, & expedita ratio; neque enim aut commune Latinorum concilium inierunt, aut ad Latinas ferias vocari ſe cum ceteris Latinis, paucis quibuſdam exceptis, permiſerunt; quod aperte in Græca Dionyſii hiſtoria ſcriptum reperitur.

Concilium autem, de quo dixi, Latinorum tale fuit, quale in Græcia Amphyctionum; ſic enim ab initio erat traditum, ut omnes Latini nominis rerum communium cauſſa ad lucum Ferentinæ, qui erat ſub monte Albano, coirent, ibique de ſumma Republica conſultarent, ac duobus prætoribus rem univerſam Latinorum committerent; hoc oſtendit Dionyſius in Anco, cum ait, Latinorum civitates ſeparatim reſponſum nullum Anci regis legatis reddidiſſe, ſed, convocato ad lucum Ferentinæ concilio, communi conſenſu decreviſſe, non eſſe imperio cedendum Romanis, ac protinus prætores duos pacis, bellique arbitros legiſſe, Ancum Publicium ex Cora, & Sp. Vecilium ex Lavinio. Confirmat Livius libro octavo, cum inquit: „ Prætores duos bello Latino ſecundo Latinos habuiſſe, L. Annium Setinum, „ L. Numicium Circejenſem, ambos ex coloniis Romanis, per quos etiam Volſci ad „ arma ſint exciti.

Feriarum autem Latinarum recentior aliquanto fuit memoria, quippe quæ à Superbo rege ſint inſtitutæ. Harum ea fuit cauſſa, ut, quemadmodum Latini rerum publicarum cauſſa ad lucum Ferentinæ convenirent, ſic ſacrorum gratia in montem Albanum cogerentur. Fuit autem locus, ut proditum eſt à Dionyſio, in monte Albano, in quem populus Roman. & Latini fœderati XLVII., (tot enim ille profitetur) convocabantur, ut Jovi Latiali communi conſeſſo ſacrificium facerent; eumque eorum alii agnos, alii caſeum, alii lac, alii alia domo attuliſſent, tauro immolato, ſuam quiſque carnis partem acciperent. Hoc ſolemne Latiar etiam appellatum ad extrema uſque Reipublicæ tempora eſt conſervatum; neque enim ante Conſules exire paludati in provincias conſueverant, quam ferias Latinas indixiſſent, atque iis in monte Albano cum Latinarum civitatum magiſtratibus operam dediſſent. Quem ritum, quanquam ſatis ſuperiore Dionyſii auctoritate notum, placet nobilibus præterea aliquot etiam è Livio, Tullioque teſtimoniis illuſtrare. Hinc enim eſt, quod ſcripſit Livius libro XXXII., *Latinas ferias inſtauratas, quod legati ab Ardea queſti in Senatu eſſent, ſibi in monte Albano Latinis carnem, ut aſſolet, datam non eſſe*; & libro XXXVII. *Latinas inſtauratas, quod Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non erat*; & libro XLI. *Latinas fuiſſe ante diem III. Non. Maji, in quibus, quia in una hoſtia magiſtratus Lanuvinus precatus non erat, populi Rom. Quiritium religioni fuiſſe; inſtauratiſque Latinis, placuiſſe, Lanuvinos, quorum opera inſtaurarentur, hoſtias præbere: Q. Petillium Conſulem Latinas in ante diem III. idus Sextiles edixiſſe*; hinc eſt, quod Cicero dixit in Planciana, *è Lavicano, Bovillano, & Gabino municipio vix qui carnem Latinis peterent, ſua ætate inventos eſſe*; & cum Attico jocans, *aviam ejus mortuam, quod verita eſſet, ne Latinæ in officio non manerent, & in montem Albanum hoſtias non adducerent*. Atque his feriis unum diem dicavit Superbus; exactis autem regibus alter additus eſt; poſt fœdus cum Latinis à Sp. Caſſio Conſule ictum, tertius; anno demum urbis trecenteſimo nonageſimo ſexto compoſita, quæ diu civitatem tur-

Digitized by Google

turbaverat, de plebeio conſulatu ſeditione, quartus; id quod apud Dionyſium, Livium, & Plutarchum in Camillo ſcriptum reperio.

Ergo, ut eò mea revertat, unde diſceſſit, oratio, primis temporibus, dum integræ Volſcorum, Æquorumque opes fuerunt, Latini cum dicebantur, ceteri omnes ex vetere Latio, his duobus populis exceptis, intelligebantur, quod ſe communibus his aliorum Latinorum conſiliis non committerent; quo fiebat, ut ſeorſum à Latinis, quaſi ex eorum corpore non eſſent, vulgo nominarentur; ſi quidem Sex. Tarquinius, Superbi filius, inter Gabinos ait apud Livium, ſe, niſi ab Gabinis recipiatur, *pererraturum omne Latium, Volſcoſque inde, & Æquos, & Hernicos petiturum*; & alio loco ſcriptum eſt apud eundem; *Latinos, Hernicis aſſumptis, Volſcos, & Æquos in agro Latino caſtra ponentes, ſine Romano duce fudiſſe*; & alibi Numicius Circejenſis, prætor Latinorum, *ſe ex Latinis, & Volſcis populis juventute propere excita, rediturum infeſto exercitu Capuam eſſe*, profeſſus eſt. Ut omittam, quod idem ipſe inter ſocios populi Rom. Latium omne cum Sabinis, Volſcis, Æquis, Hernicis, quorum auxiliis Alexandro Magno, ſi in Italiam irrupiſſet, reſiſtere potuiſſent, numeravit. Nam quid Ciceronem laudem auctorem, qui pro Balbo dixit, ex Latio multos, ut Tuſculanos, & Lanuvinos, & ex ceteris generibus gentes univerſas in civitatem eſſe receptas, ut Sabinorum, Volſcorum, & Hernicorum? Neque vero ſolum Æqui, Volſcique ſeparatim à Latinis ſunt appellati, ſed privato etiam nomine, univerſo quieſcente Latio, plerunque in armis fuerunt; id quod poſtea cum res illorum tractabo, perſpicue demonſtrabo; nunc de iis, qui proprie Latini & dicti & habiti ſunt, diſputandum.

Horum fœdera multa cum populo Rom. eaque alia aliis meliora fuiſſe, comperio; ſed antiquiſſimum omnium fuit Albanum; ſiquidem magna fuit populo Rom. jam inde à primordio urbis cum populo Albano neceſſitudo, non ſolum voluntatum, & ſanguinis, ſed fœderum quoque & ſocietatis vinculo colligata; quod, ut ſcribit Strabo, ambo Latini eſſent, & eodem ambo ſermonis genere uterentur, & cum proprium uterque regem haberet, connubia tamen, & ſacra, & cetera jura civilia communia uſurparent. Primum cum iis fœdus à Romulo rege ictum eſt, quo eſt cautum, ne bellum inter ſe gererent: alioquin quæ bellum intuliſſe civitas diceretur, ea judicium alterius, & multam ſubiret. (7) Secundum à Tullo Hoſtilio, nobili illa per Tergeminos Horatios parta victoria: „Ea lege, ut juventutem in armis Albani „haberent: uſurum ſe regem ea, cum res „poſtularet; cum autem idem, anno poſt Albæ excidium quinto decimo, legatis ad triginta urbes, quæ in Albanorum ditione fuerant, circummiſſis, petiiſſet, ut, quo modo Albanis, item ſibi, à quo Albanorum fractæ opes eſſent, dicto audientes eſſent; idque illæ ſe facturas abnuerent; bellum utrinque ſuſceptum eſt, prætoribus in communi Latinorum concilio creatis Anco Publicio Corano, & Sp. Vecilio Lavinio. Eo vero bello in quintum annum mutuis potius agrorum populationibus, quam juſtis prœliis extracto, fœdus tertium eſt percuſſum. (8) Poſt autem cum Tulli morte Latini ſublatis animis agrum Romanum populabundi iniiſſent, ab Anco rege, bello ad ſingulas urbes circumlato, ad pacem petendam, & fœdus renovandum ſunt compulſi. Quo mortuo, Apiolani, & ceteri Latini ſoluta eſſe morte ejus fœdera rati, cum in fines Romanos excurſiones feciſſent, multo majore conatu à L. Tarquinio Priſco rege bello domiti pacis conditiones acceperunt: „Ut agros ac leges ſuas haberent, ac ſocii „populi Rom. dicerentur illi quidem, ſed „ad regis tamen Romani mandata præſto „eſſent; ab eo omne nomen Latinum domitum, Corniculum, Ficulneam veterem, Cameriam, Ameriolam, Medulliam, Cruſtumeriam, Nomentum de priſcis Latinis, aut qui ad Latinos defecerant, oppida capta, prodit Livius. Hoc autem fœdus poſt à Superbo rege; cum principatum Latinorum ſibi callide aſciviſſet, renovatum eſt, Latinis etiam feriis, quas Romanus, Latinoſque populus communiter in monte Albano celebraret, ut ſupra diximus, inſtitutis. Atque hæc quidem omnia Dionyſius; neque vero multo aliter Livius; quanquam ipſe ut brevius, ſic obſcurius in hujus antiquitatis pertractatione verſatur. Horum autem fœderum meminit fere apud eum inter Latinos Rex Superbus: „Poſſe ſe „quidem, *inquit*, vetuſto jure cum illis agere, quod, cum omnes Latini ab Alba „oriundi ſint, in eo fœdere teneantur, quo „ab Tullo res omnis Albana cum coloniis „ſuis in Romanum ceſſerit imperium: ceterum ſe utilitatis id magis omnium cauſſa „cenſere, ut renovetur id fœdus, ſecundaque potius fortuna populi Rom. ut participes Latini fruantur, quam urbium excidia, vaſtationeſque agrorum, quas Anco „prius, patre deinde ſuo regnante perpeſſi „ſint, ſemper aut expectent, aut patiantur. Haud difficulter perſuaſum Latinis, pergit Livius: „quanquam in eo fœdere ſuperior „Romana res erat; ita renovatum fœdus, „indictumque junioribus Latinorum, ut ex „fœdere die certa ad lucum Ferentinæ armati frequentes adeſſent. Cum hoc igitur ſocietatis jure Latini cum populo Rom. eſſent juncti, quid eſt, cur miremur in primo fœdere, quod, expulſo rege Superbo, ac vindicata in libertatem Republica Bruto, & Collatino conſulibus, cum Pœnis ictum eſt, Romanos Latinis ſociis, qui maritimam oram accolerent, Ardeatibus, Antiatibus, Laurentibus,

(7) Hujuſmodi pactio an eſſet inter Albanos, atque Romanos, vel potius communis obſervantia illius juris, quod ab Æquicolis antiquo, ut refert Livius lib. 1., Italiæ genti inventum fuerat, judicare non auſim. Ejus eſt autem naturæ: nam niſi res repetitæ darentur, læſus populus de jure ſuo ſe conſulebat, & inde bellum gerebat.

(8) De hoc bello nihil Livius. At narrat Dionyſius, quod ſcilicet ex mutuis tantum incurſionibus per quinque annos conſtitiſſet; propterea cum nullum malum, quod bella ſecum afferre ſolent, alterutris accidiſſet, facile Romanorum animi non exaſperati ad pacem inclinarint. Nihil ergo conjici de conditionibus ejus. Solemne autem fœdus fuiſſe neceſſe eſt, quod Latini illud ruptum ſublatumque dicebant Anco regnante per mortem Tulli, cum quo illud inierant, cujus quoque fœderis cum Tullo icti meminit Livius in hiſtoria belli Latini ab Anco ſuſcepti: *Latini, inquit, cum quibus Tullo regnante ictum fœdus erat, ſuſtulerant animos.*

tibus, Tarracinenſibus, quod ſcriptum eſt A
apud Polybium, proſpexiſſe? Poſt hæc autem
A. Poſtumio, T. Virginio conſulibus anno
poſt reges exactos XIV. poſt urbem conditam
CCLVII. Latinos Octavo Mamilio Tuſculano,
Superbi regis genero, rebellaſſe comperimus.
Fuerunt autem Ardeates, Aricini, Bolaoi,
Bubentani, Corani, Carventani, Gabini, Laurentes,
Pedani, Querquetulani, Satricani,
Scaptienſes, Setini, Tiburtini, Tuſculani,
Tolerini, Tellenii, Veliterni, Lanuvini, Lavicani,
Nomentani, Norbani, & Prænestini;
quibuſcum ali A. Poſtumio Dictatore ad lacum
Regillum in agro Tuſculano debellatum,
ac triennio poſt fœdus percuſſum invenio, Sp.
Caſſio iterum, & Poſtumo Cominio iterum B
conſulibus. Quo de fœdere hæc Dionyſius:
„ Eodem tempore ictum fœdus cum omnibus
„ Latinis civitatibus, de ſocietate, atque
„ amicitia maxime, quod in ſeceſſione plebis
„ nihil moverant, eamque tandem in urbem
„ receſſiſſe gratulabantur, bellumque adver
„ ſus deficientes civitates una ſuſcepturæ vi
„ debantur; verba autem fœderis hæc fuerunt:
„ Inter Romanos, & Latinorum civi
„ tates omnes æterna pax eſto: neque ipſæ
„ inter ſe bellanto, neque aliunde hoſtes in.
„ ducunto, neque hoſtibus tutos tranſitus
„ præbento, ſed bello oppreſſis opem omni.
„ bus viribus ferunto: ſpoliorum, ac prædæ
„ partem æqualem habento: privatarum li- C
„ tium judicia illi, quibus mandata cognitio
„ fuerit, intra decem dies peragunto: his
„ legibus nihil addi, demive poſſit, niſi ſi
„ Romanis, Latinisque ita placuerit. Meminit
hujus quoque fœderis Livius libro ſecundo;
meminit & in Corneliana Cicero; quin
etiam profert ex fœdere Latino Feſtus hæc
verba: „ Pecuniam, qui nancitor, habeto,
„ &, ſi quid pignoris nanciſcitur, ſibi habeto
Quæ cauſa fecit, ut Livius, poſt aliquot annos
Torquatum Conſulem ita ad Latinos loquentem
fecerit: „ Hæccine fœdera Tullus
„ Romanus Rex cum Albanis patribus ve-
„ ſtris Latini, hæc L. Tarquinius vobiſcum
„ fœdera poſtea fecit? non venit in mentem D
„ pugna ad lacum Regillum? adeo & cla.
„ dium veſtrarum, & beneficiorum noſtro.
„ rum erga vos obliti eſtis? Atque hi quidem
populi, niſi ſi qui privato forte nomine,
ac privatis opibus interea bellum intuliſſent,
ut Prænestini, Tuſculani, & Tiburtes ſæpe
fecerunt, in amicitia populi Rom. manſerunt
uſque ad annum CCCLXIV. quo anno perculſam
civitatem ſcribit Livius defectione
Latioorum, Hernicorumque, qui poſt pugnam
ad lacum Regillum factam per annos
prope centum nunquam ambigua fide in amicitia
populi Rom fuerant. Cum ergo Latini
deſciviſſent, ac milites ex formula per aliquot
inde annos negaſſent, tum anno demum E
CCCXCV., C. Fabio, C. Plautio Coſs. in
amicitiam redierunt; ſic enim poſt ſcriptum
invenio apud eundem: „ Inter multos terro-
„ res ſolatio fuiſſe pacem petentibus Latinis
„ datam, & magnam vim militum ab iis ex
„ fœdere vetuſto, quod multis intermiſerant
„ annis, acceptam. Neque vero hæc diu culta
fides eſt. Nam, eodem teſte Livio, anno
CDIV. „ concilia Latinorum ad lucum Fe.
„ rentinæ habita; reſponſumque haud ambi-
„ guum imperantibus milites Romanis, da-
„ tum, abſiſterent imperare iis, quorum au
„ xilio egerent. Latinos pro ſua libertate po- A
„ tius, quam pro alieno imperio laturos
„ arma. Itaque anno ipſo CDXIII., cum eo
ſuperbiæ addocti eſſent, ut alterum è Latio
Romæ Conſulem fieri, Romam à conſulibus
prætores eorum evocati reſpondiſſent, bellum
Rom. adverſus ſe concitarunt; quo ad Veſerim
in Campania victi ſunt, T. Torquato, &
P. Decio, qui ſe in acie devovit, conſulibus.
Adeo vero eorum opes acciſæ ſunt, ut, quod
ſcriptum reliquit Livius „ Torquato Con-
„ ſuli victorem exercitum ad populandos
„ agros eorum ducenti dederent ſe omnes
„ Latini. Latium agro mulctatum: extra pœ-
„ nam fuere Laurentes, quia non deſcive-
„ rant; cum iis renovari fœdus juſſum; re- B
„ novaturque quotannis poſt diem decimum
„ Latinarum; deinceps Latinos, ob iram
agri amiſſi rebellantes, fuſos, atque in deditionem
acceptos à Q. Publilio Philone Conſule,
inde Aricinos, Lavinios, Veliternos,
cum in armis eſſent, à C. Mænio, Pedanos
& Tiburtes à L. Camillo, idem auctor eſt.
„ Placuit deinde, *inquit*, majore conatu à
„ Pedi expugnatione ad perdomandum La-
„ tium victorem circumducere exercitum;
„ nec quievere Conſules, antequam expu-
„ gnando, aut in deditionem accipiendo ſin-
„ gulas urbes Latium omne ſubegere. Ca-
„ millo autem in Senatu de populis Latinis
„ referenti reſponſum, cum aliorum alia
„ cauſſa eſſet, ita expediri poſſe conſilium, C
„ ut pro merito cujuſque ſtatueretur, ſi de
„ ſingulis nominatim referrent; relatum igi-
„ tur de ſingulis, decretumque; Lanuvinis
„ civitas data. Aricini, Nomentanique, &
„ Pedani eodem jure, quo Lanuvini in civi-
„ tatem accepti. Tuſculanis ſervata civitas,
„ quam habebant. Velitris, quia ſæpius de-
„ fecerant, Senatus abductus, in agrum Se-
„ natorum coloni miſſi. Antium nova colo-
„ nia deducta; mare interdictum Antiati po-
„ pulo, & civitas data; (hæ duæ enim Vol-
„ ſcorum civitates huic bello interfuerunt;)
„ Tiburtes, Prænestinique agro mulctati; ce-
„ teris populis Latinis commercia, & con-
„ cilia inter ſe ademerunt. Atque hoc tem- D
pore Latini ad lucum Ferentinæ rerum communium
cauſſa convocari deſierunt, quod ex
Cincianis commentariis perſpici poteſt, unde
hæc haoſit Feſtus: „ Prætor, *inquit*, ad por-
„ tam nunc ſalutatur is, qui in provinciam
„ proprætore, aut proconſule exit; cujus rei
„ morem ait fuiſſe Cincius in libro de con-
„ ſulum poteſtate talem. Albanos rerum po-
„ titos uſque ad Tullum regem. Albâ deinde
„ dirutâ uſque ad P. Decium Murem Conſu-
„ lem populos Latinos ad caput Ferentinæ,
„ quod eſt ſub monte Albano, conſulere ſo-
„ litos, & imperium communi conſilio ad-
„ miniſtrare. Itaque quo anno Romanos im-
„ peratores ad exercitum mittere oporteret, E
„ juſſu nominis Latini complures noſtros in
„ Capitolio à ſole oriente auſpiciis operam
„ dare ſolitos; ubi aves addixiſſent, militem
„ illum, qui à communi Latio miſſus eſſet,
„ illum, quem aves addixerant, prætorem
„ ſalutare ſolitum, qui eam provinciam ob-
„ tineret prætoris nomine. Atque hæc quidem
de pace reddita Latinis, deque præmiis.
& mulcta eorum invenimus. Quam quidem
pacem ab iis poſt in perpetuum ſanctiſſime
cuſtoditam, nullis unquam adverſus populum
Romanum, publico præſertim nomine, captis
armis, animadverto. Quod cum ita ſit, ſane

dubitari non poteſt, quin aut hoc tempore, aut non ita multo poſt, vetuſtum fœdus ſecum à Caſſio Conſule ictum recuperarint. Etenim Cicero, qoi trecentos poſt annos floruit, Latinos fœderatos in Balbi defenſione appellat *eo fœdere, quod cum Latinis omnibus Sp. Caſſio, Poſtumo Cominio conſulibus ictum eſt*.

CAP. IV.

De jure Latii.

EX fœdere autem, quod cum Latinis eſt percuſſum, jus illud emanavit, quod eſt jus Latii, vel Latinitas appellatum; quod ſupra dixi jure quidem civium Romanorum eſſe deterius, Italico vero aliquanto commodius. Hujus, ut etiam illius, multas partes fuiſſe, neminem puto fore, qui non intelligat, ſi in veterem memoriam paulo diligentius oculos quaſi mentis intendat; quæ autem hæ fuerint, nobis etiam, atque etiam quærendum exiſtimo. Quæremus autem iiſdem veſtigiis jus Latinorum, quibus alio libro jus civium Romanorum inveſtigavimus. Ita quoniam jura ea in duo genera digeſſimus, quorum unum privatam rationem attigiſſe diximus, alterum publicam, eandem in hac diſputatione diſtributionem tuebimur. Sic igitur ſtatuo, Latinos privato jure longe alio uſos eſſe, quam cives Romanos; ne longius argumenta petam, hoc unum ſatis valeat, quod jus Latii juri Quiritium opponeretur, adeo ut, qui Latinitate donati eſſent, iidem, ſi meliore in cauſſa ponendi eſſent, jure Quiritium augerentur. Jus autem Quiritium cauſſam privatam, ut dixi, complexum eſt, libertatis, gentilitatis, facrorum, connubiorum, patriæ poteſtatis, legitimi dominii, teſtamentorum, & tutelarum; cum enim hæc omnia jure civili eſſent conſtituta, jus autem civile Quiritium eſſet, non Latinorum: profecto Latini nulla hujus parte ſunt uſi: niſi ſi quidam ex iis populis fundi eſſent facti; quid eſt autem fundus quidquam aliud, quam auctor? quod oſtendit Plautus in Trinummo: apud quem ita eſt:

Nunc mihi is propere conveniendus eſt, ut quæ cum ejus
Filio egi, ei rei fundus pater ſit potior eo.

Cui opinioni convenienter Feſtus etiam prodidit, fundum dici populum rei, quam alienat, hoc eſt, auctorem. Ex quo translate populos fundos appellatos eſſe intelligere poſſumus, qui ipſi auctores eſſent, ut jure civili Romano ſe obſtringerent; quo modo accepit accuſator Cornelii Balbi, quod indicat Cicero, cum in defenſione ejus ait: *Negat ex fœderato populo, quenquam potuiſſe, niſi is populus fundus factus eſſet, in hanc civitatem venire*. Item: *Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, ſi tum ſit fundus, cum ſcita, ac juſſa noſtra ſua ſententia comprobat, quam cum hoſpitium fecit*. Quanquam Cicero ipſe, qui ei reſpondit, aptius ad cauſſæ victoriam, quam ad veritatis rationem locutus, populum ita fieri fundum dixit, *ſi cum juſſiſſet populus Romanus aliquid, ſi id aſciviſſent ſocii populi, ac Latini, & ſi ea lex*, inquit, *quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tanquam in fundo reſediſſet, ut tum lege eadem populus is teneretur; non ut de noſtro jure aliquid minueretur, ſed ut illi populi aut jure eo, quod à nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo, & beneficio uterentur*; *tulit*, inquit, *apud majores noſtros legem C. Furius de teſtamentis, tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus; innumerabiles aliæ leges de jure civili ſunt latæ; quas Latini voluerunt, aſciverunt*. Ex quibus verbis patet, omnino Romanos Latinis jus civile ſuum non communicaſſe, ſed eos tamen uti legibus aliquot eſſe paſſos, & partem juris Quiritium ſæpe conceſſiſſe, eoſque populos fundos appellaſſe. Ex quo ſcitum eſt illud apud Gellium libro XVI., *municipes nulla populi Rom. lege aſtrictos eſſe, cum nunquam populus Romanus eorum fundus factus eſſet*. (9) Ergo quoniam aliud erat, ut dixi, jus Quiritium, aliud jus Latii; atque illud proprium civium Rom. hoc Latoorum: alio jure privato Latini uſi ſunt, alio cives Romani. Neque vero, ſi jura privata libertatis Romanæ, gentilitatis, faerorem, ceterarumque rerum, quas alio volumine perſecuti ſumus, memoria retinentur, hic locus ullam habere dubitationem poterit; non enim ſi per leges Romanas civis Romanus neque à privato verberari, neque à magiſtratu cædi potuit, propterea etiam Latinus non potuit: nec ſi quid juris pa-

(9) Majore mihi videtur hæc res explicatione indigere: atque neceſſe demonſtrare Ciceronem eum veriſſime rei doctrinæ de populis fundis locutum. Dicit author jus Quiritium cum Latinis commune non fuiſſe, niſi, ſi qui ex iis populis fundi facti fuiſſent. Explicandum eſt igitur quomodo jus Quiritium ad illos populos communicaretur, iique fundi dicerentur. Id explicat plane Cicero, cum dicit fundos hac in re fieri populos, non tantum Latinos, ſocios, & fœderatos, verum etiam omnes liberos. Idque contingere, cum aliquam legem Romanam, & fingamus quamcumque alienam legem, quiſpiam populus pro jure, arbitrioque ſuo à ſe ſervandam adſciſcit. Tum enim cum ea lex in illis populis, tanquam in fundis reſederit, eum populum tenere, veluti eorum proprium jus civile. Nemo enim prohibetur, cui jus ſit legem condendarum, qualeſcumque leges, ſive à ſe inventas conſtituere, ſive alibi latas, obſervatuve ad ſe trahere. Quod fecit quoque Roma, quæ Græcas leges adſcivit. Propterea Latinis nullius Romanarum legum uſus, niſi quis populus in ſuum quoque uſum eas leges Roma adſciviſſet. Quare autem fundi in ea re dicerentur? Quia ſicuti ex mera authoritate populorum leges in ipſis, tanquam in fundis reſidebant, ita dicebantur fundi fieri, qui proprio jure, arbitrio, authoritate alienas leges adſciſcebant. Hinc fundum quem, ideſt authorem apud Plautum, & Feſtum. Item apud Gellium lib. 19. cap. 8. *Sed hæc ego dixi, non ut hujus ſententiæ, legiſque fundus, ſubſcriptorve fierem*. Cum autem in cauſa L. Cornelii Balbi, objiceretur eum civitate donari non potuiſſe, niſi populus Gaditanus, utpote fœderatus fundus factus fuiſſet. Demonſtrat Cicero fundum quem fieri à propria authoritate pendere, ſed nihil fœdera cum fundis populis commune habere, quæ duorum populorum erant in imperandi ratione conventa, ut apud Ulp. in L. 1. & 5. D. de pact. Sed ut ſpecies hujus rei detur, afferam Cumanos, quibus Livio authore lib. 40. petentibus permiſſum eſt, ut publice Latine loquerentur, & præconibus Latine vendendi jus eſſet. Nihil quod Romanum eſſet, aliis populis permittebatur. Petentibus, ſi viſum fuiſſet, concedebatur. Idcirco aliæ gentes, ſi quid Romani imperabant, fundi in ea re petendo, imperandoque dicebantur. Idem ſervaverant cum Græcis Romani, ad quorum leges, mores, inſtitutaque petenda legatos mitti neceſſe fuit. Reor tamen Romanos liberos à Græcis Græce jura ſuis moribus accommodaſſe: Fœderatos Romanas leges, ut ſcriptæ fuiſſent quaſi in beneficium impetrare debuiſſe.

patricii, aut plebeji Romæ habuerunt, idem
etiam Latini uſurparunt; nam ſacrorum jura
quædam, & connubiorum, & patrum in libe-
ros, & legitimi dominii, & teſtamentorum,
& tutelarum propria civium Romanorum
fuiſſe ita, ut nullis aliis, niſi jure Quiritium
impertito, communicata ſint, ita ex eadem
diſputatione perſpicuum eſt, ut longiorem
orationem non deſideret. Quod autem jus,
aut quæ conſuetudo harum rerum obeunda-
rum apud Latinos fuerit, equidem vix inve-
niri, aut pro certo afferri poſſe crediderim.
Quod tamen de ſponſalibus eorum proditum
ſit, hoc loco opponere non gravabor. *Spon-
ſalia*, inquit Gellius, *in ea parte Italiæ, quæ
Latium appellatur, hoc more, atque hoc jure
ſolita fieri ſcripſit Ser. Sulpicius in libro, quem
ſcripſit de dotibus. Qui uxorem*, inquit, *ductu-
rus erat, ab eo, unde ducenda erat, ſtipulaba-
tur, eam in matrimonium ductum iri; qui da-
turus erat, itidem ſpondebat. Is contractus ſti-
pulationum ſponſionumque dicebatur ſponſalia.
Tum quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur;
qui ſpoponderat ducturum; ſponſus. Sed ſi poſt
eas ſtipulationes uxor non dabatur, aut non du-
cebatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, ju-
dices cognoſcebant, judex quamobrem data, ac-
ceptave non eſſet uxor, quærebat; ſi nihil juſtæ
cauſſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat, quan-
tique interfuerat, eam uxorem accipi, aut dari,
eum, qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat,
condemnabat. Hoc jus ſponſaliorum obſervatum
dicit ad id tempus, quo civitas univerſo Latio
lege Julia data eſt. Hæc eadem Neratius ſcrip-
ſit in libro, quem de nuptiis compoſuit.* Ex qui-
bus rebus intelligi poteſt, Latinos ante civi-
tatem Romanam acceptam alio jure ſponſa-
liorum eſſe uſos; poſtquam in civitatem ac-
cepti ſunt, jus in eo Quiritium eſſe ſecutos.

Age vero privatum jus fuit diverſum;
(10) quid publicum, cenſus, militiæ, tribu
torum, & vectigalium, ſuffragiorum, & ho
norum? ne omnino quidem idem habuerunt,
ſed tamen in eo ad civium Romanorum con-
ditionem propius acceſſerunt; cenſos autem
Romæ Latinos non invenio, niſi ſi qui aut
furtim (11) eo nomine civitatem Rom. aſſe-

A qui voluiſſent, aut jam municipes facti eſſent.
Municipibus autem & coloniis aliquot & Ro-
mæ, & in ſuis civitatibus cenſeri licuit: quod
poſt illuſtrius apparebit. Quod ſi hoc in mu-
nicipiis, & coloniis, quæ leges Romanas,
non ſuas habuerunt, eſt obſervatum, quanto
magis in fœderatis, & liberis civitatibus va-
luiſſe veriſimile eſt? Quæret aliquis: quid de
tributis? de his nihil habeo, quod affirmem:
non deeſt, quod opiner. Mihi vero videtur
prope ad veri ſimilitudinem accedere; ſi ci-
ves Rom. tributum contulerunt, ac vectiga-
lia penderunt, nec Latinos, qui deteriore
erant in cauſſa poſiti, ab his oneribus immunes
fuiſſe; præſertim vero cum ſcriptum inve-
B niam apud Livium libro nono: *Latinos, poſt-
quam ſtipendiarii facti ſint, ſcuta pro clypeis
uſurpaſſe*; & apud Appianum libro primo:
*Italos queſtos, ſe militando, & tributo conferen-
do feſſos eſſe*; & Dio adjiciat: *lege Metelli Ne-
potis vectigalia urbi, & Italiæ moleſta eſſe
ſublata*; in Ambracenſium autem fœdere, Li-
vio auctore, illud etiam poſitum fuerit, ut
*portoria, quæ vellent, caperent, dummodo eo-
rum cives Romani & Latini ſocii immunes
eſſent*. Militaſſe porro Latinos pro Romanis,
non eſt dubium; hoc enim & aliis ante fœ-
deribus, & maxime Caſſiano eſt proviſum,
ut Latini Romanorum arbitrio copias pede-
ſtres, & equeſtres darent, quarum opera ipſi
C in bello uterentur. Unde illud eſt Livii in
tertio, ut alios, quos ſupra commemoravi,
locos multos omittam: *Hernici, & Latini
juſſi milites dare ex fœdere: duæque partes ſo-
ciorum in exercitu, tertia civium fuit*; & illud
in ſexto: *Cum quæſitum ab Hernicis, & Lati-
nis eſſet, cur per eos annos militem ex inſtituto
non dediſſent, reſponſum datum, terrorem aſſi-
duum à Volſcis cauſſam attuliſſe*. Neque vero,
quanquam cum Romanis Latini militarunt,
propterea in legione, niſi fortaſſe municipes
facti, meruerunt, ſed in auxiliis; fuit enim
legio civium Romanorum, auxilia ſociorum.
Quocirca ſcripſit Vegetius probe libro ſe-
cundo, apud omnes ſe auctores inveniſſe,
D ſingulos Conſules adverſus hoſtes copioſiſſi-
mos non amplius, quam binas legiones addu-
xiſſe,

(10) Jura tamen tutelarum æqua ratione ac Roma-
ni, etiam in mulieribus viripotentibus ha-
buiſſe Latinos conſtat ex Livio lib. 4., qui
maximam Ardeatium contentionem, & di-
ſcordiam narrat inter illos Patres, & Ple-
bem propter connubium unius formoſiſſimæ
virginis, quod duo Juvenes, alter Patricius,
alter Plebejus appetebant, conſentiente ma-
tre Patricio, refidentibus tutoribus, qui ple-
beji ordinis erant: unde natum ſubitum il-
lud bellum Romanum cum Volſcis, qui à
Patriciis Ardeatibus contra Plebejos in auxi
lium vocati fuerant; victique Volſci, ſub ju-
gum miſſi, eique de eis triumphatum. Cer-
tum eſt autem Latinos, ut omnes Populos,
ſuo jure non ſecus atque Romanos habuiſſe:
atque inter ſe ſuo jure diſceptaſſe: ſacraque,
connubia, dominia, teſtamenta, tutelas, cen-
ſum, tributa, militiam, vectigalia, ſuffra-
gia, honores habuiſſe, quod vidit etiam Si-
gonius, nec quiſquam poteſt dubitare. Hæc
autem omnia ita apud ſe ſecundum ſuas for-
mulas valuiſſe, ac apud Romanos ſecundum
formulas Romanas. Quinimo apud Romanos
quoque de jure Latino diſputatum identidem
fuiſſe, cum ibi Prætor creatus fuiſſet, qui pe-
regrinis jus diceret, ut apud Pomponium in
L. 2. D. de orig. jur., & apud Liv., aliosque
Scriptores, ſed ſecundum ſuas leges: L. ut
gradatim 11. D de mun. & hon., L. ſemper
5. D. de jur. immun. Dominium autem quem-
E admodum apud eos eſſet innuere videtur Ju-
ſtinianus, qui abrogatis mancipii, & nexus
formulis ad jus, quod apud ceteras gentes
verſabatur, etiam dominium Romanum re-
vocavit, idest per traditionem ex juſta cauſa;
inſt. de rer. div. §. per traditionem. Liberos
in poteſtate eos habuiſſe non cenſeo, quod
proprium civium Romanorum fuiſſe aſſerunt
omnes Romani. Non nego tamen Latino-
rum, aliorumque Italicorum jura non ita
apta, ordinata, digeſtaque, ut Romana fuiſ-
ſe. Hinc plures petiiſſe a Romanis jura ſibi
dari, ut apud Liv. lib. 9. *Eo anno primum præ-
fecti Capuæ creari cœpti, legibus ab L. Furio
Prætore datis, cum utrumque ipſi pro remedio
ægris rebus diſcordia inteſtina petiiſſent.* Et pau-
lo poſt: *Poſtquam res Capuæ ſtabilitas Romana
diſciplina fama per ſocios vulgavit, Antiatibus
quoque, qui ſe ſine legibus certis, ſine magiſtra-
tibus agere querebantur, dati ab Senatu ad jura
ſtatuenda ipſius coloniæ patroni.* Item: *nec ar-
ma modo, ſed jura etiam Romana late polle-
bant*.

(11) Nego furtim per cenſum civitatem Romanam
quem aſſequi potuiſſe, qua de re diximus ſu-
pra de ant. jur. civ. Rom. lib. 1. cap. 14. Hic
autem revertimur ad jus Latinum ex fœde-
ribus cum Populo Romano. Siquidem quod
hucuſque in hoc capite diximus, de jure
Latino inter ipſos Latinos.

xiſſe, additis auxiliis ſociorum. Numerus tamen eorum nec ſemper idem, nec iiſdem ſemper civitatibus eſt imperatus, ſed aut pro rei magnitudine à Senatu decretus, aut arbitrio Conſulum, quibus id negotii datum erat à Senatu, eſt permiſſus. Quod docet Livius, cum libro vigeſimo primo ita ſcribit: *Sex in eum annum decretæ legiones, & ſociorum quantum conſulibus videretur; quatuor & viginti peditum Romanorum millia ſunt ſcripta, mille & octingenti equites; ſociorum quadraginta quatuor peditum, & quatuor equitum*. Item libro quadrageſimo primo: *Additum decreto, ut Conſules binas legiones ſcriberent, & trecentos equites, & dena millia peditum ſociis nominique Latino, & ſexcentos imperarent equites*; B & libro quadrageſimo tertio: *Quatuor legiones ſcribi juſſæ, quæ, ſi quo opus eſſet, educerentur; ſociis nominis Latini ſexdecim millia peditum, & mille equites imperati*. Ex quo intelligi poteſt, variaſſe ſæpe id, quod perpetuum fuiſſe ſignificare videtur Paterculus, cum ait: *queſtos eſſe Italicos, quod cum duplici peditum, equitumque numero fungerentur, civitatis tamen Romanæ expertes eſſent*. Eodem accedit Polybius, qui peditum numerum plerunque Rom. legionibus parem, equitum duplicem datum eſſe admonuit, cujus verba placet afferre, quia mirifice hunc locum, & hanc totam de ſociorum militia quæſtionem poſſunt illuſtrare. C Sic igitur ille libro ſexto, poſtquam de Romana legione locutus eſt, ſcribere de ſociorum auxiliis pergit: „ Eodem
„ tempore conſules præfectis civitatum ſo-
„ ciorum Italiæ oſtendunt, ex quibus velint
„ ad ſe auxilia mitti, numero, & die, &
„ loco, in quem convenire debeant, indicto;
„ civitates autem delectu ſimili Romano de-
„ lectui habito, & jurejurando ſimili dato,
„ mittunt, præfecto, & Tribuno ærario ad-
„ dito. Ubi vero ſocii convenerunt, diviſio-
„ nem eorum adhibent ii, qui à conſulibus
„ præpoſiti ſunt, qui præfecti nominantur,
„ numero duodecim. Hi primum ex omni-
„ bus aptiſſimum quemque ad bellicos uſus
„ equites, pediteſque conſulibus legunt, quos D
„ extraordinarios vocant; numerus autem
„ univerſus ſociorum, peditum quidem eſt
„ plerumque Romanis legionibus æqualis,
„ equitum vero duplex, ex his equitum ter-
„ tiam partem legunt in extraordinarios,
„ peditum vero quintam; reliquos autem in
„ duas dividunt partes, quarum alteram dex-
„ trum cornu appellant, alteram ſiniſtrum.

Hactenus Polybius. Quanto vero majora legionum commoda fuerint, quam auxiliorum, ſatis in iis libris oſtendimus, quos de jure civium Romanorum conſcripſimus. Habeo auctorem Plutarchum legem à M. Livio Druſo Tribuno plebis C. Gracchi collega ex auctoritate Senatus latam, ne quis Latinus in E caſtris cædi virgis poſſet; quam legem poſtea non obſervatam eſſe ab ſeveris imperatoribus, qui remoto virgarum metu exercitum in officio continere ſe vix poſſe videbant, ex eo adducor ad ſuſpicandum, quod de Italico præfecto quodam prodit in Jugurthino bello Salluſtius: „ Turpilius, quem præfectum
„ oppidi unum ex omnibus profugiſſe ſupra
„ oſtendimus, juſſus à Metello cauſſam di-
„ cere, poſtquam parum ſe purgat, condem-
„ natus, verberatuſque, capite pœnas ſol-
„ vit; nam is civis ex Latio erat. Sed de

Latinorum militia hactenus. (12)

Relinquuntur duo, quibus jus optimum maxime ſtabiliri ſolet, ſuffragia, & honores; quæ qualia Latini habuerint, deinceps videamus; nam ut, nulla habuiſſe eos, negari non poteſt; ſic non optima lege habuiſſe, aſſeri poteſt; B ſuffragiorum autem latione ea uſi ſunt, ut, quantum ex annalium veterum monumentis, & populi Rom. actionibus colligi poteſt, nec tribum certam, in qua ſuffragium ferrent, habuerint, nec niſi ad leges jubendas, & judicia facienda vocati ſint, nec intercedente vel Conſule, vel Tribuno plebis jus ullum ſuffragii ferendi habuerint, ſed ſæpe orbe, in quam ſuffragiorum cauſſa venerant, abire ſint juſſi; hoc autem Caſſiano etiam fœdere impetratum apparet; ſiquidem Caſſius ipſe Conſul tertium, is, quem fœdus cum Latinis percuſſiſſe ſupra diximus, apud Dionyſium in concione gloriatur, ſe in primo conſulatu Sabinos ſubegiſſe, C in ſecundo plebem in urbem reduxiſſe, Latinoſque Romanorum conſanguineos illos quidem, ſed gloriæ tamen eorum invidentes ad amicitiam adduxiſſe, atque æquo jure civitatis donaſſe, ut non amplius Romam adverſariam, ſed patriam appellarent. Civitatem tamen neque omnino cum ſuffragio, neque prorſus ſine ſuffragii latione datam, ſed ad arbitrium magiſtratuum, ex verbis, quæ addit Dionyſius, intelligitur, inquit enim:
„ Cum Caſſius Hernicos iiſdem fœderis con-
„ ditionibus, quibus Latinos, obſtrinxiſſet,
„ atque agrum Hernicis ademptum, plebi
„ Romanæ, Latinis, Hernicisque diviſurus
„ eſſet, eique rogationi intercederetur; La-
D „ tinos, & Hernicos, quam plurimos potuit,
„ ad ſuffragium ferendum acciverit; qui cum
„ frequentes veniſſent, urbem hoſpitum tur-
„ ba repleverunt, quod cum ad Virginium
„ collegam ejus delatum eſſet, per compita
„ edici juſſit, ut qui in urbe domicilium non
„ haberent, intra certam diem exirent. Caſ-
„ ſius autem contra edixit, ut, qui civitate
„ donati eſſent, donec lex accepta eſſet, ma-
„ nerent. Quibus ex verbis, quis eſt, qui

non intelligat, niſi Latini civitatem, ac jus ſuffragii habuiſſent, eos Sp Caſſium ad legem ſuffragiis ſuis jubendam advocaturum non fuiſſe, nec, ſi illi lege Caſſia optimum jus civitatis habuiſſent, ab ejus collega Virginio E urbe pelli ante inita ſuffragia potuiſſe, verum incertam ſuffragiorum rationem magiſtratuum arbitrio Latinis eſſe permiſſam? neque enim hoc ſemel factum eſt, ut Latini ante legem

Juliam

(12) Sed militiam Latinorum, & inde omnium Sociorum eumdem uſum, ac Romanam habuiſſe, docemur a Livio, qui de conventu Latinorum ad lucum Ferentinæ ex edicto Superbi hæc ſcribit: *Qui ubi ad edictum Romani Regis ex omnibus populis convenere; ne ducem ſuum, neve ſecretum imperium, propriave ſigna haberent, miſcuit manipulos ex Latinis, Romaniſque, ut ex binis ſingulos faceret, binoſque ex ſingulis: ita geminatis manipulis centuriones impoſuit*. Item lib. 8 de illo bello Latino: *Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecentis. Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur: qui ea tempeſtate hoſtes erant Romanis, eodem ordine inſtruxerant aciem. Nec vexilla cum vexillis tantum, univerſi haſtati cum haſtatis, principes cum principibus, ſed centurio quoque cum centurione, ſi ordines turbati non eſſent, concurrendum ſibi eſſe ſciebat*.

Juliam ad ſuffragia ſint acciti; ex hoc enim jure illud eſt, quod Livius ſcribit contigiſſe anno urbis DXLI. Ap. Claudio, Q. Fulvio Coſs. Italia bello Punico ſecundo flagrante, in judicio M. Poſtumii Pyrgenſis ad populum: *Teſtibus*, inquit, *datis Tribuni populum ſummoverunt, ſitellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent*. Neque vero, niſi jus ſuffragii aliquod habuiſſent, ſortitione tribuum opus fuiſſet, in quibus ſuffragium ferrent; nec, ſi tribum, ut jure optimo cives, obtinuiſſent, ubi ſuffragium dicerent, ſortiendum fuiſſet. Nam cum Conſulum arbitratu Latini, qui ſuffragiorum cauſſa venerant, alias aut in urbe retinerentur, aut exire juberentur, tum tamen eos credo ad ſuffragium ineundum maxime à conſulibus eſſe adhibitos, ut graviſſimis, ac periculoſiſſimis Punici belli temporibus, in magna totius Italiæ defectione Latinum nomen honoris ejus beneficio ſibi arctius devincirent. Qua de cauſſa eodem bello triennio ante Sp. Carvilius in Senatu etiam pro magna re ſe ſuadere dixerat, *ut ex ſingulis populis Latinorum binis Senatoribus, ſi patres cenſuiſſent, civitas daretur; ejusque res ut aliena mentio oppreſſa eſt*. Itaque idem poſt tranquillatis rebus Italiæ, in Tribonatu C Gracchi non eſt conceſſum; qui anno DCXXXI. multis legibus adverſa nobilitate promulgatis, cum Latinos ad eas ſuffragio ſuo jubendas in urbem advocaſſet, & C. Fannius Conſul ex S. C. eos exire ex urbe juſſiſſet, Gracchus iis manenſibus auxilio futurum profeſſus, incœpta tamen, cum à lictoribus conſularibus Latinos duci videret, teſte Plutarcho, deſtitit. Quare duodecimo poſt anno in rogatione Mamilia ferenda idem occulte dicitur eſſe tentatum. Sic enim ſcribit in Jugurthino Salluſtius: „ Interea Romæ C. Mamilius Limitanus Tribunus plebis rogationem ad populum promulgat, uti quæreretur in eos, „ quorum conſilio Jugurtha Senatus decreta „ neglexiſſet, quique ab eo in legationibus, „ aut imperiis pecunias accepiſſent, huic „ rogationi partim ſibi conſcii, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam „ aperte reſiſtere non poterant, occulte per „ amicos, & maxime per homines Latini „ nominis, ac focios Italicos impedimenta „ parabant. Hoc autem jus cum in Sextiana Cicero intueretur, dixit: „ nihil acerbius „ ſocios Latinos ferre ſolitos eſſe, quam id, „ quod perraro accidit, à Conſulibus juberi „ ex urbe exire. Habuerunt ergo ante legem Juliam, bellumque Italicum, ex fœdere Caſſiano jus ſuffragii Latini, aut certe ſpeciem quandam ſuffragiorum, cum id potius precarium eſſet magiſtratuum beneficium, quam optimum jus ſuffragiorum.

Extremum fuit jus magiſtratuum Romæ petendorum, & capiendorum, in quo tantum momenti eſt conſtitutum, ut hoc unum Latii jus appellatum ſit: quippe, quia qui hoc habebat, reliqua ſuperiora haberet omnia; ſunt ergo qui jus Latii fuiſſe ſcribant, ut petendi magiſtratus gratia civitatem Romanam adipiſcerentur; hic eſt autem eximius interpres Ciceronis Aſconius, qui in commentario Piſonianæ ſcriptum reliquit: *Cn. Pompejum Transpadanis colonis jus dediſſe Latii, ut poſſent habere jus, quod ceteræ Latinæ coloniæ, id eſt, ut petendi magiſtratus gratia civitatem Romanam adipiſcerentur*. Quid autem ſit, *petendi magiſtratus gratia civitatem Romanam adipiſci*, magnam merito habere poteſt quæſtionem; quid eſt enim? an ut cives Romani fierent tantummodo, ut Romæ honores peterent? non videtur; qui enim credibile eſt omnes Latinos jus petendorum Romæ magiſtratuum habuiſſe, qui ne ſuffragium quidem, niſi quo modo demonſtratum eſt, ferrent? eſt enim jus magiſtratos magnificentius multo quam ſuffragii; an ut qui jus Latii haberent, præter cetera civitatem etiam Rom. aſſequerentur, ubi apud Latinos magiſtratum petiſſent, vel potius geſſiſſent? equidem arbitror; id enim aperte tradit Appianus libro II. cum loquit: „ Novum-Comum Cæſar ad jus Latii „ redegit, apud quos qui annuum geſſiſſent „ magiſtratum, cives Romani fiebant; hanc „ enim vim habuit Latinitas. Marcellus au„ tem Conſul Novocomenſem quendam, & „ qui apud Novocomenſes magiſtratum geſ„ ſerat, ac Romæ ſe propterea pro cive ge„ rebat, in Cæſaris contumeliam virgis cædi „ juſſit, ut intelligeret, ſe civem Rom. non „ eſſe. Adjicit Strabo, magiſtratus hos ædilitatem & quæſturam fuiſſe; ſic enim & ipſe ſcribit libro quarto: „ Nemauſo in Gallia „ jus Latii datum, ut qui Nemauſi ædilita„ tem, & quæſturam adepti eſſent, ii cives „ Romani eſſent; eaque de cauſſa populus „ ille Romanis prætoribus non paruit. Quibus ex verbis cum illud perſpici non obſcure poteſt, quod jam diu quærimus, jus Latii fuiſſe, ut qui Latino in oppido, vel jure Latii donato ædilitatem, aut quæſturam geſſiſſet, civis Romanus eſſet, tum Latinos ipſos ne magiſtratuum quidem Romanorum edictis, ſed ſuorum prætorum obtemperaſſe. Tale autem jus poſt etiam Imperatorum temporibus uſurpatum, verba ea indicant, quæ ſunt in Panegyrico Pliniano ad Trajanum, divum Nervam iis, quibus per Latium civitas patuiſſet, indulſiſſe. Hoc vero jus Latini populi uſque ad annum DCLXII. uſurparunt, quo ex lege Julia civitas univerſo Latio eſt conceſſa, paucis quibuſdam oppidis exceptis, quibus civitatis, & ſuffragii jura ſingulari populi Romani benignitate ante fuerant permiſſa. Quod, opinor, Livius intellexit, cum libro XXVI. ſcripſit: „ jam inde à majori„ bus traditum morem Romanis colendi ſo„ cios, ex quibus alios in civitatem, atque „ æquum ſecum jus accepiſſent, alios in ea „ fortuna haberent, ut ſocii eſſe, quam cives, „ mallent.

CAP. V.

De fœdere, & jure Volſcorum, & Æquorum.

His expoſitis, quale fuerit jus Latii veteris, intellectum puto. Sequitur, ut de Volſcis, & Æquis diſſeramus, quos Latio quidem incluſos, in Latinis tamen, ut ſupra oſtendimus, antiqui non numerarunt. Hi vero vel potentiores vel ferociores ceteris, qui Latium incolerent, populis, diu Romani molem belli ſuſtinuerunt, ut eos merito dicat Florus pervicaciſſimos Latinorum, ac quotidianos prope hoſtes Romanorum fuiſſe. Quas

ipſi civitates in Latio habuerint, & quam regionem tenuerint, ſupra dictum eſt; nunc, quod rem magis continet, ut victi, deletique ſint, demonſtremus. Volſcos primus, ut placet Dionyſio, bello perſecutus eſt Ancus Rex, populationibus eorum, quibus Romanum agrum infeſtum reddebant, commotus; atque Velitris, eorum oppido, circumſeſſis, ad pacem petendam compulit. At Livius ſecus, qui Volſcis, & Æquis à Superbo Rege arma primum illata ſcribit, Volſcis quidem non diſſimulanter, Æquis autem ſubobſcurius; inquit enim: „ eum primum Volſcis bellum „ in ducentos amplius poſt ſuam ætatem an„nos moviſſe, Sueſſamque Pomeriam ex his „ vi cepiſſe: excepiſſe deinde cum lentius „ ſpe bellum, quo Gabios, propinquam ur„bem, adortus eſt; & paulo poſt: Gabiis „ receptis pacem cum Æquorum gente fe„ciſſe, ac Signiam, & Circejos in agrum „ Volſcorum colonias deduxiſſe. Cum autem quarto decimo poſt Reges exactos anno, bello Latino Volſci auxilia comparaſſent, quæ Latinis mitterent, placuit, ut ſequentes Conſules Ap. Claudius, & P. Servilius, anno urbis CCLVIII. adverſus eos exercitum ducerent. Volſci ſubita re perculſi primum obſides trecentos à Cora, & Pometia tradiderunt; deinde ad arma converſi, & prælio victi Pometiam oppidum amiſerunt. Ecetrani, Pometia capta, rebus ſuis timentes cum Senatum adiſſent, agri parte adempta pacem impetrarunt. Poſtero anno cum Æqui Volſcis adjuncti Latinum agrum populabundi iniſſent, caſtris relictis in valles deſiluere. Volſci, Velitris amiſſis, colonos Romanos acceperunt. Exarſit deinde vehementius bellum, adeo ut tria ab inſequenti Conſule Poſtumo Cominio Volſcorum oppida in poteſtatem ſint redacta. Longula, quò Antiates fuſos, fugatoſque compulerat, Polnica, & Corioli. Norbam in montem colonia, quæ arx in Pomptino eſſet, deducta. Quietos inde Volſcos, & pace Romana contentos triennio poſt C. Julio, P. Pinario Conſulibus, Tullus Attius Rex, & Coriolanus Romanus exul ad arma perpulerunt, atque Æquis aſſumptis Circejos inſequenti anno Romanam coloniam occuparunt. Ex quo tempore Volſci, Æquique continentia fere cum Romanis bella geſſere, quæ per Conſules quotannis, ſed nulla illuſtri re geſta, adminiſtrata; memorabile illud, Antium oppidum anno CCLXXXIV. ex Volſcis, à T. Quinctio Capitolino iterum Conſule capſum, Romanis colonis eſſe firmatum; anno autem poſt pacem Æquis ſub ea conditione datam, *ut legibus ſuis uterentur privatis ſtipendiis pro Romanis juſſi militarent*; quam pacem cum haud diu ſervaſſent, meritas ſtatim pœnas dederunt. Siquidem anno CCCXCV. cum duce Clœlio Graccho in Lanuvinum agrum, inde in Tuſculanum hoſtili populatione incurriſſent, plenique prædæ in Algido regionis ſuæ loco, ut inquit Dionyſius, caſtris locatis L. Minucium Conſulem, adverſus ſe profectum, cum exercitu obſiderent, à T. Quinctio Cincinnato Dictatore victi, & ſub jugum miſſi etiam Corbione oppido decedere ſunt juſſi; & cum Corbione præſidio interfecto Ortanam Lanuorum cepiſſent, à C. Horatio Conſule non ex Algido modo, ſed à Corbione, Ortanaque dejecti. Quietas inde res in Æquis Lavicani novi hoſtes turbarunt, quos cum veteribus hoſtibus conſilia jungere anno CCCXXXV. Romam eſt allatum. Et bi quoque, cum inſequentibus Conſulibus, Æquorum exercitu adjuncto, agrum Tuſculanum depopulati, caſtra in Algido poſuiſſent, acie ſuperati, non ſolum Lavicos oppidum amiſerunt, ſed colonos etiam Romanos receperunt; tertio poſt anno in Lavicanum excurſiones factæ, noviſque colonis bellum, Livio teſte, illatum; quam noxam cum Volani ſe conſenſu omnium Æquorum defenſuros ſperaſſent, deſerti ab iis & oppido, & finibus deturbati ſunt. Poſt quadriennium arx Carventana, quam illi occuparant, à Romanis recepta eſt; Verrugo, & Ferentinum ex Volſcis captum. Cumque tripartito ad depopulandos fines Volſcorum eſſet diſceſſum, Antium, Ecetras, Anxur, extremum hoc captum eſt, ac direptum, & biennio poſt Artena occupata. Æqui anno CCCLX. cum Vitelliam coloniam Romanam in agro ſuo expugnaſſent, à L. Lucretio Conſule pulſi. Ad extremum vero quadriennio interjecto M. Camillus Dictator tertium exercitu in Volſcos ducto, non procul ab Lanuvio (ad Mæcium is locus dicitur) caſtra oppugnare adortus, fuſos, cæſoſque eos perſecutus, cum omnem illorum agrum depopulatus eſſet, ad deditionem ſeptuageſimo demum anno, quod extat apud Livium libro ſexto, ſubegit. Inde victor ex Volſcis in Æquos tranſiit, & ipſos bellum molientes exercitu eorum ad Volas, quod oppidum recuperarunt, oppreſſo, non caſtra modo, ſed urbem etiam aggreſſus impetu primo cepit. Inclinatis ergo jam in Volſcis rebus anno CCCLXVIII. Antiates obſeſſi urbem, agroſque dediderunt. Latini à Volſcis deſerti Satricum urbem igne concremarunt, quæ anno CCCCVI. ab Antiatibus reſtituta, & colonia deducta, poſt biennium, cum eò Volſci compulſi eſſent, in ditionem Romanam pervenit. In Veliternos inde, & Antiates Volſcos, qui bello Latino interfuerant, animadverſum. Anno CDXXIII. legati ex Volſcis Fabraterni Romam venerunt, orantes, ut in fidem reciperentur; & cum jampridem Æquorum arma quieſcerent, anno CDXLIX. P. Sempronius Sophus Conſul ad ſingulas eorum rebellantium urbes bello circumferendo unum & quinquaginta oppida omnia expugnando cepit; quorum pleraque diruta, atque incenſa, nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum Livius, omnem Æquorum gentem in ditionem redactam Diodorus auctor eſt. Itaque poſtero anno Soram, atque Albam deductæ coloniæ. Albam in Æquos, Sora agri Volſci fuerat, ſed poſſederant Samnites. Æqui inde coloniam ægre paſſi, cum arma cepiſſent, à C. Junio Dictatore ſubacti. Interjecto autem triennio bellum ultimum, ſed parum memorabile adverſus rebellantes Æquos, cum præter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent, geſtum.

Atque hæc quidem bella ſunt, quibus Volſci tandem, Æquique in Latio ſunt perdomiti. Quos ut antiquis temporibus Latinorum & concilio, & jure excluſos invenio, ſic poſtea propter affinitatem in eadem jura eſſe aſcitos opinor. Neque enim ut ſingulorum Italicorum, ſic Volſcorum, Æquorumque nomen poſtea eſt celebratum; ex quo intelligi poteſt, omnes Volſcos, Æquoſque, aut

aut ſunditus à Romanis eſſe deletos, (13) aut, ſi qui tot bellis, cladibuſque ſuperfuerunt, ono Latinorum ut jure, ſic nomine eſſe devinctos. Cicero quidem, cum Balbum de civitate defenderet, dixit: *ex Latio Tuſculanos, & Lanuvinos, ex ceteris generibus univerſas gentes in civitatem eſſe receptas, ut Volſcorum, Sabinorum, & Hernicorum*.

CAP. VI.

De agro, fœdere, & jure Hernicorum.

PRoximi Latinis Hernici, ut dixi, fuerunt: quorum oppida Alatrium, Anagnia, Verulæ, Capitulum, Cernetum, Fruſino, & Ferentinum. Hos primus Superbus Rex ſocietate devinxit, ac Latinarum feriarum participes fecit; deinde C. Aquillio, T. Sicinio Coſs. anno urbis CCLXVII. quod contra fœdus agrum Romanum populati eſſent, bello petiti, à Sp. Caſſio tertium Conſule, cum pacem petiiſſent, fœderis conditiones eaſdem, quibus Latinos ille in ſecundo Conſulatu obſtrinxerat, magna cum populi Romani querimonia acceperunt; cujus fœderis ſummam fuiſſe ex Dionyſio diximus: *Ut ſocii populi Romani vocarentur, ut belli cauſſa auxilia mitterent, ut tertiam prædæ partem referrent, & jus ferendorum, ſi inter magiſtratus convenirent, Romæ ſuffragiorum haberent*. Quanquam autem eodem, quo Latini, fœdere erant devincti, non tamen è Latinorum tum corpore habebantur. Neque enim Livius ſeorſum Latinorum, Hernicorumque auxilia à Romanis accita, Hernicis, Latiniſque milites ex formula imperatos, Latinos, aſſumptis Hernicis, Volſcorum Æquorumque copias ſine duce Romano fudiſſe ſcripſiſſet; neque Dionyſius Latinos Romanorum cognatos, Hernicos alienigenas iis temporibus vocaſſet.

Servarunt ergo Hernici, Latinique pacem uſque ad annum CCCLXIII. quod oſtendit Livius, cum ſcribit: *eo anno Latinos, Hernicoſque deſciſſe, qui poſt pugnam ad lacum Regillum factam per annos prope centum nunquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant*; itaque anno CCCXCI. Hernicis poſt res nequidquam repetitas bellum indictum; L. Genucium Conſulem in hoſtes profectum, & inſidiis eorum circumventum interiiſſe. Poſtero autem anno Ferentinum eorum oppidum à C. Licinio Conſule vi captum, deinceps à M. Fabio Ambuſto, & C. Plautio Conſulibus pluribus præliis victos. Cum autem concilium omnium populorum habentibus Anagninis, præter Aletrinatem, Ferentinatemque, & Verulanum, omnes Hernici nominis cum populo Romano bellum ſuſcepiſſent, anno CCCCXLVII. à Q. Marcio Tremulo Conſule acie ſuperati ſunt, atque in deditionem accepti. Hernicorum tribus populis, quia maluerunt, quàm civitatem, ſuæ leges redditæ, connubiumque inter ipſos, quod aliquandiu ſoli Hernicorum habuerunt: *Anagninis, quique arma Romanis intulerant, civitas ſine ſuffragii latione data, concilia, connubiaque adempta, & magiſtratibus præter quam ſacrorum curatione interdictum*. Atque hoc quidem ſcriptum apud Livium invenio. Nam Diodorus Romanos Anagninis bellum intuliſſe, ac Fruſinone expugnato agrum reddidiſſe ait; quam hiſtoriam nec Livius præterit, qui poſt biennium Fruſinates tertia agri parte multatos narrat, quod Hernicos ab eis ſolicitatos eſſe, compertum eſſet. Et hos notem, ut Volſcos, Æquoſque ad Latinorum jura poſt adjunctos opinor. Neque enim Hernicorum ſeorſum à Latinis poſt in Italicis auxiliis commemorandis, aut in alia actione referenda mentio uſurpatur. Itaque anno DXXXVIII. Ferentinates, qui Hernici quondam fuerant, Latinos Livius vocat, cum eos tentaſſe ait: *ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dediſſent, cives Romani eſſent*. Hernicorum certe gentem in civitatem fuiſſe receptam, Cicero in Corneliana de civitate ſcriptum reliquit.

CAP. VII.

De agro, fœdere, ac jure Oſcorum, & Auſonum.

LAtium duplex fuiſſe, vetus unum à Tiberi uſque ad Circejos, ſive ad omnem Uſentem; novum alterum ab Uſente uſque ad Lirim, omnes prope memoriæ prodiderunt, qui populos, regioneſque Italiæ literis perſecuti ſunt; at quo modo, aut qua occaſione, aut quo tempore hi termini ſint conſtituti, omnes, ut rem vel valde obſcuram, vel nimis perſpicuam, ſilentio præterierunt. Nos vero rationem hujus mutationis quæremus, &, quæ maxime probabilis videbitur eſſe, reddemus. Primum autem Strabonis verba de novo Latio recitabimus, deinde Plinii: ex quibus apparebit, Latium novum jam tum ab Auguſti temporibus, cujus Strabo fuit æqualis, fuiſſe appellatum; ea vero ſunt hæc: „ Hoc quidem
„ tempore maritima ipſa ora ab Oſtia uſque
„ ad Sinueſſam vocatur Latium, antea vero
„ uſque ad Circejos porrigebatur; ac medi-
„ terranea quidem loca prius non admodum
„ magna, poſt autem uſque ad Campaniam,
„ & Samnites, & Pelignos, & alios Apen-
„ nini incolas eſt producta; & eodem libro:
„ In mediterraneo Latio ſunt Campi Pomptini. His agrum continentem antea Auſones
„ tenuerunt, iidem, qui etiam Campaniam
„ coluerunt. Poſt hos Oſci, & hi etiam Cam-
„ paniæ partem habuerunt. Nunc vero om-
„ nia Latinorum ſunt uſque ad Sinueſſam.
Plinius autem ita ſcribit: „ Ultra Circejos
„ Volſci, Oſci, Auſones; unde nomen modo
„ Latii proceſſit uſque ad Lirim amnem; à
„ Circejis palus eſt Pontina, deinde flumen
„ Uſens, ſupra quod Tarracina oppidum lin-
„ gua Volſcorum Anxur dictum, Cajeta por-
„ tus,

(13) Hanc ad rem non eſt inane referre, quæ loquitur Livius lib. 6. *Non dubito præter ſatietatem tot jam libris aſſidua bella cum Volſcis geſta legentibus, illud quoque ſuccurſurum, quod mihi percenſenti propiores harum rerum auctores miraculo fuit, unde toties victis Volſcis, & Æquis ſuffecerint milites. Quod cum ab antiquis tacitum, prætermiſſumque ſit, cujus tandem ego rei, præter opinionem, quæ ſua cuique conjectanti eſſe poteſt, auctor ſim? Simile veri eſſe; aut intervallis bellorum, ſicut nunc in delectibus fit Romanis, alia, atque alia ſobole juniorum ad bella inſtauranda toties uſos eſſe: aut non ex eiſdem ſemper populis exercitus ſcriptos, quamquam eadem ſemper gens bellum intulerit: aut innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuiſſe locis, quæ nunc vix ſeminario exiguo militum relicto, ſervitia Romana ab ſolitudine vindicant*. Vide quæ dicam cap. 7. verb. *crediderim*.

„ tus, oppidum Formiæ; ultra fuit oppidum
„ Piræ, colonia Minturnæ Liri amne diviſa,
„ Glanico appellato; oppidum Sinoeſſa ex-
„ tremum in adjecto Latio, quam quidam
„ Synopem dixerunt vocitatam; hinc felix
„ illa Campania eſt. Quis eſt ergo, qui ex his verbis non intelligat, hanc regionem primum Vulſcorum, Oſcorum, & Auſonum, deinde Latinorum fuiſſe? in qua oppida floruerunt Terracina, Fundi, Cajeta, mons Cæcubus, Formiæ, Veſcia, Auſona, Minturnæ, Fregellæ, Arpinum, Sora, & terminus regionis Liris amnis, quem ex Apennini collibus, & Veſcino agro in mare ad Minturnas deferri prodit Strabo; unde dixit etiam Lucanus libro ſecundo:

& umbroſæ Liris per regna Maricæ
Veſcinis impulſus aquis.

Templum autem deæ Maricæ in ripa fluminis dicatum non longe à Minturnis intelligit. De Terracina ante dictum eſt. Fregellas modo Sidicinorum, modo Vulſcorum, modo Samnitium fuiſſe invenio apud Livium. Cicero in Bruto Fregellanos inter Latinos extremis temporibus refert, cum L. Papirium Fregellanum ex Latio nominat. Arpinum & Volſcorum, & Samnitium fuit. Illud oſtendit Juvenalis, cum ait Satyra VIII. de C. Mario Arpinate:

Arpinas alias Volſcorum in monte ſolebat
Poſcere mercedes, alieno fiſſus aratro.

Hoc Livius, cum Arpinum de Samnitibus captum ſcribit. De Fregellis, & Arpino, quoniam è Samnitibus capta ſunt, in Samnitibus dicemus. Minturnæ, Veſcia, & Auſona Auſonum fuerunt. Auſones autem proprie dictos in Tzetzis Græca invenio hiſtoria Auruncos inter Volſcos, & Campaniam ſitos. Minturnas tamen etiam Samnitium fuiſſe, prodit Stephanus. Has Liris interfluit; ſupra eas Fregellæ, ſupra Fregellas Arpinum, ſupra Arpinum Sora, omnes ad Lirim, teſte Strabone. Soram agri Vulſci fuiſſe, ac à Samnitibus poſſeſſam prodit Livius. Quare de his omnibus in Samniticis bellis, & fœderibus exponendis dicemus. Aquinum ultimum oppidum Latinorum eſſe prodit Strabo inter Lirim, & Caſinum flumina, quod rectius à Plinio in Campania collocatur. Fundanorum, & Formianorum mentio fit bello Latino anno urbis CDXIII., *quibus datam civitatem*, ſcribit Livius, *ſine ſuffragio, quod per fines eorum tuta, pacataque ſemper fuiſſet via*; & paulo poſt: *Fundanis, quod Privernatis belli ſocii fuiſſent, arma illata, atque veniam petentibus datam* addit. Oſcos autem, & Auſones ex his locis eſſe dimotos narrat Strabo, quod idem etiam de Volſcis factum intelligere debemus, atque omnia hæc in unum Latii nomen eſſe comprehenſa, quod novum Latium dictum ſit. Hoc autem quando factum ſit, parum liquet; illud quidem dubium non eſt, neque bello Punico primo, neque Gallico Ciſalpino, neque ipſo bello Punico ſecundo omnium difficillimo mentionem ullam uſurpari auxiliorum, quæ à Volſcis, Oſcis, & Auſonibus miſſa ſint, cum tamen aliorum omnium populorum, quibus Latium cingitur, apud Polybium, & Livium memoria celebretur, Marſorum, Pelignorum, Samnitium, Campanorum, Sabinorum, Umbrorum, Picentum, Etruſcorum. Ex quo conjici poteſt, his populis jam tum ad internecionem deletis in hanc regionem Latinorum gentem eſſe immiſſam, atque inde Latium novum appellatam; quod ego quidem inter Tarentinum, & Punicum bellum factum eſſe crediderim. (14)

An vero ut nomen Latinum, ſic etiam jura Latii veteris tum adepti ſint, in tanta rerum obſcuritate nec affirmare auſim, nec negare. Video enim Latinos omnes, utpote qui meliore conditione eſſent, quam Italici, belli Punici temporibus in fide manere; & bello Italico Latinos à Tiberi uſque ad Lirim, ut inquit Appianus, armis pro populi Romani libertate, atque imperio adverſus reliquam Italiam decertare; quod profecto non feciſſent, niſi commodiore in cauſſa, quàm qui bellum movebant, fuiſſent.

CAP. VIII.

De Italicis.

HActenus de prima Italorum parte, quam Latinos contineri ſtatuimus, atque illorum jure ſit diſputatum: nunc de altera, quam Italici obtinuerunt, eorumque jure diſſeramus. Ut autem Latinos Latii incolas, populi Romani fœderatos, jure Latii donatos definivimus: ſic Italicos, reliquæ ad Rubiconem Italiæ habitatores, populi Romani fœderatos, jure Italico præditos commode definiri poſſe cenſemus. Italiæ enim domicilium eos ſecernit à Gallis, & Provincialibus, fœderis communio ab iis vel civibus Romanis, vel

(14) Patet apud Livium Æquos, Volſcos, Auſones a Romanis fuiſſe deletos, quorum in regiones colonias deductas, & quicquid agri colonis non diſtributum, in publicum receſſum. Æqui pene deleti à Pub. Sulpicio Averrione, Pub. Sempronio Sopho COSS. A. U. C. CCCCXXXXIX. Liv. lib. 9 in fin. *COSS. ad ſingulas urbes circumferendo bello unum & quadraginta oppida intra dies ſexaginta omnia oppugnando ceperunt: quorum pleraque diruta, atque incenſa: nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum.* Item lib. 10. in princ. *Albam in Æquos colonia deducta: ſex millia colonorum ſcripta.* Et paulo poſt: *M. Livio Dentre, & C. Æmilio COSS. redintegratum Æquorum bellum. Coſſinius Bubulcus Dictator cum M. Titinio Magiſtro Equitum primo congreſſu Æquos ſubegit.* Siluit enim tùde Æquorum nomen. Volſci cum Latinis à L. Furio Camillo COSS. A. U. C. CCCCXV. ſubacti. Liv. lib. 8. *Camillus de Latinis populis ad Senatum retulit. Oppida Latina omnia, & Antium ex Volſcis præſidiis tenentur veſtris.* Poſt Antium nova colonia miſſa Volſci hinc pariter ſiluere. Auſones cum primum Populo Romano bellum intulerunt, & ſubacti ſunt, & in eorum urbem, Calem dictam, colonia deducta. T. Veturio, Sp. Poſthumio COSS. A. U. C. CCCCXIX. Liv. eod. lib. 8. Cum deinde de ceterarum eorum Civitatum rebellione ſuſpicio fuiſſet, ex inſidiis oppreſſi, *tria oppida eadem hora, eodemque conſilio capta: & quia abſentibus ducibus impetus eſt factus, nullus modus cædibus fuit: deletaque Auſonum gens vix certo defectionis crimine.* A. U. C. CCCCXXXIX. COSS. M. Pætilio Libone, C. Sulpicio Longo. Oſcorum nullum bellum memoriæ proditum eſt, vel quod nullius nominis illis ætatibus, ut de bello Hermundulo, cujus meminit Gellius lib. 16. cap. 4., quod in hiſtoriis non invenitur, vel quod cum aliis populis majoris nominis, victi, debellatique. Hinc cenſeo Livium dixiſſe: *ea loca vix ſeminario exiguo militum relicto, ſervitia Romana ab ſolitudine ſuo ævo vendicaſſe.*

vel peregrinis, & exteris, qui quacunque de cauſſa in Italiæ oppidis verſarentur; jus Italicum ab iis Italia, qui, cum Italiam tenerent, non jure tamen Italico fruebantur.

Italicorum porro numerum expleverunt ad mare Tyrrhenum trans Tiberim Etruſci, poſt Latinos ultra Lirim Campani, Lucani, in Siculo Brutii, in Ionio Meſſapii, & Sallentini, ad Adriaticum Apuli, Frentani, Piccotes, & Senones. Mediterranei Umbri, Sabini, Marſi, Veſtini, Marrucini, Peligni, & Samnites; quorum ſigillatim agros, bella, & fœdera deinceps breviter exponere inſtitui, ut ex hac diſputatione quodnam tandem jus fuerit Italicum, quod ex eorum fœderibus fluxit, intelligamus.

CAP. IX.

De agro Etruſco, & fœderibus Etruſcorum.

ETruſcos autem (ab his enim Italicos exordimur) Polybius à Piſis oppido Romam uſque perducit, id eſt, ut ego interpretor, inter Arnum, Tiberimque flumina concludit: Ex quo patet, eos, qui à Macra amne Etruriæ initia ducunt, quanquam recte, non tamen ad Romanæ Reipublicæ tempora apte inſtituere; qua florente, Luca etiam inter Ligures eſt numerata. Itaque idem Polybius Arretium quoque primum in mediterraneis oppidum Etruriæ collocat; unde alio loco C. Flaminium Conſulem Annibali ex Gallia in Etruriam irrumpenti ad Arretium ait occurriſſe. Quod tamen ita accipiendum eſſe opinor, non quod omnino ab Arretino agro tum Etruria principium ceperit, ſiquidem Fæſulæ ante occurrunt, quàm Arretium; ſed quod ille firmius eſſe oppidum Arretium ad Annibalis impetum excipiendum exiſtimarit. Fæſulas autem jam tum in Etruria numeratas, cum Polybius eo loco oſtendit, tum præcipue Livius, cum de eadem re ita agit: „ Regio erat Italiæ in primis fertilis. Etruſci „ campi, qui Fæſulas inter Arretiumque ja„ cent. Item: Pœnus lævâ relicto hoſte, Fæ„ ſulas petens Etruriæ agros prædatum pro„ fectus, quantam maximam vaſtitatem po„ teſt, cædibus, incendiiſque procul conſuli „ oſtendit. Neque vero à Fæſulis initium videtur habuiſſe Etruria, ſed à Piſtorio, cum ſcribat Salluſtius, Catilinam exercitum in agrum Piſtorienſem adduxiſſe; ac ſub ipſis radicibus montium conſediſſe, qua illi deſcenſus erat in Galliam properanti. Etruriæ porro partes tres ab antiquis factas accepimus, quarum unam Maritimam appellarunt, alteram Ciſciminiam, tertiam Tranſciminiam. Maritimæ oppida à Tiberi ad Arnum progredientibus hæc aut ad mare, aut non longe à mari objiciuntur, Phregenæ, Alſium, Cære, Pyrgi, Sabate oppidum cum laco, Caſtrum novum, Tarquinii, Graviſcæ, Coſſa, Volcæ, Telamon promontorium, Labro, Populonia, Volaterræ, & Piſæ. Ciſciminia omnem regionem cis Ciminium montem continet, quæ eſt inter Tiberim, regionem maritimam, & Ciminia juga; quo in ſpatio erant Veji, Falerii, Capena, Nepet, & Sutrium, lacus Ciminius, & Vadimonis. Tranſciminia, ut eſt in epitomis rerum Italicarum antiquis, à Ciminiis jugis ad Piſtorium pertinuit, atque oppida habuit Ferentiam, Troſſulum novem millia paſſuum citra Volſinios, teſte Plinio, Bleram,

A Cortnoſſam, Cortenebram, Salpinates, Cluſium, Ruſellas, Senam, Fluentinos, qui & Arnienſes, Fæſulas, Piſtorium, Stellates, Arretium, Cortonam, lacum Traſimenum, & Peruſiam. Quemadmodum autem Latinorum, ſic Etruſcorum commune quondam conſilium fuit, ad fanum Voltorœ; quo in loco XII. Etruriæ tum principes populi de ſumma rerum conſultare, ac de bello, paceque ſtatuere ſoliti ſunt. Fuerunt autem, ut accepimus, hi: Vejentes, Cærites, Faliſci, Vulſinienſes, Cluſini, Peruſini, Arretini, Ruſſellani, Volaterrani, Populonienſes, Piſani, & Fæſulani.

Ut autem ex his proximi quique Romæ urbi fuerunt, ita primi Romano bello, tan- B quam continenti quodam incendio, conflagrarunt. Proximi autem Vejentes, quorum agrum Tiberis à Cruſtumino, & Fidenate, qui in Sabinis ſunt, ut ait Plinius, dividit duodecim millia paſſuum procul à Roma. Cum his ergo primum acie decertavit Romulus, cum pro Fidenatibus illi conſanguineis ſuis arma cepiſſent, eoſque prælio fuſos agri parte, quæ Tiberim attingebat, & Septempagi dicebatur, ceteriſque, quæ ſunt ad fluminis oſtium, locis, Dionyſio auctore, mulctavit. Eoſdem deinde ſæpe rebellantes omnes prope, qui ſecuti ſunt, Reges devicerunt, Tullus, Ancus, reliqui. Illud memorabile de Anco apud Livium: „ Sylva Mæſia Vejentibus adempta, C „ eum uſque ad mare imperium prolataſſe, „ atque Oſtiam in ore Tiberis condidiſſe. Inde vero regnante Priſco reliquam Etruriam belli Romani contagione arſiſſe, in Dionyſii hiſtoria ſcriptum invenio, cum quinque Etruriæ populi arma cum Latinis tum populi Romani hoſtibus communi conſilio conjunxiſſent, Cluſini, Arretini, Volaterrani, Ruſellani, Vetulonienſes. Hi vero ad Eretum in agro Sabinorum, prælio victi legatis ex ſingulis civitatibus miſſis, pacem his conditionibus impetrarunt, „ ut in neminem animad„ verteretur, nulli oppido tributa, atque „ præſidia imponerentur, ſuæ cuique leges „ redderentur; civitatum principatus penes D „ Regem Romanum eſſet, quem ipſi ſuis etiam „ inſignibus auguſtiorem reddiderunt. Sic enim cum alii, tum præcipue in hiſtoria Florus: „ Non pace Tarquinius, quam bello „ promptior. Duodecim namque Tuſciæ po„ pulos frequentibus armis ſubegit; inde fa„ ſces, trabeæ, ſellæ curules, annuli, pha„ leræ, paludamenta, prætextæ; inde quod „ aureo curru quatuor equis triumphatur: „ togæ pictæ, tunicæque palmatæ, omnia „ denique decora, & inſignia, quibus impe„ rii dignitas eminet, ſumpta ſunt. Servio deinde regnante cum Vejentes rebellantes reliqui fere omnes Etruſci eſſent ſecuti, vigeſimo anno XII. populi communi conſenſu pace E petita fœdus antiquum à Priſco datum præter Vejentes, Cærites, & Tarquinienſes, recuperarunt, quibus ut belli auctoribus agri pars eſt adempta. Pulſis autem Regibus cum Tarquinienſes, & Vejentes Superbum Regem in regnum reducerent, victi abierunt. Quod idem Porſena Rex Cluſinus anno poſt conatus, cum urbem obſidione cinxiſſet, & ipſe nihil profecit. Anno vero urbis CCLXXI. C. Julio, Q. Fabio Coſs. Vejentibus populantibus, nec res reddentibus, bellum eſt indictum, idque per octo annos continuos geſtum; quo ſpatio Fabii CCCVI. qui ſibi hoſtem illum depopoſcerant, ad Cremeram am-

nem deleti. A. autem Manlio, & L. Furio Coſs. induciæ in annos XL. petentibus, ſtipendio, & frumento imperato, datæ. Poſt autem anno urbis CCCXVII. L. Quinctio, M. Æmilio, L. Julio Tribunis militum Conſularibus, Fidenates legatis Romanorum interfectis ad Lartem Tolumnium Vejentium Regem defecere. Vejentibus arma capientibus ſocios ſe Faliſci adjunxerunt. Itaque inſequenti anno A. Cornelius Coſſus, re bene geſta, ſpolia quoque opima de Tolumnio Rege à ſe occiſo retulit. Tertio autem anno Fidenates, & Vejentes (non enim perduci Faliſci potuerunt) cum in agrum Romanum trans Anienem impreſſionem feciſſent, ab A. Servilio Dictatore haud procul Numento fugati, & Fidenas compulſi, oppidum quoque amiſerunt. Inde uſque ad annum CCCXXVII. otium ab Etruria; tum vero rem ita actam prodit Livius: „ Iras adverſus Vejentes poſt „ diem induciarum rebellantes in inſequentem „ annum C. Servilio Ahala, L. Papirio Mu „ gillano Coſs. eſſe dilatas; ne bellum confe„ ſtim indiceretur, neve exercitus mitteren„ tur, religionem obſtitiſſe; feciales prius „ mittendos ad res repetendas patres cen„ ſuiſſe; nec enim, cum more patrum ju„ rati repeterent res, verba audita; bellum „ juſſu populi indictum, atque à Tribunis „ militum patum proſpere anno inſequenti „ geſtum. Cum Fidenates, colonis interfe„ ctis, defeciſſent, M. Æmilium Dictatorem „ cum magiſtro equitum A. Cornelio Coſſo „ ſexto decimo die oppidum cepiſſe, & Ve„ jentes viciſſe, iiſque poſtero anno XX. „ annorum inducias datas. Anno inde CCCXLIX., quia tempus induciarum cum Vejenti populo exierat, per legatos, fecialeſque res repeti cœptæ. Veji circumſeſſi, adeo ut continuandæ obſidionis cauſſa novo exemplo hibernacula fierent. Venere inde Vejentibus auxilio Capenates, & Faliſci, quia proximi regione erant, devictis Vejis, bello quoque ſe proximos fore credentes. Itaque triplici loco bellum conſtitit, ad Vejos, ad Capenam, ad Falerios; decimo tandem anno M. Camillus in agro Nepeſino cum Faliſcis, & Capenatibus acie congreſſus eos fundit, ac caſtris exuit, Vejos cuniculo in urbem acto capit, ac diripit. (15) P. Cornelius Scipio, & Coſſus Faliſcum bellum, M. Valerius, & Q. Servilius, Tribuni militares conſulari poteſtate, Capenas ſortiti, non urbes vi, aut operibus tentarunt, ſed, agro depopulato, & prædis rerum agreſtium actis, Capenatem populum ſubegerunt, ac pacem petentibus dederunt. Deinceps M. Camillus Tribunus militum Falerios exemplo juſtitiæ memorabili, proditore filiorum magiſtro in urbem remiſſo, in fidem recipit. Faliſcis pax data; in ſtipendium militum ejus anni pecunia imperata. Ante vero quam Veji caperentur, Tarquinienſes arma moverant, quia multis ſimul bellis Volſcorum ad Anxur, Æquorum ad Lavicos, Vejenti, Faliſco, & Capenati diſtrictos videbant Romanos. Eos L. Julius, & A. Poſtumius Tribuni militares prope voluntariorum coacta manu per agrum Cæretem obliquis tramitibus egreſſi redeuntes à populationibus, graveſque præda oppreſſerunt, omnique impedimentis exuerunt. Captis autem Vejis anno CCCLXIII., L.

A Valerio Potito, M. Manlio Capitolino Coſs. novum bellum cum Vulſinienſibus exortum; quo propter famem, & peſtilentiam exercitus duci nequivit; ob quæ Vulſinienſes Salpinatibus adjunctis ſuperbia elati ultro agros Romanos incurſavere; itaque duobus inde populis bello indicto cum Vulſinienſibus pugnatum; fuſa primo concurſu in fugam acies; octo millia armatorum ab equitibus intercluſa poſitis armis in deditionem venerunt; ejus belli fama effecit, ne ſe pugnæ committerent Salpinates; mœnibus armati ſe tutabantur. Romani prædas paſſim & ex Salpinati agro, & ex Vulſinienſi, nemine eam vim arcente, egerunt: donec Vulſinienſibus feſſis bello, ea B conditione, ut res populo Romano redderent, in viginti annos induciæ datæ. Poſtero anno Cluſini Gallorum Senonum bello oppreſſi, quanquam cum Romanis nullum jus ſocietatis, amicitiæve habebant, niſi quod Vejentes conſanguineos adverſus populum Romanum non defendiſſent, legatos Romam, auxilium à Senatu petitum, miſêre; de auxilio nihil impetratum; legati miſſi, qui Senatus, populique Rom. nomine agerent cum Gallis, ne à quibus nullam injuriam accepiſſent, ſocios populi Rom. atque amicos oppugnarent. Eodemque tempore, recepta è Gallis Roma, cum Cæritibus hoſpitium publice junctum invenio, quod ſacra populi C Rom. bello Gallico cuſtodierant; poſt biennium vero, cum ab Etruria prope omni armata Sutrium ſocii populi Rom. eſſet occupatum, eodem die à Camillo Dictatore recuperatur. Deinde exercitus in agrum Tarquinienſium ductus, Cortuoſam, & Contenebram oppida cepit; duobus inde poſt annis, dum Camillus in Volſcis rem gerit, legati ab Nepet, & Sutrio auxilium adverſus Etruſcos petentes veniunt, brevem occaſionem auxilii ferendi memorantes. Itaque cum ea loca oppoſita Etruriæ, & velut clauſtra inde, ac portæ eſſent, & illis occupandi ea, cum quid novi molirentur, & Romanis recuperandi, tuendique cura erat. Camillus autem à Vol- D ſcis averſus, Etruſcis ab oppugnatione Sutrii depulſis, Nepet, quod per proditionem acceperant, recuperavit, Nepeſinorum defectionis auctores ſecuri percuſſit; innoxiæ multitudini deditæ res, oppidumque cum præſidio relictum. Pacatæ inde per multos annos res erant in Etruria, cum anno CCCXCVII. Tarquinienſes populabundi fines Romanos, maxime qua ex parte Etruriam adjacent, peragravere, rebuſque nequicquam repetitis Conſules C. Fabius & C. Plautius juſſu populi bellum indixere. Fabius inconſulte adverſus Tarquinienſes pugnavit; CCCVII. milites Romanos captos Tarquinienſes immolaverunt. Inſequenti anno C. Marcio, Cn. E Manlio Coſs. Faliſci hoſtes exorti duplici crimine, & quòd cum Tarquinienſibus juventus eorum militaverat, & quòd eos, qui Falerios profugerant, cum male pugnatum eſt, repetentibus fecialibus non reddiderant. Manlius, cui ea provincia evenerat, nihil memorabile geſſit. Poſtero anno, Faliſci, Tarquinienſeſque M. Fabium Ambuſtum Conſulem prima pugna fuderunt; concitatur inde omne nomen Etruſcum, & Tarquinienſibus, Faliſciſque ducibus ad Salinas perveniunt; adverſus eum terrorem Dictator C. Marcius Ru-

(15) Quorum mentio poſt fieri deſiit.

Rutilus dictus, profectus ab urbe utraque parte Tiberis ratibus exercitu, quocunque fama hoſtium ducebat, trajecto, multos populatores agrorum vagos, palanteſque oppreſſit; caſtra quoque nec opinato aggreſſus cepit, & VIII. millibus hoſtium captis, ceteris aut cæſis, aut agro Romano fugatis, ſine auctoritate patrum, populi juſſu triumphavit. Anno autem CD. Tarquinienſium agri à C. Sulpicio Conſule ſunt vaſtati; deinde multis in acie cæſis, ex ceteris captivis, quorum numerus ingens fuit, CCCLVIII. delecti, ut nobiliſſimus quiſque Romam mitteretur; vulgus aliud trucidatum; nec populus in eos, qui miſſi Romam erant, mitior fuit; medio in foro omnes virgis cæſi, & ſecuri percuſſi. Inſequenti deincept anno in bellum Etruſcum intentam civitatem, quia Cæritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adjunctum, fama ferebat, legati Latini ad Volſcos convertere; inclinavit deinde pars major curæ in Etruſcum bellum, poſtquam literis C. Sulpicii Conſulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum eſt, depopulatum agrum circa Romanas ſalinas, prædæque partem in Cæritum fines avectam, & haud dubie juventutem ejus populi inter prædatores fuiſſe, ex auctoritate patrum, & populi juſſu T. Manlius L. F. Dictator bellum Cæritibus indixit. Cærites, quàm non ſuarum virium ea dimicatio eſſet, cernentes, legatos de pace miſerunt; ob vetus beneficium, quo bello Gallico ſacra Romana pie cuſtodiverant, pacem impetrarunt; & inducias in centum annos factas in Senatusconſultum referri placuit; in Faliſcos eodem noxios crimine vis belli converſa, ſed hoſtes nuſquam inventi. Anno CDIII. terror vanus Etruſci belli, cum conjuraſſe duodecim populos fama eſſet, Dictatorem dici coegit; dictus in caſtris C. Julius; poſtero anno T. Quinctius Conſul ad Faliſcum bellum, C. Sulpicius ad Tarquinienſe profecti, nunquam acie congreſſo hoſte, cum agris magis, quam cum hominibus, urendo, populandoque geſſerunt bella; cujus lentæ tabis tenio victa utriuſque populi pertinacia eſt, ut primum à Conſulibus, deinde permiſſu eorum ab Senatu inducias peterent, in XL. annos impetraverunt.

Atque hit quidem victoriis nihil aliud effectum eſt à Romanis, niſi ut partem Etruriæ ſibi adjungerent; ſiquidem Livius in anni quadringenteſimi trigeſimi quinti rebus exponendis, ubi de Alexandro Macedonum rege ait, inter ſocios populi Romani, quibus reſiſti potuiſſe Alexandro, ſi Italiam invaſiſſet, ait, partem Etruriæ refert; ex quo intelligi licet, reliquos deinde continentibus bellis afflictos in ſocietatem eſſe aſcitos; bella vero hæc geſta accepimus. Primum anno CDXLIV. omnes Etruriæ populi præter Arretinos ad arma iſſe dicuntur, ab oppugnando Sutrio, quæ urbs ſocia Romanis, velut clauſtra Etruriæ erat, bellum ingens orſi. Ita non ſolum ad Sutrium à Q. Æmilio Conſule cæſi ſunt, ſed etiam deinceps à Q. Fabio ad Sutrium obſidione liberandum profecto trans Ciminiam ſilvam tum inviam fugati, collatis non longe à Peruſia ſignis devicti; à Peruſia, Cortona, & Arretio, quæ ferme capita populorum Etruriæ erant, legati pacem à Romanis fœduſque petentes, inducias in triginta annos impetraverunt; eodemque anno ad Vadimonis lacum cum Etruſcis, qui lege ſacrata exercitum coëgerant, acerrime dimicatum; fractæ opes, cæſum in acie quod roboris fuit, caſtra capta, direptaque; quin etiam cum reliquis Etruſcorum ad Peruſiam, quæ & ipſa induciarum fidem ruperat, idem Fabius nec dubia, nec difficili victoria dimicat; ipſum oppidum (nam ad mœnia victor acceſſit) cepiſſet, ni legati dedentes urbem exiſſent. Præſidio Peruſiæ impoſito legationibus Etruriæ amicitiam petentibus præ ſe Romam ad Senatum miſſis triumphavit. Ita quidem Livius, nec longe ſecus Diodorus, Etruſcos Sutriam coloniam populi Romani obſidentes inde à Conſulibus eſſe depulſos; eoſdem ad Peruſiam à Fabio ſuperatos, Fabium multorum cæde facta reliquis terrorem intuliſſe, cum primus Romanorum in ea loca cum exercitu penetraſſet; eundem cum Aretinis, Cortonenſibus, & Peruſinis inducias pepigiſſe, & oppido Caſtula expugnato, Etruſcos ab obſidendo Sutrio avocaſſe. Fabium deinceps P. Decius eſt conſecutus, cui ſecunda admodum belli fortuna fuit. Tarquinienſem metu ſubegit frumentum exercitui præbere, atque inducias in XL. annos petere. Vulſinienſium caſtella aliquot vi cepit, quædam ex iis diruit, ne receptaculo hoſtibus eſſent, circumferendoque paſſim bello, tantum terrorem intulit, ut nomen omne Etruſcum fœdus peteret; de quo tamen nihil impetratum; induciæ annuæ datæ; ſtipendium exercitui Romano ab hoſte in eum annum numeratum, & binæ tunicæ in militem exactæ, ea merces induciarum fuit. Anno inde CDLII. M. Livio, C. Æmilio Coſs. Etruriam rebellare, ab Arretinorum ſeditionibus motu orto, nuntiatum. M. Valerius Dictator caſtra in agrum Ruſellanum promovit; prælio commiſſo, acciſæ iterum Etruſcorum vires, & pacto annuo ſtipendio, & duum menſium frumento, permiſſum ab Dictatore, ut de pace legatos mitterent Romam; pax negata; induciæ biennii datæ. Sunt, qui (ut ait Livius) ſine ullo memorabili prælio pacatam ab Dictatore Etruriam eſſe, ſeditionibus tantum Arretinorum compoſitis ſcribant; poſt biennium ab Etruſcis adverſus inducias paratum bellum, qui Gallos etiam ſibi ſocios adverſus Romanos adjunxerant, quos M. Valerius Conſul compreſſit, ut nemo extra munitiones egredi auderet, timorque ipſorum obſidioni ſimilis eſſet. Cum autem poſtero anno L. Scipioni Conſuli ad Volaterras occurriſſent, victi abierunt. Romanus vacuis caſtris potitus in Faliſcum agrum copiis reductis, cum impedimenta Faleriis cum modico præſidio reliquiſſet, expedito agmine ad populandos hoſtium fines incedit; omnia ferro, ignique vaſtata. Caſtellis etiam, vicisque illatus ignis. Poſt biennium bellum ingens multis ex gentibus conflatur. Cujus auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat. Tuſci fere omnes conſciverant bellum; tacti contagione proximi Etruriæ populi, & Gallica auxilia mercede ſollicitata. Conſules L. Volumnius, & Ap. Claudius in eos profecti commiſſo prælio caſtra eorum ceperunt, ac diripuerunt, & ſeptem millia & trecenta hoſtium occiderunt; duo millia & centum viginti ceperunt. Itaque ſequentes Conſules Q. Fabius, & P. Decius ad bellum Etruſcum miſſi, Cn. Fulvius, & L. Poſtumius Megellus Proprætores cum duobus exercitibus haud procul urbe Etruriæ oppoſiti,

A poſiti, unus in Faliſco, alter in Vaticano agro. Conſules ad boſtes, tranſgreſſo Apennino, in agrum Sentinatem pervenerunt. Fulvius, & Poſtumius in agrum Cluſinum Conſulum juſſu tranſeuntes Etruſcos ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos revocarunt. Galli, & Samnites à Fabio acie fuſi, cum ſe Decius collega in prælio devoviſſet. Cn. Fulvius, præter ingentem illatam populationibus agrorum hoſti cladem, pugnavit etiam egregie. Peruſinorum, Cluſinorum cæſa amplius tria millia; & ſigna militaria ad viginti capta. Sunt, qui, teſte Livio, pugnæ in Sentinate agro Tuſcos etiam, & Umbros affuiſſe dicant. Poſtero anno L. Poſtumius Megellus Conſul, B in Etruriam traducto exercitu, primum pervaſtavit Vulſinienſium agrum, deinde cum egreſſis ad tuendos fines haud procul mœnibus ipſorum depugnat. Duo millia CC. Etruſcorum cæſi; ceteros propinquitas urbis tutata eſt; in Ruſellanum agrum exercitus traductus. Ibi non agri tantum vaſtati, ſed oppidum etiam expugnatum, capta amplius duo millia hominum; minus duo millia circa muros cæſa; tres validiſſimæ urbes, Etruriæ capita, Vulſinii, Peruſia, Arretium; pacem petiere; & veſtimentis militum frumentoque pacti cum Conſule, ut mitti Romam Oratores liceret, inducias in XL. annos impetraverunt; multa præſens quingentum millium C æris in ſingulas civitates impoſita. Inſequenti anno legati ſociorum ex Etruria queſti ſunt, uri, & vaſtari agros à finitimis Etruſcis, quod deſciſcere à populo Romano nollent. Allatum eſt etiam, Faliſcos, qui per multos annos in amicitia fuerant, arma Etruſcis junxiſſe. Faliſcis res non reddentibus bellum indictum. Carvilius Troſſulum primùm oppugnare adorſus, quadringentos ſeptuaginta ditiſſimos pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimiſit: ceteram multitudinem, oppidumque ipſum vi cepit: inde quinque caſtella locis ſita munitis expugnavit; cæſa ibi hoſtium duo millia quadringenti; minus duo millia capti; & Faliſcis pacem petentibus annuas inducias D dedit, pactus centum millia gravis æris, & ſtipendium ejus anni militibus. Sequenti anno Faliſcos, Romanorum opibus, vel ob peſtilentiam, qua civitas laborabat, vel propter Conſules, quos, ut pacatis temporibus, non ex virtute delegerant, contemptis, moviſſe tradit Zonaras; D. Brutum Conſulem ad eos miſſum, Faliſcis victis, & ipſorum, & aliorum Tuſcorum agros eſſe depopulatum. Extremum inde bellum, quod cum Etruſcis internecivum ſit geſtum, anno CDLXX. eſt concitum, cum Galli etiam arma conſociaſſent. Quos omnes ad lacum Vadimonis à P. Dolabella Conſule occidione eſſe occiſos invenio apud Eutropium, Florum, & Polybium. E Cujus victoriæ mentio quoque uſurpatur in Originum Catonis epitomis, his verbis: „ Tortenus, patre Elbio Volturreno, Regum „ Etruſcorum ultimo, ad lacum Vadimonis „ cæſo, ad dedendam Urbem Etruriæ anno „ ſecundo Olympiadis CXXIV. allici potuit, „ ſed ad recipiendas Latinas literas nunquam „ perſuaderi potuit. Neque tamen poſt quieviſſe Etruriam, ex bellis apparet, quæ ſequentes Conſules geſſerunt, Q. Fabricius Luſcinus, Q. Marcius Philippus, & Ti. Coruncanius, quorum illos de Etruſcis, hunc de Vulſinienſibus, & Vulcientibus triumphaſſe, ſcriptum eſt in fragmentis tabularum Capitolinarum. Victoriam autem Coruncanii comprobat etiam Zonaras, qui eum triennio poſt in Conſulatu rem cum Etruſcis geſſiſſe, & fœdus cum iis percuſſiſſe ſcribit.

His ergo bellis, cladibuſque fractæ tandem, atque everſæ opes Etruriæ ſunt, ipſaque in ſocietatem à Romanis accepta. Quibus vero fœderum conditionibus ſinguli populi in amicitiam venerint, quis eſt tanta ingenii magnitudine præditus, qui amiſſis earum & rerum, & temporum monumentis, poſſit aut conjectura conſequi, aut omnino divinatione complecti? non eaſdem tamen omnibus leges datas eſſe, cum per ſe ſatis intellectu probabile eſt, tum vero poſt alio loco apertius B oſtendetur.

CAP. X.

De agro, & fœderibus Campanorum.

E Truſcis Orientem verſus Latini, Latio Campania eſt adjuncta. Campaniam à Liri amne ad Vulturnum, à Vulturno ad Sarnum, inde ad Silarim antiqui produxerunt. Quare tres Campaniæ partes inſtitutæ, una, quam Auſones, Aurunci, Sidicini, & Capuani tenuerunt: altera, quam Cumani, & Opici: tertia, quam Nucerini. Prima ad mare clariſſimis his eſt oppidis frequentata, Sinueſſa, C & Vulturno: intus autem Gauro, Maſſico, & Falerno montibus, Stellate campo, Sueſſa Aurunca, Calibus, Caſſino, Teano Sidicino, Venafro, Calatia, Callicula, Trebula, Caſſilino cum ſylva Gallinaria, & capite ipſo regionis Capua. Secunda ad mare Liternum oppidum cum flumine habuit, Cumas, quam in Opicis collocat Dionyſius libro primo, Miſenum, Bajas, ſinum Lucrinum, & Avernum, Puteolos, Neapolim, Heracleam, omnia in ſinu, qui Crater dicitur, intus Atellam, Abellam, Sueſſulam, Acerras, montem Veſuvium, Nolam, Pompejos. Tertia ad mare oppida habuit Stabias, Surrentum, Minervæ promontorium, intus Salernum, & Nuce- D riam. In his Vulturnus amnis ex Venafrano labens per mediam Campaniam Vulturnum oppidum, Caſilinum, & Capuam attulit. Livius Caſilinum urbem Vulturno flumine diremptam Falernum à Campano agro diviſiſſe prodidit. Pompejos alluit Sarnus. Campania ipſa veterum omnium literis adeo celebrata, ut eorum conſenſu victus Florus eam omnium non modo Italia, ſed toto orbe terrarum pulcherrimam plagam appellet: „ Nihil „ mollius cœlo, *inquit*, nam bis floribus ver„ nat; nihil uberius ſolo; ideo Liberi Cere„ riſque certamen dictum; nihil hoſpitalius „ mari; hic illi nobiles portus Cajeta, Mi„ ſenus, & tepentes fontibus Bajæ, Lucrinus, E „ & Avernus; hic amicti vitibus montes „ Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherri„ mus omnium Veſuvius; ad mare urbes For„ miæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Hercula„ neum, Pompeji, & ipſa Caput urbium Ca„ pua, quondam inter tres maximas Romam, „ Carthaginemque numerata.

In hac autem regione res primum geri cœptæ ſunt anno urbis CDX. M. Cornelio, M. Valerio Coſs. Tum vero Sidicini (hos Oſcorum è gente fuiſſe putat Strabo) armis Samnitium oppreſſi, cum ad Capuanos ſe contuliſſent, bellum excitarunt, quod cum Samnitibus pro Campanis eſt geſtum, cum

Ca-

Capuani ab iis in agro Sidicino acie fuſi ipſi ſe, urbem agroſque in fidem populi Romani dedidiſſent. Primi autem, qui bellum intulerint, Conſules fuerunt Valerius, & Cornelius; quorum ille in Campaniam ad montem Gaurum, hic in Samnium ad Saticulam profectus rem bene geſſit; proſpere etiam ad Sueſſulam à Valerio tertia pugna certatum. Capuanis, Sueſſaniſque precantibus datum, ut præſidium eò in hiberna mitteretur, quo Samnitium excurſiones arcerentur. Biennio poſt cum Samnites icto cum Romanis fœdere Sidicinis arma intuliſſent, Sidicini ad Latinos ſe contulerunt, qui tum bellum populo Romano parabant; neque iis armis Campani ſe abſtinuere; pugnatum eſt cum Latinis haud procul radicibus Veſuvii montis, qua via ad Veſerim ferebat; fugatus hoſtium exercitus. Latini ex fuga ſe Minturnas contulere; caſtra ſecundum prælium capta: multique vivi oppreſſi, maxime Campani; qui Latinorum fugæ ſuperfuerant, multis itineribus diſſipati cum ſe in unum conglobaſſent, Veſciam in urbem ſe receperunt. Latinis bellum inſtaurantibus Torquatus Conſul ad Triſanum (inter Sinueſſam, Minturnaſque locus eſt) occurrit, & acie congreſſus adeo res eorum contrivit, ut ei victorem exercitum ad depopulandos agros ducenti, Latini omnes ſe dederent, deditionemque eam Campani ſequerentur. „ Latium, Capuaque agro multati.
„ Latinus & Falernus ager, qui populi Cam-
„ pani fuerat, uſque ad Vulturnum flumen
„ plebi Romanæ dividitur; bina in Latio
„ jugera, terna in Falerno, quadrantibus
„ etiam pro longinquitate adjectis; extra
„ pœnam fuere Latinorum Laurentes, Cam-
„ panorumque equites, quia non deſcive-
„ rant; equitibus Campanis data civitas;
„ vectigal quoque eis Campanus populus
„ juſſus pendere in ſingulos quotannis (fue-
„ re autem mille & ſexcenti) denarios
„ nummos quadringenos quinquagenos. Hæc Livius. Torquatum eundem de Campanis, Sidicinis, & Auruncis triumphaſſe, ſcriptum eſt in Capitolinis triumphalibus tabulis. Campanos enim pro Capuanis veteres uſurparunt. Poſt autem anno CDXIII., L. Furio, C. Mœnio Conſulibus, cum de pœna Latinorum, quos Conſules ad deditionem ſubegerant, referretur, de Campanis ſociis eorum ita decretum eſt; „ ut Campanis equitibus, quia
„ cum Latinis rebellare noluiſſent, civitas
„ ſine ſuffragio daretur. Cumani, Sueſſulani-
„ que ejuſdem juris, conditioniſque, cujus
„ Capua, eſſent. Poſtero anno C. Sulpicio, P. Ælio Conſulibus inter Sidicinos, Auruncoſque bellum ortum. Aurunci à Torquato Conſule in deditionem accepti, nihil deinde moverant; eo petendi auxilii à Romanis cauſſa juſtior fuit; ſed priuſquam Conſules ab urbe (juſſerat enim Senatus defendi Auruncos) exercitum educerent, fama affertur, Auruncos oppidum deſeruiſſe, profugoſque cum conjugibus, & liberis Sueſſam commeaſſe, quæ poſt Aurunca appellata, mœnia eorum antiqua, urbemque à Sidicinis deletam. Sequenti anno L. Papirio, K. Duilio Conſulibus, Auſonum magis novum, quam

A magnum bellum excitatum; ea gens Cales urbem incolebat: Sidicinis finitimis arma conjunxerant; uno prælio duorum populorum exercitus fuſus. Poſtero anno M. Valerio Corvo Conſuli bellum adverſus Calenos decretum. Auſones cum urbe haud majori certamine capti, quam acie fuſi erant. Deinde Ti. Veturio, Sp. Poſtumio Conſulibus Cales colonia deducta; Conſules ingreſſi Sidicinorum fines, populando uſque ad mœnia, atque ad urbem pervenerunt. Sequenti vero anno exercitum adverſus Sidicinos miſſum, Acerranis civitatem ſine ſuffragio datam, tradit idem, qui cetera, Livius. Vellejus altero anno, qui fuit Ti. Veturio, Sp. Poſtumio Con-
B ſulibus, Campanis civitatem ſine ſuffragii latione datam prodit. Anno inde CDXXII. (16) Lentulo, & Philone Conſulibus Palæpolitani (horum urbs haud procul inde fuit, ubi deinde fuit Neapolis, quam inter Opicos refert Stephanus) Cumis oriundi Samnitium infida adverſus Romanos ſocietate freti, ſive peſtilentia, quæ Romanam civitatem adorta nuntiabatur, fidentes multa hoſtilia adverſus Romanos agrum Campanum, Falernumque incolentes fecerunt; eâ cauſſâ bellum iis indictum. Nolani Palæpolitanis affuerunt. Philoni imminenti hoſtium muris in alterum annum prorogatum imperium eſt. Palæpolitani ſe ei dedidere. Nolani ex urbe Palæpoli No-
C lam effugerunt. Fœdus cum Neapolitanis ictum; eò enim deinde ſumma rei Græcorum venit. Anno (17) inde CDXXXIX., C. Sulpicius, M. Pœtelius Conſules ab Sora profecti in agros, atque urbes Auſonum bellum intulerunt; mota namque omnia adventu Samnitum, cum ad Lautulas dimicatum eſſet, fuerunt; conjurationeſque circa Campaniam paſſim factæ; nec Capua ipſa crimine caruit. At vero gens Auſonum proditione urbium in poteſtatem venit. Auſona, & Minturnæ, & Veſcia urbes erant, ex quibus principes juventutis duodecim numero in proditionem urbium ſuarum conjurati ad Conſules veniunt; & eos conſenſiſſe cum Samnitibus ex-
D ponunt; admotis caſtris tria oppida capta, deletaque Auſonum gens vix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecivo certaſſet bello. C. Mænius Dictator quæſtionem de Campanorum conjurationibus habuit. Ita quidem Livius. At Diodorus Campanos prodit, antequam Samnites prœlio victos audiſſent, defeciſſe, C. Mænium Dictatorem adverſus eos miſſum, caſtris non longe à Capua poſitis primum decertare acie voluiſſe, poſt Samnitum clade accepta, cum Romanis pepigiſſe, defectionis auctoribus traditis; fœdus antiquum urbibus eſſe redditum. Poſtero anno L. Papirio, C. Junio Conſulibus, C. Pœtelius Dictator receptis Fregellis in Cam-
E paniam profectus eſt, maxime ad Nolam armis repetendam. Nola ſive à Dictatore, ſive à C. Junio Conſule (nam utrunque teſte Livio traditur) capta eſt. Qui captam Nolam à Conſule produnt, adjiciunt, Atinam, & Calatiam ab eodem captas. Sueſſa tum Auruncorum colonia deducta. Poſt triennium Q. Fabio, C. Marcio Conſulibus claſſis Romana, ut ſcribit Livius, à P. Cornelio mariti-

mæ

(16) Error impreſſionis; lege CCCCXXVI.

(17) Omittit Sigonius A. U. CCCCXXXV. M. Foſcio Flaccinatore, L. Plætio Vennone COSS. primum præfecti Capuæ creari cœpti, legi- Jow. F.

bus à L. Furio Prætore datis: cum utrumque ipſi pro remedio ægris rebus diſcordia inteſtina petiſſent: unde res Capuæ ſtabilita Romana diſciplina. Liv. lib. 9.

A mæ oræ præfecto in Campaniam acta, cum appulſa Pompejos eſſet, ſocii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti, proximis raptim vaſtatis, unde reditus tutus ad naves eſſet, dulcedine, ut fit, prædæ longius progreſſi excivere hoſtes; palatis per agros nemo obvius fuit, cum occidione occidi poſſent; redeuntes agmine incauto haud procul navibus aſſecuti agreſtes exuerunt præda, partim etiam occiderunt: quæ ſuperfuit cædi, trepida multitudo ad naves compulſa eſt. Poſt quinquennium autem L. Poſtumio, Ti. Minucio Conſulibus Samnites Stellatem campum agri Campani, ut ait Livius; Falernum, ut ſcribit Diodorus, populati ſunt; an. autem CDLVII. B Samnites per Veſcinos in Campaniam, Falernumque agrum tranſcendunt, ingenteſque prædas faciunt. L. Volumnius Conſul in Calenum agrum veniens populantes repreſſit; de præſidio regionis depopulatæ à Samnitibus agitatum. Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Veſcinum, & Falernum agrum deducerentur; una ad oſtium Liris fluvii, quæ Minturnæ appellata, altera in ſaltu Veſcino Falernum contingente agrum, ubi Synope dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde ab colonis appellata.

Hæc fere in Campania geſta comperio; ex quibus intelligi poteſt, Campaniæ populos omnes, ſed alios alio bello ac fœdere, in ſocietatem à Romanis eſſe acceptos; unde eoſdem videmus poſtea Pyrrhi bello, tanquam populi Romani ſocios arma adverſus eum cepiſſe, ac pro Romanis ſtetiſſe. De fœdere autem, & civitate Capuanis data ſic loquitur apud Livium C. Varro Conſul ex Cannenſi clade doloris, ac lacrymarum plenus ad Campanos: *Vobis fœdus æquum, & leges noſtras, & magnæ parti veſtrûm civitatem dedimus, communicavimuſque vobiſcum*; & Regulus, qui eodem tempore in Senatu dixit: *Per Senatum agi de Campanis, qui cives Romani ſunt, injuſſu populi non video poſſe*. B Tum vero regionem Campaniæ tertiam, quæ inter Sarnum, & Silarim eſt interjecta, Picentinorum factam eſſe, facile crediderim; ſiquidem ſcriptum eſt in commentariis Strabonis, aliquot ex Picentibus iis, qui Hadriam oppidum tenebant, à Romanis in hæc loca traductos omnia uſque ad Silarim, antiquæ Campaniæ finem, inſediſſe; unde illud etiam extitit Plinii: *A Surrento ad Silarim amnem XXX. millia paſſuum agrum Picentinum fuiſſe, intus oppidum Salerni, & Picentiam*. (18)

CAP.

(18) C Poſt ea, quæ de Campania narravit Sigonius, ſubdenda, quæ iis acciderunt uſque ad excidium. Fractis Romanorum viribus bello Punico ſecundo ad Cannas, ubi feruntur ſeptem & octoginta hominum millia, vel cæſa, vel capta, vel profligata, Campani ad Annibalem defecerunt. Pepigerunt: *Ne quis Imperator Magiſtratuſve Pœnorum jus ullum in civem Campanum haberet, neve civis Campanus invitus militaret, munuſve faceret: ut ſuæ leges, ſui magiſtratus Campanis eſſent: ut trecentos ex Romanis captivos Pœnus daret Campanis, quos ipſi elegiſſent, cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia Romana ſtipendia facerent, permutatio fieret*; *Alia inſuper, quamque pacta erant, facinora Campani ediderunt: nam præfectos ſociorum, civeſque Romanos, partim aliquo militiæ munere occupatos, partim privatis negotiis implicitos plebs repente omnis comprehenſos, D velut cuſtodiæ cauſa balneis includi juſſit, ubi fervore, atque æſtu anima interclusa, fœdum in modum exſpirarent*. Romani repreſſo aliquantulum Annibalis impetu quartu poſt anno Capuam obſidere, atque oppugnare parant. Ap. Claudius Pulcher, Q. Fulvius Flaccus III. COSS. A. U. DXLI. obſidionem incipiunt. Annibal ancipiti prælio eos avertit, ſed, eo poſt circumducto, ad obſidionem illi redeunt, urbemque foſſa, & vallo circumdant. Prorogatum iis à Senatu imperium. Qui everſo ad Capuam liberandam Annibali, atroci prælio reſiſtunt. Annibal obſidionis illius ſolvendæ ſpe infeſto agmine Romam aggreditur, ad cujus defenſionem cum parte exercitus Fulvius Proconſul proficiſcitur, relicto cum reliquo exercitu ad Capuam Appio Collega. Rejicitur Roma Annibal, qui Capuam E deſperata pudore, atque rubore plenus recto itinere ex Lucania in Bruttios, atque ad fretum, Rhegiumque ultimam Italiæ oram propere ſe rapuit. Campani ab Annibale relicti, deſertique cum nullam liberationis ſpem expectare poſſent, rem in curia conſultant. Alii veneno ſe omnes a ſecuribus Romanis eripiendos cenſent; major pars Senatus contra expertam multis ſæpe bellis populi Romani clementiam haud diffidentes, ſibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt, miſeruntque. Boſtar, Hannoque Annibalis Præfecti cum toto præſidio Punico capiuntur. Senatus Campanus ire in caſtra ad Imperatores Romanos juſſus, quò cum veniſſent, extemplo his omnibus catenæ injectæ, juſſique ad Quæſtores deferre quod auri, argentique haberent. Auri pondo LXX. fuit. Argenti tria millia pondo & CC. Senatores quinque & viginti Cales in cuſtodiam, duo de triginta Theanum miſſi, quorum de ſententia maxime defectum ab Romanis conſtabat. Fulvius, diſſentiente Collega, qui Romam ad Senatum arbitrium ejus rei totum rejiciebat, de iis omnibus ſupplicium ſumpſit, pauci virgis cæſi, & ſecuri percuſſi. Idem Atella, Calatiaque captis in eos populos ſervatum. Ad LXX. principes Senatus interfecti, trecenti ferme nobiles Campani in carcere conditi: alii per ſociorum Latini nominis urbes in cuſtodiam dati, variis caſibus interierunt. Multitudo alia civium Campanorum venumdata. Urbs ſervata eſt, ne eſſet aliqua aratorum ſedes. Urbi frequentandæ multitudo incolarum, libertinorumque, & inſtitorum, opificumque retenta. Ceterum habitari tantum tamquam urbem captam, frequentarique placuit: corpus nullam Civitatis, nec Senatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe. Sine conſilio publico, ſine imperio, multitudinem nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore. Præfectus ad jura reddenda ab Roma quotannis miſſus. Queſti apud Senatum Campani de nimia Fulvii crudelitate, Senatus Campanis in familias ſingulas decreta fecit, quæ non operæ pretium eſt omnia connumerare. Aliorum bona publicanda, ipſos, liberoſque eorum, & conjuges vendendos, extra filias quæ nupſiſſent, priuſquam in populi Romani poteſtatem venirent. Alios in vincula condendos Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quam qui eorum, aut ipſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe juſſerunt: ita ut nemo eorum civis Romanus, aut Latini nominis eſſet. Neve quis eorum, qui Capuæ fuiſſent, dum portæ clauſæ eſſent, in Urbe, agrove Campano intra diem certam maneret. Locus ubi habitarent, trans Tyberim, qui non contingeret Tyberim, daretur. Qui nec Capuæ, nec in Urbe Campana, quæ à populo Romano defeciſſet, per bellum fuiſſent, eos cis Lirim amnem Romam verſus: qui ad Romanos tranſiſſent priuſquam Annibal Capuam veniret, cis Vulturnum emovendos cenſuerunt: ne quis eorum propius mare XV. millibus paſſuum agrum, ædificiumve haberet. Qui eorum trans Tyberim emoti eſſent: ne ipſi, poſterive eorum uſpiam pararent, haberentve, niſi in Vejente, aut Sutrino, Nepeſinove agro: dum ne cui major, quam quinquaginta jugerum agri modus eſſet.

Digitized by Google

CAP. XI.

De agro, & fœderibus Lucanorum.

INde à Silari ad Laum flumen tenuerunt Lucani ad mare Pæſtum, ſive Poſidoniam, Pelinurum, Veliam, & Buxentum; intue autem Volſcos, Compſam, Potentiam, Blandam, Grumentum, & Lucaniæ caput Pœteliam. Atque hæc quidem Strabo, & Ptolemæus; neque vero longe aliter Plinius. *A Silaro*, inquit, *ager Lucanus incipit, oppida Pæſtum, Græce Poſidonia, ſinus Pæſtanus, oppidum Helia, quæ nunc Velia, promontorium Palinurum, flumen Melphes, oppidum Buxentum, Laus amnis.* Idem mediterraneos Lucanorum nominat Aſinates Bantinos, Eburinos, Grumentinos, Potentinos, Sontinos, Sirinos, Tergilanos, Urſentinos, Volcentanos, quibus Numeſtrenos jungit: præterea Thebas Lucanas interiiſſe, Catone auctore, prodit, & Pandoſiam, Theopompo.

Ceterum Lucani Pœtelio, & Papirio Coſs. qui fuit annus ab ortu urbis CDXXVII, cum ad eam diem nihil rei cum populo Romano habuiſſent, in fidem venerunt, arma, viroſque ad bellum pollicentes; fœdere ergo in amicitiam accepti; quod cum eodem anno rupiſſent, factum eſt, ut anno CDXXXVI. Apuliâ perdomitâ in eos ſit perrectum; unde, ut ait Livius, repentino adventu Q. Æmilii Conſulis Nerulum vi captum. Poſt autem cum anno CDLV. oratores Lucanorum ad Conſules L. Cornelium, Cn. Fulvium veniſſent; queſtum, quia conditionibus ſe perlicere nequiverint ad ſocietatem armorum, Samnites infeſto exercitu ingreſſos fines ſuos vaſtare, belloque ad bellum cogere; iidemque adderent, ſibi ſatis ſuperque erratum quondam, nunc ita obſtinatos animos eſſe, ut omnia ferre, ac pati tolerabilius ducant, quam ut unquam poſtea nomen Romanum violent; orarent autem patres, ut & Lucanos in fidem acciperent, & vim, atque injuriam ab ſe Samnitium arcerent: decrevit Senatus, ut cum Lucano populo fœdus jungeretur; in quo manſiſſe videntur uſque ad annum CDLXIII, quo cum Samnitibus, & Bruttiis, & Tarentinis tum populi Romani hoſtibus junctis armis pluribus à Romanis prœliis victi ſunt; triumpharunt de iis Conſules M. Curius anno CDLXIII. C. Fabricius anno CDLXXV. Poſtero anno C. Junius Brutus, inſequenti Q. Fabius Gurges, deinceps L. Lentulus, & C. Claudius Canina, & demum an. CDLXXXI. Sp. Carvilius, & L. Papirius.

Quo anno Lucanis, & ſociis eorum pacem datam eſſe facile adducor, ut credam. Fœderis tamen conditiones una cum rebus eorum geſtis obſcuratæ prorſus evanuerunt.

CAP. XII.

De agro Bruttio, Meſſapio, & Sallentino, & fœderibus Bruttiorum, Meſſapiorum, & Sallentinorum.

LUcaniam regio attingit ea, quam Græci inſederunt. Ea in tres partes diviſa eſt,

A Bruttios, Meſſapios, & Sallentinos. Bruttii Græcis expulſis occuparunt eam partem, quæ quondam Œnotriæ nomen tulit à Lao flumine uſque ad Metapontum oppidum, ſicuti Strabo ex Antiochi ſententia tradit. Nam ab antiquis Œnotros, & Italos ſolos vocatos ait, qui Iſthmum habitarent; Iſthmum autem eſſe, quidquid agrorum inter duos ſinus includeretur, à Tyrrheno mari Hipponiatem, ſive Napitinum, à Siculo Scyllaticum. Deinceps occurrit regio, quæ Iſthmo eſt incluſa à Tarento ad Brundiſium, quam Meſſapiam, & Japygiam, & Calabriam, & Sallentinam variis nominibus ſignarunt; quanquam alii in duas eam partes diſtribuerunt, teſte Strabone,
B unam in qua Tarentum, quam Calabriam, & Meſſapiam: alteram, in qua Brundiſium, quam Sallentinos, ſive ultimam Japygiam appellarunt.

Bruttios narrat Diodorus M. Popillio Lænate, & Cn. Manlio Imperioſo Coſs. anno urbis CCCXCV. primum in his regionibus apparuiſſe, homines agreſtes, & fugitivos, atque propterea domeſtica eorum locorum lingua Bruttios appellatos. Occupaſſe autem eos Terinam, Hipponem, Thurios, aliaque oppida complura, ac Reipublicæ genus ab aliis ſeparatum inſtituiſſe. Crotonem quidem etiam Græcis à Bruttiis eſſe ademptum, invenio in Liviana hiſtoria, in qua eadem Rhe-
C gini, qui Bruttii erant, Græci appellantur. Quod ſi veros Bruttiorum fines aſſignavimus, profecto vere etiam traditum eſt, maritima eorum fuiſſe Tempſam, Terinam, Metaurum fluvium, Scylæum promontorium, Rhegium, Leucopetram, Herculeum promontorium, Alecem flumen Rheginorum agrum dirimens à Locrenſi, Locros, Caulonem, Scyllacium, Lacinium, Crotonem, Sybarim, Thurias, Lagariam, Acirim, & Sirim flumina, poſtremo Metapontum. intus Numiſtrum, Conſentiam, Hipponem, Heracleam, quæ & Siris vocata, &, ut placet Straboni, Pandoſiam. Nam in altera regione flumen fuit Galeſus, Tarentum, Gallipolis, Japygium promontorium,
D in quo Leuca, Hydruntum, & Brundiſium. Qua de regione ita video ſcripſiſſe Plinium: „ Latitudo penioſulæ à Terento Brundiſium „ terreno itinere XXXII. millia paſſuum patet, multoque brevius à porta Saſina. Oppida per continentem à Tarento Uria, „ Meſſapia, Aletium. In ora vero Senonum „ Gallipolis, quæ nunc eſt Anxa, LXII. millia paſſuum à Tarento; inde XXXII millia paſſuum promontorium, quod Acram „ Japygiam vocant; ab eo Baſta oppidum, „ & Hidruntum; qua in Græciam breviſſimus tranſitus, ab Hydrunte Solerum, dein „ Fratuertium, portus Tarentinus; ſtatio „ militum, Lupia, Baleſium, Cœlium, Brun-
E „ diſium, L. millia paſſuum ab Hidrunte. His adde mediterranea Manduriam, Rhudias, Uxentum, & Neritum. Uretum ſunt qui idem eſſe putent cum Uria, Aletium cum Lupiis. Plinius quidquid eſſet à Locris uſque ad Tarentum Magnam Græciam vocitatam ſcripſit.

Ac qui res quidem cum his populis geſtas memoriæ mandarit, ex veteribus extet nemo; quantum autem ex iis, quæ habemus, mo-

eſſet. Senatorum omnium, quique magiſtratus Capuæ, Atellæ, Calatiæ geſſiſſent, bona venire Capuæ juſſerunt; libera corpora, quæ venumdari placuerat, Romam mitti, ac Romæ venire. Hic finis Campanorum. Eaque ex Livio lib. 23. 25. & 26.

monumentis colligi ſuſpicione poteſt ; cum A Tarentinis anre bellom, qnam cum ceteris, eſt initum, an. urbis CDLXXſt., cum illi claſſem Romanam ditipuiſſent, & legatos Romanorum, qui ea de re miſſi fuerant queſtum, contumeliis (19) affeciſſent. Bellum autem, cum Pyrrhi Epirotarum regis, & Bruttiorum, ac Lucanorum, & Samnitum ſocietate opes ſuas firmaſsent, in decimum uſque annum eſt protractum, Sp. Carvilio, L. Papirio Coſs. quo anno Tarenio à Romanis capto, Tarentinis pax, & libertas eſt conceſſa. Triumpharunt de Tarentinis, & Bruttiis C. Fabricius anno CDLXXV., C. Junius CDLXXVI. Q. Fabius Gurges CDLXXVII. triennio poſt C. Claudius, de utriſque Sp. B Carvilius, & L. Papirius anno CDLXXXI. quemadmodum à me pluribus verbis in Faſtorum Conſularium commentariis eſt demonſtratum. Bruttiis Hipponem eſſe ademptum Strabo, Crotonem Livius, Tarentinos fœderatos eſſe dimiſſos, Zonaras memoriæ prodiderunt.

In numerum autem fœderatorum Bruttios quoque exiſtimo referendos; ſiquidem de ambobus ita apud Livium loquitur Minio Antiochi regis legatus: *Quid magis Smyrnæi Lampſacenique Græci ſunt, quàm Rhegini, & Tarentini, à quibus ſtipendium, à quibus naves ex fœdere exigitis?* cui reſpondit P. Sulpicius imperator: *Ab Rheginis, & Tarentinis, ex* C *quo in noſtram venerunt poteſtatem, uno, & perpetuo tenere juris ſemper uſurpato, nunquam intermiſſo, quæ ex fœdere debent, exigimus.* Cum Heraclea vero Pyrrhi bello fœdus æquiſſimum ictum eſſe ſcripſit Cicero in oratione pro Balbo, ad quam Heracleam pulſos à Pyrrho fuiſſe Romanos legimus, quibus ex verbis forma fœderum data ſatis, ut puto, perſpicue perſpici poteſt. (20)

Sallentinis autem anno CDLXXXVI. M. Atilio Regulo, L. Julio Libone Conſulibus arma primum ſunt illata. Zonaras Calabriæ bellum indictum ſcribit, cum crimini darent, quod Pyrrhum regem recepiſſent, & D ſociorum ſuorum agros populabundi iniſſent; re antem vera, quod Brundiſinam ſibi urbem adjungere cuperent propter portus opportunitatem; inde enim in Illyricum, & Græciam facile trajici poterat, quod eodem vento & ſolvere, & redire liceret. Eutropius his item Conſulibus bellum cum Sallentinis ſuſceptum ſcribit, captoſque eſſe cum civitate ſimul Brundiſinos; idem eſt in Flori hiſtoria. Ambos autem Conſules de Sallentinis triumphaſſe tabulæ Capitolinæ demonſtrant. Cum Sallentinis porro ſimul etiam Meſſapios eſſe domitos, indicant aperte triumphi Conſulum D. Junii Peræ, & N. Fabii Pictoris, inſequenti anno de Sallentinis, & Meſſapiis acti; E quos eoſdem in iis, quas commemoravimus, tabulis deſcriptos videmus. Nec de his aliud quicquam comperti habemus.

CAP. XIII.

De agro, & fœderibus Apulorum.

POſt Sallentinos Apuli à Brundiſio ad amnem Fiternum agrum tenuerunt. Et horum autem duo apud veteres genera fuiſſe invenio; unum, quos Peucetios, & Japygas, & Pediculos vocarunt; alterum, quos Daunios, & Meſſapygas. Peucetiorum ad mare fuerunt Egnatia, Barium, Aufidus amnis. Dauniorum Salapia, Sipus, Apeneſte, Garganus mons, Hyrium, inde Fiternus; illorum mediterranea Venuſia, Cælia; horum Teanum cognomine Apulum, Luceria, Vidatuum, Arpi, Canuſium. Quod cum teſtimonio Ptolemæi certum habemus, tum vero etiam Plinii, cujus placet illuſtrandi hujus ſtudii gratia, ipſa quoque hac de regione verba recitare: „ Brundiſio, *inquit*, conterminus Pediculorum ager, quorum oppida „ Rhudia, Egnatia, Barion; amnes Pactius, „ Aufidus ex Hirpinis montibus Canuſium „ præfluens; hinc Apulia Dauniorum; in qua „ oppidum Salapia, Sipontum, Uria, amnis „ Cerbalus Dauniorum finis, portus Agaſus, „ promontorium montis Gargani, portus „ Garnæ, lacus Pantanus, flumen portuoſum „ Frenio, Teanum Apulorum, itemque Larinum, Cliternia, Tifernus amnis; inde „ regio Frentana; ita Apulorum generatria, Teani à duce Gares, Lucani ſubacti „ à Calchante, quæ loca nunc tenent Atinates. Dauniorum præter ſupra dicta coloniæ „ Luceria, Venuſia, oppida Canuſium, Arpi. Hæc ille. Adjicit Strabo, qui ſinum ad montem Garganum accolerent, proprio nomine Apulos appellatos.

Sed de Apulorum agro ſatis, nunc de fœderibus. Apuli, quod extat in annalibus Livii, anno urbis CDXXVII. amicitiam petentes, eodem, quo Lucani, fœdere in amicitiam ſunt ſuſcepti; bellum autem poſt triennium commoverunt, C. Sulpicio, Q. Aulio Conſulibus. Itaque ſequenti anno Q. Fabius Maximus Conſul in Apuliam progreſſus, maximas inde prædas egit: deinde C. Publilius biennio poſt ad peragrandam Apuliam profectus aliquot expeditione una populos aut vi ſubegit, aut conditionibus in ſocietatem accepit. L. Papirius Curſor, collega ejus Luceriam, quam Samnites tenebant, preſſit; biennio poſt Teanenſes, & Canuſini populationibus feſſi obſidibus L. Plautio Conſuli datis in deditionem venerunt. Diodorus tum regionem omnem Dauniorum Apulorum populatam, & Canuſinos in fidem acceptos ſcribit. „ Inclinatis, ut *placet Livio*, in Apulia rebus Teanenſes quoque Apuli ad novos Conſules C. Junium Bubulcum, C. „ Æmilium Barbulam fœdus petitum venerunt. Pacis per omnem Apuliam præſtandæ populo Romano auctores; id audacter „ ſpondendo, impetraverunt, ut fœdus daretur, neque ut æquo tamen fœdere, ſed „ ut in ditione populi Romani eſſent. Apulia

(19) Pulſatos a Tarentinis legatos Romanos dicit Liv. lib. 12.

(20) Verba Ciceronis ſunt: *Cum Heraclienſium civitate prope ſingulare fœdus Pyrrhi temporibus C. Fabricio COS. ictum putatur.* Quid autem Bruttiis poſt bellum Punicum ſecundum evenerit, retulit ea Gellio author de ant. jur. civ. Rom. lib. 2. cap. 15., ideſt, ut in pœnam ſervatæ uſque ad extremum cum Annibale ſocietatis, nec milites ſcriberentur, nec pro ſociis haberentur: ſed ſervorum vice magiſtratibus in provinciam euntibus pararent, & praeminiſtrarent.

Digitized by Google

„ lia perdomita (nam Ferento quoque vali„ do oppido Junius potitus erat) in Luca„ nos perrectum; nec de Apuliæ rebus quidquam aliud ſcriptum invenimus. Addit Diodorus, ſequentes Conſules, Sp. Nautium, & M. Popillium Ferentum urbem Apuliæ vi cepiſſe; qui vero Nuceriam Alphaternam colebant, à Romana ſocietate ad Samnites defeciſſe; anno vero CDXLVIII. L. Poſtumium, Ti. Minucium Conſules adductis in Japygiam legionibus Silvium oppidum obſidione cum hominum amplius quinque millibus in poteſtatem redegiſſe. Quibus ex rebus quid aliud colligitur, quam Apulos alios aliis conditionibus ad ſocietatem Romanorum eſſe adductos? quarum monumenta certa in literis nulla extant.

CAP. XIV.

De agro, & fœdere Frentanorum.

Poſt flumen Fiternum, quod Apulis objici diximus, ſequuntur ad mare Frentani uſque ad Aternum amnem, à quo inde Picentes ſunt, adeo ut inter Apulos, & Picentes nulli alii populi ſint interjecti, quam Frentani. Hoc & Mela oſtendit, qui hos populos ita enumerat, ut poſt Daunios continenter Frentanos, collocet, poſt Frentanos Picentes; & Plinius, qui ita ſcribit: „ Flu„ men portuoſum Frento, Teanum Apulo„ rum, itemque Larinum, Cliternia, Tifer„ nus amnis; inde regio Frentana; *& alio loco*: „ In ora Frentanorum à Tiferno flumen „ Trinium portuoſum; oppida Hiſtonium, „ Buca, Ortona, Aternus amnis; intus An„ xatini, cognomine Frentani, Carentini „ ſupernates, & infernates, Lanuenſes. Strabo quoque Aternum Picentibus eſſe finitimum ſcribit. Ptolemæus item Frentanorum maritimam numerat Bucam, & Hiſtonium; mediterranea vero Anxanum, & Larinum; unde inquit Cæſar, bello civili ſe Corfinio per fines Marrucinorum, Frentanorum Larinatium in Apuliam contendiſſe. Pari modo Strabo citra Aternum collocat Ortonem Frentanorum navale, & Bucam item Frentanorum, quam Teano Apulo ait eſſe proximam.

Maneat ergo hoc, inter Apulos, & Picentes ſolos fuiſſe Frentanos; de quorum fœderibus vix quid ſcribam haben. Illud enim tantummodo extat apud Livium, Q. Aulium Conſulem anno CDXXXIV. uno ſecondo prælio cum Frentanis debellaſſe; anno vero CDXVIII. Frentanos Æquorum clade commotos, legatos Romam de pace, & amicitia miſiſſe, iiſque fœdus petentibus datum eſſe; unde poſt Pyrrhi bello Frentani, ut ſocii Romanis affuerunt; ſiquidem eo bello Frentanæ turmæ præfectus egregie ſe geſſiſſe commemoratur à Floro, & bello Gallico Ciſalpino inter cetera Italicorum auxilia, etiam Frentanorum à Polybio numerantur.

CAP. XV.

De agro Piceno, & fœderibus Picentum.

Ultimi tum Italiæ erant Picentes, qui deinceps oram tenebant ab Aterno amne ad Æſim; in qua oppida veterum ſcriptorum teſtimonio celebrata ſunt, Caſtrum Cupra maritima, Trumentum, Numana, Ancona; intus vero Septempeda, Cupra montana, Firmum, & Aſculum utrunque cognomine Picenam, Hadria; inde Matrinus amnis, Auximum, Igujum, Prævetia. Plinius Prætutianam regionem modo cum Piceno conjunctam, modo ab eo ſeparatam ſignificat, cum de Piceno ita loquitur: „ Picentes te„ nuere ab Aterno amne, ubi nunc ager Ha„ drianus, & Hadria colonia à mari ſeptem „ millia paſſuum, flumen Vomanum, ager „ Prætutianus, Palmenſiſque, item Caſtrum „ novum, flumen Batinum, Truentum cum „ amne. Flumina Albulates, Suinum, He„ luinum, quo finitur Prætutiana regio, & „ Picentum incipit, Cupra oppidum, Caſtel„ lum Firmanorum, & ſuper id colonia „ Aſculum, intus Novana, in ora Cluana, „ Potentia, Numana, Ancona; intus Auxi„ mates, Veragrani, Cingulani, Cuprenſes „ cognomine Montani, Falarienſes, Pauſu„ lani, Plenienſes, Ricinenſes, Septempe„ dani, Tollentinates, Triacenſes, urbs Sal„ via, Pollentini. Stephanus item Prætutianum agrum non procul ab Hadria locat; unde Annibalem narrat Polybius, itemque Livius Hadrianum, Prætutianumque agrum, inde Marſos, & Marrucinos, Pelignoſque devaſtaſſe. Prætutianis oppida Beretram, & Interamnam aſſignat Ptolemæus. Invenio præterea apud Strabonem, Picentes agros habitaſſe à montibus uſque ad mare in longitudinem, quàm in latitudinem ampliorem: latitudinem autem à montibus ad mare intervallis fuiſſe diſparibus, longitudinem vero centum millium paſſuum.

Jam vero cum Picentibus anno CCLIII. T. Manlio Torquato, M. Fulvio Pætino Coſs. fœdus primum ictum eſſe, apud Livium ſcriptum eſt his verbis: „ Romæ terrorem præ„ buit fama Gallici tumultus ad bellum „ Etruſcum adjecti; & minus cunctanter fœ„ dus ictum cum Picenti populo eſt; *& paulo poſt*: „ Cum Etruſcum bellum ſegnius opi„ nione eſſet, alterius belli fama Picentium „ novorum ſociorum indicio exorta eſt; Sam„ nites arma, & rebellionem ſpectare, ſeque „ ab eis ſollicitatos eſſe. Picentibus gratiæ „ actæ. Manſiſſe autem eos in hoc fœdere uſque ad annum urbis CDLXXXIV. inde licet ſuſpicari, quod eo demum anno Q. Ogulnio Gallo, Q. Fabio Pictore Conſulibus Picentes bellum commoviſſe, & ab inſequentibus Coſs. P. Sempronio, Ap. Claudio victos eſſe, tradidit Eutropius. Quo de bello non eſt alienum Oroſii verba, quando Liviana amiſimus, recitare. „ Sempronius Conſul „ adverſus Picentes duxit exercitum; & cum „ directe intra jactum teli utraque acies con„ ſtitiſſet, repente ita cum horrendo fragore „ terra tremuit, ut ſtuporem miraculi utrun„ que paveſactum agmen hebeſceret; diu at„ toniti utrique populi hæſitavere; præjudi„ cata incœpti conſcientia tandem procurſu „ concito iniere certamen. Romani, qui ad„ modum pauci eo prœlio remanſerunt, vi„ cerunt. Idem autem in Flori eſt ſcriptum hiſtoria: „ Domiti ſunt poſt Tarentinos Pi„ centes, & caput gentis Aſculum Sempro„ nio duce; qui tremente inter prælium cam„ po Tellurem deam promiſſa æde placavit.

His etiam victis pacem hoc tempore datam eſſe invenio in epitoma Livianorum; verum quibus conditionibus, parum compertum habeo; agris autem mulctatos eos, inde la-

facile conjici poteſt, quod C. Flaminius Tribunus plebis anno DXXV. legem tulit, quod extat apud Ciceronem in Catone, de agro Piceno viritim dividendo, & quod Firmum, & Hadriam in eorum agrum colonos tum Romani deduxerint. Hic autem ager fortaſſe ille fuit, unde dimoti Picentes illi feruntur, qui à Romanis in Campaniam, quæ eſt inter Sarnum, & Silarim, ſunt traducti, ac Picentini, teſte Strabone, poſtea, ut ſupra diximus, appellati.

CAP. XVI.

De agro Gallico, & Gallis Senonibus.

ERat ergo, ut dixi, non Picentum ſolum, ſed etiam Italicorum terminus Æſis; ultra Æſim enim tenuerunt Galli Senones, ut opinor uſque ad Vitim. Hanc regionem, ut ex Catonis, & Plinii perſpici monumentis poteſt, primi coluere Liburni, & Siculi, quos expulere Umbri, quos Etruſci. Poſt Senones ex tranſalpina profecti Gallia in his locis, Tuſcis exactis, conſederunt; quod intellexit libro V. Livius, cum dixit, Senones recentiſſimos omnium Gallorum, qui in Italiam tranſcenderint, ab Vite ad Æſim fines habuiſſe. Itaque hæc regio ab iis Senogallia, Catone teſte, eſt appellata; in qua hæc oppida floruerunt, Sena, Fanum Fortunæ, Piſaurum, & Ariminum; flumina vero Metaurum, Cruſtumium, & Ariminum.

Hi ſunt, qui, ut ſcriptum eſt apud Polybium, una cum Geſſatis Gallis Romam quondam præter Capitolium captam incenderunt, atque terroris ſemper, ubi moverunt, (moverunt autem ſæpiſſime) populo Romano tantum intulerunt, ut in lege de vacatione militiæ, quæ ſenibus, & ſacerdotibus permittebatur, illud aſcriberetur, niſi ſi tumultus Gallicus excitetur, cujus rei Appianus libro II., & Plutarchus in Camillo meminerunt. (41) Qui quanquam à Romanis longius, quam Picentes aberant, tamen ante in ditionem, quam Picentes, venerunt, cum manentibus in antiquo fœdere Picentibus ultro populo Romano arma ſæpius intuliſſent. Nam cum anno CCCLXIII. fuſis ad Alliam amnem Romanis urbem ipſam primo impetu cepiſſent, atque inde à M. Camillo Dictatore exacti, atque occidione occiſi eſſent, tantæ tamen cladis obliti, an. CCCLXXXVI. reverſi iterum in Albano agro ab eodem Camillo Dictatore, & poſt an. CCCXCII. à T. Quinctio Capitolino ad tertium lapidem Salariâ viâ caſtra habente, tertiùm ad Anienem amnem vinci voluerunt; quo in bello T. Manlius, provocatore Gallo occiſo, ac torque, quem ei detraxerat, ſibi impoſito, Torquati cognomen invenit. Neque vero poſt triumphorum Gallicorum materia defuit; ſiquidem & ſequenti anno C. Pœtelius Conſul, cum ad portam Collinam armati ſtetiſſent, & tertio poſt anno, cum Præneſte veniſſent, atque inde circa Pedum conſediſſent, C. Sulpicius Dictator, & anno CDIII. cum in agro Latino caſtra poſuiſſent, M. Popilius Lænas eos prælio devicerunt; quin etiam L. Furius Camillus, Camilli Dictatoris filius, Conſul, poſtero anno

A paternis auſpiciis eoſdem in agro Pomptino prælio fuſos in Apuliam compulit, quo tempore M. Valerius pugna cum altero Gallo Romanos milites per contumeliam ad ſingulare certamen vocante commiſſa, ex corvi alitis Galli os in pugna lacerantis omine Corvi ſibi cognomen peperit. Poſt autem cum aliquot annos quieviſſent, ac pene priorum immemores facti malorum, Etruſcis ſe, & Umbris, & Samnitibus tum Romanorum hoſtibus infeſtiſſimis adjunxiſſent, à Q. Fabio Maximo quinctum Conſule anno CDLVII. in Sentinati agro acie fuſi ſunt; quo in prælio P. Decius Fabii Collega ſe pro ſalute populi Romani exemplum patris imitatus devovit.
B Poſtremo vero, cum anno CDLXX. inita cum Lucanis, Bruttiis, Samnitibus, & Etruſcis ſocietate, bellum graviſſimum intuliſſent, atque Arretium Etruriæ oppidum, quod in ſocietate populi Romani perſtabat, obſiderent, Romanos occurrentes, primum L. Cæcilio Imperatore exuerunt, atque acie pepulerunt, poſt ab iiſdem novo delecto in fines ſuos eo uſque bello Romano intactos irrumpentibus magno prælio victi, ac profligati ſunt. Qua clade finitimi Galli Boji perterriti (ii trans Rubiconem conſederant) cum Etruſcis in auxilium advocatis, exercitum adverſus Romanos adduxiſſent, à P. Dolabella Conſule ad lacum Vadimonis in Etruria ſuperati, vix do-
C mum incolumes reverterunt. Atque hæc quidem hoc modo Polybius. Nam Florus non Bojos, ſed Senones ad Vadimonem deletos prodit, his verbis: „ Poſt aliquot annos omnes reliquias Senonum ad lacum Vadimonis Dolabella delevit; ne quis extaret in ea gente, qui incenſam à ſe Romam gloriaretur. Pulſos autem ex agris Senones, & cives Romanos eò eſſe translatos, multis mihi argumentis, ac conjecturis eſt perſuaſum. Primum quod video Catonem, ut ſcriptum eſt apud Plinium, memoriæ prodidiſſe, in hoc tractu Senones, qui Romam incenderant, funditus interiiſſe; deinde, quod colonias duas in eorum agro à Romanis colloca-
D tas intueor, Senam quidem pulſis ſtatim Gallis, ut ait Polybius, Ariminum vero anno CDLXXXV. P. Sempronio, & Ap. Claudio Coſs. Huc accedit, quod rogante Cajo, de quo dixi, Flaminio Tribuno plebis an. DXXI. latum eſt ad plebem de agro Gallico cis Ariminum dividendo, & quod poſt annos duodecim idem C. Flaminius Cenſor viam Flaminiam munivit, teſtibus Livio, Caſſiodoro, & Feſto, quæ à Roma Ariminum eſt perducta. Nam quid dicam, ut inde hæc regio Togata Gallia nominata ſit, nimirum à togæ uſu, qui civium Romanorum fuit præcipuus?

Cum autem hanc regionem Romani reliquo juri Italiæ adjunxiſſent, placuit, ut Ita-
E liæ, quæ eo uſque Æſi flumine ſepta fuerat, uſque ad Rubiconem produceretur, id quod ex Strabone cognoſci facile poteſt, qui ante Æſim, poſt Rubiconem Italiæ terminos fuiſſe memoriæ prodidit. Quin etiam poſt omni penitus Galliæ, Gallorumque nomine extincto eandem propter affinitatem eſſe Umbriæ attributam, facile crediderim. Siquidem video Strabonem Umbriam Æſi, & Rubicone fluminibus, Ancone, & Arimino oppidis termi-

(41) Meminit etiam Cic. phil. 8.: *Gravius autem eſſe quam bellum hinc intelligi licet, quod bello vacationes non valent, tumultu non valent. Tumultus autem Italicus, tumultus Gallicus, præterea nullus tumultus.*

minaſſe, atque in ea Ariminum, Senam, Fanum, & Metaurum, quæ Senonum ante ad mare fuerant, numeraſſe; & Valerium Aſdrubalem à Nerone, & Salinatore in Umbria interfectum tradere, quos ad Senam, & Metaurum pugnaſſe, inter omnes conſtat. Quæ autem iis, qui in his collocati ſunt ſedibus, præcipuæ fœderum conditiones ſint datæ, nondum aſſequi potui.

CAP. XVII.

De agro, & fœderibus Umbrorum.

HActenus eos populos perſecuti ſumus, qui oram Italiæ inſederunt, ac ſive Tuſcum, ſive Siculum, ſive Ionium, ſive Adriaticum mare attigerunt. Reliquum eſt, ut deinceps diſputationem ad eos exponendos, qui mediterranea Italiæ tennerint, conferamus; primi autem citra Rubiconem fuerunt Umbri; quos cum Sempronius à fontibus Tiberis uſque ad Narem flumen perducit, antiquiorum videtur habere rationem temporum; cum Strabo ab Arimino ad Ocriculos, recentiorum, quibus ager Gallicus Umbriæ eſt, ut diximus, attributus. Horum ergo oppida fuiſſe feruntur Ocriculi, Nequinum, ſive Narnia, Mævania, Fulginum, Nuceria, Interamna, Spoletium, Æſium, Camarinum, Atoeria, Tuder, Hiſpellum, Urbinum, Arna, Sentinum, Saſſina; quod veterum Strabonis, Plinii, Ptolemæi, Sibi teſtimonio confirmare, non puto eſſe neceſſe.

Umbros primum populi Romani ſocios à Livio invenio dici anno CDXXXIV. dum comparans Alexandri Magni vires cum viribus populi Romani, omnem Campaniam cum Umbria pro Romanis adverſus Alexandrum pugnaturam fuiſſe ait. Ceterum hi primi annos poſt novem bello ſe Romano implicuerunt, tum cum Q. Fabius Maximus Conſul iterum Etruſcorum exercitum inſecutus trans Ciminiam ſilvam penetravit. Cum Camertibus amicitia eſt inita. Reliqui fuſi potius, quam cæſi. Neque enim cœptam acriter tolerarunt pugnam. Poſt autem cum iidem repente defeciſſent, prælio ab eodem in tertio Conſulatu devicti, ſe dediderunt. Ocriculani ſponſione in amicitiam accepti. Poſt autem cum Nequinatibus quoque, & cum Saſſinatibus pugnatum eſt; cum Nequinatibus anno CDLIII. ab Q. Appulejo Conſule, qui Nequinum oppidum circumſedit, & ſequenti anno à M. Fulvio Pætino, qui illud cepit, colonia eò à populo Romano deducta, ac Narnia à Nare flumine appellata; cum Saſſinatibus autem anno CDLXXXVIII., quod & epitomæ Livianæ teſtantur, & triumphi Conſulum Capitolini, D. Junii Peræ, & N. Fabii Pictoris.

Quæ autem ſocietatis fœdera acceperint, ea poſt uſque ad extremum perpetuo tenore uſurparunt. Quæ tamen ea fuerint, parum explicatum eſt. Illud minime dubium, non eadem omnibus fœdera eſſe conceſſa.

CAP. XVIII.

De agro Sabino, & fœderibus Sabinorum.

DEinde ſequuntur Sabini inter Umbros ab Occidente, & Latinos ab Oriente ſiti. Etenim quidquid agri inter Narem, & Anienem flumina continetur, id totum Sabinorum fuiſſe quibuſdam è veteribus video placuiſſe. Strabo eos anguſtum agrum illum quidem incoluiſſe ſcribit, ſed in longitudinem porrectum à Tiberi fluvio, & Nomento oppido per centum viginti quinque millia paſſuum uſque ad Veſtinos. Quem agrum tradit Dionyſius libro I. ex ſententia Catonis XXXV. millia paſſuum à mari Adriatico abfuiſſe, XXX. à Tyrrheno, in longitudinem vero paulo minus CXXV. millibus paſſuum patuiſſe. Florus autem hunc uſque ad Adriaticum fere mare perveniſſe oſtendit, cum ſcripſit, Curium omnem eum tractum, quem Nar ambit, ſonteſque Velini, Adriatico tenus mari igne, ferroque vaſtaſſe. Atque hunc eundem agrum Strabo alio loco inter Latium & Umbros uſque ad Samniticos montes concludit. Dionyſius libro V. Hiſtoriarum Anienem amnem ex Tiburtinis montibus per campos Sabinorum, & Romanorum deferri, atque utrumque agrum diſterminare memoriæ prodidit. Addit Plinius, Tiberim citra XII. millia paſſuum urbis Vejentem agrum à Cruſtumino, ac Fidenate, ut Latinum à Vaticano dirimere. Sabinorum oppida numerat Strabo Nomentum, Amiternum, Interocream, Reate, Forulos, Cures, Treburam, Eretum; Plinius Amiterninos, Curenſes, Fidenates, Interamnates, Nurſinos, Nomentanos, Reatinos, Trebulanos, qui cognominentur Mutuſcæi, & qui Suffenates, Tarinates; quæ de agro Silius ubi de Nerone Sabino:

Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens
Caſperula, hunc Foruli, magnæ Reate dicatum
Cœlicolum matri, nec non habitata pruinis
Nurſia, & Tetrica comitantur rupe cohortes.

Hoc etiam terrarum in ſpatio fuerunt Cruſtumerium, Cænina, Antemnæ, & Collatia, quæ una cum Nomento, & Fidenis, aliquando ad Latinos referuntur; unde illud extitit apud Virgilium de Albanis Regibus:

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

& Livius de Priſcis Latinis ſcribens, capta à Priſco Rege ait Nomentum, & Cruſtumerium. His adde Regillum oppidum, unde Claudii Romam commigrarunt. Trebulæ Mutuſcæ, unde Trebulani Mutuſcæi apud Plinium, meminit Obſequens, Suffenæ Dionyſius.

Agro Sabino cognito dicendum eſt de fœderibus eorum. Ut autem Sabini cum Romanis primi armorum contentione decertarunt, ſic primi etiam ſe cum iis fœdere obſtrinxerunt. Nam Cruſtumerium, Antemnæ, & Cænina in regione Sabinorum fuerunt, ſed bellum ſeorſum à reliquis Sabinis, quorum Principes Curenſes, & Rex eorum T. Tatius fuit, Romulo regi fecerunt, ut raptas repeterent virgines, & acceptam in [illegible] per ſpeciem amicitiæ ulciſcerentur injuriam. Narrat Plutarchus, Romulo Sabinos ad ſocietatem vocante Aeronem Cæninenſium regem, reliquis cunctantibus arma moviſſe, eo victo Antemnates, & Cruſtumerinos, dum alii ſe compararent, facta conſpiratione, adverſus Romanos exercitum adduxiſſe; quos cum reliqui Sabini fuſos, ſuperatoſque moleſte ferrent, T. Tatium Curenſium regem imperatorem delegiſſe. Atque hos quidem poſtea reconciliatis inter pugnandum animis, ac fœdere icto, in amicitiam, & in civitatem à Romulo eſſe ſuſceptos conſtat. Tullus inde

Ho-

Hoſtilius cum Sabinis bellum ſuſcepit, cum utrinque injuriæ factæ, ac res nequicquam eſſent repetitæ. Qui haud parum memores, ſuarum virium partem Romam ab T. Tatio rege fuiſſe translatam, ad Vejentes cum confugiſſent, ad ſilvam Malitioſam acie congreſſi profligantur; id quod prodidit memoriæ T. Livius; deinde eoſdem ab Anco Marcio rege, cum à populationibus bellum exortum eſſet, victos tradit Dionyſius. L. etiam Tarquinium Priſcum regem urbem muro lapideo circumdare parantem bellum Sabinum avocavit, cum ea adeo ſubita res fuiſſet, ut prius Anienem tranſirent, quam obviam ire, ac prohibere exercitus Romanus poſſet; iis trans Anienem fugatis Rex in agrum populabundus incurſat; iterumque ibi fuſi, perditis jam prope rebus pacem petiere. Collatia, & quidquid circa Collatiam agri erat, Sabinis ademptum. Collatini deditii ſunt. Sic Livius. Dionyſius autem nullo Collatiæ verbo facto Sabinos ſex nonorum inducias impetraſſe ait; poſt autem in eos iterum eſſe bellatum, ac ſingulos populos oppidorum deditione facta fœdere eodem, quo Etruſcos, à rege in amicitiam & ſocietatem eſſe aſcitos; quin etiam eoſdem Tarquinio Superbo regnante multis prœliis devictos legatis de pace miſſis tributum in poſterum pactis, eam impetraviſſe. Animadverto etiam anno poſt reges exactos quinto, M. Valerio, P. Poſtumio Coſs. Sabinos aliquot cum Romanas opes bello Etruſco Porſenæ accisas rati, in agrum Rom. impetum feciſſent, acie pulſos, victoſque eſſe; Conſulum utrunque triumphaſſe. Poſtero vero anno, P. Valerio quartum, T. Lucretio Coſs. iidem ſoluta eſſe fœdera, quæ cum Superbo rege poſtremùm percuſſerant, arbitrati, quod ille exactus imperio eſſet, communi conſenſu habito omnium civitatum concilio bellum gravius intulerunt: cumque à Sex. Tarquinio Superbi filio impulſi Fidenas, & Cameriam à Romanis abalienaſſent, iterum à Romanis ſunt cæſi; Conſules ambo triumpharunt; Fidenis in auctores defectionis animadverſum; ager ademptus, atque iis, qui in prœlium miſſi ſunt, datus. Tertio anno item in Sabinos dimicatum. Agrippa Menenius Coſ. triumphans; P. Poſtumius, quod minus proſpere rem geſſiſſet, primus ovans urbem ingreſſus eſt, quarto anno Sp. Caſſius Coſ. cum iis non longe à Curibus congreſſus ad X. millia & trecentos cæcidit, ad tria millia cepit; qua clade compulſi ad Conſulem, atque inde ad Senatum legatos de pace miſerunt; quam non niſi frumento, & ſtipendio in milites, & decem agri jugeribus datis impetrare potuerunt. Obiter autem Virginius exercitu ad Cameriam adducto receptam evertit, defectionis auctoribus interfectis & reliquis venundatis. Dionyſius eos Ap. item Claudio, & P. Servilio Coſs. cum moviſſent, victos prodit, & ſequenti an. A. Virginio, T. Vetuſio Coſs. cum ſe cum Æquis, & Volſcis junxiſſent, à M'. Valerio Maximo Dictatore eſſe ſubactos. P. inde Valerio, C. Nautio Coſs. motus eorum quidam, ſed parum memorabiles, fuerunt; quin etiam aliquot poſt annos L. Valerio, Ti. Æmilio Coſs. cum iis pugnatum eſt. Numicio autem, & Virginio Coſs. cum ad portas urbis populantes inceſſiſſent, plus cladium, quam intulerant, acceperunt; & cum P. Quinctio, Q. Servilio Coſs. Cruſtuminos campos citato agmine tranſgreſſi, cædes, & incendium circa Anienem flumen feciſſent, porta prope Collina, mœnibuſque pulſi ingentes tamen prædas hominum, pecorumque egere; quos Servilius Coſ. infeſto exercitu inſecutus, cum ipſum agmen adipiſci locis æquis nequiret, popolationem adeo effuſe fecit, ut nihil bello intactum relinqueret, multiplicique capta præda rediret; poſt autem cum anno CCCIII in agrum Rom. cum Æquis incurſaſſent, ſequentibus Coſs. M. Horatio, & P. Valerio pœnas dederunt. Neque eos poſtea moviſſe invenio, niſi anno CCCLXXIII., quo acciſas prorſus eorum opes eſſe à M'. Curio Dentato Coſ. præter ceteros memoriæ prodidit Florus; cum ita ſcripſit: „ Populus Rom. à Latinis aggreſſus „ eſt gentem Sabinorum, qui immemores „ factæ ſub T. Tatio affinitatis, quodam „ contagio belli ſe Latinis adjunxerant; ſed „ Curio Dentato Conſule omnem eum tra- „ ctum, quà Nar ambit, fonteſque Velini, „ Adriatico tenus mari igne ferroque vaſta- „ vit; qua victoria tantum hominum, tan- „ tum agrorum redactum in poteſtatem, ut „ in utro plus eſſet, ne ipſe quidem exiſti- „ mare poſſet, qui vicerat. Vellejus addit, eodem anno Sabinis ſine ſuffragio civitatem datam, poſt autem Sempronio, Claudioque Coſs. ſuffragium etiam eſſe permiſſum; & Cicero cum Balbum de civitate, quæ in dubium vocabatur, defenderet, univerſas ſæpe gentes, ut Sabinorum, & Hernicorum, in civitatem eſſe aſcitas dixit. Itaque Livius bello Punico II. inter alios ſocios populi Rom. qui milites ſint polliciti, Nurſinos numerat, Reatinos, & Amiterninos, Sabinumque agrum omnem. Bello certe Marſico pro Romanis contra Italicos, civitatis jura poſtulantes ſteterunt. Romanorum victoriæ teſtimonio ſunt Forum-Decii, & Forum-novum, quæ in Sabinis à Plinio memorantur.

CAP. XIX.

De agro, & fœderibus Veſtinorum, Marrucinorum, Marſorum, & Pelignorum.

DEinceps ſequuntur populi quatuor, ut non admodum latis, ſic nec ſatis certis finibus ab antiquis circumſcripti, Veſtini, Marrucini, Marſi, & Peligni. Illud tamen dubitationem non habet, hos populos inter Picentes, Frentanos, Sabinos, Latinos, & Samnites medios conſediſſe; quod etſi ad jura Italiæ demonſtranda ſatis valere deberet, adjungam tamen, quid & ipſe de ſingulorum ſitu ex veterum monumentis in mentem veniat ſuſpicari, ne quem locum patiar hujus artis ſine lumine aliquo vel veritatis, vel probabilis conjecturæ jacere. Veſtinos opinor Sabinis adhæſiſſe. Me vero in hanc ſententiam rationes multæ adducunt; primum, quod Strabo Sabinos uſque ad Veſtinorum regionem perducit: deinde, quod Silius Fiſcellum montem inter Veſtinos ponit, unde Naren amnem Sabinorum terminum labi Plinius ſcribit. Valet etiam apud me plurimum, quod Amiternum oppidum modo in Sabinis numerari invenio, modo in Veſtinis; quin etiam aliquid ad hanc quæſtionem arbitror pertinere, quod Aternus amnis, teſte Strabone, Veſtinum agrum à Marrucino ſecreverit; manaſſe enim in Adriaticum eum ait ex Amiternino, ac per Veſtinos ad dextram Marrucinis relictis ponte trajectum eſſe. Quibus auctoritatibus mihi perſuaſum eſt, Veſtinos

nos fere ab oriente Aternum flumen habuiſſe cum Marrucinis; at vero ob Occidente Sabinos, à Septemtrione Picentes; uſque adeo, ut qui Veſtinos cum Campanis conjungant, Velcinorum, qui populi Campaniæ ſunt, nominis ſimilitudine ductos putem errare, quod nomen ubique in Livianis annalibus eſſe invenio depravatum; quorum errorem ſi nulla alia auctoritas coargueret, ipſa, quæ dicuntur Veſtinorum fuiſſe, oppida certe convincerent, Pinna, Avia, Amiteraum, & Angulum apud Ptolemæum; Angulani, Pinnenſes, & Peltuinates apud Plinium; quorum bis verſibus meminit item Silius:

Haud illo levior bellis Veſtina juventus
Agmina denſavit venatu dura ferarum,
Quæ Fiſcelle tuas arces, Pinnamque virentem,
Paſcuaque haud tarde redeuntia tondet Avellæ.

Veſtinos autem cis Aternum ſequuntur Marrucini, quorum caput conſtanti omnium teſtimonio Teate fuiſſe fertur; ex quo apparet, Marrucinos Frentanis non admodum procul à mari fuiſſe ſubjectos.

Marrucinos porro ſupra Pelignos fuiſſe cum aperte tradit Strabo, tum indicat non obſcure Cæſar, cum ait, ſe à Corfinio, quod Pelignorum eſt, per Marrucinos, & Frentanos in Apuliam perveniſſe.

Pelignorum autem Corfinium, & Sulmonem clariſſima oppida fuiſſe, Strabone, & Ptolemæo teſtibus notum eſt; quæ ſeptem inter ſe millia paſſuum abiuiſſe in Cæſaris commentariis video eſſe notatum, ut Pelignos à Frentanis flumine Sangro, quod eſt inter Aternum oppidum, & Ortonem, diſcretos, in Strabonis. Sangro autem ſuſpicor ne terminati fuerint Marrucini, ut ad mare primi fuerint Frentani, Marrucini ſub Frentanis inter Aternum, & Sangrum amnes, ſub Marrucinis Peligni iiſdem utrinque fluminibus cincti.

Nam Marſi ſupra ſe videntur habuiſſe Veſtinos à Septentrione, ab Occaſu Sabinos, ab Oriente Pelignos, à Meridie lacum Fucinum, & Æquos populos attigiſſe. Eorum oppida obſcura fuerunt, & nulla re memorabili celebrata Æx, & Alfabucelis apud Ptolemæum, Milonia, Pleſtinia, & Freſilia apud Livium. Adjiciunt multi Albam, quæ propter finium vicinitatem modo fuit Æquorum, modo Marſorum ad lacum Fucinum, unde inter Marſos retulit Plinius Anxatinos, Atinates, Fucentes, Lucenſes, Maruvios, & Albenſes, & de Marſis loquens dixit Silius:

Marruvium veteris celebratum nomine Marri,
Urbibus eſt illis caput, interiorque per udos
Alba ſedet campos, pomiſque rependet ariſtas.
Cetera in obſcuro famæ, & ſine nomine vulgi,
Sed numero caſtella valent.

Horum autem populorum vicinitatem oſtendit Cicero in Cluentiana, cum dixit: *adeſſe primum municipes Larinates, deinde vicinos Frentanos, Marrucinos, & pari dignitate Teano Apulo, atque Luceria equites Romanos*; & Livius, cum ait: *Neronem ex Apulia in Umbriam ad Senam exercitum per agrum Larinatem, Marrucinum, Frentanum, & Prætutianum duxiſſe*; & item, cum ſcribit: *Annibalem ex Campania in Samnium, inde in Pelignos acceſſiſſe, præterque oppidum Sulmonem in Marrucinos tranſiſſe, inde Albenſi agro in Marſos, hinc ad Amiternum, Foruloſque vicum veniſſe.*

De rebus autem à populo Romano cum bis populis geſtis, quos exiguos quidem, ſed bellicoſos tamen fuiſſe narrat Strabo, hæc à Livio accepimus. Anno CDXXVII. L. Camillo, D. Bruto Coſs. cum ſatis per ſe ipſum Samnitum bellum, & defectio repens Lucanorum ſolicitos haberent patres, acceſſit, ut Veſtinus populus Samnitibus ſeſe conjungeret; & quanquam res nova erat, tamen tanta cura patres inceſſit, ut pariter eam ſuſceptam, neglectamque timerent, ne aut impunita eorum laſcivia, ſuperbiaque, aut bello pœnæ expetitæ metu propinquo, atque ira concirent finitimos populos; & erat genus omne abunde bello Samnitibus par, Marſi, Pelignique, & Marrucini, quos, ſi Veſtinus attingeretur, omnes habendos hoſtes. Ita bellum adverſus Veſtinos ex auctoritate patrum populus juſſit, idque Bruto mandatum; ab eo in Veſtinis multiplex bellum, nec uſquam vario eventu geſtum eſt; nam & pervaſtavit agros, & populando, atque urendo tecta hoſtium, ſataque, in aciem invitos extraxit; & ita prælio uno accidit Veſtinorum res, haudquaquam tamen incruento milite ſuo, ut non in caſtra ſolum refugerent hoſtes, ſed, jam ne vallo quidem ac foſſis freti, dilaberentur in oppida, ſitu urbium, mœnibuſque ſe defenſuri. Poſtremo oppida quoque vi oppugnare adortus, primo Cutinam ardenti ardore militum, aut vulnerum ira ſcalis cepit, deinde Cingiliam utriuſque urbis prædam militibus conceſſit.

Anno deinde CDXLV. Q. Fabio, P. Decio Conſulibus, cum Samnitibus acie dimicatum; haud magno certamine hoſtes victi, neque ejus pugna memoriæ tradita foret, ni Marſi eo primum prælio cum Romanis certaſſent. Secuti Marſorum defectionem Peligni eandem fortunam habuerunt. Poſt triennium L. Poſtumio, Ti. Minucio Coſs. Livius Æquorum nomen prope ad internecionem deletum ſcribit; exemploque eorum cladem fuiſſe, ut Marrucini, Marſi, Peligni, & Frentani mitterent Romam legatos oratores pacis petendæ, amicitiæque; iis populis fœdus petentibus datum. Diodorus autem Pelignos armis ſubactos, & agro multatos narrat. Aliis vero, qui amici eſſe videbantur, civitatem eſſe communicatam. Sequenti anno Æquos delectos, cum Marſis, Pelignis, & Marrucinis ſocietatem initam. At vero anno CDLI. M. Livio, & M. Æmilio Coſs. cum Veſtinis petentibus amicitiam fœdus ictum eſt. Eodemque anno nunciatum, à Marſis agrum vi teneri, in quem Carſeoli deducta colonia erat (erat autem in agro Æquicolarum) ea cauſa fecit, ut Marſis arma inferrentur. M. Æmilius Paullus Dictator profectus cum exercitu prælio uno eos fudit. Compulſos deinde in urbes munitas, Miloniam, Pleſtiniam, & Froſiliam intra paucos dies cepit, & parte agri multatis fœdus reſtituit. Nec de iis aliud præterea quidquam compertum habemus.

CAP. XX.

De agro, & fœderibus Samnitium.

Reſtant Samnites populi, quorum Regio Samnium appellata, in longitudinem plus patens, quam latitudinem; habuit à Septentrione Frentanos & Apulos, à Meridie Campanos, & Lucanos, ab Occaſu Auſones cum Pelignis, ab Oriente item Apulos cum Lu-

A Lucanis. Populi in his elaruerunt præter ceteros Pentri, Caraceni, & omnium altimi Hirpini; quorum tanta fuit belli gloria, ut ſeparatim a Samnitibus, quaſi ab eorum corpore eſſent avulſi, nominarentur; unde illud eſt apud Livium, ubi Cannenſem cladem deſcripſit, defeciſſe ad Pœnos in Italia Atellanos, Calatinos, Hirpinos, Samnites præter Pentros; & apud Appianum, bello Marſico, Samnites, & Hirpinos arma adverſus populum Romanum tuliſſe. Samnitium porro capita, quantum ego intelligere poſſum, fuerunt Saticuli, Caudium, Æſernia, Aliſæ, inde minora alia multa, Calliſæ, Rufrium, Pliſtia, Cluvia, Tifernus mons, Aufidena, Cimetra, B Murgantia, Romulea, Ferentinum, Milonia, Aquilonia, Amiternum, Duronia, Sepinum, Velia, Palumbinum, Teleſia, Maronea, Pentrorum Bovianum, Caracenorum Cominium, Hirpinorum, ut ait Plinius, Beneventum, Coſſa, & Herculaneum. Plinius autem inter Samnites collocat Bovianum, Aufidenates, Æſerninos, Fagos, Fugulos, Ficolenſes, Sepinates, Treventinates, de quibus pleriſque ſic Silius:

Affuit & Samnis, nondum vergente favore
Ad Pœnos, ſed nec veteri purgatus ab ira.
Qui Batulum, Murraſque colunt, Boviania quique
Exercent luſtra, aut Caudinis faucibus hærent.
C *Et quos aut Rufræ, aut quos Æſernia, quoſve*
Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris.
Bruttius haud diſpar, animorumque una juventus
Lucanis excita jugis, Hirpinaque pubes.

Hirpinos proditum eſt à Strabone Samnites fuiſſe, qui Lucanis adhæſerint iis, qui mediterranea tenent. Aufidum autem amnem, qui Canuſium præfluit, & Dauniam terminat, ex Hirpinis montibus eſſe delatum. Retinuiſſe autem eos vel extremis temporibus nomen, bellum ipſum Italicum anno orbis DCXII. geſtum, eſt documento, in quo Hirpinorum præcipue egregia opera celebratur. Ferociſſimam autem inter omnes Italicas Samnitum gentem fuiſſe, ex eo intelligi poteſt, quod cum eis per annos octoginta quotidianis prope armis eſt dimicatum. Quocirca apud Florum in hunc modum ſcriptum invenimus:
„ Samnites invaſit populus Romanus gentem,
B „ ſi opulentiam quæras, aureis, & argenteis
„ armis diſcolore veſte uſque ad ambitum ar-
„ matam; ſi inſidiarum fallaciam, ſaltibus
„ fere, & montium fraude graſſantem; ſi ra-
„ biem, ac furorem ſacratis legibus, huma-
„ niſque hoſtiis in exitium urbis agitatam;
„ ſi pertinaciam, ſexies rupto fœdere, cla-
„ dibuſque ipſis animoſiorem.

De his autem pugnis, ac cladibus præcipue hæc accepimus. Narrat Livius M. Fabio, M. Popillio Coſs. anno poſt urbem conditam CCCXXXIX. Samnites petentes primum fœdere in amicitiam eſſe acceptos. Anno vero CDX. (22) populum Romanum cum eis bellum iniſſe, ut Campanos deditios ſuos C adverſus eorum arma defenderet: pugnatum autem eſſe à M. Valerio Conſule in Campania ad Gaurum montem, ab A. Cornelio Collega ejus in Samnio ad Saticulam, iterumque à Va-

(22) Bellum certe Samniticum inter maxima Romanorum bella primumque in ordine eorum celebratur, & ad illud ita præfatus Livius: *Majora jam hinc bella & viribus hoſtium, & longinquitate, vel regionum, vel temporum ſpatio, quibus bellatum eſt, dicentur; namque eo anno adverſus Samnites gentem opibus, armiſque validam mota arma;* cauſam, principiumque tanti belli diffuſius exponam. Ita Livius lib 7. ea deſcribit: *Belli cauſa cum Samnitibus Romanis, quum ſocietate, amicitiaque juncti eſſent, extrinſecus venit, non* D *orta inter ipſos eſt. Samnites Sidicinis injuſta arma, quia viribus plus poterant, cum intuliſſent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere, Campanis ſeſe conjungunt. Campani magis nomen ad præſidium ſociorum, quam vires cum attuliſſent, fluentes luxu ab duratis uſu armorum in Sidicino pulſi agro, in ſe deinde molem omnem belli verterunt. Namque Samnites omiſſis Sidicinis, ipſam arcem finitimorum Campanos adorti, unde æque facilis victoria, præda, atque gloria plus eſſet; Tifata imminentes Capuæ colles cum præſidio firmo occupaſſent, deſcendunt inde quadrato agmine in planitiem, quæ Capuam, Tifataque interjacet. Ibi rurſus acie dimicatum; adverſoque prælio Campani intra mœnia compulſi, cum robore juventutis ſuæ acciſo nulla propinqua ſpes eſſet, coacti ſunt ab Romanis petere auxilium. Legati introducti in Senatum longa, flebi-* E *lique oratione auxilium petunt adverſus Samnites. Senatus quamcumque utilitatem ex Capuæ opportunitate fidei poſtponens ita per Coſ. reſpondit Legatis. Auxilio vos Campani dignos cenſet Senatus: ſed ita vobiſcum amicitiam inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia, ac ſocietas violetur. Samnites nobis cum fœdere juncti ſunt: itaque arma, Deos prius, quam homines violatura, adverſus Samnites vobis negamus. Legatus, ſicut ſat, juſſque eſt ad ſociis, atque amicis precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat. Ad ea princeps legationis (ſic enim domo mandatum attulerat;) Quandoquidem, inquit, noſtra tueri adverſus vim, atque injuriam juſta vi non vultis, veſtra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina, humanaque omnia in veſtram P. C., Populique Romani ditionem dedimus. Quicquid deinde patiemur, deditii veſtri paſſuri. Sub hæc dicta omnes manus ad COSS. tendentes, pleni lacrymarum in veſtibulo curiæ procubuerunt. Commoti patres vice fortunarum humanarum, ſi ille prapotens opibus populus, luxuria, ſuperbiaque clarus, à quo paulo ante auxilium finitimi petiſſent, adeo infractos gereret animos, ut ſe ipſe, ſuaque omnia poteſtati alienæ faceret; tum jam fidei agi viſa, deditos non prodi, nec facturum æqua Samnitium populum cenſebant, ſi agrum, urbemque per deditionem factam Populi Romani oppugnarent. Legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit. Data mandata, ut preces Campanorum, reſponſum Senatus amicitiæ Samnitium memor, deditionem poſtremo factam, Samnitibus exponerent, peterent pro ſocietate, amicitiaque, ut deditiis ſuis parcerent; neque in eum agrum, qui Populi Romani factus eſſet, hoſtilia arma inferrent. Si leniter agendo parum proficerent, denunciarent Samnitibus Populi Romani, Senatuſque verbis, ut Capua urbe, Campanoque agro abſtinerent. Hæc legatis agentibus in Concilio Samnitium, adeo eſt ferociter reſponſum, ut non ſolum geſturos ſe eſſe dicerent id bellum, ſed Magiſtratus eorum è Curia egreſſi ſtantibus legatis præfectos cohortium vocarent, iiſque clara voce imperarent, ut prædatum in agrum Campanum extemplo proficiſcerentur. Hac legatione Romam perlata, poſitis omnium aliarum rerum curis, patres, Fecialibus ad res repetendas miſſis, belloque, quia non redderentur, ſolemni more indicto, decreverunt, ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: juſſuque populi COSS. ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum, hic ad Saticulam caſtra ponunt.* Bellatum utrobique; Valerius obſtinatis ad vincendum militibus Samnites cecidit, fuditque. Tantaque in eo prælio fuit utriuſque partis ferocia, ut licet tandem atrox cædes Samnitium fieret, nullum tamen fugæ ſignum appareret, adeo morte ſola vinci deſtinaverant animis. Itaque Romani cum effluere jam laſſitudine vires ſentirent, & diei haud multum ſupereſſe, accenſi ira concitant ſe in hoſtem. Tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit: tum capi, occidi Samnis; nec ſuper-

fuiſ-

Digitized by Google

à Valerio ad Sueſſulam; hoſtibus ubique pulſis, cæſiſque biennio poſt fœdus cum eis eſſe percuſſum. (23) Poſt autem cum an. CDXXV. (24) defeciſſent, quia Fregellas Volſcis ademptas in agro ſuo populus Romanus coloniam collocaſſet, ſequentes Conſules C. Pœtelium, & L. Papirium, indicto bello, tria eorum oppida in poteſtatem redegiſſe, Alliſas, Calliſas, & Ruſrium, aliumque præterea agrum longe, lateque vaſtaſſe; inde à L. Papirio Dictatore ſubactos pacem petiiſſe, ac pactos, ut ſingula veſtimenta militibus, & annuum ſtipendium darent, cum ad Senatum, ad quem rejecti erant, veniſſent, infecta pace, inducias retuliſſe. Poſtero autem anno ſive ab A. Cornelio Arvina Dictatore, ſive à Conſulibus Q. Fabio, & L. Fulvio (utrumque enim tradit) victos, cum defectionis auctores dediſſent, non tamen pacem impetrare potuiſſe. Itaque ad arma converſos Ti. Veturium, & Sp. Poſtumium, qui ſecuti ſunt, Conſules ſub jugum ad Caudium miſſos ad turpe fœdus feriendum compuliſſe. Quo ſequenti anno ipſorum deditione Conſulum infirmato, bello vehementius à Romanis, L. Papirio Conſule duce, renovato, eoſdem ad Luceriam in Apulia victos, & ſub jugum miſſos eſſe. Inde Satrico, quod ad eos defecerat, capto, ipſos à Papirio prælio deletos, petentibus fœdus negatum, inducias biennii datas. Poſt autem anno CDXXXV. Sp. Nautio, L. Æmilio Coſs. L. Æmilium Dictatorem Saticolam oppugnare adortum illis cauſſam rebellandi dediſſe. Fuſos in caſtra ſpe abjecta Saticulæ tuendæ Pliſtiam ſocios Romanorum circumſediſſe; ſequenti anno Q. Fabium Dictatorem Saticolam proditione, Samnites Pliſtiam vi cepiſſe; inde traducto Soram exercito, quæ colonia Romana ad Samnites defecerat, cum Samnitibus ad Lautulas ancipiti prælio dimicatum. Soram cum inſequentes Conſules M. Pœtelius, C. Sulpicius cepiſſent, & ſupplicium de defectionis auctoribus ſumpſiſſent, cum Samnitibus, qui in Campaniam Capuæ Romanis adimendæ cauſſa venerant, depugnaſſe; eo prælio ad triginta millia cæſa, aut capta: reliquos Beneventum profugiſſe. Inde Samnitium clades multæ. Nam & Conſules Q. Fabius per Soranum, P. Decius per Sidicinum agrum in Samnium legionibus ductis, eos ad Tifernum ceciderunt; & cum Apulis auxilio occurrentibus Decius ſe ad Maleventum objeciſſet, Samnium vaſtarunt, Cimetram, Murgantiam & Romuleam ceperunt. Ferentinum validiſſime oppugnarunt; deinde cum iidem reparato exercitu per fines Veſcinos in Campaniam, Falernumque agrum tranſcendentes ingentes prædas feciſſent, atque eos L. Volomnius Conſul, ex Etruria in Calenum agrum profectus, præda onuſtos ad Vulturnum flumen ſedere audiſſet, prælio cecidit, ac prædam eripuit; inde ſequentes Conſules Q. Fabius, & P. Decius cum Samnitibus, Gallis, & Umbris, qui arma conſociaverunt, pugnarunt in agro Sentinate Umbriæ, quo prælio nobiliſſima victoria Decii devotione eſt parta. Samnitium agmen cum per Pelignos fugeret, circumventum eſt à Pelignis; ex millibus quinque ad mille cæſi. L. Volumnius pro Cos. Samnitium exercitum in Tifernum montem compulſum fundit, fugatque. Pugnatum eſt etiam proſpere in agro Stellate ab Ap. Claudio Conſule, & L. Volumnio pro Conſule. Sequenti anno Samnitas cum M. Atilio Conſule non infeliciter congreſſi, cum non modo caſtra inde proferre, ſed ne pabulari quidem Romanos paterentur, & retro in pacatum Soranum agrum populabundi irent, L. Poſtumius collega Atilii exercitu Soram indicto, inde in Samnium ad caſtra collegæ perrexit, ac Milioniam, & Ferentinum cepit. Atilius ad Luceriam in Apulia vario eventu pugnavit. Samnites Interamnam coloniam, quæ via Latina eſt, occupare conati urbem non tenuerunt, agros depopulati cum retro redirent, in victorem delapſi hoſtem ab Luceria redeuntem, cæduntur. Poſtero anno Samnitium exercitus lege ſacrata coactus ad Aquiloniam conſedit. Sp. Carvilius Conſul Amiternum vi cepit. Papirius Duroniam expugnavit. Inde pervagati Samnium maxime depopulato Atinate agro Carvilius ad Cominium, Papirius ad Aquiloniam, ubi ſumma rei Samnitium erat, pervenit; utrobique res bene geſta, oppidum captum, direptum ac concrematum eſt. Poſt Carvilius Veliam, Palumbinum, & Herculaneum cepit. Papirius Sepinum expugnavit, exercitumque in agrum Veſcinum, quia ea regio infeſta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit. Atque hæc quidem omnia in Livianis annalibus ſcripta ſunt. Cum autem Q. Fabius Gurges, qui Conſul eſt ſubſecutus, ab iis fuſus, fugatuſque ſumma apud omnes infamia flagraret, (25) patris Q. Fabii Rulliani, qui legatus ei datus eſt, conſilio uſus rem proſpere pro Conſule geſſit, atque hoſtes, Zonara, & Oroſio teſtibus, ſub jugum miſit. Cum Samnitibus autem debellatum à P. Cornelio Rufino, & M'. Curio Coſs. qui ſecuti ſunt, (26) invenio, & cum iis petentibus fœdus quartum

fuiſſent multi, ni nox victoriam magis, quam prælium diremiſſet. Interrogari Samnites quænam prima cauſa tam obſtinatos moviſſet in fugam, oculos ſibi Romanorum ardere viſos ajebant, veſanoſque vultus, & furentia ora, inde plus, quam ex alia ulla re terroris ortum. Cornelius alter Coſ. incaute cum exercitu in ſaltum cave velle pervium, circaque inſeſſum ab hoſte ingreſſus, à P. Decio Tribuno militum, qui editum in ſaltu collem imminentem hoſtium caſtris occupavit, liberatus, Samnites poſt adortus, eoque fudit. Hæc quæ diximus, & cauſa belli cum Samnitibus, & prima res geſtæ.

(23) Reſtitutum ait Livius lib. 8. cum de poſtulatis Samnitium Titus Æmilius Prætor Senatum conſuluiſſet, reddendumque his fœdus patres cenſuiſſent, Prætor Samnitibus reſpondit: *Nec quominus perpetua cum eis amicitia eſſet, per populum Romanum ſtetiſſe: nec contradici, quin quoniam ipſos belli culpa ſua contracti ta-*

dium ceperit, amicitia de integro reconcilietur.

(24) Ante tamen, idest eodem anno, quo fœdus Samnitibus reſtitutum, Samnites a Senatu Romano auxilium perquam demiſſe adverſus Latinos, Campanoſque petierunt. Eoſque tuteti Romani interneceno bello Latinos iteram, Campanoſque ſubegerunt. Liv. lib. 8.

(25) Addit Livius, ſeu Epitoma: *& Senatum de removendo eo ab exercitu egiſſe: ſed Fabium Maximum patrem deprecatum hanc ſibi ignominiam, eo maxime Senatum moviſſe, quod iturum ſe filio legatum pollicitus eſſet, cujus conſilio, & opera ipſius Conſul adjutus, cæſis Samnitibus triumphavit; Cajum Pontium Imperatorem Samnitium ductum in triumpho ſecuri percuſſit.*

(26) Q. Fabio Gurgiti Coſ. non ſucceſſerunt Pub. Cornelius Rufinus, Marcus Curio Dentatus, ſed tertii poſt illum hi fuerunt COSS. Nam medii inter eos: L. Poſthumius Megellus III, C. Junius Brutus Bubulcus. Rem autem al-

eſſe percuſſum ; inde per annos undecim ab iis otium fuiſſe; anno vero CDLXX., P. Dolabella, & Cn. Domitio Coſs. eoſdem cum Gallis, & Lucanis, & Etruſcis arma rurſus cepiſſe, atque de iis L. Æmilium Barbulam pro-Conſule triumphaſſe. Neque vero his ſolum, ſed poſt etiam Pyrrho regi in Italiam venienti Samnites ſe adjunxerunt; quo factum eſt, ut de iis C. Fabricius Conſul triumphum nobiliſſimum egerit. Poſt autem cum Pyrrhus Italia ceſſiſſet, C. Junius, & P. Cornelius Rufinus Conſules in Samnium legiones duxerunt, agriſque vaſtatis caſtella quædam ceperunt; cumque hoſtes in montem compulſos adoriri ſtatuiſſent, detrimentis quibuſdam acceptis, populatione contenti fuerunt. Inde aliis ducibus continenter eſt bellatum; ſiqui dem de iis & Q. Fabius Gurges pro-Cos. iterum triumphavit, & poſt etiam M'. Curius, & L. Lentulus; à quo Samnitium etiam oppidum captum eſſe prodidit Plinius; & poſt etiam C. Claudius Canina, &, qui bello diuturno finem impoſuerunt, Sp. Carvilius, & L. Papirius Curſor. Itaque per eoſdem Samniticum bellum eſt confectum, per quos etiam Tarentinum. Victis autem Tarentinis, & Samnites, quæ populo Romano placuerunt, conditiones pacis acceperunt; unde iidem apud Livium ſic ad Annibalem (27) victorem loquentes ſunt, bello Punico: „ Hoſtes populi Romani fuimus, primum „ per nos ipſi, quoad noſtra arma, noſtræ vi„ res nos tutari poterant; poſteaquam iis pa„ rum fidebamus, Pyrrho regi nos adjunxi„ mus, à quo relicti pacem neceſſariam ac„ cepimus. Pacis autem conditiones, ut multa alia vetuſtate obſoleta, nobis parum compertæ ſunt.

CAP. XXI.

De jure Italico.

EX his autem, quæ diximus, neminem eſſe puto, quin intelligat, populum Romanum cum populis Italicis ita ſocietatem iniſſe, ut alios deditione, alios ſponſione, quoſdam pactione, omnes demum fœdere aliquo in amicitiam acceperit; fœdera tamen alia aliis æquiora pro meritis eorum, & Senatus, populique Rom. liberalitate eſſe conceſſa; quibus autem legibus pax cuique data ſit, ſilentibus in tanta re priſcis annalibus, non eſt, cur vehementius à nobis, ut dixi, ſit hoc tempore poſtulandum. Ex his ergo fœderibus jus unum manaſſe intelligo, quod, quia plerique Italici in eo convenerunt, jus eſt Italicum appellatum; Latinitate quidem deterius, provinciæ vero Galliæ jure commodius. Hujus autem partes multæ numerantur, ſed pleræque Italicis fuere cum Latinis, de quibus ante dixi, communes; primum enim, ut Latini jure Quiritium caruerunt, ſic Italici; ita ut non eadem libertatis, factorum, gentilitatis, legitimi dominii, teſtamentorum, ac tutelarum jura, quæ cives Rom. habuerint; niſi forte præcipua lege aliqua, ut municipes, & coloni aliquot, juris ejus partem aliquam impetraſſent. Deinde, quod de cenſu, de tributis, & vectigalibus Latinorum eſt dictum, idem de Italicis cenſeo judicandum; omnes in civitatibus ſuis per cenſores ſuos cenſos eſſe, omneſque tributa, & vectigalia, quo modo in fœderibus cujuſque cautum eſſet, perſolviſſe; unde tritum illud eſt Minionis legati regis Antiochi apud Sulpicium Conſulem: „ Quid magis „ Smyrnæi, Lampſacenique Græci ſunt, „ quam Neapolitani, & Rhegini, & Taren„ tini, à quibus ſtipendium, à quibus naves „ ex fœdere exigitis? Cui reſpondit Sulpicius: „ Ab Rheginis & Neapolitanis, & Tarenti„ nis, ex quo in noſtram venerunt poteſta„ tem, uno, & perpetuo tenore juris ſemper „ ſervato, nunquam intermiſſo, quæ ex fœ„ dere debent, exigimus. Quin etiam Italicos tributis perſolvendis afflictos narrat Appianus in primo, item Livius in XXVII., cum fremitum inter Latinos, ſocioſque in conſiliis ortum ſcribit: „ quod ſe decimum „ annum delectibus, & ſtipendiis exhauſtos „ eſſe, & quotannis ferme magna clade pu„ gnare dicerent. Nam partem Italiæ vectigalem fuiſſe, Cicero demonſtrat in Verrem: „ Cum in omnibus, *inquit*, vectigalibus ipſius „ Italiæ, quæ vectigalis ſit, publicanus peti„ tor, ac pignerator non ereptor neque poſ„ ſeſſor ſoleat eſſe; quæ quidem vectigalia, quippe Italiæ univerſæ moleſta, Cæcilia tandem lege ſublata, libro I. de jure civium Romanorum oſtendimus. Auguſtus inde cum vectigalia omnia provinciarum ſuſtuliſſet, tributa ordinaria inſtituit, alia in agros, alia in caput. Itaque cenſum in toto Imperii Romani orbe indixit, ut capitum, fortunarumque ſummam, quæ in Imperio eſſet, cognoſceret; cum autem provincias alias tributo in caput, alias tributo in ſolum oneraſſet, Italiam tamen immunem utriuſque reliquit, idque jus Italiæ dictum; de cenſu univerſæ terræ inſtituto ita D. Lucas in Evangelio: „ Exiit edictum à Cæſare Auguſto, „ ut deſcriberetur univerſus orbis. Hæc de„ ſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ „ Quirino; & Iſidorus libro V. Etymologiarum, cap. XXXVI. „ Auguſtus cenſu exco„ gitato Romanum deſcripſit orbem. Higinus Auguſti libertus: „ Nunc multi agri pe„ cuniam præbent, & hanc per ſoli æſtima„ tionem. Jus autem Italicum hanc vim habuiſſe, quam dixi, oſtendit Paulus D. de cenſibus: „ Laodicea in Syria, & Berytos in „ Phœnice juris Italici ſunt, & ſolum earum „ ejuſdem juris & Tyriorum civitas à Divis „ Severo, & Antonino facta eſt. D. Anto„ ninus Antiochenſes colonos fecit ſalvis tri„ butis. Imp. noſter Antoninus civitatem „ Emiſenorum coloniam, & juris Italici fe„ cit. D. Veſpaſianus Cæſarienſes colonos „ fecit, non adjecto, ut & juris Italici eſſent, „ ſed tributum his remiſit capitis, ſed D. „ Titus etiam ſolum immune factum inter„ pretatus eſt. Hinc etiam Plinius ſcripſit: „ in Hiſpania, Foroauguſtanæ civitati jus „ Ita-

ter ac Sigonius narrat epitoma Livii. Fœdus enim quartum cum Samnitibus ictum prius. Poſt: *Curius, inquit Dentatus Coſ. Samnitibus caeſis, & Sabinis, qui rebellaverant victis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triumphavit.*

(27) *Ad quem poſt pugnam Cannenſem iterum à* Romanis defecerunt. Sed poſt iterum cum reliquis Italiæ, qui æque rebellaverant, populis ſubacti.

Digitized by Google

„ Italiæ datum, Caſtuloneuſes oppidanos La- „ tii veteris ſactos. (28)

Jam vero eodem militiæ jure Italicos ſuiſſe, ac Latinos, obſtrictus, ſatis perſpicuum eſt; nempe ut in auxiliis non in legione mererent, atque ex fœderis formula numerum militum, quem juſſi eſſent, darent eo modo, quo ſupra in Latii jure explicando oſtendi. Hujus autem juris teſtis eſt locupletiſſimus Polybius, qui bello Gallico Ciſalpino, quod non ita multo ante, quam cum Annibale pugnaretur, eſt geſtum, maximas ſociorum copias præter Latinorum auxilia ait affuiſſe, Sabinorum, Etruſcorum, Umbrorum, Saſſinatum, Samnitum, Marſorum, Marrucinorum, Frentanorum, Veſtinorum, Japygum, Meſſapygum, Lucanorum, & Campanorum. Itaque Plinius L. Æmilio Papo, C. Atilio Regulo Coſs. Italiam nunciato Gallico tumultu ſolam ſine externis ullis auxiliis equitum LXX. (*) millia, peditum DCC. (29) armaſſe prodidit, & Livius bello Punico duarum turmarum Samnitium meminit, & bello alio Gallico Marſorum cohortis, & bello Perſico cohortium Firmanæ, & Veſtinæ, & turmæ equitum Æſerninæ; & idem,

cent

(28) Jus Italicum continuiſſe immunitatem è tributos, tam capitis, quam ſoli, & hic Sigonius dicit, & ante eum dixerat Alciatus diſp. lib. 2. cap. 21., & in L. ager 27 D. de verb ſign., & in eam itum eſt iis authoribus à pleriſque ſententiam. Diſſentit Cujacius obſ. lib. 10. cap. 35., falſiſſimum id ajens, neque aliud jus Italicum exponens, quam ſolutionem cenſitatis, ideſt, ut populi jure Italico donati idem in cenſitate jus experirentur, quod Italicæ coloniæ. Gravina in lib. de legib., & S. C. §. 57. conferens Sigonium, & Cujacium, mediam viam elegit: ut jus Italicum immunitatem deret tributi capitis, non ſoli. Ego conſtanter Cujacio ſine diſtinctione aſſentio, cum inveniam rem ſe aliter habere non potuiſſe. Antiquitus abrogatum tributum capitis a Servio Tullio fuiſſe, quod à Romulo inſtitutum, a poſterioribus uſque ad illum Regibus obſervatum fuerat, atque tributum ad ſingulas facultates pro modo earum ab ipſo Servio redactum, nemo ambigit. Hoc tributum uſque ad Perſei victoriam à civibus Romanis ſolutum. Inde nullam amplius apud eos tributi collationem uſque ad Panſam, & Hirtium COSS. probavit ipſemet Sigonius ſupra. Non autem dici poteſt reliquos ſtipendiarios populos ex theſauris Perſicis a conſueto tributo in detrimentum Reipublicæ exemptos, quod uni populo rerum domino concedebatur. Igitur Italici ſtipendiarii uſque ad Panſam, & Hirtium. Videndum an ab Auguſto, qui primus dicitur maxime apud Gravinam loco citato capitis, & ſoli tributum inſtituiſſe, licet tributi capitis, & utriuſque mentio inveniatur apud Ciceronem lib. 3. ep. fam. 8. Immunitatem utriuſque, aut alterutrius, quam ei eam tribuit Sigonius, Italicos conſecutos eſſe ſit veriſimile. Poſt Panſam, & Hirtium vires Imperii Romani, non reſtauratæ, ſed magis attritæ, repetitis bellis civilibus ab Octavio, primum in Brutum, & Caſſium: deinde in L. Antonium: poſt in Sex. Pompejum: demum in M. Antonium. Cenſeo igitur uſque ad ea bella confecta, non tantum Italicos eximi a tributo non potuiſſe: ſed neque Romanos ipſos. Romanos forſitan iterum exemptos opinor poſt Alexandrinum triumphum, quo dicitur Auguſtus, invecta in Urbem Regia illa gaza, tantam copiam nummariæ rei effeciſſe, ut fœnore diminuto plurimum agrorum pretiis acceſſerit. Sveton. cap. 41. Cum igitur ſolerent provinciarum manubiæ in ærarium ferri, facile credendum ad priſtinam immunitatem reverſos Romanos. Et fœnus enim maxime propter tributa creſcere conſueverat, ut apud Liv. lib. 2: paterque agrorum pretia multo maxime augeri ex immunitatibus. Sed ſi forſitan Alexandrina gaza tributum ſuſtulit Romanum, quod neque pro certo audeo dicere, brevem id habuit durationem; nam ſtatim in priſtinas res cecidit neceſſitates. Paulo enim poſt quicumque modus excogitandus fuit, quo exhauſto ſuccurreretur ærario. Et cum immenſas videret Auguſtus difficultates: ipſe in aliorum exemplum cœpit tam pro ſe, quam pro Tiberio, quod nihil aliud eſt, quam tributum capitis, novam, quamquam arbitrariam in ærarium, quod militare appellavit, pecuniam inferre, quam quoque illationem ſe quotannis facturum affirmavit. Hinc ſi capitis tributum contra morem inſinuabat Romanis, teneo pro certo tributum ſoli jam ſolvi conſueſſe. Cum autem demum capitis tributum à Romanis rejiceretur, neque alia nova ratio cogendæ pecuniæ inveniretur, vigeſima hereditatum, legatorumque inventa eſt, ut apud Dion. lib. 55. Hæc vero neceſſitas uſque ad mortem Auguſti perduravit: nam conquerentibus uno ipſo ante mortem Auguſti de vigeſima Romanis, ut apud eundem Dionem lib. 56, obtulit Auguſtus eam tollere, dum æqua penſio agris, & domibus imponeretur, quod ego novum ſuperaddi, non vetus excitari tributum reor, quod multo magis mihi confirmo, quia vigeſima, ut vectigal: vectigalia autem ad ſupplementum tributi inventa, ut apud Tacit. lib. 13. Qua ex re deterriti Romani ab incepto deſtiterunt. Si igitur vel Romani ipſi, vel ipſi Principes vix a tributo, ſeu ſoli, ſeu capitis exempti: quid de Italicis dicendum.

Nec me movent argumenta Alciati, & Sigonii, quæ omnia ad traditiones Plinii, & Juriſconſultorum in tit. Dig. de Cenſib. referuntur. Sed & Plinius quæſo, & illi Juriſconſulti examinentur. Invenientur utrique diſcreta loqui de coloniis juris Italici, & de immunibus. Non igitur licet argui ex illis immunes juris Italici eſſe, aut contra. Et ſi adhuc inſiſtitur poſſe quas eſſe vel immunes ſine Italico jure. Id nimium quærimus: an Italicæ immunes ſint. Dicamus ergo varia omnino coloniarum jura cum vario modo tributorum. Aliæ provinciales: & hæ ſunt, quæ in Digeſtis coloniæ factæ, ſine immunitate, & ſine jure Italico, nominantur. Et quod dicitur Antiochenſes D. Antoninus colonos feciſſe ſalvis tributis, explico, ſalva ratione, ſeu modo priſtino tributorum. Levius enim tributum coloniis provincialibus, quam ipſis provinciis, impoſitum fuiſſe conjici poteſt, quia & eæ coloniæ ad propugnacula provinciarum, aut ſtirpis augendæ, ſolitudiniſve frequentandæ gratia, ut Italicæ deducebantur. Aliæ Italicæ, quarum immunitatem non arguit id, quod dicitur de D. Veſpaſiano, ideſt: Cæſarienſes colonos feciſſe, non adjecto, ut & juris Italici eſſent, ſed tributum eis remiſiſſe capitis, interpretatumque D. Titum, & ſolum immune factum; quia excluditur quidem privilegium juris Italici, ſed enunciatur illud immunitatis: ideſt non ſine majore, quam coloniæ provincialis privilegio coloni facti, cum loco juris Italici, immunes utriuſque tributi facti ſint, quod majoris utilitatis eſt.

Quid autem eſſet jus Italicum, explicat Cujacius, ideſt jus nexi, uſucapionum, & hujuſmodi, atque levatio cenſitatis, ut minus, quam provinciales cenſerentur. Ego autem aliud maxime cenſeo, quod fuerit certa forma Reipublicæ in Senatu Magiſtratibus, vectigalibus quoque propriis, & hujuſmodi, nam alia Reipublicæ forma apud Italos fœderatos, cum Senatu, legibus, magiſtratibus: & vectigalibus juxta fœdera, quam apud provinciales dedititios. Et hoc mihi ſuadet Ulp. in L. 1. de Cenſ.: *Helìopolitana à D. Severo Italicæ coloniæ Rempublicam accepit*.

(*) *Corrige* LXXX. *Latinus*.

(29) Error certe impreſſionis. CCC Livius tamen lib. 20. nullo diſcrimine equitum, peditumque facto, dicit: *Populum Romanum eo bello ſociorum, Latinique nominis trecenta millia armatorum habuiſſe*.

cum res tulit, ad legiones Romanas ſociûm, Latinorumque auxilia tum peditum, tum equitum adjuncta ſcribit. Quod autem Hiero Rex Syracuſanorum, amicus populi Romani apud eundem tertio anno ſecundi belli Punici, cum ſagittarios ad Romanos mitteret, iccirco ſe eos miſiſſe ait: „ quod ſciret, mi„ lite, atque equite, niſi Romano, Latini„ que nominis non uti populum Romanum. id ita, ut dixi, accipiendum eſt, ut Latino nomine etiam Italicos complectamur: præſertim vero cum eodem tempore idem Livius tradat: „ ad ſocios, Latinumque nomen ad „ milites ex formula accipiendos miſſum. Non omnes tamen Italicos dare milites debuiſſe, hinc ego ducor ad opinandum, quod ſcriptum invenio libro XXXIV. apud eundem: „ ſociis, ac Latini nominis magiſtrati„ bus, legatiſque eorum, qui milites dare „ debebant, Conſulem edixiſſe, ut in Capi„ tolio ſe adirent; ex iis XV. millia pedi„ tum, & quingentos equites pro numero „ cujuſque juniorum deſcripſiſſe; in quo mire dixit: „ Legatis eorum, qui milites dare „ debebant; quaſi vero non omnes deberent; atque etiam libro XXXVIII. extremo, quo loco, quæ à quoque populo in claſſem P. Scipioni præbita ſint, narrat; ubi quæ Cærites, Populonienſes, Tarquinienſes, Volaterrani, Arretini, Peruſini, Cluſini, Ruſſellani, Umbri, Nurſini, Reatini, Amiternini, Sabinuſque omnis ager, Marſi, Peligni, Marrucini ſe daturos eſſe pulliciti ſunt, expoſuit, ſubdit: „ Camertes cum æquo fœdere cum „ Romanis eſſent, cohortem armatam ſex„ centorum hominum miſerunt; nimirum hoc ſignificans, ceteris populis exiguam, Camertibus, qui propter æquitatem fœderis nihil deberent, maximam laudem, quod enixe populum Romanum adjuviſſent, fuiſſe tribuendam.

Si ergo in his omnibus eodem jure Italici ſunt uſi, atque Latini, reſtat, ut, quo Italicis Latini ſuperiores fuerunt, ſuffragii fuerit poteſtas, & magiſtratus. Neque enim Italicis civitas data eſt, quo modo fœdere Caſſiano Latinis; neque Italicos niſi poſt legem Juliam Romæ ſuffragia iniſſe comperimus; eademque ratione neque Italicis per magiſtratum aditum ad civitatem Romanam patuiſſe certum eſt, in quo ſummum Latinitatis jus ſupra diximus conſtitiſſe. Loquor autem de Latinis, atque Italicis in univerſum; nam aliquot ex utroque nomine ſigillatim civitate, atque ſuffragii latione donatos, ſatis ex eo loco perſpicuum eſt, qui eſt apud Livium: „ Jam inde à majoribus traditum „ morem Romanis colendi ſocios; ex quibus „ alios in civitatem, atque æquum ſecum „ jus accepiſſent, alios in ea fortuna habe„ rent, ut ſocii eſſe, quam cives mallent. (30) Quod ſi quis fortaſſe requirat, quo potiſſimum jure Italici Galliam provinciam ſuperarint, non dubitabo reſpondere, quod magiſtratibus ſuis, non prætori Romano, ut provincia, obedirent; neque enim Appiano, quanquam auctori bono, aſſentior, qui belli Marſici temporibus Italiam ita à Romanis adminiſtratam ſcribit, ut plures eſſent Proconſules, qui partes ejus cum imperio obtinerent; ſiquidem Prætoribus, aut Proconſulibus, niſi gravioris alicujus belli cauſſa, Italiam unquam eſſe decretam non invenio; quod & Punico, & Marſico bello, & poſt bellis ſæpe civilibus factum eſt. Nam Q. Servilium, quem tum in Piceno Proconſulem fuiſſe objicit Appianus, ſatis conſtat extra ordinem ad motus illos inſpiciendos, ſedandoſque eſſe miſſum; ſiquidem inquit Oroſius: „ Q. Servilium prætorem, & legatum ejus „ ad ſe miſſum ab Italicis apud Aſculum „ eſſe occiſum; legatus autem fuit Fontejus. (31)

Hoc ergo jure fuit Italia à Tarentino fere bello uſque ad cladem Cannenſem; cujus ictu adeo eſt perculſa, ut qui ſociorum ad eam diem firmi ſteterant, tum labare cœperint, atque ad Pœnum victorem defecerint, Campani quidem, ut ait Livius, Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites præter Pentros, præter Petellinos Bruttii omnes, Lucani, Surrentini, & Græcorum omnis ferme ora, Metapontini, Crotonienſes, & Locrenſes. Itaque cum melioribus poſtea populi Romani rebus iidem in fidem populi Romani aut voluntate, aut vi redierint, credibile eſt, alios alias fœderis conditiones pro ſuis cujuſque meritis impetraſſe; & ut qui fidem non ſervarant, graviſſime ſunt multati; ſic qui firmi ſteterant, ut Latinis, Sabinis, & Umbris, aliiſque cum antiquum fœdus conſervatum, tum novo fortaſſe aliquo etiam beneficio auctum. Ac Campanorum quidem conſtat diſparem conditionem fuiſſe; nam de trecentis equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide ſtipendiis emeritis, alienata Capua, Romam venerant, latum ad populum narrat Livius, ut cives Romani eſſent, item ut municipes Cumani eſſent pridie, quam populus Campanus à populo Romano defeciſſet. Capua vero recepta, Atella, & Calatia in deditionem acceptis, in Senatores, ceteroſque, qui capita rerum fuerant, animadverſum eſſe, Capuæ agrum, & tecta publica populi Romani facta; præfectus ut quotannis eò ad jura reddenda mitteretur, decretum; quin etiam adjicit alio loco Livius, Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quam qui eorum aut ipſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe à populo Romano juſſos, ita ut nemo civis Romanus, aut Latini nominis eſſet. Poſtremo pulſo Italia Annibale, cum P. Sulpicius Galba Dictator anno quingenteſimo quinquageſimo poſt urbem conditam, Italiæ urbes, quæ bello alienatæ fuerant, circumiſſet, ac ſingularum cauſſas, quod extat apud Livium, quæ aut aperte defecerant, aut auxilia

(30) Hoc non ex populo Romano procedebat, ſed ex ipſis ſociis, qui dum ſibi civitati juris ſui libertatem anteferebant, ut de Heraclienſibus, & Neapolitanis meminit Cicero pro L. Corn. Balb.

(31) Non male locutus eſt Appianus, cum Marſico ſociali bello, quo maxima pars Italicorum populorum a Romanis deſciverant; Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Lucani, Samnites, pluribus imperatoribus opus fuerat, quibus ſingulæ decernebantur provinciæ, quas quoutque debellatum eſſet, paxque, fœduſque ictum, ſine dubio cum imperio obtinebant. Itaque præter COSS. in eo bello imperatores nominantur, Q. nimirum Servilius Proconſul, Servius Galba, C. Marius, Q. Cæpio, cui cum C. Mario æquatum imperium, Cn. Pompejus, L. Porcius Prætor, præter alios, qui eorum legati nominantur, ut apud epit. Liv. Dec. 8.

xilia populo Romano denegaverant, cognoviſſet, veriſimile videtur, alios alias conditionibus eum ſibi obnoxias reddidiſſe, ita ut univerſis nominis Italici non idem jus reliquerit, quod ante defectionem habuerant, ſed quarundam civitatum conditionem, fortunamque magis afflixerit; inter quos Bruttiorum, qui primi ad Annibalem defecerant, valde jus eſt imminutum; eos enim poſt ignominiæ cauſſa non milites ſcripſerunt, nec pro ſociis habuerunt, ſed magiſtratibus in provincias euntibus parere, & præminiſtrare ſervorum vice, ut ſcribit Gellius, juſſerunt. Strabo non Bruttios ſolum, ſed etiam Picentinos, & Lucanos depreſſos tradit, ſiquidem pro militibus eos, ut viatores publicos, aut tabellarios ſcripſiſſe, & Salernum oppidum adverſus eos communiſſe; Lucanorum vero res adeo perditas fuiſſe, ut ne tum quidem ſedes eorum diſtingui potuerint, cum nullum commune gentis concilium reliquum eſſet, & ſermonis, & habitus, & armaturæ ratio defeciſſet; Apulorum autem Peucetiorum, & Dauniorum nomina, quæ primis temporibus floruerunt, ætate ſua prorſus evanuiſſe, propterea que certos eorum fines tradi non poſſe. Pediculorum autem, & Japygum, ut etiam Picentinorum, & Lucanorum bello Italico Appianum video in hiſtoria meminiſſe. Quod ſi quo beneficio novo Latinos, ſocioſque, qui à populo Romano dubiis in rebus non receſſerant, ut mihi quidem probabile conjectura videtur, affecerunt, profecto iis legem illam dederunt, cujus poſt meminit in anni quingenteſimi ſeptuageſimi ſexti rebus exponendis Livius, ut qui ſocium, ac Latini nominis ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, cives Romani fierent; qua lege ſimul & ſociorum voluntati eſt ſatisfactum, qui Romanæ civitatis cupiditate maxime poſt Punicam victoriam erant incenſi, & Italiam à ſolitudine vindicarunt, cum eos, qui civitatem mutare vellent, ſtirpem domi relinquere cogerent. Ac de Italicis quidem hactenus.

CAP. XXII.

De Gallia citeriore.

Sequitur, ut, quoniam de duobus Italorum generibus, Latinis atque Italicis, quorum diverſa inter ſe fuiſſe jura docuimus, ſatis eſt diſputatum, deinceps de tertio, nempe de citeriore Gallia, diſſeramus; cujus multo, quam vel Latinorum, vel Italicorum, jus deterius fuiſſe comperimus; quo explicato, triplex, quod ab initio propoſuimus, jus nobis erit Italiæ demonſtratum. Galliæ autem nomine hoc loco ad Romani potius juris conſuetudinem, de qua poſt dicam, quam ad veritatis rationem apte appello quidquid montium, camporumque mari Liguſtino, fluminibus Arno, Rubicone, Formione, Adriatico ſinu, & convexa ipſa prope Alpium crepidine continetur; mare eſt enim à Meridie, alpes à Maſſilia prope in orbem per vada Sabatia Taurinos, Salaſſos, Rhætos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam, Opitergium, Aquilejam, & Tergeſte uſque in ſinum Adriaticum ductæ Occidentis, & Septentrionis partes tuentur, ſinus ipſe cum duobus, quæ dixi, fluminibus partem Orientis definit. Hanc mediam fere diſcriminat Apenninus, & flumen maximum Padus. Apenninus ab eodem fere, unde Alpes, initio exurgens uſque ad mare Adriaticum, & Senam oppidum porrigitur. Padus ex Alpino quodam in Vagiennorum Ligurum finibus Veſuli montis fonte erumpens longo per medios campos tractu multis in ſinum Adriaticum oſtiis influit. In eum vero ex Apennino multa flumina deferuntur. Quorum hæc in primis video celebrari, Jactum, Tanarum, Trebiam, Tarum, Niciam, Gabellum, Scultennam, & Rhenum. Ex Alpibus Sturam, Morgum, Durias duos, Seſſitem, Ticinum, Lambrum, Aduam, Ollium, Mincium; atque ex his quidem Ticinus ex Verbano lacu fluit, Lambrus ex Eupili, Aduas ex monte Adula Rhætorum in Larium lacum, (32) atque inde in Padum, Ollius ex Sabino, Mincius ex Benaco; quæ ſcripta in Straboniis, & Plinii commentariis extant.

Quoniam autem in multas nationes eſt hæc regio diſtributa, Ligures, Gallos, Venetos, & Carnos, admonet inſtitutæ diſputationis ratio, patriique ſoli caritas hortatur, ut ſigillatim, quem quiſque eorum agrum tenuerit, quibus imperatoribus, & quo tempore quiſque devictus, quo fœdere in amicitiam acceptus fuerit, planum faciam, ut his demum expoſitis, facilius, qualenam eorum jus ante bellum Italicum fuerit, cognoſcamus. Ordiamur autem à Liguribus.

CAP. XXIII.

De agro, & fœderibus Ligurum.

Ligurum, ut ait Dionyſius, & natio antiquiſſima, & regio latiſſima fuit, quippe quæ ante Gallos Italiam inſederit, nec ſolum Italiæ, ſed etiam Galliæ ulterioris partem non modicam obtinuerit, in qua Salyes, Deceates, Oxybii & Vocontii Ligures habitarunt. Unde autem in Italiam, aut in Galliam venerint, ille pro incomperto reliquit. Invenio porro, qui cis alpes Ligures coluerunt, in duas partes diviſos Tranſapenninos, & Ciſapenninos. Tranſapennini fines à Meridie mare Liguſtinum, à Septentrione Apennini jugum, ab Oriente primum Macram amnem, poſt impetu in Etruriam facto Arnum, ab Occaſu ejuſdem Apennini, & Alpium congreſſum ad Nicæam habuerunt; eorumque alii Montani, alii Maritimi appellati. Montani, ut eſt in veteribus rerum Italicarum commentariis, à Nicæa, unde Apenninus attollitur, uſque ad fontes Macræ pertinuerunt, à Macra vero uſque ad Arni Ligures Apuani. Maritimi à Maſſilia, ut ait Polybius, uſque ad Piſas; quod primum oppidum ex Liguribus in Tuſcos eunti occurrit; quamquam illud etiam Trogus in Liguribus collocavit. Quæ ora oppida habuit Herculis fanum, Lucum

(32) Si Adduam ex monte Addua Rhætorum in Larium lacum, inde in Padum derivavit Sigonius; ita Ticinum non à Verbano lacu tantum, ſed ſupra a monte Adula, quem *Vogel* nominant, ſeu Sancti Gothardi ſummis Alpibus in Lepontiis, unde etiam *Urſa Rus* dicunt, & Rhodanus, atque Rhenus; quatuor celeberrima ad quatuor ventos flumina, derivare debuit. Inde enim Ticinum longo ſpatio per Helvetios citatum fertur, & lacui Verbano ſe admiſcet; unde rurſus plenius erumpens, Novarienſem, Viglevanenſem, Papienſemque alluens agrum, in Padum tribus millibus paſſuum à Papia tranſit.

A cum Feroniæ, Lunam, & poſt Macræ fluminis oſtium Erycis, ac Veneris portum, Tigulliam, Genuam, Vada Sabatia, Albigaunum, Albium Intemelium, Monœciportum, Herculis portum, Nicæam, & finem Italiæ flumen Varum; intus caſtella plurima; oppida pauca; in iis Luca, quod ante Etruſcorum ſcribit fuiſſe Livius, poſt Ligurum, & Apua. Qui cis Apenninum fuerunt, ii Trebia, & Pado fluminibus & Apennini, atque Alpium parte concluſi hæc, ut prodit Plinius, oppida tenuerunt, Libarnam, Derthonem, Triram, Barderatem, Induſtriam, Polentiam, Carream, quod Potentia cognominetur, Haſtam, Aquas Statiellorum. Strabo cum Der- B thone Statellam, & Claſtidium edit, Livius cum Claſtidio Litubium, & Cariſtum. Claſtidium autem modo Ligurum, modo Inſubrium fuit ad Padum. Livius Ligures quondam etiam trans Padum, & citra Ticinum incoluiſſe, verum ab Inſubribus Italiam invadentibus pulſos fuiſſe prodit. Invenio etiam in ejuſdem annalibus multa alia populorum Liguſtinorum nomina, ut Briniatum, Celelaſum, Cerdiciatium, Epanteriorum, Friniatum, Garulorum, Hercatum, Iluatum, & Lapicinorum item montes Baliſtam, Suiſmontium, Letum, Anidum, Auginum. Addo illud, quoniam Piſæ ultimum tùm erat Etruriæ oppidum, idque Liguribus hoſtibus proximum, C Piſas tum pro Ligurum provincia eſſe uſurpatas, ut apud Livium libro XXXIV.: *P. Porcius Læca Prætor*, inquit, *ſortitus eſt Piſas, ut ab tergo Liguribus eſſet*. Hactenus de Ligurum agro ſit dictum, nunc reliqua perſequamur.

De bello Liguſtino initu non omnes ſcribunt uno modo, Zonaras bellum ſuſceptum cum iis anno urbis DXV. Ti. Sempronio Graccho, P. Valerio Faltone Conſulibus, & Gracchi ductu proſpere pugnatum tradit. Eutropius anno ſequenti, L. Lentulo, Q. Flacco Conſulibus. Adjicit Florus, bellum à latrociniis Ligurum Etruriam populi Romani provinciam incurſantium eſſe commotum. Poſt D triennium vero, cum iidem iterum arma cepiſſent, primum à L. Poſtumio Albino victi, deinde à Q. Fabio Maximo Conſulibus ita cæſi ſunt, ut, quod ſcripſit Plutarchus, finem jam facerent populandi. Sed ne tum quidem diu quieverunt. Nam anno DXXIII ambos Conſules M. Æmilium, & M. Junium adverſus eos cum exercitu profectos, & an. DXXX. de iiſdem P. Furium Philum triumphaſſe in Capitolinis tabulis ſcriptum eſt. Polybius tum Anamaros populos non longe à Maſſilia incolentes ad amicitiam Romanorum à Conſulibus ait eſſe traductos. Inde anno DXXXV. ad Annibalem Pœnum in Italiam irrumpentem ſe contulerunt, eumque auxiliis adverſus E populum Romanum juverunt. Quam injuriam, quanquam iniquo animo ferebant Romani, non tamen ante annum DLVI. ſibi armis vindicandam putarunt. Tum vero Punico terrore levati, Q. Minucio Conſuli, ut eos bello perſequeretur, mandarunt. Qui exercitu Genuam, ut ait Livius, adducto, oppida eorum Claſtidium, & Litubium, & duas ejuſdem gentis civitates Celelates, Cerdiciateſque ad deditionem perpulit. Jam omnia cis Padum, præter Gallorum Bojus, Iluates Ligurum ſub ditione erant; quindecim oppida, hominum viginti millia, quæ ſe dediderant, eſſe dicebantur; poſt Claſtidium incenſum in Liguſtinos Iluates, qui ſoli non parebant, legiones duxit, eoſque ad deditionem compulit. Neque vero poſt tantam cladem acceptam Ligurum bella defuerunt. Rem autem cum iis geſſit anno DLX. Q. Minucius Thermus Conſul, cum XX. millia Ligurum, armatorum conjuratione per omnia conciliabula univerſæ gentis facta, Lunenſem primum agrum depopulati, Piſanum deinde finem tranſgreſſi, omnem oram maris peragraſſent, nunciatumque præterea eſſet, etiam Ligurum XX. millia in agrum Placentinum veniſſe, & cum uſque ad ipſa coloniæ mœnia, & Padi ripas cum cædibus, & incendiis perpopulatos eſſe. Is ergo Piſas à Liguribus circumſeſſas ſuo adventu ſervavit, atque primum acie congredi non auſus vix à populationibus eos continuit. Poſt autem in agro Piſano commiſſo prælio novem millia hoſtium occidit, ceteros fuſos, fugatoſque in caſtra compulit; inde ex agro Piſano in eorum fines ingreſſus caſtella eorum, vicoſque igni, & ferro vaſtavit. Minucium inde L. Quinctius Conſul eſt conſecutus, qui agro eorum late populato caſtella etiam aliquot occupavit. Eodemque anno Q. Minucium Procoſ. rem proſpere geſſiſſe, hoſtibus ſupra quatuor millia cæſis prodit Livius. Deinde M. Valerius Meſſala in eos profectus, nulla memorabili re geſta, bellum inſequentibus Conſulibus C. Flaminio, & M. Lepido tradidit. Quorum C. Flaminius cum Friniatibus in agro eorum pugnavit, ac pluribus præliis ſecundis factis in deditionem gentem accepit, & arma ademit; & quia non ſincera fide tradebant, cum caſtigarentur, relictis vicis in montem Auginum confugerunt; confeſtim ſecutus eſt Conſul. Verum effuſi rurſus per loca, qua ſequi Romanus hoſtis non poſſet, trans Apenninum abierunt; qui caſtris ſe tenuerant, circumſeſſi expugnati ſunt; inde trans Apenninum ductæ legiones; ibi montis, quem ceperant, altitudine pauliſper ſe tutati, mox in deditionem venerunt; tum conquiſita cum intentiore cura arma, & omnia adempta. Translatum deinde ad Apuanos Ligures bellum, qui agrum Piſanum, & Bononienſem ita incurſaverant, ut coli non poſſet. His quoque perdomitis, pacem dedit finitimis; & quia, à bello quieta ut eſſet provincia, effecerat, ne in otio militem haberet, viam Bononia perduxit Arretium. M. Æmilius agros Ligurum, vicoſque, qui in campis, aut vallibus erant, ipſis montes duos Baliſtam, Suiſmontiumque tenentibus, exuſſit, & populatus eſt. Deinde eos, qui in montibus erant, adortus, primo levibus præliis fatigavit, poſtremo coactos in aciem deſcendere, juſto prælio devicit. Subactis cis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus, in his & Briniates Ligures erant, quos non adierat Flaminius, omnes Æmilius ſubegit, armaque ademit, & de montibus in campos multitudinem deduxit. Pacatis Liguribus in agrum Gallicum exercitum duxit, viamque ab Placentia, ut Flaminiæ committeret, Ariminum perduxit. Poſtero anno Q. Marcius Philippus Conſul in Ligures Apuanos profectus, dum penitus in abditos ſaltus, quæ latebræ, & receptacula illis ſemper fuerant, perſequitur, in præoccupatis anguſtiis loco iniquo eſt circumventus; ſaltus, unde Conſulem Ligures fugaverant, Marcius eſt appellatus. Deinde M. Sempronius Tuditanus Conſul à Piſis profectus in Apuanos Ligures vaſtando agros, uren-

orendoque vicos, & caſtella eorum, aperuit ſaltum uſque ad fluvium Macram, & Lunæ portum. Hoſtes montem antiquam ſedem majorum ſuorum ceperunt, unde ſuperata locorum iniquitate dejecti ſunt; & Ap. Claudius Pulcher ſelicitatem, virtutemque collegæ in Liguribus Ingaunis æquavit ſecundis aliquot prœliis, ſed præterea eorum oppida expugnavit, multa millia hominum in iis cepit, belli auctores tres & quadraginta ſecuri percuſſit. Biennio poſt à Q. Fabio Labeone Conſule memorabile nihil geſtum. Inſequenti anno, cum Ligures Conſulibus ambobus L. Paullo, & Cn. Bæbio eſſent decreti, à Q. Fabio literæ acceptæ, Apuanos ad rebellionem ſpectare, periculumque eſſe, ne impetum in agrum Piſanum facerent, Conſules ambo in Ligures profecti proſpere pugnarunt. Ligurum duo millia fere ad extremum finem provinciæ Galliæ, ubi caſtra Marcellus habebat, cum veniſſent, ut reciperentur, orantes, Marcellus per literas Senatum conſuluit. Senatus ad Conſules ut mitterentur, cenſuit; nec quicquam aliud poſtea geſtum. Receſſerant enim Ligures primum in devios ſaltus, deinde dimiſſo exercitu paſſim in vicos, caſtellaque ſua dilapſi ſunt. Poſtero anno L. Paullus prorogato ex Conſulatu imperio in Ligures Ingaunos cum exercitum adduxiſſet, rem bene geſſit. Triduo Ligurum Ingaunorum omne nomen obſidibus datis in deditionem venit. Inſequenti anno P. Cornelio Cethego, & M. Bæbio Tamphilo prorogatum eſt ex conſulatu in Liguribus imperium; juſſique provincias obtinere, donec Conſules veniſſent. Hi vero cum in conſulatu memorabile nihil geſſiſſent, hoc anno in Apuanos exercitum induxerunt. Ligures, qui ante adventum Conſulum in provinciam non expectaſſent bellum, improviſo oppreſſi ad duodecim millia hominum dediderunt ſe. Eos conſulto prius per literas Senatu, deducere ex montibus in agros campeſtres, procul ab domo, ne reditus ſpes eſſet, Cornelius, & Bæbius ſtatuerunt, nullum alium ante finem rati fore Liguſtini belli; ager publicus populi Romani erat in Samnitibus, qui Taurasinorum fuerat; in eum cum traducere Ligures Apuanos vellent, edixerunt, Ligures ab Anido . . . . . montibus deſcendere cum liberis, conjugibuſque, ſua omnia ſecum portarent; traducti ſunt publico ſumptu, ad quadraginta millia liberorum capitum cum fœminis, pueriſque; argenti data centum & quinquaginta millia ſeſtertium, unde in novas ædes compararent, quæ opus eſſent agro dividendo, dandoque iidem qui traduxerant, Cornelius, & Bæbius præpoſiti; atque hi ſunt quos in Samnitibus Plinius Ligures Bæbianos, & Ligures Cornelianos appellat. Eodemque anno Conſules ambo A. Poſtumius, & Q. Fulvius in Ligures exercitus diverſis partibus induxerunt. Poſtumius prima, & tertia legione Baliſtam, Suiſmontiumque montes obſedit, & premendo præſidiis anguſtos ſaltus eorum, commeatus intercluſit, inopiaque omnium rerum eos perdomuit. Fulvius ſecunda, & quarta legione adortus à Piſis Apuanos, qui eorum circa Macram flumen incolebant, in deditionem acceptos ad ſeptem millia hominum in naves impoſita præter oram Etruſci maris Neapolim tranſmiſit, inde in Samnium traducti; agerque his inter populares datus eſt. Montanorum Ligurum ab A. Poſtumio vineæ cæſæ, frumentaque deuſta, donec cladibus omnibus belli coacti in deditionem venerunt, armaque tradiderunt. Bellum inde Q. Fulvius Flaccus Conſul excepit; qui profectus per invios montes, valleſque, ſaltus cum exercitu tranſgreſſus, ſignis collatis cum hoſte pugnavit, neque tantum acie vicit, ſed caſtra quoque eodem die cepit; tria millia ducenti hoſtium, omniſque ea regio Ligurum in deditionem conceſſit, Conſul deditos in campeſtres agros deduxit, præſidiaque montibus impoſuit; ab altero Conſule L. Manlio in Liguribus nihil dignum memoria geſtum eſt. Biennio poſt C. Claudius Pulcher Conſul victor ex Iſtria in Ligures moventes S. C. exercitum traduxit; ad Scultemnam flumen in campos progreſſi caſtra habebant; ibi cum iis acie dimicatum; XV. millia cæſa. Ligures reliquiæ cladis in montes refugerunt paſſim, populantique campeſtres agros conſuli nulla uſquam apparuerunt arma. Eodem anno Lucam colonia deducta; de Liguribus captus is ager erat. Etruſcorum ante, quam Ligurum, fuerat. Ligures poſtquam ſenſerunt, non conſularem tantum exercitum Romam adductum, ſed legionem ab Ti. Claudio Piſis dimiſſam, ſoluti metu clam exercitu indicto, per tranſverſos limites ſuperatis montibus in campos degreſſi, agrum Mutinenſem populati, repentino impetu coloniam ipſam ceperunt. Itaque poſtero anno C. Claudius Procoſ. exercitum ad Mutinam admovit; atque ante triduum, quam oppugnare cœperat, receptam ex hoſtibus colonis reſtituit; VIII. millia ibi Ligurum intra muros cæſa, Q. autem Petillius Conſul, cum audiſſet, Ligures rebellaſſe, tumultus ejus cauſſa legionem tertiam, ac C. Claudium Procoſ. in Galliam proficiſci juſſit, & duumviros navales cum claſſe Piſas ire, qui Ligurum oram maritimam, quoque terrorem admoventes circumvectarentur; eòdem & ipſe ad conveniendum exercitui diem edixerat; & C. Claudius audita rebellione Ligurum præter eas copias, quas ſecum Parmæ habebat, ſubitariis collectis militibus, exercitum ad fines Ligurum admovit; hoſtes ſub adventum C. Claudii, à quo ſe meminerant ad Scultemnam flumen victos, fugatoſque, locorum magis præſidio adverſus infeliciter expertam vim, quam armis ſe defenſuri, duos montes Letum, & Baliſtam ceperunt; muroque inſuper amplexi, tardius ex agris demigrantes, oppreſſi ad M. & D. perierunt. Q. Petillius, ne abſente ſe debellaretur, literas ad C. Claudium miſit, ut cum exercitu ad ſe in Galliam veniret; campis Macris ſe eum expectaturum. Literis acceptis Claudius ex Liguribus caſtra movit, exercitumque ad campos Macros Conſuli tradidit. Eòdem paucis poſt diebus Conſul alter venit. Ibi diviſis copiis, priuſquam digrederentur, communiter ambo exercitus luſtraverunt; tum ſortiti, quia non ab eadem utrunque parte aggredi hoſtem placebat, regiones, quas peterent. Profecti inde in diverſas regiones. Petillius adverſus Baliſtæ, & Leti jugum, quod eos montes perpetuo dorſo inter ſe jungit, caſtra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione milites immemorem ambiguitatis verbi, ominatum ferunt, ſe eo die Letum capturum eſſe; duabus ſubinde partibus ſubire in adverſos montes cœpit; ea pars, in qua ipſe erat, impigre ſuccedebat; alteram hoſtes cum pepuliſſent, ut reſtitueret rem inclinatam, Conſul equo advectus ſuos qui-

quidem à fuga revocavit, ipſe dum incautus ante ſigna obverſatur, miſſili trajectus cecidit; multitudo peditum equitumque deturbatis hoſtibus montes ſine duce cepere; ad quinque millia Ligurum occiſa; ex Romano exercitu duo & quinquaginta ceciderunt. Hæc iiſdem verbis de Liguribus hactenus Livius. Sequenti anno tumultum item in Liguribus novum exortum, atque à Conſulibus M. Lepido, & P. Mucio compreſſum docuit ille quidem libro XLI., at injuria temporum rerum à Lepido geſtarum memoria excidit; quæ vero ex tanto quaſi naufragio evaſerunt, hæc ſunt. Loquebatur enim, credo, de Lepido, cum ita ſcripſit . . . . . „ deduxit, cis Apen-„ ninum Garuli, & Lapicini, & Hercates, „ trans Apenninum Briniates fuerant. Quibus verbis hos omnes Ligurum populos victos ex montibus in campos deductos à Lepido, ut alios ante ab aliis Conſulibus, ſignificari exiſtimo. Inde pergit de altero Conſule ita ſcribere: „ P. Mucius cum iis, qui „ Lunam, Piſaſque depopulati erant, bellum „ geſſit, omnibuſque in ditionem redactis ar-„ ma ademit; ob eas res in Gallia, Liguri-„ buſque geſtas duorum Conſulum ductu, „ auſpicioque Senatus in triduum ſupplica-„ tiones decrevit, & XL. hoſtiis ſacrificari „ juſſit; & tumultus quidem Gallicus, & Li-„ guſtinus, qui in principio ejus anni exor-„ tus fuerat, haud magno conatu oppreſſus „ erat. Inde anno DLXXX. in agro Statellati, ad oppidum Cariſtum, quo ſe magnus exercitus Ligurum contulerat, eſt pugnatum; primo ſub adventum M. Popillii Conſulis mœnibus ſeſe continebant, deinde poſtquam oppidum oppugnaturum Romanum cernebant, progreſſi ante portas aciem ſtruxerunt; nec moram Conſul certamini fecit; cum amplius quatuor horas ita pugnatum eſſet, ut neutro inclinaret ſpes, Conſul equites immiſit, qui impreſſione facta hoſtem pepulerunt. Ligures in fuga paſſim cæſi ſunt; decem millia hominum cæſa traduntur; amplius DCCC. paſſim capti; poſt hanc pugnam ex diverſa fuga in unum collecti Ligures cum majorem multo partem civium amiſſam, quam ſupereſſe cernerent (nec enim pluſquam decem millia hominum erant) dediderunt ſeſe; nihil quidem illi pacti. Speraverant tamen non atrocius, quam ſuperiores imperatores Conſulem in ſe ſæviturum; at ille arma omnibus ademit, oppidum diruit; ipſos, bonaque eorum vendidit, literaſque Senatui de rebus ab ſe geſtis miſit; quas cum A. Atilius Prætor in curia recitaſſet, atrox res viſa Senatui, Statellates, qui uni ex Ligurum gente non tuliſſent arma adverſus Romanos, tum quoque oppugnatos non ultro bellum inferentes, deditos in fidem populi Romani omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos, ac deletos eſſe, tot millia capitum innoxiorum fidem implorantia populi Romani ne quis unquam ſe poſtea dedere auderet, peſſimo exemplo veniſſe, & distractos paſſim, juſtis quondam hoſtibus populi Romani pacatis ſervire. Quas ob res S. C. factum eſt, placere Senatui, M. Popillium Conſulem Ligures precio emptoribus reddito ipſos reſtituere in libertatem, bonaque ut iis, quicquid ejus recuperari poſſit, reddantur, curare arma primo quoque tempore fieri in ea gente, Conſulem de provincia decedere, cum deditos in ſedem ſuam Ligures reſtituiſſet. Sequenti anno (33) M. Popillius Procos. iterum cum Statellatibus Liguribus pugnavit, ac decem millia eorum occidit; propter cujus injuriam belli ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt; (34) Conſules C. Popillius, & P. Ælius in Ligures profecti; S. C. factum ut qui Ligurum poſt Q. Fulvium, L. Man-

(33) Ad exornationem hiſtoriæ ante notandum cenſeo: M. Poſthumium COS. ob illud S C, cui addenda ſunt illa ejus verba præclara: *claram victoriam vincendo oppugnantes, non ſæviendo in afflictos fieri*, valde Senatui iratum, qua ferocia animi uſus erat in Liguribus, eandem ad non parendum Senatui habuiſſe. Legionibus extemplo Piſas in hybernacula miſſis, iratus patribus, infeſtus Prætori Romam rediiſſe, Senatuque extemplo ad ædem Bellonæ vocato, multis verbis invectum eſſe in prætorem: qui cum ob rem bello bene geſtam, uti Diis Immortalibus honos haberetur, referre ad Senatum debuiſſet, adverſus ſe pro hoſtibus S. C. feciſſe, quo victoriam ſuam ad Ligures transferret. Itaque mulctam ei ſe dicere. A patribus poſtulare, ut S. C. in ſe factum tolli juberent, ſupplicationemque, quam abſente ex literis de bene geſta Republica miſſis decernere debuerint, præſentes honoris Deorum primum cauſa, deinde & ſui aliquo tandem reſpectu decernerent. Nihilo lenioribus, quam abſens Senatorum aliquot orationibus increpitus, neutra impetrata re in provinciam redit. Inſequenti anno COSS. creati C. Popilius Lænas ſuperioris Popilii frater, P. Ælius Ligur. Patres referri de Liguribus, renovarique S. C. volebant, & COS. Ælius referebat. Popilius, & Collegam, & Senatum deprecabatur, & præ ſe ferens, ſi quid decernerent, interceſſurum collegam deterruit. Patres eo magis utrique pariter COSS infenſi, in cœpto perſtabant. Itaque cum de provinciis ageretur, & Macedonia jam imminente Perſei bello, peteretur, Ligures ambobus COSS decernuntur. Macedoniam decreturos negant, ni de M. Popilio referretur. Poſtulantibus deinde, ut novos exercitus ſcribere, aut ſupplementum veteribus liceret, utrumque negatum eſt. Conſules interim in provincias non exibant, quia neque uti de M. Popilio referrent, Senatui obſequebantur, & nihil aliud decernere prius ſtatutum patribus erat.

(34) Aucta inde Popilii apud Senatum invidia eſt, & non abiens illa modo, qui deditis contra jus, ac fas bellum intuliſſet, & pacatos ad rebellionem incitaſſet, ſed COSS., quod non exiſſent in provinciam, in Senatu increpiti. Hoc conſenſu patrum accenſi M. Martius Sermo, & Q. Martius Sylla Tribuni plebis, & COSS. mulctam ſe dicturos, niſi in provinciam exirent, denunciarunt: & rogationem, quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in Senatu recitarunt. Sanciebatur, ut qui ex Statellis in libertatem reſtitutus ante Chalendas ſextiles primas non eſſet, cujus dolo malo is in ſervitutem veniſſet, ut juratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret, animadverteretque. Ex authoritate deinde Senatus eam rogationem promulgarunt. Rogationem magno conſenſu plebs ſcivit, juſſitque. Ex eo plebiſcito C. Licinius Prætor conſuluit Senatum, quem quærere ex rogatione vellet. Patres ipſum eum quærere juſſerunt. Tum demum COSS. in provinciam profecti ſunt, exercitumque à M. Popilio ceperunt: neque tamen M. Popilius reverti Romam audebat, ne cauſam diceret, adverſo Senatu, infeſtiore populo, apud prætorem, qui de quæſtione in ſe poſita Senatum conſuluiſſet. Huic detrectationi ejus Tribuni plebis alterius rogationis denunciatione occurrerunt: ut ſi non ante idus Novembres in urbem Romam introiiſſet de abſente eo C. Licinius ſtatueret, ac judicaret. Hoc tractus vinculo cum rediiſſet, ingenti cum invidia in Senatum venit. Ibi cum laceratus jurgiis multorum eſſet, S. C. factum eſt, de quo hic Sigonius.

Manlium Conſules hoſtes non fuiſſent, eos C. Licinius, Cn Sicinius prætores in libertatem reſtituendos curarent, agrumque iis trans Padum Conſul Popilius daret. Multa millia hominum hoc S. C. reſtituta in libertatem, transductiſque Padum ager aſſignatus eſt. (35) Ita per aliquot annos otium in Liguribus fuit; anno autem DLXXXVII. Conſules ambos M. Claudium Marcellum, & C. Sulpicium Gallum cum iiſdem rem proſpere geſſiſſe ex mutilatis ipſorum triumphis, qui in Capitolinis extant tabulis, apparet; à quibus iiſdem alpinos Gallos, & Ligures ſubactos, deletoſque eſſe in Livianorum epitomis, & apud Obſequentem eſt ſcriptum; poſtremo vero anno urbis quingenteſimo nonageſimo quinto in iiſdem tabulis invenio, M. Fulvium Nobiliorem Procos. de Liguribus Veleatibus triumphaſſe; qui annus eſt a primo hujus belli octogeſimus; ſiquidem anno urbis DXV. initium ſcripſimus. Hæc eſt autem nobilis illa victoria, de qua ſcribit, ut opinor, Strabo libro IV. his verbis: „Salyes „primos ex tranſalpinis Gallis populus Ro„manus in ditionem redegit, cum diutur„num adverſus & eos, & Ligures bellum „geſſiſſet, quod iter per oram maritimam „in Hiſpaniam impedirent; etenim & terra, „& mari latrociniis infeſta reddebant om„nia, atque iis opibus erant, ut vix magnis „exercitibus viam præberent; octogeſimum „autem demum annum bellum gerentes Ro„mani effecerunt, ut iis, qui publice iter „facerent, ad ſtadia duodecim via pateret. Neſcio autem an hunc Fulvium Florus intellexerit, (nam multi cum Liguribus Fulvii ante bellum geſſerunt) cum dixit: „Tandem „Ligurum latebras Fulvius igne ſepſit; unde Forum Fulvii cognomine Valentinum nomen accepit apud Plinium. Quo vero anno Ligures in poteſtatem ita conceſſerint, ut parere prætori populi Romani coacti ſint, parum liquet. Strabo quidem poſt hoc tempus Romanos, Liguribus deletis, & tributo impoſito, eorum Rempublicam deſcripſiſſe tradit, quod eſt aliud nihil, quam eos in provinciæ formulam redegiſſe. Quæ verba mecum ipſe contemplans, & cum bellis, quæ poſt in Liguribus geſta ſunt, comparans, in eam adductus ſum opinionem, ut putem, Ligures aliquot poſt annis provinciæ formam, M. Æmilii Scauri Conſulis victoria, anno DCXXXVIII. accepiſſe; quam ſententiam intelligo præterea multis poſſe me argumentis non leviſſimis confirmare; primum enim hic de Liguribus Gauſcis triumphaſſe in libro de viris illuſtribus fertur; deinde eundem etiam incertum ultimæ quaſi victoriæ argumentum Æmiliam in Liguribus viam ſtraviſſe refert Strabo, quam per Piſas, & Lunam uſque ad Sabata, & inde per Derthonem perduxit; poſtremo, quod caput eſt, poſt hunc temporis Ligurum, ut Inciorum, in bellis Romanis fieri mentionem invenio. Atque de Liguribus quidem hæc hactenus.

CAP. XXIV.

De agro, & fœderibus Gallorum.

EXpoſitis bellis, ac fœderibus Ligurum, ordo poſtulat, ut deinceps Gallorum res perſequamur. Hi ex tranſalpina Gallia profecti, Tuſcis, veteribus incolis, per arma pulſis, in his locis ſedes poſuerunt. Polybius quidem auctor eſt, loca prima, quæ ad fontes Padi ſunt, Laos, & Lebecios, ſeconda vero Inſubres, tertia apud fluvium Cænomanos inſediſſe; cis Padum vero, qui ad Apenninum agri pertinent, primum Ananes, poſt Bojos, deinceps ad Adriam Lingones, ultimos vero ad mare Senones occupaſſe. Livius autem aliquanto illuſtrius, „Tuſcorum, *inquit*, ante Romanum Imperium late terra, „marique opes patuere; mari ſupero, infe„roque quantum potuerint, nomina ſunt „argumento: quod alterum Tuſcum commu„ni vocabulo gentis; alterum Adriaticum „mare ab Adria Tuſcorum colonia vocave„re Italicæ gentes. Ii in utrunque mare „vergentes, incoluere urbibus duodenis ter„ras, prius cis Apenninum ad inferum ma„re, poſtea trans Apenninum, totidem, „quot capita originis erant, coloniis miſſis; „quin trans Padum loca omnia, excepto „Venetorum angulo, qui ſinum circumco„lunt maris, uſque ad alpes tenuere. Alpi„nis quoque ea gentibus haud dubie origo „eſt, maxime Rhætis, quos loca ipſa effe„rarunt, ne quid ex antiquo præter ſonum „linguæ, nec eum incorruptum, retinerent. Hinc Tarquinio Priſco regnante, Gallos alpes in Italiam tranſcendiſſe ait, Bituriges, Arvernos, Santones, Æduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, qui fuſis acie Tuſcis haud procul Ticinu flumine, cum in quo conſederant, agrum Inſubrium appellari audiſſent, cognomine Inſubribus pago Æduorum, ibi omen loci ſecuti urbem condiderint, eamque Mediolanum appellarint; aliam ſubinde Germanorum (Cænomanorum ſunt, qui legi malint) manum veſtigia priorum ſecutam, trajectis alpibus, ubi nunc Brixia, & Verona urbes ſunt (locos tenuiſſe Lebuos) conſediſſe. Poſt hos Salvios veniſſe; qui præter antiquam gentem Lævos, Ligures incolentes citra Ticinum amnem expulerint. Bojos inde, Lingoneſque tranſgreſſos cum inter Padum, atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Etruſcos modo, ſed etiam Umbros agro exegiſſe; tenuiſſe ſe tamen intra Apenninum; tum Senones recentiſſimos advenarum ab Vite flumine uſque ad Æſim fines habuiſſe. Atque hic quidem poſt Gallorum irruptionem antiquus hujus regionis ſtatus fuit, ut ea trans Padum à Lajis, & Lebeciis, ſive, ut eſt apud Livium, Lævis, & Lebuis, præterea ab Inſubribus, & Cænomanis, cis Padum autem ab Ananibus, Bojis, Lingonibus, & Senonibus teneretur. Ego vero Ananes, & Lingones, quorum nullam in bellis Romanis fieri mentionem invenio, à Bojis accolis hoſtibus ſedibus ſuis everſos, ac latius Bojorum fines pro-

(35) M. autem Popilius rogatione Martia bis apud C. Licinium cauſam dixit: tertio prætor gratia COSS. abſentis, & Popiliæ familiæ precibus victus, idibus Martiis adeſſe reum juſſit, quo die novi magiſtratus inituri erant honorem, ne diceret jus, qui privatus futurus eſſet. Ita rogatio de Liguribus arte fallaci eluſa eſt. *Liv.* lib. 42.

propagatos facile exiſtimarim; ſiquidem & Ligurum cum Gallis, & Gallorum cum Venetis, & ipſorum inter ſe bella graviſſima conſtat fuiſſe. Quo fit, ut incerti eorum etiam fines pro victoriæ ac temporis ratione reperiantur. Quocirca ego in agro, & fœderibus Gallorum Ciſalpinorum exponendis, Bojorum tantum, & Inſubrium, & Cænomanorum meminero; quod reliqui, quantum ipſe conjectura conſequi poſſum, jampridem ab his, ut Senones à Romanis, bello deleti fuiſſent. Boji vero ab ortu ſolis Senonibus, teſte Polybio, ab occaſu Liguribus ciſpadanis ad Trebiam amnem adhæſerunt, à meridie quidem Apennino, à Septentrione vero Pado concluſi. Quod cum ita ſit, profecto apparet, oppida eorum fuiſſe ultra Rubiconem ad mare Ravennam, intus Cæſenam, Faventiam, Claternam, Bononiam, Mutinam, Macros campos, Nuceriam, Tanetum. Parmam, Briaillum, Fidentiam, & Placentiam: ultra eam enim eſt Trebia. Cænomanorum incerti feruntur fines; quoniam autem Veronam, quam interfluit Athesis, modo in Venetis, modo in Cænomania collocari ab antiquis animadverto, fit, ut ab Oriente Cænomanos Atheſi flumine terminatos putem, ab Occidente Ollio amne, à quo non longe abeſt Clufius, cujus Polybius meminit, cum inquit, Romanos ex Inſubribus, Cluſio fluvio trajecto, in Cænomanos veniſſe, atque iis ſociis aſſumptis in Inſubres infeſto agmine rediiſſe; à Septentrione Rhætis, & ceteris, qui eas alpes inſidebant, barbaris, à meridie Pado; quo in ſpacio ſunt Verona, Brixia, Mantua, Trideutum, & Butriom, auctore Ptolemæo. Inſubres inde, ut ipſe conjectura augutor, intra Ollium, & Ticinum flumina, Alpes, & Padum ſe tenuerunt; de Ticino ſignificat Livius, cum ſcribit: „ Inſubres trajectis alpibus præter antiquam „ gentem Lævos, Ligures citra Ticinum „ amnem incolentes expuliſſe, eamque regio„ nem occupaſſe; oppida hi coluerunt Cremonam, Bergomum, Mediolanum, Ticinum, Acerras, & Novariam. Ultra Ticinum, & Inſubrum regionem fuerunt Lebecii, ut ait Polybius, ſive Lybici, ut Ptolemæus, ſive Lebui, ut Livius, quos & ipſos Gallos aliquando appellat, quibus Vercellas oppidum aſſignat Ptolemæus. Nam Lævi gens, ut ait Livius, antiqua citra Ticinum habitavit, immo vero Ticinum oppidum, auctore Plinio condidit. Ultra hos erant Ligures Alpini, & Salaſſi, aliique Galli Alpes Italiæ incolentes, de quibus alio loco diſſeram, nunc, quod inſtat, agendum.

Ex Gallis ciſalpinis primi poſt Senones, quos ſupra funditus everſos ſcripſimus, Boji infeſta Romanorum arma ſenſerunt. Nam quo anno antiquis ſedibus Senones ſunt exturbati, eodem, ut ſcribit Polybius, Boji cum rebus ſuis timentes, ſolicitatis Etruſcis, gravi Romanos bello provocaſſent, ad lacum Vadimonis à P. Dolabella Conſule ſunt devicti, qui fuit annus, ut dixi, urbis CDLXX. inde per multos annos otium à Gallis fuit. Quo deinde anno Liguribus, eodem etiam Bojis arma illata eſſe invenio Ti. Sempronio Graccho, & P. Valerio Faltone Coſſ. cum quibus Valerio duce dubio eventu pugnatum ſcribit cum Zonara Oroſius. Poſtero autem anno primum trans Padum legiones miſſæ, & cum Inſubribus acie dimicatum eſt, tertio Boji cum multitudine ſua terrorem ſe Romanis incuſſuros putaſſent, ac per legatos Ariminenſem agrum, unde paucis ante annis pulſi Senones fuerant, ut ſuum repetentes, Romanos Arimino excedere juſſiſſent, ſua ſponte deleti ſunt à ſociis ipſi ſuis, quos ex Tranſalpina Gallia evocaverant, converſis in ſe armis oppreſſi. Inde ab iis per aliquot annos quies; poſt anno DXXIII., M. Æmilio Barbula, M. Junio Pera Coſſ. Bojis, aliiſque Gallis pecuniam facientibus, veriti Romani, ne eam belli in ſe inferendi cauſſa pararent, edixerunt, ne quis homini Gallo mutuam pecuniam daret. Galli comperto, Conſules in Ligures exercitum adduxiſſe, dum ſe, ut Romam verſus contendant, comparant, improviſo à Conſulibus opprimuntur. Cum autem poſt biennium, Q. Fabio Maximo iterum Conſule, C. Flaminius Tribunus plebis (quod ſcriptum eſt in Catone Tulliano,) adverſus Senatus auctoritatem legem pertuliſſet, ut ager Picenus, & Gallicus viritim divideretur (Gallicum autem intelligebat eum, unde exacti Senones cis Ariminum fuerant) factum eſt, ut Boji Senonum calamitate edocti, cum ſe injuriæ eſſe proximos cernerent, inita cum finitimis Inſubribus ſocietate, Gallis etiam Tranſalpinis accitis, qui ad Rhodanum accolebant, & à mercede, qua conducti militabant, Geſſatæ dicebantur, quieſcentibus Cænomanis, in Etruriam, quæ jam tum in ditione Romanorum erat, irruperint, anno urbis DXXVIII. adverſus quos cum Conſules L. Æmilius Papus, C. Atilius Regulus maximum, ſi quando unquam alias, ex univerſa Italia exercitum adduxiſſent, (ea centum (36) millia armatorum fuiſſe traduntur) ingentes eorum copias ad Fæſulas profligarunt; XL. millia cæſa, decem capta, agrum Boicum ab Æmilio vaſtatum accepimus. Poſtero anno Romani ea re priore anno bene geſta in ſpem adducti, Gallos ex regionibus circompadanis ejiciendi, Q. Fulvium, T. Manlium Conſules in Galliam miſerunt; qui cum legionibus fines Bojorum ingreſſi ad deditionem eos compulerunt, imbrium, & peſtilentiæ, ut placet Polybio, deterriti magnitudine, ne reliquias belli perſequerentur. Zonaras tamen Bojorum regionem ab hoc tempore in poteſtate fuiſſe populi Romani tradit. Anno inſequenti P. Furius, & C. Flaminius Conſules per Ligurum quorundam, quos ſibi ſocios aſciverant, fines Inſubrium gentem adorti, nobilem victoriam retulerunt. Quietæ jam res in Gallia futuræ videbantur, niſi Inſubres pacem petentes à M. Marcello, & Cn. Scipione Coſſ. occaſionem belli quærentibus ad arma capienda fuiſſent compulſi. Hi vero Geſſatarum armis adjunctis cum in aciem prodiiſſent, Acerris, & Mediolano, quod eorum caput erat, & Como oppidis amiſſis, cum fruſtra trajecto Pado Claſtidium obſediſſent, deditionem fecerunt, pecuniis, & agrorum parte multati. Marcellus triumphavit, & tertia opima ſpolia Virdumaro rege Geſſatarum interfecto retulit. Atque hoc pacto Galliæ Ciſalpinæ pars, quam Boji, & Inſubres tenebant, in poteſtatem, ditionemque populi Romani conceſſit. Tum vero provinciam hanc factam, inde

(36) Trecenta millia narrat Livius lib. 20.

inde apparet, quod ſequentibus deinceps annis prætores, qui eam regerent, eò cum imperio miſſi ſunt. Itaque triennio poſt Scipione, & Longo Coſs. coloniæ duæ, Placentia, & Cremona in agrum, ut ſcriptum eſt in Livian rum epitomis, de Gallis captum ſunt deductæ; eaque clauſtra adverſus Gallicos tumultus, ſi qui cis, aut trans Padum excitarentur, oppoſita; ex quo intelligi ſine dubio poteſt, ut Placentia fuit Bojorum, ſic Cremonam tum fuiſſe, non, ut tradit Ptolemæus, Cænomanorum, ſed Inſubrium; neque enim bello dum Cænomanos populus Roman. attigerat, immo vero ſocios tum, & quidem conſtantes habebat. Cum autem Boji, & Inſubres ſubito defeciſſent, vix poſt multos annos perdomari armis potuerunt; eodem enim anno, ut inquit Livius, Boji ſolicitatis Inſubribus ad Annibalem in Italiam venientem ſe contulerunt, non tam ob veteres in populum Rom. iras, quam quod nuper circa Padum, Cremonam, Placentiamque colonias in agrum Gallicum deductas ægre patiebantur; quo factum eſt, ut triumviri agrarii diffiſi Placentiæ (37) mœnibus Mutinam confugerint. Itaque poſt biennium L. Poſtumius Albinus (38) prætor è provincia decedens Bojorum fraude in Litana ſilva cum exercitu eſt oppreſſus. Cannenſi inde clade cum omnes Ciſalpini Galli populum Romanum deſeruiſſent, Cremona tamen, & Placentia coloniæ in fide manſerunt. Bellum interea Gallicum ardente Punico bello in Italia omiſſum, (39) & in annum urbis quingenteſimum quinquageſimum quartum eſt dilatum; quo Anno P. Ælius Conſul Galliam ſortitus, cum audiſſet, à Bojis ante ſuum adventum incurſiones in agrum ſociorum factas, C. Oppium præfectum ſocium per Umbriam, agrum Bojorum invadere juſſit. Poſtero autem anno cum Inſubres, Cænomanique & Boji excitis Salybus, Iluatibus, & ceteris Liguſtinis populis, Amilcare Pœno duce Placentiam invaſiſſent, à L. Furio Purpurione prætore magno prælio victi. Furium inde C. Cornelius Cethegus Conſul ſecutus, qui decreto à Senatu Gallico bello, ad Inſubres, qui in armis erant, Cænomanis aſſumptis, profectus, Bojos, Inſubres, & Cænomanos cecidit. Cethego autem cum M. Claudius Marcellus ſucceſſiſſet, Comenſes prælio profligavit, atque oppido capto, duo de triginta caſtella in fidem recepit, & cum L. Furio Purpureone collega Bojorum agrum uſque ad Bononiam oppidum populabundus peragravit; ea urbs, ceteraque caſtella, & Boji fere omnes præter juventutem, quæ prædandi cauſſa in armis erat (tunc in devias ſilvas receſſerat) in ditionem venerunt. Biennio interjecto P. Africano, Ti. Sempronio Longo Conſulibus L. Valerius Flaccus pro Conſule circa Mediolanum cum Inſubribus, & Bojis, qui Dorulace duce ad concitandos Inſubres Padum trajecerant, ſignis collatis depugnavit; X. millia hoſtium cæſa; eodemque anno à Ti. Longo Conſule cum Bojis res varie geſta. Quem ſecutus L. Cornelius Merula Conſul commiſſo ad Mutinam prælio Bojorum XIV. millia concidit. Poſtero anno Boji adeo quieverunt, ut etiam Senatus eorum Cn. Domitio Conſuli cum liberis, & præfecti cum equitatu (ſumma omnium mille & quingenti) ſe dediderint. Inſequenti anno P. Cornelius Scipio Naſica ſummo cum Bojis prælio congreſſus, eos ad deditionem compulit, ac primo obſidibus ab eorum gente acceptis agri parte fere dimidia multavit, quò ſi vellet, populus Rom. colonias mittere poſſet. Itaque ſequenti anno decretum, ut eò duæ coloniæ novæ deducerentur; & poſtero Bononia deducta eſt. Anno inde DLXVI. M. Furius prætor inſontibus Cænomanis in pace ſpeciem belli quærens ademit arma. Id Cænomani conqueſti Romæ apud Senatum, rejectique ad Conſulem M. Æmilium Lepidum, cui, ut cognoſceret, ſtatueretque Senatus permiſerat, magno certamine cum prætore habito, tenuerunt; reddita arma Cænomanis. M. Æmilius ducto ex Liguribus in Galliam exercitu viam Æmiliam per provinciam ab Arimino Bononiam, & Placentiam, atque inde Aquilejam prope Alpium crepidinem ſtravit, ducto, ut ait Strabo, circum paludes opere: cujus viæ ambitum diligenter per ſingula oppida apud Antoninum video eſſe deſcriptum. Ab hoc Galliam citeriorem in provin-

(37) Ea tamen, ut & Mutina, egregie defenſa eſt, quæ toto illo Punico, Gallicoque bello amicibus ſuis viribus Rempublicam Romanam adjuvit.

(38) Hic abſens COS. Romæ factus erat, ejuſque exitus, qui poſt Cannenſem pugnam fuit, ita narratur a Livio lib. 23. *Poſthumius COS. deſignatus exercitum contra Gallos perducebat. Sylva erat vaſta, Litanam Galli vocant, eaque in Bojorum agro erat, qua exercitum Poſthumius traducturus erat. Ejus ſylvæ dextra, lævaque circa viam Galli arbores ita inciderant, ut immotæ ſtarent, momento levi impulſæ occiderent. Legiones duas Romanas habebat Poſthumius; ſe cumque ab ſupero mari tantum conſcripſerat, ut XXV. millia armatorum in agros hoſtium induxiſſet. Galli oras extremæ ſylvæ cum circumſediſſent, ubi intravit agmen ſaltum, tum extremas arborum ſucciſarum impellunt: quæ alia in aliam inſtabilem per ſe, ac male hærentem incidentes, ancipiti ſtrage arma, viros, equos obruerunt, ut vix decem homines effugerent. Nam cum exanimati plerique eſſent arborum truncis, fragmentiſque ramorum; ceteram quoque multitudinem inopinato malo trepidam Galli ſaltum omnem armati circumſidentes interfecerunt, paucis e tanto numero captis, qui pontem fluminis petentes, obſeſſo ante ab hoſtibus ponte interclusi ſunt. Ibi Poſthumius omni vi ne caperetur obnixus, occubuit. Spolia corporis, caputque ducis præciſum Boji ovantes templo, quod ſanctiſſimum eſt apud eos, intulere. Purgato inde capite, ut mos iis eſt, calvam auro cælavere, idque ſacrum vas iis erat, quo ſolemnibus libarent: poculumque idem Sacerdotis eſſe, ac templi antiſtitibus.*

(39) Non tamen deſitum. Nam provincia Gallia ſtatim ſecundum mortem Poſthumii Marco Pomponio Prætori ſuperioris anni decreta, cui anno ſequenti prorogatum imperium, eique poſt ſuffectus P. Sempronius Tuditanus, qui a Pomponio, ejus legiones acciperet, & ſequentibus duobus annis ei pariter in Gallia prorogatum imperium cum iiſdem duabus legionibus. Itaque deinceps Gallia cum exercitu decreta. Omiſſum igitur Gallis bellum inferri. Defenſio tamen neceſſario credenda: nam non veriſimile, ut poſt tantam victoriam illi quieſcere voluerint. Quinimo tertiodecimo illius belli anno Q. Manlius Prætor, cui provincia Gallia tradita fuerat, juſſus ab Senatu, populari agros Gallorum, qui ad Pœnos ſub adventum Aſdrubalis defeciſſent, fueriſque ab iis Placentiam, Cremonamque colonias. Liv. lib. 28. Ego reor paulo poſt illam cladem Poſthumii bellum Gallicum adminiſtratum: ſed Punicum ejus mentionem obliteraſſe. Galloſque iterum ſubactos, qui ſub adventum Aſdrubalis defecerint.

vinciæ formam iterum eſſe redactam, via Æmilia, & oppidum Regium Lepidi ab ipſo appellata ſatis magnum dare documentum poſſunt. Quibus addere etiam colonias duas poſſumus Mutinam, & Parmam in agro Bojis adempto non ita multo poſt conſtitutas.

Hæc ſunt bella, quibus Boji, Inſubres, & Cænomani domiti poſt Romana pace contenti in perpetuum quieverunt. Strabo auctor eſt, Bojos ex finibus ſuis in loca Danubio vicina translatos cum Tauriſcis contra Dacos bellum gerentes radicitus eſſe ſublatos; eoſdem etiam funditus interiiſſe, ex Catone refert Plinius, cum eorum centum duodecim tribus fuiſſent. Polybius Gallos omnes Padi accolas è campis dimotos, præter eos, qui B ſub Alpibus ſunt, tradit. Recte; neque enim poſt hæc tempora, ulla in Italia aut Bojorum, aut Cænomanorum memoria celebratur. Inſubres autem ſua etiam ætate in Italia fuiſſe Strabo prodidit; unde illud eſt apud Ciceronem in Piſonem: *Inſuber quidam fuit, id eſt, mer ator, & præco*. Quidquid autem Gallorum ab Alpibus ad Rubiconem fuit, id totum in ciſpadanam, & tranſpadanam regionem eſt diviſum. Pulſis autem, ut dixi, Gallis, pleraque Romani cives occuparunt; declarant frequentes eorum coloniæ Bononia, Mutina, Parma, Placentia, & Cremona; oſtendit nomen Togatæ Galliæ (ſic enim eſt hæc regio poſtea appellata) quod ab eo C ductum videtur, quia ei provinciæ Romana toga ſit conceſſa; unde dixit Martialis:

Gallia Romanæ nomine dicta togæ.

Togatam autem dictam ſcribit Dio vel ab uſu togæ, vel quod multo, quam Tranſalpina Gallia, pacatior eſſet. Hoc autem nomen ea, ut dixi, regio primum tulit, quam Senones tenuerant. Nimirum enim eam Galliam primum Togatæ nomine ornarunt, quæ primum imperio populi Romani paruit, ac cives, moreſque Romanos cum uſu togæ Romanæ prima accepit. Inde autem Bojis, qui finitimi fuerant Senonibus, ut dixi, caturbatis hoc nomen eſſe communicatum puto, D poſtquam ad hos etiam victus, cultuſque Romanus eſt translatus. Siquidem Ptolemæus Galliam Togatam à Placentia Ravennam perducit; quo fortaſſe reſpexit quoque Feſtus, cum ſcripſit: „ Boicum agrum dici, qui fuit „ Bojorum Gallorum; eſſe autem in Gallia „ citra alpes, quæ Togata dicitur. Argumento eſt etiam, hanc regionem civibus Romanis fuiſſe refertam, ſermo ipſe Latinus, quo ea uſa eſſe fertur adeo, ut etiam è Gallia Romæ fuerint oratores. Itaque quærenti Bruto in libro de claris oratoribus, quis eſſet urbanitatis color, reſpondit Cicero: „ Id tu „ Brute jam intelliges, cum in Galliam ve- E „ neris. Audies tu quidem verba quædam „ non trita Romæ; ſed hæc mutari, dediſci- „ que poſſunt; illud eſt majus, quod in vo- „ cibus noſtrorum oratorum recinit quiddam, „ & reſonat urbanius, nec hoc in oratoribus „ modo apparet, ſed etiam in ceteris. Ego

A „ memini T. Tincam Placentinum hominem „ facetiſſimum cum familiari noſtro Q. Granio „ præcone dicacitate certare; ſed Tincam „ non minus multa ridicola dicentem Gra- „ nius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo. Sed de Gallis Italicis hactenus. Nunc tranſeamus ad Venetos.

CAP. XXV.

De agro, & fœderibus Venetorum, & Carnorum.

SUpra Cænomanos erant Veneti, ſupra Venetos Carni. Venetos alii ex Tranſalpina B Gallia ab ultimis Oceani partibus, alii, quibus ego potius aſſentior, ex Paphlagonia, poſt Trojæ excidium, cum Antenore Trojano in Italiam veniſſe, atque ad ſinum Adriatici maris, pulſis inde antiquis incolis Euganeis, ſedes poſuiſſe, literis prodiderunt. (40) Quidquid autem agri ab Occidente Atheſi, ab Oriente ſinu Adriatico, à Septentrione, ut ait Strabo, Natiſone flumine, à Meridie Pado eſt comprehenſum, id totum fuit Venetorum, eaque regio univerſa eſt Venetia nominata; oppida in hoc tractu nobiliora fuerunt, Adria, unde ſinus nomen creditur inveniſſe, Patavium, Altinum, Ateſte, Opitergium, Vicetia, Acedum, Belunum, ut auctor eſt, & quidem, ut puto, idoneus, C Ptolemæus. Nam Carni à Natiſone flumine uſque ad Formionem, quantum ex Strabonis, & Plinii perſpici monumentis poteſt, oppida tenuerunt Aquilejam, quam aperte extra Venetos fines trans amnem fuiſſe narrat Strabo, Concordiam, & Tergeſte. Unde illud commode, ut alia multo, Mela, „ in oris Italiæ „ proximam eſſe à Tergeſte Concordiam; in- „ terfluere Timavum, deinde Natiſonem non „ longe à mari Aquilejam attingere; ultra „ eſſe Altinum. Flumina Venetiæ numerat Plinius Medoacos duos, & Togiſonum per agrum Patavinum fluentes, Silim per Tarviſanum, Liquentiam per Opiterginum, Roma- D tium, Tillaventum majus, minuſque, Anaſſum, quo Varranus defluit, Alſam, Natiſonem cum Turro præfluentes Aquilejam, XII. millia paſſuum ab ea, ultra quam VII. millia paſſuum Formionem eſſe.

Quo tempore Veneti à Romanis victi, aut omnino bello ullo petiti ſint, adhuc eruere ex tanta annalium vetuſtate non potui; ſocietatem eos quidem cum Romanis iniſſe ante Annibalis in Italiam adventum, tradit Polybius; ex quo exiſtimari poteſt, nulla eos occaſione, vel nullo potius rerum Italiæ motu poſt fidem ſemel datam violaſſe, ſed amicitiam bonis populi Romani rebus junctam in perpetuum caſtiſſime coluiſſe. Neque E enim ipſos ſe ullo aut Cænomanorum, aut Carnorum finitimorum bello impliculſſe, ſed ſponte ſe fidei, ac poteſtati Romanorum permiſiſſe accepimus. Patuiſſe tamen & ipſos Prætori, qui Galliam cum imperio obtineret, id eſt, in provinciæ formam eſſe redactos, & credo,

(40) Trium populorum Venetorum apud Scriptores fit mentio: Italicorum, de quibus hic, cujus originem ex Paphlagonia tradit Livius in principio ſuæ hiſtoriæ, cui aſſentit Sigonius, & cum Henetis Venetos dictos. Alios memorat Cæſar in ſuis Commentariis lib. 2. & 3. inter maritimas Galliæ ad Oceanum Civitates. Ex Scandia alios nominat Jornandes, quos unam ſtirpem cum Sclavis, & Antibus habuiſſe dicit. Non deeſt ergo, qui dicit, non tam Venetos Gallos, quam Italicos ab illis deſcendiſſe, qui a gelidiſſimis, incultiſſimiſque ſuis regionibus erumpentes eas terras diſpertiti occupaverint: certum Venedicus ſinus in mari Baltico adhuc celebratur, & Venedi populi.

A credo, & cur credam, multas cauſſæ afferre poſſum. Maxime autem, quod anno DLXVII. M. Æmilius Lepidus, cum provinciam Galliam, etiam tum arma retinentem, quanquam aſſiduis prope bellis afflictam, ac perditam, eſſet ſortitus, dicitur Æmiliam viam ſtraviſſe per provinciam ab Arimino, Bononiam, ac Placentiam, atque inde circumducto opere Mediolanum, Bergomum, Veronam, & Patavium uſque ad Aquilejam tum illius, ut puto, provinciæ finem, præſertim vero Carnis adhuc bello Romano intactis; quod ille certe non feciſſet, niſi Venetos quoque provinciam habuiſſet. Alterum argumentum eſt, quod ſequenti anno, cum Galli quidam tranſalpini in Venetia, ut inquit Livius, ædificare B oppidum conarentur, id ſine Prætoris, qui provinciæ præeſſet, conceſſu factum moleſte tulit Senatus. Qua de re placet, quid ille ad verbum ſcripſerit recitare: „ Sp. Poſtumio, *inquit*, Q. Marcio Conſulibus, Galli „ tranſgreſſi in Venetiam ſine populatione, „ aut bello, haud procul inde, ubi nunc A- „ quileja eſt, locum oppido condendo cepe- „ runt. Triennio poſt, Q. Fabio Licino, M. „ Claudio Marcello Coſs. eum ædificarent, „ Julio Prætori Galliæ mandatum, ut id pro- „ hiberet, quoad ejus ſine bello poſſet; ſi ar- „ mis prohibendi eſſent, Conſules certiores „ faceret; ex his placere alterum adverſus „ Gallos ducere legiones. Marcello Conſuli C „ advenienti cum legionibus Galli ſe dedide- „ runt; XII. millia armatorum erant, arma „ omnibus adempta; id legatis eorum in Se- „ natu querentibus, reſponſum, nec illos re- „ cte feciſſe, cum in Italiam venerint, oppi- „ dumque in alieno agro, nullius Romani „ magiſtratus, qui provinciæ præeſſet, per- „ miſſu ædificare conati ſint; neque Senatui „ placere deditos ſpoliari. Aquileja ut colo- „ nia deduceretur, decretum. Tertio loco moveor, quod anno DLXXIII. Conſuli, qui provinciam Galliam obtinebat, à Senatu negotium datum eſſe idem teſtis eſt Livius, ut Patavinorum in Venetia ſeditionem compri- D meret, quos certamine factionum ad inteſtinum bellum exarſiſſe, ipſorum legati attulerant. Patavinis ſaluti adventum Conſulis fuiſſe; neque aliud, quod ageret in provincia, cum habuiſſet, Romam rediiſſe. Poſtremo, quod Cæſar, & poſt Cæſarem D. Brutus, cum hanc Galliam cum imperio regerent; Patavinos quoque & Vicetinos in imperio habuiſſe, veterum literarum monumenta declarant.

A Ut autem de Venetis, ſic etiam de Carnis obſcurum eſt, quando vel vi, vel voluntate in amicitiam venerint; credo, quod rerum cum his geſtarum una cum veteribus annalibus memoria prorſus exciderit. Integris autem eos viribus ad annum DLXXXII. fuiſſe, ſatis plane demonſtrat Livius, cum ita ſcribit: „ C. Caſſius Conſul in Gallia, quam „ ſortitus erat, memorabile nihil geſſit; & „ per Illyricum ducere legiones in Macedo- „ niam vano incœpto eſt conatus. Aquilejen- „ ſes queſti in Senatu Romæ, coloniam ſuam „ novam, & infirmam, nec dum ſatis muni- „ tam inter infeſtas nationes Iſtrorum, atque „ Illyriorum eſſe; Senatus Carnis, aut Iſtris B „ bellum à Caſſio illatum credere. Poſtero „ anno Carnorum, Iſtrorumque, & Japudum „ legati venerunt: duces ſibi ab Conſule Caſ- „ ſio primum imperatos, qui in Macedoniam „ ducenti exercitum iter monſtrarent, paca- „ tum ab ſe tanquam ad aliud bellum geren- „ dum abiſſe, inde ex medio regreſſum iti- „ nera hoſtiliter peragraviſſe fines ſuos, paſ- „ ſim rapinas, & incendia facta, nec ſe ad „ id locorum ſcire propter quam cauſſam „ Conſuli pro hoſtibus fuerint. Ac de iis quidem aliud nihil accepimus. Carnos tamen, ſive armis, ſive voluntate ſe ad amicitiam Romanorum contulerint, in provinciæ formam relatos, & Gallis, Venetiſque adjun- C ctos, crediderim. Siquidem Cæſar cum Galliam hanc Proconſule adminiſtraret, Aquilejenſium, & Tergeſtinorum, ut populorum ad ſuum imperium pertinentium, meminit in libris, quos de Gallico bello conſcripſit. Factum eſt autem, ut poſtea Carni Venetis, quorum nomen late patebat, attributi, eorum etiam ſibi nomen aſciverint, & Venetiam regionem uſque ad Iſtriam ſibi finitimam propagarint; quod video ſine dubio intellexiſſe Catonem in epitomis Italicarum originum, cum Venetiam ſcripſit ab Iſtria uſque ad Padi oſtia pertinere; quibus epitomis tantam ego tribuo auctoritatem, quanta incorruptis veteribus monumentis merito tribuenda eſt. Ve- D netos autem uſque ad extrema Reipublicæ tempora nomen retinuiſſe, præter ceteros oſtendit Vellejus, cum de M. Antonio ait: *Pollio Aſinius cum ſeptem legionibus diu retenta in poteſtate Antonii Venetia magnis, ſpecioſiſque rebus circa Altinum, aliaſque ejus regionis urbes editis, Domitium junxit Antonio.* (42)

CAP.

(41) Venetos, atque Carnos cum Populo Romano bellum habuiſſe: dedititios vero cur fierent, nuſquam invenimus. Inde mihi nullo pacto poſſum ſuadere provinciam eos Romanorum factos. Quinimo nec fœderatos cum Romanis fuiſſe audeo dicere. Amicos fuiſſe: una geſſiſſe bella neceſſe eſt. Sed fœderis pariter atque belli, deditioniſque nulla memoria eſt. Quid? non poterant ſine fœdere amici eſſe, ſine fœdere una cum Romanis adverſus communes inimicos bellare? Bellarunt Attalus Aſiæ Rex, & Rhodii cum Romanis bella permaxima, & cum Philippo Macedoniæ Rege, & cum Antiocho ſine fœdere ullo, quod petierunt Rhodii poſtquam victi ſunt, ne hoſtes haberentur à Romanis, Liv. lib. 45. Galli ut Romanorum, ita Venetorum perpetui inimici, utroſque contra illos conſentire, & una bella gerere coegerunt. Tradit enim Liv. lib. 10. Venetos ſemper in armis ab accolis Gallis habitos, quemadmodum ſemper à Gallis laceſſebatur Populus Romanus. Amici er- E go, ut Attalus, & Rhodii, non provinciæ, nec fœderati. Nec argumenta Sigonii convincunt, nam via Æmilia per Venetos liberos, atque amicos re ipſa communicata duci poterat. Galli vero ad Venetiam capti à Romanis, qui omnem Italiam defendendam ſuſceperant, nullo Italicorum populorum, ſi qui liberi fuiſſent, jure perturbato. Aquileja eo deducta, ubi Galli *in montes per ſolitudines ſine ullius injuria conſederant*. Igitur in agro nullius, licet uti Italico ſub defenſione Romana. Id eſt quoque manifeſtum, quod Gallos tranſgreſſos niſi poſt triennium apparuit. Ceterum compreſſio ſeditionis Patavinorum, quemadmodum fœderatorum potuit eſſe, ita etiam amicorum tantum. Cur vel authoritate, vel armis Romanos Veneti liberi ad ſeditionem comprimendam invocare non poterant? Cæſarem alioſque Imperatores cum Gallia Venetos in imperio habuiſſe non probo. Galliam habuerunt, Veneti provinciam attingentes, atque pluribus ex partibus provincia

CAP. XXVI.

De jure provinciæ Galliæ.

CUm igitur alio bello Ligures, alio Boji, alio Inſubres, & Cænomani, alio Veneti, & Carni aut vi, aut voluntate ad amicitiam, & ſocietatem ſint traducti, eſt tamen una omnium horum, ut jam ſæpe ſignificavi, provincia facta, eaque uno nomine citerior, ac Togata Gallia appellata; in qua hi populi floruerunt, Ligures, Galli, & Veneti; nam ex Gallis Boji, & Cænomani adeo jam tum afflicti erant, & perditi, ut patriis everſi ſedibus ne agro quidem, quem amiſerant, nomen reliquerint. Inſubrium autem non latè admodum memoria patuit; Illud enim celebrius, ut omnes Galli, aut Ciſpadani dicarentur, aut Tranſpadani. Carni enim Venetis videntur attributi. Termini autem hujus, ut dixi, provinciæ fuerunt à mari Supero Rubico, ab infero Arnus, ab alpibus Liguſtinis Varus, à Carnicis Formio flumina; eis Rubiconem primum oppidum erat Ariminum, quod juris Italici fuit, non provinciæ Gallicæ, eis Arnum Piſæ, ultra Rubiconem in Ciſpadanis Gallis Ravenna, ultra Arnum in Liguribus Luca, ambo ultima provinciæ Galliæ oppida. Quo factum eſt, ut Cæſar, cum Galliam pro Conſule obtineret, modo Ravennam, modo Lucam, ut in extrema provinciæ ſuæ oppida, ventitarit; & Cicero Bruto Galliam pro Conſule adminiſtranti Pætum quemdam ex municipio, ut ait, Lucenſi commendarit. De Rubicone, Galliæ fine, multa teſtimonio ſunt, verum illud nobiliſſimum Ciceronis in Antonium: *An ille*, inquit, *faciat, ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis eſt Galliæ, educeret?* Cæſarem autem intellexit, qui cum cohortes ſuas eſſet, ut ait Svetonius, ad Rubiconem provinciæ ſuæ terminum conſecutus, reputans ſecum, quantum moliretur, converſus ad proximos: *Etiamnunc*, inquit, *regredi poſſumus: quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt*; quod idem multis poſt annis verſibus elegantiſſimis Lucanus eſt perſecutus in hunc modum:

Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis
Puniceus Rubicon, cum fervida canduit æſtas,
Perque imas ſerpit valles, & Gallica certus
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

Atque etiam Ariminum primum oppidum è Gallia in Italiam venientibus occurriſſe, eundem video ſatis diſerte oſtendiſſe, cum Ariminenſes ſecum ita conquerentes fecit:

O male vicinis hæc mœnia condita Gallis,
O triſti damnata loco; pax alta per omnes
Et tranquilla quies populos: nos præda furentum,
Primaque caſtra ſumus; melius fortuna dediſſes
Orbe ſub Eoo ſedem, gelidaque ſub arcto.
Nos primi Senonum motus, Cimbrumque ruentem
A *Vidimus, & martem Libyes, curſumque furoris*
Teutonici; quoties Romam fortuna laceſſit,
Hac iter eſt bellis.

Quæ cauſſa fecit, ut primis temporibus, quemadmodum Piſas pro Liguria, ſic Ariminum pro Gallia communi ſermone uſurparint, quod tradit lib. XXVIII. Livius, cum ſcribit: *Urbana provincia Servilio obtigit, Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio*. Neque vero Luca tantum, id eſt, finitima Tuſcis Ligurum regio, provinciæ eſt Galliæ finibus comprehenſa, ſed etiam prima, & remotiſſima, in qua Monœci portus fuit; hinc enim de Cæſare ex Gallia provincia in Italiam irrumpente dixit Virgilius:

B *Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci.*

Quod autem eadem Gallia Venetos, & Carnos incluſi, id non leviſſimis ductus conjecturis feci. Venetorum enim, ut dixi, Vicetia, Patavium, & Opitergium fuit; Carnorum Aquileja, & Tergeſte. At Cicero in Philippicis ait: *Ut omittam alias partes Galliæ, Patavini alios excluſerunt, alios ejecerunt, miſſos ab Antonio*; & Dio Patavium primum Galliæ, poſt Italiæ fuiſſe oppidum ſcripſit; & D. Brutus hujus Galliæ prætor de Vicetinis in epiſtolis, ut de iis, qui ſuo ſubjecti eſſent imperio, loquitur; & Cæſar, ut dixi, libro primo, atque octavo de bello Gallico Opiter-
C ginorum, Aquilejenſium, & Tergeſtinorum, ut qui ad ſe, & ad ſuam provinciam Galliam pertinerent, meminit. Jam vero univerſa hæc regio Gallia Togata, quod nomen antea partium ejus tantum fuerat, eſt appellata; oſtendit hoc Hirtius, indicat Cæſar, demonſtrat Dio, res prope loquitur ipſa. Hirtius, cum ſcribit, Cæſarem omnes regiones Galliæ Togatæ percurriſſe, T. Labienum ei præfeciſſe; Cæſar, cum ſe libro VII. ait legionem XII. in Galliam Togatam miſiſſe, ad colonias civium Romanorum tuendas, ne quod ſimile incommodum accideret, de incurſione barbarorum, ac ſuperiore æſtate Tergeſtinis acciderat; Dio, qui cunctam citeriorem Galliam
D Togatæ Galliæ nomine appellatam ſcribit. Itaque probe Mela, & docte, qui Galliam Togatam Carnos, & Venetos incoluiſſe prodidit, non quod ea Veneti ſoli, & Carni tenerentur, ſed quod præter Ligures & Gallos, & hi Galliæ hujus finibus clauderentur. In hanc porro provinciam tres ab urbe viæ duxerunt, Flaminia per Ariminum, Caſſia per Arretium, Aurelia per Piſas, unde Cicero in Philippicis: *Tres viæ ſunt ad Mutinam, à Supero mari Flaminia, ab Infero Aurelia, media Caſſia*. Hanc ergo regionem armis, quomodo demonſtravi, devictam iniquioribus, quam reliquam Italiam, in amicitiam fœderibus eſſe ſuſceptam conſtat; unde tertio quodam juris
E genere eſt affecta, quod & Latinorum, & Italicorum jure deterius fuit. Viſa eſt autem quodammodo à reliqua Italia ſegregari, quia non quomodo Italia, ſed quomodo externa re-

vincia Romana circumdati veluti in provincia erant, qui amici Romanos omni ope juvabant. Carnis, Iſtris, atque Japidibus, de Cajo Caſſio querentibus reſponſum: *Senatum ea, quæ facta querantur, neque ſciſſe futura, neque ſi ſint facta probare. Sed indicta cauſa damnari abſentem Conſularem virum injurium eſſe, cum is Reipublicæ cauſa abſit. Ubi ex Macedonia rediſſet C. Caſſius, tum, ſi coram eum arguere vellent, cognita re Senatum daturum operam, ut ſatis fiat. Nec reſponderi tantum iis gentibus, ſed legatos mitti tres circa eos populos placuit, qui indicarent, quæ patrum ſententia eſſet. Munera mitti eorum populorum legatis ex binis millibus æris cenſuerunt.* Tantæ ſolemnitates cum populis tantum liberis obſervabantur. Demum Japudæ uſque ad Auguſtum liberi, ab eo primum ſubacti. Dio lib. 49. De Venetis, & Carnis nihil.

regiones ſolerent, eſt adminiſtrata; quo illa Tulliana referenda ſunt in octava in Antonium: *Majores veſtri tumultum Italicum, quod erat domeſticum; tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, nominabant*; & in decima: *Habet animiſſimam Galliam, etiam eos, quibus confidebat, alieniſſimos Tranſpadanos, Italia omnis infeſta eſt*. Galliæ autem adminiſtrandæ ratio ab ipſa provinciæ, de qua ſæpe ſupra dixi, formula eſt petita. Redigere vero in provinciæ formam nihil erat aliud, niſi leges domeſticas adimere, & Romanas dare, ac prætorem, qui quotannis provinciam ex legibus datis adminiſtraret, inſtituere. Neque vero ſola tributi impoſitio provinciam efficit, cum id multis ſit etiam Italicis, & exteris imperatum, qui tamen in provinciæ formam non ſint relati, ſed legum domeſticarum, & patriæ libertatis ademptio, & Prætoris, qui eos regat, inſtitutio; regat autem ita, ut & jus in conventibus dicat, & imperium belli gerendi cauſſa habeat, ut in libris de antiquo jure provinciarum accuratius oſtendemus. Jus autem in Gallia dictum Aquilejæ, Mediolani, Ravennæ, & Lucæ, ibique conventus actos non leviſſimis adductus conjecturis opinor. Hanc vero interea aut tumultuantem per Conſules, & prætores, aut pacatiorem per pro-Prætores, & pro Conſules rexerunt; donec quotannis aut conſularibus, aut prætoriis ordine mandari eſt cœpta; ſiquidem extremis Reipublicæ temporibus L. Murena, & Q. Metellus Celer ex prætura, L. Afranius, & C. Cæſar ex conſulatu eam adminiſtrarunt, poſtremo M. & D. Bruti à Cæſare acceperunt, & M. Antonius in conſulatu obtinuit. Verum, ut aliquando ſummum hujus provinciæ jus aperiam, ac, quid inter hoc, & Latinorum, Italicorumque interfuerit, oſtendam, dico, Latinos partem Romanæ civitatis, aut certe aditum ad Romanam civitatem aliquem habuiſſe; legibus ſuis, non Romanis magiſtratibus paruiſſe; inter auxilia meruiſſe; Italicos nec Romanæ civitatis partem, nec ullum ad Romanam civitatem aditum eſſe adeptos, ſed legibus ſuis, ut Latinos, obtemperaſſe, & pariter in auxiliis militaſſe; Gallos vero nec civitatis Romanæ ullo modo participes, nec legum, aut libertatis ſuæ compotes fuiſſe, ſed in auxiliis tamen ſtipendia feciſſe. Gallicorum auxiliorum meminit Livius: *M. Junius Conſul bello Iſtrico tranſire in Galliam, & ab civitatibus, quantum quæque poſſet, militum exigere juſſus*; & poſt: *Remiſſis auxiliis, quæ Gallis imperaverat*; & poſt: *auxiliis protinus per civitates Galliæ, coloniaſque imperatis*. Liguſtinorum bello Jugurthino Salluſtius, cum ſcribit: *Miſſæ ſunt eò cohortes Ligurum quatuor, & C. Annius præfectus*; deinde: *Forte quidam Ligur ex cohortibus auxiliariis miles gregarius caſtris aquatum egreſſus*; quid quod Cicero ad Caninium ſcribit, M. Bibulum Syriæ Prætorem alarios Tranſpadanos populo remiſiſſe? Huc adde Plin. cum inquit lib. tertio: *L. Æmilio, C. Atilio Coſs. Italia nunciato Gallico tumultu ſola ſine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc ſine Tranſpadanis equitum LXXX. millia, peditum DCC.* (42) *millia armavit*. Cænomanos autem, jam tum populi Romani ſocios Tranſpadanorum nomine intellexit, quorum tamen viginti millia cum ceteris Italicis auxiliis bello Gallico affuiſſe, tradit Polybius. Ex quo intelligi poteſt, hoc ceteris Galliam citeriorem provinciis præſtitiſſe, quod ex ea auxilia, ut etiam ex reliqua Italia, legionibus Romanis ex ordine ſint acceſſita, Siculorum vero, aut Sardorum, aut Hiſpanorum, aut Aſiaticorum, aut reliquorum provincialium, niſi quid forte extra ordinem acciderit, non ſint accepta. Ac de Gallis quidem, & reliquis Italiæ populis in univerſum hæc dicta ſint.

(42) Iterum corrigo CCC. juxta Livium: & DCC. M. numerus penitus inveriſimilis mihi videtur. Quinimo ultra omnem Romanorum conſuetudinem, etiam CCC. M. armatorum ultra omnem mihi rationem, modumque videntur. Neque Livii epitome ſuum illum numerum pro conſtanti ponit, ſed ait dici, tot fuiſſe. Si autem eam Livii hiſtoriam haberemus, forſitan talem numerum, ut plures alias veterum Scriptorum exaggerationes, temperatum videremus.

Explicit Liber Primus de antiquo jure Italiæ.

CAROLI SIGONII
DE
ANTIQUO JURE ITALIÆ
LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De multiplici jure civitatum Italiæ.

QUi ſtatus populorum Italiæ fuerit ab urbe condita uſque ad annum ſexcenteſimum ſecundum, quo Sociale bellum Italici Romanæ civitatis cauſſa conflarunt, ſuperiore libro ſatis arbitror explicatum; huic libro non populorum, ſed civitatum jura mandare inſtitui; qui locus quo uberior, ac fructuoſior, eo mihi ad tractandum, ornandumve difficilior eſt. Sum enim de coloniis, municipiis, præfecturis, & foris verba facturus, & ſingulorum inter ſe differentiam traditurus, quarum rerum & cognitio ſemper utiliſſima, & diſputatio nunquam non obſcuriſſima fuit; quippe quam ne ſua quidem ætate ſatis expeditam, & facilem fuiſſe tradidit Gellius, auctor iis, quæ tracto, temporibus aliquanto ille quidem ætate inferior, ſed ingenii tamen, & doctrinæ elegantia, omnium conſenſione, prope æqualis; ſapienter id quidem. Intellexit enim, credo, vir judicio acutiſſimus, omnem antiquitatis quæſtionem multis involutam obſcuritatibus eſſe; quæ autem tradendis in ſingularum rerum præceptis cernitur, quæ & multitudine infinitæ, & temporum inclinationibus variæ, ac diverſæ eſſe poſſunt, innumerabilibus prope errorum eſſe, & inſcitiæ tenebris circumfuſam.

Me autem ut ſeparatim de ſingulis civitatibus agerem, eaſque ab univerſa populorum diſputatione ſecernerem, ea ratio movit, quod non ut omnes populi jus aut Latii, aut Italicum, aut provinciæ Galliæ ſunt adepti, item omnes civitates, aſſecutas reperiebam. Quod ut planius intelligatur, illud repetito aliquanto altius hujus orationis exordio conſtituendum videtur, duplicem jam tum civitatum Italiæ inſtitutam eſſe diviſionem, unam artis, alteram juris; artis, cum earum alias
A oppida, caſtella, & vicos dixerunt; juris, cum eaſdem in colonias, municipia, præfecturas, fœderatas civitates, fora, & conciliabula tribuerunt. De oppidis Italiæ, neminem puto expectare, dum ſcribam. Neque enim obſcura res eſt, ſed veterum omnium teſtimonio patet. Multos autem vicos, multaque item in Italia caſtella fuiſſe, ne dubitandum quidem eſt, cum & Marſos, & Pelignos vicos, caſtellaque quamplurima tenuiſſe, Strabo in Italiæ deſcriptione poſuerit; Samnitium multa caſtella, vicoſque bello deletos, Bojos, Ligureſque à Romanis acie fuſos in ſua caſtella, vicoſque ſæpe dilapſos, Livius in hiſtoriis ſuis ſcriptum reliquerit. Oppida
B autem illi, ut hoc quoque addam, frequentiores, & ampliores quoſdam hominum conventus eſſe voluerunt, caſtella minores, atque anguſtiores, ſed murorum tamen utroſque ambitu ſeptos, vicos ſine muris; ſic enim Iſidorus: „ Vici, & caſtella, & pagi ſunt, „ quæ nulla dignitate civitatis ornantur, ſed „ vulgari hominum conventu incoluntur, & „ propter parvitatem ſui majoribus civitatibus attribuuntur; vicus dictus eſt à vicinis „ habitationibus, vel quod vias habeat ſine „ muris; caſtrum antiqui dicebant oppidum „ loco altiſſimo ſitum, quaſi caſam altam, à „ quo caſtellum; ſive quod caſtrabatur ibi „ licentia habitantium, ne paſſim vagarentur.
C (1) Sed de oppidis, & caſtellis; quæ ſunt artis, alius erit diſſerendi locus; nunc quod hujus inſtituti ſermonis eſt, de iis, quæ ex jure ducta ſunt, nominibus diſſeramus. Hæc autem coloniæ, municipia, præfecturæ, fœderata oppida, fora, & conciliabula ſunt; de quibus niſi certum, & grave antiquorum attulero teſtimonium, non recuſo, quin omnes hanc ut inanem & commentitiam docendi rationem repudient. Quid eſt autem certius, & gravius Cicerone? at ille, cum totam oratorie complecti vellet Italiam, dixit in Sextiana: „ Nullum erat Italiæ municipium, „ nulla colonia, nulla præfectura, quæ non „ ho-

(1) Vici, & pagi partes civitatis ſunt: Ulpianus in L. 30. D. ad munic. & de incol., *qui ex vico ortus eſt, eam patriam intelligitur habere, cui Reſpublicæ vicus ille reſpondet*. Agrum autem Romanum in plures pagos fuiſſe diviſum, & ex Halicarnaſſeo, & ex Feſto ſatis patet. Item Cæſar Helvetios in quatuor pagos fuiſſe diviſos refert. Oppidum civitas minor, ſeu parva urbs, quæ poteſt ſua jura, magiſtratuſque, atque territorium habere, ut proxime de oppido Gallorum diximus, & alia ſexcenta. An ope derivat Pomponius L. 239. D. de verb. ſignif. *oppidum ab ope dicatur, quod ejus rei cauſa mœnia ſint conſtituta*. Caſtellum eſt ædificium munitionibus firmatum, proprie ad limites, quibus defenderetur cujuſque civitatis, oppidive territorium. *Territorium enim*, ut ſubdit Pomponius loco ſupra citato, *univerſitas agrorum intra fines cu-*
D *juſque civitatis, quod ab eo dictum quidam ajunt, quod magiſtratus ejus loci intra eos fines terrendi, idest ſummovendi jus habet*. Inde caſtella per limites Imperii circumquaque constructa, vel fundi eorum nemini præter Caſtellanos milites ſub pœna capitali cum publicatione bonorum poſſidere permiſſa: L. 2. C. de fund. limit. lib. 11. Et caſtella erant munitiones ad quæque loca in bellis gerendis firmanda. Unde ſæpe in hiſtoriis caſtellum communit, caſtellum expugnat, & plurima caſtella contra caſtella inter Pompejum, & Cæſarem ad Dyrrhacium, quæ tamen bellica: ſunt etiam aquarum caſtella, quæ nihil ad rem noſtram. Inveniuntur autem & vici ſuis juribus utentes, ut Pataviſſenſium vicus à D. Severo jure coloniæ donatus apud Ulp. in L. 1. D. de cenſ.

„ honorificentiſſime decreviſſet de ſalute mea; & in Piſonem: „ Nulla fuit regio, nullum municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non publice ad me venerint gratulatum; & in ſecunda in Antonium: „ Horum flagitiorum iſtic veſtigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impreſſit. Adjungamus Marco Quinctum fratrem, qui in libro de petitione conſulatus ita præcepit: „ Totam Italiam fac ut in animo, ac memoria tibi diſtributam comprehenſamque habeas, ne quod municipium, coloniam, præfecturam, locum denique Italiæ eſſe patiare, in quo non habeas firmamenti, quod ſatis eſſe poſſit. Neque vero aliunde ſumpta eſſe putandum eſt ea, quæ in libris de limitibus ex priſcis hauſta legibus extant: „ Quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium, præfectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit. Oppidorum autem fœderatorum nulla in his iccirco mentio facta eſt, quia civitatem adepta lege Julia, omnia municipiorum jam in numerum erant relata; quod poſt di lucidius apparebit. Hoc autem tempore, quoniam de jure Italiæ ſcribere inſtituimus, hunc in primis locum purgemus, atque hanc quæſtionem præ ceteris expediamus, ut, quid coloniæ, quid municipia, quid præfecturæ, quid oppida fœderata, quid fora, quid conciliabula fuerint, quæ jura à populo Romano obtinuerint, & quænam ex his potiſſimum in Italia ante bellum Sociale floruerint, explicemus; ac tertium librum temporibus poſt bellum Italicum exquirendis, atque illuſtrandis relinquamus.

CAP. II.

De coloniis.

COloniæ igitur (ab his enim placet ordiri) oppida fuerunt, quo populus Romanus cives ſuos ad incolendum deduxit. Harum antiquiſſima origo; quippe quæ jam inde à Romulo Rege, teſte Dionyſio, repetatur. Is autem, ut apud eundem eſt ſcriptum, quæ oppida bello cepit, ea neque diruit, neque ſervitute multavit, ſed ſere in agrum de eis captum colonos ab urbe deduxit; qua re vel ad libertatem firmandam, vel ad propagandum imperium fingi accommodatius nihil potuit, ex quo apparet, vere quodam in loco ſcripſiſſe Gellium: „ Colonias fuiſſe civitates ex civitate Rom. quodammodo propagatas. Romuli deinde veſtigia ceteri reges, atque exactis regibus Senatus, populuſque, ac poſtremo, Senatus, populique auctoritate, & poteſtate infirmata, Dictatores ſunt ſecuti; ſiquidem penes hos omnes aliis atque aliis temporibus jus deducendarum fuiſſe coloniarum invenio.

Cur autem illi hunc morem ſemel uſurpatum nunquam poſtea intermiſerint, ut aut quotidie novas colonias deducerent, aut veteres renovarent, cauſſas potiſſimum ſex reddi poſſe reperio, dum mecum diligenter veterum annalium verba conſidero: unam, ad priores populos coërcendos; alteram, ad hoſtium incurſiones reprimendas; tertiam, ſtirpis augendæ cauſſa; quartam, plebis urbanæ exhauriendæ; quintam, ſeditionis ſedandæ;

A ſextam, ut præmiis milites veteranos afficerent. (a) Hæc autem omnia nobiliſſimis antiquorum monumentis adeo perſpicua ſunt, ut de iis nihil ſit, cur laborandum eſſe videatur. Nam & Flaccus in libro de conditionibus agrorum, colonias dictas ſcripſit, quod populus Rom. in ea municipia colonos miſiſſet, vel ad ipſos priorum municipiorum populos coërcendos, vel ad hoſtium incurſus repellendos; & Livius Ecetras Volſcis, Nequinum Umbris, Sinueſſam Samnitibus hoſtibus colonias oppoſitas prodidit; idemque Placentiam etiam, & Cremonam velut clauſtra ad cohibendos Gallicos tumultus objecta alio loco ſcripſit; & Cicero in agraria altera **B** dixit: „ Hoc in genere, ſicut in ceteris Reipublicæ partibus, diligentiam majorum eſſe ſpectandam, qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocaſſent, ut non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperii eſſe viderentur; & in Fontejana: „ Narbonem Marcium coloniam civium Romanorum ſpeculam populi Romani & propugnaculum Gallis oppoſitum eſſe dixit, „ atque objectum. Nam de augenda ſtirpe neſcio, cur ſoliciti ſimus, cum Livius magiſtratus Romanos his verbis colonias, quæ bello Punico imperium detrectabant, appellantes inducat: „ Meminerint, ſe Romanos, inde oriundos, inde in colonias, at- **C** que in agrum bello captum ſtirpis augendæ cauſſa miſſos, omnia, quæ parentibus debentur, præſtare debere. Plebis autem urbanæ exhauriendæ, & ſeditionis ſedandæ cauſſa ſæpe colonias eſſe decretas, facile cum Plutarcho in Coriolano, & Dionyſio libro VII. ſenſerim, qui Velitras ea de cauſſa colonos miſſos literis prodiderunt; quanquam quid Græcorum teſtimonium quærimus, cum noſtrorum habeamus? Livius hoc idem ſcripſit libro III. cum Senatum Antium coloniam dixit decreviſſe, ut ſine querelis poſſeſſorum plebs in agros iret, civitas in concordia eſſet; & libro V. patres ſeditionis leniendæ cauſſa coloniam in Volſcos, quò tria millia civium **D** Romanorum deducerentur, deducendam cenſuiſſe; & libro X. Romæ plebem quietam, & exoneratam deducta in colonias multitudine. Unde merito dixit in Senatu, cum de ferenda agraria lege contenderet, P. Rullus Tribunus plebis: *plebem urbanam nimium in Republica poſſe, exhauriendam eſſe*; & Cicero in primo epiſtolarum ad Atticum, ſe de lege Flavia agraria, quæ promulgabatur, ita cenſuiſſe ſcribit: *ut emptione agrorum conſtituta ſentina urbis exhauriretur, & Italiæ ſolitudo frequentaretur*. Poſtremis autem etiam temporibus illa deducendarum coloniarum cauſſa celebrari eſt cœpta, ut emeriti milites in agros deducerentur; quæ militares inde co- **E** loniæ ſunt appellatæ, de quibus ſequenti libro diſputabo.

Quacunque autem de cauſſa deducerentur, omnino aut Senatuſconſulto opus fuit, aut rogatione aliqua populari; quorum utrumque uno legis nomine video comprehenſum, quæ lex agraria appellata eſt; de qua, quoniam lubricam quæſtionem continet, & ad explicandum difficilem, pluribus nobis verbis eſt diſputandum. Habuit ergo lex agraria multa capita; nam & agrum definivit, qui eſſet dividendus, & quibus, ac quam multis ho-

(a) Addo ſeptimam: ſolitudinis frequentandæ cauſa.

hominibus, & per quos, & quo modo, & quibus limitibus eſſet dividendus, præſcripſit.

Agri igitur dividendi ratio, quantum è veterum monumentis ſuſpicari licet, fuit bipartita; nam aut ſine ulla coloniæ mentione plebem Romanam in agris conſtituerunt, aut eidem ita agros aſſignarunt, ſi ex urbe in coloniam, cujus agrum diviſuri eſſent, proficiſceretur. Utrumque autem agrum multiplicem fuiſſe invenio, nempe aut de hoſtibus captum, nequedum in publicum redactum, aut publicum populi Romani, & à populo Romano poſſeſſum, aut publicum quidem, ſed furtim à privatis potentibus uſurpatum, aut denique publico ære dividendi gratia emptum. Ac reliquæ quidem leges agrariæ omnes, quæ agros vel hoſtium, vel publicos, vel pecunia publica emptos dividebant, facile, ac ſine motu aliquo civitatis ſunt perlatæ. Quæ vero privatos divites poſſeſſione pellebat, ac plebem in agris nobilium collocabat, ea nunquam ſine maxima turbatione Reipublicæ eſt promulgata; quæ quidem à Sp. Caſſio Conſule primum propoſita, deinde quotannis fere per Tribunos plebis jactata, ac ſemper à nobilium factione variis artibus eluſa, atque impedita, a L. Sextio, & C. Licinio Tribunis plebis comitia magiſtratuum haberi prohibentibus ad extremum eſt perlata. Quæ res ut pateat illuſtrius, placet nobiliſſimam quamque agrorum dividendorum legem, quam ego invenire potui, hoc loco ordine recitare.

Primum igitur Romulum Regem ex agro publico viritim diviſo bina jugera ſingulis aſſignaſſe invenio; teſtis eſt hujus diviſionis præter Dionyſium Varro, cujus hæc verba ſunt in libro de re ruſtica primo: „ Antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat bina „ jugera, quod à Romulo primum diviſa di„ cebantur viritim, quæ, quod heredem ſe„ querentur, heredium appellarunt.

Numam inde agri à Romulo bello parti, itemque publici partem; Tullum agrum, quem Romulus primum, poſt Numa poſſederant, ac privatis regiæ familiæ ſumptibus deſtinarant; Servium agros Vejentibus, Cæritibus, & Tarquinienſibus ademptos novis civibus diviſiſſe, auctor eſt Dionyſius.

Exactis autem regibus, ſatis conſtat, agrum Tarquinii Superbi, præter campum, qui Martius dictus eſt, Senatuſconſulto plebi fuiſſe conceſſum.

Poſt autem, cum perpetuis bellis aliquid quotidie Reipublicæ hoſtilis agri accederet, eum fere vel colonis explerunt, vel publicum reliquerunt, donec Sp. Caſſius tertium Conſul, anno ab exactis Regibus XXIV. legem, de qua dixi, promulgavit, ut agri Hernicis adempti pars Latinis, pars plebi Romanæ divideretur; quam quoniam adjiciebat muneri agri aliquantum, quem, ut ait Livius, publicum poſſideri à privatis criminabatur poſſeſſoribus, & Senatu adverſante perferre non potuit. Quo circa addidit Livius, tum primum legem agrariam promulgatam, nunquam deinde uſque ad ſuam memoriam ſine maximis motibus rerum agitatam. Cum Livio autem non diſſentit Dionyſius; ſiquidem agrum, de quo dividendo Caſſius promulgavit, fuiſſe publicum populi Romani, incuria magiſtratuum, à divitibus occupatum prodit; ac Caſſio rem ex ſententia fuiſſe proceſſuram, ſi plebem tantum Romanam, non etiam Latinos, & Hernicos à ſe paulo ante civitate donatos, in agros deduxiſſet; multis ſuper hac re in Senatu ſententiis dictis, S. C. tale eſſe perſcriptum: „ Decemviri creati è Conſularibus „ natu maximi, terminato agro publico, pro„ nuncianto, quantum ejus locandum ſit, „ quantum populo dividendum; ceterum ſi „ quis ager communi militia partus erit, is „ cum ſociis in civitatem aſcriptis dividi poſ„ ſit ex fœdere. Electionem autem Decemvi„ rum, & agrorum diviſionem, & cetera, „ quæ hujus negotii erunt, futuri Conſules „ curanto.

Quod ſi hæc prima lex fuit agraria, profecto lex de ſeptem jugeribus poſt Reges exactos viritim plebi diviſis poſt hanc lata ſit, neceſſe eſt; ſiquidem ea à Tribuno plebis eſt lata; qui magiſtratus vix octo ante annis in Rempublicam erat inductus. Ejus autem legis meminit lib. XVIII. Plinius, in hunc modum: „ M.' Curii poſt triumphos, immen„ ſumque terrarum adjectum imperio, nota „ concio eſt, pernicioſum intelligi civem, „ cui ſeptem jugera non eſſent ſatis. Hæc au„ tem menſura plebi poſt exactos Reges aſſi„ gnata eſt; & Columella libro primo: „ Poſt „ exactos, inquit, reges, Liciniana illa ſep„ tem jugera, quæ plebis Tribunus viritim „ diviſerat, majores quæſtus antiquis retu„ lere, quàm nunc nobis præbeat ampliſſima „ vervacta.

Inde poſt annos XVII. in Conſulatu Ti. Æmilii, (*) & L. Valerii vehementius de agrorum, quos divites poſſidebant, diviſione per Tribunos plebis agi eſt cœptum; cui cum App. Claudius eſſet acerrime adverſatus, die à Tribunis plebis dicta, antequam cauſſa ageretur, diem obiit.

Triennio poſt Tribuni plebis rem agrariam adverſus poſſeſſores rurſus commoverunt; tum vero atrox, ut inquit Livius, fuiſſet certamen, ni Q. Fabius Conſul conſilio neutri parti acerbo rem expediſſet: „ T. Quin„ ctii ductu, & auſpiciis agri capti priore „ anno aliquantum à Volſcis eſſe, Antium „ propinquam, opportunam, & maritimam „ coloniam deduci poſſe; ita ſine querelis „ poſſeſſorum plebem in agros ituram, civi„ tatem in concordia fore; hæc ſententia ac„ cepta eſt.

Anno inde CCCXXXVI. L. Sergio, M. Papirio, C. Servilio, Tribunis militum conſulari poteſtate, captis Lavicis, Senatus, priuſquam ab Tribunis plebis agrariæ ſeditiones, mentione illata de agro Lavicano dividendo, fierent, cenſuit frequens, coloniam Lavicos deducendam.

Poſt biennium Tribuni plebis Sp. Mecilius, & Metilius civitatem turbarunt, cum rogationem promulgaſſent, ut ager ex hoſtibus captus viritim divideretur, magnæque partis nobilium eo plebiſcito publicarentur fortunæ. Neque enim ferme quidquam agri, ut in urbe alieno ſolo poſita, non armis partum erat; nec, quod veniſſet, aſſignatumve publice eſſet, præterquam plebs habebat; hæc lex conſilio App. Claudii per paratos interceſſores impedita eſt.

Sequenti anno „ tentatum ab L. Sextio „ Tri-

(*) Cur vero Varronis locum, qui lib. I. cap. II. de re ruſtica eſt, non citarit, quivis facile conjicere poteſt, cui modo locus ille diligentius examinatus eſt. *Latinius*.

„ Tribuno plebis (ſic enim pergit Livius) „ ut rogationem ferret, qua Volas quoque, „ ſicut Lavicos, coloni mitterentur, per in- „ terceſſionem collegarum, qui nullum ple- „ biſcitum, niſi ex auctoritate Senatus, paſ- „ ſuros ſe perferri oſtenderunt, diſcuſſum eſt.

At vero anno CCCLX. L Lucretio, Ser. Sulpicio Coſs. S C. factum, ut agri Vejentani, qui paulo ante, Vejis captis, in poteſtatem venerat, ſeptena jugera plebi dividerentur, nec patribus familiæ tantum, ſed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur. Quod Senatus conſultum nihil ad legem illam de ſeptem jugeribus aut Plinii, aut Columellæ pertinere, ex eo liquet, quod ea tribunicia rogatio fuiſſe dicatur.

Poſt quadriennium autem agrarios narrat Livius Pomptinum agrum tum primum poſt acciſas Volſcorum res à Camillo poſſeſſione haud ambigua affectaſſe: cum criminarentur, multo eum infeſtiorem ab nobilitate eſſe, quam à Volſcis fuerit: in poſſeſſionem agri publici nobiles graſſari, nec, niſi, antequam omnia præcipiant, diviſus ſit, locum ibi plebi fore. Anno CCCLXXXV. L. Sextius, & C. Licinius Tribuni plebis, quos ante commemoravi, legem Caſſii agrariam tandem pertulerunt, ne quis plus quingenta jugera agri, centum majoris pecoris capita, quingenta minoris poſſideret, cujus inter alios Livius, & Appianus teſtes ſunt. Quid autem quererentur agrarii, oſtendit eo in loco Livius, cum à Tribunis primores patrum interrogatos prodit: „ auderentne poſtulare, ut „ cum bina jugera agri plebi dividerentur, „ ipſis plus quingenta habere liceret? ut „ ſinguli prope trecentorum civium poſſi- „ derent agros, plebejo homini vix ad te- „ ctum neceſſarium, aut locum ſepulturæ „ pateret ager? Neque vero ita multo poſt Licinius ipſe ſua lege damnatus eſt, quod filium emancipando mille jugera agri poſſideret. Ita perlata lege agraria, quæ poſſeſſores vetere poſſeſſione deturbabat, quieta poſt ab hac lege uſque ad Gracchos civitas fuit. Nam ſi qua eſt interea agri diviſio facta, ea non à privatis poſſeſſi, ſed ex hoſtibus capti, aut publici populi Romani eſt conſtituta; nam & anno CDXIII Latinus ager, quo Latini victi multati fuerant, Privernati addito agro, & Falernus, qui populi Campani fuerat, uſque ad Vulturnum flumen plebi Romanæ diviſus eſt; bina in Latio jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data, terna in Falerno, quadrantibus pro longitudine adjectis.

Anno CDLXIII, Sabinum agrum victoria M'. Curii aliqua ex parte plebi diviſum invenio apud Valerium cap. de abſtinentia; ſiquidem ille in hunc modum ſcripſit: *M. P. Curius decretis à Senatu ſeptenis jugeribus agri populo, ſibi autem quinquaginta, popularis aſſignationis modum non exceſſit, parum idoneum Reipublicæ civem exiſtimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non eſſet*; quam tamen ſeptem jugerum aſſignationem aliquanto poſt reges exactos, & quidem rogante Tribuno plebis, non Senatu largiente factam, ſupra Plinii, & Columellæ teſtimonio non omnino contemnendo planum fecimus.

Eadem ratione ager Gallicus & Picenus anno DXXV. C. Flaminii Tribuni plebis rogatione eſt diviſus; cujus meminit libro primo Polybius, & præter poſt Polybium Cicero, cum in Catone majore ſcripſit, Q. Fabium Maximum Conſulem iterum Sp. Carvilio Collega quieſcente, quoad potuit, C. Flaminio Tribuno plebis reſtitiſſe, agrum Picenum, Gallicumque contra Senatus auctoritatem dividenti. Quam eandem diviſionem intellexit Varro, cum in primo rerum ruſticarum libro ita ſcripſit. „ Ager Gallicus „ Romanus vocatur, qui viritim cis Arimi- „ num datus eſt.

Quid quod anno DLII., Cn. Cornelio, P. Ælio Coſs. cum de agris veterum militum relatum eſſet, decreverunt patres, ut M. Junius prætor urbanus, ſi ei videretur decemviros agro Samniti, Apuloque, quod ejus publicum populi Romani eſſet, metiendo, dividendoque crearet? Itaque poſtero anno decretum, ut quot quiſque P. Africani militum annos in Hiſpania, aut in Africa militaſſet, in ſingulos annos bina jugera acciperet; eum agrum decemviri aſſignarent.

Anno vero DLXXIX., L. Poſtumio, M. Popillio Coſs. cum agri Liguſtini, & Gallici, quod bello captum erat, aliquantum vacaret, S. C. factum, ut is ager viritim divideretur. Decemviros in eam rem ex S. C. creavit A. Atilius prætor urbanus; diviſerunt dena jugera in ſingulos, ſociis nominis Latini terna.

Jam lex Licinia de quingentis jugeribus libidine divitum obſoleverat; cujus rei multa teſtimonia habemus, & quidem graviſſima omnia, Catonis, Livii, Ciceronis, Appiani; unde poſt Ti. Graccho Tribuno plebis in mentem venit, eam renovare; quo facto ſeditiones veteres jampridem conticeſcentes exſuſcitavit, quibus ipſa demum Reſpublica concidit. Catonis hæc ſunt verba in oratione pro Rhodienſibus, quam anno DLXXXVI. habuit in Senato: „ Quid nunc, ecqua tan- „ dem lex eſt tam acerba, quæ dicat, ſi quis „ illud facere noluerit, mille nummi dimi- „ dium familiæ multa eſto: ſi quis plus „ quingenta jugera habere voluerit, tanta „ pœna eſto; ſi quis majorem pecudum nu- „ merum habere voluerit, tantum damni „ eſto; atqui nos omnes plura habere volu- „ mus, & id nobis impune eſt. Livius autem anno DLXXIX. placuiſſe Senatui tradit, L. Poſtumium Conſulem ad agrum publicum à privato terminandum in Campaniam ire, cujus ingentem modum poſſidere privatos paulatim proferendo fines conſtabat. Narrat etiam Tullius in agrariis, P. Lentulum, qui fuit princeps Senatus, horum temporum æqualis, à Senatu in Campaniam miſſum, ut privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coëmeret. Addit Appianus, nobiles homines ac locupletes partim agrum publicum occupando, partim pauperum coëmendo, & poſſeſſionibus continuandis agros ad ſe omnes Italiæ convertiſſe, ac ſenſim plebem ex agris expuliſſe; quæ cauſſa Ti. Gracchum accendit, ut in Tribunatu legem Liciniam referret an. urbis DCXX., P. Mucio, L. Calpurnio Coſs. „ Ne quis plus quingenta jugera poſſideret; illud præterea adjiciens: „ ut filiis quidem „ eorum dimidium habere, non tamen coëmi „ agros, aut vendi liceret; &, ut ſi quis la- „ tius agrum patefaceret, triumviri quotan- „ nis ad id creati judicarent, qua publicus „ ager eſſet, qua privatus. Lex autem, quanquam nobilitate, quæ patriis ſedibus mo-

movebatur, adverſante, perlata eſt; unde jure dixit Cicero in Sextiana: „ Ti. Gracchus legem ferebat agrariam; grata res „ erat populo; nitebantur contra optimates, „ quod et diſcordiam excitari videbant: & „ cum locupletes diuturnis poſſeſſionibus mo- „ verentur, ſpoliari Rempublicam propu- „ gnatoribus arbitrabantur. Cum autem Triumviri Tiberius ipſe cum Cajo fratre, & Ap. Claudio ſocero creati agros dividere, neque aſſignare cœpiſſent, Tiberius, quod iterum Tribunus fieri vellet, ab optimatibus, qui ejus ſe audaciam, ſi magiſtratum continuaret, frangere nullo modo poſſe videbant, eſt necatus. Quies interea per decennium Tiberio interfecto, & Appio mortuo in Republica fuit; inde M. Flaccus, & C. Carbo Triumviri agro dividundo creati ruſus ocium civile perturbarunt, cum ſeverius ex lege Tiberii agrorum diviſionem exercerent; quibus cum P. Scipio Africanus Æmilianus Italorum, quorum agri dividerentur, precibus fatigatus adverſaretur, domi & ipſe, incerto auctore, eſt interfectus.

Quin etiam C. Sempronium aliquid rei agrariæ in Tribunatu anno DCXXX. attigiſſe, oſtendit Plutarchus, cum ſcribit, Senatum non leges Caji, ſed Cajum ipſum infirmare, ac tollere voluiſſe. Cajo enim duas colonias ſcribenti adverſatos eſſe, Livio vero Droſo collegæ ejus duodecim promulganti aſſuiſſe, atque illam ita pauperibus agros dividenti, ut vectigal imponeret, ferre non potuiſſe; hunc vero vectigal illud etiam remittentem complexos eſſe in æneis etiam legibus agrariis fit mentio rogationis C. Sempronii, qua cautum, exceptumque ſcribitur, ne quidam ager divideretur.

Poſt autem Cajo ipſo, quod, ut ait Cicero, agrarios concitaret, & Flacco Triumviris per optimates anno DCXXXII. occiſis, variis artibus à divitibus lex Tiberii primum eluſa, poſt abrogata eſt; ſiquidem haud ita multo poſt, teſte Appiano, eſt latum, ut quod lege Tiberii prohibebatur, agros vendi liceret. Hic autem fuit, ut opinor, M. Bæbius Tribunus plebis, idemque Triumvir coloniæ deducendæ, qui tulit ne agri amplius dividerentur, ſed poſſeſſores in iis relinquerentur, vectigal pro iis populo Romano ſolventes, eaque pecunia plebi divideretur.

Neque ita multo poſt Sp. Thorius Tribunus plebis legem aliam tulit, ne quis vectigal ullum agrorum, quos poſſideret, ſolveret; cavitque de paſtione pecoris. Unde Cicero ſcripſit in Bruto: „ Sp. Thorius agrum „ publicum inutili lege, vectigali levavit; & in ſecundo de oratore: „ Cum in Senatu „ ageretur de agris publicis, & de lege Tho- „ ria, & premeretur Lucilius ab iis, qui à „ pecore ejus depaſci agros publicos dice- „ rent. Hujus autem legis fragmenta duo in nobiliſſimo Petri Bembi Cardinalis Muſæo Patavii reperiuntur, in tabulas æneas inciſa, verum manca admodum, atque exeſa. Hoc ita eſſe argumento eſt, quod in iis & poſſeſſores in agris confirmantur, & iidem vectigali publicanis perſolvendo liberantur, & de paſtione pecoris agitur; ſitque mentio Conſulum P. Mucii, & L. Calpurnii, quibus Tiberius agrariam legem tulit, C. Sempronii, & M. Bæbii, qui item; & poſtremo M. Livii, & L. Calpurnii Conſulum, qui poſt eos anno DCXLI. Conſulatum adminiſtrant. Ea fragmenta, ut ad multas res utilia his Commentariis attexere viſum eſt.

LEGIS THORIÆ FRAGMENTA DUO

ex Æneis Tabulis prope vetuſtate conſumptis exſcripta, & ſuppleta accipe huic folio adnexa.

Narrat etiam Appianus L. Saturninum Tribunum plebis legem agrariam tuliſſe anno DLIII. Mario ſextum Conſule, ut quem agrum Marius Conſul in Gallia Cimbris pulſis ademptum in ditionem populi Romani redegiſſet, is populo Romano divideretur; juſſitque, ut Senatores in eam legem jurarent.

Dicitur etiam Sex. Titius in Tribunatu legem agrariam poſt biennium tuliſſe, cui M. Antonius ſe Conſulem reſtitiſſe, inquit apud Ciceronem in ſecundo de Oratore, his verbis: „ Teſtimonium ſæpe dicendum eſt, „ ac nonnunquam etiam accuratius, ut mihi „ neceſſe fuit in Sex. Titium, ſeditioſum ci- „ vem, & turbulentum; explicavi in eo te- „ ſtimonio dicendo omnia conſilia conſulatus „ mei, quibus illi Tribuno plebis pro Repu- „ blica reſtitiſſem; quæque ab eo contra „ Rempublicam facta arbitrarer, expoſui; de lege autem agraria tuliſſe eum, ſatis perſpicue oſtendit Valerius libro octavo, cum ait: „ Sex. Titium innocentem, agraria lege „ lata apud populum gratioſum, quia ima- „ ginem Saturnini domi habuerat, ſuffragiis „ concionis oppreſſum; hanc autem abrogatam ut putem, me ea verba Ciceronis adducunt, quæ ſunt apud eum in ſecundo de legibus: „ Quid religioſius quam leges non „ jure rogatas tollere, ut Titiam decreto „ collegii?

Eodemque tempore L. Marcium Philippum legem agrariam Gracchanæ ſimilem promulgaſſe in Tribunatu idem oſtendit in ſecundo de officiis, cum ait: „ In primis vi- „ dendum erit ei, qui Rempublicam admini- „ ſtrabit, ut ſuum quiſque teneat, neque „ de bonis privatorum publice diminutio „ fiat; pernicioſe enim Philippus in Tribu- „ natu, cum legem agrariam ferret, quam „ tamen antiquari facile paſſus eſt, & in eo „ vehementer ſe moderatum præbuit; ſed „ cum in agendo multa populariter, tum „ illud male: non eſſe in civitate duo millia „ hominum, qui rem haberent: capitalis „ omnino oratio eſt ad æquationem bonorum „ pertinens, qua peſte quæ poteſt eſſe major?

Anno autem urbis DCLXII, L. ipſo Philippo, de quo diximus, conſulatum gerente, M. Livius Druſus Tribunus plebis legem de coloniis in Italia deducendis tulit: quæ jampridem decretæ, nondum tamen deductæ fuerant; qua lege, ſcriptum eſt apud Appianum, vehementer animos Italorum eſſe offenſos, quod ſe per eam viderent agris orbatum iri, quos ut nunquam diviſos alii vi, alii furto poſſiderent, & proprios præterea, atque hereditarios amiſſuros. Druſo autem domi, incerto auctore, interfecto, Livias omnes leges decreto Philippi Conſulis, auguris, uno verſiculo Senatus eſſe ſublatas, traditum eſt à Cicerone in ſecundo de Legibus.

Poſt aliquot annos L. Sulla Dictator legem tulit, ut agri eorum, quos ipſe proſcripſiſſet, publici eſſent.

Inde in Conſulatu Ciceronis P. Servilius Rullus legem promulgavit: „ Ut qui agri, „ quæ

. de antiq.
Tom. V.

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

M V N V M.

Ad Col. 388. de antiq. jur. Ital. To

Sp. Thorius. . .

os. fuit. extra. eum. agrum. locum. quei. ex. lege. plebeiue. ſc. a. vetere. poſſeſſore. poſſeſſus. ſit.

i. eſt

Ager. locus. aedificium *poſſeſſore. poſſeſſus. ſit.*

extra *i. loci. neque. poſſeſſor. ipſe. abalienauit. abalienaueritue. . . . .*

quod. eius. agri. loci. extr *aſſignatum. eſt.*

Quo *s. eſt. eius. ſit. cuius. ex. Lege. plebeiue. ſcito. eſſe. oportet . . . .*

neiue. quoit. de. ea. re *us. habeat. poſſideat. vtatur. fruatur*

. loco. aedificio. poſſeſſione. ſpolietur

eumque. non. ali

Quo. minus. *eus erit.*

ebeiue. *ſcito. a. vetere. poſſeſſore. poſſeſſus. ſit*

n. ex. eis. minus. annum. gnatae. erunt. poſteaquam. gnatæ. erunt

Pr. conſulus. quo. de. ea. re. quoi. ceiui. Romano. *dedit. aſſignauit. eius. ſit. cuius. ex. hac. lege. plebeiue. ſcito. eſſe. oportet.*

. S. eſt. *eſto.*

. re. ita. ius. deicito. *decernitoque. utei. ius. ſuum. conſequatur.*

ne. ui. eiecerit. *ius. ſuum perſequi. liceto*

quis poſt. H. L. *rog. primum. conſtiterint. nei. quis. facito. quo*

eos. agros. *locos. aedificia. nomine. populi. aut. publicani. exigat*

gatorum. *ibei. eſſe. licet. fuit. nei. quis. eo. agro. loco. moueat*

Romanei. *fuit. dedit. aſſignauit*

aditum. erit. ius. dicito. facito uatus. eſto. quam. *fei. is. ager. P. Mucio. L. Calpurnio cos. fuit.* *Pr. conſulue. quo. ex. hac. lege. in. ious.*

re. in. ious. aditum. erit. *utei. ius. ſuum. conſequantur*

it. in. agri. iugra. ſingula. . . . . *H - S. pendat*

Quem eas. itineris. cauſſa. induxerit. *neiquid. populo. neiue. publicano. pecuniam. ſcripturam. uectigalue. det.*

t eſto. Quei. ager. ex. priuato. *in. publicum. commutatus. erit*

II. uirum. qu.

quibus. M. Liuio. L. Calpurnio. cos. *conſultum. eſt. facere. liceto*

tur. item. iudicium. iudicem. *recuperatoresue. dato.* I. V. E. E. R. P. F. V. S. V. E. *ius. dicito. decernitoque.*

m. locum. *aedificium. quem. agrum. locum.*

E *ius. dicito. decernitoque.* . . . .

ebitur.

. *hac. res. delata. erit. decretum. iudicatum. habeto*

. . . .

s.

d. ex.

o. *quei. publicus. populei. Romanei.* . . . .

quei. I.

ei. numero. *ſunt.*

upis.

s. *neiue. praedia.*

b. . . . .

Digitized by Google

NAPOLI
Digitized by Google

„ quæ loca, quæ ædificia, aliudve quid, „ quod publicum populi Romani factum eſſet „ L. Sylla, Q. Pompejo Conſulibus, id ven„ deretur; item ut omnia venirent, de qui„ bus vendendis S. C. facta erant M. Tullio, „ & Cn. Cornelio Coſs. & ea pecunia agri in „ Italia emerentur, in quos coloniæ à Xviris „ deducerentur; ut Campanus ager, & Stel„ las publicus populi Romani divideretur, „ Capuam coloni aſcriberentur; quæ lex diſſuadente Conſule Cicerone magno plebis aſt conſenſu repudiata.

Triennio vero poſt lex à L. Flavio Tribuno plebis eſt promulgata, (3) de qua in hunc modum Cicero ſcripſit in primo epiſtolarum ad Atticum: „ Agraria lex à Flavio „ Tribuno plebis vehementer agitabatur, „ auctore Pompejo, quæ nihil populare ha„ bebat præter auctorem; ex hac ego lege, „ ſecunda concionis voluntate, omnia illa „ tollebam, quæ ad privatorum incommodum „ pertinebant; liberabam agrum eum, qui „ P. Mucio, L. Calpurnio publicus fuiſſet. „ Syllanorum hominum poſſeſſiones confir„ mabam. Volaterranos, & Arretinos, quo„ rum agrum Sylla publicarat, neque diviſe„ rat, in ſua poſſeſſione retinebam, unam „ rationem non rejiciebam, ut ager hac ad„ venticia pecunia emeretur, quæ ex novis „ vectigalibus per quinquennium reciperetur; huic toti rationi agrariæ Senatus ad„ verſabatur, ſuſpicans Pompejo novam „ quandam potentiam quæri. Pompejus vero „ ad voluntatem perferendæ legis incubue„ rat; ego autem magna cum agrariorum „ gratia confirmabam omnium privatorum „ poſſeſſiones; is enim eſt noſter exercitus, „ hominum, ut tute ſcis, locupletium; po„ pulo autem Pompejoque ſatisfaciebam „ emptione; qua conſtituta diligenter, & „ ſentinam urbis exhauriri, & Italiæ ſolitu„ dinem frequentari poſſe arbitrabar; ſed hæc „ tota res interpellata bello refrixerat. Factum autem eodem anno S. C. ait Dio, ut Pompeji, & Metelli militibus agri dividerentur, quorum ille è bello Mithridatico, hic ex Cretico reverterat.

Poſtero autem anno lex Julia (4) à C. Cæſare Conſule eſt lata, optima in primis, ut inquit Dio, & nulla ex parte reprehendenda; quippe qua civium Romanorum turba, quæ prope in immenſum creverat, ac ſæpius jam ſeditionibus materiam præbuerat, ad laborem, & ad agriculturam traducebatur; ſolitudines autem, quæ tum erant per Italiam plurimæ, frequentabantur, ut jam non ſolum qui confectis erant ſtipendiis, ſed & alii omnes ſatis victus haberent; neque civitate quidquam in eorum ſumptum erogante, nec locupletibus jacturam facientibus. Etenim omnem agrum, qui publicus populi Romani erat, excepto agro Campano, (hunc enim ob præſtantiam exemptum Reipublicæ relinquendum cenſuit) diviſit; reliquum nec invitis dominis ademit, nec pretium arbitrio diviſorum conſtituit, ſed emi eum à volentibus juſſit, ac tantum numerari pecuniæ, quantum in proſcriptionibus judicaretur; magnam autem ejus adeſſe copiam aſſerebat, partim ex præda, quam Pompejus invexerat, partim ex tributis, & vectigalibus jam ante conſtitutis. Lege hac perlata addidit illud quoque, ut ager Campanus iis, qui ternos, pluresve liberos haberent, divideretur. Quo de agro Svetonius breviter ita ſcripſit: „ Cam„ pum Stellatem conſecratum, agrumque „ Campanum, ad ſubſidia Reipublicæ vecti„ galem relictum diviſit extra ſortem viginti „ millibus civium, quibus terni pluresve „ liberi eſſent. Non omnem tamen Campanum

(3) Hujus rei hiſtoria hæc eſt ex Dione lib. 37 *Eo interim tempore in Italiam venit Pompejus, effecitque, ut L. Afranius, & Metellus Celer COSS. deſignarentur, ſperans ſe per eos omnia, quæ in animo habebat confecturum: inter alia autem præcipue cupiebat, ſuis commilitonibus agros tribui, ſuaque acta omnia rata haberi; ſed ea ſpes tum ab re fuit. Potentes enim, quibus jam ante parum probabatur, ne ſuffragiis ejus acta confirmarentur, obſtiterunt. Atque alter e Conſulibus Afranius nihil ei adjumento fuit: quippe ſaltationibus homo, quam rebus gerendis aptior. Metellus vero Pompejo iratus, quia ejus ſororem, ſusceptis etiam ex ea liberis, nuntium remiſiſſet, in omnibus ei actionibus obſtitit. Præterea L. Lucullus, quem ſecum in Galatia quondam congreſſum Pompejus per ſuperbiam habuerat, magno conatu Pompejo reſiſtebat: jubebatque, ut de ſingulis ſuis factis ſeorſum referret: neque patiebat, ut ſua omnia approbarentur. Nam & alias iniquum eſſe, ſimpliciter omnia ejus acta, quæ qualia eſſent nemo ipſorum compertum haberet, tanquam à domino quodam patrata, rata haberi: & cum ipſe ex Luculli actis quædam reſcidiſſet, poſtulabat, ut utriſque in Senatu expoſitis, ii utra approbatione digna viſa forent, confirmaret. Lucullum Cato, Metellus, & alii, qui cum iis ſentiebant, omnino defendebant. Proinde quum L. Flavius Trib. Pleb. de agro militibus Pompejanis dividendo rogationem ferret, atque hoc etiam adderet, omnibus civibus ſuffragium eſſe dandum, quo id facilius juberetur, & acta Pompeji rata pronunciarentur: Metellus tanta contentione id impugnavit, ut ab eo in carcerem duceretur. Quum Senatus eo loci convenire inſtitueret, L. Flavius Sellam Tribunitiam ad ingreſſum carceris collocavit: in eaque conſidens, impedimento fuit, ne quis ingrederetur, jubens parietem carceris perfringi, ſi eo Senatus intrare vellet; ipſeque ſe, tanquam in eo loco eſſet pernoctaturus, compoſuit. Pompejus his compertis, ſimul pudore ſuffuſus, ſimul indignationem populi veritus, Flavio mandavit, ut recederet, dicens id à ſe Metellum petiiſſe. Neque tamen ei creditum eſt, quod magnitudo animi Metelli omnibus eſſet notiſſima: nam cum eum reliqui Tribuni vellent eximere, id ipſe abnuerat. Itaque poſtea quoque Flavio minitante, non paſſurum ſe, ut in provinciam, quæ ſorte ei evenerat, exiret, niſi prius de legibus ferendis ſibi conceſſiſſet; Metellus nihil omnino de ſententia ſua mutavit, ſed haud ægre in urbe remanſit. Pompejus igitur cum per Metellum, & alios ſtaret, ne quid conſequeretur; invideri ſibi ab eis, ſeque rem eam ad populum delaturum dicens, veritus tamen, ne ibi quoque voti compos non fieltus, majus dedecus ſibi pareret, à petitione deſtitit: ac tum demum cognoſcens, nihil ſe eo modo poſſe, ſed nomen quidem ſibi, invidiamque ex ea, in qua olim fuerat, potentia partam: ipſa vero ea nihil ſibi ea conduxiſſe, mærore captus eſt, quod dimiſſis exercitibus ſe ipſum inimicorum injuriis expoſuiſſet.* Sed poſtea in tanta hominum contentione Senatus ſe interpoſuit, atque loco legis Flavii, fecit S. C. de agris Pompeji, Metellique militibus dividendis, ut refert idem Dio lib. 38.

(4) Hæc pariter lex non ſine optimatium contentione lata eſt. Nam quamquam nihil haberet, quod refutatione eſſet dignum: comprehendebat tamen Senatus ejus legis ergo Cæſarem populum ſibi infeſtum ad ſe ſtudere pertrahere. Catonem igitur, qui in Senatu non innovandum præſentem ſtatum cenſebat, in carcerem conjicere Cæſar decreverat, ni M. Petrejus eo ſe cum Catone potius iturum, quam cum Cæſare in Senatu manſurum dixiſſet. Repugnante igitur legi Senatu, res lata ad Populum eſt, ubi Pompejo, & Craſſo conjunctis ſibi in Triumviratu legem laudantibus, lex lata eſt. Dio lib. 38.

num agrum in Conſulatu Cæſaris, aut certe lege Cæſaris eſſe diviſum, non obſcure mihi videtur Cicero ſignificare in epiſtola ad Lentulum, cum ait de ſe ita: „ Quin etiam Marcellino, & Philippo Coſs. Nonis Aprilibus, „ mihi eſt Senatus aſſenſus, ut de agro Campano Idibus Majis frequenti Senatu referretur; non potui magis in arcem illius „ cauſſæ invadere, aut magis obliviſci temporum meorum, & meminiſſe actionum; & paulo poſt addit: „ Pompejum ad ſe Vibullium miſiſſe cum mandatis, ut integrum „ ſibi de cauſſa Campana ad ſuum reditum „ reſervaret; & multo apertius Cœlius, cum ſcribit ad Ciceronem, Ser. Sulpicio, & M. Marcello Coſs. „ Illud addo, actiones C. Curionis de agro Campano; de quo negant „ Cæſarem laborare, ſed Pompejum valde „ velle, ne vacuus advenienti Cæſari pateat.

Agros etiam ab eodem Dictatore, & poſt necem ejus à M. Antonio Conſule, inde à Triumviris Reipublicæ, & poſtremo ab Imperatore Auguſto diviſos, ſatis conſtat; cujus rei teſtimonia in tertium librum mihi putavi rejicienda, ubi de coloniis militaribus diſſeram. Atque ex his quidem legibus ſatis, ut opinor, intelligi poteſt id, quod in lege agraria primum quæſitum diximus, ut ager definiretur, quem dividi oporteret, ſive de hoſtibus modo captus, ſive publicus populi Romani eſſet, ſive à privatis poſſeſſus, ſive publico ære de privatis emptus. Quæ res impulit Appianum, ut M. Brutum veteranos milites ita poſt necem Cæſaris in Capitolio alloquentem fecerit, ut diceret: „ cives Romanos quondam in agros eſſe deductos, aut „ publicos, aut de hoſtibus captos, aut publica pecunia emptos; poſtremo autem civibus per vim ereptos dividi eſſe cœptos. Quanquam Cicero diſputans in Conſulatu adverſus legem agrariam Rulli, negat à majoribus traditum, ut agri emerentur; ſic enim inquit: „ Hic ego jam illud, quod expeditiſſimum ſit, ne diſputo quidem Quirites, „ non eſſe hanc nobis à majoribus relictam „ conſuetudinem, ut emantur agri à privatis, „ quo plebs publice deducatur; & addit: „ Antea, cum erat à Tribuno plebis mentio „ legis agrariæ facta, continuo qui agros publicos, aut qui poſſeſſiones invidioſas tenebant, pertimeſcebant. Inde concludit, oportere definire, qui agri ſint emendi. „ Libet, *inquit*, agros emi? primùm quæro, „ quos agros? & qoibus in locis? nolo ſuſpenſam, & incertam plebem Romanam obſcura ſpe, & cœca expectatione pendere.

Alterum caput fuit legis agrariæ, quo præſcribebatur, cui generi, & cui numero hominum agrorum aſſignatio conſtitueretur.; cujus præcepti ſatis facilis, atque expedita ratio eſt. Nam, quod ad genus pertinet, ſatis conſtat, agros aut univerſo populo viritim diviſos, aut plebi Romanæ, aut patribus liberorum, aut militibus, iiſque vel peditibus, vel equitibus, vel civibus, vel Latini nominis ſociis, unde ſcitum illud eſt apud Higinum: „ finitis ampliorum bellorum operibus, augendæ Reipublicæ cauſſa, illuſtres „ Romanos viros urbes conſtituiſſe, quas aut „ victoribus populi Romani civibus, aut emeritis militibus aſſignarent. Ac plebis quidem deducendæ cauſſam inopia atque anguſtiæ rei familiaris attulerunt, ut agrorum aliquid darent iis, qui nihil poſſiderent; unde

A dixit Livius: „ Etſi belli pars cum Sidicinis „ reſtabat, tamen ut beneficio prævenirent „ deſiderium plebis, de colonia deducenda „ Cales retulerunt. Videntur autem ab dividendo agro ordinem ſervaſſe Tribuum, nimirum ut ab urbanis exorſi ordine inde ruſticas perſequerentur; quæ res locum Ciceroni dedit Rullum reprehendendi, qui ſe à Romilia Tribu, ideſt, à ruſticis initium facturum eſſe dixerat: „ Quæſivi, *inquit*, in concione, ex „ eo Kal. Januariis, quibus hominibus, & „ quemadmodum illum agrum eſſet diſtributurus; reſpondit, à Romilia Tribu ſe initium eſſe facturum; primum quæ eſt iſta „ ſuperbia, & contumelia, ut populi pars

B „ amputetur, ordo Tribuum negligatur; ante „ ruſticis detur ager, qui habent, quam urbanis, quibus iſta agri ſpes, & jucunditas „ oſtenditur? Quod autem dixi, modo pedites, modo equites in agros eſſe deductos, Livii teſtimonio adductus ſcripſi, qui in hunc modum loquitur de Thuriis: „ Tria millia „ peditum iere, trecenti equites; numerus „ exiguus pro copia agri; & de Vibone: „ Quadragena jugera agri data in ſingulos pedites ſunt; duplex equiti; & de Aquileja: „ Tria millia peditum, quibus data quinquagena jugera, centurionibus centena; centena quadragena equites acceperant: movit me præterea Pedianus, cujus hæc in com-

C mentario Piſonianæ verba reperi: „ Placentiam, & Cremonam ſex millia hominum „ ſunt deducta, in quibus equites deducendi „ cauſſa fuit, ut opponerentur Gallis, qui „ eam partem Italiæ tenebant. Ex his autem, qui agri cupiditate tenebantur, ii nomina in coloniam dabant; teſtis eſt Livius libro I. cum ſcripſit: „ Plures inventi, qui propter ubertatem agri in Cruſtuminum nomina darent; & libro III. „ Juſſi nomina dare, qui agrum „ accipere vellent. Quem ad morem reſpiciens, credo, Virgilius dixit in quinto:

Tranſcribunt urbi matres, populumque volentem.

Sæpe etiam numerus eorum, qui deducendi eſſent, lege eſt præfinitus; oſtendit Li-

D vius: „ Senatus cenſuit coloniam Lavicos „ deducendam; coloni ab urbe mille & quingenti miſſi bina jugera acceperunt; & alio loco: „ Senatus Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci juſſit; & alibi: „ Factum S C. ut duo millia & quingenti homines Cales ſcriberentur. Quod ſi aut plures, aut pauciores, quam lege præſcriptum erat, nomina in coloniam eſſent profeſſi, tum ad ſortem confugiebant, ut ex omnibus educerentur ſorte, qui agro accepto exirent. Hoc enim Dionyſius, & Plutarchus in deductione Velitrarum obſervatum ſcribunt, iidemque, qui ſorte educti eſſent à Senatu exire coactos adjiciunt; declarat Livius, qui

E in alia re tradit, ex Senatus decreto Conſulem colonorum numerum conſcripſiſſe. Numerus autem colonorum pro agri amplitudine, in quem deducebantur, ſcribebatur; quo factum eſt, ut modo bina, modo terna, modo quaterna millia, atque amplius ſcriberentur. Quo in genere Cicero Rullum quoque reprehendit, cum dixit: „ Tu non definias quot „ colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? Poſt autem de Capua loquens ait: „ Quinque millia colonorum Capuam ſcribi jubet; ad hunc numerum quingenos ſibi ſinguli ſument. De emeritis autem militibus deducendis, in quibus etiam

Ita-

Digitized by Google

Italici erant, poſt dicemus.

Deinceps ſequitur, ut, per quos hæc diviſio fieret, exponamus; neque vero dubium eſt, quin per curatores agrarios, vel Triumviros, vel Quinqueviros, vel Septemviros, vel Decemviros, vel Vigintiviros; qui Triumviri, vel Xviri agris dandis, aſſignandis, vel coloniæ deducendæ ſunt dicti. Triumvirum frequens mentio eſt; meminit Livius libro tertio, ubi de Antio loquitur: „ Triumviros „ agro dando creant, T. Quinctium, A. Vir„ginium, P. Furium; & de Calibus: „ Treſ„ viros coloniæ deducendæ, agroque divi„ dendo creaverunt K. Duilium, T. Quin„ctium, M. Fabium. Quinquevirum lib III. „ Ad militiam, quo paratior eſſet plebes, „ Quinqueviros Pomptino agro dividendo „ creaverunt. Septemviros lege ſua creavit M. Antonius Conſul; unde illa ſunt Ciceronis in eum: „ Sed hæc agrorum aſſignatio „ paulo ante L. Cæſaris ſententia diſſoluta „ eſt; huic enim aſſenſi Septemvirum acta „ ſuſtulimus. Decemviros tum creatos prodidit Livius, cum Samnitem, Apulumque, & Liguſtinum, Gallicumque agros S. C. diviſos ſcripſit, cujus rei ante mentionem fecimus; atque eoſdem poſt etiam lege ſua reſtituit Rullus; Viginti viros Cæſar intulit in primo Conſulatu, cum legem agrariam tulit; quod inter omnes video convenire. Hi vero curatores modo per Conſulem, modo per Prætorem urbanum ſunt creati; per Conſulem, ut eſt apud Livium, anno poſt U. C. DLIV. „ L. Corne„lius Conſul creavit Triumviros Narnienſi„bus colonis ſupplendis; per Prætorem urbanum, cum de Samnite Apuloque agro eſt actum: „ Decreverunt patres, ut M. Junius „ Prætor urbanus, ſi ei videretur, Decemvi„ros agro Samniti, Apuloque quod ejus pu„blicum populi Romani eſſet, metiendo, di„videndoque crearet; & de Gallico: „ De„cemviros agro dando creavit A. Atilius Præ„tor urbanus. Creabantur autem comitiis tributis omnibus Tribubus advocatis. Quare Rullo vitio vertit Cicero, quod Decemviros ſuos per XVII. Tribus ſorte eductas crearet. „ Toties, *inquit*, legibus agrariis curatores „ conſtituti ſunt Triumviri, Quinqueviri, De„cemviri; quæro à populari Tribuno plebis „ ecquando niſi per XXXV. Tribus creati „ ſint? Quinetiam ex eadem Rulli lege eoſdem multis Miniſtris fuiſſe ornatos apparet, quippe cum dicat Cicero, Rullum tuliſſe, ut Decemviri auſpicii coloniarum deducendarum cauſſa pullarios haberent eodem jure, quo habuerunt Treſviri lege Sempronia: „ deinde „ ornat, *inquit*, eos apparitoribus, ſcribis, „ librariis, præconibus, architectis, mulis, „ tabernaculis, ſupellectili; Janitores ex eque„ſtri loco ducentos in annos ſingulos ſtipa„tores corporis conſtituit; quæ tamen ut nova in iis Cicero videtur improbare.

Jamvero modus etiam jugerum agri ſingulis aſſignandorum in lege eſt præfinitus; cujus rei teſtimonio verba ſunt Livii, qui de Satrico ait: „ Duo millia deducta, bina ju„gera, & ſemiſſes agri aſſignati; item alio loco: „ Anxur treceni in coloniam miſſi bi„na jugera agri acceperunt; & alibi: „ Co„loniam Latinam in agrum Thurinum dedu„xerunt; tria millia peditum iere, CCC. equi„tes, numerus exiguus pro copia agri; dari „ potuere quadragena jugera in pedites, ſe„xagena in equites. Apuſtio auctore tertia „ pars agri dempta; quo poſtea, ſi vellent, „ novos colonos adſcribere poſſent; vicena „ jugera pedites, quadragena equites accepe„runt; non eſt opus pluribus; addo tantum Ciceronem, qui ait: „ Servilium Rullum Cam„pani agri jugera dena, campi Stellatis duo„dena ſingulis lege ſua aſſignaſſe.

Neque vero ſolum jugerum, ſed limitum quoque ratio agraria lege eſt præſcripta. Hujus rei cum alia multa documento ſunt, tum illud in primis, quod ager coloniarum, ut ſcriptum eſt apud Frontinum, *diviſus*, & *aſſignatus* dictus ſit, idemque duas conditiones habuiſſe feratur, unam, qua plerumque limitibus contineretur; alteram, qua per proximos poſſeſſionum rigores. Limitum vero multa genera erant, Decumani, Kardines, Prorſi, Tranſverſi. Decumanus erat ab Oriente in Occidentem, à Meridie in Septentrionem: Kardo, ab Occidente ad Orientem: Prorſi, à Septentrione ad Meridiem: Tranſverſi, & à ſitu regionum Maritimi, & Montani, qui ad Mare, vel ad Montes ſpectarent; præter hos erant limites Actuarii, & Linearii: „ Actua„rius erat, *ut ait Higinus*, qui primus actus „ erat ab eo quintus quiſque, quem ſi nume„rares cum primo, erat ſextus, quoniam „ quinque centurias ſex limites clauderent; „ reliqui medii limites Linearii appellabantur „ in Italia ſubruncini. Per rigores autem, *ut* „ *ſcribit Frontinus*, duobus fiebat modis: ſi „ in longitudinem eſſet delimatus, per ſtri„gas appellabatur; ſi in latitudinem, per „ ſcamna. Strigatum autem agrum, *definit* „ *Higinus*, qui à Septentrione in longitudi„nem in Meridianum decurrit; ſcamnatum, „ qui eodem modo ab Occidente in Orientem „ creſcit. Erant etiam alia genera multa, de quibus in libris de limitibus diſputatur. Verum his nos hoc loco contenti erimus, ut illud demum doceamus, aliarum coloniarum agrum alia ratione eſſe diviſum, atque aſſignatum, prout in lege erat comprehenſum.

Celebrantur autem in hoc genere leges quædam, Sempronia, Mamilia, Cornelia, Julia; quarum Semproniam Ti. Gracchus tulit, Mamiliam C. Mamilius is, qui propterea Limitanus vocatus eſt, Tribunus plebis bello Jugurthino, ut proditum eſt à Salluſtio. Cornelia, & Julia à Sylla, & Cæſare Dictatoribus latæ ſunt; quibus legem etiam Auguſti Imp. adjicere poſſumus. Unde ſcriptum eſt apud Higinum hoc modo: „ Actuarii limites „ extra terminos D. & K. latitudinem habeant „ pedum XII. per eos iter populo, ſicut per „ viam publicam debetur; ita enim cautum „ eſt lege Sempronia, Cornelia, & Julia; „ quidam ex his latiores ſunt XII. pedibus, „ ut ii, qui ſunt per viam militarem acti. „ Habent enim latitudinem viæ publicæ; li„neares limites menſuræ tantum diſtermi„nandæ cauſſa ſunt conſtituti, & ſi finitimi „ interveniunt, latitudinem ſecundum legem „ Mamiliam accipiunt. Fuit autem lex Mamilia, quæ in finibus agrorum quinque, aut ſex pedum latitudinem præſcriberet, quos, ut XII. tabulis (5) ante cautum fuerat, uſucapi vetaret; cujus rei meminit Aggenus his verbis: „ De fine lex Mamilia quinque, aut ſex pe„dum latitudinem præſcribit; quoniam hanc „ lati-

(5) Ita erat lex: INTRA QUINQUE PEDES ÆTERNA AUTHORITAS ESTO.

„ latitudinem, vel iter ad culturas accedens A
„ occupat, vel circumactus aratri, quod uſu-
„ capi non poteſt; iter enim, non qua ad
„ culturas pervenitur, capitur uſu, ſed id,
„ quod in uſu biennio fuit. Eadem lege ſin-
gulos arbitror regendis finibus datos oſtendit
Cicero, cum ita loquitur in primo de legi-
bus: „ Ex hac autem non rerum, ſed ver-
„ borum diſcordia controverſia nata eſt de
„ finibus, in qua, quoniam uſucapionem
„ XII. tabulæ inter quinque pedes eſſe no-
„ luerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Aca-
„ demiæ ab hoc acuto homine non ſinemus,
„ nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex XII. tres
„ arbitri fines regemus. Factum eſt autem
ſæpe, ut nova lege, & novis limitibus colo- B
nia deduceretur, ſæpe ut antiqua lege, &
antiquis limitibus; antiquas autem leges
voco Semproniam, Corneliam, Juliam, Au-
guſtanam; antiquos limites Gracchanos, Sul
lanos, Julianos, Auguſteos. Itaque Frontinus
in libro de coloniis „ Æſerniam lege Julia
„ deductam ait, agrum limitibus Auguſteis
„ aſſignatum, Nuceriam lege Auguſtana, li-
„ mitibus Julianis, Velitras lege Sempronia,
„ Sueſſulam lege Sullana, Aretium, & Ve-
„ rolas limitibus Gracchanis. Termini autem
Auguſtei, ut eſt in libro vetere de limitibus,
in locis montanis termini erant rotundi ea
ratione, quod Auguſtus eos recenſivit, & ubi
fuerunt lapides alios conſtituit, & omnem C
terram ſuis temporibus juſſit remenſurari, ac
veteranis aſſignari. Cum ergo tanta in limiti-
bus conſtituendis opera poneretur, cauſſa
apparet, cur Rullus, ut objicit Cicero, Xvi-
ros ſuos agrarios finitoribus, atque archite-
ctis ornaverit, cur Livius in Triumviros
agrarios Placentinum agrum metantes impe-
tum à Bojis factum eſſe prodiderit, & alio
loco Xviros Samniti agro metiendo, ac di-
videndo creatos ſcripſerit.

Ut autem magis hæc tota de limitibus
quæſtio illuſtretur, placet hoc loco verba
quarundam etiam legum, quas ante Augu-
ſtum latas eſſe facile, niſi veteri teſtimonio
revinctus, crediderim, recitare, ex quibus D
omnino, quæ limitum obſervatio eſſet, intel-
ligatur; ſunt autem lex Peducea, Alliena,
& Flavia; quarum memoria extat in libro
de limitibus agrorum, hoc modo:

„ KAPUT LEGIS PEDUCEÆ: Quæ
„ colonia hac lege deducta, quodve munici-
„ pium, præfectura, forum, conciliabulum
„ conſtitutum erit, qui ager inter fines eo-
„ rum erit, qui termini in eo agro ſtatuti
„ erunt, quo in loco terminus non extabit,
„ in eo loco is, cujus is ager erit, terminum
„ reſtituendum curato; utque recte factum
„ eſſe velit, idque magiſtratus, qui in ea
„ colonia, municipio, præfectura, foro, con-
„ ciliabulo jure dicundo præerit, facito, ut E
„ fiat.

„ KAPUT LEGIS ALLIENÆ: Qui li-
„ mites decumani hac lege deducti erunt,
„ quæcunque foſſæ in eo agro erunt, qui
„ ager hac lege datus, aſſignatus erit, nequis
„ eos limites decumanos ne obſepito, neve
„ eos arato, neve eas foſſas obturato, neve
„ quis ſepito, quo minus aqua ire, fluere
„ poſſit; ſi quis adverſus ea quid fecerit, IV.
„ colonis, municipibusve ejus, in quorum
„ agro id factum erit, dare damnas eſto.

„ KAPUT LEGIS FLAVIÆ: Qui hac
„ lege coloniam deduxerit, municipium,
„ præfecturam, forum, conciliabulum con-
„ ſtituerit, in eo agro, qui ager intra fines
„ ita ejus coloniæ, municipii, fori, conci-
„ liabuli, præfecturæ erit, limites decumani
„ ut fiant curato; quique fines ita ſtatuerit;
„ ſi fines eorum ſunt, dum ne extra agrum
„ colonicum, territorium fines ducat, quique
„ termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis
„ quem eorum ejicito; neve commoveto,
„ ſciens dolo malo ſi quis adverſus ea fece-
„ rit, is in terminos ſingulos, quos ejecerit,
„ locove moverit, ſciens dolo malo XXV.
„ in publicum eorum, quorum intra fines is
„ ager erit, dare damnas eſto; deque ea re
„ curatoris, qui hac lege erit, juriſdictio,
„ recuperatorumque datio, addictio eſto;
„ cum curator hac lege non erit, tunc qui-
„ cunque magiſtratus in ea colonia, muni-
„ cipio, præfectura, foro, conciliabulo jure
„ dicendo præerit, ejus magiſtratus de ea re
„ juriſdictio, judiciſque datio, addictio eſto;
„ inque eam rem is, qui hac lege judicium
„ dixerit, teſtibus publice duntaxat in res
„ ſingulas decem denunciandi poteſtatem fa-
„ cito, ita ut è Republica fideque ſua vide-
„ bitur. Et ſi is, unde ea pecunia petita
„ erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab
„ eo, deve bonis ejus primo quoque die exi-
„ gito; ejuſque pecuniæ quod receptum erit,
„ partem dimidiam ei, cujus unius opera
„ maxime is condemnatus erit, partem dimi-
„ diam in publicum redigito; quo ex loco
„ terminus aberit, ſi quis in eum locum ter-
„ minum reſtituere volet, ſine ſua fraude
„ liceto facere, neve quid cui is ob eam rem
„ hac lege damnas eſto. Ac de legis quidem
agrariæ capitibus hæc hactenus; nunc reli-
qua, quæ ad coloniarum deductionem perti-
nerent, perſequamur.

Lege accepta, aut S. C. facto, curato-
res, qui ex lege, aut S. C. coloniæ deducen-
dæ, agriſque dandis erant creati, colonos,
qui vel ſua ſponte nomina dederant, vel ſor-
te exierant, in agros lege definitos, atque
in coloniam ſub vexillo, quaſi exercitum ali-
quem deducebant; dux autem deductionis,
credo, aliquis è curatoribus agrariis erat.
Docet hoc non obſcure Appianus lib. II. cum
de coloniis loquens ait; multitudinem quan-
dam in fanis, & lucis ſub uno vexillo, &
uno duce collocatam; oſtendit Plutarchus,
cum C. Graccho III. viro coloniæ ad Cartha-
ginem deducendam profecto portentum fa-
ctum ait, quod vexillum laceratum ſit; quin
etiam ex eodem fonte illa Ciceronis in An-
tonium fluxerunt: „ Caſilinum coloniam de-
„ duxiſti, ut vexillum tolleres; & in Rul-
lum: „ Niſi forte mavultis, relictis his re-
„ bus, atque hac luce Reipublicæ in Sipon-
„ tina ſiccitate, aut in Salpinorum peſtilen-
„ tiæ finibus Rullo duce collocari; qua in
oratione poſt etiam vexilli meminit, cum à
Capua colonos adverſus Romam reductum iri
prædicit, his verbis: „ Tum illud vexillum
„ Campanæ coloniæ vehementer huic impe-
„ rio timendum, Capua à Xviris inferetur,
„ tunc contra hanc Romam, communem pa-
„ triam omnium noſtrum, illa altera Roma
„ quæretur. Signa autem cohortium in anti-
quis nummis, quibus coloniæ alicujus dedu-
ctio ſignificatur, impreſſa adhuc etiam cer-
nere poſſumus.

Ubi vero colonos in agris, quò dedu-
cendi erant, collocarant, tum aratro urbem,
&

& agrum circumſcribebant; de urbe teſtis eſt Varro, Dionyſius, Plutarchus, alii; de agro onus, quod ſciam, Cicero. Varronis hæc in lib. de lingua Latina quarto verba ſunt: „ Oppida, quæ prius erant circunducta aratro, ab orbe urbes & ideo coloniæ noſtræ „ in literis antiquis ſcribuntur orbes, quod „ item conditæ, ut Roma; & ideo coloniæ, „ ut urbes conduntur, quod intra pomœrium „ ponuntur. (6) Romulum porro tauro, & vacca junctis urbi condendæ locum circumaraſſe, ac deſignaſſe tradit Dionyſius; quin etiam terminos Carthaginis coloniæ, quos C. Gracchus Triumvir deſcripſerat, à lupis eſſe diſſipatos refert Plutarchus. Nam de agro ſic agit in Antonium Cicero: „ Caſilinum coloniam „ deduxiſti, ut vexillum tolleres, & aratrum „ circumduceres; cujus quidem vomere portam Capuæ pæne perſtrinxiſti, ut florentis „ coloniæ territorium minueretur. Significat enim, Antonium Caſilini agrum ita dilataſſe ut eum uſque ad Capuæ portam perduxerit, atque ea ratione Campanum ipſum territorium imminuerit. Ut autem ſignis militaribus, ſic etiam aratro coloniæ deductionem in nummis veteribus demonſtrari, ita notum eſt, ut teſtimonium res non deſideret.

Urbe agroque, quo modo dixi, circumſcripto, tum vero eos agri diviſionem, ac ſuæ cuique partis aſſignationem opinor eſſe aggreſſos; unde agros coloniarum diviſos, & aſſignatos dici notavit Frontinus. Quod munus difficillimum, ac moleſtiæ ſæpe pleniſſimum videtur fuiſſe propter odium colonorum; in quod illi facile poterant aſſignationis ejus cauſſa incurrere. Qua de re, quoniam difficile eſt plus intelligere, quam quantum vetera monumenta ſignificent, nullum verbum prorſus feciſſem, niſi me graviſſima ad id T. Livii auctoritas adduxiſſet, qui de Triumviris Ardeæ coloniæ deducendæ ita ſcripſit: „ Triumviri ad coloniam Ardeam „ deducendam creati Agrippa Menenius, T. „ Clœlius Siculus, M. Æbutius Elva, qui „ per minime populare miniſterium agro aſ„ ſignando ſociis, quem populus Romanus „ ſuum judicaſſet, cum plebem offendiſſent „ ne primoribus quidem patrum ſatis accepti, „ quod nihil gratiæ cujuſquam dederant, ve„ xationes ad populum, jam die dicta ab „ Tribunis, coloni aſcripti, remanendo in „ colonia vitavare. (7)

Erit jam hujus loci finis, ſi hæc, quæ dixi, omnia auſpicato facta fuiſſe oſtendero. Quod ut omnibus videatur, id ſatis magnum argumentum debet eſſe, quod ſcriptum eſt apud Ciceronem in Antonium: „ Negavi in „ eam coloniam, quæ eſſet auſpicato dedu„ cta, dum eſſet incolumis, coloniam novam „ jure deduci. Ne quid interea de pullariis repetam, qui cum agrariis curatoribus, ut ſupra docui, ſint dati, certe niſi auſpiciorum cauſſa non ſunt dati. Huc autem eodem luſtratio etiam coloniæ referenda eſt, cujus auctorem Ciceronem habemus in libris, quos de divinatione reliquit, cum ſcripſit: „ in „ luſtranda colonia ab eo, qui eam deduce„ ret, bonis nominibus, qui eam deducerent, „ fuiſſe electos. Quocirca ſcriptum quoque apud Plutarchum legimus, C. Gracchum in Carthagine deducenda, extis aris impoſitis tempeſtate direptis, ac trans fines coloniæ latis valde eſſe commotum. Qui mos ſi quis, unde acceptus ſit, roget, reſpondebo, me arbitrari à Romulo, à quo multa ejuſmodi alia, ne dicam omnia, ad poſteros permanarunt, ab eo enim Romam coloniam & auſpicato & luſtratione adhibita eſſe deductam, diligentiſſimus rerum Romanarum ſcriptor literis prodidit Dionyſius. (8)

CAP. III.

De jure coloniarum.

EX hac diſputatione jam omnes intelligere poſſe arbitror, id quod paucis adhuc patuit, quid coloniæ eſſent, qua de cauſſa, à quibus, per quos, & quo modo deducerentur; nunc, ſi quis, quam multa earum genera extiterint, & in qua inter ſe illæ varietate fuerint conſtitutæ, exquirat, is ſi paullo diligentius ſequentem diſputationem attenderit, non multa, ut opinor, quæ in tanta deſideret antiquitate, habebit. Eſt enim mihi deinceps de jure coloniarum quærendum; (ſiquidem non eadem coloniarum, ac municipiorum, ceterorumque Italiæ oppidorum jura fuiſſe comperio) cujus ignoratione multos adhuc in maximos, & turpiſſimos errores video eſſe prolapſos. Primum igitur conſtituendum eſt, jus coloniarum duplex fuiſſe; unum earum, quæ civium Romanorum; alterum illarum, quæ Latinæ coloniæ dicerentur. Nota diviſio eſt, quippe quæ ſit Livii clariſſimis conſignata monumentis, veluti cum de Aquileja loquitur: *Illud agitabant, ut colonia Aquileja deduceretur: nec ſatis conſtabat, utrum Latinam, an civium Romanorum deduci placeret; poſtremo Latinam potius deducendam patres cenſuerunt*; & alio loco: *Salernum, Buxentumque coloniæ civium Romanorum deductæ ſunt*; & poſt: *Q. Ælius Tribunus plebis tulit ad plebem, plebeſque ſcivit, ut Latinæ coloniæ duæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum deducerentur*; & alibi: *Bononia Latina deducta, Parma, & Mutina civium Romanorum*. Hoc cognito, jam illud ſequitur, ut quæratur, quæ potiſſimum eas inter ſe diſſimilitudo ſecreverit. Sunt, qui noſtra memoria ſcripſerint, Latinas eſſe, in quas homines ex Latio eſſent adſcripti; alii, quæ in Latium eſſent deductæ; quarum opinionum utraque ita vacillat, & claudicat, ut nulla poſſit eſſe infirmior; quid eſt enim, cur ulla ſententia delectemur, quæ aperte Liviana auctoritate redarguatur? an coloniæ Latinæ ſunt, quo Latini adſcripti ſunt? imo vero quo cives Romani; ſiquidem Livius Senatum

Rom.

(6) Sed Pomponius L. 239 D. de verb. ſignif. ita rem definit: *Urbs ab urbo appellata eſt; urbare eſt aratro definire*. Et Varus ait: *urbum appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi ſolet*.

(7) Addere debebat Sigonius ad laudem Triumvirorum cetera verba Livii, idest: *quam teſtem integritatis, juſtitiæque habebant*.

(8) Et conſtans eſt, traditque Cicero de divinatione lib. 1. Ita a Romulo auſpiciorum morem proceſſiſſe, ut nihil Romani, niſi auſpicato, nedum publici, ſed majoris rei ne privati quidem gererent. Eam autem auſpiciorum artem ab Hetruria Romam confluxiſſe omnia docent vetera monumenta.

A Roma ad XII. colonias Latinas, (9) quæ bello Punico II. defectionem ſpectabant, ita loquentem inducit: *Meminerint, ſe Romanos, inde oriundos, inde in coloniam ſtirpis augendæ cauſſa miſſos*; an quæ in Latium ſunt deductæ? imo vero, quæ quocunque quod Bononiæ, & Aquilejæ commemorato exemplo, quæ in Galliam, & Carnos ſunt deductæ, facile comprobatur. Unde autem hujus ignoratio juris manavit? unde, niſi ab ignoratione Latinitatis? Etenim, ſi, quid inter civem Romanum, & Latinum intereſſet, cognoviſſent, facile etiam, quid coloniæ civium Romanorum à Latinis differrent, intellexiſſent. Supra autem diximus, jus Latii eſſe, ut ſuffragiorum poteſtatem, B magiſtratu permittente, haberent; &, ſi in Latina civitate, aut Latii jure donata, magiſtratum geſſiſſent, cives Romani ut fierent; unde notum, ac jam tritum eſt illud Aſconii: *Strabonem Tranſpadanis jus dediſſe, quod haberent ceteræ coloniæ, id eſt, ut petendi magiſtratus gratia civitatem Romanam adipiſcerentur*. Ergo Latinæ coloniæ erant, quæ jus Latii ſive Latinitatis acceperant. Quoniam autem jus Latii juri Quiritium, & Latinæ coloniæ civium Romanorum coloniis opponuntur, ob eam cauſſam fit, ut probe concludi poſſit, ſi Latinæ coloniæ ſint, quæ jus habent Latii, Romanas eſſe, quæ donatæ ſunt jure Quiritium. Qui autem jus habet Quiritium, is C non plenam civitatem Romanam ſed partem tantum civitatis adeptus eſt; jure enim Quiritium quid aliud continetur, niſi, ut alio libro docui, jus privatæ libertatis, connubiorum, patrium, jus legitimi dominii, ut hereditatis, mancipii, & nexus, uſucapionis, & reliquorum, itemque jus teſtamentorum, & tutelarum? Ergo Romanæ coloniæ fuerunt, quæ jus privatum civium Romanorum habuerunt, quod his rebus eſt comprehenſum. Hæc autem jura omnia colonis Romanis conceſſa, Latinis interdicta, in veteribus monumentis perſcriptum animadvertere poſſumus. Nam & Boëtius in expoſitione Topicorum dixit: „ deductione in Latinas colo- D „ nias cives Romanos mediam capitis diminutionem conſecutos eſſe, & Romanam „ civitatem amiſiſſe, hoc eſt, ut idem interpretatur, „ neque connubii, neque teſtamenti, neque mancipii, aut nexus, aut patriæ „ poteſtatis jus, quod erat proprium civium „ Romanorum, habuiſſe; & Ulpianus in Inſtitutionibus ſcriptum reliquit: „ Libertinos „ Latinos neque connubii, neque patriæ poteſtatis, neque tutelæ recipiendæ jus habuiſſe. Neque vero aliud ſenſiſſe Livium puto, cum Antium coloniam miſſam, atque Antiatibus, ſi ipſi aſcribi vellent, civitatem datam ait, aut cum Veliternos colonos veteres cives Romanos appellavit, quam eis co- E loniis jus eſſe Quiritium impertitum. Nam quid Tullianum teſtimonium proferam? qui aliquot colonias hoc jure fuiſſe præditas non obſcure in oratione pro Cæcina oſtendit, cum dixit: „ L. Sullam Dictatorem, cum de civitate Volaterranis adimenda ferret, ita „ tuliſſe, ut non ſuſtulerit eorum nexa, & „ hereditates, ſed eo jure reliquiſſe, quo eſ„ ſent Ariminenſes, quos neminem ignorare, A „ XII. coloniarum fuiſſe, & à civibus Ro„ manis hereditates capere potuiſſe; erant ergo, ut eundem locum diutius urgeam, coloniæ civium Romanorum civitatis Romanæ jure donatæ illæ quidem, verum non optimo; neque enim jura publica civitatis habebant, ſed privata tantum. Quare qui eo aſcripti coloni erant, nomine quidem erant cives Romani, re vero coloni; teſtem poſtulatis? non longe abiero; præſto eſt Livius, qui lib. XXXIV. ſcribit: „ Puteolos, Salernum, & „ Buxentum civium Romanorum colonias „ aſcripti coloni, qui nomina dederant, cum „ ob id ſe pro civibus ferrent, Senatum ju„ dicaſſe, non eſſe eos cives Romanos; & B alio loco narrat: „ Ferentinates novum jus „ tentaſſe, ut Latini, qui in coloniam Ro„ manam nomina dediſſent, cives Romani „ eſſent; id eſt, ut ego quidem exiſtimo, jus Quiritium adipiſcerentur. Neque enim probabile, atque ulla ex parte conſentaneum rationi videtur, Latinos in coloniam Romanam deductos plenum jus civitatis aſſequi voluiſſe, cum ſatis conſtet cives Romanos eò profectos id amiſiſſe. Quoniam autem illud novum, & ante inuſitatum jus vocat Livius, facile, quid ante in more, ac inſtituto poſitum fuerit, intelligere poſſumus.

Quod ſi coloniæ civium Romanorum partem tantum habuerunt civitatis, non in- C tegram civitatem, profecto dubitandum non eſt, quin Latinæ omnis expertes fuerint civitatis. Id quod cum ipſa ſuadet ratio, tum exempla vetera non obſcure demonſtrant. An enim, ſi Latini coloni cives eſſent Romani, Cicero pro Balbo dixiſſet: *T. Matrinium Spoletinum ex colonia Latina civitate eſſe donatum*? & in Bruto: *Q. Fulvium Nobiliorem, cum Triumvir coloniam deduceret, Q. Ennium civitate donaſſe*? & in orat. pro Cæcina: *cives Rom. ſi in colonias Latinas proficiſcerentur, Romanam civitatem amiſiſſe*? & pro domo: *qui cives Rom. in colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non potuiſſe Latinos qui non erant auctores facti, nomenque dederant*? quid opus eſt plu- D ribus? lex Appuleja, quam idem ille in Balbi defenſione commemorat, ſatis oſtendit, nullas omnino colonias optimo jure civitatis Rom. fuiſſe affectas; cur enim Saturninus ille Appulejus in Tribunatu tuliſſet: *Ut C. Marius in ſingulas colonias ternos cives Rom. facere poſſet, ſi coloniis civitas ante patuiſſet*? Si ergo coloniæ omnes aut jus Quiritium tantum habuerunt, aut jus Latii, profecto nec cenſus, nec tributorum, nec ſtipendiorum, nec ſuffragiorum, nec magiſtratuum jus idem, quod cives Romani, adeptæ ſunt. De cenſu teſtimonium res non poſtulat; ſiquidem in quaque colonia colonici cenſores fuerunt, à quibus, ut infra oſtendam, ea co- E loniæ inſtituto cenſus peragebatur. Tributum tamen eos pependiſſe, & milites ad bellum ex formula miſiſſe, non eſt dubium. Hoc enim XII. coloniarum exemplo confirmatur, quæ bello Punico II. negaverunt eſſe, unde milites, & pecuniam darent; & XVIII. aliarum, ex quibus, ut inquit Livius, cum quæreretur, ecquid milites paratos haberent, reſponderunt, & milites paratos ex formula eſſe;

(9) Latinas eas fuiſſe prodit Livius lib 29. cum de pœnis ab iis Populo Romano redditis agit, quod autem coloniæ Latinæ è civibus Romanis eſſent, aliud eſt teſtimonium Livii lib. 9, ubi referens, Soram, ſine dubio Latinam coloniam, interfectis colonis Romanorum ad Samnites defeciſſe, ſubdit: *Eo Romanus exercitus ad ulciſcendam civium necem, recuperandamque coloniam magnis itineribus pervenit*.

Digitized by Google

eſſe; & , ſi pluribus opus eſſet, plures daturas; & quidquid aliud imperaret, velletque populus Romanus, enixe facturas; ad id ſibi neque opes deeſſe, animum etiam ſupereſſe. Adde quod XII. coloniis, quæ imperium abnuerant, eodem bello aliquot poſt annis ex S. C. imperatum eſt, quantum quæque earum coloniarum militum primum dediſſet pop. Rom. ex quo hoſtes in Italia eſſent, duplicatum ejus ſummæ numerum peditum daret, & equites centenos vicenos: ſi qua eum numerum equitum explere non poſſet, pro equite uno tres pedites liceret dare; pedites, equiteſque quam locupletiſſimi legerentur, mitterenturque ubi extra Italiam ſupplemento opus eſſet; ſi quæ ex iis recuſarent, retineri ejus coloniæ magiſtratus, legatoſque mandatum; neque, ſi poſtularent, Senatum dari, priuſquam imperata feciſſent; ſtipendium præterea iis coloniis III. millis æris, aſſes ſingulos imperatum, ut quotannis exigeretur. Habuiſſe tamen aliquot colonias militiæ vacationem, Livii teſtimonio eſt cognitum, cujus hæc ſunt verba: „ Diis rite placatis delectum Conſules habebant acrius „ intentiuſque quam prioribus annis quiſquam „ meminerat habitum; nam & belli terror „ duplicatus novi hoſtis in Italiam adventu, „ & minus juventutis erat, unde ſcriberent „ milites. Itaque colonos etiam maritimos, „ qui ſacroſanctam vacationem dicebantur „ habere, dare milites cogebant; quibus re„ cuſantibus edixere in diem certam, ut quo „ quiſque jure vacationem haberet, ad Sena„ tum deferret; ea die hi populi ad Senatum „ venerunt, Oſtienſis, Alſienſis, Antias, „ Anxuras, Minturnenſis, Sinueſſanus, & à „ Supero mari Senenſis; cum vacationes ſuas „ quiſque recitaret, nullius, cum in Italia „ hoſtis eſſet, præter Antiatem, Oſtienſem„ que vacatio obſervata eſt; earumque colo„ niarum juniores jurejurando adacti, ſupra „ triginta dies non pernoctaturos ſe extra „ mœnia coloniæ ſuæ, donec hoſtis in Italia „ eſſet. Prætereo, quod bello Antiochino cum eædem maritimæ coloniæ, eodem teſte Livio, cogerentur in claſſem, Trib. pleb. appellarant; à quibus ad Senatum rejectis, Senatus decrevit, vacationem rei navalis non eſſe. Quin etiam colonias immunitates alias alias majores habuiſſe, indicat Cicero in Verrem, cum ait: „ Quæ colonia eſt in Italia „ tam bono jure, quæ per hos annos tam „ commoda vacatione uſa ſit omnium rerum, „ quam Mamertina civitas per triennium? De jure autem ſuffragiorum ſerendorum, aut magiſtratuum Romæ petendorum, quoniam in hoc vetera prope muta ſunt monumenta, facile adducor, ut credam, nullum colonis ullis ante legem Juliam patuiſſe, niſi, quo modo Latini id, ut ſupra diximus, per magiſtratum domi geſtum adepti ſunt.

CAP. IV.

De Republica coloniarum.

UTrum igitur hactenus ad jura coloniarum aperienda eſt ſatis? aliis fortaſſe, mihi nequaquam; aequa enim de earum Republica, & civitatis ratione aliquid dictum eſt, in quo maxime coloniarum jus eſt verſatum. Explicemus igitur, quoad poſſumus, hanc etiam quæſtionem, aut certe vias quaſdam ejus tractandæ optimis ingeniis demonſtremus. Omnis coloniarum Reſpublica in legibus, & legum curatoribus, meo judicio, fuit poſita; leges vel à populo Rom. acceperunt, vel ipſæ ſibi per Senatum, aut populum condiderunt; legum curatores aut magiſtratus, aut ſacerdotes fuerunt, humanarum illi, hi divinarum. Leges autem ſuas quæque colonia habuit præcipuas, à Romanis quidem legibus ſeparatas, ſed tamen à Romanis Triumviris datas; ut enim legati à Senatu decreti provincias ordinabant, iiſque leges, ac jura præſcribebant, ſic curatores coloniarum coloniis. Hujus autem antiquitatis multi ſunt teſtes, ſed maxime Gellius, qui ſcripſit, colonias omnes jura, inſtitutaque non ſui arbitrii, ſed populi Rom. habuiſſe; & Cicero, qui de Puteolis, quò deducere coloniam Rullus ſtatuerat, dixit: „ Puteolos, qui nunc „ ſunt in poteſtate ſua, ſuo jure, libertate„ que utuntur, totos novo populo, atque „ advenriciis copiis occupabunt; & Livius, qui ſcriptum reliquit: „ Veliternos, & Cir„ ceienſes colonos repetiſſe captivos ſuos à „ Romanis, ut in eos legibus ſuis animad„ verterent. Nam quid Flaccum memorem, omnium diſertiſſime ita loquentem? „ Terri„ toria inter civitates, id eſt, inter munici„ pia, colonias, ac præfecturas alia flumini„ bus finiuntur, alia ſummis montium jugis, „ ac divergiis aquarum, alia etiam lapidibus „ poſitis præſignibus, alia inter binas colo„ nias limitibus perpetuis diriguntur; de „ quibus territoriis ſi quando quæſtio move„ tur, reſpiciuntur leges civibus datæ, id eſt, coloniis, municipiis, ac præfecturis. Item: „ Ergo fit, ut plura territoria confuſa „ unam faciem limitationis accipiant; aliqui„ bus vero auctores diviſionis reliquerunt „ aliquid agri eis, quibus abſtulerunt, qua„ tenus haberent juriſdictionem, aliquos in„ tra muros cohibuerunt; itaque leges datæ „ colonis, municipiiſque intuendæ erunt. Fuiſſe quoque præter hæc alias leges ab ipſis colonis latas, argumento illud eſt, quod in coloniis conſilium erat & Senatus & populi. Senatores autem in coloniis, ut etiam in municipiis, decuriones vocabantur, quod docet Cicero, cum ita loquitur in Sextiana de Capua colonia deducta, cum ante eſſet præfectura: „ Qua de cauſſa & tum conven„ tus ille Capuæ, qui propter ſalutem illius „ urbis Conſulatu conſervatam meo, me „ unum patronum adoptavit, huic apud me „ P. Sextio maximas gratias egit, & hoc „ tempore iidem homines, nomine commu„ tato, coloni, decurioneſque beneficium P. „ Sextii teſtimonio declarant; recita quæſo, „ quid decreverint Capuæ decuriones. Significat autem, qui conventus Capuæ, cum præfectura erat, dicebatur, eundem decuriones poſt deductam à Cæſare Conſule coloniam, eſſe appellatum. Hinc Svetonius in Auguſto: *Corpus*, inquit, *decuriones municipiorum, & coloniarum à Nola Bovillas uſque deportarunt*; & in eodem libro: *Quæ de magiſtratibus urbicis decuriones colonici in ſuam quiſque coloniam ferrent*; & in multis veteribus lapidum monumentis adhuc invenimus, DEC. COL. quod valet, *Decurio coloniæ*. Ceterum Pomponius decuriones dictos exiſtimavit, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit. Nume-

rus vero decurionum neſcio an in omnibus coloniis idem fuerit; centum quidem eos certe fuiſſe in colonia Capua, Cicero in ſecunda agraria prodidit. Denique ut in Senatore Romano, ſic in decurione colonico legendo cenſum eſſe obſervatum, qui fuerit centum millium, ſatis aperte ex lib. 1. epiſtolarum Plinii perſpicitur, cum ait: „ Eſſe „ autem tibi centum millium cenſum, ſatis „ indicat, quod apud nos decurio es; igitur „ ut te non decurione ſolum, verum etiam „ Equite Romæ perfruamur, offert tibi ad „ implendas equeſtres facultates CCC. millia „ nummum. Magiſtratus coloniarum præcipuos fuiſſe invenio duumviros, cenſores, ædiles, & quæſtores. Duumviratus magiſtratus erat prope Conſulatui, aut præturæ compar; onde ſcite illud in agrariis Cicero de Capua colonia dixit: „ Cum in ceteris colo„ niis duumviri appellentur, Capuæ ſe præ„ tores appellari volebant; & Pomponius de albo ſcribendo: „ In albo lex præponi jubet, „ qui maximo honore in municipio functus „ eſt, ut qui duumviratum geſſit. Item alibi: „ Is, qui non ſit decurio, duumviratu „ vel aliis honoribus fungi non poteſt. Atque hos quidem eſſe opioor, qui etiam duumviri juredicundo appellabantur, quorum celebrem adhuc in veteribus lapidibus extare memoriam animadvertere licet, hac ſcriptura brevi: II. VIR. I. D. inveni tamen etiam III. virum coloniæ Auximatis, & IV. virum coloniæ Signinæ in exemplis his veterum inſcriptionum ad me delatis, III. VIR. IN COL. AUXIM. BIS.

Item :

L. VOLUMNIO L. F. POMP. JULIANO SEVERO IV. VIRO COL. SIG PATRONO COLONIÆ SUÆ SENATUS, POPULUSQUE SIGNINUS.

Cenſores cenſum in coloniis egeront, perinde atque Romani cenſores Romæ; id quod teſtimonio cognoſcitur Livii ita ſcribentis in libris de bello Annibalis: „ Decre„ tum eſt, ut cenſus XII. coloniis, quæ im„ perium abnuerant, ageretur ex formula ab „ Romanis cenſoribus data; dari autem pla„ cuit eandem, quam populo Rom. deferri„ que Romam ab juratis cenſoribus colonia„ rum, priuſquam magiſtratu abirent. Itaque Nero, & Salinator Romani cenſores earum coloniarum, quod nunquam ante factum erat, deferentibus coloniarum cenſoribus, cenſum receperunt, ut quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent; quibus ex verbis apparet etiam, quid in cenſu coloniarum agendo à cenſoribus colonicis obſervatum ſit. Invenio etiam in antiquis marmoribus mentionem ÆDIL. COLON. PUTEOLANORUM. Illud præterea oon prætereundum, quod ad omnes coloniatum magiſtratus pertinet, etiam in colonia magiſtratus prætexta uſos eſſe, quod ſcriptum eſt in oratione L. Valerii Tribuni pleb. apud Livium. Sacerdotes porro, ut augures, & Pontifices in coloniis cooptatos, indicat Cicero in ſecunda agraria, ubi de Capua loquitur: „ Hinc „ illi decemviri, cum numerum colonorum „ ex lege Rulli deduxerint, centum decu„ riones, decem augures, ſex Pontifices con„ ſtituerint, quos illorum animos, quos im„ petus, quam ferociam fore putatis? An vero certus numerus Sacerdotum fuerit, an pro coloniæ magnitudine variaverit, ut etiam magiſtratuum, parum habeo explicati, quid aut tradam, aut ſentiam.

Præter magiſtratus fueruot patroni coloniarum. Hos Romulus in Rempublicam induxit; ut enim cives patricios plebejorum tutores conſtituit, ſic colonis, ac ſociis populi Romani quos vellent, ex civibus Rom. ſibi patronos deligendi, copiam fecit, quorum opera in civitate uterentur, ſiquid eſſet, quod ſua intereſſet, ac Romæ curandum eſſet. Horum patronorum tum Dionyſium in Romulo video meminiſſe, tum Ciceronem in oratione pro Sylla, cum ait: „ Primum om„ nis Pompejanorum, colonorumque diſſenſio „ delata ad patronos eſt, cum jam invete„ raſſet, ac multos annos eſſet exagitata, „ deinde ita à patronis res cognita eſt, ut „ nulla in re à ceterorum ſententiis Sylla „ diſſenſerit; & in Philippicis, cum inquit: „ Antonium vexaſſe Puteolanos, quod C. „ Caſſium, quod Brutos patronos adoptaſ„ ſent; & Svetonium in Auguſto, cum ait: „ Bononienſes antiquitus in Antoniorum „ clientela fuiſſe. In lapidibus autem veteribus adeo crebra patronorum coloniæ mentio eſt, ut nihil poſſit eſſe celebrius.

CAP. V.

De coloniis ante bellum Italicum deductis.

QUæ de coloniis, & jure & Republica earum ex veterum annalium memoria repetere, aut ipſe conjectura, judiciove complecti potui, ea fere ſunt, quæ ſupra ſcripſi; reliquum eſt, ut earum omnia literis mandem, ac quo quæque anno, & qua lege, quo jure, quoque loco deducta ſit, explicem: ne quid à me, quod ad antiquum Italiæ ſtatum pertineat, prætermiſſum eſſe videatur. Initium autem ducam à Romulo, ac ſingulas deinceps uſque ad bellum Italicum perſequar. Romulus Rex coloniarum deducendarum auctor, ſex, quod in monumentis rerum ab eo geſtarum notatum videmus, colonias condidit, CÆNINAM, ANTEMNAS, CRUSTUMERIUM, MEDULLIAM, CAMERIAM, & FIDENAS; quarum reliquæ in Sabinis; Medullia, & Cameria in Latio fuerunt. Cæninam, & Antemnas Aborigines, pulſis inde Siculis, tenuerant; in ſingulas treceni homines miſſi, cum ipſæ civitates tertiam agri partem obtuliſſent. Cruſtumerium, Cameria, & Fidenæ Albanorum coloniæ fuerant; ex quibus Cruſtumerium poſt cum regnante Tarquinio Priſco ad Latinos deſeciſſet, armis in poteſtatem redactum, colonos iterum Romanos accepit. Cameria vero, cum regnante Romulo colonos ſuos partim interfeciſſet, alios ejeciſſet, dimidiam agri partem amiſit. Hæc fere Dionyſius, qui idem multas alias colonias à Romulo deductas, cum ſe multæ civitates initio à Medullia facto ejus poteſtati permiſiſſent, (10) ſcribit. Livius ta-

(10) De Medullia, ut de aliis populis, paulo aliter rem narrat Dionyſius. Ita eam exponit. *Quum autem fama per multas urbes bellicam fortitudinem ducis illius, & erga victos clementiam divul-*

tamen Fidenarum tantum meminit, quas Plutarchus Idibus Aprilis deductas, duobus millibus & quingentis eò miſſis, literis conſignavit; anno inde CCCXXVI. colonorum numerus additus, teſte Livio, agerque iis bello interemptorum eſt aſſignatus, qui poſt biennium à Fidenatibus ſunt occiſi. Deinde OSTIA in ore Tiberis ab Anco Marcio condita, eademque colonia eſt deducta, ut Livius in primis, ac Dionyſius memoriæ prodiderunt; SIGNIAM, & CIRCEJOS in Volſcis deduxit Rex Superbus, illam caſu, hanc conſilio. Cum enim bello Volſcis illato, ac Sueſſa Pometia capta, in Sabinos profectus præſidium in Volſcis reliquiſſet, idque per hiemem in agro Signino caſtra in oppidi modum communiſſet, Signiæ oppido originem dedit. Circejos autem conſulto colonos miſit, quod id oppidum & agro Pomptino, omnium, qui in Latio ſunt maximo, & mari, quod attingebat, eſſet opportuniſſimum. Atque ita quidem Dionyſius. Nam Livius (11) Signiam, Circejoſque colonos miſſos, præſidia urbi futura terra, marique tantum ſcripſit; quin etiam idem Ap. Claudio, P. Servilio Coſs. anno CCLIX., Signiam ſuppleto numero colonorum iterum deductam prodidit; Circejos L. Lucretio, Ser. Sulpicio Coſs. anno CCCLX. Diodorus. Anno autem eo, de quo dixi, CCLIIX., ECETRAS in Volſcis item deductas, ſignificavit Dionyſius, cum ſcripſit, Auruncos poſtulaſſe à Senatu, ut agro, quem Romani ademerant Volſcis Ecetranis, atque in eum colonos deduxerant, qui præſidio gentis eſſent, decederent, alioquin ſe armis eos moturos. Anno CCLIX. A Virginio, T. Veturio Coſs. „ Volſcis devictis Veliternus „ ager ademptos. VELITRAS coloni ab ur„ be miſſi, colonia deducta; ſic Livius: neque vero aliter, niſi quod aliquanto diligentius, Dionyſius: M' Valerium Dictatorem triomphaſſe, ac dimiſſo exercitu in agrum Volſcis ademptum colonos miſiſſe, lectis pauperibus, qui agrum hoſtilem cuſtodirent, & ſeditioſam urbis plebem levarent; biennio poſt cum peſtilentiæ vis vix decimam partem civium reliquiſſet, Veliternos vaſtitatem coloniæ queſtos colonos à Romanis poſtulaſſe: itaque Triumviros creatos, qui novos colonos deducerent; pleriſque peſtilentiæ metu ire recuſantibus, ſorte ductos, qui irent, eoſdemque ire compulſos eſſe; atque hoc idem in Coriolano quoque apud Plutarchum eſt ſcriptum. Hanc autem coloniam civium Romanorum deductam, ſignificat Livius libro III., cum ait: „ In Veliternos veteres „ cives Romanos, quod cum Latinis rebellaſ„ ſent, acerbe ſævitum. Anno CCCLXI., T. Geganio, P. Minucio Conſulibus NORBAM in montes deductam, ut arx eſſet in Pomptino, Livius; ut ſeditio ſedaretur, Dionyſius prodidit. Anno CCLXXXVI., Ti. Æmilio, Q. Fabio Conſulibus Fabius retulit; T. Quinctii ductu, & auſpicio agri capti priore anno aliquantum à Volſcis eſſe: ANTIUM propinquam opportunam maritimam urbem coloniam deduci poſſe; ita ſine querelis poſſeſſorum plebem in agros ituram, civitatem in concordia fore; ea ſententia accepta Triumviros agro dando creant T. Quinctium, A. Virginium, P. Furium; juſſi nomina dare, qui agrum accipere vellent. Fecit ſtatim, ut fit, faſtidium copia, adeoque pauci nomina dedere, ut ad explendum numerum coloni Volſci adderentur; poſt autem anno CDXV., L. Furio, C. Mænio Coſs. ſubactis, qui defecerant, Antiatibus, Antium nova colonia miſſa cum eo, ut Antiatibus permitteretur, ſi & ipſi aſcribi coloni vellent; & civitas, teſte Livio, data. M. vero Fabio, Poſtumo Æbutio Conſulibus, ann. CDXIII., S. C. factum eſt, ut quoniam civitas Ardeatium inteſtino tumultu redacta ad paucos eſſet, coloni eò præſidii cauſſa adverſus Volſcos ſcriberentur. Hoc palam relatum in tabulas, ut plebem Tribunoſque fallerent, judicii reſcindendi (12) conſilium initum; conſenſerant autem, ut multo majore parte colo-

vulgaret, ſe ei adjunxerunt multi, & fortes viri, & non contemnendas vires cum totis familiis migrantes adduxerunt, à quorum duce quodam ex Hetruria profecto, cui nomen erat Cælius, quidam collis, ubi etiam conſedit, ad hanc uſque ætatem Cælius vocatur, & integri populi ſe ejus fidei commiſerunt, ab agro Medullino iniţio facto, populique Romani facti ſunt coloni. Non igitur Medullium colonia deducta, ſed Medullini, atque in iis agris populi coloni facti Romani.

(11) Livius à Dionyſio non diſſentit: nam quod Livius ſummatim dicit Signiam coloniam deductam, Dionyſius, & originem oppidi, & colonos eo miſſos narravit.

(12) Quod iniſſet hoc judicium narraverat Livius lib. 3. *Aricini, atque Ardeates de ambiguo agro cum ſæpe bello certaſſent, multis invicem cladibus feſſi, judicem populum Romanum cepere. Cum ad cauſam orandam veniſſent, concilio populi à magiſtratibus dato magna contentione actum, jamque editis teſtibus, cum tribus vocari, & populum inire ſuffragium oporteret, conſurgit P. Scaptius de plebe magno natu: Et ſi licet, inquit, conſules de Republica dicere, errare ego populum in hac cauſa non patiar. Cum ut vanum eum, negarent COSS audiendum eſſe, vociferantemque prodi publicam cauſam, ſummoveri juſſiſſent, Tribunos appellat. Tribuni ut fere ſemper reguntur à multitudine magis, quam regunt, dedere cupidæ audiendi plebi, ut quæ vellet, Scaptius diceret. Ibi infit, annum ſe tertium & octogeſimum agere, & in eo agro, de quo agitur militaſſe, non juvenem, ſed vigeſima jam ſtipendia merentem cum ad Coriolos ſit bellatum eo ſe rem vetuſtate obliteratam, ceterum ſuæ memoriæ infixam afferre. Agrum, de quo ambigitur finium Coriolanorum fuiſſe, captiſque Coriolis jure belli, publicum populi Romani factum. Mirari ſe quonam more Ardeates, Aricinique, cujus agri jus nunquam uſurpaverint incolumi Coriolana re, eum ſe à populo Romano, quem pro Domino judicem fecerint, intercepturos ſperent. Sibi exiguum vitæ tempus ſupereſſe: non potuiſſe ſe tamen inducere in animum, quin quem agrum miles pro parte virili manu cepiſſet, eum ſenex quoque voce, qua una poſſet, vindicaret. Magnopere ſe ſuadere populo, ne inutili pudore ſuam ipſe cauſam damnaret. COSS cum Scaptium, non ſilentio modo, ſed cum aſſenſu etiam audiri animadvertiſſent: Deos, homineſque teſtantes flagitium ingens fieri patrum primores arcerſunt. Cum his circumire tribunos, orare, ne peſſimum facinus pejore exemplo admitterent, judices in ſuam rem litem vertendo, cum præſertim etiamſi fas ſit, curam emolumenti ſui judici eſſe, nequaquam tantum agro intercipiendo acquiratur, quantum amittatur alienandis injuria ſociorum animis. Nam famæ quidem, ac fidei damna majora eſſe, quam quæ æſtimari poſſent. Hoc legatos referre domum? hoc vulgari? hoc ſocios audire? hoc hoſtes? quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos? Scaptio ne hoc concionali ſeni aſſignaturos putarent finitimos populos? clarum hac fore imagine Scaptium nomen: populum Romanum quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ perſonam laturum, quem enim hoc privatæ rei judicem feciſſe, ut ſibi controverſioſam adjudicaret rem? Scaptium ipſum id quidem, etſi præmortui jam ſit pudoris, non facturum. Hæc COSS.* ...

Digitized by Google

A colonorum Rutulorum, quam Rom. ſcripta, nec ager ullus divideretur niſi is, qui interceptus infami judicio erat, nec ulli prorſus Romano ibi, quam omnibus Rutulis diviſus eſſet, gleba ulla agri aſſignaretur; ſic ager ad Ardeates rediit; Triumviri ad coloniam ARDEAM deducendam creati Agrippa Menenius, T. Clœlius Siculus, M. Æbutius Elua, qui coloni aſcripti in colonia remanſerunt. Deinde anno CCCXXXVII., (*) L. Sergio Fidenate, M. Papirio, C. Servilio Tribunis militum Conſulari poteſtate, opportune captis ex Æquis LAVICIS, Senatus priuſquam ab Tribunis plebis agrariæ ſeditiones, mentione illata de agro Lavicano divi- B dendo, fierent, cenſuit frequens coloniam Lavicos deducendam; coloni ab urbe mille & quingenti miſſi bina jugera acceperunt. Anno etiam CCCLX., L. Lucretio, Ser. Sulpitio Conſulibus Livium video VITELLIÆ coloniæ meminiſſe, nec tamen, quando deducta fuerit, aperire: ſic enim tantum inquit: „ Vitelliam coloniam Romanam in ſuo „ agro Æqui expugnant; nec tamen de ea dubitandum eſt, ſiquidem ita de eadem ſcribit in Vitellio Suetonius: „ Vitellia ab Janiculo uſque ad mare, colonia ejuſdem no„ minis, quam gentili copia Vitellii adver„ ſus Æquicolas tutandam olim depopuſciſ„ ſent. Anno vero CCCLXVIII. cum haud C procul ſeditione res eſſet, ecce tibi, ut inquit Livius, ejus leniendæ cauſſa, poſtulante nullo, largitor voluntarius repente Senatus factus, SATRICUM coloniam duo millia civium Romanorum deduci juſſit; bina jugera, & ſemiſſes agri aſſignati. Triennio vero interjecto, L. Valerio, A. Manlio, & collegis Tribunis militum Conſulari poteſtate, SUTRIUM in Etruria colonos miſſos, mihi Velleji auctoritate eſt perſuaſum; quippe qui eam coloniam ſeptem poſt Romam captam annos notat. Diodorus tamen anno poſt Romam captam Sutrinæ coloniæ meminit, ut Livius poſt Punico bello. Eo certe anno, & Livii, & Velleji teſtimonio certum eſt, D NEPET in Etruria eſſe deductam; ſiquidem Livius ait, quo ad Veliternam militiam paratior plebes eſſet, Triumviros Nepet coloniæ deducendæ creatos. Anno CCCLXXVII., L. Æmilio, Ser. Sulpicio Tribunis mil. Conſulari poteſtate, invenio apud eundem SETIAM, ipſis querentibus penuriam hominum, novos colonos eſſe aſcriptos; itaque anno CDXIII., Privernates Norbam, & Setiam finitimas colonias eſſe depopulatos. Vellejus tamen Setiam poſt annum, quàm Sutrium, deductam ſcribit. Anno inde CDXIX., Ti. Veturio, Sp. Poſtumio Conſulibus, etſi belli pars, ut ait Livius, cum Sidicinis reſtabat, tamen ut beneficio prævenirent deſiderium E plebis, de colonia deducenda CALES retulerunt; factoque S. C. ut duo millia quingenti homines eo ſcriberentur, Treſviros coloniæ deducendæ agroque dividendo creaverunt K. Duilium, T. Quinctium, M. Fabium. Cales Auſonum fuit; ejus item hoc anno deductæ meminit Vellejus. Poſt quinquennium vero L. Æmilio, C. Plautio Coſs. ANXUR trecenti in coloniam miſſi bina jugera agri acceperunt. Inſequenti vero anno FREGELLAS (Sidicinorum is ager, deinde Volſcorum fuerat) colonia deducta. Utriuſque cum Paterculo auctor eſt Livius. Anno inde CDXXXIX., C. Sulpicio, M. Pœtelio Coſs. cum Lucerini in Apulia ad internecionem eſſent cæſi, eo ita proceſſit, ut, cum de coloniis mittendis LUCERIAM conſuleretur Senatus, multi delendam cenſerent; præter odium, quod exocisbile in bos captos eſſet, longinquitas quoque abhorrere à relegandis tam procul ab domo civibus inter tam infeſtas gentes cogebat; vicit tamen ſententia, ut mitterentur coloni; duo millia, & quingenti miſſi; meminit hujus non Livius ſolum, cujus hæc verba ſunt, ſed Polybius quoque, Diodorus, & Paterculus. Poſtero anno SUESSA, & PONTIÆ coloniæ ſunt deductæ. Sueſſa Auruncorum fuerat. Volſci Pontias inſulam ſitam in conſpectu litoris ſui incoluerunt. Ita quidem Livius, num vero aliter Vellejus? etiam; nam Sueſſam Auruncam triennio poſt deductam ait, quam Luceriam. Addit præterea eodem anno SATICULAM in Samnio eſſe deductam, de cujus deductione apud Livium ſcriptum nihil invenio; cum tamen idem ille poſt lib. XXVII. Saticulanorum colonorum meminerit; ex Feſtinis porro commentariis apparet, Saticulam deductam eſſe à Triumviris M. Valerio Corvo, Junio Scæva, P. Fulvio Longo ex S. C. K. Jan. L. Papirio Curſore, C. Junio iterum Conſulibus. Iiſdem autem conſulibus, ut ait Livius, INTERAMNAM, & CASSINUM ut perducerentur coloniæ, S. C. factum eſt; ſed Triumviros creavere, ac miſere colonorum quatuor millia inſequentes Conſules M. Valerius, P. Decius. Interamnæ idem poſt etiam meminit L. Poſtumio, M. Atilio Coſſ. cum ait: „ Samnites Interamnam coloniam, „ quæ via Latina eſt, occupare conati ſunt. Diverſus tamen eſt ab eo in hoc quoque Vellejus, quod Interamnam biennio poſt deductam ait, quàm Saticulam. Anno CDL., L. Genucio, Ser. Cornelio Coſs. SORAM, atque ALBAM coloniæ deductæ. Albam in Æquos ſex millia colonorum ſcripta, Sora agri Volſci fuerat, ſed poſſederant Samnites; eò quatuor millia hominum miſſa. Hanc quidem in modum Livius. Paterculus autem has tantum decennio poſt Interamnam deductas notat. Poſt quadriennium, M. Fulvio, T. Manlio Coſs. NEQUINUM in Umbris in dedi-

bet patres vociferantur; ſed plus cupiditas, & auctor cupiditatis Scaptius valet. Vocatæ tribus judicaverunt agrum publicum populi Romani eſſe. Nec abnuitur ita fuiſſe, ſi ad judices alios itum foret. Nunc haud ſane quicquam bona cauſa oleatur dedecus judicii: idque non Aricinis, Ardeatibuſque, quam patribus Romanis fœdius, atque acerbius viſum. Inſequenti anno Ardeates ob injuriam agri abjudicati de defectione agitare cœperunt. Legatos itaque Romam miſerunt, ita de injuria querentes, ut ſi demererentur ea, in fœdere, atque amicitia manſuros reſtituto agro appareret. Ab Senatu reſponſum eſt, judicium populi reſcindi ab Senatu non poſſe, præter quam quod nullo, nec exemplo, nec jure fieret, concordiæ etiam ordinum cauſa. *Si Ardeates ſua tempora expectare velint, arbitriumque Senatus levandæ injuriæ ſuæ permittant, fore ut poſtmodum gaudeant ſe ira moderatos; ſciantque patribus æque curæ fuiſſe, ne qua injuria in eos oreretur, ac ne orta diuturna eſſet. Ita legati cum ſe rem integram relaturos dixiſſent, comiter dimiſſi.* Altero anno nata inter Ardeates ſeditione, eam occaſionem nactus Senatus eſt reſtituendi coloniæ nomine Ardeatibus agrum, ut hic narrat Sigonius.

(*) *Corrige* CCCXXXVIII. *Latinius.*

deditionem populi Romani venit; colonia eò adverſus Umbros miſſa, à flumine Narnia eſt appellata. Poſt autem anno DLIV., P. Villio, L. Cornelio Coſs. Narnienſium legatis querentibus ad numerum ſibi colonos non eſſe, immiſtos quoſdam non ſui generis pro colonis ſe gerere, earum rerum cauſſa Triumviros creare L. Cornelius Conſul juſſus; creati P. & Sex. Ælii Pæti, & C. Cornelius Lentulus, teſte Livio. Qui idem anno CDLV. à Conſulibus L. Cornelio, Cn. Fulvio CARSEOLOS in agrum Æquicolarum colonos miſſos ſcribit, cum tamen ſui, ut puto, oblitus, ita in anni CDLI. rebus exponendis ſcripſiſſet: „ Nuntiatum à Marſis agrum vi „ teneri, in quem Carſeoli colonia deducta „ erat. Anno idem CDLVII., Ap. Claudio II. L. Volumnio II. Conſulibus, cum de præſidio regionis depopulatæ à Samnitibus agitaretur, placuit, ut duæ coloniæ circa Veſcinum, & Falernum agrum deducerentur: una ad oſtium Liris fluvii, quæ MINTURNÆ appellata; altera in ſaltu Veſcino Falernum contingente agrum, ubi Synope dicitur Græca urbs fuiſſe, SINUESSA deinde ab colonis appellata; Tribunis plebis negotium datum eſt, ut plebiſcito juberetur P. Sempronius prætor Triumviros in ea loca colonis deducendis creare. Nec qui nomina darent, facile inveniebantur, quia in ſtationem ſe prope perpetuam infeſtæ regionis, non in agros mitti rebantur. Hæc Livius; qui idem poſt bello Punico II. narrando Sinueſſam Romanam coloniam Samniti oppoſitam ſcribit. Vellejus autem aliquanto ſecus, Fabio quintum, Decio Mure quartum Coſs. utroque colonos eſſe deductos: Quadriennio interjecto VENUSIAM in Apulia coloniam miſſam eſt, teſte Paterculo. Itaque Livius anno DLIII. P. Galba, C. Cotta Coſs. Triumviros creatos ſcribit ad ſupplendum Venuſinis numerum colonorum, quod bello Annibalis attenuatæ vires ejus coloniæ eſſent, C. Terentium Varronem, T. Quinctium Flamininum, P. Cornelium Cn. F. Scipionem. Anno CDLXXI. C. Fabricio, Q. Æmilio Coſs. SENA in agrum de Gallis Senonibus captum deducta; quantum ex verbis Polybii, & epitome XI. Livii ſuſpicari licet. Fabio autem Dorſone, Claudio Canina Coſs. qui fuit annus ab U. C. CDLXXX., COSAM, & PÆSTUM coloni aſcripti, teſte eadem epitoma cum Paterculo. Pæſtum, quæ & Poſſidonia Lucanorum, Coſſa Tuſcorum fuit, utraque ad mare, poſt autem anno DLVII. L. Furio, M. Claudio Coſs. Coſſanis poſtulantibus, ut ſibi colonorum numerus augeretur, mille aſcribi juſſi, dum ne quis in numero eſſet, qui poſt L. Cornelium, & Ti. Sempronium Coſs. hoſtis fuiſſet. Plutarchus Narniam, & Coſſam à T. Quinctio Flaminino ante Conſulatum deductas ſcribit. Inde quinquennio poſt P. Sempronio, Ap. Claudio Coſs. ARIMINUM in Gallia, & BENEVENTUM in Samnio deductas invenio apud Vellejum, & Eutropium, & Livium, & Polybium: de quo illud memorabile narrat Feſtus: „ Beneventum, cum colonia deduceretur appellari cœptum eſſe melioris ominis „ cauſſa, cum eam urbem Græci incolentes „ ante Maleventum appellarent; unde notum illud eſt apud Plinium: „ Hirpinorum coloniam Beneventum auſpicatius mutato no„ mine, quæ quondam appellata Maleventum.

Inde HADRIAM in Picenum coloni miſſi, ut ſcriptum legimus in epitoma XI., credo anno, poſtquam Picentes devicti ſunt, M. Atilio, L. Julio Conſulibus. Hadrian. Vomano flumine humectatam tradit Silius, eandem in mediterraneis non longe à Matrino amne collocat Strabo. Ab hac nomen inveniſſe mare Adriaticum putat P. Victor in Hadriano, cum id ab Adria potius Venetorum ductum conſtantior fama ſit. Deinde FIRMUM, & CASTRUM NOVUM coloni aſcripti initio Punici belli, ut ait Vellejus, quod anno CDLXXXIX. eſt initum Ap. Claudio, M. Fulvio Coſs. Caſtri certe memoria extat etiam in epitoma Livianorum XI. Firmum Picentum, Caſtrum Tuſcorum fuit, utrumque maritimum. Quocirca Livius lib. XXXVI. inter colonos maritimos Oſtiam, Fregenas, Caſtrum novum, & Pyrgos numeravit. Poſtero anno ÆSERNIAM, in Samnitibus deductam apud Livium libro XVI & Vellejum primo invenio. Eodemque Vellejo teſte poſt annum XVII, ÆSULUM, & ALSIUM, colonos eſſe deductos video. Alſium Etruſcorum eſt ad mare. Poſt biennium vero FREGENAS ad mare Tyrrhenum deductas. Et inſequenti anno Torquato, & Sempronio Coſs. in Sallentinis BRUNDISIUM, narrat Vellejus; neque aliter eſt in epitoma XIX. Cicero natalem diem Brundiſinæ coloniæ Nonas Sextilis fuiſſe in epiſtolis ad Atticum ſcriptum reliquit. Triennio vero interjecto SPOLETIUM in Umbria eſt deducta. Et poſt biennium VALENTIA Vellejo teſte. Spoletium Latinam coloniam fuiſſe oſtendit Cicero in defenſione Balbi, cum ait: „ T. Matrinium „ Spoletinum ex colonia Latina à C. Mario „ civitate donatum. Anno inde DXXXV., P. Cornelio, Ti. Sempronio, Coſs. CREMONA in Inſubribus, PLACENTIA in Bojis deducti. Cremonam tradit Tacitus lib. XIX. propugnaculum adverſus Gallos trans Padum agentes, ſi qua alia vis per alpes irrueret, conſtitutam; de Placentia ita ſcriptum invenio in commentario Pediani: „ In annalibus „ eorum, qui bellum Punicum ſecundum „ ſcripſerunt, tradi video Placentiam colo„ niam deductam pridie Kal. Jan. Ti. Sem„ pronio, & P. Cornelio Conſulibus, primo „ anno ejus belli; ſex millia hominum novi „ coloni deducti ſunt; in quibus equites de„ ducendi fuit cauſſa, ut opponerentur Gal„ lis, qui eam partem Italiæ tenebant; de„ duxerunt Triumviri P. Cornelius Aſina, „ P. Papirius Maſo, Cn. Pompejus, alias „ Cn. Cornelius Scipio, eamque coloniam „ LIII. deductam eſſe meminimus; deducta „ eſt autem Latina. Neque vero ſecus eſt in epitoma XX., Placentiam, & Cremonam in agro de Gallis capto deductas; itemque apud Polybium lib. III. utraſque autem velut clauſtra ad cohibendos Gallicos tumultus oppoſita alio loco refert Livius. Inde vero anno DLXII L. Cornelio, C. Lælio Coſs. decrevit Senatus, uti C. Lælius, ſi ei videretur, ſex millia familiarum conſcriberet, quæ Placentiæ, & Cremonæ dividerentur, & ut L. Aurunculejus prætor Triumviros crearet ad eos colonos deducendos; creati M. Atilius Serranus, L. Valerius P. F. Flaccus, L. Valerius C. F. Tappus; Conſul in ſupplementum Cremonæ, & Placentiæ colonos ſcripſit. Quoniam autem Placentiam LIII. coloniam fuiſſe deductam prodit Aſconius,

placet hoc loco, quæ ex tam multis coloniis per bellum Punicum floruerint, quæque jacuerint, recitare. Livium enim tantum quadraginta commemorare invenio, triginta quidem lib. XXVII., alias vero in aliis: „ Triginta *inquit* tum coloniæ populi Rom. erant; ex his duodecim, cum omnium legationes Romæ eſſent, negaverunt Conſulibus; eſſe unde milites, pecuniamque darent: eæ fuere Ardea, Nepet, Sutrium, Circeji, Alba, Carſeoli, Sueſſa, Sora, Setia, Cales, Narnia, Interamna; reliquæ XVIII. ſe, ad quidquid opus eſſet, præſto futuras reſponderunt, Signini, Norbani, Saticulani, Brundiſini, Fregellani, Lucerini, Venuſini, Adriani, Firmani, Ariminenſes, & ab altero mari Pontiani, Pæſtani, Coſſani, Mediterranei Beneventani, Æſernini, Spoletini, Placentini, Cremonenſes; lib. autem XXVII.: „ colonos maritimos, qui ſacroſanctam vacationem habere dicebantur, ad Senatum ait veniſſe, Oſtienſem, Alſienſem, Antiatem, Anxuratem, Minturnenſem, Sinueſſanum, & a Supero mari Senenſem; & lib. XXXVI.: colonis maritimis vacationem rei navalis negatam; quæ erant Oſtia, Fregenæ, Caſtrum novum, Pyrgi, Antium, Tarracina, Minturnæ, Sinueſſa; ex quo apparet prætermiſſas ab eo Caſſinum, Æſulum, & Valentiam, haud ſcio an quia Annibalis partium eſſent; nam reliquas Cæninam, Antemnas, Cruſtumerium, Medulliam, Fidenas, Cameriam, Ecetras, Velitras, Lavicos, Satticum, & Vitelliam aut afflictas crediderim, aut certe non admodum magnis tum fuiſſe opibus præditas; in his autem illud eſt obſervatione dignum, Pyrgos coloniam nominari, cujus deductio ignoretur. Quas autem hoc loco XII. colonias imperium ait abnuiſſe, eas alio loco Latinas colonias vocat. Anno inde DLIV. L. Cornelio, P. Villio Coſs. CASTRORUM PORTORIUM, inquit Livius: „ quo in loco nunc oppidum eſt, cenſores ſtruendum locarunt, colonoſque eò trecentos (is numerus à Senatu finitus erat) aſcripſerunt. Poſt biennium vero, C. Cornelio, C. Minucio Coſs. C. Acilius Tribunus plebis tulit, ut quinque coloniæ in oram maritimam deducerentur, duæ ad oſtium fluminis VULTURNI, LITERNIQUE, una ad PUTEOLOS, una ad caſtrum SALERNI, his BUXENTUM adjectum; tricenæ familiæ in ſingulas colonias jubebantur mitti, iis deducendis Triumviri ii, qui per Triennium magiſtratum haberent, creati M. Servilius Geminus, C. Minucius Thermus, Ti. Sempronius Longus. Triennio vero interjecto, P. Scipione, Ti. Longo Coſs. coloniæ ſunt deductæ, Puteolos, Vulturnum, Liternum, treceni homines in ſingulas: item Salernum, Buxentumque omnes civium Romanorum deduxere Triumviri Ti. Sempronius Longus, qui Conſul erat, M. Servilius, C. Minucius Thermus. Ager, qui diviſus eſt, Campanorum fuerat. Eodemque anno SIPONTUM in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloniam civium Romanorum deduxere Triumviri D. Junius Brutus, M. Bæbius Tamphilus, M. Helvius. Iiſdemque Coſs. TEMPSAM, & CROTONEM civium Romanorum coloniæ deductæ ſunt. Tempſanus ager de Bruttiis captus erat. Bruttii Græcos expulerant. Crotonem Græci habebant; Triumviri C. Octavius, L. Æmilius Paulus, C. Plætorius Crotonem, Tempſam L. Cornelius Merula, C. Salonius * deduxerunt; anno vero DLXIII. Sp. Poſtumio, C. Marcio Coſs. Triumviri ad colonos ſcribendos Sipontum Supero mari, Buxentum Infero, deſertas colonias, ab T. Mænio Prætore urbano creati ſunt L. Scribonius Libo, C. Tuccius, Cn. Bæbius Tamphilus. Ante vero triennium, in Conſulatu L. Cornelii, & C. Minucii M. Ælius Tubero Tribunus plebis tulerat ad plebem, plebeſque ſciverat, ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum deducerentur; iis deducendis Triumviri creati, quibus in triennium imperium eſſet, in Bruttios Q. Nævius, M. Minucius Rufus, M. Furius Craſſipes: in Thurinum agrum A. Manlius, Q. Ælius, cujus lege deducebatur, L. Apuſtius. Ea bina comitia Prætor urbanus Cn. Domitius in Capitolio habuit. Itaque inſequenti anno coloniam Latinam in agrum THURINUM deduxerunt; tria millia peditum iere, CCC. equites; numerus exiguus pro copia agri; dari potuere quadragena jugera in ſingulos pedites, ſexagena in equites. Apuſtio auctore tertia pars agri dempta; quo poſtea, ſi vellent, novos colonos aſcribere poſſent; vicena jugera pedites, quadragena equites acceperunt. Poſtero vero VIBONEM coloni aſcripti ex S.C. plebeique ſcito; mille ſeptingenti pedites ierunt, trecenti equites; Triumviri deduxerunt Q. Nævius, M. Minucius, M. Furius Craſſipes; quina dena jugera agri data in ſingulos pedites ſunt, duplex equitibus. Bruttiorum proxime fuerat ager. Bruttii ceperant de Græcis. Strabo Hipponem à Locrenſibus conditum, atque Bruttiis à Romanis ademptum Vibonem Valentiam nominatum prodit. Anno DLXIII. C. Lælius Cos. cum ex Gallia Romam rediiſſet, ut novæ coloniæ duæ in agrum, qui Bojorum fuiſſet, deducerentur, & retulit, & auctore eo patres cenſuerunt. Itaque poſtero anno ante diem III Kal. Jan. BONONIAM Latinam coloniam ex S. C. L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus IIIviri deduxerunt; tria millia hominum ſunt deducta; equitibus ſeptuagena jugera, ceteris colonis quinquagena ſunt data; ager captus de Gallis Bojis fuerat. Galli Tuſcos expulerant; confirmat hoc extremum Plinius, qui Bononiam Felſinam vocitatam tradit, cum princeps Etruriæ eſſet. Anno DLXIX. P. Claudio, L. Porcio Coſs. coloniæ duæ POTENTIA, ſive POLLENTIA in Picenum, PISAURUM in Gallicum agrum deductæ ſunt; ſena jugera in ſingulos data: diviſerunt agrum, colonoſque deduxerunt iidem Triumviri Q. Fabius Labeo, M. & Q. Fulvius Flaccus, & Nobilior, ut prodidit cum Paterculo Livius. Anno vero DLXX. D. Claudio, Q. Fabio Coſs. cum agitaretur, ut colonia AQUILEJA deduceretur, nec ſatis conſtaret, utrum Latinam, an civium Romanorum deduci placeret, poſtremo Latinam potius coloniam deducendam patres cenſuerunt. Triumviri creati ſunt P. Scipio Naſica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Poſtero anno deducta eſt in agro, qui fuerat Gallorum Tranſalpinorum, tria millia peditum, quinquagena jugera, centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt.

Sed ecce in manibus patria MUTINA, itemque PARMA. Hæ eodem anno, quo

Aqui-

Aquileja Latina decreta eſt, civium Romanorum coloniæ ſuni deductæ; bina millia hominum in agrum, qui proxime Bojorum, ante Tuſcorum fuerat, octona jugera Parmæ; quina Mutinæ acceperunt; deduxerunt Triumviri M. Æmilius Lepidus, T. Æbutius Carus, L. Quinctius Criſpinus; meminit poſt Mutinæ Cicero in Philippicis, ad laudem inquiens: *Quid intereſt, utrum hanc urbem Antonius oppugnet, an hujus urbis propugnaculum, coloniamque populi Romani præſidii cauſſa conſtitutam?* Quo fit, ut in hoc erratum eſſe Polybii putem, qui Mutinam coloniam initio alterius Punici belli commemorat. Eodem anno SATURNIA in agrum Caletranum eſt deducta; deduxerunt Triumviri Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, Ti. Sempronius Gracchus. Jugera in ſingula dena data. Ptolemæus Saturnism coloniam inter mediterraneas Tuſcorum refert. Anno DLXXII. P. Cornelio, M. Bæbio Coſs. GRAVISCAS colonia in agrum Etruſcom de Tarquinienſibus quondam captum eſt miſſa; quina jugera agri acceperunt; Triumviri deduxerunt C. Calpurnius Piſo, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Iſtra; hæc quidem Livius; cum quo diſſentit Paterculus, cui Graviſcas eodem anno, quo Aquilejam, deductas placet. Poſtero anno PISANIS agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratiæ ab Senatu actæ; Triumviri, teſte Livio, creati ad eam rem C. Fabius Buteo, M. & P. Popillii Lænates; meminit ejus & Ptolemæus. Poſt triennium aotem LUCAM coloniam duo millia civium Romanorum ſunt deducta. Triumviri deduaerunt P. Ælins, L. Ægidius, Cn. Sicinius; quinquagena & ſiogula jugera, & ſemiſſes agri in ſingulos data ſunt. De Liguribus captus is ager erat. Etruſcorum ante, quam Ligurum, fuerat. Ita quidem Livius. Nam Vellejus quadriennio poſt Aquilejam hanc deductam ſcribit. Quo ex eodem Cn. Cornelio, M. Fulvio Nobiliore Coſs. an. CXCIV. AUXIMUM in Picenum colonos eſſe miſſos cognoſcitur. Eodemque temporum intervallo RHUDIAS io Meſſapieis deductas ſignificare videtur Cicero, cum ſcribit in Bruto, Q. Fulvium Nobiliorem, cum Triumvir coloniam deduceret, Q. Ennium (fuit illa Rhudinus) civitate donaſſe. Fulvius autem Conſulatum anno urbis ſexcenteſimo geſſit. Inde C. Caſſio Longino, & C. Seatio Calvino Coſs. anno DCXXIX. FABRATERIA in Latio, Vellejo auctore, eſt deducta. Poſtero autem, quo Q. Metellos, & T. Flamininus Conſules fuerunt, multas colonias à C. Sempronio Graccho Tribuno plebis deductas accepimus. Siquidem ita iu epitomis Livianæ hiſtoriæ ſcriptum eatat: „ C. Gracchos Tribunus plebis continuato in alterum „ annum Tribunatu, legibus agrariis latis ef„ fecit, ut complures coloniæ in Italia dedu„ cerentur, & una in ſolo dirutæ Carthagi„ nis; quo idem Triumvir creatus coloniam „ deduxit. Iavenio autem in Plutarchi, & Appiani hiſtoriis, Gracchum in ſecundo Tribunatu de duabus tantum coloniis deducendis Capua, & Tarento tuliſſe. M. autem Livium Druſum Gracchi collegam ex S. C. legem de duodecim coloniarum deductione, & tribus millibus in ſingulas aſcribendis pertuliſſe. Capuam tamen non eſſe deductam ſatis aperte indicat Cicero, cum in agrariis ait, Gracchos Campanum agrum attingere non eſſe auſos. Ergo ſi vel Gracchi, vel Druſi lege multæ in Italia coloniæ deductæ ſunt, profecto ea eo numero illæ fuerunt, quas poſt annum, quam Fabrateria, deductas narrat Vellejus, SCYLLATIUM, MINERVIUM, TARENTUM, NEPTUNIAM, & DERTHONAM, de qua tamen idem ambigi ait. Sunt qoi conjecturam ſecuti in hunc numerum Nolam etiam, Ariciam, & Lavinium referant, (*) quarum poſt Marſico bello, & civili Sullano mentio in epitomis uſurpatur hoc modo: „ Nola colonia in poteſtatem „ Samnitium cum L. Poſtumio Prætore venit. Item: „ Marius Antium, Ariciam, Lavinium „ colonias devaſtavit. Verum non XII. eſſe deductas, com alia indicant, tum vero id, quod eſt apud Appianum de M. Druſo hujus M. Druſi filio, legem eum de coloniis in Italia deducendis tuliſſe, quæ jampridem decretæ, nondum rameo deductæ fuerant; quam legem poſt S. C. ſublatam diximus.

Ultima autem ea iis, de quibus ante bellum Italicum deductis aliquid accepimus, fuit EPOROEDIA, C. Mario VI., & L. Flacco Coſs. Vellejo teſte, deducta, ut eſſet præſidio adverſus Sallaſſos, auctore Strabone, tumultuantes; neque poſt hanc ullam ferme aliam niſi militarem, coloniam deductam eſſe, eidem placet, quas militares in tertium librum rejecimus. Atque de coloniis quidem hactenus expoſitum ſit.

CAP. VI.

De municipiis.

SEquitur altera quæſtio de municipiis, nobilis illa quidem in primis, & cognitione digniſſima, verum tam multis tenebris vel vetuſtatis, vel inſcitiæ occultata, ut nos vix vetera ejus indagandæ veſtigia in tanta ſive rerum, ſive temporum, ſive monumentorum quaſi caligine videamus. Sed ingredienti, quid ſuſciperem, fuit videndom, nunc quò me incerta plerumque, & fallax aura conjecturæ proveaerit, vela danda ſunt. Municipia autem in eo præcipue à coloniis diverſa

fuiſſe

(*) *Lanuvium* ubique ſcribendum puto. In Lanuvii, Laviniique nomine a multis puto peccatum ſæpe eſſe ob literarum, locorumque vicinitatem; cum ea ſit, meâ ſententiâ, expeditiſſima hujus ambiguitatis expediendæ ratio, quod ut Confinium Confinienſes, ita Lavinium Lavinienſes facis, niſi apud poetas Lavinius reperiatur. Lavinii autem oppidum ea conjectura ducor, ut poſt Coriolanum brevi interierit, quod nuſquam ejus extet mentio. Poſt ea tempora, cum præſertim prodigia diligentiſſime adnotata reperiantur in his vicinis urbi locis; Lavinii autem nulla ſit in tanta annorum obſervata ſerie. Hanc per ſe lubricam errandi occaſionem Græcorum ſcribendi Latina nomina uſus maxime auxit. Quia enim illi literam V. conſonantem non habent in iis nominibus ſcribendis, quæ neceſſario ipſam poſtulant, fuerunt varii, & inconſtantiſſimi. Si quis autem objiciat Lanuvinos municipes, non colonos fuiſſe, facile ex eadem Epitom. rem hanc ita eſſe defendes. Nam ibi Antium, Ariciam, & Lanuvium conjungit, conſtatque eodem jure fuiſſe omnes eodem tempore donatos, ut habes infra Cap. 9. & improprie colonos in Epitom. nominatos eſſe, ut nostri temporis eruditis viris ingenioſe videtur, & fortaſſe etiam vere. *Latinus.*

fuiſſe reperio, quod, ut traditum eſt apud Gellium, coloniæ ex civitate Romana quaſi propagarentur, municipia in civitatem extrinſecus vocarentur. Etenim, quod in primo libro de jure civium Romanorum docuimus, civitas aut ſingulis, aut univerſis alicujus oppidi incolis impertita eſt: univerſis autem ita, ſi aut Romam commigrarent, aut in patria ſua, id eſt, in municipio remanerent; quorum primi, & ſecundi cives Romani, tertii proprio municipum nomine ſunt ſignati; atque ille quidem a Romulo traditus, ut dixi, nos poſt ſæpiſſime eſt uſurpatus. Hanc vero conſuetudinem populi Romani poſt urbem à Gallis captam in Rempublicam induxit. Siquidem primi municipes fuiſſe feruntur Cærites, quos ob cuſtodita bello Gallico Romana ſacra civitatis Romanæ honore affectos accepimus. Municipes autem ex eo nominatuat, quod jus adepti eſſent cum populo Romano munera capiendi. Quocirca præclare Ulpianus municipes proprie dictos prodidit: „ qui in civitatem Romanam accepti, mune„ tum participes fierent; egregie etiam Paulus. „ qui municipes appellatos, quod munera ci„ vilia caperent, dixit. Munera vero illi nihil aliud, quam officiorum civilium jura vocarunt. Itaque municipes poſſumus ducere homines juris civium Romanorum participes, & municipium oppidum jure Civium Romanorum donatum; quod, credo, alio nomine oppidum civium Romanorum vocavit Plinius, (13) cum in Hiſpania citeriore eſſe dixit *colonias XII. oppida civium R. XIII. Latinorum veterum XVIII.* & poſt: *in ora coloniam Barcinonem, oppida civium R. Betulonem, & Illuronem*. Municipii porro conſtituendi multo expeditior, atque proclivior ratio fuit, quam coloniæ deducendæ; quippe cum ad largiendam civitatem ſatis Senatus conſulto fuerit, & plebiſcito, id eſt, ut ex auctoritate Senatus de ea ferretur ad populum: unde illa ſunt apud Livium de Privernatibus: *Ex auctoritate patrum latum ad populum, ut Privernatibus civitas daretur*; & de Campanis equitibus: *latum ad populum, ut cives Romani eſſent*; civitatis tamen communicandæ arbitrium penes populum ita fuiſſe, ut etiam ſine patrum auctoritate, (14) cui liberet, civitatem dare poſſet, neſcio an apertius ab aliquo tradi poſſit, quam à Livio traditum eſt alio loco, cum ait de Formianis, Fundaniſque municipibus: „ C. Valerium Tappum Tribunum „ plebis promulgaſſe, ut iis ſuffragii latio „ eſſet; ei rogationi quatuor Tribunos plebis, „ quia non ex auctoritate Senatus ferretur, „ cum intercederent, edoctos, populi eſſe, „ non Senatus jus ſuffragiumque, quibus „ vellet, impertiri, deſtitiſſe incœpto. Quæret forſitan aliquis, an vero rogatione de civitate perlata, confecta res erat? non equidem arbitror. Etenim ſi civitas cum ſuffragio data eſſet, præterea ut à cenſoribus in certam ex XXXV. tribubus conferrentur requirebatur. Quæ quia ipſa per ſe ſatis aperta res eſt, uno mihi tantum confirmanda videtur exemplo. *Eo anno*, inquit Livius, *cenſus actus, novique cives cenſi, tribus propter eos additæ Mæcia & Scaptia; cenſores addiderunt Q. Publilius Philo, Sp. Poſthumius*. Hi vero Lanuvini, Aricini, Nomentani, & Pedani fuerunt, quos cives bello Latino populus R. aſciverat. An vero hoc perpetuum jus cenſorium fuerit, ut addubitem, verba illa Livii faciunt, cum ait: *rogationem eſſe perlatam, ut Fundani in Æmilia tribu ferrent; atque in hac tribu tum primum ex Valerio plebiſcito à cenſoribus T. Quinctio, M. Claudio cenſos eſſe*. Hac enim lege tribus expreſſa eſt, in qua novi cives ſuffragium ferrent, non arbitrio cenſorum permiſſa; ex quo intelligi poteſt, jus ac beneficium civitatis, totum à populo Romano eſſe profectum; atque hi quidem proprie municipes dicuntur fuiſſe, qui civitatis Romanæ compotes erant facti.

CAP. VII.

De jure municipiorum.

UT autem Coloniarum duo genera fuiſſe comperimus, item municipiorum; quam diviſionem non aliunde, quam à juris diſſimilitudine video emanaſſe; quandoquidem non eodem omnia municipia jure donata ſunt. Etenim quanquam omnibus municipibus civitas eſt tributa, tamen quia civitatis, ut diximus, munera, ſive jura diverſa fuerunt, nec omnes municipes eodem modo omnia obtinuerunt, varietas juris diſſimilitudinem quandam pepererit civitatis, neceſſe eſt. Quæ autem hæc juris diverſitas fuit? nempe, quod alii jus tantum legionis, alii præter legionem reliqua omnia jura ſunt conſecuti; quam differentiam antiquos rerum Romanarum ſcriptores his verbis video expreſſiſſe, ut illis ſine ſuffragio, his cum ſuffragio civitatem communicatam dicant; ſuffragium enim pro optimo

(13) Ego potius Plinium interpretor, ut duodecim coloniæ in Hiſpania, coloniæ Hiſpanicæ, ideſt in ea ipſa provincia, atque provinciales deductæ, quas deduci vidimus ſupra; oppida civium Romanorum tredecim, fuiſſe colonias civium Romanorum, ut & oppida decem & ſeptem Latinorum veterum, quæ aliter explicari non poſſunt, quam coloniæ Latinæ cum jure veteris Latii.

(14) Civitatis datio ſine dubio ad populum pertinebat, ſuffragii autem multo magis. Ipſis Imperatoribus cum ad provincias proficiſcebantur, concedebatur quandoque facultas dandi benemeritis ſociis civitatem. Sed hæc facultas lege, non Senatuſconſulto dabatur. Tales autem leges ex S. C. ferri conſueverunt. Nonnullas poſt Livium pluribus locis memorat Cicero pro L. Corn. Balb., utnimirum ex *ſententia Senatus*. Tres autem ſine dubio latam præter Senatus ſententiam, verum etiam eo adverſante. Hæc de Formianis, Fundaniſque, & addendum etiam de Arpinatibus, de quibus quoque latam Valeriam legem ait Livius, ſcilicet lib. 38, quæ lex præter Senatus ſententiam. Apuleja Saturnini, quæ decernebat, ut C. Marius in ſingulas colonias ternos cives Romanos facere poſſet: Servilia Glauciæ, quæ cives Romanos Latinos quoſque faciebat, qui Senatorem Romanum accuſaſſent, condemnationemque feciſſent. Cic. pro L. Corn. Balb. Hæ autem duæ leges adverſante ſine dubio Senatu, atque in ſeditione, & per vim latæ; unde Saturninus occiſus apud Liv. lib. 69. Glaucia autem longe poſt homines natos improbiſſimus Cic. in Brut. Quod autem dicit Livius quatuor illos Tribunos plebis edoctos Populi eſſe, non Senatus jus ſuffragium quibus vellet impertiri, referendum ad illam turbationem factam poſt creatos Tribunos plebis juſſu priſtini Senatus, ex quo nihil legis, belli, pacique ad Populum ferri poterat ſine Senatus ſententia: nam poſt, etiam nihil in Senatu propoſito; quinimo adverſante etiam Senatu a Tribunis leges etiam de omnibus ferri cœptæ.

A mo jure civitatis acceperunt; nempe, quia nec ſuffragium eſt ſine tribu, & qui ſuffragii jus habet, fere magiſtratus etiam habet. Primum autem municipum genus his mihi verbis prope depinxiſſe videtur Gellius, cum dixit: „ municipes eſſe cives Rom. ex municipiis ſuo jure, & legibus ſuis utentes, „ muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, à quo munere capeſſendo appellatos videri, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla populi Romani lege „ aſtrictos, cum nunquam populus eorum „ fundus factus eſſet; primos autem municipes ſine ſuffragii jure Cærites eſſe factos; „ conceſſumque illis, ut civitatis Romanæ B „ honorem quidem caperent, ſed negotiis „ tamen, atque honoribus vacarent pro ſacris „ bello Gallico receptis, cuſtoditiſque; hinc „ tabulas Cærites appellatas verſa vice, in „ quas cenſores referri jubebant, quos notæ „ cauſſa ſuffragiis privarent. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, hoc genus municipiorum neque jus Quiritium habuiſſe, neque alias populi Romani leges obſervaſſe, quod in his fit: „ nulla populi Romani eos fuiſſe lege „ aſtrictos, cum populus eorum nunquam „ fundus factus eſſet; ſiquidem fundi populi erant, qui jus Quiritium aſciverant; caruiſſe autem eoſdem ſuffragio, & negotiis, atque oneribus civilibus vacaſſe, ex eo cognoſcitur, C quod idem ſcriptum eſt: „ muneris eos honorarii tantum cum populo Romano fuiſſe „ participes; id eſt, tantum honoris cauſa in Romanam civitatem veniſſe; unde illud eſt Livianum: „ Campanis equitibus quia cum „ Latinis rebellare noluiſſent, honoris cauſſa „ civitatem ſine ſuffragio datam; honorem autem hoc loco non magiſtratum vocant; neque enim qui ſuffragii non ſunt compotes honorum eſſe participes poſſunt, ſed quendam dignitatis gradum, quod & cives Romani dicerentur, & in legione tanquam cives Romani non in auxiliis, ut ſocii, militarent. Quod extremum quanquam eſt à Gellio prætermiſſum, habet tamen aliorum veterum ſatis grave teſtimonium; hinc enim extiterunt D illa jam trita Feſti: „ Municipes, qui ex aliis „ civitatibus Romam veniſſent, quibus non „ licebat magiſtratum capere, ſed tantum „ honoris partem; at Servius filius ajebat „ initio fuiſſe; qui ea conditione cives Ro„ mani fuiſſent, ut Rempublicam ſemper ſe„ paratim à populo Romano haberent, Cu„ manos videlicet, Acerranos, Atellanos, „ qui æque cives Rom. erant, & in legione „ mererent, ſed dignitates non capiebant. „ Municipium id genus hominum dicitur, „ qui cum Romam veniſſent, nec cives Rom. „ eſſent, participes tamen fuerunt omnium „ rerum ad munus fungendum una cum ci„ E vibus Romanis, præterquam de ſuffragio „ ferendo, aut magiſtratu capiendo, ſicuti „ fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cu„ mani, Acerrani, Lanuvini, Tuſculani qui „ poſt aliquot annos cives Rom. effecti ſunt. Patefactus eſt igitur locus, ut non difficile ſit, videre, unum, ut dixi, genus fuiſſe municipum, qui cives Rom. eſſent ea conditione, ut nec ſuffragium ferrent, nec magiſtratus caperent, ſed munus tantum honorarium

A obirent, id eſt, honoris cauſſa in legione ſtipendia facerent, ut cives, non ut ſocii in auxiliis; & quod de Cæritibus Strabo dixit, nomine, non re cives Romani eſſent; qui iidem quod ſuo jure uterentur, & magiſtratum Romæ neque alteri ſuffragio ſuo dare, neque ipſi alieno conſequi poſſent, propterea dicuntur, Rempublicam à Romana ſeparatam habuiſſe.

Alterum genus municipum fuit, quibus cum ſuffragii latione civitas eſt data; quod intellexit item Feſtus, cum ad ea, quæ recitavimus, addidit: „ Altero modo municipium „ dicitur, cum id genus hominum definitur, „ quorum civitas univerſa in civitatem Ro„ B manam venerunt, ut Aricini, & Anagnini; his enim verbis eos notatos eſſe arbitror, qui in civitatem cum ſuffragii jure eſſent recepti, ut Tuſculanos, Aricinos, Lanuvinos; ex quibus municipiis, antiquiſſimis etiam temporibus, honores Romæ ampliſſimos cepiſſe Coruncanios, Juventios, Catones, Murenas, Voconios, Scantinios accepimus. Ut autem quibus ſuffragium non dabatur, ſuæ leges permittebantur, ſic qui ſuffragio ornabantur, legibus ſuis ſpoliabantur, Romanis vero obſtringebantur; cujus rei nos inter alios videtur admonere Livius, cum ait: „ Hernico„ rum tribus populis Aletrinati, Verulano, „ Ferentinati, quia maluerunt, quam civita„ C tem, ſuæ leges redditæ; & poſt: Tenta„ tionem ajebant eſſe Æqui, ut terrore in„ cuſſo belli, Romanos ſe fieri paterentur, „ quod quantopere optandum foret, Herni„ cos docuiſſe, cum quibus licuerit, ſuas „ leges Romanæ civitati præoptaverint, qui„ bus legendi, quod mallent, copia non „ fuerit, pro pœna neceſſariam civitatem „ fore. Quanquam quid dico Livium? nonne aperte idem oſtendit Cicero in defenſione Balbi, inquiens: „ Cum ſociis, & Latinis „ lege Julia civitas data eſt, magnam con„ tentionem Heracleinſium, & Neapolitano„ rum fuiſſe, cum magna pars in iis civita„ tibus juris ſui libertatem civitati anteferret? D Qua ex re judicari poteſt, ſi illi populi leges ſuas Romanæ civitati ante tulerunt, eos accipienda civitate legum, ac juris ſui detrimentum feciſſe. Unde illud etiam priſcis eſt literis conſignatum, Latinos uſque ad legem Juliam, id eſt, civitatem acceptam, jus quoddam ſponſaliorum uſurpaſſe; nempe, quia municipes facti, civitatis Romanæ, in quam adſcripti eſſent, jura ſequi eſſent coacti. Habebant ergo jura omnia municipes hi, quæ cives Rom, jure domicilii excepto; domicilium (25) autem curiæ, curias ſacra, & jura curiarum ſunt conſecuta; neque injuria; nam ſi curiæ tantum fuerunt in urbe, profecto qui extra urbem habitarunt, curiarum exper- E tes fuerunt; ut in libro etiam de jure civium Romanorum primo eſt dictum. Si autem curiis vacarunt, profecto neque ſacra habuerunt curiarum, ſed municipalia; quæ tanta videntur confecta & culta eſſe religione, ut ea, ne ſi Romæ quidem, quod pro arbitrio poterant, ſedem, ac domicilium collocaſſent, propterea deſerere poſſent. Itaque Feſtus probe, & docte municipalia ſacra definivit: „ quæ ab initio habuerunt ante civitatem „ Ro-

(25) Domicilium quomodo in civitatibus contrahatur oſtendit Ulp. in L. 27. D. ad munic. & de inc.: *Si quis negotia ſua ibi ſemper agit: ibi vendit, emit, contrahit: eo in foro, balneo, ſpectaculis utitur: feſtos dies celebrat: omnibus denique civitatis commodis fruitur.*

„ Romanam acceptam, quæ obſervare eos „ voluerunt Pontifices, & eo more facere, „ quo adſueviſſent antiquitus. Neque vero ſacris tantum curialibus caruerunt, ſed jure quoque ſuffragii curiatis comitiis ferendi vacarunt, quam diu in municipio, non Romæ domicilium habuerunt. Commodiſſima tamen horum fuit conditio, ac fortuna municipum; nimirum quod duas prope habuerunt patrias, unam naturæ, alteram juris; ex quo illa nota ſunt Ciceronis in Legibus: „ Ego omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias, „ unam naturæ, alteram juris; ut ille Cato, „ cum eſſet Tuſculi natus, in populi Romani civitatem ſuſceptus eſt; ita cum ortu „ Tuſculanus eſſet, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris. Item: „ Avus quidem noſter Cicero in municipio Arpinati reſtitit M. Gratidio ferenti „ legem tabellariam; quæ cum res eſſet ad „ ſe delata, Scaurus Conſul, utinam, inquit, „ M. Cicero iſto animo, atque virtute in „ ſumma Republica nobiſcum verſari, quam „ in municipali maluiſſes. Quod autem pa- etiam unam juris eos habuiſſe ait, nimirum civitatem Romanam intelligit, cujus eos jura, & privata, & publica uſurpaſſe perſpicuum eſt; primùm enim legum de libertate beneficio ſunt uſi; quod oſtendit idem, cum de Gavio Compſano, municipe à Verre prætore cæſo, ita exclamavit: „ Cædebatur in „ foro Meſſanæ civis Romanus: ó nomen „ dulce libertatis, ó jus eximium noſtræ civitatis, ó leges Porciæ, legeſque Semproniæ; deinde etiam connubiorum Romanorum jura ſunt aſſecuti; id quod ex eo perſpici poteſt, & quod ſponſaliorum ratio apud Latinos, ut diximus, civitate accepta, ſit commutata, & quod multi cives Romani, iidemque nobiliſſimi municipum filias in matrimonio habuerint. Quod ſi hæc duo, ut apparet, jura poſſederunt, quis dubitet, quin reliquas etiam juris Quiritium partes ſint adepti, patriæ poteſtatis, hereditatum, mancipiorum, uſucapionum, teſtamentorum, & tutelarum? Nam de publico jure nullus prope relinquitur controverſiæ locus. Neque enim quenquam dubitaturum eſſe opinor, quin, ſi tribum habuerint, cenſeri etiam in ea potuerint. Quod me, cum ratio impellit, ut credam, sum etiam Livii auctoritas, qui ſcripſit, Formianos, & Fundanos in tribum Æmiliam conjectos in ea à cenſoribus Romanis Romæ eo anno eſſe cenſos. Quod ſi ſunt cenſi, ad id certe ſunt cenſi, ut cognita ex cenſu pecuniarum, & juniorum multitudine, in utroque officii genere Reipublicæ ſatisfacerent. Nam ſuffragii ferendi, ac magiſtratus petendi Romæ adeo certum jus municipes habuerunt, ut iidem & in municipio, & in urbe magiſtratus interdum geſſerint, quod non obſcure declarat Svetonius, cum de Octaviis Veliternis municipibus diſſerens ait: „ pro „ avum Auguſti Tribunum militum Punico „ bello fuiſſe, avum contentum municipalibus magiſteriis, patrem Romæ præturam „ geſſiſſe; quid autem dico Svetonium? Cicero T. Annium Milonem Lanuvii Dictatorem fuiſſe ait, tum cum Romæ Conſulatum petebat, & M. Cœlium, qui Romæ ædilis curulis, & prætor fuit: „ ſumma omnia abſentem Puteolis eſſe adeptum; & alio loco: „ ſe Marcum filium in Arpinati municipio „ ædilem creari voluiſſe ad conſtituendum „ municipium inquit, cum ambo Romæ conſulatum adminiſtrarint. Cum autem municipia jura hæc non ſui arbitrii haberent, ſed Romani, intelligendum eſt, non iccirco tamen eadem omnium municipiorum jura fuiſſe; adeo ut vere illud ſcripſerit idoneus auctor Aggenus, antiqua municipia ſuum privilegium habuiſſe, ut alia æquiore, alia iniquiore jure uterentur, alia ſolutiora eſſent, alia plus penſitarent; ex quo fonte illud Tullianum manavit in Verrem: „ Quod tam immune municipium eſt, quod per hos annos „ commoda vacatione ſit uſum?

CAP. VIII.

De Republica municipiorum.

DEinceps ſequitur, ut de Republica municipiorum agendum eſſe videatur. Etenim quemadmodum in coloniis, eodem modo in municipiis quandam Reipublicæ ſpeciem, atque imaginem fuiſſe animadvertimus. Quæret aliquis, quæ municipalis Reipublicæ forma fuerit? difficile eſt de ſingulis dicere; univerſum autem genus temperatum ex omnibus prope rebus publicis, & pæne Romanæ ſimile videtur fuiſſe. Nam ſi ordines quæramus, decuriones, equites, & plebem inveniemus; ſi conſilia publica, in Senatum, & populum; ſi magiſtratus, & Sacerdotes, in Dictatorem, II. viros, IV. viros, cenſores, ædiles, & quæſtores, & flamines municipiorum incidemus; quæ tamen utrum omnia in omnibus fuerint municipiis, ego haud pro certo unquam poſuerim; agamus autem de his ſigillatim. Quod ad ampliſſimum ordinem municipalem attinet, perfacile judicium eſt, niſi à Tulliana recedamus auctoritate; ſic enim ille egit, cum Cœlium adverſus crimina inimicorum defendit: „ Quod objectum „ eſt, municipibus eſſe adoleſcentem non „ probatum ſuis, nemini unquam præſenti „ Puteolani majores honores habuerunt, „ quam abſenti M. Cœlio, quem & abſentem in ampliſſimum ordinem cooptaverunt, & ea non petenti detulerunt, quæ „ multis petentibus denegarunt. Summus autem ordo decurionum fuit, quorum inſignis apud eundem extat memoria in Cluentiana, cum inquit: „ Ex lacrymis horum exiſtimare poteſtis, omnes hæc decuriones „ municipii Larinatis decreviſſe lacrymantes; & apud Cæſarem libro primo belli civilis, cum sis: „ Decuriones è municipiis à Domitio evocatos. Ergo qui fuit Senatus Romæ, idem in municipiis decurionum conſilium. In quibus legendis video ſummam curam eſſe adhibitam; video autem apud idoneum omnis antiquæ memoriæ teſtem Ciceronem in epiſtola quadam ad Leptam: „ Quæſivi è Balbo, quid eſſet in lege; reſcripſit, eos, qui facerent præconium, vetari eſſe in decurionibus; qui feciſſent, „ non vetari; quare bono animo ſint tui familiares; neque enim erat ferendum, cum „ qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur, eos, qui aliquando „ præconium feciſſent, in municipiis decuriones eſſe non licere. Ex decurionum autem ordine decemprimi legebantur, qui, ut ſcriptum eſt apud Hermogenianum, tributorum exactioni ita præeſſent, ut ſi qua detrimenta fiſcus mortuorum cauſſa contraheret, ipſi

Digitized by Google

ipſi ſuis ſumptibus reſarcirent; neque vero A hos tacitus præteriit Cicero; ſiquidem in Roſciana dixit: „ Decretum fit decurionum, ut „ decemprimi ſtatim proficiſcantur ad Syllam. Cum autem Equitum Romanorum Puteolis, & Teani Apuli, & Luceriæ, & Arpini mentionem in Cœliana, in Cluentiana, & in epiſtolis apud eundem inveniam, facile eo me adduci patior, ut credam, Equitum etiam Romanorum ordinem in municipiis fuiſſe celeberrimum; cujus antiquitatis ne qua dubitatio in animis reſidere poſſet noſtris, fecit idem, qui in Cluentiana Equitem Romanum quendam in municipio ſuo nobilem commemoravit. Jam vero magiſtratuum ſummorum memoriam uſurpat Spartianus, cum Imp. Ha- B drianum ait per Latina oppida Dictaturem, & ædilem, & duumvirum fuiſſe. Nam Milonem in municipio Lanuvino dictaturam geſſiſſe, quis jam ignorat? An vero obſcuri eſſe Quatuorviri poſſunt, qui ſint Ciceronis memoria, & literis conſecrati? „ Antonius Conſul, inquit, cum ſcribit ad T. Pomponium, „ evocavit literis è municipiis denos, & quatuorviri venerunt ad villam ejus mane; „ cum eſſet nunciatum veniſſe Neapolitanos, „ & Cumanos, poſtridie redire juſſit; & in defenſione Cluentii: „ Oppianicus per Syllæ „ vim, atque victoriam Larinum cum armatis advolavit. Quatuorviros, quos municipes fecerant, ſuſtulit, ſe à Sylla, & alios C „ præterea treis factos dixit; quin etiam idem ad Quatuorviros, & decuriones Fregellanos ſcripſit petens, ut quam poſſeſſionem Valgius Hippianus ab iis in agro Fregellano emerat, eam immunem, & liberam eſſe vellent. Neque vero Quatuorviros ſolum, ſed Duumviros quoque in municipiis fuiſſe invenio; hoc autem apud Cæſarem belli civilis primo, cum ſe „ Duumviris municipiorum omnium *ait* imperaſſe, ut naves „ conquirerent; & alio loco: aurum allatum „ ab Duumviris Corfinienſibus Domitio reddidiſſe. Cenſores item in municipiis creatos, argumento ſunt tabulæ municipiorum cenſoriæ, quas Cicero in Cluentiana comme- D moravit, cum dixit: „ Oppianicum tabulas „ publicas Larini cenſorias corrupiſſe, decuriones univerſi judicaverunt. Larinum enim fuiſſe municipium indicat, cum addit: „ graviter id decuriones Larinatium, cunctoſque „ municipes tuliſſe. Quod idem in ceteris omnibus municipiis fuiſſe ſervatum, facile exiſtimaverim, niſi forte inſigni, ac præcipuo aliquo crimine ejuſmodi jure fuiſſent ſpoliata. Neque vero, quando me in hunc locum deduxit oratio, illud tacitus præteribo, in municipio ita cenſos eſſe municipes, ut ſi eis commodum eſſet, Romæ cenſeri etiam in tribubus poſſent, quas ab initio obtinuiſſent, E quod ad ſpeciem duntaxat, & juris uſurpationem interdum fecerunt, ut poſt bellum Italicum civitate nuper accepta, in cenſura Gellii, & Lentuli; quo anno cujuſcunque modi multitudinem inquit Aſconius ex municipiis conveniſſe, aut propter comitia ſuffragiorum cauſſa, aut ut cenſerentur apud cenſores. Jam ædiles in municipiis creatos docet Svetonius, qui de claris diſputans dicendi magiſtris, in Novarienſi municipio ædiles tradit fuiſſe. Nam quæſtorum meminit C. Gracchus in oratione, cujus memoria apud Gellium uſurpatur, de legibus promulgatis; Flaminis Lanuvini Cicero in Miloniana. Atque his quidem magiſtratibus, ut in coloniis, item in municipiis uti prætextis permiſſum inquit Valerius adverſus Catonem diſſerens de lege Oppia abroganda apud T. Livium. Age vero decurionum conſilium Senatus ſpeciem retulit, quorum etiam decreta veteribus literis, quod ex ſuperioribus intelligi auctoritatibus poteſt, celebrantur, quid plebs, nonne populi? equidem arbitror. Hujus enim ſummum fuiſſe jus video in legibus ferendis, & magiſtratibus municipalibus creandis; unde pervulgata jam illa ſunt Ciceronis in Legibus: „ M. Ciceronem avum ſuum M. Grattidio in „ municipio legem tabellariam ferenti acerrime reſtitiſſe; & in Cluentiana: Oppianicum quatuorviros, quos municipes feciſſent, ſuſtuliſſe; & in epiſtolis: Tranſpadanos à Cæſare Proconſule quatuorviros creare juſſos eſſe. Ergo cum corpus quoddam eſſet municipalis Reipublicæ etiam unde aleretur, & ſumptus in Republica neceſſarii ſuſtinerentur, publico vectigali opus fuit. Quocirca Cicero ad Cluvium de agro vectigali municipii Attellani, qui eſſet in Gallia, ſcripſit, & ad Brutum, de Arpinatis; ſic enim dixit: „ Arpinatum municipum meorum omnia commoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium „ ſacrarum, locorumque communium tueri „ poſſint, conſiſtunt in iis vectigalibus, quæ „ habent in provincia Gallia; ad eas viſendas, pecuniaſque, quæ debentur à colonis „ exigendas, legatos equites Romanos miſimus. Hic eſt autem ager, de quo, ut opinor, ſcripſit Livius lib. XLII. „ terna jugera „ agri Gallici, & Liguſtini ſociis nominis „ Latini eſſe diviſa.

CAP. IX.

De municipiis ante bellum Italicum conſtitutis.

DEinceps nomina municipiorum literis perſequamur, quæ ante bellum Italicum floruerunt, ac quod fecimus in coloniis, id in municipiis quoque exponendis retineamus. Exordiamur autem à CÆRITIBUS, quos primos municipes prodit Gellius. Hi cum ſacra populi Romani pie, caſteque bello Gallico cuſtodiſſent, merito anno CCCLXIV. in civitatem, ſed ſine ſuffragii latione aſciti ſunt; cujus rei nomine populum Romanum accuſat Strabo, quod optime meritos ſocios nomine tantum civitatis, non jure ornaverit. Livius autem nullo civitatis verbo facto, hoſpitium cum iis tantum publice junctum ſcribit. Anno inde CCCLXXIII. M. Furio Camillo ſextum Tribuno militum Conſulari, TUSCULANIS datam civitatem, his verbis idem tradidit: „ Tantum fere verborum à Tuſculanis „ in Senatu factum; pacem in præſentia, non „ ita multo poſt civitatem impetraverunt; & poſt: „ Incenſos Latinos ea rabies impetus „ Tuſculum tulit ob iram, quod deſerto communi Concilio Latinorum non in ſocietatem modo Romanam, ſed etiam in civitatem ſe dediſſent; poſt anno CCCCXIV. „ Tuſculanis, *inquit*, ſervata civitas, quam „ habebant. Habuiſſe autem eos civitatem cum ſuffragio, indicat poſt libro nono, cum narrat: „ neminem ex tribu Pollia candidatum Papiriam ferre ſolitum, quod Tuſculani à tribu Pollia una condemnati eſſent; ex quo apparet, eos in tribu Papiria tuliſſe

ſuf-

A ſuffragium. Quod cum ita ſit, ſatis liquere jam poteſt, jure Tuſculum à Cicerone municipium antiquiſſimum dictum; ſic enim inquit in Planciana: „ Tuſculani, quia refertum eſt municipium Conſularibus, nunquam de M. Catone, nunquam de Ti. Coruncanio municipe ſuo gloriantur. Item: „ Tu es ex municipio antiquiſſimo Tuſculano, ex quo plurimæ familiæ ſunt Conſulares, in quibus eſt etiam Juventia, quot è reliquis municipiis omnibus non ſunt; & in Fontejana: „ Generis antiquitatem Fonteji ex Tuſculo clariſſimo municipio profectam in monumentis rerum geſtarum notatam videmus, tum autem continuas præ-
B turas. Anno CCCCXV. L. Furio, C. Mænio Coſs. Latinis devictis relatum de ſingulis eſt, & pro cujuſque meritis decretum; LANUVINIS civitas data, ſacraque ſua reddita, cum eo, ut ædes, lucuſque Soſpitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano eſſet. ARICINI, NOMENTANI, & PEDANI eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem recepti. Hæc Livius. Datam autem bis eſſe cum ſuffragii latione civitatem, apparet ex verbis, quæ poſt ſubjicit: „ eodem „ anno cenſum actum, novoſque cives cenſos, tribus propter eos additas Mæciam, „ & Scaptiam; cenſores addidiſſe Q. Publilium, & Sp. Poſtumium. Cum enim in tri-
C bus eos conjectos ait, ſuffragii jure affectos oſtendit. Quod autem eſt apud Livium de Aricinis, idem ſcriptum eſt etiam à Paterculo; unde Cicero Aricinum municipium antiquiſſimum in tertia in Antonium dixit: „ Quis „ contemnit, *inquit*, Aricinum municipium, „ vetuſtate antiquiſſimum, jure fœderatum? „ inde Voconiæ leges, inde Scantiniæ, multæ ſellæ curules, & patrum memoria, & „ noſtra, hinc equites Romani lautiſſimi „ plurimi; & Svetonius in Auguſto: M. Atius „ Balbus paterna ſtirpe Aricinus multis in „ familia Senatoriis imaginibus functus honore præturæ eſt. Quin etiam L. Licinium Murenam Cicero ex Lanuvio municipio anti-
D quiſſimo in ejus defenſione ait fuiſſe, & T. Milonem in Miloniana. Eodem autem etiam anno FUNDANIS, FORMIANISQUE, quod per fines eorum tuta, pacataque fuiſſet via, civitatem ſine ſuffragio datam, ſuffragium autem anno DLXV. M. Valerio, C. Livio Coſs. impertitum, narrat Livius, cujus hæc verba ſunt: „ De Fundanis, Formianiſque municipibus C. Valerius Tappus Tribunus plebis „ promulgavit, ut iis ſuffragii latio, (nam „ ante ſine ſuffragio habuerant civitatem) „ eſſet; huic rogationi quatuor Tribuni plebis, quia non ex auctoritate Senatus ferretur, cum intercederent, edocti, populi „ eſſe, non Senatus jus, ſuffragiumque, qui-
E bus vellet, impertiri, deſtiterunt incepto; „ rogatio perlata eſt, ut in Æmilia Tribu „ ferrent; atque in hac Tribu tum primum „ ex Valerii plebiſcito à Cenſoribus T. Quinctio Flaminino, & M. Claudio Marcello „ cenſi ſunt. Eodemque anno CCCCXV. CAMPANIS EQUITIBUS honoris cauſſa, quia cum Latinis rebellare noluiſſent, civitas ſine ſuffragio data. CUMANOS, SUESSULANOSQUE ejuſdem juris, conditioniſque, cujus Capuam, eſſe placuit, ut Livius ſcriptum reliquit: nam in Velleji hiſtoria eſt, Campanis, & parti Samnitium civitatem ſine ſuffragio poſt quadriennium datam, Sp. Poſtumio, T. Veturio Conſulibus. Anno inde CCCCXXI A. Cornelio, Cn. Domitio Conſulibus ACERRANOS Romanos factos lege à L. Papirio Prætore lata, qua civitas ſine ſuffragio eſt communicata, invenio. Vellejus tamen ſuffragium etiam conceſſum videtur ſignificare, cum eos à Cenſoribus Sp. Poſtumio, & Philone Publilio in civitatem receptos ait; ſuffragium certe eos aliquando impetraſſe, tradit Feſtus. Poſt triennium vero PRIVERNATES in civitatem cum ſuffragii latione aſcitos, mihi videor ex Livianis poſſe verbis affirmare, quæ ſunt libro nono: „ In „ hanc maxime ſententiam, Conſul inclinavit „ animos, identidem ad principes ſententiarum Conſulares, ut exaudiri poſſet à pluribus, docendo eos demum, qui nihil præter quam de libertate cogitent, dignos eſſe, „ qui Romani fiant; itaque & in Senatu cauſſam obtinuere; & ex auctoritate patrum „ latum ad populum eſt, ut Privernatibus civitas daretur. Eos autem in Tribum Ufentinam conjectos docet Feſtus, cum ait: „ Ufentinæ Tribus initio cauſſa fuit nomen fluminis Ufens; quod eſt in agro Privernati inter mare, & Tarracinam. Lucretius: Priverno Ufentina venit fluvioque Ufente; „ poſtea deinde à Cenſoribus alii quoque diverſarum civitatum eidem tribui ſunt aſcripti. Q. autem Marcio, P. Cornelio Conſulibus, anno CCCCXLVII. Hernicorum tribus populis Aletrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, ſuæ leges redditæ, connubiumque inter ipſos, quod aliquandio ſoli Hernicorum habuerunt, permiſſum. ANAGNINIS, quique arma Romanis intulerant, civitas ſine ſuffragii latione data; concilia, connubiaque adempta. Et triennio poſt, L. Genucio, Ser. Cornelio Conſulibus, ARPINATIBUS TREBULANISQUE civitas impertita, ſed ſine ſuffragio. Itaque Arpinatibus, poſt ſuffragium eodem plebiſcito, quo Fundanis, Formianis, eſt conceſſum; ipſique in Tribum Corneliam ſunt translati, inque à Cenſoribus cenſi. Quo factum eſt, ut C. Marius Arpini natus, & alius ante legem Juliam ſex Romæ geſſerit Conſulatus. Anno vero CCCCLXVIII. M. Curio, & P. Cornelio Conſulibus SABINIS civitatem ſine ſuffragio datam, narrat Paterculus. At vero CCCCLXXXV. in Conſulatu P. Sempronii, & Ap. Claudii jus quoque ſuffragii eſſe communicatum. An vero tum in Sergiam Tribum conjecti ſint, haud hercle affirmaverim. In ea certe ſuffragium Sabinos tuliſſe Cicero oſtendit in oratione in Vatinium, cum ait: „ Ob „ haſce res ſcias, te ſeveriſſimorum hominum „ Sabinorum, fortiſſimorum virorum Marſorum, & Pelignorum tribulium tuorum judicio notatum; nec poſt Romam conditam „ præter te tribulem quenquam Tribum Sergiam perdidiſſe. Bello inde Punico ſecundo de trecentis equitibus, qui in Sicilia cum fide ſtipendiis emeritis Romam venerant, latum ad populum, ut cives Romani eſſent; item ut municipes Cumani eſſent, pridie quam populus Campanus à populo Romano defeciſſet. Poſſumus etiam ſuſpicari TEANUM Sidicinum, CALES, & FERENTINUM ante legem Juliam civitate fuiſſe donata, ac municipia facta. Siquidem C. Gracchus in ea oratione, quam de legibus habuit promulgatis, inter municipia Italiæ hæc omnia retulit, atque municipes ipſos à magiſtratibus Romanis

ver-

verberatos, tanquam cives Romanos eſt conqueſtus.

Atque hæc quidem de municipiis ante bellum Italicum comperi. Addo ad extremum, municipii vocabulum etiam ante legem Juliam varie eſſe acceptum, ſiquidem & coloniæ, & fœderatæ civitates municipia dictæ ſunt. Hinc enim illud manavit Livii bello Punico: „ Ipſe per Appiæ municipia, quæ „ quo propter eam viam ſunt, Setiam, So- „ ram, Lavinium præmiſit. Et Ciceronis illud in epiſtolis de Neapoli: „ Erat aſcriptus „ in id municipium ante civitatem ſociis, & „ Latinis datam; & tamen tum Setia, & Sora coloniæ, Neapolis fœderata civitas erat; ex quo intelligi poteſt, vere ſcriptum eſſe à Gellio hoc modo: „ Municipes, & munici- „ pia, verba ſunt dictu facilia, & uſu obvia, „ & neutiquam reperias, qui hæc dicat, quin „ ſcire ſe plane putet, quid dicat; quotus „ enim fere noſtrum eſt, qui cum ex colonia „ populi Romani ſit, non & ſe municipem „ eſſe, & populares ſuos municipes eſſe di- „ cat? quod eſt à ratione, & veritate longe „ averſum.

CAP. X.

De præfecturis.

SEd quoniam de coloniis, & municipiis dictum eſt, deinceps de præfecturis, quarum perdifficilis, ac perobſcura quæſtio eſt, diſputandum videtur; perſequemur autem iiſdem veſtigiis veterem præfecturarum memoriam, quibus coloniarum, & municipiorum antea indagavimus. Inter omnes Italicas civitates præfecturarum conditio fuit, ac fortuna duriſſima; ſic enim à majoribus erat traditum, ut quæ civitates iniquæ, ingratæve erga populum Romanum fuiſſent, ac fidem datam ſemel, atque iterum fefelliſſent, ubi in poteſtatem, ditionemque eſſent adductæ, in præfecturæ formulam referrentur. Formula vero præfecturæ non longe à provinciæ formula, de qua ſupra dixi, videtur abfuiſſe; ut enim quotannis in provincias Prætores Roma mitti ſoliti, ſic in præfecturas Præfecti, qui eas adminiſtrarent, ac jus dicerent; unde illæ quoque inſigne hoc præfecturæ nomen hauſerunt. Invenio tamen notiquiorem multo præfecturæ fuiſſe originem, quam provinciæ; ſiquidem prima præfectura fuit Collatia jam inde à L. Tarquinio priſco rege conſtituta. Quam deditione facta in fidem veniſſe Livius, non eadem æquitate, qua Cruſtuminos, Nomentanoſque hoſtes, tractatam, ſed armis ſpoliatam, ac pecuniis mulctatam præſidium etiam cum præfecto accipere juſſam, Dionyſius auctor eſt. Hoc autem jus totum non populi, ſed Senatus fuiſſe comperio, nimirum, ut quemadmodum præmia, eodem modo pœnas civitatibus pro meritis illarum decerneret; quem morem non tam in præfecturis, quam in provinciis conſtituendis diligenter obſervatum, plurimis veterum exemplis, atque auctoritatibus admonemur. Quod ſi quis, quæ omnino fuerint præfecturæ, requirat, paucis ego rem expediam; auctorem quippe adhibebo Feſtum, (16) qui præfecturas prodit vocatas: „ in quibus & jus dice- „ batur, & nundinæ agebantur, & erat quæ- „ dam earum Reſpublica, neque tamen ma- „ giſtratus ſuos habebant, & in quas legibus „ præfecti mittebantur quotannis, qui jus di- „ cerent.

CAP. XI.

De jure præfecturarum.

EX hac autem definitione ſatis apparet, præfecturas jure fuiſſe incommodiſſimo uſas. Primum enim quid eſt, quod minus probari poſſit, quam præfecturas jure Quiritium eſſe donatas, quo multæ etiam coloniæ, multaque municipia caruerunt? deinde vero, qui poſſumus jus Latii, aut Italicum integrum eas retinuiſſe, exiſtimare; cum præfectus Roma eò miſſus ſit, qui jus pro arbitrio diceret, non præfecturæ legibus aſtrictus eſſet? niſi vero conſentaneum alicui videtur, cives Romanos annuis prætoris urbani edictis devinctos fuiſſe, præfectos in præfecturis, qui locum prætoris obtinuerunt, jus liberum non dixiſſe. Nam quid dicam, præfecturam ne Latii quidem, aut Italici juris partem obtinere potuiſſe, cum ſpeciem, ſimilitudinemque provinciæ geſſerit, cujus jura longe à ſociorum nominis Latini jure fuere diverſa? Jus ergo, ut puto, privatum omne ab edictis præfectorum Romanorum eſt profectum; quorum duo genera fuerunt, auctore Feſto: „ unum quatuorvirum, vel ſexvirum, qui „ Romani populi ſuffragio creabantur; alte- „ rum, quos prætor urbanus in quæque loca „ mittebat legibus. Publicum autem univerſum eſt à Senatu petitum, nempe cenſus, tributorum, vectigalium, & militiæ; quibus graviſſimis præfecturas oppreſſas eſſe muneri-

(16) Feſti verba de præfecturis, ex quibus tota præfecturarum ratio conjici poſſe videtur, quæque ego quantum conjectura effici potuit aliter, quam alii reſtitui, hæc ſunt: *Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur. Et erat quædam earum Reſpublica, neque tamen magiſtratus ſuos habebant. In quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Quarum genera fuere duo: alterum in quas ſolebant ire præfecti quatuor, ſexve virum, qui populi ſuffragio creati erant in hæc oppida: Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam. Alterum, quas Prætor Urbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura.* Igitur Rempublicam habebant Præfecturæ, Senatum, plebemque, viroſque, per quos Reſpublica gereretur. Negata hæc enim ſingulariter Campanis, propter ſingularem eorum in Populum Romanum perfidiam. An autem quatuor, ſexve viri, quibus Præfecti præibant, Romani eſſent, aut præfecturæ cives, res admodum obſcura. Ego cenſeo Romanos fuiſſe, quos conſilii cauſa ſecum præfecti adducerent. Conſilium enim omnes Magiſtratus Romani adhibebant, ſive domi, ſive in provinciis, præter Legatos, quos certe domo ſecum conducebant, ut conſtans apud omnes eſt. Præfecti autem legibus mittebantur, ideſt juxta leges fœderum: nam fœdera nulla cujuſque Populi, ſine juſſu Populi Romani. Præfecturarum autem duo genera cenſeo, municipum, nec municipum fuiſſe. Nec municipum Præfecturis à Populo Romano præfecti mittebantur, maximum in eos imperium exercentes. Municipum autem a Prætore Urbano, quod ita legibus conſtitutum fuiſſet in honoranda civitate præfectura, ut ita quodammodo cives reputarentur. Itaque primi generis apud Feſtum nullam video municipii jure donatam: omnes fecundi generis.

bus, veriſimillimum mihi videtur. Nam ſuffragiorum, aut honorum ullam eas partem attigiſſe, quæ præmia civitatum benemeritarum haberentur ampliſſima, ſuſpicari via poſſumus. Neque vero nego, præfecturam civitate Romana potuiſſe donari; illud dico, ad jus præfecturæ jus ſuffragiorum non pertinuiſſe, fieri tamen potuiſſe, ut aliqua præfectura in civitatem ſit accepta, confirmo; quod de Arpino in primis libet ſuſpicari; hoc enim & in præfecturis à Feſto numeratur, & civitate donatum eſſe perhibetur; recte autem hercle utrunque. Nam & Cicero, cum inquit in epiſtolis, *ſolum ædilitatis magiſtratum Arpini creatum*, conditionem præfecturæ deſignat; quis enim jus dicit? ædilis? non videtur; an ut in municipiis quatuorviri? at, eo teſte, non creantur; an præfecti Roma miſſi? ergo forma eſt præfecturæ, & cum civitate Romana affectum videmus, municipale jus ipſum ſtatim agnoſcimus. Licuit enim idem oppidum & præfecturam, & municipium eſſe, præfecturam quidem, quatenus eò præfectus juriſdictionis cauſſa mitteretur, nec in ea magiſtratus ad jus dicendum crearentur; municipium vero, quatenus jure civitatis, vel cum ſuffragio, vel ſine ſuffragio uteretur; quemadmodum etiam coloniam in civitatem aſcitam, & coloniam dictam invenimus, quia forma Reipublicæ colonicæ utebatur, & municipium, quia ſuffragii jus Romæ ferendi erat adepta; unde illa profecta ſunt in Antonium: „ Lautiſſimum oppidum, nunc muni„ cipium, honeſtiſſimorum quondam colono„ rum Sueſſam fortiſſimorum militum ſan„ guine replevit.

CAP. XII.

De Republica præfecturarum.

JAm vero, quod ait Feſtus, præfecturarum quandam fuiſſe Rempublicam, ne incommode quidem dictum videtur; nam in præfecturis & conſilia publica fuerunt, nec magiſtratuum aliquot ornamenta deſiderata ſunt. Neque vero hanc doctrinam quiſquam ad Capuæ normam, aut exemplum dirigere univerſam debet; in quo multos errare animadverti. Etenim Capua, cum in præfecturæ formam eſt redacta, aſperius multo eſt, quam ceteræ ſolerent præfecturæ, tractata; ſiquidem ita ſcriptum de ea invenio in annalibus Livianis: „ Habitari tantum, tanquam ur„ bem, Capuam, frequentarique placuit; „ corpus nullum civitatis, nec Senatus, nec „ plebis concilium, nec magiſtratus eſſe; „ ſine publico conſilio, ſine imperio multi„ tudinem nullius rei inter ſe ſociam, ad „ conſenſum inhabilem fore præfectum ad „ jura reddenda ab Roma quotannis miſſuros. Atque hoc idem etiam ante Livium tradiderat in agrariis Cicero, cum de Capua diſputaret. „ Statuerunt, *inquit*, homines ſapien„ tes, ſi agrum Campanis ademiſſent, magi„ ſtratus, Senatum, publicum ex illa urbe „ conſilium ſuſtuliſſent, imaginem Reipubli„ cæ nullam reliquiſſent, nihil fore, quod „ Capuam timeremus; itaque hoc perſcriptum „ in veteribus monumentis reperietis, ut „ eſſet urbs, quæ res eas, quibus Campanus „ ager coleretur, ſuppeditare poſſet, ut eſſet „ locus comparandis, condendiſque fructi„ bus, ut aratores cultu agrorum defeſſi ur„ bis domiciliis uterentur, idcirco illa ædi„ ficia non eſſe deleta. Hæc iſti. Id autem ita eſſe, ut dixi, perſpicuum eſt ex eo, quod progredientibus temporibus Capuæ conſilium aliquod publicum videtur eſſe permiſſum, qui eſt conventus appellatus; id quod oſtendit noſter idem in Sextiana, cum ait: „ Qua de „ cauſſa & tum conventus ille Capuæ, qui „ propterea ſalutem illius urbis Conſulatu „ conſervatam meo me unum patronum „ adoptavit, huic apud me P. Sextio maxi„ mas gratias egit, & hoc tempore iidem „ homines nomine commutato, coloni, de„ curioneſque beneficium P. Sextii teſtimo„ nio declarant; pater item ex eo, quod multa poſt Campanis beneficii loco, quaſi ad priſtinam levandam calamitatem videntur eſſe conceſſa; quale illud eſt, quod anno DLXIV. condonatum eſſe, prodit Livius. „ Cum Campani, ubi cenſerentur, Senatum „ conſuluiſſent (nam antea incertum hoc „ fuerat,) decretum, ut Romæ cenſerentur. Itaque poſtero anno cum cenſores M. Marcellus, T. Quinctius ex hoc Senatus conſulto eos Romæ cenſeri coëgiſſent, petierunt, ut ſibi cives Romanas ducere uxores liceret, & ſi qui prius duxiſſent, ut habere eas, & ante eam diem nati, uti juſti ſibi liberi, heredeſque eſſent; utraque res impetrata. Neque vero ſummus ſolum ordo, qui eſt conventus dictus, in præfecturis eluxit, ſed etiam equeſter medius; quod uno Plancii exemplo planum fieri poteſt; qui, ut inquit Cicero: „ in Atinati præfectura ex vetuſtate equeſtris „ ordinis fuit, ut pater, avus, ut majores „ ejus omnes Equites Romani fuerint, ſum„ mum in præfectura honeſtiſſima gradum „ tenuerint. Nam quid dicam de tertio plebis ordine? de quo ille eodem in loco ita pergit: „ Atinas præfectura plena virorum „ fortiſſimorum, ſic ut nulla totâ Italiâ dici „ frequentior poſſit; quam quidem nunc „ multitudinem videtis judices in ſqualo„ re, & luctu ſupplicem vobis, hi tot Equi„ tes Romani, tot Tribuni ærarii (nam „ plebem a judicio dimiſimus, quæ cuncta „ comitiis affuit;) quid roboris, quid digni„ tatis hujus petitioni attulerunt? & pro Rabirio de perduellione: „ Quid propinqui ve„ ſtri equites Romani, quid omnia præfectu„ ra? Atque hæc quidem de ſummis præfecturarum conſiliis, & ordinibus hactenus. Magiſtratus autem alios eò Roma miſſos fuiſſe conſtat, alios è præfectura creatos; Roma miſſos, qui jus dicturi eſſent, quos præfectos appellarunt; creatos, qui publicæ curationi alicui præeſſent, ut ædiles, & quæſtores. Ac præfectos quidem Feſtus quatuorviros, aut ſexviros dictos tradit. Quos neſcio an recte eoſdem eſſe dixerimus, ac ſexprimos, quorum meminit Cicero in tertio de natura deorum, cum dixit: „ L. Alenum ex agro Pi„ ceno chirographum ſexprimorum imitatum „ eſſe: an potius ſexprimos in præfecturis decemprimis municipalibus reſpondiſſe putabimus.

Ædilem autem ad publica urbis loca ſarta tecta tuenda, & quæſtorem ad pecuniam præfecturæ publicam curandam in præfecturis eſſe creatum, valde probaverim. Cum autem Feſtus, aut Livius magiſtratibus interdictum ſcribit, non quoſcunque intelligere, ſed eos, qui juredicundo præeſſent, crediderim.

CAP.

CAP. XIII.

De præfecturis ante bellum Italicum conſtitutis.

HIs cognitis, nunc quæ potiſſimum oppida à Senatu Romano in præfecturæ quondam formulam ſint redacta, exponamus. Hujus autem antiquitatis indagandæ gravio rem nobis curam ademit Feſtus, qui duo fuiſſe præfecturarum genera docuit: „ unum, „ in quas præfecti irent à populo Romano „ creati, Capuam, Cumas, Caſilinum, Vul- „ turnum, Literaum, Puteolos, Acerras, „ Sueſulam, Atellam, Calatiam; alterum, „ in quas proficiſcerentur, quos prætor ur- „ banus miſiſſet, Fundos, Formias, Cære, „ Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, „ Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, „ Arpinum, aliaque complura. Cujus pulcherrimum viri præceptum video egregia aliorum præterea multorum auctoritate, ac teſtimonio confirmari. Nam de Capua quæ non loquitur hiſtoria? Atellanos autem, & Calatinos, quod graviſſime multatos, quia Annibalem armis defendiſſent, prodat Livius, eandem fere, quam Campanos, pertuliſſe fortunæ conditionem poſſumus ſuſpicari. Quod idem de Cumis etiam, & Vulturno, & ceteris Campaniæ oppidis ego facile exiſtimaverim. Nam de Anagnia, & Fruſinone ſuſpicionem injicit Livius, cum inquit: „ Anagninis, quique arma Romanis intulerant, „ civitatem ſine ſuffragio datam, & magiſtra- „ tibus, præterquam ſacrorum curatione, in- „ terdictum. Neque enim inter ſe pugnant, civitate donari, & magiſtratibus interdici, quorum alterum ad municipii, alterum ad præfecturæ jus pertinet; alterum præmii fere loco datur à populo, alterum pœnæ à Senatu; id quod ſupra de Arpino diximus, & de Fulgino etiam judicamus; quippe cum Ciceronem in oratione pro Vareno Fulginum modo præfecturam, modo municipium videam nuncupare. Quin etiam *Reatinæ præfecturæ* extat apud eundem memoria in libris, quos ſcripſit de natura deorum, & *Atinatis* in Planciana. Neque vero paucas etiam in Piceno fuiſſe præfecturas, oſtendit libro primo de bello civili Cæſar, cum inquit: *Piceni cunctæ præfecturæ*; & Cicero, cum in Rabiriana illa nobili ait: „ Quid propinqui veſtri „ equites Romani, quid omnis præfectura, „ regio, vicinitas veſtra, quid ager Picenus „ univerſus? Ac de præfecturis quidem hæc vix è veteribus eruere literis, ac priſcis annalium monumentis potuimus.

CAP. XIV.

De fœderatis civitatibus, & earum jure, & Republica.

AN igitur, quæret aliquis, præter colonias, municipia, & præfecturas, ullum aliud oppidi genus in Italia extitit, quod cum populo Romano alicujus juris ſocietate devinctum fuerit? equidem opinor multa; ſed ea fere ante bellum Italicum, & civitatem Romanam acceptam omnia. *Hæ* ſunt civitates fœderatæ, quæ & oppida fœderata dicuntur; quas neſcio an commodius deſcribere poſſimus, quam ſi oppida, quæ neque coloniæ, neque municipia, neque præfecturæ eſſent, dicamus. Etenim, ſi verum quærimus, fœderata civitas aliquid ex fœdere populo Romano debuit, in ceteris libera fuit; atque hoc intellexit quoque, ut opinor, Plinius, cum in Hiſpania citeriore deſcribenda dixit, fuiſſe in iis colonias, oppida civium Romanorum, Latinorum veterum fœderatorum, ſtipendiaria. Hoc enim idem valet, ac ſi dixiſſet coloniis, municipiis, fœderata oppida, & præfecturas; cujus libertatis ſatis argumento ſit, quod & ſuam Rempublicam, & leges ſuas, & ſuos magiſtratus habuerunt. Itaque Senatus, populique in iis oppidis, ut in liberis civitatibus memoriam uſurpari videmus; quod, ne fruſtra ſingula perſequar, uno exemplo Capuæ (17) confirmabo, de qua, cum adhuc

(17) Exemplum Capuæ non videtur mihi aptum ad fœderatos, quos hic ſentit Sigonius. Nam cum eos intelligas non colonos, non municipes, non deditios: Campani, vel deditii ſi ad rerum principia ſpectemus, ut apud Liv. lib. 7. & 8., vel municipes, jam ante bellum Punicum II. civitate donati, fuerunt Liv. lib. 28. Quatuor populorum rationes apud Romanos fuerunt. Coloniæ, vel Cives Romani, vel Latini, vel provinciales, ut ſupra explicavimus. Municipes, qui Civitatis Romanæ, munerumque participes facti eſſent. Coloniæ ex lege deducebantur. Municipes lege pariter fiebant, unde fundos eos fuiſſe ejus legis ipſos Civitate donantis neceſſe eſt. Deditii, qui ſe, ſuaque, Divinaque, humanaque omnia Populo Romano dediſſent, ad quos nulla lege, niſi populi ſe dedentis opus erat: ſed ſatis erat Imperatorum ſtipulatione: *deditis ne vos? dedimus. Aſt ego recipio.* Fœderati quamvis per abuſionem hos etiam populos continuiſſe dici poſſint, ut & ſocii. Tamen quos hic agit Sigonius quarta ſpecies fuit, ideſt qui vel bello, vel pace, vel æquis, vel aliis conditionibus fœdere ſeſe cum Populo Romano jungebant. Fœdus unde fœderati maxima ſolemnitate fiebat: Interrogationes, reſponſioneſque inter Fecialem & Imperatorem Romanum: Sagminum uſus: Patris patrati creatio: fœderis, conventionumque recitatio: precationum pronuntiatio: porcæ percuſſio. Hæc omnia in Albani fœderis formula, cujus modi, ut apud Livium lib. I. omnia fieri conſueverunt, hæc fuit: *Fecialis Regem Tullum ita rogavit: Jubes ne me Rex cum Patre patrato Populi Albani fœdus ferire? jubente Rege. Sagmina, inquit te Rex poſco. Rex ait: Puram tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit: poſtea Regem ita rogavit: Rex, facis ne me tu Regium nuntium Populi Romani Quiritium? vaſa, comiteſque meos? Rex reſpondit: Quod ſine fraude mea, Populique Romani Quiritium, fiat, facio. Fecialis erat M. Valerius. Is Patrem patratum Sp. Fuſium fecit verbena caput capilloſque tangens (Pater patratus ad jusjurandum patrandum, ideſt ſanciendum, fit) fœdus, multiſque id verbis, quæ longo effata carmine non operæ eſt referre, peragit. Legibus deinde recitatis: Audi, inquit, Jupiter, audi Pater patrate Populi Albani, audi tu Populus Albanus, ut illa palam prima poſtrema ex illis tabulis, cerave recitata ſunt ſine dolo malo, utique hic hodie rectiſſime intellecta ſunt! illis legibus Populus Romanus prior non deficiet: ſi prior defexit publico concilio, dolo malo, tu illo die Jupiter Populum Romanum ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes, polleſque. Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Sua item carmina Albani, ſuumque jusjurandum per ſuum Dictatorem, ſuoſque Sacerdotes peregerunt.* Hujuſmodi fœdera, ſi in pace feriebantur, æquis legibus concipiebantur, ut cum Camertibus, Heracleenſibus, Fulginatibus, Carthaginienſibus ante primum bellum Punicum, Gaditanis, Judæis, niſi ſi qui majeſtatem Populi Romani comiter conſervare, ut Gaditani, juſſi eſſent.

Si

adhuc fœderata, nec dum in præfecturæ formam eſſet relata, ita ſcriptum eſt apud Livium: „ Annibal Capuam flectit iter, luxuriantem longa felicitate, atque indulgentia „ fortunæ. Maxime tamen inter corrupta „ omnia licentia plebis ſine modo libertatem „ exercentis, Senatum & ſibi, & plebi obnoxium Pacuvius Calavius fecerat; is cum „ forte eo anno in ſummo magiſtratu eſſet, „ jam diu infeſtam Senatui plebem, ratus magnum auſuram facinus, ut, ſi in ea loca „ Annibal cum exercitu veniſſet, trucidato „ Senatu traderet Capuam Pœnis, cum mallet incolumi, quam everſa Republica dominari, nullam autem eſſe incolumem orbatam publico conſilio crederet, rationem „ iniit, qua & Senatum ſervaret, & obnoxium ſibi, ac plebi faceret. Quibus ex verbis & Campanam fuiſſe Rempublicam, & Senatus, plebiſque conſilium, & ſummum in ea magiſtratum verſatum eſſe cognoſcitur. Quod idem de ceteris judicium faciendum eſt, quibus victis libertas à Romanis conceſſa fuiſſe dicitur, ut Tarentinis. Itaque animadvertere poſſumus, in civitates fœderatas exilii cauſſa commigrare civibus Romanis fuiſſe permiſſum, ut quæ liberæ eſſent, ac ſuam Rempublicam in poteſtate haberent. Quod cum res ipſa teſtatur, & exempla exulum Romanorum, quæ in hoc genere colligi multa poſſunt, oſtendunt, tum maxime Polybius libro ſexto docet, quo loco formam Romanæ exprimit Reipublicæ, addens, Tibur, Præneſte, Neapolim, ut in liberas civitates, cives Romanos exilii cauſſa ſolum vertere ſolitos; quanquam illi non in oppida fœderata ſolum ſe contulerunt, ſed ſæpe in colonias etiam Latinas, idest, Latii, ut dixi, jure donatas; quippe quæ longius à civium Romanorum

A jure abeſſent, quam Romanæ. Hinc enim ſcitum illud eſt Ciceronis pro Cæcina: „ In „ colonias Latinas ſæpe noſtri cives aut ſua „ voluntate, aut legis multa profecti ſunt; „ quam multam ſi ſufferre voluiſſent, tamen „ manere in civitate potuiſſent. Legum porro, ac magiſtratuum, quibus quæque civitas uteretur, ratio exquiri fortaſſe poteſt, inveniri vero in tanta vetuſtate qui poteſt? aliarum tamen alias leges, alioſque magiſtratus pro rerum, ac temporum ratione, & cujuſque Reipublicæ genere fuiſſe, non eſt difficile intelligere; nam Tuſculi Dictator, & Conſul, antequam Tuſculani in civitatem reciperentur, fuiſſe traditur. Dictatoris meminit Li-

B vius libro VIII., & præter Livium Cato Originum libro ſecundo, cum ait: „ Lucum „ Dianium in nemore Aricino Ægerium Lævium Tuſculanum dedicaviſſe, Dictatorem „ Latinum; Conſulis Plinius, cum ſcripſit libro ſeptimo: „ L. Fulvius inter inſignia „ Tuſculanorum rebellantium Conſul, eodemque honore, cum tranſiſſet, exornatus confeſtim à populo Romano, qui ſolus eodem „ anno, quo fuerat hoſtis, Romæ triumphavit ex iis, quorum Conſul fuerat. Narrat etiam Livius Capuæ, antequam deficeret, ſummum magiſtratum mediaſtuticum fuiſſe; alioque loco Prætorem Capuæ Marium Bloſium profitetur; quid quod Præneſtinum Prætorem commemorat, ideſt, ut ego interpre-

C tor, in bello præfectum. „ Præneſtinus, *inquit*, Prætor per timorem ſegnius ex ſubſidiis ſuos duxerat in primam aciem; & libro XXIII. „ Præneſtini cum ſuo Prætore „ Manitio (ſcriba is antea fuerat) Præneſte „ incolumes redierunt. Quin etiam de Cenſoribus licet aliquid ſuſpicari ex eo, quod apud eundem eſt ſcriptum in hiſtoria anni DLXXX.

Si in bello, olim ſolemniores erant neceſſaria: primo, ut hoſtes de ſumma rerum, deque ſe, ſuiſque omnibus liberum Senatui Romano permitterent ſtatuendi jus: Liv. lib. 42. Tum his deditiis leges reddebantur, propriaque libertas, ſuique magiſtratus, quibuſcum iis, quæ viderentur, legibus, fœdus iiebatur. Cujuſmodi, primo Albanis, deinde Latinis, Gallis, Carthaginienſibus poſt primum bellum Punicum, quibus petentibus Liv. lib. 29 dicit: *pacem datam, qui ſuperbe poſt crederent, avereque ſibi imperitatum*. Liv. lib. 21. Itaque poſtquam cum his debellatum eſſet, Feciales ad fœdus feriendum mittebantur: quo de re Liv. poſt bellum Punicum II. *Feciales cum in Africam ad fœdus feriendum ire juberentur, ipſis poſtulantibus S. C. in hæc verba factum eſt: Ut privos lapides ſilices, privaſque verbenas ſecum ferrent: uti Prætor Romanus his imperaret, ut fœdus ferirent, illi Prætorem ſagmina poſcerent. Herbæ id genus ex arce ſumptum dari fecialibus ſolet.* De his omnibus fœderatis ſcribit Proculus in L. 7. D de capt. & poſtlim. rev. *Non dubito, quin fœderati & liberi, nobis externi ſint; nec inter nos atque eos poſtliminium eſſe. Etenim quid inter nos atque eos poſtliminio opus eſt, cum & illi apud nos & libertatem ſuam & dominium rerum ſuarum æque atque apud ſe, retineant, & eadem nobis apud eos contingant? Liber autem populus eſt is, qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubjectus, ſive is fœderatus eſt: item ſive æquo fœdere in amicitiam venit, ſive fœdere comprehenſum eſt, ut is populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret. Hoc enim adjicitur, ut intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe; non ut intelligatur, alterum non eſſe liberum; & quemadmodum clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiam ſi neque auctoritate, neque dignitate, nobis præſunt; ſic eos, qui majeſtatem noſtram comiter conſervare debent, liberos eſſe intelligendum eſt; at fiunt apud nos rei ex civitatibus fœderatis: & in eos damnatos animadvertimus.* Inter hujuſmodi fœderatos Campani non erant, quamquam deditii fuiſſent civitate donati. Sed & erat quintum genus amicorum ſine ullo fœdere cum Populo Romano: Attalus Aſiæ Rex, cum quo ait Liv. lib. 29 propter commune adverſus Philippum bellum cœptam amicitiam eſſe, perque eum ſperaſſe Romanos matrem Idæam Peſſinunte tranſportaturos eſſe Romam, votique per eum compotes factos. Rhodii plures annos in amicitia Romana ſine fœdere fuerunt Liv lib. 45. Ptolemæi Reges Ægypti, Maſſaniſſa magnus ille Rex Africæ: Barbarus Arioviſtus Germanus non plus fuerunt, quam amici Populi Romani. Ædui quoque in Gallia etiam fratres, & conſanguinei appellati: Cæſ. lib I. de bell. Gall. Venetorum nec bellum legitur, nec dedendorum fui cauſa, nec fœderis ulla mentio. Aſt hos amicos alia ratione fœderatos nuncupare poſſumus, ſi aliquo oppido, agro, ditioneve donati fuiſſent, ut Maſſaniſſa, Attalus, Rhodii, de quibus in Præfatione ad hos libb. *de jure Italiæ*. Addimus ſextum genus populorum, quibuſcum Populus Romanus hoſpitium feciſſet. Id erat, ut & apud eos divertentes, & libertatem ſuam, & dominium rerum ſuarum retinerent. Quod ex Pomponio in L. 5. D. de capt. & poſtl. rev. planum fit: *In pace quoque poſtliminium datum eſt: nam ſi cum gente aliqua neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habemus, hi hoſtes quidem non ſunt. Quod autem ex noſtro ad eos pervenit, illorum fit; & liber homo noſter ab eis captus ſervus fit, & eorum. Idemque eſt ſi ab illis ad nos aliquid perveniat. Hoc quoque igitur caſu poſtliminium datum eſt.* Igitur quibuſcum factum erat hoſpitium, poſtliminio opus non erat;

Digitized by Google

DLXXX. referenda: „ L. Poſtumius Conſul, „ *inquit*, edixit, qui ſocium nominis Latini „ ex edicto C. Claudii Conſulis redire in „ ſuas civitates debuiſſent, ne quis Romæ, „ ſed omnes in ſuis civitatibus cenſerentur. Adjungamus his etiam ædilem, & quæſtorem, quos à Latinis creatos, declarant ea Strabonis verba, quibus jus Latii definivit, ut qui ædilitatem, aut quæſturam apud Latinos geſſiſſent, ii cives Romani eſſent. Quod autem ſupra dixi, fœderatos nullam fere populi Romani rationem duxiſſe, id vere dictum eſſe, ex eo efficitur, quod ne magiſtratui quidem Romano apud ſe divertenti ex antiquo fœdere quidquam darent; quod ex hac Liviana narratione perſpicitur, quæ eſt libro XLII. „ L. Poſtumius Conſul iratus Prænestinis, (18) „ quod cum eo privatus ſacrificii in Templo „ Fortunæ faciendi cauſſà profectus eſſet, „ nihil in ſe honorifice neque publice, neque „ privatim factum à Prænestinis eſſet, priuſquam ab Roma proficiſceretur, literas Præneſte miſit, ut ſibi magiſtratus obviam eiret, locum publice pararet, ubi diverteretur, jumentaque cum exiret inde, præſto „ eſſent; ante hunc Conſulem nemo unquam „ ſocius in ulla re oneri, aut ſumptui fuit; „ ideo magiſtratus mulis, tabernaculiſque, „ & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis; privata hoſpitia habebant; ea benigne, comiterque colebant; domuſque eorum Romæ „ hoſpitibus patebant, apud quos ipſis divorti mos eſſet; legati, qui repente aliquò „ mitterentur, ſingula jumenta per oppida, iter „ quà faciendum erat, imperabant; aliam „ impenſam ſocii in magiſtratus Romanos „ non faciebant; injuria Conſulis etiam ſi „ juſta, non tamen in magiſtratu exercenda, „ & ſilentium nimis aut modeſtum, aut timidum Prænestinorum jus velut probato exemplo magiſtratibus fecit graviorum in dies „ talis generis imperiorum.

Atque hæc quidem tum erat Italicorum, Latinorumque oppidorum conditio; num autem eadem etiam Gallicorum? non, opinor. Nam cum Gallia provincia fuerit, profecto Gallica oppida præter magiſtratus ſuos quoſdam prætorem etiam Romanum habuerunt, cui, ut præfecturæ præfecto, non jus ſolum dicenti, ac quæſtiones exercenti, ſed imperium etiam habenti, ut ſupra diximus, obedirent.

Caruiſſe autem fœderata oppida omnia jure civitatis Romanæ, illud argumento eſt, quod multos ex fœderatis civitatibus nominatim civitate donatos legimus. Age enim. Heraclienſes fœderati erant, & quidem, ut inquit Cicero pro Archia, *æquiſſimo fœdere*: quod ictum eſſe C. Fabricio Conſule, Pyrrhi temporibus, ſcribit in Corneliana; itemque Camertes. Itaque bello Italico Heraclienſium legionem, & Camertium cohortes duas P. Craſſus civitate donavit; & P. Cæſium, qui vivebat Ravennæ, fœderato ex populo, Cn. Pompejus, & Aletrinenſem fœderatum M. Craſſus cives fecerunt; quæ omnia ad Balbi defenſionem Cicero exempla adhibuit; ut etiam illa: „ C. Coſſinium Tiburtium fœde„ rato ex populo, damnato Cœlio, civem „ Rom. eſſe factum; & Cereris Sacerdotes „ aut Neapolitanas fuiſſe, aut Velienſes fœ„ deratarum ſine dubio civitatum; at vero ante civitatem Velienſibus datam nominatim ad populum latum de Caliphana Velienſe, ut ea civis Romana eſſet.

Finis erit hujus loci, ſi hoc addidero, fœderatarum civitatum aliquanto uberiorem, quam aliorum oppidorum, numerum extitiſſe; ſiquidem omnia Italiæ oppida præter colonias, municipia, & præfecturas, quas jam commemoravimus, in hunc numerum adſcribenda ſunt. (19)

CAP.

(18) Aliud eſt nihil contribuere Romano Imperio fœderatos, aliud nihil magiſtratui Romano apud eos divertenti. Æquum fœdus erat, cum qui hoſtes nunquam fuiſſent, ad amicitiam ſociali fœdere cum Romanis jungendam coibant. Liv. lib. 34. Cum his nihil præter æternam pacem paciſcebantur, ut de fœdere Gaditano & dicit, & probat Cic. pro Balb, & tale fœdus coire ſtudebat cum Romanis Antiochus. Liv l. l. Et ejuſmodi fœdus cum Chartaginienſibus fuiſſe ante eorum bella codocemus, quoniam Livius lib 9. Alexandrum comparans cum Romana virtute, non fœdere ad bellum Alexandri Pœnos venturos fuiſſe ait, ſed quod timor par adverſus communem hoſtem utramque civitatem armaſſet. Hinc Pomponius in L. 5 D. de capt. & poſtl. rev. *fœdus* enunciat *amicitiæ cauſa factum*. Hi certe nihil ſeu imperio, ſeu magiſtratibus Romanis contribuere tenebantur. Alia erant æqua fœdera, ſi alter alteri populo ab aliquo hoſte adorto auxilia præſtare promiſiſſet, ut fœdus Hebræorum Machab. 1. cap. 8. Hi quoque auxilia quidem præſtabant, ſed nihil magiſtratibus Romanis. Quanquam & auxilia præſtabant ſuperiores, ſed gratis, & quandoque ea rogabantur: non tamen imperabantur. Fœderati non æquo fœdere, ut quibus bello victis pax data eſſet, pro conditionibus pacis vel tributa, vel auxilia præſtabant, ut Latini maxime, qui ex eadem ſtirpe, qua Romani, in imperio, licet imperii non participes, ſocii aſſumpti fuerant; unde nullum cum alienigenis ſine Latinis auxiliis bellum Romanum. Hi autem nihil certe magiſtratibus Romanis ante L. Poſthumium contribuebant. Is ad peſſimum adverſus Romanos continentes conſuetudinem dedit exemplum, quod a ceteris magiſtratibus uſurpatum in morem converſum eſt contra omnes Romano imperio ſubjectos, qua de re gravis contentio fuit inter Ciceronem, & Appium Pulchrum in fam. lib. 3 ep 8. Monitumque Ulpiani in L. 4. D de off. proc. & leg 1 *Obſervare Proconſulem oportet, ne in hoſpitiis præbendis oneret provinciam, ut Imperator noſter cum Patre Aufidio Severiano reſcripſit. Antequam vero fines provinciæ decretæ ſibi Proconſul ingreſſus ſit, edictum debet de adventu ſuo mittere, continens commendationem aliquam ſui, ſi qua ei familiaritas ſit cum provincialibus, vel conjunctio, & maxime excuſantis, ne publice, vel privatim occurrant ei. Eſſe enim congruens, ut unuſquiſque in ſua provincia eum exciperet.* Valde autem dubito an Prænestini inter vere fœderatos, quemadmodum omnes Latini, quamquam tales, & haberentur, & appellarentur, ut apud Cic. pro L. Cornel. Balb. connumerare poſſimus. Etenim poſtremi eorum fœderis memoria eſt Sp. Caſſio, Poſthumio Cominio COSS. A. U. C. CCLX, Cic. l. l. Aſt poſt illud fœdus, ideſt T. Manlio Torquato III. P. Decio Mure COSS. A. CCCCXIII. in eos rebellatos, victoſque, varia quidem decreta legimus apud Livium lib. 8, nulla autem fœderis reſtituti memoria, quemadmodum ante poſt victoriam ad Lacum Regillum fœdus prope in perpetuum negatum fuerat: *Prænestiniſque agro mulctatos, neque ob recens tantum rebellionis commune cum aliis Latinis crimen, ſed quod tædio IMPERII Romani cum Gallis gente efferata arma quondam conſociaſſent.*

(19) Servata ſemper diſtinctione æqui fœderis, paciſque poſt victoriam datæ.

CAP. XV.

De foris, & conciliabulis.

EXtremum præceptum eſt de foris, & conciliabulis, quorum certam inter ſe differentiam via in tam obſoleta rerum antiquiſſimarum memoria inveniri poſſe exiſtimo; quærere tamen, atque indagare, utile admodum eſſe puto. Sic igitur ſtatuendum eſt, fori ſignificationes, quæ multæ à Feſto colliguntur, duas videri præcipue hanc diſputationem attingere; unam, cum pro juris loco; alteram, cum pro nundinationis accipitur. Prioris ſignificationis item mentio fit in commentariis Nonii de ſermone Latino, cum ait: *Fora locos fuiſſe, in quibus jus diceretur*. Quod præceptum notis illis dicendi generibus video comprobari, *forum indicere*, & *forum agere*. Forum enim indicere prætores dicebantur, cum locum juriſdicundi, qui conventus dicebatur, deſignabant. Forum autem agere, cum conventum in provincia juriſdicundi cauſſa habebant. Juriſdictio autem ad privatas controverſias, & omnino ad jus Quiritium tuendum pertinuit. Itaque cum in foris jus dictum tradimus, prorſus quæſtiones publicas removemus; quas non in foris Italicis, ſed Romæ cognitas fuiſſe, niſi quid forte extra ordinem factum ſit, arbitramur; id quod in Bacchanalium quæſtione uſu veniſſe narrat Livius: *Eadem ſolitudo*, inquit, *quia Romæ non reſpondebant, nec inveniebantur, quorum nomina delata erant, coegit, Conſules circa fora proficiſci, ibique quærere, & judicia exercere*. Altera, ut dixi, fori ſignificatio locum nundinationis amplectitur, quem pariter prætores in provinciis indicere, Servio teſte, ſoliti erant. Atque hoc idem jus video ad prædia etiam privata interdum eſſe translatum; ſiquidem inquit Svetonius: *Claudium Imperatorem jus nundinarum in privata prædia à Conſulibus petiiſſe*; & Plinius in epiſtola ad Valerianum ſcribit: *virum prætorium à Senatu contendiſſe, ut ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur*. Hæc autem loca proprio vocabulo non fora, ſed diſtinctionis gratia conciliabula dicta eſſe invenio; nimirum, ut tradit Feſtus: *quod eò in concilium veniretur*; unde eſt illud Livii libro ſeptimo, *legem latam ne ambiendi magiſtratus gratia nundinas, & conciliabula obire liceret*; nempe enim intelligebant, cives Romanos, qui in agris verſarentur, eò frequentes mercandi, ac vendendi cauſſa convenire ſolere. Fuiſſe vero loca ejuſmodi, in quibus jus diceretur, alia, in quibus nundinæ tantum agerentur, oſtendit idem aperte, cum ait alio in loco, *ex vices partim habuiſſe Rempublicam, & jus dictum, partim nihil forum, & tamen ibi nundinas actas*. Quo fit, ut hæc duo conjuncte ſæpe à veteribus proferantur, ut à Livio lib. XL.: *Decemviri ſupplicationem in biduum valetudinis cauſſa in urbe, & per omnia fora, & conciliabula edixerunt*; & libro XXV.: *Senatus Triumviros binos creari juſſit, alteros, qui citra, alteros, qui ultra quinquageſimum lapidem in plateis, foriſque, & conciliabulis, omnem copiam ingenuorum inſpicerent*. In conciliabulis tamen aliquando æque, atque in foris jus dictum, veteres leges indicant, una in libris de limitibus: *cum curator hac lege non erit, tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo juredicundo præerit, ejus magiſtratus de ea re juriſdictio eſto*; altera ænea: *In oppideis, foris, conciliabulis, ubi juredicundo præeſſe ſolet*; nam quæſtiones ibi extra ordinem exercitatas, Livius indicat libro XXXIX., cum Q. Mævium pr. quæſtiones veneficii per municipia, conciliabulaque habuiſſe, ſcribit. Ut autem colonias, & præfecturas, item fora, & conciliabula ad jus municipiorum redigi potuiſſe, non obſcure Frontinus in libro de limitibus declaravit, cum ita ſcripſit: *Quod ſi ad hæc revertamur, hoc conciliabulum fuiſſe fertur, & poſtea in municipii jus relatum; nam omnia antiqua municipia ſuum habent privilegium*; & Aggenus: *Sunt loca publica coloniarum, ubi prius fuere conciliabula, & poſtea ſunt in municipii jus relata*. Atque hæc quidem, quod ad jus Italiæ pertinet, de foris, & conciliabulis dicta ſint.

Nunc quoniam multa in Italia oppida fuerunt, quæ Fori nomen tulerunt, ut Forum-Appii, Forum-Caſſii, Forum-Livii, Forum-Cornelii, & alia generis ejuſdem, nihil alienum me ab hujus diſputationis officio arbitror eſſe facturum, ſi hoc loco, quid de toto hoc genere ſentiam, aperuero. Quod igitur quædam hujus nominis, & appellationis in Italia oppida fuerint, id totum è more, inſtitutoque Romanorum eſt repetitum; de quo neminem arbitror eſſe dubitaturum, qui tritas aures veterum nominum Romanorum uſu ac conſuetudine habeat. Cur autem, aut quando ſingula eorum ſint conſtituta, vix equidem adhuc niſi levi ſuſpicione attingere potui. Nam, quoniam forum & juris, & nundinationis ſedes fuit, factum eſt, ut ad credendum adductus ſim omnia ejuſmodi fora, aut quia juris, aut quia negotiorum domicilia fuerint inſtituta, id nominis inveniſſe. Hoc autem ita eſſe, probatur etiam exemplo Regii Lepidi, Galliæ citerioris oppidi, quod ita dictum prodit Feſtus, quia ibi forum habuerit Lepidus. Regium autem cum dicebant, quid aliud, quam baſilicam intelligebant, ideſt, locum, in quo jus, ut Romæ in Baſilicis, dicebatur? Quocirca Strabo Rhegium Brutiorum oppidum ambigit, an ab eo nuncupatum ſit, quod eſſet quaſi regia, ſive, ut Græco verbo utar, baſilica. Cum ergo hoc conſtet, jam nullam illud habet dubitationem, Forum Appii ab Appio, Caſſii à Caſſio, Cornelii à Cornelio eſſe ut appellatum, ſic etiam conſtitutum; at à quo Appio, Caſſiove (nam plurimi ejus nominis Romæ fuerunt) nihil præter conjecturam afferre poſſum, quam nunc non invitus exponam. Me igitur ad hanc opinionem diuturna, ac diligens Romanæ obſervatio antiquitatis adduxit, ut credam, ejuſmodi pleraque fora aut à cenſoribus, aut a prætoribus Romanis condita eſſe: cenſoribus, cum vias in Italia ſternerent; prætoribus, cum bellum gererent, aut provincias obtinerent. Cur enim, cum in Appia via Appii forum, in Flaminia Flaminii, in Aurelia Aurelii, in Æmilia Lepidi fuiſſe, teſte Antonino inveniam, aut aliter poſſum exiſtimare, aut non ab eodem, à quo via ſtrata eſt, Forum eſſe inſtructum putare? Viam autem Appiam Ap. Claudius Cæcus cenſor, quod inter omnes conſtat, à porta Capena uſque ad oppidum Capuæ munivit anno urbis CDXLI. Nam Flaminiam Livius, Caſſiodorus, & Feſtus à C. Flaminio

Cen-

Digitized by Google

Cenſore anno DXXXIII. ſtratam literis prodiderunt; ea vero à porta Flumentana per Umbriam Ariminum uſque perducta eſt; ut qui Flaminius agrum Gallicum cis Ariminum in Tribunatu diviſerat, Gallos ciſalpinos in Conſulatu devicerat, idem in cenſura ad finem uſque ejuſdem agri viam perduxerit; aliam inde Flaminiam viam C. Flaminius hujus filius in Conſulatu ſtravit à Bononia uſque Arretium, eaque cum Æmilia ad Bononiam eſt conjuncta; quod in Annalibus Livianis eſt ſcriptum; nam aliter eſt apud Strabonem, qui eam ab Urbe Ariminum uſque perducit. Viam Aureliam ab urbe per Etruriam uſque ad Piſas deducit Antoninus; in eaque Forum Aurelii collocat, ea vero à cenſore C. Aurelio Cotta (loquor, ut opinor; neque enim præter conjecturam quidquam habeo) anno DXII. eſt ſtrata. M. autem Æmilius Lepidus is, qui bello Gallico confecto viam Æmiliam ab Arimino Placentiam munivit, cum forum, teſte Feſto, in agro, qui eſt inter Mutinam, Parmamque haberet, Regium Lepidi in via Æmilia ſuo inſigne cognomine reliquit. Atque hoc idem de Foro Claudii, & Foro Caſſii poſſumus ſuſpicari, quippe cum viam Claudiam, Caſſiamque per Etruriam ductas, & Forum Claudii, Caſſiique Etruriæ fuiſſe oppida liqueat, & aliquot Claudii, Caſſiique cenſores fuerint, à quibus ut vias munitas, ſic fora condita eſſe, conſentaneum ſit. Jam vero Forum Cornelii à Cornelio Sylla conſtitutum ſcribit Prudentius: „ Sylla forum ſtatuit Cornelius, hoc „ Itali urbem vocant ab ipſo conditoris no„ mine. Conditum autem exiſtimo bello civili, tum cum Sylla Carbonem, exercitu ejus ad Faventiam cæſo, Italia expulit; ut Livius, & Appianus prodidit; ut autem Forum Cornelium à Cornelio, ſic Forum Sempronii à Sempronio Sopho, qui Picentes in ditionem populi Romani redegit, Forum Livii à M. Livio Salinatore, qui eam provinciam adverſus Aſdrubalem tenuit, Forum Fulvii in Liguribus ab aliquo eorum Fulviorum, qui cum iis populis bellum geſſerunt, eſſe conſtituta, niſi ſi quis gravem veteris alicujus ſcriptoris auctoritatem oppoſuerit, facile opinione mihi patiar perſuaderi. Forum autem Julii in Carnis à C. Julio Cæſare conditum crediderim, tum cum Galliam ulteriorem, citerioremque pro-Conſule obtinuit; quod idem de Foro Julio Galliæ Narbonenſis exiſtimo; neque enim eos audire poſſum, qui hæc Cæſaris eſſe Auguſti monumenta putant; quorum ab auctoritate cur diſcedam, id eſt cauſſæ, quod Forum Julium Narbonenſe in epiſtolis Planci, multo ante, quam Cæſar Auguſtus imperio potiretur, invenio celebrari. Adde quod quæ Auguſtus monumenta reliquit, ea non Julii, ſed Auguſti nomine ſignavit, ut in Hiſpania Foro-Auguſtanam civitatem, & Auguſtam Emeritam, in Italia Auguſtam-prætoriam, Auguſtam Taurinorum, nulla alia de cauſſa, niſi ut ea à patris Julii monumentis ſecerneret. Cæſar autem duobus in extremis provinciæ ſuæ finibus duo fora videtur conſtituiſſe, unum in ulteriore Gallia, alterum (ut diſerte ſcribit in ſecundo de Longobardis Diaconus) in citeriore. Cur autem hoc ipſe, vel ceteri Romani factitarint, equidem honeſtam quandam laudis, & gloriæ cupiditatem (20) mihi videor afferre poſſe, qua præter ceteras gentes populus Romanus ſemper flagravit; ut qui armis, atque aſſidua bellorum contentione gentes omnes devicerant, iidem in terris non ſolum nobiliſſima victoriæ monumenta poſteris proderent, ſed ſuo etiam, per quos egregii aliquid geſtum eſſet, nomine libenter ad æternitatem ornarent; hinc viæ, hinc aquæ, hinc thermæ, hinc arcus, hinc fornices extiterunt; quæ qui curarunt, ac conſtruxerunt, eximio quodam immortalitatis amore, ac ſtudio ducti, ſuo nomine inſignita in perpetuum eſſe voluerunt. Quod idem de foris etiam conditis videtur eſſe judicandum; quæ à principio ad uſum vel juris, vel nundinarum inſtituta, poſt incolatum numero aucta tectis frequentata oppidi formam accepiſſe, ac fori tamen nomen, priſtino jure amiſſo, ac meliore alio parto videntur uſurpaſſe.

Quibus ex rebus breviter diſputatis intelligi poteſt, non ſolum quod jus ſingulorum & oppidorum, & locorum Italiæ fuerit, ſed etiam Italiam nullo modo per pro-Conſules, ut tradidit Appianus, fuiſſe adminiſtratam. Neque enim cum à coloniis, municipiis, præfecturis, fœderatis civitatibus, foris & conciliabulis receſſerimus, ulla alia in Italia loca reperiemus; quæ ipſa jam nulli pro-Conſulum imperio, aut poteſtati fuiſſe permiſſa oſtendimus.

(20) Non propter cupiditatem laudis, gloriæque, quæ neceſſario conſequuntur virtutem, fora, conciliabulaque primo inſtituta, ſed ad majorem commercii, adminiſtrandæque provinciæ commoditatem, facilitatem, & utilitatem, ut apud Cæſ. pluribus locis de bell. Gall.

Explicit Liber Secundus de antiquo jure Italiæ.

CAROLI SIGONII
DE
ANTIQUO JURE ITALIÆ
LIBER TERTIUS.

CAP. I.

De civitate Latinis atque Italicis data.

ITaliæ ſtatum à bello Italico uſque ad Auguſtum Imperatorem hoc tertio libro mihi propoſui demonſtrandum; quo tempore melius aliquanto jus ipſa, quam antea obtinuerat, eſt adepta. Ut autem ſuperiora jura ex legibus fœderum, fœdera ex bellis fluxerunt, ſic hoc quoque, quod optimum jus Italiæ voco, lex Julia peperit, qua civitas Latinis, atque Italicis eſt conceſſa. Ad largiendam vero his civitatem populus Romanus Italici belli difficultate, periculoque compulſus eſt. Quod cum ita ſit, relinquitur profecto, ut cauſſam ejus belli, ipſumque bellum, & fœdus, & fœderis conditiones exponam, ni ab inſtituto diſcedere ſuſceptæ diſputationis velim; ſic enim facilius, quo modo Latini, Italicique in civitatem, qui eſt hujus ſermonis, ac doctrinæ finis, aſciti ſint, apparebit.

Cum ergo, ut rem altius repetam, hoc jure Latini, atque Italici eſſent, quod, quemadmodum dixi jam toties, civitatis Romanæ jure incommodius erat, propterea de eo amplificando, atque ad optimum jus civium Romanorum redigendo iterum, ac ſæpius agitarunt, idque à Senatu negatum ad extremum aperta defectione vi, & armis extorſerunt. Hoc autem ipſum quantopere concupiſcerent, atque adeo rationibus ſuis accommodatum exiſtimarent, jam inde ab anno DLVIII. maximum, ac certiſſimum illi documentum dederunt, cum, M. Catone, L. Flacco Conſulibus, novum jus Ferentinates tentarunt, *ut Latini*, quod ſcriptum eſt apud Livium, *qui in coloniam Romanam nomina dediſſent, cives Romani eſſent*, Puteolos autem, Salernumque, & Buxentum aſcripti coloni, qui nomina dederant, cum ob id ſe pro civibus Romanis ferrent, Senatus judicavit, non eſſe eos cives Romanos. Itaque cum vulgo per migrationem, & cenſum, quod præcaveri conſilio non potuerat, ſedibus, ac penatibus ſuis furtim Romam traductis clam in civitatem irreperent, viſum eſt faciendum Senatui, ut tantæ licentiæ quaſi fræna quædam injicerentur, atque ut in ſuas quique ſedes redigerentur. Quare cum an. DLXVI., Lepido, & Flaminio Conſulibus, legati ſocium Latini nominis, qui toto undique ex Latio convenerant, magnam multitudinem civium ſuorum Romam commigraſſe, ibique cenſos eſſe quererentur, Q. Terentio Culeoni prætori negocium, eodem teſte Livio, datum eſt, ut eos conquireret, & quem C. Claudio, M. Livio cenſoribus, poſtve eos cenſores ipſum, parentemve ejus apud ſe cenſum eſſe, probaſſent ſocii, ut redire eo cogeret, ubi cenſi

A eſſent; qua conquiſitione duodecim millia Latinorum domos redierunt, jam tum multitudine alienigenarum urbem onerante. Neque vero mirum videri cuiquam debet, his legibus, atque edictis ad Italicorum, qui Romam commigrarent, multitudinem cohibendam tum opus fuiſſe. Nam cum recentibus victoriis, Punica, Macedonica, atque Aſiatica, omnium gentium conſenſu, univerſi terrarum orbis imperium Romæ eſſet conſtitutum, nuſquam ſe Itali melius, atque honeſtius, quam in ipſo Imperii domicilio fore arbitrabantur.

Itaque cum vulgo oppida, agrique deſererentur, tum, anno demum DLXXVI., C. B Claudio, Ti. Sempronio Conſulibus, legationes, ut idem inquit Livius, ſocium nominis Latini, quæ & cenſores, & priores Conſules fatigaverant, tandem in Senatum introductæ, queſtæ ſunt, cives ſuos Romæ cenſos, pleroſque Romam commigraſſe; quod ſi committeretur, perpaucis luſtris futurum, ut deſerta oppida, deſerti agri nullum militem dare poſſent. Fregellas quoque quatuor millia familiarum tranſiſſe ab ſe Samnites, Pelignique queſti ſunt; neque eo minus aut hos, aut illos in delectum milites dare. Genera autem fraudis, ut idem addit, duo mutandæ civitatis inducta erant. Lex ſociis, ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinC querent, dabat, ut cives Romani fierent; ea lege male utendo alii ſociis, alii populo Romano injuriam faciebant. Nam & qui ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos quibuſcunque Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives eſſent: & quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, ut cives Romani fiebant; poſtea his quoque imaginibus juris ſpretis, promiſcue, ſine lege, ſine ſtirpe, in civitatem Romanam per migrationem, & cenſum tranſibant. Hæc ne poſtea fierent, petierunt legati, & ut redire juberent in civitates ſocios, deinde ut lege caverent, *ne quis quem civitatis mutandæ cauſſa ſuum faceret, neve alienaret,* D *& ſi quis ita civis Romanus factus eſſet, civis non eſſet*. Hæc impetrata ab Senatu; legem C. Claudius ſociis ex S. C. tulit, & edixit, qui ſociis, ac nominis Latini ipſi majoreſve eorum M. Claudio, T. Quinctio cenſoribus, poſtque ea apud ſocios nominis Latini cenſi eſſent, ut omnes in ſuam quiſque civitatem ante Kalend. Novembris redirent. Quæſtio, qui ita non rediſſet, L. Mummio prætori decreta eſt. Ad legem & edictum Conſulis adjectum eſt, ut Dictator, Conſul, Interrex, Cenſor, Prætor, qui tunc eſſet apud forum, darent operam, ut qui manumitteretur, jusjurandum daret, qui eum manumitteret, civitatis mutandæ cauſſa manu non mittere; qui non juraret; eum manumittendum non-

cen-

Digitized by Google

cenſuerunt. Hæc io poſterum cauſſa, joriſdictioque C. Claudio Conſuli decreta eſt. Quo tempore L. Papirium Fregellanum orationem pro Fregellanis, & colonis Latiois in Senatu habuiſſe, Cicero prodit io Bruto. Itaque cum quadriennio poſt cenſores Q. Fulvius, A. Poſtumius cenſum agerent, miootem aliquanto, quam ſuperiore luſtro, numerum invenerunt, quia L. Poſtumius Conſul pro concione edixerat, qui ſocium nomiois Latini ea edicto C. Claudii Conſulis redire in ſuas civitatcs debuiſſent, ne quis eorum Romæ, ſed omnes io ſuis civitatibus cenſerentur. Has autem inſidias, atque aucupandæ Romanæ civitatis fraudes nimirum intellexit noſter idem, cum de Balbo civitatis reo dixit: „ Non furatus eſſe civitatem, noo genus ſuum „ ementitus, non in aliquo impudeoti men„ dacio delituiſſe, noo irrepſiſſe in cenſum „ dicitur.

Poſt legem Claudiam non multis annis lata eſt Papia de civitate; quæ tamen quo potiſſimum anno ſit lata, cum eorum temporum una cum veterum annalium monumentis memoria evanuerit, nobis parum compertum eſt. Hæc autem lex hoc amplius videtur habuiſſe, quam Claudia, quod Claudia noo niſi ſociis oominis Latioi eſſet lata, Papia etiam peregrinis, cum eodem illi fortaſſe civitatis Rom. adipiſcendæ ſtudio, atque hi, efferrentur; ſiquidem Mamertini, quod oppidum in Sicilia eſt, hujus legis beneficio M. Craſſum, qui ſe Romæ pro cive ferebat, Meſſanam revocare ſunt conati; cujus rei Cicero, cum Balbum defenderet, exemplum adhibuit. „ Cum judices, *inquit*, præ ſe ferrent, pa„ lamque loquerentur, quid eſſent lege Pa„ pia de M. Craſſo Mamertinis repetentibus „ judicaturi, Mamertini publice ſuſcepta „ cauſſa deſtiteruot. Quid quod hac etiam lege damnatum M. Perpernæ ejus, qui anno DCXXIII. Conſul fuit, patrem prodit Valerius? „ M. Perperna, *inquit*, Conſul ante„ quam civis; cujus eoim vita triumphavit, „ mors Papia lege damnata eſt; namque pa„ trem illius oihil ad ſe pertinentia civis Ro„ mani jura complexum, Sabelli judicio pe„ titum, redire io priſtinas ſedes coëgerunt.

Eodem ergo tempore, cum hunc rerum ſtatum Italia obtineret, Ti. Gracchus Tribunatum pleb. adeptus eſt anno urbis DCXX. io quo etſi alia parum fortaſſe è Republica promulgavit, illud tamen ad imperium conſtituendum aptiſſime; quod aoimos Italicorum, ac ſenſus intimos perſcrutatus, civitatem Italiæ, quod extat apud Paterculum, eſt pollicitus; quam tamen legem, ante ab optimatibus interfectus, ferre non potoit.

Anoo DCXXVII., M. Junius Pennus (hic Lepido, & Oreſte Cooſulibus, teſte in Bruto Cicerone, ad Tribunatum plebis acceſſit) legem tulit, quæ non ad civitatem, & ſocios, id quod nunc quærimus, ſed ad peregrinos urbe ejiciendos, & uſu ejus prohibendos pertinuit. Quam quidem legem commemorat Feſtus; quippe à quo teſtis citatur C. Gracchus in ea, quam ſcripſit de lege Penni de peregrinis, vituperat autem Cicero in tertio de officiis. „ Male, *inquit*, „ qui peregrinos urbibus uti prohibeot, „ eoſque exterminaot, ut Pennus apud pa„ trea noſtros; uſu enim urbis prohibere „ peregrinos, ſane inhumanum eſt.

Hoc vero tempore palam atque aperte Italicos jus civitatis Rom. tentare cœpiſſe, neque ante, quam id obtinuerunt, conquieviſſe invenio. Etenim cum agraria Ti. Gracchi lege ſe vetere agrorum ſuorum poſſeſſione everti viderent, & P. Scipionem Æmilianum, quo uno patrono eos ſe retenturos eſſe confidereot, inſidiis inimicorum è medio ſublatum eſſe, ipſi una cum locupletibus Romanis omnibus iodigniſſime ferrent: non defuerunt, qui Romæ ad incitandam ad agros defeodendos Italiam, dandæ illis civitatis auctores eſſent. Quod Italici alacri, atque libeoti animo acceperunt, atque oppidorum nomina, M. Fulvio Flacco Conſule legem ſcribeote, profeſſi ſunt; verum indignante, atque adverſante Senatu, ac miſſo, & prope amandato in provinciam M. Fulvio, nihil, ut inquit Appiaous, effectum eſt. Hujus autem legis Fulviæ meminit, ut video, Valerius, ubi ſuperbiæ exempla proponit. „ M. Fulvius Flaccus Conſul, *inquit*, M. „ Plaotii Hypſæi collega, cum perniciosiſſi„ mas Reipoblicæ leges introduceret de civi„ tate danda, de provocatione ad populum „ eorum, qoi civitatem mutare vellent, ægre „ compulſus eſt, ut io curiam veoiret. Eodem autem etiam anno Fregellæ à Romanis in Latio defecerunt, Latinis, ut vulgo ſuſpicabantur homioes, à M. Fulvio concitatis. Plutarchos C. Gracchum ſuſpectum fuiſſe tradit, ne ſocios ſolicitaſſet, ac coojurationis Fregellanæ particeps fuiſſet. Fregellas quidem L. Opimium prætorem cepiſſe, atque ita ceteros quoque Latini nomiois ſocios male animatos repreſſiſſe, ſcribit io commentario Milonianæ Aſconius.

Trieonio poſt C. Gracchus Tribunus plebis legem, quam Tiberius frater ferre in animo habuerat, Flaccus promulgarat de civitate Italis danda, retulit. Atque hoc quidem tradit Appianus, cojus præter alia hæc etiam verba ſaot: „ Gracchus multas leges „ promulgabat de judiciis, de viis, de colo„ niis, & ad omnes Romanorum res Latinos „ advocabat, quaſi vero Senatus hominibus „ conſanguineis hooeſte repugnare non poſ„ ſet; reliquis vero ſociis, quibus jus ſuffra„ gii non erat, ſuffragiom io poſterum da„ bat, ot & hos io fereodis legibus ſuffraga„ tores haberet. Quo facto Senatus pertur„ batus Conſules edicere juſſit, ne quis eo„ rum, quibus ſuffragii jus noo eſſet, in „ orbe obverſaretur, neque propios orbem „ quinque millia paſſuum eſſet. Plutarchus item præter ceteras haoc etiam legem à C. Graccho in primo Tribunatu promulgatam ſcribit, qua Italis idem atque civibus Romanis, jus ſuffragiorum commonicabat; in ſecundo autem cum ad propoſitas reliquas leges jubendas ſuffragium plebi, cujus ex cuncta orbis fece maximus ad ſe concurſus factus fuerat, daturus eſſet, Fannium Conſulem ex auctoritate Senatus ſocios præter cives Rom. omnes edicto exire ex urbe juſſiſſe; Gracchum profeſſum ſe manentibus eis auxilio futurum, & cum familiares quoſdam ſuos à lictoribus Conſulis trahi videret, deſtitiſſe. Quibus ex verbis ſatis aperte intelligi poteſt, Gracchom, ut ait Appianus, Latinos ad omnes res Romanorum ſciſcendas vocare, quippe qui niſi ad leges jubendas noo accerſerentur. Italis autem, auctore Vellejo, civitatem largiri voluiſſe; at Faoniano edicto omnes ex urbe exire joſſos; quæ res Ciceronem im-

pulit, ut in Bruto ſcriberet: „ C. Fannium „ unam orationem de ſociis, & nomine La- „ tino contra Gracchum reliquiſſe. Quod autem ſcriptum eſt apud Salluſtium in Jugurthina, nobilitatem per ſocios, ac Latinum nomen Gracchorum actionibus obſtitiſſe, id ad leges eorum agrarias repudiandas, quibus Italiæ potiſſimum res, uti diximus, agebatur, referendum videtur; quam tamen rogatione Sempronia de civitate promulgata cum Gracchis in gratiam rediſſe, opinor.

Neque vero dubium eſt, quin Flacci, & Gracchi, qui primi de civitate legem intulerant, nece cognita, vehementius (& hoc enim tradit etiam Appianus) Italia dolore exarſerit. Univerſos tamen poſtea omni civitatis cogitatione, ſpeque abjecta placatos, licet ſuſpicari; Latinos quidem, quod anno DCXLIII. nobilitati, ut ſcribit Salluſtius, ad Mamiliam rogationem occulte impediendam affuerint; & quod interea legis Serviliæ, (hæc quo potiſſimum anno lata ſit, eſt obſcurum) beneficium tulerint, qua dabatur, ut ſi quis Latinus Senatorem Romanum accuſando condemnaſſet, is civis Romanus eſſet; cujus legis Cicero memoriam uſurpavit, tum cum Balbum de civitate defendit; Italicos vero, quod non niſi triceſimo poſt Gracchum, & Flaccum interfectos anno ad civitatis petitionem accenſi fuerint; id quod injuria legis Muciæ Liciniæ coacti videntur primum cogitaſſe.

Nam cum illi ſumma, ut eſt apud Pedianum, cupiditate civitatis Rom. flagrarent, & ob id magna pars eorum pro civibus Rom. ſe gereret, L. Licinius Craſſus orator, & Q. Mucius Scævola Pont. Max. Conſules legem de civibus regundis tulerunt, ut in ſuæ quiſque civitatis jus redigeretur; quæ lex eandem fere habuiſſe vim videtur, quam Claudia primum, poſt Papia, quæ vetuſtate fortaſſe jam ſua negligebantur. Hujus autem legis meminit primum Cicero in III. de Officiis, cum dixit: „ Eſſe pro cive qui non ſit civis, re- „ ctum eſt non licere; quam legem tulerunt „ ſapientiſſimi Conſules Craſſus, & Scævola; & pro Balbo: „ Lege Servilia ſapientiſſimi „ cives hanc Latinis viam populi juſſu pate- „ re paſſi ſunt, neque in his eſt hoc repre- „ henſum lege Licinia, & Mucia. Unde illud eſt tranſlate dictum in Bruto: „ Lyſiam „ Timæus quaſi Licinia, & Mucia lege re- „ petit Syracuſas. Verum hac lege adeo alienati ſunt Principum Italicorum animi, ut ea vel maxima cauſſa belli Italici, quod triennio poſt exortum eſt, fuerit.

Nam cum M. Livius Druſus Tribunus plebis L. Philippo, Sex. Cæſare Coſs. aſſiduis Italicorum efflagitationibus fatigatus, legibus multis de agris, de frumento, de judiciis, de Senatu, de coloniis promulgatis, hanc etiam de civitate Italiæ danda propoſuiſſet, advocatis in urbem per Conſules Etruſcis, atque Umbris, verbo quidem, ut legem de coloniis, qua potiſſimum violabatur Italia, reprehenderent; re ipſa, ut Druſum interficerent, haud ita multo poſt, antequam hanc de civitate legem perferret, domi ſuæ, incertum à quo, necatus eſt. Quo facto Equites Romani, penes quos tum judicia erant, Q. Varium Tribunum plebis Druſi collegam impulerunt, ut legem ferret in eos, qui Italicos civitatem petentes clam, palamve juviſſent; qua lege multi è primoribus urbe ſunt exacti. Italici vero cum ſe Druſo, quo uno auctore ſe civitatem impetraturos ſperaverant, erepto, & ceteris patronis ſuis exilio mulctatis, deſertos cernerent, indignationis, atque irarum pleni adverſus populum Romanum conſpirarunt. Ac primum quidem decreverunt feriis Latinis in monte Albano, Philippum, & Cæſarem Conſules interficere; deinde re patefacta, Q. Servilio pro-Cos. ad motus ſuos comprimendos accurrenti una cum legato ejus Fontejo, & omnibus, qui Aſculi erant, civibus Romanis necem attulerunt. Quam ut ulciſceretur injuriam populus Romanus, bellum illud inivit, quod Sociale, atque Italicum appellatum eſt, nempe quod à ſociis Italicis ſit commotum. Quod idem etiam Marſicum nominarunt, quod illud Marſi potiſſimum, ut inquit Strabo, & eorum Imperator Popedius intulerint; ad quos ſe deinde hi populi applicuerunt, Picentes, Peligni, Veſtini, Marrucini, Frentani, Hirpini, Pompejani, Picentini, Venuſini, Japyges, Lucani, Samnites, atque omnia, ut ait Appianus, ora à Liri fluvio uſque ad Ionium ſinum. Hi vero, ut addit Diodorus, cum Corfinium, Pelignorum oppidum, belli caput legiſſent, eò cum alia, quibus magnum parari imperium poſſet, tum maxime forum, & conſilium, & cetera, quibus ad bellum gerendum opus eſt, pecuniarum, & annonæ copiam contulerunt; quin etiam Senatum ex viris quingentis conſtituerunt, ex quibus legerent, qui patriam regerent, & communi ſaluti conſulerent; atque his rei bellicæ auctoritatem, ac jus omne permiſerunt; illi vero, Conſules bini quotannis, & duodeni Prætores ut crearentur, cum ſtatuiſſent, Q. Popedium Silonem, & C. Papium Mutilum, alterum inter Marſos, alterum inter Samnites auctoritate, & rerum geſtarum gloria facile Principem Conſules declararunt, cum autem univerſam Italiam in partes duas diſtribuiſſent, eaſque Conſulares provincias feciſſent, Popedio partem ab Ocriculis uſque ad mare Adriaticum, nimirum quæ Occidentem, & Septentrionem intuetur, tradiderunt, reliquam vero Italiam, quæ Orientem, & Meridiem ſpectat, C. Mutilo conceſſerunt. Ita cum omnia dextre, atque ad Romani moris ſimilitudinem apte deſcripſiſſent, omni cura in bellum incubuerunt, cum Corfinium in Pelignis, communem patriam, Italicum appellaſſent; unde poſtea Italicenſes uſurpati.

Adverſus hos magno pedeſtrium, equeſtriumque copiarum apparatu Romani Conſules cum veniſſent L. Julius Cæſar, & P. Rutilius Lupus, primum vario Marte, dubioque pugnarunt: poſt autem, cum ad alias clades adverſis multis prœliis acceptas, P. etiam Lupus Conſul tertio idus Junias, teſte in Faſtis Ovidio, cecidiſſet, jamque Etruſci etiam, & Umbri, aliique iis finitimi populi, qui ab altera urbis parte incolunt, defectionem ſpectarent, tum lex, ut ait Appianus, eſt lata: „ ut qui populi ad eam diem in „ fide manſiſſent, cives Romani eſſent; quo nomine Latinos, Etruſcos, & Umbros comprehendiſſe viſa eſt; nondum enim eorum quiſquam defecerat. Appianus quidem certe Tiburtes, & Præneſtinos, quas fœderatas civitates fuiſſe in Latio diximus, tum civitate donatos diſerte ſcribit. Umbros autem, & Tuſcos, cum in tanto tumultu nihil moviſſent, in eandem tum eſſe aſcriptos, facile

mihi

mihi perſuaſerim; de Umbris enim, ut civibus in tribus conjectis, loquitur Cicero pro Murena. „ Multas ſibi tribus, quæ municipiis Umbriæ conficiuator, adjunxit; de Tuſcis illud eſt indicio, quod ait Valerius, ubi de Spurina Etroſco loquitur: „ Quod ſequitur externis adnectam, quia ante geſtum eſt, quam Etruriæ civitas daretur. Idem autem de Sabinis eſt judicandum, quos poſtrema in Sergiam tribum conjectos (in ea enim ſuffragium tulerunt) ſignificat noſter ille in Vatiniana. Hæc autem celeberrima lex Julia fuit, à L. Julio Cæſare Conſule, extremo, ut pareſt, Conſulatu, jam mortuo collega, anno poſt U.C. DCLXIII. lata; qua lege Cicero pro Balbo ſociis, & Latinis, & Gellius lib. IV. univerſo Latio civitatem datam profitentur. Tamdiu vero Italici reſtiterunt, donec à Cn. Pompejo Conſule, & L. Sylla alterius Conſulis L. Catonis legato pluribus prælii victi, & jam ad paucos redacti, omnium ſuorum conſenſu communem patriam Corfinium reliquerunt, quod jam Marſi, atque omnes finitimæ gentes in fidem Romanorum redirrant, ac communi Italicorum cauſſa deſerta, cum ab armis receſſiſſent, in civitatem lege Julia aſciti fuerant. Rei vero ſummam in oppidum Samnitium, priore anno de Romanis captum, Æſerniam tranſtulerunt. Tum vero magnis collectis undique copiis, & ſervis ad arma vocatis, duce Popedio Silone cum Venuſiam in Apulia amiſiſſent, nec, quod imploraverant, à Mithridate Ponti rege Romanorum hoſte, auxilium impetraſſent, omnem belli gerendi cogitationem depoſuerunt, paucis tantum Samnitibus, qui Nolæ ſe continebant, & Lucanis quibuſdam exceptis. Itaque hoc anno omnes ex lege Julia in tribus deſcriptos fuiſſe puto à Cenſoribus L. Julio Cæſare, & P. Licinio Craſſo, qui hujus rei gratia ante ſolemne quinquennii tempus creati erant. In tribus autem eos non veteres triginta quinque, ſed in novas octo diſtribuerunt, eo nimirum conſilio, ne, ſi eos in veteres retuliſſent, multitudine novorum ſuffragiorum nimium veterum civium opes infirmarent. Atque hoc eſſe opinor, quod in epitoma Livianarum LXX. ſcriptum eſt his verbis: „ Italicis populis civitas à Senato data eſt. Quanquam non ſuo id loco, ut opinor; non enim in Cornelii Cinnæ Conſulatu, quod ex eo loco apparet, ſed in Pompeji Strabonis hoc factum eſt.

Quo eodem anno peregrinis etiam aditum quendam ad civitatem Rom. lege Silvani, & Carbonis Tribunorum plebis video eſſe factum; peregrinos nunc appello omnes præter Italos. Ea vero lege, auctore in oratione pro Archia Cicerone, latum eſt: „ Ut qui fœderatis civitatibus aſcripti eſſent, ſi tum cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuiſſent, ac ſexaginta diebus apud prætorem profeſſi eſſent, cives Rom. eſſent; ad quam legem reſpiciens idem Archiam Antiochenum, cum aſcriptus eſſet Heracleam, quæ æquiſſimo jure, & fœdere erat, civitatem Roman. eſſe adeptum, concludit; de utraque autem civitate ſic in defenſione Balbi loquitur: „ Lege Julia, qua civitas ſociis, & Latinis data eſt, magna contentio Heracleinſium, & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis civitatibus juris ſui libertatem civitati anteferret. Fuit autem æquum, ut qui aſcriptus eſſet in civitatem fœderatam, una cum ea civitatem Romanam conſequeretur.

Quod autem dixi, civitatem Italicis populis datam in Conſulatu Strabonis, non Cinnæ, cum Cenſores, de quibus dixi, oſtendunt, quorum munus eſt, cives in tribus transferre, tum etiam illud maxime, quod P. Sulpicius, qui anno poſt Strabonem Conſulem, Sylla Conſule, Tribunatum geſſit, novos cives ex octo tribubus in omnes triginta quinque diſtribuere eſt conatus. Etenim cum Italici in octo tribus novas conjecti nihil ſe ad comitia roboris afferre, ac nervorum, dummodo veteres XXXV. conſenſiſſent, intelligerent, ſe deceptos rati, ad P. Sulpicium novarum rerum cupidum confugerunt. Ille vero ad aucupandam eorum gratiam legem promulgavit, ut novi cives in veteres tribus transferrentur; qua de lege in epitoma LXXVII, atque in Appiani primo libro ſcriptum eſt; verum hæc lex aut non eſt lata, aut certe eodem anno à L. Sylla Conſule, cum in urbem ex Campania cum exercitu revertiſſet, ac Sulpicium ipſum, Mariumque inimicos ſuos urbe exturbaſſet, una cum ceteris ejus legibus eſt ſublata. Quocirca L. Cinna, qui in ſequenti anno Conſulatum geſſit, quo ſibi contra Syllam tum abſentem opes pararet, eam retulit; id quod his verbis proditum à Vellejo eſſe video: „ Cum civitas Italiæ data eſſet, ut in octo tribus contribuerentur novi cives, ne potentia eorum, & multitudo veterum dignitatem civium frangerent, pluſque poſſent recepti in beneficium, quam auctores beneficii; Cinna in omnibus tribubus eos ſe diſtributurum pollicitus eſt; quo nomine ingentem totius Italiæ frequentiam in urbem acciverat; ex qua pulſus, Conſulatus ei quoque abrogatus eſt. Poſt autem Cinna quartum Conſule interfecto, & Cn. Carbone ſolo Conſulatum gerente, anno DCLXIX., ſocios omnes in XXXV. tribus diſtributos poſſumus ſuſpicari, atque id eſſe, quod in epitoma LXXX. ſcriptum eſt: „ Novis civibus S. C. ſuffragium datum eſt. His enim verbis ſignificari arbitror, novis civibus tum demum ſuffragium eſſe conceſſum, quod eo primum anno in XXXV. tribus, quod ante eam diem non obtinuerant, ſint diſtributi, quo modo par jus ſuffragiorum cum veteribus civibus ſunt aſſecuti. Neque vero de facto dubito; quo anno factum hoc ſit, de eo potius ambigo; neque enim ex verbis epitomarum ſæpe certum rerum annum poſſis eruere; ego vero, ſi quid in re tanta judicio, ac conjecturæ dandum eſt, malim Italicos biennio ante in XXXV. tribus conjectos in ſecundo Cinnæ Conſulatu, quàm eodem quartum Conſule jam occiſo, & Carbone ſolo Conſulatum gerente; primum, quia probabile videtur, quod Cinna in primo Conſulatu conatus non potuit efficere, id ſtatim in ſecundo peregiſſe; deinde quod eo anno Cenſores fuiſſe traduntur, L. Marcius Philippus, & M. Perperna, idque ante ſolemnem Cenſorii quinquennii viciſſitudinem; quos ad id creatos eſſe facile putaverim. Nam niſi à Cenſoribus in tribus translatos eos dicamus, legem latam ad populum, qua, qui in quaque tribu nominatim ſuffragium ferrent, expreſſum ſit, confiteamur neceſſe eſt; cujus tamen legis nulla uſquam memoria extat. Itaque recte poſt in epitoma LXXXVI.

ſcri-

ſcriptum eſt: „ Syllam cum Italicis populis, „ ne timeretur ab iis velut erepturus civitatem, & ſuffragii jus nuper datum, fœdus „ percuſſiſſe. Quod ipſum cum Scipione, & Norbano Conſulibus factum ſit, ob eam rem probe Cicero in Philippicis dixit: „ Syllam „ cum Sciplona collocutum de auctoritate „ Senatus, de ſuffragiis populi, de jure civi„ tatis, inter ſe conditiones contuliſſe. Hoc tamen beneficium poſt à Sylla victore, & Dictatore ademptum eſt multis, qui Cinnam, Carbonem, Marium, Scipionem, & Norbanum, ceterosque adverſæ factionis duces aut conſilio, aut pecunia, aut copiis juverant; quorum alios morte, ut inquit Appianus, alios exilio, alios bonorum publicatione mulctavit; cumque in ſingulis hominibus inſatiabilem ſuam crudelitatem exercuiſſet, oppida inde adortus, ea aut arcibus, aut mœnibus nudavit, aut graviſſimis impoſitis tributis prorſus afflixit, aut deductis in eorum agros militibus ſuis, poſſeſſionibus patriis ſpoliavit, aut iis denique civitatem paulo ante à Senatu datam eripuit. Unde merito in eum M. Lepidus Conſul eſt invectus in concione dicens apud Salluſtium: „ ſociorum, „ & Latii magnam vim civitate pro multis, „ & egregiis factis data per unum Syllam „ prohiberi. De agris tamen, non de civitate ratum fuiſſe, docet in oratione pro domo Cicero: „ Populus Roman. L. Sylla Di„ ctatore ferente, comitiis centuriatis civi„ tatem ademit; ademit iiſdem agros; de „ agris ratum eſt, fuit enim populi poteſtas, „ de civitate ne tandiu quidem quandiu illa „ Syllani temporis arma valuerunt. Neque vero alia, ut opinor, cauſſa Salluſtium impulit, ut in Catilinæ conjuratione ſcripſerit: „ Etruriam novarum rerum cupidam Con„ ſule Cicerone fuiſſe, quod Syllæ domina„ tione agros, bonaque omnia amiſerat Samnitibus quidem, qui Teleſino, & Lamponio ducibus infeſta urbi ſigna adverſus ſe tulerant, itemque Volaterranis, & Nolanis, & Arretinis, qui ſibi pertinaciſſime reſtiterant, inimiciſſimum ipſum fuiſſe, multorum teſtimonio compertum habemus; maxime autem Strabonis ita de Samnitibus ſcribentis: „ Samnites poſtremo à Sylla deleti ſunt, quos „ cum ceteris Italis bello fractis, ſolos arma „ retinentes, ac Romam oppugnantes, vide„ ret, alios in fuga cæcidit, alios abjectis „ armis ſe dedentes, ad quatuor millia in „ villa publica, quæ in campo Martio eſt, „ trucidavit, factiſque proſcriptionibus non „ ante deſtitit, quam univerſum Samnitium „ nomen deleverit, aut Italia fugarit. Poſt autem Sylla dictaturam deponente, aut certe mortuo, omnibus, aut pleriſque jus priſtinum, ut opinor, eſt reſtitutum; verum quo potiſſimum legem ferente, nihil fane mihi legiſſe videor; illud pro certo affirmare poſſum, M. Lepidum Conſulem de Syllanis actis reſcindendis cum Q. Catulo, collega ſuo, poſt Syllæ mortem contendiſſe, & bona, agroſque, quos à Syllæ haſta precio perſoluto mercatus erat, ſe cuique veterum dominorum reddere paratum eſſe, in concione profeſſum eſſe. Quocirca Cicero quoque: „ legem „ Sullæ de civitate adimenda ne tandiu qui„ dem valuiſſe *dixit*, quandiu Syllana arma „ valuerunt.

Hoc igitur pacto cum Italia civitatem Rom. multis laboribus, ac multo ſanguine primum meruiſſet, deinde vero armis, atque pop. Rom. benignitate obtinuiſſet, amiſſamque recuperaſſet, tum tanta demum peregrinorum in urbem ſe retulit copia, ut nova lege eorum libido fuerit coërcenda. Itaque, Dione teſte, Cotta, & Torquato Coſs. anno poſt urbem conditam DCLXXXVIII. omnes, qui Romæ obverſabantur, Italis exceptis, urbe pulſi ſunt, C. Papii, Tribuni plebis rogatione, cum peregrini in urbe ſuperarent, nec ſatis digni viderentur, qui ſecum habitarent. Hic eſt autem Papius ille, de quo Cicero: „ Male, qui peregrinos urbibus pro„ hibent, eoſque exterminant, ut Pennus „ apud patres noſtros, Papius nuper; quam eandem legem intelleait in agraria ſecunda, cum dixit: „ Lege illa, qua peregrini urbe „ ejiciuntur, Glaucippus excipitur; & in Archiæ defenſione: „ Quid quod non modo „ poſt civitatem datam, ſed etiam poſt legem „ Papiam multi in earum civitatum tabulas „ irrepſerunt? ex quo apparet, Papias leges duas fuiſſe, unam de civibus, alteram de peregrinis; item unam de civitate, alteram de urbe; quos autem non modo poſt civitatem datam, ſed etiam poſt legem Papiam in eorum municipiorum tabulas irrepſiſſe ait, peregrinos intelligit, qui urbe lege Papia prohibiti, ut ibi eſſe per legem liceret, furtim ſua nomina in tabulis fœderatorum reponi curaverant, ut ex lege Silvani, & Carbonis cives Romani eſſent. (at)

CAP.

(at) Romanos ex Latinis deſcendiſſe, Coloniamque eos ex Alba Latinam in Latino agro deductam, nemo ambigit. Nam icto fœdere inter Aſcanium Æneæ filium, & Mezentium Hetruſcorum Regem, convenerat, authore Livio, ut utrique populo fluvius Albula, quem nunc Tyberim vocant, finis eſſet. Per ea ergo ſpatia poſt Albam a Lavinio deductam, ab ipſa Alba abundante ſcilicet multitudine aliquot coloniæ deductæ, Priſci Latini appellati. Roma poſtea authore Numitore Albæ Rege trinepote trinepotis Sylvii ab Aſcanio Æneæ filio nati nova Latina colonia a Romulo Remoque Numitoris ex Rhea filia nepotibus ad Tyberim deducta eſt. Ea cum in dies, & ex Latinis populis, & ex Hetruſcis, Sabiniſque, atque ex omnibus illis gentibus eo ad habitandum concurrentibus nova multitudine, potentiaque, creſceret, atque pluries experta fortunam in multis bellis, ſibi ſecundam ſenſiſſent, novaque ditione continuo imperium ſibi augeri viderent, factum eſt, ut & ad imperium omnium finitimorum ipſa aſpiraret, atque apud ſe totius Italiæ imperium conſtituere ſtuderet. Omnes populi repugnare: Maxime autem Latini, qui patres Romanorum cedere filiis imperium turpe putabant. Pluries cum iis de imperio dimicatum. Demum de imperio cedere Latini; Nam licet pluries æquum fœdus ictum; Summum tamen apud Romanos imperium ſtabilitum: gloriari Latinos, quod ante pudebat, conſanguineos Romanorum eſſe; Romam caput eſſe Latio: Latium ſubeſſe imperio Romano. Inde auxilia imperata: ſuis armis ſe ii defendere prohibiti: Liv. lib. 2. 3. & 8. Diu tamen ob varios poſt caſus, plus decentis, ajunt, annis, imperia in Latinos, aut intermiſſa, aut ab iis recuſata: Itaque Romanos, quamvis pigeret, fateri, Latinos in poteſtate ſua jam non eſſe. Hinc erigere ſe Latini, jugumque velut excutere, bellaque ſuo nomine gerere, ſocios ſibi conjungere. Anno demum Urbis CDXIII. T. Manlio Torquato III., P. Decio Mure COSS. Samnites Romanorum fœderatos bello Latini, cum quibus Campani paulo ante Romanis dediti conjuraverant, laceſſerant.

Digitized by Google

CAP. II.

De jure civitatis Galliæ provinciæ dato.

HActenus quo rerum motu, & quibus legibus Latini, atque Italici Romanam civitatem adepti ſint, diximus; reliquum eſt, ut de Galliæ provinciæ civitate eo, quo cœpimus, ordine diſſeramus. Quid igitur? an ego Galliæ provinciæ nobiliſſimæ datam eſſe civitatem addubitem? minime vero; extant enim præclari hujus muneris inſignia ad memoriam teſtimonia. Nam & Diodorus Ligures, & Strabo Gallos Ciſalpinos cum Venetis in civitatem acceptos, uterque libro quinto mandarunt; an vero de tempore, quo aſciti ſunt, ambigam? ne id quidem; quippe cum Strabonem eundem habeam auctorem, Gallos, & Venetos, eodem, quo ceteram Italiam, tempore Romana civitate eſſe donatos; an lege Julia civitas Galliæ data? non arbitror; (lex enim Julia ſociis & Latinis ſolis traditur opem tuliſſe) ſed Pompeja, quam Cn. Pompejus Strabo poſt L. Julium Cæſarem, unde eſt lex Julia, Conſol, ni mea me conjectura decipit, tulit. Placuit enim Pompejo, cum Julius lege ſua Italicis omnibus in fidem redeuntibus ſubveniſſet, ſe quoque à Gallia, qui in tanto quieti tumultu fuerant, gratiam inire. Itaque, quod veriſimile videtur, legem, collega Catone jam extincto, tulit, qua Liguribus, & Ciſpadanis, & Venetis civitatem, Tranſpadanis vero Latinitatem communicavit. Hujus legis præſerquam quod veſtigia extant apud Plinium, cum inquit: „ Cottianas civitates duodecim, „ quia non hoſtiles fuerant, municipiis ab „ Auguſto attributas lege Pompeja; teſtis eſt quoque Alba Ligurum oppidum, quæ ab hoc Pompejo, ut in Tranſpadanis etiam Laus, Pompeja eſt appellata. Accedit, quod cum Tranſpadanos Latii jure ab eo donatos, ut infra oſtendam, pro certo habeamus, Ciſpadanos item præmio aliquo affectos, veriſimile eſſe arbitramur; præſertim vero cum poſt hæc tempora Ciſpadanos jus ſuffragiorum Romæ habere, Tranſpadanos deſiderare videamus. Hinc enim illa ſunt Ciceronis de ſe Conſulatum petente ad Atticum: „ Et quoniam in „ ſuffragiis multum poteſt Gallia, accurremus legati ad Piſonem; & in Antoniana ſecunda: „ Ex omnium omnibus flagitiis „ nullum turpius vidi, nullum audivi, quam „ qui magiſter Equitum fuiſſe tibi viderere, „ in proximum annum Conſulatum peteres, „ vel potius rogares, is per municipia, colo„ niaſque Galliæ, à qua cum Conſulatus no„ ſter petebatur, non rogabatur, petere „ Conſulatum ſolebamus, cum caligis, & „ lacerna cucurriſti; & in tertia: Tantus „ conſenſus eſt municipiorum provinciæ „ Galliæ, ut omnes ad auctoritatem hu„ jus ordinis majeſtatemque populi Romani „ defendendam conſpiraſſe videantur; & poſt de reſtitutione ejus ita Pedianus: „ Placentini honeſtiſſima decreta erga Ciceronem „ fecerunt, certaveruntque in ea re cum „ tota Italia, cum de reditu ejus actum eſt; & deinde de legibus C. Catonis antiquandis Cicero ad fratrem: „ Magna manus ex Piceno, & Gallia expectatur, ut etiam Catonis „ rogationibus de Lentulo, & Milone reſiſtamus; & de Sacerdotii Antoniani petitione Hirtius: „ Cæſar in Italiam profectus, „ ut municipia, & colonias appellaret, qui„ bus M. Antonii Quæſtoris ſui commenda„ ret Sacerdotii petitionem, aut iis gratias „ ageret, quod frequentiam, atque officium „ ſuum Antonio præſtitiſſent. Item: Cæſar, „ cum omnes Galliæ Togatæ regiones per„ cucurriſſet, T. Labienum Galliæ Togatæ „ præfecit; quo majore commendatione con„ ciliaretur ad Conſulatus petitionem. Hinc idem etiam Cicero in Philippicis, cum de Mutina colonia ab Antonio obſeſſa loqueretur, Galliam provinciam fortiſſimorum civium vocat, atque incredibilem earum coloniarum, & municipiorum conſenſum ad ſalutem populi Romani tuendam exclamat; & ad M. Brutum Galliæ Prætorem cum ſcriberet: „ Ergo omnibus terris una Gallia communi „ non arder incendio; in qua frueris ipſe te, „ cum in Italiæ luce cognoſceris, verſariſque „ in optimorum civium vel flore, vel robore. Quod autem Tranſpadanis non jus civitatis, ſed Latinitatis lege Pompeja conceſſum ſit, docet Aſconius, qui in Commentario Piſonianæ ita, ut ſæpe dixi, ſcribit: „ Cn. Pom„ pejus Strabo Magni pater Tranſpadanos „ colonias deduxit; quas non novis colonis „ conſtituit, ſed veteribus incolis manenti„ bus jus dedit Latii, ut poſſent habere jus, „ quod ceteræ Latinæ coloniæ, ideſt, ut pe„ tendi magiſtratus gratia Romanam civita„ tem adipiſcerentur. Ex his autem coloniis Veronæ, Comi, & Laudis Pompejæ tantummodo mentionem invenio. De Verona ſcriptum eſt in Panegyrico Conſtantini Magni: „ fato eveniſſe, ut quam coloniam Pompejus „ aliquando deduxerat, Pompejanus everte„ ret; & apud Tacitum libro decimo nono: „ Quæſitum inde, quæ ſedes bello legeretur, „ Verona potior viſa, patentibus circum „ campis ad pugnam equeſtrem, qua prævalebant, ſimul coloniam copiis validam auferre Vitellio in rem, famamque videbatur. Comum narrat Strabo modicam oppidum fuiſſe; quod cum incumbentes Rhæti vallaſſent, Cn. Pompejus Strabo Magni pater reſti-

rant. Samnites Populum Romanum rogant, ut Latinos pro imperio Samniti agro arceant. Imperium dicere dubitant Romani: Principes Latinorum vocant, cum quibus agerent, ne Samnitibus fœderatis bellum inferrent. Sed feroces jam facti Latini, Annius alter eorum Prætor, nedum ſe non omiſſurum Samnites dixit: ſed ſi Romani ſecum fœdus inire vellent, ita duo æquarentur populi, ut Conſulem alterum Roma, alterum ex Latio creari oporteret: Senatus partem æquam ex utraque gente eſſet: unum populum, unam Rempublicam fieri: Romanos omnes appellari. *Liv. lib.* 8. *Hæc* fuit prima ad Romanam civitatem actio, qua ſemper fœderati omnibus artibus ſtuduerunt: nam quiſque odit imperium: à quo ſi ſe eximere nequit, participem ſaltem ſe fieri cupit. Hinc qui aditum ad civitatem non videbant, quid ſaltem ejus morum conſequi cupiebant. Itaque plurimæ leges Romanæ a ſociis, ſive fœderatis adſcita. Cumani vel linguæ Latinæ uſum à Roma impetraverant. *Liv. lib.* 40. Victis ob eam rem iterum Latinis populis, pleriſque nihilominus civitas data: data nonnullis aliis. Metus tamen amplius, non vi certabatur ad civitatem, donec iterum omnes Italici a potentioribus Romanorum incitati, iterum vim adhibuerant, per quam omnes, ut juſte narrat Sigonius, civitatem obtinuerant.

ſtituerit. De Laude Pompeja nihil habeo præter conjecturam ex nomine ipſo conceptam. Neque enim eos laudare poſſum, qui eam inter Tranſpadanos numerant, & oppida Venetorum in hunc etiam numerum ſine ullo vetere teſte aſcribunt; primom, quod cum Tranſpadanos Romani dixerunt, ii Gallos tantum Cænomanos, & Inſubres intellexerunt; deinde quod Venetos non jute Latii, ſed civium Romanorum donatos invenio.

Cum ergo deteriore Traoſpadani, quam reliqui Itali, jure eſſent, propterea & ipſi ſæpe, ut in civitatem acciperentur, egerunt. Itaque Cotta, & Torquato Conſules anno DCLXXXIII. M. Craſſus, & Q. Catulus Cenſores inter ſe ſumma vi decertaſſe à Dione tradontur, quod alter eorum Tranſpadanis civitatem dare vellet, alter vetaret; iidemque, cum infecta re abdicaſſeot, ne per ſequentes quidem Cenſores quicquam eſſe perfectum. Eodem vero anno Cæſarem, addit Svetonius „ Latinas colonias de civitate agitantes adiſſe, atque ædilem curulem cum Cn. Piſone „ conſpiraſſe, ut ille foris, ipſe Romæ ad „ res novas conſurgeret per Lambranos, & „ Tranſpadanos; deſtitutum utriuſque con „ ſilium morte Piſonis. Quod autem Cæſar io ædilitate præſtare non potuit, id in primo Conſulatu videtur tentaſſe; ut aliqua ex parte Tranſpadanorum petitioni ſatisfaceret; quanquam niſi de Como nihil nominatim accepimus; de quo eſt ſcriptum in Strabonis commentatio quinto: „ Cæſarem quinque millia „ hominum Comum deduxiſſe; ex quibus maxime illuſtres quingentos Græcos fuiſſe; „ eos autem civitate donatos, atque colonos „ adſcriptos, oppido nomen Novocomi reli„ quiſſe. Quocirca aliquot poſt annis M. Marcellus Conſul, Cæſari inimicus, ad Senatum retulit, ut colonis, quos rogatione, ut ſcribit Svetonius, Vatinia Cæſar Novocomum deduxiſſet, civitas adimeretur, quod per ambitionem, ultra præſcriptum data eſſet. Civitatem autem intelleait, non Romanam, quæ Comenſibus veteribus incolis data eſſet, quæ nulla erat, ſed Novocomenſem, quæ quingentis colonia Græcis adjectis. Nam, ot ſcribit Appianus, Cæſar Novumcomum ad Latii jus relegit, quod erat, ut qui annuum geſſiſſet ibi magiſtratum, is civis Romanus eſſet; ideſt, novos colonos Græcos, quos Comum adſcripſerat, etiam jure Latii, quo veteres incolæ lege Pompeja donati fuerant, decoravit. Quare, ot idem ſcribit, Novocomenſem quendam, qui domi magiſtratum geſſerat, ac propterea ſe pro cive Romano ferebat, virgis cædi in Cæſaris contumeliam Marcellus Conſul juſſit; quo eodem reſpexit etiam Cicero, cum ad Atticum ſcripſit: „ Marcellus „ fœde in Comenſi; etſi ille magiſtratum noo „ geſſerat, erat tamen Tranſpadanus; ita „ mihi videtur non minus ſtomachi noſtro „ Cæſari feciſſe. Nimirum enim ſignificat, Marcellum non minus ſtomachi ſuo Cæſari, ideſt, Pompejo, feciſſe, cum Comenſem à Strabone Magni patre lege ornatum, quia Tranſpadanus erat, verberavit, quam Cæſari ipſi inimico ſuo, à quo Novocomum aſcriptus fuerat. Neque vero aliunde factum, ut bello civili Cæſar Tranſpadanos amicos habuerit; quod io epiſtolis ſæpe innuit Cicero, ut ibi: „ Cæſar Gallias ambas habet ini„ miciſſimas præter Tranſpadanos; & ad Atticum: „ Tranſpadani, & plebs Romana erit „ cum Cæſare; item: „ Nondom ſatis huc „ erat allatum, quo modo Cæſar perferret „ de auctoritate perſcripta, eratque rumor „ de Tranſpadanis, juſſos quatuorviros creare; & Cœlius ad Ciceronem: „ Rumores de Co„ mitiis Tranſpadanorum Cumarum tenus ca„ luerunt. Comitia vero intelligit, quibus quatuorviri crearentur, qui erat municipiorum magiſtratus; ut ſi Cæſar juſſiſſet à Tranſpadanis creari quatuorviros, jus quoddam videretur civitatis iis, & municipii ſpeciem conceſſiſſe. Sæpe autem de Tranſpadanorum civitate io Senatu agitatum, oſtendit vox illa Curionis apud Ciceronem io III. de Officiis: „ Male Curio, cum cauſſam Tranſpadanorum „ æquam eſſe dicebat, addebat tamen: Vin„ cat utilitas. Quaſi enim ſignificabat, Tranſpadanis civitatem deberi; ſed quia id parum Reipublicæ expediret, negandam eſſe. Poſtremo quod efficere Cæſar in Conſulatu, & in imperio non potuit, id, ubi primum poteſtas data eſt, præſtitit. Siquidem Tranſpadanos omnes io prima dictatura, teſte Dione, in civitatem aſcivit; unde D. Claudius dixit apud Tacitum: „ Com Tranſpadani in civitatem „ recepti, ſolida domi quies, & adverſus „ externa floruimus. Ita autem recepti ſunt, ut & magiſtratus petere Romæ, & in Senatum legi poſſeat; quod in oratione contra D. Claudium poſitum eſt apud eundem: „ An „ parum eſt, quod Veneti, & Inſubres in „ curiam irruperint, niſi cœtus alienigena„ rum velut captivitas inferatur?

Quanquam autem Gallia in civitatem aſcita erat, non tamen eodem, quo reliqua Italia, libertatis jure fruebatur, ſed adhuc provincia erat, & Prætori obtemperabat. Poſt autem anno DCCXI. placuit M. Lepido, M. Antooio, & C. Cæſari Octaviano Triumviris Reipublicæ conſtituendæ, ut ea decreto Divi Cæſaris libera eſſet, & ad reliquæ jus Italiæ traduceretur, ut ſcribit Appianus. Quod ſpectans etiam Dio prodidit, C. Cæſarem Octavianum Triumvirum Reipublicæ anno poſtero ex Gallia Togata pecunias, & milites coegiſſe, quæ ob id ad Italiæ formam redacta erat, ne quis in poſterum provinciæ nomine intra alpes exercitum haberet, quo tempore C. Albutius Rhetor in cognitione cædis, Mediolani apud L. Piſonem Proconſulem, cum reum defenderet, & cohiberent lictores nimias laudantium voces, ita, teſte Svetonio, excanduit, ot Italiæ, ideſt, Galliæ ſtatum deploraret, quaſi iterum in provinciæ formam redigeretur. Finis autem à Septentrione fuit flumen Formio. Sic enim inquit Plinius: „ Ultra Tergeſte VI. millia paſſuum Formio „ amnis antiquus auctæ Italiæ terminus. Auctam autem intelligit à Rubicone ad alpes, noo naturæ, ſed juris finibus propagatam. Atque ita Italia aperte uſque ad alpes promota, & Gallia in poſterum provincia appellari deſita eſt, cum jam univerſa in partem civitatis, & Imperii Romani eſſet vocata; id quod me ab initio demonſtraturum eſſe pollicitus ſum.

CAP. III.

De jure civitatis coloniis, præfecturis, fœderatis civitatibus, foris, & conciliabulis dato.

NE quis autem putaret, cum univerſos Italiæ populos civitate à populo Romano

Digitized by Google

no donatos oſtenderim, colonias, præfecturas, fœderata oppida, & fora, ac conciliabula non eodem jure fuiſſe ornata; quanquam hoc ſuperiore diſputatione probatum ſatis videri poterat, viſum eſt tamen faciendum, ut retinendi inſtituti mei cauſſa, id ipſum ſigillatim in horum etiam unoquoque confirmarem. Ut ergo coloniis nullis ante legem Juliam jus ſuffragii patuit, ſic poſt legem Juliam, aut Pompejam omnibus eſſe permiſſum dico; niſi forte id paucæ aliquot aut ſcelere ſuo non obtinuerint, aut poſt inſigni aliqua calamitate amiſerint. Habuiſſe autem colonias ſuffragium, indicat Cicero, cum de ſe poſt reditum ad Quirites inquit: „ Nullus in „ eorum reditu motus municipiorum, & co- „ loniarum factus eſt, at me in patriam „ ter ſuis decretis Italia cuncta revocavit; & pro domo: „ Quid ego illa divina, atque „ immortalia municipiorum, & coloniarum, „ & totius Italiæ decreta commemorem? & in ſecunda in Antonium: „ Municipia, „ colonias, præfecturas num aliter judicare „ cenſetis? & pro Sylla: Adſunt pari ſtudio „ Pompejani, qui ita de ambitione, & ſuf- „ fragiis ſuis cum colonis diſſenſerunt, ut „ idem de communi ſalute ſentirent; cum Cicerone autem facit Hirtius, in cujus hiſtoria ſcriptum invenimus: „ Cæſar in Italiam „ profectus eſt, ut municipia, & colonias „ appellaret, quibus M. Antonii quæſtoris „ ſui commendaret ſacerdotii petitionem, „ aut iis gratias ageret, quod frequentiam, „ atque officium ſuum Antonio præſtitiſſent, „ ſimulque ſe, atque honorem ſuum inſe- „ quentis anni commendaret. Neque vero quin idem quoque præfecturis jus ſuffragii, & magiſtratus ſit impartitum, dubitandum videtur, cum hujus antiquitatis locupletiſſimum habeamus Tullii teſtimonium; qui in Planciana ita diſputat contra Laterenſem Plancii accuſatorem: „ Primum utrum magis „ favere putas Atinates, an Tuſculanos ſuis? „ alteri, cum hujus Cn. Saturnini patrem „ ædilem, cum prætorem viderunt, quod „ primus ille non modo in familiam, ſed „ etiam in præfecturam illam ſellam curulem „ attuliſſet, mirandum in modum lætati ſunt; „ alteri (credo, quia refertum eſt munici- „ pium conſularibus) nunquam intellexit ve- „ hementius ſuorum hoſpitum honore lætari. & paulo poſt: „ Hujus præfectura plena vi- „ rorum fortiſſimorum ſic, ut nulla tota „ Italia frequentior dici poſſit; quam quidem „ nunc multitudinem videtis judices in ſqua- „ lore, & luctu ſupplicem vobis; hi tot „ Equites Rom. tot Tribuni ærarii (nam „ plebem à judicio dimiſimus, quæ cuncta „ comitiis affuit) quid roboris, quid digni- „ tatis hujus petitioni attulerunt? non enim „ tribum Terentinam, ſed dignitatem, ſed „ oculorum conjectum, ſed ſolidam, & ro- „ buſtam, & aſſiduam frequentiam attulerunt. Quod autem fœderatæ civitates municipiorum jus, id eſt, tribuum, & ſuffragii, & magiſtratus adeptæ ſint, multi ſunt teſtes; ſed neſcio quo modo uno maxime delector eo ipſo, quem paulo ante commemoravi, Tullio; cujus hæc in defenſione Syllæ cum verba contemplor, nihil quæro amplius. „ At „ ſi nos, *inquit*, tibi peregrini videmur, qui „ ſumus è municipio, quorum jam & no- „ men, & honos inveteravit & huic urbi, „ & hominum famæ, & ſermonibus, quam „ tibi illos competitores tuos peregrinos vi- „ deri neceſſe eſt, qui jam ex tota Italia de- „ lecti tecum de honore, & de omni digni- „ tate contendunt? quorum cave tu quen- „ quam peregrinum appelles, ne peregrino- „ rum ſuffragiis obruare. Non eſt hoc fortaſſe ſatis; nunc quid ille idem in Planciana dicat, attendamus: „ Jam municipia conjun- „ ctione etiam vicinitatis moventur; nemo „ Arpinas non Plancio ſtuduit, nemo Sora- „ nus, nemo Caſinas, nemo Aquinas; totus „ ille tractus Venafranus, Allifanus; iiſdem- „ que nunc à municipiis adſunt Equites Ro- „ mani publice cum legationis teſtimonio. „ Ergo ut alia in te erant illuſtriora Late- „ renſis, ſic ſe Plancius hoc non ſolum mu- „ nicipii, verum etiam vicinitatis genere „ vincebat; niſi forte te Lavicana, aut Bo- „ villana, aut Gabina vicinitas adjuvabat; „ quibus ex municipiis vix jam, qui carnem „ Latinis petant inveniuntur; item in oratione pro domo, in qua, dum ſe decretis Italiæ revocatum comitiis centuriatis gloriatur, in hæc verba erupit: „ Ille ille populus „ dominus eſt regum, victor, atque impera- „ tor omnium gentium, quem illo clariſſimo „ die vidiſti, tum cum omnes principes ci- „ vitatis, omnes ordinum, atque ætatum „ omnium ſuffragium ſe non de civis, ſed „ de civitatis ſalute ferre cenſebant; cum „ denique homines in campum non tabernis, „ ſed municipiis clauſis venerunt. Quid quod in epiſtolis prodidit, Atellanos, & Volaterranos municipes ſibi in ſuis honoribus affuiſſe? Nam Pediani nota eſt auctoritas, qui in Divinationis commentario poſuit: „ ruſticam „ plebem ex municipiis Romæ conveniſſe, „ aut propter comitia ſuffragiorum cauſſa, „ aut ludorum, aut ut cenſerentur apud „ Cenſores. Hi vero omnes erant ex iis oppidis, quæ lege Julia paulo ante in civitatem aſcita fuerant, neque dum cenſa in tribubus XXXV. ſiquidem Italia in tribus à Philippo, & Perperna Cenſoribus eſt conjecta; cumque niſi poſt annos decem & ſeptem Cenſores in civitate nulli fuiſſent, ad eos, qui primi declarati ſunt, Lentulum & Gellium ex tota Italia frequentiſſimi venerunt, non quod in municipiis non cenſeri ſuis poſſent, ſed ut jus novum, & multo ſudore partum tandem aliquando uſurparent, poſtremo vero conciliabulis etiam civitatem eſſe communicatam, video ſatis perſpicue docuiſſe Aggenum, cum ſcripſit: „ Sunt loca publica coloniarum, ubi „ prius fuere conciliabula, & poſtea ſunt in „ municipii jus relata. Quod cum ita ſit, ſane jam cauſſa patet, cur poſt legem Juliam multa oppida & municipiorum, & coloniarum nomine decorata ſint, multa item præfecturæ, & municipia appellata; quid enim aliud eſſe cenſemus, niſi quod quatenus colonos habuerunt, coloniæ; quatenus præfectos, præfecturæ nomen tulerunt; ut autem ſuffragii jure donata ſunt, eatenus municipia ſunt nuncupata? Cum autem ſuffragii jus una cum tribu obtinuerint, factum eſt, ut ſæpe tribus ipſas pro populis Italiæ civitate donatis veteres uſurparint; ut Svetonius cum ſcripſit: „ Cæſarem teſtamento ſuo legaſſe „ populo Rom. quadringenties, tribubus „ tricies quinquies; & Martialis cum dixit:

Dat populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus,
Et libant Latiæ tertia dona tribus.

Uter-

Uterque enim diſtinguens populum à tribubus, populi nomine plebem Romanam videtur intelligere, tribuum vero Italiam. Quod ſi quis tribuum nomina, in quibus quæque aut colonia, aut præfectura, aut fœderata civitas poſt civitatem impetratam ſuffragium tulerit, requiſierit, næ ille laborem inanem ſuſcepesit. Mihi enim ne hanc quidem inveſtigandæ antiquitatis partem negligenti contigit, ut veterum lapidum titulos perlegens, atque obſervans, paucarum tantum quarundam certas tribus invenerim, Mutinæ quidem, patriæ meæ, Polliam, Veronæ Publi- A liam, Sutrii Velinam, Cæretis, & Tudertis Cluſtuminam, Florentiæ Scaptiam, Ateſtis Romiliam, Brixiæ Fabiam. Vicetiæ Meneniam, Cluſii Arnienſem, Tergeſtis Pupiniam, Aletrii Publiliam, Arretii Pomptinam. Nam Atinam in Terentina ſuffragium iniſſe, docet Cicero in Planciana. Eorum vero lapidum exempla, qualia ferme Onuphrius Panvinius Veronenſis, homo in iſta ipſa diſciplina, quæ nunc dimiſſa revocatur, in primis probatus, mihi tradidit, ne quem fallam, hoc loco ſubſcribam:

Mutinæ.

Q. AMBILIVS T. F.
POL. TIRO MVTIN
MILES COHORT. VII. PRÆT.
Ɔ GRACINI VIXIT ANN
XXXII. MILITAVIT AN. XII

Romæ.

M. APICIVS
M. F. PVB.
PVDENS
VERONA
MIL. COH. XII. PR.
MIL. AN. XVI.
VIXIT. AN. XXXIIX.

Sutrii.

DIIS MANIBVS
T. VALERIO T. F.
VEL. VICTORI
DECVRIONI SVTRI
II VIR I. D. ITERVM
QVINQVENNALI
CVRATORI PECVNIÆ
PVBLICÆ. PONTIFICI
PATVLCIA EXOCHE
CONIVX
FECIT

Romæ.

Q. GARGENNIVS
L. F. SCA
CELER
FLORENTIA MIL.
COH XI. PRÆT.
VIX. ANN XXXV.
MILIT. ANN. VI.

Romæ.

L. CASSIVS L. F.
ROM. NIGER
DOMO ATESTE
MIL. COH. I. PR.
MIL. ANN. XVII.
VIX. ANN. XXXVII.

Romæ.

D. M.
M. BALLONIO
M. F. POL. PAVLLO
MVTINA
MIL. COH. X. PR. Ɔ
FRONTONIS MIL. ANN
VIII. VIX. ANN. XXXVI.

Brixiæ.

Q. MINICIO
Q. F. FAB. POB.
MACRO
IIII VIR VERON
Q. VERON. ET BRIX.
MINICIA MATER
D. D.

Cærete.

TI. CLAVDIO DIVI AVG. F.
AVG. PONT. MAX. TRIB. POT XX.
L. PAVLLVS L. F. CLV. ATTICVS
PRAEFECTVS FABRVM CAER.
&c.

In agro Tudertino.

L. IVLIO L. F.
CLV. MARCIANO
AED. IIVIR. TVDER
V CANI V CI MARTIS
TVDERT. EX AERE COLL.
OB MERITA EIVS L. D. D. D.

Florentiæ.

C. VMBRICIVS
C. F. SCA. CANSO
COION. ADLECT.
D. D. FLORENT.
SIBI ET
VOLTVRNIAE
C. FILIAE
TERTVLLAE
VXORI

Vicetiæ.

M. ENNIVS M' F
MEN. VICETINVS
SCR. AED. CVRVLIVM
ARMENTARIVS DECVRIAEQ.
DECVRIO VICETIAE

Feltriæ.

Q. CAEDIVS P. F.
PVB. SEX VIR
TERGESTAE V. F.
VINISSA Q. F. MAXV
VXOR
APRVSIDIA C. F. SE
MATER
CAEDIVS FRATER

Ti-

Tiferni.

C. ANINIVS C. F. POM. GALLVS
DOMO ARRETIO EQ. LEG. IIII
SCYTH MILITAVIT IN
PR. AN XVII.
EVOCAT. AN II.
EQ. IN LEG. SCYTHIC
AN. XVIIII

Cluſii.

Q. GAVISVS Q. F.
ARN. CLEMENS
CLVSII EVOC
AVG.
A QVESTIONIBVS.

Feltriæ.

C. FIRMIO C. F
MENEN. RVFINO

EQ. PVB. LAVREN
LAV DEC. FLAMIN
PATRONO COLLE
GIORVM FAB. CENT
DENORVM FELTRIAE
ITEMQVE BER. VENS.
COLLEG. FABR. ALTI
NATIVM PATRONO

Ferentini.

C. IVLIO C. F. PVB. RVFO
VETERANO COH. VI PR
Ↄ AQVILA MAXIMI
PRAETORI AED IIII VIRO I. D.
MVNICIPI ALETRI
C. IVLIVS C. F. RVFINVS FRATRI
BENEMERENTI, ET SIBI
POSTERISQ SVIS

C A P. IV.

De coloniis militaribus.

Reliquum eſt, ut, quoniam ſuperiore libro colonias omnes à populo Romano poſt urbem conditam uſque ad belli Italici tempora deductas expoſui, quæque earum fuerit conditio, juſque oſtendi, nunc, quod ſe facturum eſſe negavit Paterculus, ut militares perſequeretur, ego, quemadmodum ante pollicitus ſum, exequar. Hoc autem eo ſtudioſius, quod quas ille ſe prætermittere iccirco eſt profeſſus, quia earum, ut ait, cauſſæ, auctores, & nomina præfulgerent, ea nobis omnia hoc tempore obſcuriſſimis ſunt ex ignorantiæ tenebris educenda. Quanquam de cauſſa militarium coloniarum non eſt, cur admodum laboremus, niſi ab earum ſententiarum auctoritate recedamus, quas paulo ante ex certis veterum monumentis attulimus. Deduci enim militares coloniæ iccirco ſunt ſolitæ, ut veterani milites præliorum diuturnitate feſſi præmium aliquod aliquando caperent laborum ſuorum. Auctorum autem nomina vere præfulgere dixit Vellejus; quid enim L. Sulla, C. Cæſare Dictatoribus, M. Antonio, M Lepido, & C Octaviano Triumviris Reipublicæ, & ipſomet Imperatore Auguſto potuit eſſe illuſtrius? quos omnes, patra civili victoria, inimicorum ſuorum agros militibus, per quos vicerant, diviſiſſe, literis proditum eſt? Hujus autem conſuetudinis à Sulla initium introductum, poſt à Cæſare probatum eſſe, cum aliis argumentis multis ducor ad opinandum, tum præcipue verbis M. Bruti, ejus, à quo Cæſar oppreſſus eſt, quæ ſunt in concione ejus ad veteranos, ut opinor, in Capitolio, apud Appianum: „ Vos,
„ inquit, pro rebus geſtis adverſus Gallos,
„ & Britannos præmia, quæ olim dabat po-
„ pulus, referretis; qui nec ſuis, nec inno
„ centibus hominibus agros adimebat, neque
„ illis aliena donabat, neque injuria facienda
„ gratiam referri oportere putabat; idemque
„ hoſtes victos non omni agro, ſed parte
„ multabat, in eamque emeritos deducebat,
„ ut eſſent quaſi hoſtium, quos deviciſſent,
„ cuſtodes. Cumque ſæpe agri armis parti
„ non eſſent ſatis, publicos quoque diviſit,
„ aut alios emit. Hoc pacto deducere popu-
„ lus ſolebat ſine cujuſquam ſolicitudine, ac
„ moleſtia. Sylla vero, & Cæſar, quod pa-

A „ tria armis occupata, cuſtodibus, & ſatel-
„ litibus adverſus eam egerent, neque vos
„ in civitates veſtras dimiſerunt, neque vo-
„ bis agrum emerunt, neque publicum divi-
„ ſerunt, neque dominis pretia perſolverunt,
„ ſed Italiæ innoxiæ, lege belli, agros, vil-
„ las, ſepulchra, & fana extorſerunt; quibus
„ rebus nos ne alienigenas quidem hoſtes un-
„ quam exuimus, ſed decima ſolum fructuum
„ mulctavimus. Illi vero agros ſociûm La-
„ tini nominis diviſerunt, & vos in eos fre-
„ quentes ſub ſignis, & ordinibus deduxe-
„ runt. Hæc eo loco Brutus. De Cæſare au-
B tem, & Auguſto adeo perſpicue loquitur Hi-
ginus, ut id revocari in dubium nullo modo
poſſe videatur. Verba autem ejus, quibus hoc
docet, hæc ſunt: „ Multis legionibus conti-
„ git bellum feliciter tranſigere, & ad labo-
„ rioſam agriculturæ requiem primo tyroci-
„ nii gradu pervenire; nam cum ſignis, &
„ aquila, & ordinibus, ac tribunis deduce-
„ bantur; modus agri proportione officii da-
„ batur; ferunt quidam, indictum poſtea mo-
„ dum belli, & expleta centeſima hoſtium
„ congreſſione ad colendum reductos terra-
„ rum agros. Divus Julius vir acerrimus, &
C „ multarum gentium domitor tam frequenti-
„ bus bellis militem exercuit, ut dum victo-
„ rias numerat, congreſſione multitudinis ob-
„ liviſceretur; nam milites ultra ſtipendia
„ emerita detinuit recuſantes, deinde vetera-
„ nos dimiſit, mox eoſdem ipſos veniam cum
„ milite rogantes recepit, & poſt aliquot bel-
„ la facta in pace dimiſit; æque D. Auguſtus
„ in aſſignata orbi terrarum pace exercitus,
„ qui ſub Antonio, aut Lepido militaverant,
„ pariter & ſuarum legionum milites colo-
„ nos fecit, alios in Italia, alios in provin-
„ ciis, quibuſdam deletis hoſtium civitatibus
D „ novas urbes conſtituit; quoſdam in veteri-
„ bus oppidis deduxit, & colonos nomina-
„ vit. Quin etiam M. Antonius Conſul apud
Appianum in ea oratione, qua Cæſaris acta
ſervanda eſſe ſuaſit, illud poſuit: „ Cæſarem
„ milites una cum armis, quibus meruerant,
„ atque iiſdem ordinibus in agros deduxiſſe.
Ex quo intelligi poteſt, quæ res Tacitum adduxerit, ut ita in libro XIII. Annalium ſuorum ſcriptum reliquerit, Nerone IV. & Coſſo Conſulibus: „ Veterani Tarentum, & An-
„ tium aſcripti non tamen infrequentiæ loco-
„ rum ſubvenere. Non enim, ut olim, uni-
„ verſæ legiones deducebantur cum Tribu-

Nnn „ nis,

„ nis, & Centurionibus, & ſuis cujuſque or„ dinis militibus, ſed ignoti inter ſe diverſis „ manipulis ſine Rectore. Neque vero obſcurum jam etiam alicui eſſe poteſt, quid in his verſibus Lucanus voluerit:

Quæ ſedes erit emeritis, quæ rura dabuntur,
Quæ noſter veteranus aret, quæ mœnia feſſis?

Nimirum enim colonias militares intellexit, atque deſcripſit; in quas milites veteranos eſſe deductos, cum nomen ipſum eſt argumento, tum vero quod multæ etiam earum à nominibus legionum, quæ in iis eſſent collocatæ, ſibi nomen pepererunt, ut Secundanorum, Sextanorum, Septuanorum, Octavanorum, Decumanorum, Undecimanorum, & reliquarum generis ejuſmodi.

Quod ergo, ut ad rem redeam, à Patere culo expectandum erat, qui & æqualis fere fuit eorum, de quibus loquimur, temporum, & rerum Romanarum ſatis accuratus Scriptor, ac diligens habitus eſt, ut militarium coloniarum nomina exequeretur, id nunc nos tam multis ſæculis inferiores, dabimus operam, ut quoquo modo poſſimus, ad exitum perducamus. Is enim, cum duo coloniarum genera conſtituerit, unum earum, quæ Senatus juſſu deductæ ſint, alterum militarium, priores illas ita enumerat, ut poſt Eporœdiam Mario VI., & Valerio Conſulibus deductam, nullam fere, niſi militarem, eſſe deductam ſcribat; quarum nos initium à Sylla ſumendum eſſe exiſtimamus.

Ab eo vero bis colonias eſſe deductas invenimus, primum in priore Conſulatu poſtquam ex Campania cum exercitu in urbem reverſus Marium ſenem, & Sulpicium, ceteroſque inimicos ſuos urbe exterminavit; deinde poſtquam ex Aſia victor regreſſus, Republica ex manibus inimicorum recuperata, dictaturam invaſit; prioris deductionis in epitoma Livianorum ſeptuageſima fit mentio, quo loco ſcriptum eſt: *L. Syllam civitatis ſtatum ordinaſſe, colonias deduxiſſe*; poſterioris in octogeſima nona: *ubi Syllam XLVII. legiones in agros captos deduxiſſe, & eos iis diviſiſſe* narratur. Hoc autem idem in Appiani Græca hiſtoria eſt; qui centum viginti millia (as) hominum à Sylla eſſe deducta prodidit. Quas deductiones M. Lepidus Conſul, Syllæ inimicus, in concione ita illuſit, teſte Salluſtio: „ Maximam mihi fiduciam, *inquit*, parit vi„ ctor exercitus, cui per tot vulnera, & la„ bores nihil præter tyrannum quæſitum eſt „ egregia ſcilicet mercede, cum relegati in „ paludes, & ſilvas contumeliam, atque in„ vidiam ſuam, præmia penes paucos intel„ ligerent. Quas tamen coloniis, aut quam multas ille deduxerit, non eſt memoriæ proditum. Veriſimile vero videtur, ipſum, ut acerbiſſimus erat hoſtis inimicorum ſuorum, pletaque oppida eorum, qui adverſus ſe arma tulerant, ac pro inimicis ſuis ſteterant, eſſe acerrime perſecutum. Ex his autem Etruriam fere totam contra eum veniſſe accepimus, Senam, Cluſium, Saturniam, Arretium, Volaterras, Fæſulas; & ex Latio Prænestinos, Signinos, & Norbanos; ex Umbris Spoletinos, & Interamnates; ex Pelignis Sulmonenſes; ex Campania Capuanos, & Nolanos, Samnitum magnam partem, qui Nolam tenebant; & ex Gallis Ciſalpinis Faventinos, & Ravennates. Quod in hiſtoriis Appiani, Plutarchi, Strabonis, & Flori, perſcriptum videmus. Qua ratione adductus Salluſtius in conjuratione Catilinæ ſcripſit: *Syllæ dominatione Etruriam agros, & bona omnia amiſiſſe*. Quæ vero oppida ſuſpicari poſſumus, à Sylla eſſe deducta (neque enim teſte in agrariis Tullio omnes agros, quos publicavit, etiam aſſignavit,) in Etruria ſunt, Fæſulæ, Arretium, Cortona, & Volaterræ. FÆSULARUM veſtigia non dubia apparent in oratione tertia Ciceronis in Catilinam, cum inquit: *Ex iis colonis, quos Fæſulas Sylla deduxit*; & alio loco: *Hi ſunt homines ex iis coloniis, quas Fæſulis Sylla conſtituit*. Quin etiam de ARRETINIS facilis eſt conjectura, ex eo, quod idem in defenſione Murenæ poſuit: *Catilinam circumfluentem colonorum Arretinorum, & Fæſulanorum exercitu alacrem incedere*. Quod ſi Arretium coloni ſunt miſſi, profecto etiam CORTONAM, quæ ab Arretio non multum abeſt; cujus coloniæ meminit Dionyſius libro primo; neque eam ante Sullæ tempora eſſe deductam, apud quenquam ſcriptum legimus. De VOLATERRIS traditum eſt in epitoma octogeſima nona: *Sylla Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obſeſſum in deditionem accepit*; & in oratione pro domo: *Sylla victor Rep. recuperata, comitiis centuriatis, civitatem Volaterranis, cum etiam tum eſſent in armis, eripere non potuit*; & in primo epiſtolarum ad Atticum: *Syllanorum hominum poſſeſſiones confirmabam, Volaterranos, & Arretinos, quorum agrum Sylla publicarat; neque diviſerat, in ſua poſſeſſione retinebam*; & in tertio decimo epiſtolarum: *Volaterrani Syllani temporis acerbitatem ſubterfugerunt*. Age vero exeamus è Tuſcis, & veniamus in Latium; ecce in manibus PRÆNESTE, qua civitate nulla Syllæ cauſſæ fuit infeſtior, nulli Sylla ipſe acerbior; obſideri diu ſe ab eo paſſi ſunt Prænestini. Itaque Præneſte capto, & C. Mario adoleſcente, qui oppidum tenuerat, jam extincto, quinque ille millia Prænestinorum, quod prodidit Valerius, extra mœnia municipii evocatos, acerbiſſime morte mulctavit; quatuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit. Agrum autem eorum diviſit, atque oppido, quantum augurari conjectura poſſum, colonos aſcripſit. De agro ſignificat Cicero in agrariis: *Coment præterea: nam ſi dicent, per legem id non licere, ne per Corneliam quidem licet; at videmus agrum Præneſtinum à paucis poſſideri*. De colonia loquitur idem in Catilinam: *Quid cum te Præneſte K. ipſis Novembris occupaturum nocturno impetu eſſe confideres, ſenſiſti me illam coloniam meo juſſu eſſe munitam?* Age vero, nonne de BOVILLIS etiam ex verbis Frontini in libro de co-

(as) Hic numerus hominum non reſpondet XLVII. Legionibus. Hunc autem ex Livio, ſeu ex epitome legionum numerum ſuſpicor mendoſum. Tunc legiones, vel quinque, vel ſex millium peditum, ultra equites erant. Septem autem & quadraginta legionibus Syllam imperaſſe vix credibile, nam Auguſti ætate, quo auctum poſt Syllam imperium in Galliis, in Britannia, in Aſia, in Judæa, in Ægypto, in Africa, in Germania. Secundum autem bellum civile omnium maximum, non plus XXV. ad ſummum legionibus erat. Poſt, Dionis tempore, etiam ſola XIX. Credo Livium ſcripſiſſe Legiones XXVII., quæ proxime correſpondent CXX. millibus hominum, quos narrat Appianus.

A colonis licet aliquid opinari? *Bovillæ*, inquit, *lege Sullana eſt circundactum; iter populo non debetur; agrum ejus ex occupatione milites tenuerunt in ſortem*. Nunc in Campaniam transſeamus. Ex iis NOLA à Samnitibus magno conatu jam inde ab Italico bello occupata, ſummo tandem à Sylla labore recuperata Syllanos & ipſa colonos accepit. Id quod non obſcure tradidit Frontinus, cum *agrum Nolanum Syllæ militibus fuiſſe aſſignatum* ſcripſit. Quod idem de SUESSULA judicium faciendum eſt, de qua idem ille ita ſcriptum reliquit: *Sueſſula oppidum muro ductum, lege Syllana deducta; iter populo non debetur; ager ejus veteranis militibus Syllanis in jugeribus eſt* B *aſſignatus*. Poſſumus etiam in hunc numerum referre POMPEJOS, quippe cum in oratione Syllana à Cicerone ejus rei admoneamur. *Disjunxit*, inquit, *P. Sylla Pompejanos à colonis, ut hoc diſſidio, ac diſſenſione facta oppidum in ſua poteſtate eſſet, & Pompejos haberet, cum ab hoc illa colonia deducta ſit, & cum commoda colonorum à fortunis Pompejanorum populi Romani fortuna diviſerit, ita carus utriſque eſt*. Poſtremo vero CAPUAM etiam colonos à Sylla eſſe aſcriptos duobus, quod notarim, in locis prodit Frontinus, uno cum ait: *Capuæ agrum, antequam à Cæſare Capua deduceretur, lege Syllana fuiſſe aſſignatum*; altero, cum inquit *Calatia oppidum muro ductum; iter* C *populo debetur pedes decem, coloniæ Capuenſi cum territorio ſuo à Sylla Felice adjudicata olim ob baſilicam pugnam*. Neque vero aliud quid quam voluiſſe Plinium puto, cum ſcripſit libro VI. *Falernus ager à ponte Campano lævâ petentibus urbanam coloniam Syllanam nuper Capuæ contributam incipit*. Accedit, quod Cicero, cum in Rullum Tribunum pleb. Conſul loqueretur, qui legem de Capua colonia deducenda promulgarat, quam poſtea Cæſar in Conſulatu pertulit, ita loquitur, ut eam ab aliis antea parum bonis ominibus deductam oſtendat; quo in loco Syllanam, credo, deductionem ſignificavit; ſic enim dixit: *Neque te P. Rulle omina illa M. Bruti, atque auſpi-* D *cia à ſimili furore deterrent; nam & ipſe, qui deduxit, & qui magiſtratum Capuæ ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbiſſimas impiorum pœnas pertulerunt*; & poſt de eadem re: *Cum veniſſem Capuam coloniam deductam L. Conſidio, Sex. Saltio, quemadmodum ipſi loquebantur, prætoribus; nam cum ceteris in coloniis Duumviri appellentur, hi ſe prætores appellari volebant*. Eſt autem veriſimile, cum alia Syllæ acta poſt mortem ejus reſcinderentur, hanc quoque deductionem eſſe labefactatam; idque cauſſam Rullo attuliſſe, ut in Conſulatu Ciceronis de eadem deducenda cogitaret; cujus legem à plebe Romana in- E credibilem Conſulis eloquentiam admiratam eſſe repudiatam accepimus.

Ac de Syllanis quidem coloniis hactenus: nunc perſequamur Cæſarianas; quarum primam eſſe invenio CAPUAM, ab eo in primo Conſulatu deductam; nam reliquas poſt civilem victoriam videtur conſtituiſſe. Hoc ex Paterculi hiſtoria aperte cognoſcitur; in qua ſcribit, Cæſarem in Conſulatu legem tuliſſe, ut ager Campanus plebei divideretur, ſuaſore legis Pompejo, atque civium circiter XX. millia eo eſſe aſcripta, & jus iis reſtitutum poſt annos circiter CLII., quam bello Punico à Romanis Capua in præfecturæ formam erat redacta. Quod idem eſt etiam apud Ciceronem, Appianum, & Dionem, quamquam quo in hoc genere locupletiore utar teſte, quam ipſomet Cæſare? Is autem ita ſcribit libro primo de bello civili: *Capuæ primum ſeſe confirmant, & colligunt, delectumque colonorum, qui lege Julia Capuam deducti erant, habere inſtituunt*. Unde illud eſt apud Frontinum: *Capua muro ducta colonia. Julia Felix juſſu Imperatoris Cæſaris à XX.viris eſt deducta; iter populo debetur pedes centum; ager ejus lege Syllana fuerat aſſignatus*. Non eſſe autem hanc militarem deductam, ſatis ex eo apparet, quod plebi Romanæ diviſus eſt ager, ut priore libro demonſtravi, non emeritis militibus aſſignatus. Poſt autem idem dictaturam adeptus multas deduxit, & quidem omnes, ut arbitror, militares; quorum aliquot ex intimis antiquitatis penetralibus eductas, ut inſtituimus, indicabimus. Una igitur CASILINUM. Hoc Ciceronis teſtimonio cognovimus in Antonium ita loquentis: „ Deduxiſti coloniam Caſilinum, „ quò Cæſar ante deduxerat; omni auſpiciorum jure turbato Caſilinum coloniam deduxiſti, quò erat paucis ante annis deducta. Item: „ Conſuluiſti de Capua tu quidem, „ ſed idem de Caſilino reſpondiſſem, poſſesne, ubi colonia eſſet, eò coloniam novam „ deducere: negavi in eam coloniam, quæ „ eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis, coloniam novam jure deduci, colonos novos adſcribi poſſe reſcripſi. Neque vero Caſilini ſolum, ſed CALATIÆ quoque veteranos Cæſarem conſtituiſſe intelligo, dum Paterculi, & Ciceronis verba conſidero; quorum ille ita ſcribit libro poſteriore: *Octavius primum à Calatia, mox à Caſilino veteranos excivit paternos*; hic vero libro extremo epiſtolarum ad Atticum hoc pacto: *Octavius veteranos, qui Caſilini, & Calatiæ ſunt, perduxit ad ſuam ſententiam; nec mirum, quingenos denarios dat, cogitat reliquas colonias obire*. Quæ ſunt præterea coloniæ reliquæ? difficile eſt ſcire, ſuſpicari proclive; una eſt, credo, MINTURNÆ, de qua hoc extat apud Frontinum: *Minturnæ muro ducta colonia deducta à C. Cæſare; iter populo non debetur*; altera ANCON, cujus meminit quinto de bellis civilibus Appianus, cum ait: *legiones duas, quæ Anconem erant deductæ, cum eſſent Cæſari Octaviano patriæ, Antonio affuiſſe*. Præterea vero LANUVIUM colonos à Cæſare fuiſſe aſcriptos à Frontino accepimus; verba ejus hæc ſunt: *Lanuvium muro ductum colonia deducta à D. Julio*. Quin etiam de VOLATERRANIS liber aliquid ſuſpicari; cum agrum Volaterranum ab eo dividi juſſum ſignificet in epiſtolis ad Q. Valerium Cicero; itemque de VEJIS, & CAPENA, cum idem ſcribat ad Pætum de agris, & municipiis, quæ à Cæſare dividebantur: *Vejentem agrum & Capenatem metiuntur*; & in libro Frontini ſit: *Veji colonia; ager ejus militibus eſt aſſignatus ex lege Julia*. Poſtremo vero opinari non nihil de iis etiam coloniis poſſumus, quæ Juliæ nomen tolerunt, ut de FANO, quæ Julia Faneſtris, SUTRIO, quæ Julia Sutrina, HISPELLO, quæ Julia Hiſpella; DERTHONA, quæ Julia Derthona veterum teſtimonio lapidum ſunt appellatæ; ut quemadmodum Cæſar Capuam, quam Juliam Felicem à ſe appellavit, deduxit, ſic reliquas etiam, quæ Julio nomine ſunt affectæ, ab eodem eſſe dedu-

ctas

A ctas putemus. Hæ ſunt Cæſaris veteranorum coloniæ, quibus peragratis M. Antonium Conſulem ſtipatum armis ad Senatum retuliſſe de actis Cæſaris in ſecunda adverſus Antonium Cicero dixit.

Deinceps ſequuntur Antonianæ. Has Cæſare interfecto à M. Antonio Conſule deductas eſſe, non eſt dubium. Veſtigia enim hujus doctrinæ perſpicua extant in libris Philippicis Ciceronis, in quibus ita de CASILINO diſputat adverſus M. Antonium: *Caſilinum coloniam deduxeſti, quò erat paucis ante annis deducta, ut vexillum tolleres, & aratrum circumduceres. cujus quidem vomere portam Capuæ pene perſtrinxiſti, ut florentis coloniæ ter-* B *ritorium minueretur*; & alio loco: *Addit Antonius, quos ipſe cum Dolabella dederit agros, teneant ii, quibus dati ſunt; hic eſt Campanus ager, & Leontinus, quæ duo majores noſtri annonæ perfugia ducebant*. Huc accedit Plutarchus, qui in vita Antonii nos admonet de PISAURO ſcribens: *Prodigium ante prælium Actiacum extitit, quod Piſaurum oppidum non longe ab Hadria, quo Antonius colonos aſcripſerat, terræ hiatu labefactatum eſt*. Nam quid illa trita commemorem, quæ Cicero contra M. & L. Antonios fratres incenſo ſæpe animo dixit? *Omnem Italiam L. Antonio dividendam dedit*. Item: *Hic pecunias noſtras æſtimabat: poſſeſſiones notabat, & urbanas, & ruſti-* C *cas; dividebat agros quibus, & quos volebat; tantum quiſque habebat poſſeſſor, quantum reliquerat diviſor Antonius*. Item: *Nucula, & Lento diviſores Italiæ ea lege, quam Senatus per vim latam judicavit*; & illa: *Multi fuerunt multis in legionibus per tot annos; his quoque diviſit Semurium, campus Martius reſtabat; ſed hæc agrorum aſſignatio paulo ante Quirites L. Cæſaris ſententia diſſoluta eſt; huic enim aſſenſi Septemvirum acta ſuſtulimus*. Quo ex fonte querelæ illæ jam notæ manarunt M. Antonii, cum ad Senatum ſcripſit: *Veteranorum colonias deductas lege, & Senatuſconſulto ſuſtuliſti*; cui reſpondit in Senatu Cicero: *Nos ſuſtulimus, an contra lege comitiis centuriatis lata* D *ſanximus? vide ne tu veteranos, qui erant perditi, perdideris; in eumque locum deduxeris, ex quo ipſi jam ſentiunt, ſe nunquam exituros*.

Relinquamus Antonianas, & ad Triumvirales pergamus. Triumvirales appello, quæ Triumvirum Reipublicæ decreto ſunt deductæ; nam conſtituiſſe eos colonias, quæ non loquuntur hiſtoriæ? Illud autem inter antiquiſſimos rerum Romanarum auctores conſtat, negotium C. Cæſari Octaviano ab Antonio, & Lepido collegis eſſe datum, ut in colonias milites emeritos collocaret, quorum opera Brutum, Caſſiumque devicerant; unde illa extiterunt, quæ ſunt apud Svetonium: *Partitis poſt victoriam officiis, cum Antonius* E *Orientem ordinandum, Octavius veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepiſſet, neque veteranorum, neque poſſeſſorum tenuit gratiam, alteris pelli ſe, alteris non pro ſpe meritorum tractari querentibus*. Cum autem Appianus XVIII. colonias tum decretas eſſe prodiderit, ac ſeptem tantum nominarit, CAPUAM, REGIUM, VENUSIAM, BENEVENTUM, ARIMINUM, NUCERIAM, & HIPPONEM, reliquas ex Frontini libro non incommode videmur poſſe colligere, Arretium, Aquinum, Faliſcam, Florentiam, Fœdaturas, Formias, Teleſiam, Tuder, Venafrum, Volaterras, & Ulubras; de quibus video ſic aſcriptum eſſe: „ ARRETIUM muro ducta lege Triumvirali; iter „ populo non debetur; ager ejus militibus „ eſt aſſignatus. AQUINUM muro ducta „ colonia lege Triumvirali deducta; iter po„ pulo debetur pedes LXXX. ager ejus pe„ remnis militibus eſt aſſignatus. Colonia Ju„ nonia, quæ appellatur FALISCA à Trium„ viris eſt aſſignata; & modus jugerationis „ eſt datus, in qua limites intercifivi ſunt „ directi lege agraria. C. Cæſaris auſpiciis, „ & M. Antonii, & M Lepidi Pont. Max. „ colonia FLORENTIA deducta, à Trium„ viris aſſignata lege Julia. Centuriæ Cæſa„ rianæ in jugera per Kardines, & Decuma„ nos, termini rotundi pedales, & diſtant à „ ſe pedes IICCCC. Colonia FOEDATURÆ „ ea lege, qua ager Florentinus in Centuriis „ ſingulis jugera CC. termini lapidei, alii „ ſextantes, alii molares. FORMIAS oppi„ dum Triumviri ſine colonis deduxerunt; „ iter populo non debetur; ager ejus in ab„ ſoluto recedit; pro parte in lacineis eſt aſſi„ gnatus, finitur terminis ſiliceis, & Tibur„ tinis. TELESIA muro ducta colonia, à „ Triumviris deducta; iter populo debetur „ pedum XXX. ager ejus limitibus Auguſteis „ in nominibus eſt aſſignatus. TUDER fida „ colonia ea lege, qua & ager Florentinus, „ in centuriis ſingulis jugera CC. termini la„ pidei, alii ſaxei, alii molares. VENAFRUM „ oppidum Triumviri deduxerunt ſine colo„ nis; iter populo debetur pedes XX. ager „ ejus in lacineis limitibus intercifivis eſt aſ„ ſignatus, ſed ſumma montium jure Templi „ Deæ ab Auguſto ſunt conceſſa. VOLA„ TERRÆ colonia lege Triumvirali eſt aſſi„ gnata, in centurias ſingulas jugera CC. De„ cumanis Kardinibus eſt aſſignata, quam „ etiam veterani in portionibus diviſam pro „ parte habuerunt; in quos limites cepit in„ tervalla pedum CD. de quibus centuriis „ unuſquiſque miles accepit jugera XXV. & „ LXXXV ULUBRÆ oppidum a Triumvi„ ris erat deductum, poſtea à Druſo Cæſare „ extinctum; ager ejus in nominibus eſt aſſi„ gnatus. Iter populo non debetur. Hæ ſunt XVIII coloniæ, quas à Triumviris decretas, ab Octavio deductas libet ſuſpicari; alias quærent alii, quibus ultra præſcriptam Triumvirum legem tota fere ab Octavio occupata eſſe Italia dicitur. Siquidem in eadem Appiani hiſtoria ſcriptum eſt: objectum eſſe ab Antonio Cæſari Octaviano, quod cum XVIII. oppida veteranis aſſignare debuiſſet, totam fere Italiam diviſiſſet; & cum XVIII legiones eo deducere debuiſſet, XXXIV. deduxiſſet; quod neque Dio diſſimulavit, qui inter eas BONONIAM retulit.

Poſtremo colonias etiam alias duodetriginta ab Octavio poſt victum ad Actium Antonium, & præclara victoria pacem & urbi, & orbi terrarum partam, tum cum jam Auguſtus diceretur, invenio apud Svetonium his verbis ſcriptum: „ Ad hunc modum urbe „ urbaniſque rebus adminiſtratis Italiam duo„ detriginta coloniarum numero a ſe dedu„ ctarum frequentavit, & ut Romam ſuffra„ gia mitterent de magiſtratibus urbicis, ſta„ tuit; & apud Dionem ita libro LI. „ Cæ„ ſar Romam reverſus ad Rempublicam con„ ſtituendam militibus aliis pecunias diſtri„ buit, iis vero, qui ſub ſe perpetuo ſtipen„ dia fecerant, agros etiam aſſignavit. Po-

„ puli

pulis enim, qui cum Antonio ſenſerant, deletis, & oppida, & agros eorum militibus condonavit; & apud Higinum: „ D. Auguſtus in aſſignata orbi terrarum pace, exercitus, qui ſub Antonio, aut Lepido militaverant, pariter & ſuarum legionum milites colonos fecit, alios in Italia, alios in provinciis; quibuſdam deletis hoſtium civitatibus, novas urbes conſtituit, quoſdam in veteribus oppidis deduxit, & colonos nominavit; illas quoque urbes, quæ deductæ à Regibus, aut Dictatoribus fuerant, quas bellorum civilium interventus exhauſerat, dato iterum coloniæ nomine, numero civium ampliavit, quaſdam & finibus; & apud Flaccum: „ Illarum urbium maxima finium pars data eſt coloniis, quæ in remotiora loca, & longe à mari poſitæ videbantur, ut numerus civium, quem multiplicare Divus Auguſtus conabatur, haberet ſpatia, in quæ ſubſiſtere poſſet. Quæ autem hæ coloniæ XXVIII. fuerint, parum explicata memoria eſt. Ex his enim tantum XII. apud Frontinum inveni, Soram, Teanum Sidicinum, Puteolos, Acerras, Aletrium, Atellam, Caudium, Beneventum, Cumas, Graviſcas, Nuceriam; alias apud alios, Auguſtam Taurinorum, Bovianum, Capuam, & Ariminum. Frontini hæc verba ſunt: „ SORA muro ducta colonia, deducta juſſu Cæſaris Auguſti; iter populo debetur pedum XV. ager ejus limitibus Auguſteis veteranis eſt aſſignatus. TEANUM, quod eſt & Sidicinum, colonia deducta à Cæſare Auguſto, iter populo debetur pedum LXXXV. ager ejus limitibus metricis omnibus eſt aſſignatus. PUTEOLI colonia Auguſta. Auguſtus deduxit. Iter uno latere populo debetur pedum XXX. ager ejus in jugeribus veteranis, & Tribunis legionariis eſt aſſignatus. ACERRÆ muro ducta colonia. D. Auguſtus deduci juſſit; iter populo debetur pedum LXXX. ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus. ALETRIUM muro ducta colonia. Auguſtus deduxit; iter populo non debetur; ager ejus per centurias, & ſtrigas eſt aſſignatus. ATTELLA muro ducta colonia, deducta ab Auguſto; iter populo debetur pedum CXXI. ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus. CAUDIUM muro ductum; iter populo debetur pedum L. à Cæſare Auguſto coloniæ Beneventanæ cum territorio ſuo eſt adjudicata; ager ejus veteranis fuerat aſſignatus; poſtea menſuratus, limitibus eſt conſitus. CUMÆ muro ducta colonia, ab Auguſto deducta; iter populo debetur pedes LXXX. ager ejus in jugeribus veteranis pro merito eſt aſſignatus juſſu Claudii Cæſaris. GRAVISCÆ colonia ab Auguſto deduci juſſa eſt. NUCERIA muro ducta colonia, deducta juſſu Imperatoris Auguſti; iter populo debetur pedes LX. ager ejus limitibus Julianis lege Auguſtana militibus eſt aſſignatus. Hæc ex Frontino. AUGUSTAM porro TAURINORUM, & CAPUAM ab Auguſto deductas, ſignificat Plinius; nam Auguſta ab eo colonia nominatur, nomen autem Auguſtæ, à quo ipſa deducta ſit, indicat; libro autem decimo octavo, capite XI. de Capua ita ſcribit: „ Extat divi Auguſti decretum, quo annua vicena millia Neapolitanis numerari juſſit à fiſco ſuo, coloniam deducens Capuam. De BOVIANO ſuſpicari liber, quia à Plinio Bovianum Undecumanorum vocatur, quod eo Undecumanæ legionis milites ſunt aſcripti. De ARIMINO admonet lapis ita inſcriptus, PATRONO COL. AUG. ARIMIN. Ac de militaribus quidem coloniis hæc accepimus.

CAP. V.

De Iſtria ad Italiam adjunctis.

NUnc, quoniam plerique eorum, qui de Italiæ ſitu, regionibuſque ſcripſerunt, Italiam non Carnis, ſed Iſtris, nec Tergeſte oppido, ſed Pola, nec Formione amne, ſed Arſia circumſcribunt, ut eorum, quibus hæc res aliquem injicere dubitationis ſcrupulum poſſit, quæſtioni occurram, placet, quemadmodum Italiæ à me definitæ Iſtria ſit adjuncta, atque à Formione ad Arſiam propagata, oſtendere. Iſtria, ut poſt demonſtrabitur, in poteſtatem redacta tam diu cum Illyrico provincia fuit conjuncta, dum ab Imp. Auguſto Italiæ eſt attributa. Hoc autem Melæ, Plinii, & Strabonis præclara literarum monumenta docent. Mela enim in deſcribendis Italiæ partibus Carnorum tantùm, & ultimi eorum oppidi Tergeſtis meminit, in Illyrici autem, Iſtriæ. Plinius ita loquitur, ut Formionem primis temporibus Italiæ finem eſſe ſignificet, noviſſimis autem Arſiam; ſic enim ait: *Ultra Tergeſte ſex millia paſſuum Formio amnis, antiquus auctæ Italiæ terminus, nunc vero Iſtriæ*; & poſt: *Oppida Iſtriæ civium Romanorum Ægida, Parentium, colonia Pola, quæ nunc Pietas Julia, abeſt à Tergeſte centum millia paſſus; mox oppidum Neſactium, & nunc finis Italiæ fluvius Arſia*. Strabo autem, qui Auguſti fuit æqualis, Iſtriam Italia comprehenſam ab Auguſto videtur innuere, cum ait: *Italiam uſque ad Polam Iſtricum oppidum, qui nunc ſunt principes, produxerunt*. Cujus rei omnem plane, ut video, ſuſtulit dubitationem Plinius, qui cum Italiam ab Auguſto in regiones undecim diſtributam prodat, in decima Venetos, & Carnos cum Iſtris, ut jam ab Auguſto Italiæ attributis, enumerat.

CAP. VI.

De alpibus, ac fœdere, jureque gentium alpinarum.

SAtisfactum officio & muneri meo putarem, ſi hoc loco inſtitutam diſputationem deponerem; ſuſcepi enim veterem Italiam illuſtrandam, quæ non alpibus, ſed intra alpes includitur; quod me hactenus pro opibus effeciſſe, nemo adeo alienæ induſtriæ invidus erit, qui non facile fateatur; ſed me & antiquitatis ſtudium, & ſuſcepti muneris amor longius aliquanto etiam provehit, ut de populis alpinis aliquid dicam, qui ſi non omnino Itali fuerunt, at certe aliquo modo Italiam attigerunt. Sunt ergo mihi primum alpes omnes, quæ tuentur Italiam, deſcribendæ, & populi earum notandi, deinde quando victi, quo fœdere donati, quo jure affecti fuerint, exponendum. Invenio in commentariis rerum Italicarum Sempronianis, alpes tres in partes fuiſſe diviſas, unam à Nicæa ad Penninum, eamque à Liguribus eſſe inſeſſam, alteram à Pennino ad Ocram montem, tertiam Tauriſanam uſque in Iſtriam.

Narrat etiam ex Polybii auctoritate Strabo, per alpes in Italiam vias fuiſſe quatuor, unam per Ligures proxime mare Tyrrhenum, alteram per Taurinos, qua uſus ſit Annibal, tertiam per Salaſſos, quartam per Rhætos. Porro autem alpium multæ fuerunt partes, ſi multa earum, quæ in veteribus ſunt monumentis, nomina intuemur; nam Maritimæ in primis Cottiæ, Grajæ, Rhæticæ, & Carnicæ, alpes commemorantur.

Maritimæ ſive à Nicæa, ſive, ut ait Polybius, à Maſſilia uſque ad vada Sabatia pervaſerunt, auctore Strabone, eæque à Liguribus maxime Intemeliis, & Ingaunis ſunt habitatæ, unde oppida eorum nomen invenerunt, Albium Intemelium, & Albium Ingaunum. Albia, ut inquit Strabo, quaſi Alpia dicta. Easdem autem à Comatis Liguribus cultas, auctor eſt Dio libro LIIII. unde illud eſt Plinii: „ Capillatorum Ligurum plura eſſe „ genera ad confinium Ligustici maris. Supra hos vero in alpibus, ut opinor, fuerunt Ligures Vagienni, qui ſunt ad fontes Padi, teſte Plinio, qui è monte Veſulo manat; horum autem meminit quoque Silius, cum dixit:

Et pernix Ligus, & duri per ſaxa Vagenni.

Inde ſunt Taurini Ligures; de quibus ita ſcriptum in Strabonis commentariis eſt; „ Meduli imminent maxime Iſari, & Rhodano confluentibus; ex altera vero parte, quæ „ ſpectat Italiam, & Taurini habitant, gens „ Ligustica, & alii Ligures; horum vero „ ager eſt, qui dicitur Iconii, & Cottii. Per hos autem populos Taurinorum alter fuit ex Gallia in Italiam tranſitus, quo, ut dixi, uſus eſt Annibal, quem ex Alpibus in Taurinos degreſſum Polybius, & Livius literis prodiderunt.

Ex verbis autem Strabonis perſpicuum eſt, alpes Cottias Taurinis populis eſſe finitimas, quod idem confirmare videtur Plinius, cum ait: „ Cottianæ civitatis, Caturiges, & „ ex Caturigibus orti Vagienni Ligures. Ammianus quidem Marcellinus Cottias alpes à Seguſione initium ducere ſcripſit. Seguſionem autem oppidum non longe à Taurinis collocat Plinius, cum ita pergit: „ Oppida Vibiſorum, Seguſio. coloniæ ab alpium radicibus Auguſta Taurinorum inde navigabili „ Pado.

Poſt Taurinos, inquit Strabo, & Padum ſunt Salaſſi; ſuper quos in verticibus ſunt Ceutrones, Caturiges, & Veragri, & Nantuates, & lacus Lemanus, per quem fertur Rhodanus, & fons fluvii; non longe vero ab his ſunt fontes Rheni, & mons Adula, ex quo effluit Rhenus ad Septentrionem, & ex altera parte Abdua, qui in Larium lacum influit, qui eſt ad Comum; in Alpibus autem Medulorum duo fontes ſunt, ex quorum altero Druentia amnis in Rhodanum præcipitat, ex altero Durias per Salaſſos in Padum. Salaſſos autem opinor tenuiſſe Grajas, quæ dictæ ſunt, alpes; ſiquidem inquit Plinius: „ Auguſtam prætoriam Salaſſorum juxta geminas alpium fauces Grajas atque Penninas „ fuiſſe. Strabo autem Salaſſorum regionem magnam ait fuiſſe in profunda valle, locum undique cingentibus montibus; iis autem, qui ex Italia trajicere in Galliam ulteriorem vellet, per hanc vallem viam eſſe Lugdunum; hanc deinde in duas partes ſcindi; quarum alteram acclivem, per Penninum ducere, jumentis inviam per ſummas alpes, alteram vero per Centrones plauſtris commodiorem. Quibus ex rebus ſatis intelligi poſſe opinor, Salaſſos à Duria flumine ad Abduam perveniſſe.

Supra Comum autem ad alpium radicem, ut inquit Strabo, ab una parte ſunt Rhæti orientem verſus, & Vennones, ab altera vero Lepontii, & Tridentini, & Stoni, & alii modici populi Italiam obtinentes; & alio loco: „ Rhæti, *inquit*, ad Italiam ſpectant „ ſupra Comum, & Veronam; ipſi vero uſque „ ad loca, per quæ Rhenus fertur, porriguntur; hujus vero gentis ſunt etiam Lepontii, & Camunni. Vindelici vero, & „ Norici exteriorem montium crepidinem „ tenent. Rhætorum ferociſſimi Rucantii, „ & Cotuantii; de quibus omnibus ita etiam Plinius: „ Rhæti, & Vindelici omnes in „ multas civitates diviſi; verſo deinde in „ Italiam pectore Alpium Latini juris Euganeæ gentes; ex iis Triumpilini venalis cum „ agris ſuis populus, dein Camuni, compluresque ſimiles. Lepontios Tauriſcæ gentis „ Cato arbitratur; ceteri Lepontios relictos „ ex comitatu Herculis ex interpretatione „ Græci nominis credunt; ejuſdem & Grajos „ fuiſſe poſitos in tranſitu Grajarum Alpium „ incolas, præſtanteſque genere Euganeos; „ caput eorum Stonos Rhætorum Vanoaei, „ Sarunetesque ortus Rheni amnis accolunt, „ Lepontiorum, qui Viberi vocantur, fontem Rhodani, eodem Alpium tractu. Addo hoc etiam, Rhæticas alpes à Valle Volturrena, cujus Cato meminit, exordium ducere, ac per eam in Larium lacum Abduam amnem deferri.

Extremæ ſunt Carnicæ alpes, quas deinceps his verbis complexus eſt Strabo: „ Poſt „ Rhætos, & eorum populos, qui Adriatico „ ſinui, in agro Aquilejenſi proximi ſunt, „ nonnulli ex Noricis, & Carni inſident; ex „ Noricis autem ſunt etiam Tauriſci.

„ Inde Japydes ab utraque montium parte: incolunt eorum oppida Metulum, Arupenum, Monetium, Vendum. Ocra vero „ humillima pars eſt alpium, qua cum Carnis junguntur, & per quam onera ex Aquileja in Pamportum plauſtris deferuntur. Nec longe aliter Plinius, qui inquit: „ Incolæ alpium à Pola ad Tergeſtis regionem „ Secuſſes, Subocrini, Attali, Menocaleni, „ juxtaque Carnos quondam Tauriſci appellati, nunc Norici.

Atque hæc quidem de alpium Italicarum deſcriptione, ac ſitu hactenus; nunc quo fœdere hi populi in amicitiam ſint recepti, aperiamus. Jam igitur Gallia citerior omnis, & maxima Ligurum pars erat pacata, & legibus, ac prætori Rom. obediebat, cum alpinæ adhuc gentes à bello erant intactæ. Quod ſignificavit Polybius, cum dixit, Gallos Padi accolas brevi à Romanis ſpoliatos agris eſſe præter eos, qui ſub alpibus habitarent. Bellum autem hoc crebræ eorum in provinciam Rom. excurſiones excitarunt; primus, quantum ego compererim, alpinis Gallis arma intulit M. Claudius Marcellus anno DLXXXVII. à quo Alpinos Gallos ſubactos in epitomis Livianis ſcriptum invenio. Reperio etiam, L. Craſſum Conſulem anno DCLVIII. in citeriore Gallia cum alpinis populis decertaſſe; ſcriptum autem eſt hoc in Rhetoricis apud Cice-

Digitized by Google

Ciceronem: „ L. Craſſus Conſul, *inquit*, „ quoſdam in citeriore Gallia nullo illuſtri, „ neque certo duce, neque eo nomine, neque eo numero præditos, ut digni eſſent, „ qui hoſtes populi Rom. dicerentur, quod „ tamen excurſionibus, & latrociniis infeſtam „ provinciam redderent, conſecutus eſt, & „ conſecit. Geſſit etiam cum iis bellum Q. Metellus Celer prætor Galliæ citerioris, Murena, & Silano Conſulibus, anno DCXCI. quod extat in epiſtola ejus ad Ciceronem. Idem fecit poſt eum D. Brutus, cum provinciam Galliam obtineret; quod ex ejus epiſtola ad Ciceronem cognoſcitur, in qua ita ſcribit: „ Progreſſus ſum ad Inalpinos cum exer„ citu, nomen captans imperatorium; rem autem & ipſum ibi bene geſſiſſe, apparet ex triumpho, quem ei, ut inquit Cicero in Philippicis, Senatus decreverat è provincia decedenti. Sed quinam potiſſimum hi hoſtes in alpibus, cum plurimi eſſe poſſint, extiterint, pro certo proponere non auſim. De quibus comperti aliquid habemus, hi fere ſunt.

Maritimæ alpes à Capillatis Liguribus cultæ M. Craſſo, Cn. Cornelio Coſs. anno DCCXXXIX. Imp. Auguſti auſpiciis in ſervitutem ſunt redactæ, teſte Dione, cum eo uſque liberæ fuiſſent. De jure autem, & conditiona earum ſub Auguſto ita ſentit Strabo, ut ſcribat, ex Liguribus, qui inter Varum, & Genuam ſunt, Maritimos eoſdem cum Italicis eſſa, ad Montanos præfectum quendam ex equeſtri ordine miſſum; at vero anno DCCCXV., Nero Imp. nationes alpium Maritimarum ad jus Latii redegit, quod voluit, credo, Plinius, cum Capillatorum Ligurum multa genera Latio donata ſcripſit. Cum autem alpinas gentes omnes auſpiciis Auguſti domitas acceperimus, Vagiennos etiam & Taurinos Ligures ab eo in ditionem adductos poſſumus ſuſpicari, præſertim vero cum is utriuſque victoriæ monumenta reliquerit, Auguſtam Vagiennorum, & Auguſtam Taurinorum, quarum Plinius meminit, qui idem Vagiennos, & Caturiges Latio donatos prodidit.

Cottias alpes Cottio regi ſuo obedientes Auguſtus non attigit. Indicat hoc Marcellinus, cum ait: „ Cottias alpes Cottius per„ domitis Galliis ſolus in anguſtiis latens, „ inviaque locorum aſperitate confiſus, leni„ to tandem timore in amicitiam Octaviani „ Principis receptus molibus magnis extruxit „ ad vicem memorabilis muneris compendia„ rias, & viantibus opportunas medias inter „ alias alpes vetuſtas. Unde merito dixit Plinius, cum de trophæo Auguſti de gentibus Alpinis erecto loqueretur: „ Non eſſe ad„ ditas Cottianas civitates XII., quæ non „ fuerunt hoſtiles, ſed item attributas muni„ cipiis lege Pompeja. Svetonius autem auctor eſt, Cottias alpes defuncto Cottio poſt ab Imp. Nerone in provinciæ formam eſſe redactas. Quod autem proditum memoriæ eſt, Cn. Pompejum, cum in Sertorium iret, alpes alio itinere, quam Annibalem, trajeciſſe, & bellum in alpibus inter Padi, & Rhodani fontes geſſiſſe, quod & in epiſtola Pompeji eſt apud Salluſtium, & apud Appianum lib. I. profecto intelligendum, non cum aliis, quam cum his populis ab eo decertatum eſſe.

Adverſus Salaſſos primus, ut opinor, exercitum adduxit Ap. Claudius Pulcher Conſul anno DCX. Hunc narrat Oroſius, cum victus decem millia peditum amiſiſſet, reparata pugna quinque millia hoſtium cæcidiſſe. Unde anno DCXXXIII., Mario VI., & Flacco Coſs. Eporœdiam coloniam deductam ad cohibendas Salaſſorum hoſtium incurſiones ſcripſit Strabo, à quo eodem reliqua, quæ ad Salaſſorum bella pertinent, cognovimus. „ Salaſſorum, *inquit ille*, magna regio eſt in „ profunda valle, cum undique cingant lo„ cum montes; habet autem aurifodinas, „ quas obtinebant Salaſſi, tum cum res eo„ rum florebant, ut & eorom quoque loco„ rum aditum tenerent; quæ cauſſa bella in„ ter eos etiam ſæpe accendit. Rerum autem „ potitis Romanis & aurificium, & agrum „ amiſerunt; montium autem juga tenentes, „ aquam publicanis, qui aurificium exerce„ rent, vanundabant, & cum iis ſæpe lucri „ cupiditate contendebant, ut nunquam Ro„ manis prætoribus, qui eò mitterentur, „ cauſſæ belli deeſſent; poſtremo partim bel„ lis attriti, partim conciliati opes tamen „ magnas habebant, & multa damna latroci„ niis inferebant iis, qui per ſuos montes „ iter facerent; quippe à quibus D. Brutus „ Mutina fugiens data viritim drachma ſeſe „ redemerit. Meſſalla etiam cum prope illos „ hybernaret, mercedem lignorum perſolvit, „ quæ partim ad naves, partim ad haſtas „ conficiendas rapuerat; poſtremo Cæſar Au„ guſtus eos funditus ſuſtulit, & univerſos „ ſub corona vendidit in Eporædiam colo„ niam translatos; ibi autem brevi reſiſtere „ potuerunt, donec gens ipſa extincta eſt. „ Aliorum igitur capitum ſex & triginta „ millia cenſa ſunt; qui ætate militari eſſent, „ octo millia: omnes autem Terentius Var„ ro prætor ſub haſta vendidit; tribus autem „ millibus Romanorom deductis Auguſtus „ oppidum Auguſtam conſtituit, quo in loco „ Varro caſtra prætoria habuerat; & nunc „ finitima regio uſque ad ſumma montium „ juga pacata eſt. Hæc Strabo, quæ eadem à Dione libro XLIX. video confirmari, cum ſcribit, Salaſſos, alioſque, qui cum Salaſſis res novas moliebantur, à Meſſalla, & Varrone eſſe devictos; à Varrone autem eorum opes ita acciſas, ut certam pecuniæ ſummam dare coëgerit, & qui militarem ætatem haberent, vendiderit, cum eo, ut nemo intra viginti annos liberaretur, & opimum eorum agrum diviſerit, & Auguſtam prætoriam illis condiderit.

Sequuntur Rhæti; & hos etiam cum Lepontiis, & ceteris finitimis populis ab Auguſto perdomitos apud Strabonem invenio; in ejus enim commentariis ita ſcriptum eſt: „ Supra Comum ad Alpium crepidinem ſunt „ Rhæti, & Venones, alia ex parte Lepon„ tii, & Tridentini, & Stoni, & alii multi „ parvi populi Italiam tenentes; qui priori„ bus temporibus latrocinia exercebant, & „ inopia laborabant; nunc vero alii deleti „ ſunt, alii vero omnino manſuefacti, ut „ cum antea tranſitus per eorum montes „ pauci, & difficiles eſſent, nunc ex multis „ locis, & tuti ab iis ſint, & faciles; quo„ rum cauſſa una eſt cuſtodia; addidit enim „ Cæſar Auguſtus, ad tollendos latrones via„ rum cuſtodes, quantum potuit; non enim „ ubique naturæ vim afferre per petras, & „ rupes præcipites potuit, quarum aliæ viæ „ imminent, aliæ vero decidunt. Ex his autem Camuni, & Venii P. Silio duce victi

ſunt,

ſunt, teſte libro LIV. Dionis, atque inde etiam reliqui. Nam cum ſequenti, ut ille ait, anno M. Libone, Calpurnio Piſone Coſſ. „ Rhæti, qui inter Noricum, & Galliam ad alpes Italiæ Tridentinas incolunt, Galliam ſibi finitimam incurſarent, atque ex Italis prædas agerent, & Romanis ſociiſque per agrum ſuum euntibus detrimenta inferrent, mares autem necarent non ſolum, qui apparerent, ſed etiam, qui in ventribus eſſent, ea cauſſa Auguſtus primum in eos Druſum miſit, qui, hoſtibus in montibus Tridentinis primo impetu fuſis, imperatoria ornamenta obtinuit; poſtea vero quam ex Italia pulſi in Galliam irruperunt, Tiberium miſit; qui cum ex multis partibus ambo in eorum agrum infeſtis ſignis impetum feciſſent, & ipſi, & legati ſui eum illis terrorem incuſſerunt, ut diſſipatos ſingulos facile deleverint, reliquos vero rebus ſuis diffidentes in poteſtatem redegerint.

Noricos inde, qui cum Pannoniis in Iſtriam invaſerant, P. Silius idem in ſervitutem adduxit, ut ait Dio Nam Strabo Noricos, in quibus & Taurifci ſunt, incurſantes una æſtate à Tiberio, & Druſo fratribus repreſſos narrat.

Extremi ſunt Japudes. Et hos virorum robore præſtantes, cum populationibus eſſent infeſti, tandem omnino à Cæſare (23) debellatos, idem tradit. Quod idem apud Dionem etiam in hanc ſententiam ſcriptum eſſe invenio: „ Cæſar in Japudas profectus, eos, qui citra montes haud procul à mari habitabant, nullo negotio in ditionem adduxit: qui vero juga, & latera incolebant, eos non ſine maximo labore perdomuit. Etenim cum Metulum oppidum ſuum maximum communiſſent, multos ſæpe Romanorum impetus retuderunt, multas machinas incenderunt, & Cæſarem ipſum à lignea turri quadam murum conſcendere conatum vulnerarunt; tandem vero, ubi nihilominus deſtitit, & exercitum advocavit, de pace ſe agere velle ſimulantes præſidium in arcem acceptum nocte trucidarunt, & in ædes igne illato alii ſe, alii uxores etiam, & liberos occiderunt, ut nihil prædæ inde ad Cæſarem pervenerit, cum etiam captivi haud ita multo poſt ſponte ſibi manus intulerint. Hæc autem omnia cum ſui Auguſti auſpiciis, aut ductu imperioque ejus ſint geſta, propterea in trophæo Alpium ab eo devictarum hæc, teſte Plinio, fuerunt inſcripta: IMP CÆSARI DIVI F. AUGUSTO, PONT. MAX. IMP. XIV. TRIBUNICIÆ POT. S. P. Q. R. QUOD EJUS DUCTU, AUSPICIISQ. GENTES ALPINÆ OMNES, QUÆ A MARI SUPERO AD INFERUM PERTINEBANT, SUB IMPERIUM POPULI ROM. SUNT REDACTÆ. GENTES ALPINÆ DEVICTÆ. TRIUMPILINI, CAMUNI, VENNOTES, VENONETES, HISARCI, BREUNI, NAUNES, JOCUNATES, VINDELICORUM GENTES QUATUOR, CONSUANETES, VIRUCINATES, LICATES, CATENATES, ABISONTES, RUGUSCI, SUANETES, COLLUCONES, BRIXENTES, LEPONTII, VIBERI, NANTUATES, SEDUNI, VERAGRI, SALASSI, ACITAVONES, MEDULLI, UCENI, CATURIGES, BRIGIANI, SONTIONTII, EBRODUNTII, NEMALONI, EDENNATES, ESUBIANI, VEAMINI, GALLICÆ, TRIULATTI, ECTINI, VERGUNNI, EGUITURI, NEMENTURI, ORATELLI, VERUSI, VELAUNI, SUETRI.

Expoſui, quæ de Italia, atque Italiæ jure aſſiduo ſtudio ex ſumma annalium vetuſtate eruere potui. Lætorque, me tandem ad laboris utinam tam glorioſi, quam, ut ſpero, utilis, optatum exitum perveniſſe. Reliquum eſt, ut, poſteaquam civitatem Romanam, Italiamque ipſam ſatis, ut his temporibus, atque hac opum imbecillitate potuit, explicuimus, deinceps Romanæ quoſdam quaſi per victoriæ gradus, provinciarum populi Romani jura vetera, quæ huic maxime conjuncta diſputatio eſt, eo, quo inſtituimus, ordine perſequamur.

(23) Cæſar hic non eſt Cajus Julius, ſed Auguſtus, qui heres avunculi, filiuſque adoptivus, omnia illius nomina uſurpaverat. Dio lib. 49.

Explicit Liber Tertius de antiquo jure Italiæ.

Digitized by Google

CAROLI
SIGONII
DE ANTIQUO JURE
PROVINCIARUM
LIBRI TRES.

Digitized by Google

DE ANTIQUO JURE PROVINCIARUM
AD MAGNIFICUM VIRUM
JOANNEM VINCENTIUM
PINELLUM

CAROLUS SIGONIUS.

FEci, JOANNES VINCENTI PINELLE, vir Magnifice, non invitus, ut rerum Romanarum ſtudium non mediocri à me quondam diligentia cultum, ſed variis poſtea de cauſſis intermiſſum hoc tempore revocarem, quæque de jure populi Romani aliquot jam editis Commentariis ſcribere inſtituiſſem, ea nunc demum operá repetitá perficerem. Me vero, ut hoc facerem, cum res ipſa per ſe cognitione digniſſima, tum tua in primis auctoritas impulit, quæ in omni re merito ſemper apud me plurimum valuit; quippe cum tu ita mecum, qua tua eſt humanitas, ageres; non debere me diuturniorem ejus ſtudii operam recuſare, in quo ſummi quondam philoſophi, ac ſummo ingenio, ſummaque doctrina præditi, Ariſtoteles, & Heraclides induſtrie eſſent verſati; à quibus ſtudioſe non Græcorum ſolum, ſed etiam barbarorum Reſpublicæ conquiſitæ, atque earum mores, & inſtituta diligenter hominum eſſent memoriæ conſignata. Immo vero eo me vehementius oportere in hanc unam cogitationem incumbere, quod illi tenuiorum, atque obſcuriorum fere gentium jura inveſtigaſſent, ego unius omnium clariſſimæ, ac potentiſſimæ ſtatum exquirerem: illi florentium tum populorum res omnibus exploratiſſimas tradidiſſent, ego jampridem mortui, & vix pauciſſimis in literarum monumentis ſpirantis inſtituta obſcuriſſima ab oblivione hominum, & ſilentio vindicarem. Quamobrem feci, ut dixi, libenter, ut ad eos libros, quos ſuperioribus annis de antiquo jure civium Romanorum atque Italiæ ſcripſeram, tertios hos de vetere Provinciarum jure adjungerem, quæ una mihi diſputatio deſiderari poſſe videbatur ab iis, qui perfectam veteris populi Romani juris notitiam requirebant: feci autem ita, ut, quod in ſuperioribus etiam obſervavi, neque idoneum tantarum tradendarum rerum ordinem, qui mire tenere lectorem ſolet, prætermitterem, nec, quod auctoritatem doctrinæ ſummopere continet, quidquam interea non certo veterum teſtimonio confirmarem; ut omnes intelligere poſſent, ad ſolidam hujus laudem ſtudis perſequendam, facultatem mihi potius aliquam defuiſſe, quam voluntatem. Quod autem mea ſponte propter ſummum meum erga te ſtudium, tuamque conſtantem erga me voluntatem eram facturus, ut aliquo te Scriptorum meorum genere appellando, veterem noſtram neceſſitudinem notam poſteris facerem, id mihi multo juſtiore ratione in hoc libro retinendum eſſe duxi, ut, quod te potiſſimum hortatore opus ad exitum perduxiſſem, idem etiam in manus hominum in tuo multò ornatiſſimo nomine darem; ut illud omittam, quod vere mihi videor poſſe dicere, eum eſſe te, quem ego cum propter veterem erga me animi propenſionem unice diligam, tum propter variam præſtantium multarumque artium cognitionem, & incredibile, ac conſtans virtutis ac ſcientiæ ſtudium omnibus iſtius ætatis, ac dignitatis hominibus anteponam. Itaque cum in te omnia eluceant, quæ præclara videri hominibus, atque eximia ſolent, Genuæ patriæ claritas, Pinellæ familiæ decus, Coſmi patris optimi, ac Magnifici viri ſplendor, fortunarum amplitudo; tu hæc omnia perpetuo uno virtutis, ac doctrinæ, quo flores, ſtudio ita obſcuraſti, ut, qui te laudant, hoc in maximis tuis ornamentis ponant, quod his omnibus, quæ vulgo homines ſuſpiciunt, poſthabitis, ſolam laudem ex beneficentia, comitate, multarumque, atque egregiarum diſciplinarum notitia conſecteris. Quibus de rebus cum ego te, jam tum, cum in Patavino profiterer gymnaſio, præſens cœpiſſem admirari, nunc demum multis, iiſque non leviſſimis additis tui erga me amoris, ac benevolentiæ notis abſens ita amo, ut, quem aut propter virtutis opinionem colam magis, aut propter officiorum erga me magnitudinem diligam vehementius, profecto habeam neminem. Quæ cauſſa fecit, ut hoc prodi poſteris, quanquam ad laudem fortaſſe tuam exiguum, tamen ad animi

mei

Digitized by Google

CAROLI SIGONII
DE ANTIQUO JURE
PROVINCIARUM
LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Quid provincia fuerit, & quomodo confecta ſit.

PRovinciæ nomen tribus modis populus Romanus totius hujus rationis auctor accepit; uno, pro regione, quam aut armis devictam, aut quocunque modo in poteſtatem adductam, ipſe magiſtratui ſuo adminiſtrandam ſubjecit; altero pro quacunque regione, in qua bellum Romanus Imperator adminiſtrarit; (1) tertio pro quacunque publici muneris procuratione. Nos autem de provinciis locuturi provinciam prima, & quidem propria ſignificatione ſumemus. Quo circa, ſi certam provinciæ, brevemque definitionem quæramus, ſane ut Latium regionem jure Latii donatam, & Italiam regionem jure Italico affectam dicebamus; ſic provinciam definiemus, regionem, quæ jus provinciale conſecuta ſit. Etenim jus ipſum ſingulis regionibus à populo Romano conceſſum, illud eſt potiſſimum, quo regio à regione diſtinguitur. Jus autem provinciale, quod alio nomine Formula provinciæ nuncupatur, ut etiam jus Latii, atque Italicum ex legibus percuſſi cum populo Romano fœderis emanavit. Itaque, ut fœderis leges æquiores, iniquioreſque fuerunt, ſic diverſa, quemadmodum ante diximus, fœderum genera intulerunt. Quoniam autem leges, quæ provinciis datæ ſunt, iniquiores fuerant, quam quæ Latio, atque Italiæ, propterea provinciæ jus etiam deterius, quam Latium, atque Italia, ſunt adeptæ. Nam Italia vectigalis facta eſt illa quidem, ſed tamen in univerſum libertate donata. Provinciæ vero non ſolum vectigalibus, ſed etiam ſervitute mulctatæ ſunt; quippe quæ legibus ſuis, ac magiſtratibus jus dicentibus ſpoliatæ ſint. Id vero argumento eſt, quod provincia nulla fuit, quæ non Romanum Prætorem, ac Quæſtorem habuerit; illum, qui jus diceret; hunc, qui vectigalia procuraret. Unde ſcite ſcriptum illud eſt apud Strabonem, univerſæ regionis, quæ Romanis pateret, unam regibus ſubjectam fuiſſe, alteram ab ipſis poſſeſſam, ita eamque provinciam dictam, Prætores cum Quæſtoribus miſſos; ex quo intelligi poteſt, univerſam provinciæ rationem fuiſſe, ut vectigalis eſſet, ac populi Romani magiſtratui obediret.

Quoniam autem unius regionis populi, ac civitates non eodem modo ſe adverſus populum Romanum geſſerant omnes, propterea neque eodem omnes pacto tractatæ ſunt, verum pro ſuis cujuſque meritis leges acceperunt. Quo factum eſt, ut aliæ civitates vectigales, aliæ immunes relictæ, aliæ ſervitute,
A aliæ libertate affectæ ſint. Vectigales dictæ, quibus vectigal aliquod impoſitum eſt; immunes, quibus nullum. Servitute affectæ, quas magiſtratui Romani parere voluerunt; libertate, quas magiſtratus Romanus juriſdictione ſolverunt. Vectigal porro ipſum aut certum fuit, aut incertum; certum definita fere ſtipendii ſumma, & hoc tributum, ſive ſtipendium, & qui hoc penderunt, tributarii, ſive ſtipendiarii nominati ſunt; incertum, quod portubus, rebuſque venalibus, paſcuis, agriſque conſtitutum eſt, quod portorium, ſcriptura, & decuma dictum eſt. Tributum autem duplex fuit, unum pecuniæ ordinarium, quod in caput, atque in ſolum
B impoſitum quotannis exigebatur, alterum extraordinarium, quod aut ex lege, aut ex Senatus-conſulto pro uſu provinciæ aliquando imperabatur; veluti cum naves, nautas, milites, ac ſumptum in eos dare provinciæ jubebantur. Portorium autem fuit vectigal, quod ex importatione, & exportatione rerum venalium capiebatur; ſcriptura, quod ex paſtione paſcuorum publicorum; decuma, quod ex agris, qui frumenti decumam, ſive quamvis aliam partem darent. Frumenti vero, quod ex provinciis extrahebatur, tria genera extiterunt, decumanum, emptum, & æſtimatum; decumanum erat decuma, quam quiſque arator ſine precio dare cogebatur; quæ ſum-
C ma pro copia, inopiave frumenti in ſingulos annos erat incerta; eaque aut Romæ à Cenſoribus, aut in provincia à Magiſtratu Romano vendebatur publicanis, qui ex eo decumani dicebantur, ut pro ea certam pecuniam populo Romano repræſentarent. Emptum ſumma altera, quam aratores vendere accepto ex Senatus-conſulto precio cogebantur; quod frumentum Romam ad alendum populum à Magiſtratu Romano mittebatur. Æſtimatum ſumma alia, quam æſtimabat Magiſtratus in cellam ſuam in uſum familiæ ſuæ, cum interdum pro frumento pecuniam acciperet. Quin etiam emptum duplex fuit, unum decumanum, quod ex alteris item de-
D cumis precio perſoluto aliquando accipiebatur; alterum imperatum, quod præter duas decumas æqualiter omnibus civitatibus precio item ſoluto imperabatur; quemadmodum perſpicue ex frumentaria cognoſcitur; nam fuiſſe etiam quoddam, quod honorarium diceretur, Cicero in Piſonem oſtendit, cum dixit: „ Qui modus tibi fuit frumenti æſtimati, qui honorarii? ſiquidem poteſt vi, „ & metu extortum honorarium nominari. Servitus autem, quam dixi civitatum, tota in eo poſita fuit, ut legibus, & Magiſtratibus Romanis obtemperarent. Qua de cauſſa in

(1) Et hoc autem ſecundo modo Imperator illejus, vectigaliaque exercebat. Nam quicquid agri hoſtium cepiſſet, ejus juri, imperioque ſubdebatur, ut planum eſt in hiſtoriis.

A in ſingulis provinciis diverſæ diœceſes, ſive diverſi conventus, ac diverſa fora conſtituebantur, eiſque ſuæ cuique civitates attribuebantur, quæ eò juris à Magiſtratu Romano poſcendi cauſſa convenirent.

Ut autem earum civitatum, quæ ſervitute oppreſſæ ſunt, ſtipendiariæ proprie dictæ, quæ aliquid populo Romano pependerunt; immunes, quæ nihil: ſic earum, quæ libertate donatæ ſunt, fœderatæ præcipue appellatæ, quæ aliquid ex fœdere debuerunt; liberæ, quæ omnino nihil. Quorum omnium, quarumque conditionum omnium quæ ratio, quæque formula fuerit, poſt ſingulis afferendis, quæ cuique civitati datæ ſunt, legibus, apparebit.

Hujus autem totius beneficii, atque honoris arbitrium ab initio penes Senatum fuit
B univerſum. Is enim acceptis ab Imperatore de ſuperatis hoſtibus, & regione in poteſtatem adducta literis, ſecum de mulcta, ac præmiis eorum, qui victi eſſent, conſultavit, ac quid ſibi fieri placeret, Imperatorem admonuit, decem, aut quinque legatis Senatoribus ad eum miſſis, ut ex eorum ſententia de hoſtibus, & eorum regione ſtatueret. Quibus mandatis acceptis Imperator aut ex certa Senatus, ſi ita præſcriptum fuerat, voluntate, aut de communi decem legatorum ſententia victis gentibus aut ignovit, aut in provinciæ formam redegit; ignoviſſe dictus eſt, cum liberas reliquit, ac ſuis uti legibus, ſuoſque creare more patrio magiſtratus permiſit; in provinciæ formam redigere, cum ademptis, aut immutatis legibus eos omnino Magiſtratui Romano quotannis ab urbe mit-

A tendo ſubjecit, ac vectigalia, conventuſque conſtituit. Quo in genere illud humanitatis adhibuit, ut non omnes ejuſdem provinciæ civitates eodem modo tractaret, verum pro cujuſque meritis, aut majoribus aut minoribus, ut dixi, commodis ac detrimentis afficeret. Quæ vero cum de univerſa regione, tum de ſingulis civitatibus, populiſque conſtituta erant, ea in concione ſilentio ante per præconem facto Imperator fere præconi pronuncianda mandabat, ac poſtremo Romam, relicto aliquo Præfecto provinciæ, decedebat. Atque hæc quidem omnia ita eſſe, ex iis, quæ proxime de ſingulis provinciis dicentur, intelligetur.

Ex his autem perſpicuum illud eſt, provinciam, ut propoſui, regionem fuiſſe, quæ tum vectigalia populo Romano pependit, tum
B Magiſtratui populi Romani ex fœderis lege obtemperavit, exceptis civitatibus iis, quæ propter merita ſua aut immunitate, aut libertate donatæ, atque in amicorum formulas relatæ eſſent; ac propterea jus provinciale, quo Magiſtratui Romano parere coacti ſunt, multo, quam aut Italicum, aut Latinum, incommodius, ac deterius fuiſſe; civitates autem, populos, homines, familiaſque eas excipio, quæ propter merita ſua aut libertate, aut immunitate donatæ ſunt, aut in amicorum, & ſociorum formulam, numerumque relatæ. Fuiſſe vero talem libertatis, immunitatis, atque amicitiæ formulam, licet ex vetere Senatuſconſulto anno DCLXXV. facto, ejuſdemque memoriæ plebiſcito perſpicere; Senatuſconſultum, prout è Græco converſum, atque ſuppletum eſt, hujuſmodi eſt:

COS. Q. LVTATIO. Q. F. CATVLO. M. ÆMILIO. Q. F. M. N. LEPIDO
PR. VERO. VRBANO. ET. PEREGRINO. L. CORNELIO.. F. SISENNA. MENSE. MAIO
Q. LVTATIVS. Q. F. CATVLVS. COS. AD. SENATVM. RETTVLIT
XI. KAL. IVNIAS. IN. COMITIO. SCRIBENDO. AFFVERVNT. L. FABERIVS. L. F. SERGIA
C...... L. F. POPLILIA. Q. PETILLIVS. T. F. SERGIA
QVOD. Q. LVTATIVS. Q. F. CATVLVS. COS. VERBA. FECIT
ASCLEPIADEM. PHILINI. F. CLAZOMENIVM. POLYSTRATVM. POLYARCI. F. CARYSTIVM
MENISCVM. IRENÆI. F. MENISCVM. THARGELII. F. MILESIVM
IN. CLASSE. AFFVISSE. BELLO. ITALICO. INEVNTE. EOS. OPERAM. FORTEM. AC. FIDELEM
REIP. NOSTRÆ. NAVASSE. EOS. EX. S. C. SE. SE. IN. PATRIAS. RECEPISSE
VELLE. SEI. EI. VIDEATVR. VTEI. PRO. REBVS. BENE. GESTEIS. AB. EIS
ERGA. REMP. NOSTRAM. EORVM. COMMEMORATIO. FIAT. D. E. R. I. C
ASCLEPIADEM. PHILINI. F. CLAZOMENIVM. POLYSTRATVM. POLYARCI. F. CARYSTIVM
MENISCVM. IRENÆI. F. MILESIVM. MENISCVM. INDIDEM. TARGELII
VIROS. BONOS. PROBOSQVE. ET. AMEICOS. DECLARARE. SENATVM
POPVLVMQVE. ROMANVM. EXISTIMARE. EORVM. OPERAM. BONAM. ET. FORTEM
ET. FIDELEM. REIP. NOSTRÆ. FVISSE. QVAM. OB. CAVSSAM. SENATVM. IVDICARE
VTEI. IEI. LEIBEREI. POSTEREIQVE. EORVM. IN. SVEIS. PATRIEIS. IMMVNES
RERVM. OMNIVM. ET. TRIBVTORVM. EXPERTES. SINT. SIQVÆ. TRIBVTA
EX. BONEIS. EORVM. EXACTA. SVNT. POSTEAQVAM. E. PATRIA. REIP. NOSTRÆ
CAVSSA. DISCESSERINT. VTEI. EA. OMNIA. EIS. IN. INTEGRVM. RESTITVANTVR
ET. SEI. QVOD. VADIMONIVM. PRÆTERIIT. EX. QVO. EX. PATRIA. REIP. NOSTRÆ
CAVSSA. DISCESSERINT. NEI. EA. RES. EIS. FRAVDI. SIT. NEIVE. QVID. EIS
OB. HANC. CAVSSAM. MINVS. DEBEATVR. NEIVE. QVID. MINVS. EIS. EMERE
VENDERE. LICEAT. QVÆQVE. HEREDITATES. EIS. SEIVE. LEIBEREIS. EORVM
OBVENERVNT. VTEI. EAS. HABEANT. POSSIDEANT. FRVANTVRQVE
QVÆQVE. IPSEI. LEIBEREI. POSTEREI. VXORESQVE. EORVM. AB. ALIO. EMERINT
SEIVE. QVID. AB. EIS. LEIBEREIS. POSTEREIS. VXORIBVSQ. EORVM. ALII. EMERINT
VTEI. EORVM. LIBERORVM. VXORVMQVE. EORVM. POTESTAS. ET. OPTIO. SIT
SEIVE. IN. PATRIEIS. LEGIBVS. SVEIS. VELINT. CERTARE. SEIVE. APVD. MAGISTRATVS
NOSTROS. APVD. IVDICES. ITALICOS. SEIVE. IN. CIVITATE. LEIBERA. EARVM
QVÆ. VSQVE. AD. FINEM. IN. AMICITIA. POPVLEI. ROMANEI. MANSERVNT
VBEI. VELINT. VTEI. IBEI. IVDICIVM. DE. EIS. REBVS. FIAT. SEIQVA. IVDICIA
DE. EIS. ABSENTIBVS. POSTEAQVAM. E. PATRIA. DISCESSERINT. FACTA. SVNT
EA. VTEI. IN. INTEGRVM. RESTITVANTVR. ET. DE. INTEGRO. IVDICIVM
EX. S. C. FIAT. SEIQVAS. PECVNIAS. CIVITATES. EORVM. PVBLICE. DEBEANT

NEI-

Digitized by Google

NEIQVID.IN.HAS.PECVNIAS.DARE.DEBEANT. MAGISTRATVS.NOSTREI. QVIQVOM-
ASIAM. EVBOEAM. LOCABVNT. VECTIGALVE. ASIÆ. EVBOEÆ. IMPONENT (QVE
CAVERENT. NEI. DARE DEBERENT. ET. VTEI. Q. LVTATIVS. M. ÆMILIVS. COS.
A. A. S. E. V. EOS. IN. AMEICORVM. FORMVLAM. REFERVNDOS. CVRARENT
EISQVE. ÆNEAS. TABVLAS. AMICITIÆ. IN. CAPITOLIO. PONERE
SACRIFICIVMQVE. FACERE LICERET. MVNVSQVE. EIS. EX. FORMVLA
LOCVM. LAVTIAQVE. Q. VRB. EIS. LOCARE. MITTEREQVE. IVBERENT
SEIQVE. DE. REBVS. SVEIS. LEGATEI. VENIRE. VELLENT. VTEI. EIS. LEIBEREIS
POSTEREISQVE. EORVM. LEGATOS. VENIRE. MITTEREQVE. LICERET
VTEI. Q. LVTATIVS. M. ÆMILIVS. COS. A. A. SEI. EIS. V. E. LITTERAS
AD. MAGISTRATVS. NOSTROS QVEI. ASIAM. MACEDONIAM. PROVINCIAS
OPTINENT. ET. AD. MAGISTRATVS. EORVM. MITTERENT
SENATVM. VELLE. ET. ÆQVOM. CENSERE. EA. ITA. FIERI. I. V. E. E. R. P. F. S. V. E.

Plebiſcitum vero poſt loco idonen proferetur.

C A P. II.

De coloniis, & municipiis provinciarum.

UT autem in Italia coloniæ deductæ, municipia conſtituta, ſic etiam in provinciis; verum & ſero admodum, & pauca ſunt. Primum, qui in provinciis coloniat collocarit, invenio C. Gracchum, qui Carthaginem deduxit in Africa. Unde ſcribit Vellejus: „ In Legibus Gracchi inter perniciosiſſima numeraverim, quod extra Italiam colonias poſuit; id majores diligenter vitaverant, ut cives Romanos ad cenſendum ex provinciis in Italiam revocaverint; prima autem extra Italiam colonia Carthago condita eſt. Appianus tamen ſcribit, cum Gracchi lege Carthago deduceretur, Senatum infauſtis ominibus commotum eam deductionem irritam reddidiſſe. Non multis inde poſt annis à Q. Marcio Conſule Narbonem in Gallia Vellejus, in Corſica Marianam à Mario, Aleriam à Sylla Dictatore deductas, Plinius prodidit. Quin etiam, cum Svetonius colonias Cæſaris alias tranſmarinas nominet, in quas ille Dictator octoginta millia civium diſtribuerit, alias Gallicas, in quas veteranos deduxerit, ſanè in provinciis militares quoque colonias conſtitutas, intelligere poſſumus. Primus autem de civitate & Latinitate provinciis danda Cn. Pompejus Strabo Magni pater tulit, qui Conſul, ut ante ſcripſi, ciſpadanis Gallis civitatem, tranſpadanis Latinitatem conceſſit; at qui primus exteris provinciis hoc detulerit muneris, C. Cæſar Dictator, ut opinor, fuit; quod Cicero innuit, cum ita queritur cum Attico: „ Multa Siculis Cæſar; neque me invito; etſi Latinitas erat non ferenda; veruntamen; ecce autem Antonius accepta grandi pecunia fixit legem à Dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani; cujus rei vivo illo mentio nulla. Itaque municipia in provinciis florente populo aut nulla, aut certe perpauca fuerunt, exceptis iis, quæ in citeriore Gallia, id eſt, Italia, facta ſunt. In provinciis tamen multos cives Romanos verſatos eſſe, partim aratores, & pecuarios, partim publicanos, & negociatores, teſtatur Cicero, ſcribens ad fratrem: *Conſtat Aſia*, inquit, *primum ex eo genere ſociorum, quod eſt ex omni genere hominum humaniſſimum, deinde ex eo genere civium, qui aut publicani ſunt, aut ita negotiantur, ut locupletes ſint*. Et pro Fontejo: *Referta eſt Gallia negotiatorum, plena civium Romanorum; nemo ex toto negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero teſtem producant*.

A Quin etiam Cæſar libro tertio, Liſſum in Illyrico à ſe oppugnatum ſcribit, defendentibus civibus Romanis, qui ejus conventus erant; & Hirtius P. Sittium Equitem Romanum de conventu Uticenſi in Africa prodit; & alio loco, Salonam in Illyrico incoluiſſe fortiſſimos, fideliſſimoſque cives Romanos. At ab Auguſto, & ſucceſſoribus ejus, ut multa alia, ſic hoc, innovatum; ut provinciæ coloniis frequentarentur, ut aliis oppidis civitas, aliis Latinitas, aliis jus Italicum tribueretur; cujus rei fidem facit Svetonius, cum de provinciis ejus ſcribit: *Urbium quaſdam fœderatas, ſed ad exitium licentia præcipites libertate privavit; alias merita erga populum*
B *Romanum allegantes, Latinitate, vel civitate donavit*. Quam ob rem, quæ à Plinio de tam multis coloniis, municipiis, Latini, & Italici juris oppidis Hiſpaniæ, Galliæ, Illyrici, Africæque traduntur, ea ad Auguſti, & ſucceſſorum ejus tempora uſque ad D. Titum, cujus ipſe æqualis fuit, referuntur; quorum inſtituta alio volumine ſunt nobis enucleanda; nunc antiquam provinciarum populi conſuetudinem perſequamur; ac primum quæ, & quando, & quibus finibus, & quibus ducibus confectæ, & quo jure relictæ; deinde per quos, & quomodo adminiſtratæ ſint, demonſtremus; ad hæc autem indaganda iiſdem veſtigiis contendamus, quibus
C ad jus Latii, Italicumque acceſſimus; nempe vetere cujuſque regionis ſtatu expoſito, à bellis cum populo Rom. geſtis ad fœdera icta, à fœderibus ad jura ab eo accepta pergamus, ac de ſingulis quam breviſſime, & quam planiſſime poſſumus, diſſeramus.

C A P. III.

De Sicilia.

CEterum provinciarum conficiendarum conſuetudo populo Romano recens admodum fuit. Neque enim, niſi poſt devictam Italiam, atque adeo poſt Carthaginienſes bel-
D lo primo Punico ſuperatos, id eſt, poſt annum ab urbe condita quingenteſimum, provincia ulla eſt inſtituta; quo tempore Sicilia ipſa confecta eſt. Hanc inſulam varie quondam poſſeſſam, poſtremo partim Syracuſani Reges vetuſto imperii jure jam inde à Gelone Rege, qui poſt annum urbis ducenteſimum ſexageſimum regnavit, deducto, partim Carthaginienſes multis bellis in Sicilia jam inde à Gelonis temporibus geſtis occupatam, præter Mamertinorum civitatem, tenebant. Itaque Romani inſignia duo aſciſcendæ Siciliæ cauſſa geſſere bella; unum, quo Pœnorum; alte-

alterum, quo Syracuſanorum regionem rede-
gerunt in poteſtatem. Cum Pœnis autem hæc
gerendæ rei eſt oblata occaſio. Flagrabant
jampridem odio inter ſe Romanus, & Pœnus.
Romanum maxime perpulerat, quod Pœnus
Tarentinos adverſus ſe contra vetuſti fœderis
leges auxilio adjuviſſet; Pœnum, quod Ro-
manus cum Hierone Syracuſarum Rege ſo-
cietatem iniſſet. Itaque merito alter alterum
ſuſpectum habebat, ſalutemque ſuam in eo,
ſi alterum ſuſtuliſſet, reponebat. Quo vero
tempore legio Campana D. Jubellio duce
Rhegium oppidum in finibus Italiæ ſitum,
cujus præſidio adverſus Pyrrhum Regem in
Italiam advenientem præpoſita fuerat, occu-
pavit, eodem etiam Campani, qui in Sicilia
ſub Agathocle Syracuſarum Rege meruerant,
Meſſanam intra mœnia accepti, violata fide,
in poteſtatem adduxerant. Poſt autem ſuppli-
cio de legione Romana per Genucium Con-
ſulem, anno urbis quadringenteſimo octoge-
ſimo ſecundo, ſumpto, qui Meſſanam tene-
bant, metu perculſi, ac prælio adverſus Hie-
ronem, qui poſt Agathoclem Syracuſarum Re-
gnum obtinuit, fracti partim Pœnorum, par-
tim Romanorum implorarant auxilium. Ita
Romani veriti, ne Carthaginienſes hac occa-
ſione tota inſula potirentur, à Mamertinis ac-
citi bellum cum Pœnis in annos tres ac viginti
ſuſceperunt; (2) quod bellum iniit Ap. Clau-
dius Caudex Conſul anno quadringenteſimo
octogeſimo nono, confecit Q. Lutatius Ca-
tulus anno DXII. Amilcare Pœnorum duce
Annibalis patre, devicto. Romani decem le-
gatis, ut ſcribit Polybius, miſſis, his legibus
pacem cum Pœnis compoſuerunt: „ Ut Pœni
„ Sicilia, & omnibus inſulis, quæ intra Ita-
„ liam, & Africam ſunt, excederent, duo
„ millia ac ducenta talenta Euboica in annos
„ XX. penderent, in præſens mille; captivos
„ Romanos ſine pretio redderent; utriuſque
„ populi ſocii apud utrunque populum tuti
„ eſſent, alterius ſocios neuter in amicitiam
„ acciperet, neuter in alieno imperio impe-
„ raret, neve milites conduceret. Tum vero
Siciliæ partem, quam Carthaginienſes poſſe-
derant, in provinciæ formam eſſe redactam,
teſtatur Zonaras, cum ſcribit: „ Q. Lutatium
„ Cerconem Conſulem in Siciliam profectum
„ omnia cum Catulo compoſuiſſe, ac Siciliæ
„ arma ademiſſe; atque ita Siciliam à Ro-
„ manis, excepto Hieronis Regno, ſervitute
„ mulctatam. Primam autem omnium provin-
ciam hanc à populo Romano eſſe factam, pro-
fitetur Cicero in Oratione de juriſdictione: (3)
„ Sicilia omnium nationum exterarum prin-
„ ceps ſe ad amicitiam, fidemque populi Ro-
„ mani applicuit; prima omnium, id quod
„ ornamentum imperii eſt, provincia eſt ap-
„ pellata; prima docuit majores noſtros,
„ quam præclarum eſſet exteris gentibus im-
„ perare. Itaque hujus adminiſtrandæ cauſſa
ab hoc tempore Prætor quotannis in Siciliam
cum Quæſtore miſſus eſt; primus C. Flami-
nius Prætor eam, Solino teſte, ſortitus eſt.
Atque hæc quidem de primo bello.

Anno inde ab U. C. DXXXVIII. ardeo-
A te Punico bello ſecundo Italia, Hierone Re-
ge Syracoſarum ſocio populi Romani con-
ſtantiſſimo vita functo, Hieronymus nepos
ejus, re Syracuſana ad Pœnos traducta non
ita multo poſt à conjuratis eſt interfectus.
Quare ſequenti anno M. Marcellus Conſul in
Siciliam Hieronymi morte tumultuantem, &
ad Pœnos inclinantem profectus, Syracuſas à
Romana amicitia alienatas, diu à ſe oppu-
gnatas, tandem cepit. Quo tempore, ut ver-
bis utar Livii „ cum cetera tanta fide, at-
„ que integritate compoſuiſſet, ut non modo
„ ſuam gloriam, ſed etiam majeſtatem populi
„ Romani augeret, ornamenta, ſigna urbis,
„ tabulaſque, quibus abundabant Syracuſæ,
B „ Romam devexit. Legationes omnium fer-
„ me Siciliæ civitatum ad eum convenerunt;
„ diſpar ut cauſſa earum, ita conditio fuit;
„ qui ante captas Syracuſas aut non deſcive-
„ rant, aut redierant in amicitiam, ut ſocii
„ fideles accepti, cultique; quos metus poſt
„ captas Syracuſas dediderat, ut victi à vi-
„ ctore leges acceperunt. Ceterum non à
Marcello Regnum Syracuſanum in provinciæ
formam eſt redactum, verum à M. Valerio
Lævino Conſule, qui, ut idem tradit „ re-
„ liquias belli ſuſtulit, Agrigento de hoſti-
„ bus capto; & aliis quibuſdam oppidis re-
„ ceptis, Pœniſque prorſus ex inſula ejectis,
„ debellavit; unde in Senatu Romæ dixit:
C „ cum annos prope ſexaginta terra, marique
„ magnis ſæpe cladibus bellatum eſſet, ſe
„ eam provinciam confeciſſe, neminem Car-
„ thaginienſem in Sicilia eſſe, neminem Si-
„ culum; qui metu inde fugati abfuerint,
„ eſſe omnes in urbes, in agros ſuos reda-
„ ctos, arare, ſerere; deſertam recoli ter-
„ ram tandem, frugiferam ipſis cultoribus,
„ populoque Romano paci, ac bello fidiſſi-
„ mum annonæ ſubſidium.

Ab hoc igitur tempore (4) Prætori uni am-
bæ provinciæ ſunt commiſſæ, vetus nimirum
provincia, & qua Regnum Hieronis fuerat,
Syracuſæ. De Prætore ſic legatus Macedo-
num in Senatu loquitur apud Livium: „ Ro-
D „ mani, Meſſanæ ut auxilio eſſent, primò in
„ Siciliam conſcenderunt, iterum, ut Syra-
„ cuſas oppreſſas ab Carthaginienſibus in li-
„ bertatem eximerent, & Meſſanam, & Sy-
„ racuſas, & totam Siciliam ipſi habent, ve-
„ ctigalemque provinciam ſecuribus, & fa-
„ ſcibus ſubjecerunt; & alius alibi im: „ Cur
„ Syracuſas, atque in alias Siciliæ Græcas
„ urbes Prætorem quotannis cum imperio,
„ & virgis, & ſecuribus mittitis? nihil aliud
„ profecto dicatis, quam armis ſuperatis vos
„ iis has leges impoſuiſſe. De duobus vero
Quæſtoribus Lilybetano, & Syracuſano, teſtis
optimus eſt in Divinationem Aſconius.

Inde ſervilibus bellis duobus conflictata
E provincia eſt, quorum alterum ab Euno quo-
dam Syro, & Cleone ſervis conflatum P. Ru-
pilius Conſul anno DCXXXI. confecit, pro-
vinciaque conſtituta leges Siculis dedit, unde
illa ſunt apud Valerium: „ A P. Rupilio Con-
„ ſule leges univerſi Siculi acceperunt, acer-
„ biſſimoque prædonum, ac fugitivorum bello
„ libe-

(2) Multum autem prius dubitatum in Senatu an cum tanto populo, & extra Italiam bellum ſuſciperetur, interque ſuadentes, diſſuadentesque contentio fuit. Sed tranſgreſſis tum primum mare equitibus Romanis, atque adverſus Hieronem cum ſæpius bene pugnatum eſſet, tum demum alacri animo, pace Hieroni data, cum Carthaginienſibus belligeratum. Liv. lib. 26.

(3) Div. in divinatione.

(4) Donec enim Syracuſæ oppugnatæ ſunt, Siciliaque pacata duo miſſi in Siciliam Prætores qua vetus provincia, & qua Regnum Hieronis fuiſſet. Liv. lib. 25.

„ liberati ſunt ; & apud Ciceronem in Ver-
rem: „ P. Rupilius ex decem legatorum ſen-
„ tentia leges Siculis conſcripſit. Alterum
ab Athenione ſervo commotum à M'. Aquillio
Conſule anno DCLII. eſt abſolutum, & pro-
vincia ordinata. Atque hunc quidem ſignifi
cavit idem, cum dixit in Verrem: „ Poſt
„ bellum, quod M'. Aquillius confecit, nul-
„ lum fugitivorum in Sicilia bellum fuit;
item: „ Poſt M'. Aquillium omnium Præto-
„ rum inſtituta, atque edicta fuerunt, ne
„ quis cum telo ſervus eſſet. Ergo cum bel-
latum quater in Sicilia ſit, bis cum Pœnis,
bis item cum ſervis, hinc quatuor etiam bel-
lorum, ac provinciæ confectores celebrati
ſunt, Q. Catulus, M. Lævinus, P. Rupilius,
& M'. Aquillius; de quibus fere eodem in
libro Cicero: „ Cum bellis Carthaginienſibus
„ Sicilia vexata eſt, poſt noſtram, patrum-
„ que memoriam cum bis in ea provincia
„ magnæ fugitivorum copiæ verſatæ ſint, ta
„ men aratorum internecio facta nulla eſt;
„ tum qui M. Lævino, aut P. Rupilio, aut
„ M'. Aquillio Prætoribus in eam provinciam
„ ſucceſſerant, aratores reliquos non colli-
„ gebant.

Quin etiam quater eſt conſtituta provin
cia, legibus de vectigalibus exigendis, & jure
dicendo datis, niſi ſi quæ civitates fœderatæ,
aut immunes, aut liberæ obſervatæ fidei præ
mium fuerint relictæ. Ac de vectigalium qui
dem ratione hæc ſunt apud eundem: „ Inter
„ Siciliam, ceteraſque provincias in agro
„ rum vectigalium rationibus hoc intereſt,
„ quod ceteris aut impoſitum vectigal eſt
„ certum, quod ſtipendiarium dicitur, ut
„ Hiſpanis, & pleriſque Pœnorum, quaſi vi-
„ ctoriæ præmium, ac pœna belli; aut cen-
„ ſoria locatio conſtituta eſt, ut Aſiæ lege
„ Sempronia. Siciliæ civitates ſic in amici-
„ tiam fidemque recepimus, ut eodem jure
„ eſſent, quo fuiſſent, eadem conditione po-
„ pulo Romano parerent, qua ſuis antea pa-
„ ruiſſent; perpaucæ Siciliæ civitates ſunt
„ bello à majoribus noſtris ſubactæ, quarum
„ ager cum eſſet publicus populi Romani fa
„ ctus, tamen illis eſt redditus; fœderatæ
„ civitates, ac liberæ Haleſina, Segeſtana,
„ Alycienſis, Panormitana; præterea omnis
„ ager Siciliæ civitatum decumanus eſt; item-
„ que ante imperium populi Romani ipſorum
„ Siculorum voluntate, ac inſtitutis fuit; &
alio loco: „ Majores noſtri cum Siciliam tam
„ opportunum ſubſidium belli, & pacis ad
„ Rempublicam adjunxiſſent, tanta cura Si-
„ culos tueri, & retinere voluerunt, ut non
„ modo eorum agris vectigal novum nullum
„ imponerent, ſed ne legem quidem vendi-
„ tionis decumarum, neve vendundis aut
„ tempus, aut locum commutarent, ut certo
„ tempore anni, ut ibidem, denique ut lege
„ Hieronica venderent. Quin etiam alio loco
ſeptemdecim fuiſſe populos ut acriores populi
Romani hoſtes, ſic deterius ab eo tractatos,
oſtendit, cum inquis: „ An quod Tyndari-
„ tani libenter prædicent, nos in ſeptemde-
„ cim Siciliæ populis non eramus; nos ſem-
„ per in omnibus Punicis, Sicilienſibuſque
„ bellis amicitiam, fidemque populi Romani
„ ſequuti ſumus; à nobis omnia populo Ro-
„ mano ſemper & belli adjumenta, & pacis
„ ornamenta ſubminiſtrata ſunt. Jam vero,
ut Siculi ſæpe naves, nautas, ſumptuſque in
navarchos præbuerint, oſtendit idem, cum

Prætori Siciliæ Verri objicit, quod cum ſu-
periores Prætores naves civitatibus, certum-
que numerum nautarum, militumque impe-
raſſent, Verres Mamertinæ civitati nihil ho-
rum imperaſſet, Tauromintanæ vero æque,
atque illa, fœderatæ. imperaſſet, & addit:
„ Quid ſi ejuſmodi eſſe hæc duo fœdera duo-
„ rum populorum doceo; ut Tauromintanis
„ nominatim cautum, & exceptum ſit fœde-
„ re, ne navem dare debeant, Mamertinis
„ in ipſo fœdere ſanctum, ac ſcriptum ſit,
„ uti navem dare neceſſe ſit; illum autem
„ contra fœdus & Tauromintanis imperaſſe,
„ & Mamertinis remiſiſſe? recitentur fœdera;
& paulo poſt: „ At non hoc ſolum aſſecuti
„ Mamertini, ne navem darent; ecquem nau-
„ tam, ecquem militem, qui aut in claſſe,
„ aut in præſidio eſſet, te Prætore per trien-
„ nium Mamertini dederunt? & poſt: Sum-
„ ptum omnem in claſſem frumento, ſtipen-
„ dio, ceteriſque rebus navarcho ſuo quæque
„ civitas ſemper dare ſolebat; is neque ut
„ accuſaretur à nautis committere audebat,
„ & civibus ſuis rationem referre debebat;
„ in illo omni negotio non modo labore,
„ ſed etiam periculo ſuo verſabatur; erat hoc,
„ ut dico, factitatum ſemper, nec ſolum in
„ Sicilia, ſed in omnibus provinciis, etiam
„ in ſociorum, ac Latinorum ſtipendio, ac
„ ſumptu, tum cum illorum auxiliis uti ſo-
„ lebamus. Verres poſt imperium conſtitu-
„ tum primus imperavit, ut ea pecunia om-
„ nis à civitatibus ſibi adnumeraretur; ut is
„ eam pecuniam tractaret, quem ipſe præfe-
„ ciſſet. Ac de vectigalibus quidem Siculo-
rum hæc accepimus.

De juriſdictionibus autem ſatis conſtat,
multos conventus fuiſſe in provincia conſti-
tutos, in iiſque Prætores juris dicendi cauſſa
verſatos, ut Syracuſanum, Lilybetanum, Pa-
normitanum, & Mamertinum, quorum ſæpe
meminit idem in defenſione Siciliæ. Quo eo-
dem illa Livii pertinent: „ Siculorum civita-
„ tibus Syracuſas, aut Meſſanam, aut Lily-
„ bæum indicitur Concilium à Prætore Ro-
„ mano; conventus agitur; eo imperio evo-
„ cati conveniunt; excelſo in ſuggeſtu ſu-
„ perba jura reddentem, ſtipatum lictoribus
„ vident, virgæ tergo, ſecures cervicibus im-
„ minent, & quotannis alium, atque alium
„ dominum ſortiuntur. Quin etiam Siculos
in privatis controverſiis præcipuo quodam
jure fuiſſe, aperte oſtendit Cicero, cum in-
quit: „ Siculi hoc jure ſunt, ut quod civis
„ cum cive agat, domi certet ſuis legibus,
„ quod Siculus cum Siculo non ejuſdem ci-
„ vitatis, ut de eo Prætor judices ex P. Ru-
„ pilii decreto, quod is de decem legatorum
„ ſententia ſtatuit, quam legem Siculi Rupi-
„ liam vocant, ſortiatur; quod privatus à po-
„ pulo petit, aut populus à privato, Senatus
„ ex aliqua civitate, qui judicet, datur, cum
„ alternæ civitates rejectæ ſunt; quod civis
„ Romanus à Siculo petit, Siculus judex da-
„ tur, quod Siculus à cive Romano, civis
„ Romanus datur; ceterarum rerum ſelecti
„ judices ex civium Romanorum conventu
„ proponi ſolent; inter aratores, & decu-
„ manos lege frumentaria, quam Hieronicam
„ appellant, judicia fiunt. Atque hic quidem
uſque ad Cæſarem Dictatorem Siciliæ ſtatus
fuit. Siculos inde à Cæſare Latinitate, & poſt
mortem Cæſaris ab Antonio Conſule civitate
donatos, queritur, ut dixi, cum Attico Ci-
cero:

A cero: „ Molta Siculis Cæſar neque me invi- „ to; etſi Latinitas erat non ferenda; verumtamen; ecce autem Antonius accepta grandi pecunia fixit legem, à Dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani; cujus „ rei vivo illo mentio nulla. Quarum tamen legum neutram poſt obſervatam eſſe, cum multa alia documento ſunt, tum quod Plinius, qui Veſpaſianorum fuit æqualis, Mamertinos ſolos cives Romanos appellat, Centuripinos autem, Netinos, & Segeſtanos Latinæ conditionis.

CAP. IV.

B *De Sardinia, & Corſica.*

POſt Siciliam, Sardinia, & Corſica, inſulæ inter Italiam pariter, atque Africam interjectæ, ſubactæ ſunt. Anno enim DXV. Carthaginienſes à Romanis incuſati, quod naves mercatorum ſuorum diſpoliaſſent, Sardiniam jampridem bello à ſe partam, impetrandæ pacis cauſſa, (nam bello Africæ domeſtico vexabantur) Romanis tradiderant, quadriennio vero poſt cum Sardi inſtigantibus Pœnis arma cepiſſent, T. Manlio Torquato Conſule duce in poteſtatem redacti ſunt.

Corſis arma inferendi quæ cauſſa fuerit, C nemo tradit; illud tantum eſt apud Zonaram, anno DXVII. C. Licinium Varum Conſulem Corſicam petiturum Claudium Cliniam cum copiis præmiſiſſe. Claudium terrore Corſis injecto, quaſi imperator eſſet, cum iis fœdus feciſſe; Varum autem neglecto fœdere Claudiano Corſos adortum ſubegiſſe. Quin etiam biennio poſt à Sp. Carvilio Cos. rem bene cum Corſis geſtam, & poſt triennium eoſdem à C. Papirio Maſone Cos. in ditionem populi Romani adductos invenio. Hic eſt autem Papirius ille, qui primus in monte Albano, & quidem de Corſis, triumphavit, ut Valerius, ac Plinius prodidere.

Utramque autem inſulam his victoriis in D provinciæ formam eſſe redactam, multi ſignificant, Solinus, cum Siciliam, & Sardiniam *iiſdem temporibus provinciam factam*; Vellejus, cum Sardiniam *T. Manlii ductu certum accepiſſe imperium*, ſcribit: Livius, cum per hæc tempora *duos additos Prætores* prodit; Pomponius cum *eoſdem adjectos, ut in novas provincias Siciliam, & Sardiniam mitterentur* titulo de origine juris interpretatur. Corſica vero jam tum, ut inquit Ruſus, Sardiniæ attributa eſt, atque ex duabus una provincia facta, atque uno Sardiniæ nomine inſignita. Itaque, ut C. Flaminius Prætor Siciliam, ſic M. Valerius Sardiniam, Solino teſte, primus obtinuit. Rebellaſſe autem poſtea Corſos, ac mul- E to etiam ſæpius Sardos, eoſdemque armis ad imperium populi Romani redactos, reperio; verum quibus fœderibus, quibuſve legibus in fidem accepti ſint, non invenio. Suſpicari autem aliquid de C. Cicereji Prætoris victoria libet: qui anno DLXXXI. victis Corſis pacem dedit; & de Ti. Gracchi Conſulis, qui anno DLXXVIII. Sardos rebellantes perdomuit, atque, ut eſt ſcriptum in libro de Viris illuſtribus, *inde tantum captivorum abduxit, ut longa venditione in proverbium venerint, Sardi venales*; poſtremo vero etiam de M. Metello Cos. à quo Sardos, Corſoſque ſubjectos eſſe Rufus prodit; id quod anno DCXL. factum opinor.

Notat præterea Strabo, Sardos in colendis agris ſuis negligentes, alienis diripiendis, & maxime Piſanis ſtuduiſſe; idque factum Prætores Romanos neque omnino conceſſiſſe, neque prorſus prohibuiſſe, quod exercitum in peſtilentibus locis alere, inutile videretur.

Corſica, ut refert Plinius, duas colonias habuit, Marianam à C. Mario deductam, & Aleriam à L. Sylla Dictatore; Sardinia unam, quæ vocata eſt ad turrim Libyſonis. Cæſar demum ex Africano bello revertens Sulcitanos, quod Pompejanis præſto fuiſſent, H-S centum millibus mulctavit, & pro decumis octavas pendere juſſit; ut Hirtius in libro de bello Africo memoriæ prodidit. Ceterum Sardiniæ Corſicæque ſtipendium frumentumque impoſitum elicitur ex verbis Livii, cum bello Ætolico ſcribit: *L. Oppio Prætori Sardiniæ à Senatu imperatum, ut duas decumas frumenti exigeret; atque id frumentum Romam portandum curaret*; & bello Sardico Gracchi: *Ti. Gracchus in Sardinia multis præliis Sardos perdomuit; XV. millia hoſtium cæſa ſunt; omnes Sardorum populi, qui defecerant, in ditionem redacti; ſtipendiariis veteribus duplex vectigal imperatum exactumque; ceteri frumentum contulerunt*; denique Perſico: *Prætoribus Siciliæ, Sardiniæque mandari placuit, ut alteras decumas Siculis, Sardiſque imperarent.*

CAP. V.

De citeriore, atque ulteriore Hiſpania.

SArdiniam Hiſpania eſt ſequuta. Hiſpaniam Romani vocarunt quidquid terrarum Pirenæis montibus, mari Mediterraneo, atque Oceano ipſo eſt concluſum, Pirenæis quidem ab Oriente, Mediterraneo vero à Meridie, à reliquis partibus Oceano. Quantum autem ex Strabone, Plinio, & Ptolemæo cognoſci poteſt, quorum alius hæc alio tractat uberius, Meridionale littus à Pirenæo ad Iberum amnem coluerunt Indigetes, Lalætani, Ilergetes, Coſſetani, & trans Iberum Ilercaones, trans Turiam Edetani, trans Sucronem Conteſtani, cis Bætim uſque ad fretum Herculeum, & ultra Bætim uſque ad Anam flumen Baſtatani, ſive Baſtuli. Iberus, Turia, & Sucro cis fretum in Mediterraneum influunt; Bætis, & Anas ultra fretum, ſed citra Sacrum Promontorium in Meridionalem Oceanum. Littus autem huic oppoſitum, quod ad Septentrionem vergit, tenuere Vaſcones, Barduli, Autrigones, Cantabri, & Aſtures; ad Orientem Pirenæum inhabitarunt Cerretani, ad Occidentem ab Ana flumine ad Durium Luſitani, à Durio uſque ad Aſtures Gallæci. Interiora cis Iberum Jacetani, Sueſſetani, Auſetani, Barguſii, ultra Iberum cis Bætim Oretani, ultra Bætim Turduli, ſive Turditani, ſupra Turditanos Carpetani, ſupra omnes Celtiberi, & Vectones Luſitanis finitimi. Celtiberorum autem gentes quatuor, teſte Appiano, fuerunt, Titthi, Belli, Vaccæi, & Arevacci.

Invadendæ porro Hiſpaniæ Romanis eadem cauſſa, quæ Siciliæ, fuit, nempe ut Pœnis occurrerent, qui majorem fere partem ejus, Amilcare primum, deinde Aſdrubale Amilcaris genero ducibus occuparant. Itaque cum multa alia amicitiæ fœdera cum Pœnis, teſtibus Polybio, & Livio, tum hoc poſtremum cum Aſdrubale Imperatore icerant, ut

finis

finis Punici imperii omnia Iberus eſſet, & Saguntinis trans Iberum populi Romani ſociis libertas ſervaretur. Mortuo vero Aſdrubale cum Annibal Amilcaris filius imperium accepiſſet, tota ferme trans Iberum ſub imperium adjuncta Hiſpania, cum Saguntum contra fœdus oppreſſit, cum exercitu Iberum traducto Ilergetes, Barguſios, Auſetanos, & Jacetaniam, quæ ſubjecta Pirenæis montibus eſt, ſubegit. Hac de cauſſa Cn. Scipio Procoſ. (5) in Hiſpaniam miſſus, ut ſocios tueretur, aut ulciſceretur, orſus à Jacetanis uſque ad Iberum flumen partim renovandis ſocietatibus, partim novis inſtituendis, Romanæ ditionis omnia fecit, & poſt, cum ad Pœnos iterum defeciſſent, recepit. Victo autem claſſe ad Iberum Aſdrubale, Annibalis fratre, populos amplius centum viginti ex ultima Hiſpania ad imperium Romanum adjunxit; atque uſque ad ſaltum Caſtulonenſem pervenit. Inde Publio fratre adjuncto Carpetanos ſubegit, & Sagunto recepta, Turditanos, qui contraxerant eis cum Carthaginienſibus bellum, in poteſtatem redactos vendidit. Horum inde gloriam P. Scipio P. F. qui poſtea Africanus appellatus eſt, cumulavit. Hic enim Hiſpaniam, quæ patris, patruique continuatis cladibus tota ferme defecerat, recepit, Carthagine nova trans Sucronem, & Aſtapa trans Bætim expugnatis, atque Aſdrubale, & Magone ducibus hoſtium tota Hiſpania pulſis. Quo factum eſt ut Scipionis virtute imperium populi Romani uſque ad Anam flumen propagatum ſit, atque Hiſpania omnis præter Luſitaniam, & Callæciam ab Occidente, & Cantabriam, Aſturiamque à Septentrione, ſub ditionem populi Romani conceſſerit. Hic autem annus fuit ab U. C. DXLII. quo anno Livius *Hiſpaniam primam continentis provinciam factam eſſe* prodidit. Appianus autem *annuos magiſtratus, qui pacis præſides eſſent, in Hiſpaniam mitti cœptos* notavit. Victoriæ priorum Scipionum monumentum cis Iberum fuit oppidum ad mare Tarraco, poſterioris cis Bætim Italica, ut Plinius, & Appianus memoriæ prodiderunt. Decedenti vero Romam Scipioni L. Lentulus, & L. Acidinus Procoſs. ſucceſſerunt, Lentulus in citeriorem, Acidinus in ulteriorem provinciam. Citeriorem autem tum vocabant, quæ citra Iberum eſſet, ulteriorem, quæ ultra. Lentulo inde poſt quinquennium C. Cethegus, Cethego C. Lentulus, eodemque anno Acidino L. Stertinius ſucceſſere. Inde poſt biennium, nempe anno quingenteſimo quinquageſimo ſexto, ſex Prætores, ut inquit Livius, *primum creati creſcentibus jam provinciis, & latius pateſcente imperio*. C. Sempronius Tuditanus citeriorem, M. Helvius Illaſio ulteriorem ſortitus eſt; iidem terminare juſſi, qua ulterior, citeriorve provincia eſſet. Ex quibus intelligitur, veterum provinciarum terminos eſſe mutatos; cujus rei illud quoque eſſe documento poteſt; quod Celtiberi poſthac, cum trans Iberum eſſent, tamen inter citerioris Hiſpaniæ populos numerati ſunt. Biennio poſt Hiſpani cis Iberum defecerunt, ſe bellum ſuo nomine commoverunt, Sedetani, Auſetani, Sueſſetani, & Lacetani; quos M. Cato Conſul citeriorem provinciam ſortitus, muris omnium oppidorum dirutis, in poteſtatem redegit; &, ut inquit Livius, *pacata provincia vectigalia magna inſtituit ex ferrariis, argentariiſque, quibus tum inſtitutis locupletior in dies provincia fuit*. Trans Iberum autem Turditani moventes per Manlium Proconſulem pacati ſunt. Levia inde bella fuerunt partim cum Celtiberis citeriorem provinciam vaſtantibus, partim cum Luſitanis in ulteriorem irrumpentibus, à variis ducibus geſta; ex quibus P. Scipio Naſica Prætor ulterioris Luſitanos pervaſtata ulteriore provincia cum ingenti præda domum redeuntes oppreſſit; C. Flaminius in citeriori oppidum Iluciam in Oretania cepit; M. Fulvius apud Toletum oppidum cum Vaccæis, Vectonibuſque, & Celtiberis ſignis collatis dimicavit. Flaminius fuſis Vectonibus, qui ſubſidio venerant, Toletum in poteſtatem adduxit. C. Piſo, & L. Quinctius, cum copias in Bæturia (Turditaniæ pars eſt ultra Bætim) junxiſſent, in Carpetaniam, ubi hoſtium caſtra erant, progreſſi procul Hippone, & Toleto pugnarunt; uterque ex Luſitanis, & Celtiberis triumphavit. Anno vero DLXXIII. magnum bellum coortum in citeriore provincia; ad quinque & triginta millia hominum, quantum nunquam ferme ante, Celtiberi comparaverant; à Luſonibus initium motus ortum, qui circa Iberum ſunt, narrat Appianus. Q. Fulvius Flaccus, qui citeriorem provinciam obtinebat, exercitu in Carpetaniam ducto, & apud Eburiam caſtris locatis, cum Celtiberis proſpere dimicavit. Inde Contrebiam profectus, cunctante hoſtium auxilio, cepit; atque inde Celtiberiam populatus, maximam partem in deditionem accepit; agrum ulterioris Celtiberiæ, unde ad deditionem non venerant, vaſtavit. Flaccum autem Ti. Gracchus conſequutus Celtiberos prælio victos ad deditionem compulit, monumentumque operum ſuorum, Gracchuriam oppidum ibi conſtituit. Polybius, teſte Strabone, Gracchum centum Celtiberorum oppida ſubvertiſſe; Appianus, leges pacis, ac ſocietatis Celtiberia dediſſe ſcribit. Quietæ inde res in Celtiberia per annos XXV. fuerunt. Anno vero ab U. C. ſexcenteſimo bellum renovatum, cum Segeda Arevaccum, ut inquit Strabo, Bellorum, ut Appianus, oppidum muros urbis inſtauraſſet, ac tributa Romanis denegaſſet. Neque vero à Luſitanis liberis eo tempore populis otium, verum perpetua cum iis, qui ulteriorem obtinebant Hiſpaniam, bella fuerunt. Hæc autem bella Celtibericum, & Luſitanicum per multos annos, multoſque duces, ſed maxime per M. Marcellum, qui rerum à ſe geſtarum monumentum Cordubam, teſte Strabone, reliquit, L. Lu-

(5) Cn. Scipionem non reor Proconſulem in Hiſpaniam miſſum, qui non à Senatu, ſed à Publio ejus fratre Coſ. ex Gallia eo miſſus fuit. Legatus fratris potius cenſendus. Nam cum Publius ex Maſſilia ad Rhodanum Annibali occurſurus veniſſet, quem jam multum progreſſum non facile ſe aſſecuturum vidiſſet, decreviſſetque in Italiam navibus reverſus, illum ab Alpibus deſcendentem convenire. Tamen, ne nuda auxiliis Romanis Hiſpania eſſet, quam provinciam ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adverſus Aſdrubalem miſit: non ad tuendos dumtaxat veteres ſocios, conciliandoſque novos, ſed etiam ad pellendum Hiſpania, ſi ſors ferret, Aſdrubalem. Liv. lib. 21. Eò poſt Publius Proconſul prorogato poſt Conſulatum imperio ab Senatu miſſus. Adminiſtrata autem cum ſumma concordia, maximaque virtute ab utroque ea provincia, utrique demum ea decreta, Liv. lib. 25.

L. Lucullum, & Ser. Galbam, qui Luſitanos contra fidem datam oppreſſit, adminiſtrata, ac profligata à Numantino, & Viriathino excepta ſunt. Numantinum bellum Numantia Arevaccum civitas movit, cum ſola ceteris Celtiberis ſubactis arma teneret; Viriathinum Viriathus Paſtor, & latro in Luſitania, qui unus fuerat ex iis, qui ex Ser. Galbæ Prætoris manibus evaſerant, cum Luſitanos contra fidem publicam trucidavit. Numantinum diu parum proſpere geſtum tandem P. Scipio Æmilianus confecit. Viriathinum ipſo redacto in poteſtatem Viriatho ad extremum abſolvit Q. Cæpio. Luſitanos inde aliis atque aliis ducibus latrocinia exercentes D. Brutus latius eſt perſecutus, qui ultra Durium amnem, uſque ad flumen Lethen, Miniumque penetravit, & toto litore Oceani peragrato Callæciam adhuc ab armis populi Romani integram, quod Luſitanos auxilio juverat, in poteſtatem adduxit, unde ipſe Callæci cognomen invenit; Valentia oppido iis, qui ſub Viriatho militaverant, ut tradit Livius, aſſignato. Atque ita recepta Celtiberia, Luſitania, & Callæcia in poteſtatem venerunt. Unde Ruſus ſcripſit: *Rebellantes Luſitanos per D. Brutum obtinuimus, & uſque ad Gades ad Oceanum pervenimus*; & Strabo: *Callæci ultimi ſunt montes incolentes; ac propterea qui ſubigantur, difficillimi; qui Bruto ei, qui Luſitanos debellavit, cognomen dederunt*; & alibi: *Minius amnis Bruti expeditionis terminus fuit*. Eſt autem Minius, quem Bænim vocat in Iberica Appianus, terminus Callæcorum, qui Bræcari dicti ſunt. Quoniam autem ſcriptum eſt apud Appianum, Romanos de more dreem ex Senatu legatos miſiſſe, qui regiones à Scipione, & Bruto in ditionem adductas componerent, fit, ut credam, novis leges hac victoria eſſe utrique Hiſpaniæ datas. Neque vero aut Luſitania latrociniis, aut Celtiberia bello poſtea, teſte Appiano, vacavit; cujus rei cum C. Marii res in Luſitania geſtæ, tum T. Didii in Celtiberia teſtimonio ſunt. Didius autem Conſul XX. millia Arevaccum occidit, & Termeſtinorum urbem captam mœnibus nudavit, & Colendam poſt nonum menſem obſeſſam cepit, aliosque populos in deditionem redactos ex decem legatorum ſententia militibus necandos tradidit. Diuturnis inde bellis feſſas Hiſpanias bellum Sertorianum excepit, cum Luſitaniam Sertorius exul Syllæ Dictatoris inimicus obtinuiſſet, eamque contra Syllam, & ejus factionem teneret; quo bello non Luſitania ſolum, ſed etiam Celtiberia, & Vaſcones, & Ilergetes, & totus ille Suetonenſis, ac Durienſis tractus exarſit; tandem per Q. Metellum Pium, & Cn. Pompejum Magnum Sertorio occiſo, & Perperna in poteſtatem adducto receptæ Hiſpaniæ ſunt. Pompejopolis in Vaſconibus, & Pompeji trophæa in Pirenæo ad mare, illuſtria Pompeji victoriæ monumenta relicta ſunt. Plinius libro VII. prodidit: *Pompejum ſolis occaſum transgreſſum ἐxcitatis in Pirenæo trophæis oppida DCCCLXXI. ab alpibus ad fines ulterioris Hiſpaniæ in ditionem redacta victoriæ ſuæ adſcripſiſſe*. Poſtremo Cæſar, ut teſtis eſt Strabo, ulteriorem in prætura ſortitus Hiſpaniam, non ſolum cum Luſitanis cis Durium latrocinia exercentibus pugnavit, ſed etiam trans Durium cum Callæcis, ut Brigantium eorum etiam oppidum in poteſtatem redegerit. Appianus reliquum Hiſpaniæ ab eo domitum fuiſſe, ſcriptum reliquit; ipſe etiam Cæſar apud Hirtium, ſe ulteriorem Hiſpaniam vectigalibus, quæ Metellus impoſuiſſet, liberaſſe, cum à Senatu petiſſet, profitetur. Bis deinde ab eodem in Hiſpania civilibus armis eſt decertatum, primum cum Afranio, Petrejo, & Varrone Cn. Pompeji legatis; deinde cum Cn. & Sex. Pompejo Cn. filiis, Hiſpaniæque ex inimicorum poteſtate ereptæ.

Atque ex his quidem bellis omnibus apparet, univerſam Hiſpaniam præter Cantabros, & Aſtures, à populo Romano ſubactam in duas provincias fuiſſe diviſam: quarum finis plerunque fuiſſe videtur ſaltus Caſtulonenſis, ut Cæſar quoque ſignificavit, cum ſcripſit: *Afranium citeriorem Hiſpaniam obtinuiſſe, Petrejum à ſaltu Caſtulonenſi ad Anam, Varronem Vectonum agrum, & Luſitaniam*. Strabo tamen provinciarum harum terminos fixos negat fuiſſe, verum à Senatu modo productos, modo reductos in gratiam Prætorum, quibus provinciæ decernebantur. Quemadmodum autem Cantabri, & Aſtures poſt ab Auguſto deleti, & in provinciam relati ſint, alibi oſtendemus.

Neque vero inſulæ Hiſpaniæ prætereundæ ſunt, quarum Gades, Baliares, & Caſſiterides claritate ceteris præſtiterunt. Ac cum Gaditanis quidem bello Punico ſecundo L. Martius, qui poſt Scipiones interfectos rem Romanam labentem ſuſtinuit, fœdus fecit: *ea lege, ut Gaditani majeſtatem populi Romani comiter conſervarent*; & ad eos Præfectus eſt miſſus. Livius bello Philippico: *Gaditanis petentibus remiſſum, ne præfectus Gades mitteretur, adverſus quod iis in fidem populi Romani venientibus cum L. Marcio conveniſſet*. Fœdus inde multis poſt annis Q. Catulo Cos. à Senatu eſt renovatum; ut in Balbi defenſione Cicero poſuit. Secuta inde ſunt Cæſaris in eam civitatem beneficia, in prætura, & dictatura; quorum illud in eadem Oratione Cicero poſuit his verbis: *Omitto quantis ornamentis populum Gaditanum C. Cæſar, cum eſſet in Hiſpania Prætor, affecerit, controverſias ſedarit, jura ipſorum permiſſu ſtatuerit*. Alterum fuit ejuſmodi, ut Afranio, Petrejoque deletis civitatem Romanam eis communicarit, eamque largitionem poſt populus Romanus, teſte Dione, ratam eſſe juſſerit.

De Baliaribus autem ſcriptum eſt in hunc modum apud Strabonem: *Cum ex Baliaribus pauci quidam improbe cum maris prædonibus conſpiraſſent, univerſos criminatus Metellus invaſit*; & apud Oroſium: *Metellus Baliares inſulas pervagatus edomuit, & piraticam infeſtationem, quæ ab iis tunc exercebatur, plurima incolarum cæde compreſſit*.

Nam Caſſiteridas inſulas P. Craſſus, teſte Strabone, metallorum cupiditate, quæ ibi effodiebantur, adductus, ad imperium Romanum adjunxit.

Colonias autem alias à Metello in Baliaribus conſtitutas, teſti Straboni aſſentior; alias in ulteriore Hiſpania à Cæſare deductas, ex eo ducor ad opinandum, quod ille multa ibi oppida ſuo inſignita nomine, Plinio teſte, reliquit, Pacem Juliam, Scalabim, ſive præſidium Julium, Atubii ſive Claritatem Juliam, Ituci, ſive Virtutem Juliam, Olyſipponem, ſive præſidium Julium. Quocirca Hirtius ſcriptum reliquit, Cæſarem bello eo, quod ultimum in Hiſpania cum filiis Pompeji geſſit,

ad

ad Cordubam legionem unam ex coloniis, quæ fuerunt in iis regionibus, habuiſſe; confirmat Livius, cum de M. Catonis rebus in Hiſpania geſtis ſcribit: *Jam tunc Emporiæ duo oppida erant muro diviſa, unum Græci habebant à Phocæa, alterum Hiſpani; tertium genus Romani coloni ab divo Cæſare poſt devictos Pompeii liberos adjecti.*

Hiſpanis porro ſtipendiarium frumentariumque vectigal eſſe impoſitum, auctor eſt Cicero, primum in Verrem, cum inquit: *Hiſpanis certum vectigal impoſitum eſſe, quod ſtipendiarium dicitur*; deinde pro Balbo: *Hiſpanos agris, ſtipendioque mulctatos*. Unde vectigalium, & publicanorum Hiſpaniæ item in frumentaria meminit. Nam ut in Sicilia decumas, ſic in Hiſpania viceſimas frumenti exactas, oſtendit Livius, qui ſcribit, P. Licinio, & C. Caſſio Coſs anno urbis quingenteſimo octogeſimo ſecundo, *queſtos de magiſtratuum Romanorum avaritia Hiſpanos impetraſſe, ne frumenti æſtimationem magiſtratus Romanus haberet, neve cogeret viceſimas vendere Hiſpanos, quanti ipſe vellet, & ne præfecti in oppida ſua ad pecunias cogendas imponerentur.* Verum hoc eorum Hiſpanienſe privilegium poſt brevi exoleviſſe, ex eo apparet, quod Cicero in frumentaria ſcribit, frumentariam æſtimationem in cellam per Prætorem eſſe in Hiſpania factitatam.

Juridicos autem conventus Hiſpaniæ multos enumerat Plinius, Cordubenſem, Hiſpalenſem, Aſtigitanum, Gaditanum, Tarraconenſem, Saldubenſem, qui etiam Cæſarauguſtanus, Carthaginienſem, Clunienſem, & Lucenſem; qui à populo ne omnes, an poſtea ab Auguſto, qui totam perdomuit Hiſpaniam, inſtituti ſint, parum compertum eſt. Hiſpalenſis certe ante Auguſtum meminit Cæſar, & Cordubenſis Hirtius: cum Longinum ulterioris Hiſpaniæ Proprætorem ad jus dicendum Cordubam ſe recepiſſe, ſcribit: Gaditani vero Svetonius, cum Cæſarem Quæſtorem conventus juſſu Prætoris obeuntem Gadibus ingemuiſſe ſuper Alexandri conſpecta imagine prodidit.

CAP. VI.

De Narbonenſi Gallia, & Comata.

Hiſpaniæ porro adjuncta Gallia Tranſalpina fuit. Hanc à Pirenæis montibus ad Alpes, & flumen Rhenum pertinentem à Septentrione Oceanus, à Meridie mare Mediterraneum alluit; Amnes in mare poſt Alpes præcipitarunt Rhodanus, & Atax; in Oceanum poſt Pirenæos Garumna, Liger, Sequana, Moſa, & Rhenus; in Rhodanum ab Oriente fluxit Druentia, & ſupra Druentiam Iſara; à Septentrione vero, ubi ipſe ſe ab Oriente in Meridiem flectit, Arar, in Sequanam Matrona, in Moſam Scaldes, in Rhenum Moſella. Quibus fluminibus partes ipſæ Galliæ inter ſe antiquitus, Cæſaris auctoritate, funt diſeretæ, Celtica, Aquitania, & Belgica. Celtas ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Sequana diſcluſit; inter Celtas, & Aquitanos mons ſive Cemmenus, ſive Gebenna interceſſit, qui Pirenæo ex altera parte reſpondit. Atque hi ſinguli in multos populos diſtributi, alii domeſticis regibus paruerunt, alii liberi Rempublicam communibus armis, & communi conſilio adminiſtrarunt.

Cum autem Celtæ, interprete Strabone, ab Alpibus ad Gebennam montem pertinerent, certe Salyes, Cavares, Vocontii, Allobroges, Volcæ, Ruteni, & Arverni inter Celtas fuerunt; nam quin Helvetii, Sequani, Æduique ex Celtico genere fuerint, qui his finitimi à Septentrione fuerunt, nemo dubitat. Salyes autem, gens Liguſtica, à mari ad Druentiam habitarunt; Cavares, & Vocontii à Druentia ad Iſaram; Allobroges ab Iſara ad Rhodani partem eam, quæ ab Ortu fertur in Meridiem; trans Rhodanum autem ad Occaſum fuere Volcæ uſque ad montem Gebennam; quorum qui flumen accoluerunt, Aricomici, qui montem, Tectoſages appellati ſunt; ſupra Volcas vero Ruteni, & Arverni ſedes habuerunt; ſupra Allobrogas Helvetii, Sequani, Seguſiani, atque Ædui.

Primi è Gallis Romanorum ſocii Maſſilienſes fuerunt, qui inter Salyas ad mare habitarunt; ſecundi Ædui, qui Allobrogas, ut dixi, contigerunt; quos Æduos, teſte Cæſare, Senatus ſæpe fratres, & conſanguineos, nedum ſocios appellarat. Ut ergo hos ſocios defenderent, Maſſilienſes quidem à Salybus, & Vocontiis, Æduos vero ab Arvernis, & Rutenis, Romani, exemplo à majoribus tradito, bellum Galliæ intulerunt, quod uno nomine Allobrogicum ab Allobrogibus vicinis populis, qui ſe quoque his armis immiſcuerunt, eſt appellatum; atque hoc anno ſexcenteſimo vigeſimo nono urbis ad quinquennium, per M. Fulvium Flaccum, C. Sextium Calvinum, Cn. Domitium Ahenobarbum, & Q. Fabium Maximum Conſules geſſerunt. Flaccus, & Sextius Salyas, & Vocontios domuerunt; quorum Sextius ſubactis Salybus oppidum etiam à ſe conditum Aquas Sextias nominavit. Cum autem Allubroges Teutomalium Salyum Regem receptum omni ope juviſſent, & una cum Arvernis agros Æduorum populati eſſent, Domitius adducto adverſus eos exercitu ad Rhodani, & Sulgæ confluentem devicit, Arvernorum vero Regem Betuitum acie juxta Rhodanum profligavit. Neque vero ille finem bello impoſuit, quamvis victoriæ monumentum viam Domitiam reliquerit, cujus in Fonteiana Cicero meminit, ſed qui ei ſucceſſit, Q. Fabius, qui Allobrogibus, & Arvernis ad Iſaram ſuperatis, & gente in deditionem accepta, ſibi cognomen Allobrogici peperit, atque omnes in provinciam retulit, præter Arvernos, atque Rutenos, quibus populus Romanus ignovit. Unde apud Cæſarem dixit Critognatus Gallus inter ſuos: *Reſpicite finitimam Galliam, quæ in provinciæ formam redacta, jure, legibus commutatis, ſecuribus ſubjecta, perpetua premitur ſervitute*; & alibi Cæſar ipſe: *Arvernos, Rutenoſque Fabius ſuperavit, uſque populus Romanus ignovit, neque in provinciæ formam redegit.* Atque ab hoc quidem tempore hæc regio, quæ, teſte Plinio, Braceata Gallia à genere veſtium dicebatur, Narbonenſis Gallia eſt vocitata, nimirum à Narbone Tectoſagum oppido, quò biennio poſt Q. Marcius Cos. coloniam deduxit, ut Paterculus, & Eutropius memoriæ prodidere. Neque vero poſt aliud in hac provincia bellum fuit uſque ad C. Marium, qui eam continuatis imperiis ab irruptione Teutonum, Ambronum, Cimbrorumque Germaniæ populorum non minore virtute, quam felicitate ſervavit, atque ibi monumentum victoriæ Foſſas Maria-

A nas reliquit. Poſtremo Allobrogas conjuratione Catilinæ, cujus participes fuerant, ad arma excitos C. Pontinius Prætor aliquot oppidis expugnatis, atque hoſtibus acie fuſis, teſte Dione, perdomuit. Unde illa ſunt Ciceronis in Oratione de Provinciis: C. Pontinius fortiſſimus vir ortum repente bellum Allobrogum, atque ſcelerata conjuratione Catilinæ excitatum prælis fregit; eoſque domuit, qui laceſſiverunt, & ea victoria contentus, Republica metu liberata quievit.

Hanc igitur adepti provinciam Romani facile poſt aliquot annos reliquam Galliam cognomento Comatam ad Imperium adjunxerunt. Hoc autem ductu, atque imperio C.
B Cæſaris, qui cum Narbonenſem Conſul obtinuiſſet, ejus à reliquis Gallis ex S. C. defendendæ prætextu reliquas omnes Galliæ partes perpetuo novem annorum imperio ſubegit, in provinciamque redegit: cum ab Helvetiis incœpiſſet, quos neque per provinciam armatos iter facere, neque per Æduorum ſociorum agrum in Santones, qui non longè à Toloſatibus habitabant, ire permiſiſſet, atque ab Helvetiis ad Belgas, & Aquitanos, reliquoſque Celtas, novis ſemper, ut ipſe ſcribit, aut conjurationis, aut defectionis, aut hoſtibus dati, aut ſibi negati auxilii criminibus objectis, & ad ſingulos eorum populos, inter ſe, ut nominibus, ſic imperiis diſcre-
C pantes, arma circumtuliſſet. Quibus ſemel, atque iterum, ut res tulit, in poteſtatem adductis, totam Comatam Galliam, præter ſocias, ac bene meritas civitates, provinciam fecit. Quod breviter his verbis Svetonius prodidit: Cæſar omnem Galliam, quæ à ſaltu Pirinæo, Alpibuſque & monte Gebenna, fluminibus Rheno, & Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis & tricies centum millia paſſuum, præter ſocias, ac bene meritas civitates, in provinciæ formam redegit.

Ceterum ut in Narbonenſem provinciam Salyes, Cavares, Vocontii, Allobroges, & Volcæ tum Aricomici, tum Tectoſages erant incluſi, ita ut Narbo, & Tuloſa Tectuſagum,
D & Nemauſus Aricomicorum intra eam fuerint; unde Cæſar provinciales Volcas Aricomicos, & Toloſates dixit: ſic in Comatam provinciam reliqui populi.

In re autem vectigali diverſa Narbonenſis, & Comatæ fuit conditio. Narbonenſi agrarium potiſſimum vectigal eſt impoſitum, Comatæ vero ſtipendiarium. De Narbonenſi ſic Cicero pro Fontejo: M. Fontejus provinciæ Galliæ præfuit, quæ conſtat ex iis generibus hominum, & civitatum, qui partim noſtra memoria bella cum populo Romano acerba, & diuturna geſſerunt; partim modo ab noſtris imperatoribus ſubacti, modo bello domiti, modo triumphis, ac monumentis notati, modo ab Se-
E natu agris, urbibuſque mulctati ſunt. Quin etiam in eadem ſæpe colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorumque, qui in Gallia verſarentur, meminit; addit tamen, Gallis, qui iccirco magnis ſæpe erant bellis ſuperati, ut ſemper populo Romano parerent, magnos equitatus ad bella, magnas pecunias ad eorum ſtipendium, maximum frumenti numerum ad Hiſpanienſe bellum tolerandum à Fontejo Prætore eſſe imperatum. Comatæ autem Galliæ in ſingulos annos ſtipendii nomen impoſitum ſcribit Svetonius. Unde Paterculus: C. Cæſaris ductu, auſpiciiſque infractæ Galliæ pene idem, quod totus terrarum orbis, ignavum conferunt ſtipendium.

De Narbonenſium porro conditione oppidorum ſic Cicero in ea, de qua dixi, Oratione: Eſt Narbo Martius colonia noſtrorum civium ſpecula populi Romani, ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum; eſt urbs Maſſilia fortiſſimorum, fideliſſimorumque ſociorum, qui Gallicorum bellorum pericula populo Romano copiis, armiſque propulſarunt. Strabo etiam ſcribit, Allobrogas, & Salyas Romanis Prætoribus paruiſſe; Vocontios vero, ut & Volcas, qui Nemauſum incolerent, privatam Rempublicam habuiſſe. Quod beneficium haud ſatis ſcio Cæſaris ne, an Auguſti extiterit. Cæſarem quidem conſtat de Narbonenſe ita meritum, ut multos ex ea quoque Senatores allegerit, unde dictum illud emanavit: Galli braccas in curia depoſuerunt, latum clavum ſumpſerunt. Quin etiam Forum Julium, & Apta Julia in his locis ab eo deducta videntur; ſcribit certe Svetonius, eundem poſt bellum Alexandrinum colonias in Galliam per Ti. Neronem Tiberii, qui poſtea Imperator fuit, patrem deduxiſſe, in quibus Narbonem, & Arelare fuiſſe. Maſſilienſes autem, cum ei bello civili portas clauſiſſent, & ſe oppugnari paſſi eſſent, tamen ab eodem liberi ſunt relicti. Narbo autem ipſa ab eo iterum deducta videtur; ſiquidem in vetere aræ inſcriptione colonia Julia Paterna Narbo Martius appellatur hoc modo:

PRO. COLONIS. INCOLISQUE. COL. JUL. PATERN. NARB. MART.

Utranque autem provinciam poſt Cæſarem L. Domitius Ahenobarbus, Cæſaris inimicus obtinuit. Cæſar mox rerum potitus Narbonenſem quidem cum Hiſpania M. Lepido, Comatam vero D. Bruto, & poſt Brutum L. Planco conceſſit, qui Hirtio, & Panſa Conſulibus decreto Senatus ad confluentem Araris, & Rhodani Lugdunum, ad Rhenum in Rauracis Rauracam, ut Dio auctor eſt, condidit. Eodemque anno cum Triumviri Reipublicæ conſtituendæ Lepidus, Octavianus, & Antonius Rempublicam invaſiſſent, Lepidus item cum Hiſpania Galliam Narbonenſem obtinuit, Comatam Antonius; cui poſt Brutum, & Caſſium in Macedonia profligatos etiam Narbonenſem adjunxit, atque utranque per Fuſium Calenum, & P. Ventidium rexit; poſt autem tertia partitione Octavianus Gallias aſſequutus, in iis per M. Agrippam Conſulem rem geſſit, qui poſt Cæſarem ſecundus Rhenum trajecit.

CAP. VII.

De Illyrico.

ILlyricum autem (huc enim ex Gallia tranſeundum videtur) inter Italiam, quæ tum Formione amne terminabatur, ac Macedoniam, Epirum, Pannoniam, & mare Superum ſitum gentes quidem plurimas eſt complexum, ſed pleraſque obſcuras, neque ulla ſane re memorabili geſta inſignes; qui vero ceteris præſtiterunt, Iſtri fuerunt, Italiæ adjacentes, & poſt Iſtros Japudes, Liburni, Delmatæ, Daorſei, Vardæi, Labeates, Daulantii, Daſſaretii, Parthini, Atintani, & Bulliones, partim domeſticis Regibus, partim legibus ſuis obtemperantes; præter quoſdam, qui poſt Philippi Macedonis, Alexandri patris Regnum, jampridem in Macedonum imperium,

Digitized by Google

perium, moreſque conceſſerant. Iſtros à Japudibus Arſia flumen diſcrevit, Japudes à Liburnis Tendanius, Liburnos à Delmatis Titius. Inſulæ nobiles Iſſa, Pharus, Melite, & Corcyra cognomento Nigra.

Cum Illyriis autem multa bella geſta ſunt illa quidem, verum, ut apparet, non ſemper cum iiſdem, atque hæc magna ex parte levia, nec ſatis, ut innuit Appianus, Scriptorum monumentis nobilitata. Primum bellum cum iis fuit, qui Ionium mare, atque Epirum, & Macedoniam attigerunt; quorum Rex fuit Agron Pleurati filius, ut inquit Polybius, & poſt mortem ejus Pineus infans cum matre Teuta relictus. Quæ Romanum in bellum hac de cauſſa incurrit. Illyrii mercatores Romanos navigantes adorti ſpoliaverant; ea de re cum Romani C. & L. Coruncanios legatos ad Teutam miſiſſent; factum eſt, ut cum alter eorum ſuperbe ſe gerenti Reginæ ferocius reſpondiſſet, juſſu ejus contra jus gentium ſit occiſus, ut refert Polybius; nam aliter aliquanto narrat Appianus. Hanc ergo ut perſequerentur injuriam, Romani L. Albinum, & Cn. Fulvium Centumalum Conſules, anno urbis quingenteſimo triceſimo quarto, adverſus Illyrios cum exercitu, & claſſe miſerunt; quorum cum Fulvius Corcyram, quam Demetrius Pharo ab Agrone profectus occuparat, veniſſet, atque inſulam cum ipſo Demetrio in poteſtatem adduxiſſet; Albinus autem pedeſtres copias Brunduſium perduxiſſet, ambo conjunctis copiis Corcyram, Apolloniam, Epidamnum, & Iſſam liberas inter Illyrios civitates, ad amicitiam traduxerunt. Regina cum paucis Rhizonem oppidum confugit, ac legatis ad Romanos miſſis pacem his conditionibus impetravit: *Ut Pineus Rex certum quotannis ſtipendium perſolveret, & Illyrico tota, præterquam paucis locis excederet, neque ultra Liſſum, quod eſt trans Drilonem amnem oppidum, niſi cum duobus iiſque inermibus lembis navigaret.* Corcyræ, & Apolloniæ libertas permiſſa eſt.

Secundo bello Iſtri petiti ſunt, anno urbis quingenteſimo triceſimo ſecundo, cum naves & ipſi Romanorum cepiſſent, eaſque diripuiſſent. Quibus à P. Scipione, & M. Minucio Coſs. partim vi, partim voluntate ad deditionem adductis, facile fuit, ut ſequentes Conſules C. Lutatius, & L. Veturius ſine pugna uſque ad Alpes penetrarent; quod in Eutropii, & Zonaræ commentariis invenitur.

Tertium inde bellum Demetrio ipſi Phario poſtero anno eſt, Annibale Pœno in Italiam adventante, illatum; cauſſa belli fuit, quod ille Illyricorum Roman. ſociorum agros populatus eſſet, ac ſolicitatis Atintanis ultra Liſſum quinquaginta lembis provectus eſſet. Adverſus eum L. Æmilius Paullus profectus expugnato Dimalo, quod ille munive rat, ac Pharo ditionis ſuæ facta, rebuſque Illyrici ex arbitrio conſtitutis, una cum collega M. Livio triumphavit. Demetrius ad Philippum Macedoniæ regem, Perſei patrem profugit, ut narrat Polybius; quod confirmat Livius, qui ſecundo anno belli Punici legatos ad Philippum miſſos ſcribit ad depoſcendum Demetrium, qui bello victus ad eum fugerat; & ad Pineum quoque regem in Illyricum alios ad ſtipendium, cujus dies exierat, poſcendum, aut ſi diem proferret, accipiendos obſides. Per bellum inde Annibalis, & Philippi populus Romanus Pleurato altero rege Illyriorum amico uſus eſt; unde ſcripſit Livius bello Philippico abſoluto: „ Cariſto, & Pleurato Lingum, & Parthinos, quæ gentes Illyriorum ſub ditione Philippi fuerant, datos.

Deinde bellum cum Iſtris eſt renovatum; ſcribit enim Livius anno quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, L. Duronio prætori Apuliam decretam, & Iſtros adjectos, quod Tarentini, Brunduſinique nunciabant, maritimos agros infeſtos tranſmarinarum navium latrocinia eſſe. Itaque triennio poſt A. Manlius Conſul decreto Iſtrico bello profectus ab Aquileja caſtra ad lacum Timavi poſuit, & collatis ſignis male pugnavit; poſt recuperata pugna Iſtrorum ad octo millia cæcidit; poſtero vero anno M. Junius, & A. Manlius, cum Aquilejæ hibernaſſent, exercitu in fines Iſtrorum inducto, quatuor millia eorum in acie cæciderunt, eoſque ad pacem petendam datis obſidibus compulerunt; dumque Neſactium oppidum, quò ſe Principes Iſtrorum, & regulus ipſe Æpulo receperat, ſumma vi oppugnabant, ſucceſſor C. Claudius Conſul ſuperveniens oppidum cepit; Rex, ne in manus hoſtium perveniret, ſibi mortem conſcivit; duo deinde oppida Mutilam, & Faveriam vi capta delevit. Atque ita Iſtria tota trium oppidorum excidio, & morte regis pacata, omnes undique populi obſidibus datis in ditionem venerunt.

Quinto bello Gentium Pleurati filium, cum eum Perſeus Rex, Philippi Macedonis filius, magna mercede promiſſa in belli ſocietatem traxiſſet, triginta diebus cum regno ſuo in poteſtatem adduxit L. Anicius prætor, anno urbis quingenteſimo octogeſimo ſexto. Quo de bello hæc quaſi ex quodam antiquitatis naufragio extant apud Livium: „ Gentius, *inquit*, audito, Anicium prætorem adverſus ſe proficiſci, Liſſum omnes copias contraxit; inde Caravantio fratre in Caviorum gentem vi, aut terrore ſubigendam miſſo, ipſe ad Baſſaniam urbem quinque millia ab Liſſo ducit; ſocii erant Romanorum; itaque obſidionem pati, quam ſe dedere maluerunt. Caravantium in Caviis Durnium oppidum adventantem benigne excepit, Caravantis altera urbs excluſit. Anicio ſe Rhizon, & Olcinium & ceteræ urbes regionis ejus dediderunt. Ad Scodram inde ventum eſt, tum quod Gentii regia eſſet, tum quod Labeatium regionis munitiſſima; eamque ac regem cum tota ipſius familia in poteſtatem adduxit. Inde Scodræ, quò quinque legati ab Roma venerant, evocatis ex tota provincia principibus, conventum habuit; ibi pro tribunali pronunciavit de ſententia conſilii, Senatum, Populumque Romanum Illyrios eſſe liberos jubere; præſidia ex omnibus oppidis, arcibus, & caſtellis ſeſe deducturum; non ſolum liberos, ſed etiam immunes fore Iſſenſes, & Taulantios, Daſſaretiorum Piruſtaras, Rizonitas, Olciniatas, quod incolumi Gentio ad Romanos defeciſſent. Daorſeis quoque immunitatem dare, quod relicto Caravantio ad Romanos tranſiſſent. Scodrenſibus, & Daſſarenſibus, & Selepitanis, ceteriſque Illyriis vectigal dimidium ejus quod regi pependiſſent, imponere. Inde in tres partes Illyricum diviſit; unam eam fecit, quæ ſupra dicta eſt, alteram

„ La-

„ Labeates omnes, tertiam Agravonitas, „ Rhizonitas, & Olceratinos, accolaſque „ eorum.

Poſt Labeates ſubacti Delmatæ ſunt, quorum caput erat Delminium. His crimini datum erat, quòd Illyricos Romanorum ſocios divexaſſent. Ergo à C. Marcio Figulo Conſule anno quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, uſque ad Naronem flumen fuſi, Delminiumque compulſi ſunt; à P. vero Naſica Conſule, Delminio ipſo incenſo, in poteſtatem adducti.

Vardæi inde, cum, ut ſcribit Appianus, Romanum Illyricum invaſiſſent, repentino bello oppreſſi, ac veniæ impetrandæ cauſſa ſumptus in bellum ſolvere juſſi imperata detrectarent, à Ser. Fulvio Flacco Conſule, teſte Livio, ſunt deleti, &, ut ſcribit Strabo, ab ora maritima in Illyrici interiora translati.

Iſtris inde, & Japudibus arma illata ſunt iis, qui cis montes ad mare habitabant. Iſtros, auctore Plinio, Japudes, Livio, C. Sempronius Tuditanus in Conſulatu ſubegit, ac de iis anno ſexcenteſimo vigeſimo quarto triomphavit. Itaque quod Tuditanus, ut inquit Plinius, in ſtatua ſibi inſcripſerat: „ Ab „ Aquileja ad Titium amnem ſtadia ducenta, ſignificare, credo, voluerat, ſe regionem ab Aquileja ad Titium amnem, quo Liburni terminabantur, populi Rom. imperio adjunxiſſe.

Sequutum eſt inde alterum cum Delmatis bellum; ſcribit enim Appianus, anno ſexcenteſimo viceſimo ſexto, L. Metellum Conſulem adverſus Delmatas nulla eorum culpa, triumphandi tantum libidine profectum, ab iis amice exceptum, Salone eorum oppido hibernaſſe, deportatoque exercitu, ſine cauſſa de iis triumphaſſe; cui viro vix poſſum aſſentiri, cum apud Livium ſcriptum inveniam, Delmatas à L. Metello armis ſubactos, & apud Aſconium, L. Metellum ædem Caſtoris de manubiis Delmatarum extruxiſſe, atque ſubactis iis cognomen Delmatici inveniſſe; poſt aliquot autem annos C. Coſconium ProCos magnam Delmatiæ partem, Salone capta, ſubegiſſe, prodit Eutropius.

Atque his quidem bellis cum magna Illyrici pars ad provinciæ jus eſt redacta, tum ea maxime, quæ maritima erat; refert enim Appianus, Delmatas Liburnis Promonem oppidum ademiſſe, neque eos Cæſarem, cum ad eum Liburni confugiſſent, ulciſci bello civili imminente, potuiſſe. Extrema inde duo bella fuere, unum cum Delmatis, alterum cum Japudibus, prius Cæſar bellis civilibus perfunctus geſſit; ſiquidem P. Vatinium miſit, qui tributa impoſuit, & obſides pacis accepit; quo tempore illa ſcripſit Cicero ad Vatinium: „ Delmatis dii malefaciant, qui tibi „ moleſti ſunt; poſterius, Octavianus; nam cum, Cæſare mortuo, Delmatæ Vatinio ſe quidquam daturos negarent, atque Vatinium ipſum arma parantem acie ſuperaſſent, Octavianus Triumvir Japudibus Ciſmontanis, qui defecerant, receptis, cum Tranſmontanos nondum populo Romano ſubjectos, Metulo eorum urbe expugnata, in poteſtatem redegiſſet, poſtero anno in Delmatas Taulantiis proximos, qui poſt Vatinium victum tributum per decennium non dederant, arma convertit, atque eos ægre, præſertim accepto vulnere, & magnis aliis affectus incommodis, tandem ſubegit, ut Dio prodidit.

Non eſt autem prætermittendum, Romanos in deſcribenda Illyrici provincia non omnem Illyrici regionem eſſe complexos, verum eam Liſſo tantum oppido maritimo terminaſſe; reliquos autem inde uſque ad Epirum Illyricos Macedoniæ provinciæ attribuiſſe. Quod cum Plinii, & Ptolemæi teſtimonio confirmatur, tum etiam Dionis, qui ſcribit, Dyrrachium, quod Epidamnus antea vocabatur, cum Illyriorum eſſet, qui Parthini appellabantur, bello civili Pompejano Macedoniæ oppidum fuiſſe, idque ſua etiam eſſe obſervatum ætate.

De juriſdictione vero in Illyrico conſtituta hæc habemus. Plinius tres in Illyrico conventus nominat, Scardonam, Salonam, & Naronam; in quo quia auctore utitur Varrone, fit, ut ita Varrone quoque, id eſt, Rep. vigente, obſervatum eſſe exiſtimem. Salonenſis conventus meminit etiam Cæſar libro tertio belli civilis; eadem cum in veteribus lapidibus Salona Julia nominetur, à Cæſare videtur deducta, eo magis, quod Hirtius bello civili Cæſaris „ Salonam cives Romanos in„ coluiſſe, ſcribit. Fuiſſe autem etiam colonias in Illyrico alias oſtendit Cæſar, cum ſcribit: „ Liſſum ſe oppugnare conatum de„ fendentibus civibus Romanis, qui ejus „ erant conventus; ſiquidem extat vetus inſcriptio aræ; his verbis: VTI SIS VOLENS PRO[?]ITIVS MIHI COLLEG SQ. MEIS, DECVRIONIBVS, COLONIS. INCOLIS, COLONIÆ MARTIÆ IVLIÆ SALONÆ.

CAP. VIII.

De Macedonia.

ILlyrico autem Macedonia proxima non eiſdem ſemper circumſcripta finibus fuit; quod alii nationis Macedonicæ termini fuerunt, alii regni Macedonici, alii provinciæ Macedonicæ. Nationi fines morum, ac linguæ ſimilitudo dederunt, à Thracia quidem, ut notat Strabo, Strymonem amnem, à Theſſalia vero Peneum; inter quos fluvii alii Haliacmon, Lydius, Erigon, Axius, Echedorus, & Chabrius, in mare Ægeum omnes influxerunt, præter Erigonem, qui in Axium. Hos autem fines produxere Macedoniæ reges, in primiſque Philippus Alexandri pater, cum ex finitimis gentibus quotidie aliquid Macedonico regno adjiceret, nempe Thracibus, Pæonibus, Illyriis, Epirotis, & Theſſalis; ex quo fit, ut proximæ quæque Macedoniæ gentes non iiſdem terminis ab omnibus ſcriptoribus includantur. Strabo auctor eſt, partem Thraciæ, quæ ultra Strymonem eſt, uſque ad Neſſum amnem à Philippo domitam, Macedoniæ eſſe attributam; adjungit alio loco, propter claritatem, ac potentiam Theſſalorum, & Macedonum factum eſſe, ut vicini eorum, præſertim Epirotæ, partim voluntate, partim vi in partes Theſſalorum, Macedonumve tranſierint; ut Athamanes, Æthices, & Talares in Theſſalorum; Oreſtæ, Pelagones, & Elimiotæ in Macedonum. Quin etiam Pæones, Dolopes, Illyrioſque aliquot Macedoniæ finitimos, ut Atintanas, poſtquam à Philippo ſubacti ſunt, Macedoniæ attributos, legendo animadvertere poſſumus. Theſſalia vero magna regio fuit, Peneo fere, & Sperchio amne incluſa. Hanc Herodotus in Polymnia ita deſcripſit, ut quidquid inter mon-

montes Pelion, & Oſſam ab Oriente, Olympum à Borea, Pindum ab Occaſu, Otrym à Meridie fuerit, id totum Theſſaliam vocarit, eamque à quinque fluminibus irrigatam Peneo, Apidano, Onochono, Enipeo, & Pamiſo prodiderit. Strabo vero aliquanto uberius eam deſcribens, latus Orientale à Thermopylis ad oſtium Penei habuiſſe inquit Achæos Phtiotas, Magnetas, & Malienſes; à Pelio, & Peneo partem Mediterraneam uſque ad Pæoniam, & gentes Epiroticas; à Septentrione accoluiſſe Macedonas; à Meridie montes OEteos, & Ætolicos cum Doribus, & Parnaſſo fuiſſe; ab Occidente Ætolos, Acarnanes, Amphilochos, & Epirotarum Athamanes, ac Moloſſos; Theſſaliæ vero populos prodit Magnetas, Malienſes, Pelaſgiotas, Theſſaliotas, Perræbos, & Eſtiæotas. Theſſaliam autem, cum proprios tyrannos haberet, quorum Jaſon, & Aleaander præ ceteris claruerunt, in poteſtatem Philippus adduxerat, eaque Alexandro quoque filio ejus paruerat. Mortuo vero Alexandro, qui regnum Macedoniæ tenuerunt, iidem etiam Theſſalis imperarunt; quare, quo primum tempore Romani cum Macedonibus bellarunt, Theſſali Macedonibus erant ſubjecti.

Bellarunt autem cum Philippo Demetrii F. cum Perſeo Philippi F. & cum Andriſco, qui ſe Philippi filium eſſe mentiebatur; (6) primo bello finem impoſuit T. Quinctius Flamininus, ſecundo L. Æmilius Paullus, tertio Q. Cæcilius Metellus, Macedonicus ex ea victoria nominatus; prima victoria Philippus Macedoniæ Rex relictus, Theſſalia, & reliquis, quæ in ditione ejus erant, gentibus ei ademptis, ac libertate donatis; ſecunda, Perſeo capto, atque in carcere necato, Macedonia ordinata, ſed libera relicta; tertia, Pſeudophilippo ſublato, Macedonia in provinciæ formam redacta. Cum Philippo porro bis dimicatum armis eſt, primum bello Punico, cum ille ſe Annibali ſocium ad invadendam Italiam adjunxiſſet; iterum finito bello Punico, cum idem Athenienſes populi Romani ſocios ab Acarnanibus impulſus bello vexaret; priore bello pax ita data eſt, ut fœderi Theſſalos quoque Rex aſcriberet; poſteriore, cum ad Cynoſcephalas in Theſſalia T. Quinctio duce debellatum eſſet, in has conditiones, teſte Livio, ictum fœdus eſt: „ Ut captivos, transfugaſque redderet Romanis, & „ naves omnes tectas traderet, ne plus quingentis armatorum haberet, neve elephantum ullum; bellum extra Macedoniæ fines „ ne injuſſu Senatus gereret; mille talentum „ daret populo Romano, dimidium præſens; „ dimidium penſionibus decem annorum. „ Oreſtis (Macedonum ea gens eſt) quod „ primi ab rege defeciſſent, ſuæ leges redditæ. Magnetes, & Perræbi, & Dolopes, „ liberi quoque pronunciati. Theſſalorum „ genti præter libertatem conceſſam Phtiotæ „ dati, Thebis Phtioticis, & Pharſalo excepto.

Cum Perſeo vero, quod contra fœdus bellum pararet, & ſocios populi Romani Thraces, Theſſalos, Græcos, aut bello tentaret, aut ad defectionem ſolicitaret, ſummo prælio pugnatum eſt, L. Paullo Imperatore ad Pidnam in Macedonia. Rege autem in Samothracia in poteſtatem redacto, res in hunc modum compoſitæ ſunt: „ Silentio, „ *inquit Livius*, per præconem facto Paullus „ Latine, quæ Senatui, quæ ſibi ex conſilii „ ſententia viſa eſſent, pronunciavit; ea Cn. „ Octavius prætor interpretata ſermone Græco referebat; omnium primum liberos jubere eſſe Macedonas habentes urbes eaſdem, „ agroſque, utentes legibus ſuis, annuos creantes magiſtratus; tributum dimidium ejus, „ quod pependiſſent regibus, pendere populo „ Romano; deinde in quatuor regiones dividi Macedoniam; unam fore, & primam „ partem, quod agri inter Strymonem, & „ Neſſum amnem ſit; acceſſuram huic partem „ trans Neſſum ad Orientem verſam, quam „ Perſeus tenuiſſet, vicos, caſtella, oppida, „ præter Ænum, & Maroneam, & Abdera; „ trans Strymonem autem vergentia ad occaſum Biſalticam omnem cum Heraclea, „ quam Sinticem appellant. Secundam fore „ regionem, quam ab Ortu Strymo amplecteretur amnis præter Sinticem Heracleam, „ & Biſaltas; ab Occaſu, quam Axius terminaret fluvius, additis Pæniis, qui prope „ Axium ad regionem Orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab Oriente, „ Peneus amnis ab Occaſu cingunt; ad Septentrionem Bora mons objicitur; adjecta „ huic parti regio Pæoniæ, quæ ab Occaſu „ præter Axium amnem porrigitur. Edeſſa „ quoque, & Berroea eodem conceſſerunt. „ Quarta regio trans Boram montem una „ parte

(6) Quatuor geſſere bella in Macedonia Romani. Duo cum Philippo: tertium cum Perſeo, quartum cum Andriſco, ſeu Pſeudophilippo. Primi cauſa fuit bellum Punicum ſecundum cum multa in primordiis fortuna Annibalis in Romanos geſtum. Philippus enim ad totius Græciæ, Thraciæ, Illiricique, finitimarumque illarum regionum imperium adſpirans, audita tertia Annibalis ad Cannas victoria, legatos miſit ad illum, cum quo ita fœdus, amicitiaque juncta. Philippus Rex quam maxima claſſe (ducentas autem naves videbatur effecturus) in Italiam trajiceret, & vaſtaret maritimam oram, bellum pro parte ſua terra, marique gereret. Ubi debellatum eſſet, Italia omnis cum ipſa urbe Roma Carthaginienſium, atque Annibalis eſſet, prædaque omnis Annibali cederet. Perdomita Italia navigarent in Græciam, bellumque, cum quibus Regibus placeret, gererent. Quæ civitates continentis, quæ inſulæ ad Macedoniam vergunt, eæ Philippi, Regnique ejus eſſent. Cauſa ſecundi: In pace Philippo ſuperiore bello data, nominati inter ſocios a Romanis fuerant Athenienſes. Apud eos paulo poſt duo Juvenes Acarnanes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingreſſi ſunt. Ob eam cauſam, tamquam ob infandum ſcelus interfecti ſunt. Acarnanes ea de re apud Philippum queruntur, & exercitum impetrant, quo ab Athenienſibus pœnas repetant ſceleris. Ita bellum ab Acarnanibus in Athenienſes concitatum, a Philippo exceptum movit poſt Attalum Aſiæ Regem, Rhodioſque, Romanos. Perſeus ſucceſſit patri, non tam in Regno, quam in votis, ut ferunt, reſtaurandi in Romanos belli. Andriſcus quidam ultimæ ſortis homo, Perſei Regis ſe filium ferens, & mutato nomine Philippus vocatus, cum ab urbe Roma, quò illum Demetrius Siriæ Rex ob hoc ipſum mendacium miſerat, clam profugiſſet, multis ad falſam eam fabulam velut ad veram euntibus contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupavit. Hinc Romani eo ſuperato tertiò Macedoniam domuerunt, & in juſtam provinciam terram redegerunt. Hæc omnia ex Livio.

„ parte confinis Illyrico, altera Epiro; capita regionum, ubi concilia fierent, primæ regionis Amphipolim, ſecundæ Theſſalonicem, tertiæ Pellam, quartæ Pelagoniam fecit; eò concilia ſuæ cujuſque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magiſtratus creari juſſit; pronunciavit deinde, neque connubium, neque commercium agrorum ædificiorumque inter ſe placere cuiquam extra fines regionis ſuæ eſſe; metalla quoque auri, atque argenti non exerceri; ferri, & æris permitti; vectigal exercentibus dimidium ejus impoſitum, quod pependiſſent regi. Et ſale invecto uti vetuit. Dardanis repetentibus Pæoniam, quod & ſua fuiſſet, & continens eſſet finibus ſuis, omnibus dare libertatem pronunciavit, qui ſub regno Perſei fuiſſent; poſt non impetratam Pæoniam ſalis commercium dedit; tertiæ regioni imperavit, ut Stobos Pæoniæ deveherent; preciumque ſtatuit; navalem materiam & ipſos cædere, & alios pati vetuit. Regionibus, quæ affines barbaris eſſent (excepta autem tertia omnes erant) permiſit, ut præſidia armata in finibus extremis haberent. Hæc pronunciata primo die conventus varie affecerunt animos. Libertas præter ſpem data arrexit, & levatum annuum vectigal; regionatim commerciis interruptis ita videri lacerata tanquam animalia in artus alterum alterius indigentes diſtracta; adeo quanta Macedonia eſſet, quam diviſu facilis, & ſe ipſa contenta quæque pars eſſet, Macedones quoque ignorabant. Pars prima Biſaltas habet fortiſſimos viros, (trans Neſſum amnem incolunt, & circa Strymonem) & multas frugum proprietates, & metalla, & opportunitatem Amphipolis, quæ objecta claudit omnes ab oriente Sole in Macedoniam aditus. Secunda pars celeberrimas Theſſalonicem, & Caſſandriam habet, ad hoc Palenem fertilem, ac frugiferam terram, maritimas quoque opportunitates ei præbent portus ad Toronem, ac montem Atho (Æneæ vocant hunc) hunc alii ad inſulam Euboëam, alii ad Helleſpontum opportune verſi. Tertia regio nobiles urbes Edeſſam, & Berroëam, & Pellam habet, & Vettiorum bellicoſam gentem, incolas quoque permultos Gallos, & Illyrios impigros cultores. Quartam regionem Eordæi, & Linceſtæ, & Pelagones incolunt; juncta his Atintania, & Stymphalis, & Elimiotis, frigida hæc omnis duraque cultu, & aſpera plaga eſt; cultorum quoque ingenia terræ ſimilia habet; ferociores eos & accolæ barbari faciunt, nunc bello exercentes, nunc in pace miſcentes ritus ſuos. Leges inde Macedonibus dedit cum tanta cura, ut non hoſtibus victis, ſed ſociis bene meritis dare videretur, & quas ne uſus quidem longo tempore, qui unus eſt legum corrector, experiendo argueret. Hæc Livius; ex quibus neminem arbitror tam rudem eſſe, qui non intelligat, magno illum in errore verſari, qui hiſtoriæ epitomem Livianæ confecit, qui cum Livius ſcribat, Macedoniam à Paullo liberam quidem, ſed vectigalem eſſe pronunciatam, ipſe in provinciæ formam redactam eſſe, deſcripſit: quaſi vero provinciam facere ſit idem, atque libertate donare.

Tertium inde bellum cum Andriſco quo- A dam eſt geſtum, tum cum ad falſum Philippi nomen univerſa prope Macedonia conſurrexit, atque hic quidem, anno DCV. à Q. Metello prætore, Macedonia recepta, deletus eſt. Hoc autem primum tempore Macedoniam provinciam eſſe factam, ſunt qui ſignificent; primum Florus, qui hac victoria *Macedoniam ſervitute eſſe mulctatam*; deinde Jornandes, qui Macedoniam à Metello *ſuperatam colla ſubmiſiſſe*, *Romanamque provinciam factam*, prodit. Tum vero Theſſaliam Macedoniæ formulæ eſſe aſcriptam, facile exiſtimarim. Nam eam item hoc bello à Romanis defenſam, in Livianorum epitoma ſcriptum eſt; ex quo ſuſpicari licet, ean- B dem, quod cum Macedonia defeciſſet, pariter eſſe cum Macedonia conſtitutam; cui opinioni aperte Plinius, ac Ptolemæus favent, cum Theſſaliam in Macedoniæ provinciæ fines includunt. Neque vero Theſſalos ſolum tum Macedoniæ provinciæ adjunctos crediderim, ſed Taulantios quoque, Parthinos, Dyrrachium, & Apolloniam, quæ eo uſque Illyrici fuerant; ſiquidem & Piſo Cæſaris ſocer Macedoniæ Proconſul Dyrrachinis, Apolloniatibus, Parthinis, & Bullienſibus præfuit, ut Cicero in Piſoniana teſtatur; & Dio, Plinius, ac Ptolemæus hos item Macedoniæ fines aſcribunt. Adjicit etiam Strabo, Linceſtidem, Pelagonitim, Oreſtidem, C & Elimiotim, quæ omnes ad mare Ionium ſunt, ſuperiorem Macedoniam appellatam, à poſterioribus autem Liberam; fuiſſe etiam, qui omnem regionem uſque ad Corcyram Macedoniam dixerint, quod eadem lingua, eodemque cultu omnes uterentur. Liberæ autem Macedoniæ meminit item Cæſar libro III belli civilis: *Calvinum*, inquit, *in Macedoniam proficiſci jubet; cujus provinciæ ab ea parte, quæ Libera appellatur, Menedemus princeps earum regionum miſſis legatis omnium ſuorum excellens ſtudium profitebatur*. Quin etiam ex eadem Piſoniana apparet, multos Thraciæ populos, Macedoniæ Proconſuli paruiſſe. Hi vero fuerunt, partim, qui poſtea ab Ap. D Claudio, C. Curione, M. Lucullo imperatoribus victi ſunt, qui omnes Macedoniam fortiti cum Thracibus populatoribus prope quotidiana bella geſſerunt: unde in Oratione de provinciis Conſularibus Cicero viæ militaris meminit, quæ per Macedoniam ferret in Helleſpontum; partim, qui cum Aſia Regibus donati fuiſſent, (ut Cherroneſer, quorum idem meminit in Piſonem,) poſt Attali mortem ad populum Romanum reciderunt; unde dixit idem in agrariis: *Jubet venire agros Attalicos in Cherroneſo*. Loquitur autem de Rullo, qui agros publicos vendere cogitabat. Sed de Thracia provincia aliàs; neque enim à populo, ſed ab imperatoribus eſt adjuncta.

E His ergo finibus ſepta Macedonia provincia & vectigalis fuit, & Prætori jus dicenti obtemperavit. De vectigalibus teſtis eſt idem, ubi Piſonis Macedonicum pro-Conſulatum exagitat: *Qui fuit*, inquit, *modus frumenti æſtimati, qui honorarii? ſiquidem poteſt vi, & metu extortum honorarium nominari; unus tu dominus, unus æſtimator, unus venditor tota in provincia per triennium frumenti omnis fuiſti*. Et poſt: *Vectigalem provinciam ſingulis rebus quæcunque venirent, certo portorio impoſito ſervis tuis publicanis à te factam eſſe meminiſti?* item: *Mitto rationem exacti, imperatique frumenti*.

De

De juriſdictione vero inde elicitur, cum ei vitio vertit, quod contra legem liberis etiam populis jus dicere auſus ſit. Hi vero præter ceteros erant, quos Cæſar primo ſuo Conſulatu libertate donarat; quemadmodum poſtea Theſſalos, quod pro ſe contra Pompejum in acie Pharſalica ſteriſſent, in Dictatura donavit, ut Appianus ſcriptum reliquit. Conventum unum Theſſalonicæ celeberrimum fuiſſe, non obſcuris ſuſpicionibus arbitror.

CAP. IX.

De Achaja.

MAcedoniæ Achaja fuit & ſitu regionis, & rerum geſtarum ordine conjunctiſſima. Ut autem Macedonia Macedonas, & Theſſalos eſt complexa; ſic Achaja Epirotas, & Græcos. Epirus ab Acroceraunis montibus Illyrico, Macedoniæve finitimis uſque ad ſinum Ambracium pertinens populos habuit Chaonas, Moloſſos, Theſprotos, Amphilochos, & Athamanes. Chaones, & Theſproti, & Moloſſi, vetera nomina Romanis tem in Epiro gerentibus amiſerant, atque uno fere Epirotarum omnes nomine ſignabantur. Athamanes, cum Regem haberent, in Theſſalorum nomen tranſierant; ſoli celebrantur Amphilochi. Græcia inde duplex ſequuta, una extra Iſthmum, Achaja nomine; in qua fuerunt Acarnanes, Ætoli, Dores, Locri, Phocenſes, Megarenſes, Attici, Bœoti, & Eubœenſes; alteram intra Iſthmum, Peloponneſum dictam habitarunt Achæi, Elei, Meſſeni, Lacones, Argivi, Sicyonii, & in medio quodam modo omnium Arcades longe à mari. Quod ipſum cum ex ceteris, tum ex Livio ipſo cognoſcitur, apud quem Græciæ hæc deſcriptio legitur: „ Thermopylarum „ jugum, ſicut Apennini dorſo Italia dividi„ tur, ita mediam Græciam dirimit; ante „ ſaltum Thermopylarum Septentrionem ver„ ſus Epirus, & Perræbia, & Magneſia, & „ Theſſalia eſt, Phtiotæ Achæi, & ſinus Ma„ liacus; intra fauces ad Meridiem vergunt „ Ætoliæ pars major, & Acarnania, & cum „ Locride Phocis, & Bœotia; adjunctaque „ inſula Eubœa, & excurrente in altum ve„ lut promontorio Attica terra ſita ab tergo, „ & Peloponneſus. Atque hi quidem populi omnes, ſed aliis temporibus alii, gloria rei militaris excelluerunt. Lacedæmonii quidem & Athenienſes, & Bœoti ante arma Macedonum, Philippi, inquam, & Alexandri Magni, qui univerſam Græciam dicto ſibi audientem eſſe coëgerunt; Epirotæ vero, quo ad Pyrrho Regi vita ſuppeditavit, qui Alexandro ipſo minor aliquanto natu fuit. Alexandro vero, & Pyrrho mortuis, cum Macedoniæ imperium poſt varias ejus Regni procellas tandem ad Philippum Demetrii filium perveniſſet, harum nationum ea conditio erat, ut aliæ ſervirent, aliæ liberæ eſſent; quæ ſerviebant, aut externis Regibus, aut domeſticis tyrannis obtemperabant. Liberæ aut per ſe degebant, aut commune multarum civitatum Concilium inibant, atque ex conſilii decreto, & pacis, & belli tempora diſpenſabant. Inter omnes autem eminebant Achæi, & Ætoli. Achæi ad Iſthmum incolentes, ut narrat Polybius, poſt mortem Alexandri inter ſe conſpiraverant, & communem Rempublicam conſtituerant, quatuor primum tantum civitatibus in unum Concilium convenientibus, Dymis, Pharis, Patris, & Tritæa, & paucis poſt annis Ægio, Carynia, & Bura eodem, tyrannis ſuis exactis, ſeſe adjungentibus. Quin etiam cum Achæorum arma, duxque Achæorum Aratus reliquæ in ſe Græciæ oculos converiiſſent, univerſa fere Peloponneſus Achaico immiſceri Concilio voluit, Sicyonii, Corinthii, Argivi, Meſſenii, Elei, Arcades, & ad extremum etiam Lacedæmonii: cum libertatem ſuam, quam plerique dejectis tyrannis recuperaverant, nulla alia ratione ſe defenſuros arbitrarentur, quam ſi propriis abjectis legibus Achaici Concilii inſtituta, moreſque ſuſciperent, atque communibus armis vim maxime Regum Macedonum propulſarent, qui deinceps quinque regnarunt, Antigonus, cognomento Gonatas, Demetrius Antigoni filius, Antigonus Philippi tutor, Philippus Demetrii filius, & Philippi filius Perſeus. Achæorum autem exemplum reliqui, ſed maxime Ætoli ſequuti, & commune gentis Concilium habebant, atque ex communi ſententia bella ſuſcipiebant, gerebant, & deponebant, & fœdera cum vicinis inibant, & dimittebant. Bello autem Punico ſecundo, cum Philippus Demetrii filius, Annibali fœdere conjunctus Italiæ immineret, ab Ætolis primum cum Romanis ſocietas, amicitiaque contracta eſt; ſiquidem, ut narrat Livius, conſcriptæ conditiones, quibus in amicitiam, ſocietatemque populi Romani Ætoli venirent, additumque: „ Ut, ſi pla„ ceret, vellentque eodem jure amicitiæ „ Elei, Lacedæmoniique eſſent; bellum ut „ extemplo cum Philippo terra gererent; na„ vibus ne minus viginti quinqueremibus „ adjuvarent Romanos; urbium Corcyra te„ nus ab Ætolia incipienti ſolum tectaque, „ & muri cum agris Ætolorum, alia omnis „ præda populi Romani eſſet; darentque „ operam Romani, ut Acarniam Ætoli ha„ berent; ſi Ætoli pacem cum Philippo fa„ cerent, fœderi aſcriberent, ita ratam eo„ rum pacem, ſi Philippus arma ab Romanis „ ſociiſque, quique eorum ditionis eſſent, „ abſtinuiſſet; item, ſi populus Romanus fœ„ dere jungeretur Regi, ut caveret, ne jus „ ei belli inferendi Ætolis, ſociiſque eorum „ eſſet. Neque vero multo poſt, cum Ætoli ſine Romanorum auctoritate adverſus fœdus pacem cum Philippo feciſſent, & Philippus ipſe Epirotarum incommodis adductus cum Romanis fœdus percuſſit; ab Rege fœderi aſcripti Achæi, Bœoti, Acarnanes, Epirotæ, ab Romanis Nabis Lacedæmoniorum tyrannus, Elei, Meſſenii, Athenienſes. Bello inde Punico perfuncti Romani arma Philippo intulerunt, ut Athenienſes ſocios ſuos tuerentur, quos Acarnanes auxilio uſi Philippi bello aggreſſi erant, & ut omnino Græciam liberarent. Eo bello Ætoli ad Romanos redierunt, Bœoti, atque Achæi cum iiſdem ſocietatem pepigerunt. Victo autem ad Cynoſcephalas Philippo, pax à T. Quinctio Imperatore data eſt in has leges: „ Omnes Græ„ corum, quæ in Europa, quæque in Aſia „ eſſent, civitates libertatem, & ſuas leges „ haberent; quæ ſub ditione Philippi fuiſſent, „ præſidia ex his Philippus deduceret; ut „ Corinthus, quam occupaverat Philippus, „ redderetur Achæis. Calcis, & Demetrias „ à Romanis retineretur, donec cura de An„ tiocho Syriæ Rege deceſſiſſet. Itaque Nemeo-

Digitized by Google

[A] „ meorum ludicro præco cum tubicine, ut mos eſt, in mediam arenam proceſſit, ac tuba ſilentio facto ita pronunciavit: Senatus Romanus, & T. Quinctius Imperator Philippo Rege, Macedonibuſque devictis, liberos, immunes, ſuis legibus eſſe jubet Corinthios, Phocenſes, Locrenſeſque, & inſulam Eubœam. Corinthus, & Triphylia, & Herea (Peloponneſi & ipſa urbs eſt) addita Achæis. Inde Nabidi Lacedæmonio tyranno bellum illatum, & Argos, quod oppidum ille bello ſuperiore interceperat, Achæis reſtituere coactus. Ita ipſo relicto, præſidiis Corintho, Calcide, & Demetriade deductis libertas univerſæ Græciæ data eſt. Ætoli deinde ægre paſſi, ſe nullis à Romanis eo bello [B] præmiis decoratos, cum Antiocho Syriæ Rege in Græciam advocato, Amphilochorum regionem occupaſſent, atque Ambraciam Epirotarum oppidum ſibi adjunaiſſent, tandem à M. Fulvio Nobiliore victi pacem his conditionibus impetrarunt: „ Imperium majeſtatemque populi Romani gens Ætolorum conſervato ſine dolo malo; ne quem exercitum, qui adverſus ſocios amicoſque eorum ducetur, per fines ſuos tranſire ſinito, neve ulla ope juvato: hoſtes eoſdem habeto, quos populus Romanus, armaque in eos ferto; bellumque pariter gerito; perfugas, fugitivos, captivoſque reddito Romanis, ſociiſque, præter quam ſi qui capti [C] cum domos rediiſſent, iterum capti ſunt: aut ſi qui eo tempore ex iis capti ſunt, qui tum hoſtes erant Romanis, cum inter præſidia Romana Ætoli eſſent; aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyreorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur; qui non comparebunt, quando quiſque eorum primum inventus fuerit, reddatur; obſides quadraginta arbitratu Conſulis Romani dato ne minores XII. annorum, neu majores quadraginta; obſes ne eſto Prætor, Præfectus equitum, Scriba publicus, neu quis, qui ante obſes fuerit apud Romanos. De pecuniæ ſumma, quam penderet, penſionibuſque ejus nihil ea eo, [D] quod cum Conſule convenit, mutatum, dum pro argenteis decem aureus unus valeret. Quæ urbes, qui agri, qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt, qui eorum T. Quinctio, Cn. Domitio Coſs. poſtve eos Conſules aut armis ſubacti, aut voluntate in ditionem populi Romani venerunt, neque eos Ætoli recepiſſent, vel in Ætolia eſſent, eæ urbes, agrique Acarnanum ſunto. Quia etiam Cephallenii ab eodem M. Fulvio armis ſubacti ſunt, & Lacedæmonii demum ab Achæis Nabidis tyrannide liberati proprias dimiſſis legibus Achaico Concilio aggregarunt. Bello autem Perſei [E] Macedonico univerſa Græcia in fide Romanorum manſiſſe videtur, Epirotis, qui ad Perſeum defecerunt, exceptis; quorum prædam cum Senatus exercitui dediſſet; L. Paullus Imperator, omni auro, atque argento tacita denunciatione uno die ex LXX. oppidis extracto, urbes ipſas diripi, muroſque dirui juſſit; præda vendita omnium; de ea ſumma militi numeratum eſt. Hactenus Livius. Addit Pauſanias, cum legati decem bello Perſico confecto, ad Macedonicas res componendas eſſent miſſi, Callicratis Achæi impulſu omnes, qui bello Perſico exercitibus præfuiſſent, tanquam Perſei fautores Romam deduci juſſos, atque in cuſtodias conjectos, poſt aliquot annos alios dimiſſos, alios cum effugere conati eſſent, ſuppliciis affectos eſſe. Ergo cum ſoli in Græcia Achæi opibus, ac bellica laude florerent, merito Romanis ſuſpecti eſſe cœperunt, eorumque Concilium illi, quoad potuerunt, labefactare conati ſunt. Quamobrem cum Lacedæmonii fines ſuos ab Achæis veteribus inimicis ſuis vaſtari, Romæ queſti eſſent, reſponſum eſt Lacedæmoniis, ſe lega- [B] tos in Græciam ad rem cognoſcendam, controverſiaſque dirimendas miſſuros. Legati cum veniſſent, & Corinthum civitatum principes evocaſſent, pronunciarunt, Senatum cenſere Lacedæmonios, Corinthios, Argos, Heracleam, quæ ad OEtam eſt, & Orchomenios Arcades ab Achaico Concilio ſegregandos; quod neque cum Achæis cognatione conjuncti eſſent, & ſero ſe ad eorum Concilium aggregaſſent. Qua ſententia cognita Achæi in omnes Lacedæmonios, qui tum forte Corinthi erant, impetum fecerunt, & captos in carcerem conjecerunt. Plerique legatos etiam Romanorum violatos eſſe ſcripſerunt. His Romæ cognitis, Achæos bello perſequendos [C] decernunt, ad idque bellum L. Mummium Conſulem mittunt. Neque vero Achæi interea, Critolao duce populos ad arma capienda hortante, & Bœotis operam ſuam pollicentibus, quieſcebant. Q. autem Metellus, qui Pſeudophilippo victo Macedoniam pacarat, per nuncios Achæis edicebat, ut Lacedæmonios, & alias civitates, quæ ſe populi Romani fidei tradidiſſent, ab Achaico Concilio ſejungi, æquo animo paterentur, atque adhibitæ in Romanos contumaciæ veniam promittebat. Quibus non auditis, cum Achæi Romanis occurrere auſi eſſent, funditus ſunt everſi, Critolao à Metello ad Scarphiam fugato, atque occiſo, Arcadibus ad Chæroneam [D] profligatis, & Thebis Megariſque receptis, ac poſtremo Diæo duce à L. Mummio in fugam conjecto, & Corintho, ac tota Græcia in poteſtatem adducta. Hac autem victoria Græciam una cum Epiro provinciam factam, & Achajam à principatu, quem tum Achæi inter Græcos obtinebant, Achajam nominatam, Rufus, & Strabo prodidit, ſed elegantiſſime omnium Pauſanias his verbis: „ Mummius devictis ad Iſthmum Achæis, Corinthum patentibus portis ingreſſus funditus evertit, cremavitque, (7) viri omnes trucidati, fœminæ, & pueri ſub corona venditi; ornamenta, & ſigna Romam aſportata; aliarum urbium, quæ contra Romanos ſteterant, muri dejecti; arma civibus [E] adempta; atque hæc omnia priuſquam decem ab urbe legati mitterentur peracta; ubi vero illi venerunt, omnem è civitatibus popularem adminiſtrationem ſuſtulit; magiſtratus ex cenſu inſtituit, tributa univerſæ Græciæ impoſuit. Locupletibus extra fines ſuos agri poſſeſſione interdixit; concilia omnia ſingularum Achajæ nationum,

(7) Crudelitatis hic arguunt Romanos. Nec Cicero purgat. Propter opportunitatem loci, cum in medio fere ſitum Corinthus eſſet, tum fuiſſet: Achivos, inquit, Corinthum ſuſtuliſſent; ſed crede illos ſecutos opportunitatem loci maxime, ne poſſit aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. De Off. lib. 1.

„ num, & Phocenſium, aut Bœotorum, aut „ in alia parte Græciæ delevit. Non multis „ autem poſt annis Romanos Græcorum mi- „ ſericordia cepit. Quare & antiqua ſua „ concilia cuique genti reſtituta, & agros „ extra fines habere permiſſum; remiſſæ „ etiam, quas Mummius conſtituerat, mul- „ ctæ. Bœotos enim mille, & Eubœenſes „ Heracleotis talenta centum, Achæos La- „ cedæmoniis ducenta pendere juſſerat; hæc „ Græcis pecunia omnis condonata; mea „ etiam ætate mittitur prætes, quam Acha- „ jæ, non Græciæ appellant, quod Græci „ ſubacti ſint principatum Græciæ tenentibus „ Achæis; confectum eſt Achaicum bellum „ Archonte Athenis Antitheo, olympiade „ CLX. anno ab urbe condita DCVII. Hactenus, ut dixi, Pauſanias.

Ab hoc ergo tempore Græcia vectigalis facta, & legibus, ac magiſtratibus Romanis ſubjecta uſque ad bellum Mithridaticum in ocio fuit; cum interea multi populi, multæque civitates libertate, ac legibus ſuis Romanorum beneficio fruerentur; ex quibus præcipui, teſte Strabone, Athenienſes fuerunt. Bello autem Mithridatico cum Achæi, Lacones, Bœoti, & Athenienſes Ariſtionis tyrannide oppreſſi ad Archelaum Mithridatis præfectum ſe contuliſſent, haud ita multo poſt adveniente in Græciam Sylla, omnes repente Mithridatem, exceptis Athenienſibus, reliquerunt, qui oppugnari ſe à Sylla paſſi, tamen recepti impetratâ veniâ priſtinam retinuere libertatem. Etenim Sylla, ut inquit Appianus, leges Athenienſibus prioribus iis affines, quæ à Romanis captâ Græciâ datæ fuerant, dedit, ſed Piræeum nulli parcens operi concremavit. Liberos autem alios fuiſſe in Achaja populos Cæſar oſtendit, cum Pompejo objicit, quod bello civili à liberis Achajæ populis pecuniam exegiſſet. Quin etiam idem Cæſar, teſte Appiano, & Dione, Athenienſibus, cum pro Pompejo adverſus ſe ſtetiſſent, victor ignovit, liberoſque reliquit. Corinthum autem dictaturam adeptus non ſolum reſtituit, ſed coloniam etiam deduxit.

Agri publici in Achaja meminit Cicero contra Rullum: „ Deinde vendit, *inquit*, „ agrum optimum, & fructuoſiſſimum Co- „ rinthium, qui L. Mummii imperio, ac fe- „ licitate ad vectigalia populi Rom. adjun- „ ctus eſt; juriſdictionis autem Ser. Sulpicius in epiſtola, quam ad Ciceronem prætor Achajæ ſcripſit: „ Cum ab Epidauro Piræeum „ navi advectus eſſem, ibi Marcellum colle- „ gam noſtrum conveni; poſtero die cum ab „ eo digreſſus eſſem, eo conſilio ut ab Athe- „ nis in Bœotiam irem, reliquamque juriſdi- „ ctionem abſolverem. Athenis autem, quanquam liberis, Conventum fuiſſe conſtitutum opinor, non ut in Athenienſes jus diceretur, ſed ut honos ei civitati haberetur.

CAP. X.

De Aſia.

EXpoſitis, quæ à populo in Europa ſunt conſtitutæ, provinciis, deinceps res admonet, ut in Aſiam tranſeamus. Aſia vero tribus modis accepta eſt; uno, tertia orbis terrarum pars, quæ Europæ, Africæque reſpondet; altero, regio, quæ ab Iſſico ſinu uſque in Pontum porrigitur, quæ Aſia minor, & magna Cherſoneſus à Strabone, & Appiano appellatur; tertio, quam Rex Pergami Attalus cognomento Philometor à majoribus ſuis acceptam populo Rom. teſtamento reliquit, quæ Myſiam, Phrygiam, Æolidem, Ioniam, Cariam, Doridem, Lydiam, Lycaoniam, & Piſidiam comprehendit; quæ regiones in magna quidem Cherſoneſo, ſed cis Taurum, omnes fuerunt. Varro tamen in libris de lingua Latina duobus tantum modis Aſiam dici tradidit; uno eam, quæ reſpondere Europæ, in qua Syriam provinciam populi Romani collocavit; altero magnam Cherſoneſum, in qua duas provincias poſuit, cis Taurum Ioniam, ultra Taurum Ciliciam; ſic autem ſcriptum reliquit: „ Aſia „ dicitur duobus modis; nam & Aſia, quæ „ non Europa, in qua eſt Syria: & Aſia di- „ citur prioris pars Aſiæ, in qua eſt Ionia, „ & provincia noſtra Cilicia. Ioniam autem Varro poſuit pro Aſia, quam nos diximus Attali. Quod cum non intelligeret magnus hac ætate vir, afferere in Adverſariis ſuis non dubitavit, Ciliciæ nomen è Varronis libro delendum eſſe, *quod in illa Aſia non eſſet comprehenſa Cilicia*, cum Attalicam Aſiam à Varrone, non minorem, ſignificatam eſſe, falſo arbitraretur. Verum, ut ad rem redeamus, Myſia, quæ fuit hujus Attalicæ pars, ut etiam Phrygia duplex, ſed finibus ad diſtinguendum obſcuriſſimis, fuit; idque vel ipſo auctore Strabone, qui ſcribit: „ Bithy- „ nis ad auſtrum finitimi ſunt Phryges, ac „ Myſi, qui ad Olympum Myſiam incolunt: „ utraque vero gens duplex eſt; etenim Phry- „ gia una major vocatur, cujus Midas Rex „ fuit, & cujus poſtea partem Galatæ occu- „ parunt; altera vero minor ad Helleſpon- „ tum, quæ ad Olympum eſt, & Epictetus, „ ac Troas dicitur. Myſia item una Olym- „ pena eſt Bithyniæ, atque Epicteto fini- „ ma, altera ad Caicum amnem, & agrum „ Pergamenum uſque in Teuthraniam, & flu- „ minis oſtium; verum hæc adeo immutata „ ſunt, ut etiam regionem circa Sipylum, „ quam antiqui Phrygiam nominant, majo- „ riſne, an minoris Phrygiæ, pars ſit, incer- „ tum ſit; ac Myſorum quidem, & Phrygum „ fines diverſi ſunt, verum eos diſtinguere „ operoſum. Ptolemæus autem minorem Myſiam ad Propontidem, & Helleſpontum à Cizyco oppido uſque ad Sigeum promontorium provehit; minorem vero Phrygiam deinceps ad Ægeum pelagus uſque ad Aſſum; majorem Myſiam uſque ad amnem Caicum, Æolidem uſque ad Hermum; ab Hermo vero ad Mæandrum, ad mare Ionium Ioniam; ad Myrtorum Cariam uſque ad Myndum oppidum; inde uſque ad Caunum in mari Rhodiaco Doridem. Ac reliquæ quidem omnes maritimæ, verum Lydia, Phrygia major, Lycaonia, & Piſidia mediterraneæ.

Hæc igitur omnia poſt Alexandri Magni obitum, qui ea Perſis eripuerat, duobus regibus ſubjecta fuerunt, Pergameno, & Syro. Pergamum minoris Myſiæ oppidum, ut inquit Strabo, primus Philetærus, Lyſimachi Macedonis præfectus, mortuo Alexandro obtinuit; quem Eumenes fratris filius eſt conſequutus; qui multorum circa locorum, Antiocho Seleuci filio rege apud Sardis ſuperato, potitus eſt; cui deinceps Attalus fratris filius ſucceſſit, qui ſocius à populo Roma-

A nn, (8) & à Senatu Rex appellatus Romanis contra Philippum Macedoniæ regem auxilio fuit; eoque bello confecto Æginam inſulam, teſte Livio, à Senatu obtinuit. Attalum inde Eumenes alter excepit, cui, cum pro Romanis contra Antiochum Magnum Syriæ regem ſtetiſſet, regnum auctum eſt; ſic enim victo Antiocho, ex Senatus, & decem legatorum ſententia, auctore Livio, eſt conſtitutum: „ Ut eis Taurum montem, quæ intra regni Antiochi fines fuiſſent, Eumeni attribuerentur, præter Lyciam, Cariamque uſque ad Mæandrum amnem; ea civitates Rhodiorum eſſent; ceteræ civitates Aſiæ, quæ Attali ſtipendiariæ fuiſſent, eædem Eumeni vectigal penderent; quæ vectigales B Antiochi fuiſſent, eæ liberæ, atque immunes. Itaque Lycaonia omnis, & Phrygia utraque, & Myſia Lydiæ, Ioniæque extra oppida, quæ libera fuiſſent, quo die cum rege Antiocho pugnatum eſt, & nominatim Magneſia ad Sipylum, & Caria, quæ Hydrela appellatur, agerque Hydreletanus ad Phrygiam vergens, & caſtella, vicique ad Mæandrum amnem, & oppida, niſi quæ libera ante bellum fuiſſent, Telmeſſus item nominatim, & caſtra Telmeſſium, præter agrum, qui Ptolemæi Telmeſſii fuiſſet; hæc & ab Eumene & ab Rhodiis excepta; ea quoque his pars data Cariæ, quæ prope C Rhodum inſulam trans Mæandrum amnem eſt, oppida, vici, caſtella, agri, qui ad Piſidiam vergunt, niſi quæ eorum oppida in libertate fuiſſent, pridie quam cum Antiocho rege in Aſia pugnatum eſt. Bello verò, quod paulo poſt cum Galatis, qui veteris Phrygiæ partem tenebant, ac Galatiam appellabant, Cn. Manlio Vulſone duce geſtum eſt, abſoluto, eidem Eumeni præmia cumulata. „ Civitatum enim, *ut inquit Livius*, cognitis cauſſis decem legati aliam aliarum fecerunt conditionem. Quæ ſtipendiariæ regi Antiocho fuerant, & cum populo Rom. ſenſerant, iis immunitatem dederunt; quæ partium Antiochi fuerant, D aut ſtipendiariæ Attali regis, eas omnes vectigal pendere Eumeni juſſerunt; nominatim præterea Colophoniis, qui in Notio habitant, & Cumæis, & Mileſiis immunitatem conceſſerunt, Clazomeniis ſuper immunitatem, & Doriſſam inſulam dono dederunt, & Mileſiis, quem Sacrum appellant, agrum reſtituerunt, & Ilienſibus Rhæteum, & Gergicum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoriam; eadem & Dardanum liberandi cauſſa fuit. Chios quoque, & Smyrnæos, & Erythræos pro ſingulari fide, quam eo bello præſtiterant, & agro donarunt, & E in omni præcipuo honore habuerunt. Phocæenſibus & ager, quem ante bellum habuerant, redditus, & ut legibus antiquis uterentur, permiſſum. Rhodiis affirmata, quæ data priore decreto fuerant. Lycia, & Caria data, & uſque ad Mæandrum amnem præter Telmeſſum. Regi Eumeni Cherſoneſum in Europa, & Lyſimachiam, & caſtella, & vicos, & agros, quibus finibus tenuerat Antiochus, adjecerunt; in Aſia Phrygiam utranque, alteram ad Helleſpontum, majorem alteram vocant, & Myſiam, quam Pruſias Bithyniæ Rex ademerat, reſtituerunt, & Lycaoniam, & Milyadem, & Lydiam, & nominatim urbes B Tralles, Epheſum, & Telmeſſum. Huic ergo Eumeni tam multis beneficiis à Romanis ornato deinceps Attalus alter ſucceſſit, is qui Romanos bello contra Pſeudophilippum Macedonem adjuvit; quem novis propterea beneficiis à populo Romano auctum, veriſimile eſt. Poſt quem Attalus tertius regnavit, qui ſuperiorum beneficiorum haud immemor, ſine liberis decedens patrii regni populum Rom. heredem anno urbis DCXX. reliquit; populus Aſiæ civitates liberas eſſe juſſit. Verum cum Aſia paucis poſt annis ab Ariſtonico Eumenis regis ex pellice nato concitata defeciſſet, per tres deinceps Conſules P. Craſſum, M. Perpernam, & M'. C Aquillium in poteſtatem adducta, ſervitute mulctata eſt; cujus rei hæc adhuc veſtigia veterum extant monumentis impreſſa. Livius libro LIX.: „ Ariſtonicus regis Eumenis filius Aſiam occupavit, cum teſtamento Attali regia libera eſſe deberet; quo loco non prætereundum, Livium de Aſiæ libertate non idem ſentire, quod ceteri; qui non Attali teſtamento, ſed Romanorum liberalitati acceptam eam referunt. Juſtinus libro XL.: „ In Craſſi Conſulis occiſi locum miſſus Perperna Conſul prima congreſſione Ariſtonicum ſuperatum in poteſtatem ſuam redegit, Attalicaſque gazas hereditarias populi Rom. navibus impoſitas Romam D deportavit; quod ægre ferens ſucceſſor ejus M'. Aquillius Conſul ad eripiendum Ariſtonicum Perpernæ, perinde velut ſui potius triumphi munus eſſe deberet, feſtinata velocitate contendit, ſed contentionem Conſulum mors Perpernæ diremit. Strabo libro XIV.: „ M. Perperna capto Ariſtonico, & Romam miſſo bellum confecit. Ariſtonicus in carcere mortuus eſt. Perperna morbo abſumptus; poſtea M'. Aquillius Conſul cum decem legatis miſſus provinciam compoſuit in eam formam, quæ nunc eſt; & libro XIII: „ Attalus cognomento Philometor, cum annos quinque regnaſſet, mor-

„ bo

(8) Bello primo cum Philippo à Romanis geſto amicitiam cum Attalo Aſiæ Rege contraxerant Romani. Nam icto fœdere inter Annibalem, & Philippum contra Romanos: Romani contra ſocios in Græcia ſibi junxerunt, & Ætolos præcipue, qui in idem jus amicitiæ nominaverunt Attalum Aſiæ Regem, cujus opera, claſſiſque multum valuit in illo bello contra Philippum. Per Attalum poſt modum Matrem Idæam Peſſinunte Romam advexerunt. Altero Macedonico bello Romanis ſe Rhodii conjunxerunt. In illa pace pluribus Aſiæ, quas Philippus obtinuerat, civitatibus & populis libertas data. Hinc ſuccedente cum Antiocho bello exercitus Romani & in Aſiam commigrati. Cauſa illius belli fuit, quod Antiochus, & per occaſionem belli Philippici multas Græcas Civitates à Philippo interceperat, quod grave erat Romanis, præmium ſuorum periculorum, liberumque alios habere; nec decretum iis libertatem effectum ſortiri, & quod multas quoque Civitates a Ptolomæo Rege Ægypti abſtuliſſet. Nova amicitia in Aſia contracta, aliis pluribus civitatibus libertas data, Imperiumque novum in Aſia conſtitutum, Antiocho ultra Taurum ejecto, Gallatiſque domitis, ad quos bellum illatum, & quia Antiochum in bello juverant, & quia plurimas ex illis Civitates continuis excurſionibus, ſtipendiiſque premebant.

A

„ bo extinctus eſt; reliquit autem Romanos heredes, qui regionem in formam provinciæ redegerunt, eamque Aſiam eandem nomine ac continentem, appellarunt; & Vellejus: „ Ariſtonicus mortuo rege Attalo, à quo Aſia populo Rom. hereditate relicta erat, mentitus regiæ ſtirpis originem, armis eam occupat; is victus à M. Perperna, ductuſque in triumpho à M'. Aquillio, capite pœnas dedit.

Hac igitur victoria regiones cis Taurum omnes, & quas reges Pergami ipſi ante bello pepererant, & quas deinceps beneficii loco Syriæ regibus ereptas à populo Romano acceperant, in unam provinciam eſſe redactas conſtat; nempe Myſiam, ac Phrygiam utramque, Galatiæ, quam Gallogræci tenuerant, excepta, Ioniam, Æolidem, Doridem, Cariam, Lydiam, Lycaoniam, & Piſidiam, eamque eſſe uno Aſiæ nomine inſignitam. Quanquam enim ſcribit Juſtinus, Lycaoniam Ariarathi Cappadociæ regi ſocio à Senatu fuiſſe conceſſam; & Appianus in primo Civilium, & in Mithridatico refert, Phrygiam Mithridati Ponti regi ab Aquillio Imperatore pecunia accepta permiſſam, Aquillio verò eo nomine damnato, Senatum Phrygiam liberam decrevisse; utramque tamen non ita multo poſt

B

provinciæ Aſiæ attributam, patet ex verbis his, quæ ſunt apud Livium epitoma LXX.: „ Mithridates Ponti Rex Bithynia, & Cappadocia occupatis, & pulſo Aquillio legato „ Phrygiam provinciam populi Romani cum „ ingenti exercitu intravit; & Plinii his: „ Inſident verticem Piſidæ, quorum colonia „ Cæſarea, eadem Antiochia appellata; op„ pida Oroanda, Sagaleſſus; hos includit Ly„ caonia in Aſiaticam juriſdictionem verſa, „ cum qua conveniunt Philomelienſes.

C

Hanc autem provinciam præclaris multorum legibus, atque inſtitutis ornatam aliquandiu beatam fuiſſe comperio. Primus qui hnic leges dederit, M'. Aquillius fuit, per quem primum ex decem legatorum ſententia conſtituta eſt. Celebratur etiam Q. Mucii Scævolæ memoria, qui anno urbis DCXXXVII. Pro-conſul *eam tam ſanctè & tam fortiter adminiſtravit, ut Senatus*, teſte Valerio, *deinceps in eam provinciam ituris magiſtratibus exemplum, atque formam officii Scævolæ decreto ſuo proponeret*. Quo factum eſt, auctore Aſconio, ut Aſiani in ejus honorem diem feſtum Mucia inſtituerint. Poſt autem, eum, civibus Roman. omnibus uno die tota provincia trucidatis, à Mithridate Ponti rege eſſet occupata, à L. Sulla recuperata, à L. Murena, L. Lucullo, Cn. Pompejo, qui deinceps eam omnes cum imperio obtinuerunt, conſervata, novas aliquot leges, & nova inſtituta

D

accepit. Unde illa præcipue Ciceronis ad laudem Luculli manarunt: „ In eodem tanta „ prudentia fuit in conſtituendis, temperandiſque civitatibus, tanta æquitas, ut hodie „ ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſervandis, & „ quaſi veſtigiis perſequendis.

E

De vectigalibus autem Aſiæ, quæ multa, eaque magna fuerunt, tulit C. Sempronius Gracchus, qui anno DCXXX. Tribunatum geſſit, triennio poſtquam Aquillius ordinatâ provinciâ de Aſia triumphavat: „ Ut ea è „ Cenſoribus Romæ publicanis locarentur; quod ſignificavit in Verrem Cicero, cum dixit: „ Incertum vectigal conſtitutum eſt, ut „ Aſiæ locatione cenſoria, lege Sempronia.

Totum autem vectigalium Aſianorum negotium, quæ publicani exercerent, in decumis, portoriis, & ſcripturis verſatum, aperte docet idem in Maniliana: „ Ceterorum provinciarum vectigalia tanta ſunt, ut his ad ipſas provincias tutandas vix contenti eſſe „ poſſimus. Aſia tam fertilis eſt, ut ubertate agrorum, & varietate fructuum, & „ magnitudine paſtionis, & multitudine rerum earum, quæ exportantur, facile om„ nibus antecellat. Item: Cum hoſtium co„ piæ non longe abſint, etiam ſi irruptio fa„ cta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, „ agricultura deſeritur, mercatorum naviga„ tio conquieſcit; itaque neque ex portu, „ neque ex decumis, neque ex ſcriptura ve„ ctigal conſervari poteſt. Tributum ordinarium nullum Aſiæ impoſitum eſt; extraordinarii vero hæc teſtimonia ſint. Narrat Plutarchus, Aſiam à Sylla XX. millibus talentorum eſſe mulctatam; atque hoc idem videtur innuere Cicero, cum inquit: „ Flaccus „ prætor Aſiæ deſcripſit pecuniam ad Pom„ peji rationem, quæ fuit accommodata L. „ Syllæ deſcriptioni; qui, cum omnes Aſiæ „ civitates pro portione in provincia deſcri„ pſiſſet, illam rationem in imperando ſumptu „ & Pompejus, & Flaccus ſequutus eſt. Sumptum autem, pecuniam in claſſem à prætore conſumptam intelligit. Poſtremo Cæſar ſuperato Pompejo in Aſiam venit, ac publicanis, qui eam acerbiſſime habuerant, dimiſſis, quod redigebatur ex vectigalibus in tributi collationem tranſtulit, ut Dio ſcribit.

Jam vero de conventibus in Aſia conſtitutis multi loquuntur; primum Cicero in oratione pro Flacco, ubi Apameæ, Laodiceæ, Adramytti, Pergami ita meminit, ut earum civitatum, in quibus prætor jus dicere conſueſſet; unde alio loco inquit: *Negotiari libet, cur non Pergami, Smyrnæ, Trallibus, ubi & multi cives Romani ſunt, & jus à noſtro magiſtratu dicitur?* deinde Strabo lib. XIII. *Phrygiæ*, inquit, *& Lydiæ, & Cariæ, & Myſiæ loca ægre diſtingui poſſunt, quod inter ſe coeant; ad earum vero confuſionem non parum attulere Romani, qui non ex gentibus eos diviſerunt, ſed alio modo diœceſes deſcripſerunt, in quibus fora agunt, & jus dicunt*. Item: *Cibyra adjectis tribus civitatibus Bubone, Balbura, & Oenoandro concilium inſtituit, cum ſingulæ urbes ſingula ſuffragia haberent, Cibyra vero duo; tyranno vero paruit uſque ad Murenam, qui eum ſuſtulit, ac Balburam, & Bubonem Lyciæ attribuit; nihilominus Cibyratica diœceſis inter maximas Aſiæ diœceſes habetur*. Omnes autem Aſiæ diœceſes, quæ ſuo tempore erant, diligentiſſime omnium unus collegit Plinius, Cibyraticam celeberrima urbe Laodicea, Synnadenſem, Apamenſem, Alabandenſem, Sardianam, Smyrnæam, Epheſinam, Adramyttenam, & Pergamenam cum omnibus, qui eò convenirent, populis inſignioribus. Helleſpontiam vero diœceſim, cujus meminit in epiſtola ad Thermum Cicero, puto eſſe Adramyttenam. *Si quid*, inquit, *Genucilius habebit cum aliquo Helleſpontio controverſiæ, peto ut in illam diœceſim rejicias*; ut autem ex his Aſiaticis diœceſibus tres aliquando Ciliciæ provinciæ attributæ ſint, Cibyratica, Synnadenſis, & Apamenſis, mox in ipſa Cilicia demonſtrabo.

Fuerunt præterea multæ etiam civitates in Aſia liberæ; ſiquidem Sylla, ut ſcribit

Ap-

Appianus, Ilienſes, Chios, Rhodios, Lycios, & Magneſiam liberos reliquit. Quibus adjungere etiam Cyzicenos licet, de quibus ita Svetonius: *Cyzicenis in cives Rom. quædam violentius auſis Tyberius publicè libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerant*, eademque ratione in Piſidia Thermeſes, cognomento majores; duplex enim, auctore Stephano, Thermeſus in Piſidia fuit, major, &

A minor. Majores autem bello Mithridatico ſocii populi Romani ac liberi, immuneſque lege facti ſunt. Cujus legis exemplum, quale adhuc Romæ in antiqua ænea tabula extat, ut ſimul libertatis, immunitatiſque extero populo conceſſæ formula cognoſcatur, huic loco, quemadmodum ſupra promiſimus, libet attexere.

C. ANTONIVS. M. F. CN. CORNELIVS. F. ....
C. FVNDANIVS. C. F. TR. PL. DESS. PLEBEM. IVRE. ROGARVNT
PLEBESQVE. IVRE. SCIVIT. PRO. TRIBV....... PRIMVSSCIVIT.

QVEI. THEMESES. MAIORES. PEISIDÆ. FVERVNT. QVEIQVE
EORVM. LEGIBVS. THERMESIVM. MAIORVM. PISIDARVM
ANTE. K. APRIL. QVÆ. FVERVNT. L. GELLIO. CN. LENTVLO. COS
THERMESES MAIORES. PISIDÆ FACTI. SVNT. QVEIQVE
AB. . . . IEIS PROGNATI. SVNT. ERVNT. IEI. OMNES
POSTEREIQVE. EORVM. THERMESES. MAIORES. PEISIDÆ
LEIBERI AM CEI. SOCIEIQVE. POPVLI. ROMANI. SVNTO
EIQVE LEGIBVS. SVEIS. ITA. VTVNTO. ITAQVE. IEIS
OMNIBVS. SVEIS. LEGIBVS. THERMENSIS. MAIORIBVS
PISIDEIS. VTEI. LICETO. QVOD ADVORSVS HANC. LEGEM. NON. FIAT
QVEI AGRI. QVÆ. LOCA. ÆDIFICIA. PVBLICA. PRIVATAVE
THERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM INTRA. FINEIS
EORVM. SVNT. FVERVNTVE. L. MARCIO. SEX. IVLIO. COS
QVÆQVE. INSVLÆ. EORVM. SVNT. FVERVNTVE. IEIS
CONSOLIBVS. QVE . SVPRA. SCRIPTEI. SVNT. QVODQVE
EARVM. RERVM. IEIS. CONSVLIBVS IEI HABVERVNT
POSSIDERVNT. VSEI. FRVCTEIVE SVNT. QVÆ. DE. IEIS. REBVS
E. . . . ANO. VT................. QVEIQVE
DE. IEIS REBVS..............HAC. NE
LOCENTVR...............Æ. EACTA
EST. E. . SIE.............EA. OMNIA
THErmenſes. maiores. peiſidae. HABEANT. POSSIDEANT
IEISQVE. omnibus. iei... utantur. frVANTVR
ITA. VTEI ANte bellum Mithridatis. quod pREIMVM
EVIT HABVERVNT. poſſiderunt. VSEI FRVCTEIVE. SVNT
QVÆ THERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM. PVBLICA
PREIVATAVE. PRÆTER LOCA. AGROS. ÆDIFICIA. SVNT
FVERVNTVE. ANTE. BELLVM MITHRIDATIS QVOD PREIMVM
FACTVM. EST. QVODQVE. EARVM RERVM IEI. ANTEA
HABVERVNT. POSSEDERVNT. VSEI. FRVCTEIVE. SVNT
QVOD EIVS. IPSEI. SVA. VOLVNTATE AB SE NON. ABALIENARVNT
EA. OMNIA. THERMENSIVM MAIORVM. PISIDARVM. VTI. SVNT
FVERVNT. ITA. SVNTO. ITEMQVE. IEIS. EA. OMNIA
HABERE. POSSIDERE VVTEI. FRVIQVE. LICETO
QVOS THERMENSES. MAIORES. PISIDÆ LEIBEROS. SERVOSVE
BELLO. MITHRIDATIS AMEISERVNT. MAGISTRATVS PROVE
MAGISTRATV. QVOIA. DE. EA. RE. IVRISDICTIO. ERIT. QVIN
DE EA. RE. IN. IOVS. ADITVM. ERIT. ITA DE. EA. RE IOVS
DEICVNTO IVDICIA. RECVPERATIONIS. DANTO. VTEI. IEI
EOS RECVPERARE. POSSINT
NEI. QVIS. MAGISTRATVS. PROVE. MAGISTRATV. LEGATVS. NEV
QVIS. ALIVS. MEILITES. IN. OPPIDVM THERMESVM MAIORVM
PISIDARVM. AGRVMVE. THERMENSIVM MAIORVM
PISIDARVM. HIEMANDI CAVSSA INTRODVCITO. NEIVE
FACITO QVO. QVIS. EO. MEILITES. INTRODVCAT. QVOVE. IBEI
MEILITES. HIEMENT. NISEI. SENATVS NOMINATIM. VTEI. THERMESVM
MAIORVM PISIDARVM. IN. HIBERNACVLA. MEILITES
DEDVCANTVR. DECREVERIT. NEIVE. QVEIS. MAGISTRATVS
PROVE. MAGISTRATV. LEGATVS. NEV. QVIS. ALIVS. FACITO
NEIVE. IMPERATO. QVO. QVID. MAGIS. IEI DENT. PRÆBEANT
AB. IEISVE. AVFERATVR. NISEI QVOD. ED. S. EX. LEGE. PORTIA
DARE. PRÆBERE. OPORTET OPORTEBIT
QVÆ. LEGES. QVODQVE. IOVS. QVÆQVE CONSVETVDO. L. MARCIO
SEX. IVLIO COS. INTER. CIVEIS ROMANOS ET. TERMENSES
MAIORES. PISIDAS. FVIT. EÆDEM. LEGES. EIDEMQVE. IOVS
EADEMQVE. CONSVETVDO. INTER CIVES. ROMANOS. ET
TERMENSES. MAIORES. PISIDAS. ESTO. QVODQVE QVIBVSQVE
IN. REBVS. LOCEIS. AGREIS. ÆDIFICEIS. OPPIDIS IOVRIS
TERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM. IEIS. CONSVLIBVS
QVEI. SVPRA. SCRIPTEI. SVNT. FVIT. QVOD. EIVS. PRÆTER

LOCA.

LOCA. AGROS. ÆDIFICIA. IPSEI. SVA. VOLVNTATE. AB. SE. NON ABALIENARVNT. IDEM. IN. EISDEM. REBVS. LOCEIS. AGREIS ÆDIFICIEIS. OPPIDEIS. TERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM IOVS ESTO. ET. QVO. MINVS. EA. QVÆ. IN HOC. CAPITE. SCRIPTA SVNT ITA. SINT. FIANT. EIVS. HAC. LEGE. NIHILVM. ROGATVR QVAM. LEGEM. PORTORIEIS. TERRESTRIBVS. MARITVMEISQVE TERMENSES. MAIORES PISIDÆ. CAPIVNDIS. INTRA. SVOS FINEIS DIXERINT. EA. LEX. IEIS. PORTORIEIS. CAPIVNDIS ESTO. DVM. NEIQVID. PORTORI. AB. IEIS. CAPIATVR. QVEI. PVBLICA POPVLI. ROMANI. VECTIGALIA. REDEMPTA. HABEBVNT. QVOS PER. EORVM. FINEIS. PVBLICANEI. EX. EO. VECTIGALI. TRANSPORTABVNT.

CAP. XI.

De Cilicia.

CAriam inde trans Taurum Lycia, Pamphylia, ac Cilicia ſequebatur. Ptolemæus Lyciam à Cauno perducit ad Balburam. Strabo à Phaſelide Lyciæ oppido Pamphyliæ initium Olbyam ſtatuit, Ciliciæ vero Celendrin. Ceterum, ut refert Marcellinus: „ ſuperatis Tauri montis verticibus, qui ad „ Solis ortum ſublimius attolluntur, Cilicia „ ſuaditur; ejuſque lateri dextro adnexa „ Iſauria; quam mediam Calicadnus flumen „ interfluit, in qua Seleucia opus Seleuci regis. Eadem vero, ut prodit Strabo: „ duplex „ fuit, Trachea, ſive Aſpera, & Campeſtris. „ Aſpera oram maritimam peranguſtam ha„ buit, & nullum, vel rarum locum pla„ num; ei Taurus mons incubuit male habi„ tatus uſque ad latera Septentrionalia, quæ „ circa Iſauriam ſunt, & Monadeas uſque „ ad Piſidiam. Campeſtris autem à Solis, & „ Tarſo oppidis uſque ad Iſſum pertinuit; „ quibus à Septentrionali Tauri parte Cap„ padoces incubuerunt. Plinius autem Iſauriam inter Pamphyliam, ac Ciliciam collocat, queriturque Ciliciæ Pamphyliam omnes, neglecta gente Iſaurica, conjunxiſſe.

Has ergo regiones Lyciam, Pamphyliam, Iſauriam, & Ciliciam trans Taurum ſitas reges Syriæ poſt Alexandrum Magnum obtinuerunt. Lycia Antiocho regi adempta, ac Rhodiis attributa ex fœdere, quod cum Antiocho primum, deinde cum Galatis ictum eſt, poſt, teſte Livio, Rhodiis erepta, cum illi bello Perſei dubios ſe geſſiſſent, in poſterum libera quidem, ſed tamen vectigalis fuit. Pamphyliam autem, Iſauriam, & Ciliciam piratæ Cilices occuparant, permittentibus, ut inquit Strabo, Armeniæ regibus, qui tum Syriæ regnum armis partum tenebant. Ergo Cilicibus ad latrocinia converſis, maxime qui aſperam Ciliciam incolebant, Romani eas ademerunt, atque provincias per M. Antonium, P. Servilium, & Cn. Pompejum fecerunt. Antonii victoriæ non obſcura extant monumenta. Nam apud Obſequentem ſcriptum eſt, C. Mario, Q. Catulo Coſs. anno urbis ſexcenteſimo quinquageſimo primo, *piratas in Cilicia fuiſſe deletos*; in epitoma vero Livianorum, *M. Antonium prætorem eo tempore maritimos prædones eſſe in Ciliciam perſecutum*; apud Tacitum libro XII. *M. Antonium bello piratico à Bizantiis eſſe adjutum*; nam eundem etiam Antonium de piratis triumphaſſe ſatis conſtat. Ab eo vero tempore Pamphyliæ, atque Ciliciæ partem in provinciæ formam eſſe redactam, facile adducor, ut credam; præſertim vero cum videam, L. Syllam, ut ſcriptum eſt in libro de viris illuſtribus, & in Mithridatico Appiani, haud

A ita multo poſt Ciliciam in prætura ſortitum, Ariobarzanem Cappadociæ regem à Mithridate Ponti rege ejectum reducere; & in primo Civilium Appiani; & in quinto Athenæi, Q. Oppium Pamphyliam Pro-conſulari imperio una cum L. Caſſio Aſiæ Pro conſule Mithridati regi in Aſiam invadenti occurrere; & in tertio accuſationis, Cn. Dolabellam, cujus Verres legatus fuit, eandem Ciliciam Pro conſule gubernare. P. autem Servilii victoria aliquanto eſt hominum memoriæ commendatior. Hic autem poſtea ex Conſulatu Pamphyliam, atque Ciliciam adeptus B novo bello cum piratis geſto utramque regionem latius domuit, eique adjunxit Iſauriam. Cujus rei præter ceteros teſtes ſunt Cicero contra Verrem: „ Phaſelis illa, quam cepit „ P. Servilius, non fuerat urbs ante Cili„ cum, atque prædonum. Lycii illam Græci „ homines incolebant; ſed quod erat ejuſ„ modi loco, atque ita projecta in altum, ut „ & exeuntes è Cilicia prædones ſæpe ad „ eam neceſſario devenirent; & cum ex hiſ„ ce ſe locis reciperent, eòdem deferrentur, „ aſciverunt ſibi illud oppidum piratæ pri„ mò commercio, deinde etiam ſocietate. C Marcellinus libro XIV. „ Cilicia, & Iſauria „ provincia bello piratico catervis mixtæ „ prædonum à P. Servilio miſſæ ſub jugum „ factæ ſunt vectigales. Juſtinus libro XL.: „ Cilicia bello piratico perdomita in formam „ provinciæ redigitur. Ut cognomen omittam, quod Servilius, quoniam primus Iſauros aggreſſus eſt, Iſaurici ex ea victoria reportavit. Poſtremum fuit bellum, quod cum prædonibus Cn. Pompejo Imperatore eſt geſtum; quo bello Ciliciæ reliquum, quod Romanis non parebat, in poteſtatem adductum, prodit in Mithridatico Appianus; qui idem addit, D Pompejum partes quaſdam Ciliciæ à Tigrane Armeniæ rege occupatas Romanæ feciſſe ditionis, iiſque, qui inopiæ cauſſa piraticam exercuerant, in Mallum, Adana, & Epiphaniam, aliaque deſerta Tracheæ Ciliciæ oppida redactis, Solos inſtauraſſe, oppidum à Tigrane vaſtatum, eoque piratis redactis Pompejopolim appellaſſe. Neque vero Cicero eſt audiendus, qui in Maniliana ad Pompeji laudem dixit: „ Pompejum, ut à Brunduſio „ profectus eſt, undequinquageſimo die to„ tam ad imperium populi Romani Ciliciam „ adjunxiſſe; neque enim Pompeji victoria E tota Cilicia ad jus provinciæ videtur redacta: ſiquidem Eleutherocilices, id eſt, liberi quidam Cilices in monte Amano perpetui Romanorum hoſtes fuerunt, quorum oppida poſt ipſe Pro conſul magnis operibus expugnavit.

Atque hæc quidem eſt Cilicia provincia; quæ ut regiones tres, Pamphyliam, Iſauriam, Ciliciam, ſic tres conventus, Pamphylium, Iſaurium, & Ciliciensem, qui Tarſi agebatur,

complexa eſt. Quod autem in aliis ſæpe provincus factum eit, ut ornandi præſidis cauſſa, cui provincia decernebatur, præcipue vero, ſi cum imperio Proconſulari mitteretur, provinciæ fines augerentur, idem in hac etiam obſervarum eſt; nempe ut qui Ciliciæ præeſſet, non Pamphylıcam ſolum, Iſauricam & Cilicienſem diœceſem io poteſtate haberet, ſed etiam tres alias ex Aſia provincia finitima demptas, atque huic attributas; ut Cn. Dolabella, P. Lentulus, Ap. Claudius, M. Cicero, qui omnes cum Pro-conſulari imperio Ciliciæ præfuerunt, interea dum prætores Aſiam obtinebant. Fueruot autem regiones, Phrygiæ pars, Piſidia, & Lycaonia; diœceſes vero, Cibyratica, Synoadenſis, & Apamenſis. Hoc autem demonſtrat Cicero primum in orationibus, cum inquit: „ Verrem Cn. Dolabellæ Ciliciæ Pro-conſolis „ quæſtorem Pamphyliam, Piſidiam, Phrygiamque totam frumento imperaodo, æſtimandoque afflixiſſe; deinde in epiſtolis, cum Appium Pulchrum Ciliciæ item Proconſulem pariter Phrygiæ, & Lycaoniæ præfuiſſe ſignificat. Nam de ſe Pro-conſule, ex epiſtola ad P. Servilium liquet; in qoa ſcribit aperte: „ provinciæ ſuæ Cilicienſi tres „ Diœceſes Aſiaticas fuiſſe attributas; & ad Atticum, cum ſcribit: „ Idibus Febroarii ſe „ forum egiſſe Laodiceæ Cibyraticum, & „ Apamenſe, ex idibus Mart. ibidem Cynnadenſe, Pamphylium, Iſauricum, ex idibus „ Maji in Cilciam; *& alibi*: In provinciam „ venimus Laodiceam pridie Kal. Sext. ibi „ morati biduum perilluſtres fuimus; honoriſicique verbis omnes injurias revellimus „ ſupèriores; dein Apameæ quinque dies, „ Synnadis triduum, Philomeli quinque dies, „ Iconii decem ſecimus; oihil ea juriſdictione æquabilius. Ubi, cum ſe Laodiceæ ſuperiores injurias revelliſſe dicat, atque Appium ſine dubio ootet, profecto Appium etiam ipſum Laodiceæ jus dixiſſe ſignificat. Neque vero ego aſſentior iis, qui hoc primum M. Cicerooi tributum eſſe exiſtimaot, ut Aſiſticis diœceſibus tribus præfuerit; verom auſim affirmare, omnibus hoc Ciliciæ Pro conſulibus eſſe conceſſum. Itaque L. Flaccus, Prætor Aſiæ, quem Cicero de repetuodis ab Aſianis poſtulatum defendit, Piſidiæ, & Lycaooiæ, ut ea ejus defenſione cognoſcitur, non præfuit. P. autem Servilius, qoi Aſiam Pro-conſule poſt M. Ciceronem obtinuit, cum Laodiceæ jus diaerit, profecto Aſiaticas has juriſdictiones in poteſtate habuit; ut Cicero in epiſtola ad eum demonſtrat, cum rogat eum, ut Laodiceæ hoſpitio Andronis uti velit, cujus & ipſe uſus ſit, dum Ciliciæ Pro conſul tres diœceſes Aſiaticas gubernavit.

Qui vero agri in provincia Cilicia publici fueriot, indicat Cicero in agrariis, cum inquit: „ Jubet veoire, quæ Attalenſium, „ quæ Phaſelitum, quæ Olympenorum fuerint, agrumque Agereoſem, & Oriodicum, „ & Gedoſanum hæc P. Servilii imperio, & „ victoria veſtra facta ſuut.

Ac de Cilicia quidem, dominante populo, hæc invenimus; nam partes ejus, quæ Tarcondimoto, Archelao, Antiocho, & quidem ferè ante Auguſti dominatum, conceſſæ ſuot, quemadmodum poſt ab Imperatoribus provinciæ formæ aſcriptæ ſint, alio volumine oſtendemus.

Lycia vero, ut ſupra dixi, libera fuit; quod cum Livio, tum Straboni credimus ita de illorum Republica diſſerenti: „ Lycii „ adeo civiliter, & continenter vixerunt, ut „ cum oſque in Italiam mari dominarentur, „ tamen nollo turpi quæſtu capii ſint, ſed in „ patria juriſdictione Concilii Lyciaci permanſerint. Sunt autem tres ac viginti civitates, quæ ſuffragii participes ſont; conveniuntque ex unaquaque civitate in commune Concilium, quam ipſi probarint; „ civitatum autem maximæ tribus ſuffragiis „ ſingulæ præditæ ſunt, medioctes duobus, „ aliæ uno; pro portione vero tributa conferunt, aliaque munera obeunt. Sex aotem maximas Artemidorus prodidit, Xanthom, Patara, Olympum, Myra, Tion; in „ Concilio vero primum Lyciarcha deligitur, deinde alii Coocilii magiſtratus, & „ judicia reddunt communiter. Cum autem „ hoc modo regerentur, factum eſt, ut permiſſu Romaoorum liberi fuerint, & patrios „ mores coluerint, ac prædones deletos per „ Servilium Iſauricum viderint. Neque vero ut Lycia libera, ſic etiam immunis fuit, ſed vectigalis una cum Pamphylia, & Piſidia, Phrygiaque, & Cilicia univerſa. Hoc autem ex eo cognoſcitur, qnod objicit Verri Ciliciæ quæſtori Cicero. „ Pro quæſtore vero, „ *inquit*, quomodo commune Myliadum vexarit, quomodo Lyciam, Pamphyliam, „ Piſidiam, Phrygiamque totam frumento „ imperando, æſtimandoque afflixerit, non „ eſt oeceſſe demonſtrate; hoc ſcitote, his „ nominibus, quæ res per eum geſtæ ſunt, „ cum iſte civitatibus frumentum, coria, „ cilicia, ſaccos imperaret, neque ea ſumeret, pro his rebus pecuniam exigeret, his „ oominibus ſolis Cn. Dolabella H-S. ad tricies litem eſſe æſtimatam. Confirmatur etiam ea eo, quod Lycia à M. Antonio poſt in Triomviratu immunitate donata proditur ab Appiano libro Civilium quinto.

CAP. XII.

De Syria.

Ciliciam inde ſequuta eſt *Syria*. Hæc ab Occidente montem habuit Amanum, & mare Syriacum oſque in Ægyptum; ab Oriente Euſratem, & Arabiam deſertam; à Septentrione Taurum; à Meridie cum Arabia Petrea Ægyptum. Amanus autem ipſam à Cilicia, Taurus ab Armenia minore, Euſrates à Meſopotamia ſecrevit. Regiooes inſigniores, teſte Strabone, fuerunt Comagene, Seleucis, Phœnicia, Cœleſiria, & Judæa, quæ & Palæſtina. Seleucia, quod quatuor nobiliſſimis civitatibus, Seleucia, Antiochia, Apamea, & Laodicea inſtructa fuerit, eadem Tetrapolis appellata. Hæc autem, ut etiam Phœnicia, ad mare fuit, reliquæ mediterraneæ. De Comagene, & Judæa, quia proprus præditæ regibus non, niſi ab Imperatoribus, provinciæ factæ ſuot, alio loco: de reliquis in præſenti. Huic regioni univerſæ primum Perſarum reges imperitarunt, poſt, eorum imperio deleto, Alexander Magnus; quo mortuo, cum aliquandiu de illius poſſeſſione inter Satrapas ejus eſſet certatum, tandem Seleucus Antiochi filius cognomento Nicator regnum ejus conſtituit, atque in ea multas civitates ædificavit, maxime autem Seleuciam, Antiochiam,

chiam, Apameam, Laodiceam, atque Berœam. Regnum inde poſteri ejus deinceps acceperunt, Antiochus Soter, Antiochus Theus, Seleucus Callinicus, Seleucus Ceraunus, Antiochus Magnus, qui Syriæ regoo Ciliciam, Aſiæque cis Taurum, & Thraciæ partem adjunxit. Cum hoc Romani primum bellarunt, cauſſam belli præferentes, quod Lyſimachiam in Thracia ad ſe pertinentem occupaſſet; atque ei, L. Scipione Aſiatico Imperatore prælio apud Sipylum montem ad Magneſiam profligato, has, ut inquit Livius, conditiones pacis dederunt: „ Ut Europa abſtineret, Aſiaque omni, quæ cis Taurum „ eſt, decederet; pro impenſis in bellum fa„ ctis XV. millia talentorum Euboicorum „ daret, mille talentum per XII. annos pen„ deret, Eumeni Pergami regi CD. talenta „ redderet. Hunc deinceps Antiochus Philopater eſt conſequutus, Philopatrem autem Epiphanes; qui, cum Ptolemæum Philometorem Ægypti regem invaſiſſet, miſſo à Romanis Popillio legato, incœpto deſiſtere eſt coactus. (9) Inde Antiochus Eupater Epiphanis filius puer, Lyſia tutore, regnavit; ad quem cum Cn. Octavius legatus miſſus eſſet de elephantis, quos contra fœdus alebat, à Leptine quodam eſt interfectus. Poſt multas inde Seleucidarum inter ſe diſſenſiones, expulſiones, & neces regnum ad Antiochom cognomento Euſebem pervenit, qui fuerat Antiochi regis cognomento Cizyceni filius; quem quidem Tigranes Rex Armeniæ regno ejecit, Syriamque annis XIV. obtinuit. Cum autem Mithridatico bello conflato Lucullus Tigranem Mithridatis affinem perſequeretur, Antiochus, qui Aſiaticus appellatus eſt, Euſebis filius, Syriam, avitum quippe regnum, recepit, eamque poſtea permiſſu Luculli retinuit. Pompejus autem Luculli inimicus, & in eo bello ſucceſſor, ne quid ratum relinqueret, quod ab eo actum eſſet, Syriam Antiocho ademit, cum diceret, Seleucidis Syriæ poſſeſſione à Tigrane dejectis, jure eam ditionis Romanorum, qui Tigranem ſuperaſſent, factam eſſe; atque ita totam Syriam, excepta Comagene, & Judæa, quibus reges reliquit, in provinciæ formam redegit, & M. Scaurum decedens præfectum ibi reliquit; ut Appianus, Dio, Plutarchus, & Joſephus, unde hæc hauſimus, prodidere. Scauro inde L. Philippus, Philippo Cn. Lentulus ex prætura ſucceſſerunt; deinde ex Conſulatu A. Gabinius, & poſt Gabinium M. Craſſus; quo in Meſopotamia à Parthis, qui ultra Syriam tum omnia poſſidebant, ab ipſo laceſſitis, interfecto, C. Caſſius Craſſi quæſtor provinciam tenuit, in ejuſque locum multis poſt Conſulatum annis M. Bibulus; ſequutum eſt inde bellum civile, in quo P. Scipio Pompeji ſocer eam obtinuit. Pompejo vero profligato, cum Sex. Julius à Cæſare victore ei præpoſitus à Cæcilio Baſſo Pompejanarum partium homine deletus fuiſſet, C. Antiſtius Cæſaris fautor imperium arripuit, ut ſe etiam à M. Criſpo, & L. Statio Murco paſſus ſit obſideri. Moriuo inde Cæſare Senatus Syriam P. Dolabellæ Conſuli, cum ab eo Trebonium in Aſia interfectum accepiſſet, ademit, atque eam ad C. Caſſium, qui Baſſi ad ſe exercitum traduxerat, tranſtulit. Caſſio vero prælio Philippenſi interfecto, M. Antonius Triumvir, cui Oriens à collegis permiſſus fuerat, in Ægyptum decedens primum Decidium Saxam, deinde, eo à Labieno exule Romano deleto, P. Ventidium legatum præfecit.

Neqoe tamen quicquid Eufrate concluderetur jus à prætore Syriæ accepit; nam præter Comageais, & Judææ reges, multi alii dynaſtæ, ac tyranni regiuncularum Syriæ fuerunt, quorum alios Romani impoſuerunt, alios eſſe, cum ante eſſent, paſſi ſunt, ut Chalcidicæ, Emeſæ, Trachonitidis, Batanææ, & Abellinæ, unde dixit Cicero de Gabinio Syriæ Pro-cos. in oratione de provinciis: „ In „ Syria, Imperatore Gabinio, nihil aliud actum „ eſt, niſi pactiones pecuniarum cum tyrannis; & Cæſar libro tertio de P. Scipione: „ Sci„ pio detrimentis quibuſdam circa montem „ Amanum acceptis ſeſe Imperatorem appel„ laverat; quo facto civitatibus, tyranniſque „ magnas imperaverat pecunias; de quibus tyrannis tum dicemus, cum de illorum regno in provinciam ab Imperatoribus redacto agemus.

Quin etiam vectigalium, & juriſdictionis provinciæ Syriæ iidem auctores ſunt; Cicero quidem de Gabinio: „ Jam vero publicanos „ miſeros tradidit in ſervitutem Judæis, & „ Syris; ſtatuit ab initio jus publicano non „ dicere; pactiones ſine ulla injuria factas „ reſcidit, cuſtodias ſuſtulit, vectigales mul„ tos, ac ſtipendiarios liberavit; quo in oppi„ do ipſe eſſet, aut quo veniret, ibi publi„ canum, aut publicani ſervum eſſe vetuit. Cæſar autem de Scipione: „ A publicanis „ ſuæ provinciæ debitam biennii pecuniam „ exegerat, & ab eiſdem in ſequentis anni „ mutuam præceperat, equiteſque toti pro„ vinciæ imperaverat. Antiochiæ vero conventum celeberrimum fuiſſe præter ceteros, facile crediderim.

CAP.

(9) Contendebant de Regno duo Ptolomæi fratres. Major Regno expulſus auxilium ab Antiocho poſtulavit. Is cum magno exercitu totam fere Ægyptum occupaverat, uſque ad Alexandriam obſidione jam tentatam adſpirabat. Minor Ptolomæus, & Cleopatra ſoror à Senatu opem Regno, Regibuſque Populi Romani amicis implorarunt. Senatus C. Popilium Lænatem, C. Decimum, & C. Hoſtilium legatos miſit ad finiendum inter illos bellum. Prius Antiochum, dein Ptolomæum adire juſſi, & nuntiare, ni abſiſtatur bello, per utrum ſtetiſſet, eum non pro amico, nec pro ſocio habituros eſſe. Interim pax inter fratres facta, legatique à Ptolomæo majore ad Antiochum miſſi, qui et gratias agerent, rogarentque uti exercitum, claſſemque ab Ægypto revocaret. Non revocaturum ſe dixit, niſi & tota Cypro, & Peluſio, agroque, qui circa Peluſianum oſtium Nili eſſet, ſibi cederetur. Præſtitutaque ad reſpondendum die, poſtquam dies præteriit, iterum Alexandriam contendit. Quatuor millia ab Alexandria Legati Romani ei occurrerunt, quos cum advenientes ſalutaſſet, dextramque Popilio porrigeret, Popilius loco dextræ ſebelias ſcriptum Senatus conſultum habentes porrexit, atque omnium primum id legere jubet. Quibus perlectis, cum ſe conſideraturum adhibitis amicis quid faciendum ſibi eſſet, dixiſſet, Popilius virga, quam in manu gerebat, Regem circumſcripſit, *ac priuſquam hoc circulo excedas*, inquit, *redde reſponſum Senatui quod referam*. Obſtupefactus tam violento imperio parumper cum hæſitaſſet; *Faciam*, inquit, *quod cenſet Senatus*. Indeque ab Ægypto exceſſit. Liv. lib. 45.

CAP. XIII.

De Bithynia, & Ponto.

EOdem vero tempore, quo Syria, etiam cum Ponto Bithynia eſt adjoncta; quarum regionum hos Romanum ante imperium fines, huncque fuiſſe ſtatum reperio. Bithyni ad Propontidem, & Pontum cognomento Euxinum uſque ad Sangarium amnem incoluerunt, poſt Bithynos uſque ad Parthenium Mariandeni, poſt hos uſque ad Halym Paphlagones, deinceps trans Halym Cappadoces uſque ad Tibarenos, & Colchos. Ut autem Bithynis reges Bithynici impetarunt, ſic Mariandenis Heracleotæ, Paphlagonibus maritimis Pontici, Cappadocibus Cappadocici. Quam partem reges Bithyniæ tenueront, ea ſemper Bithyniæ nomine nuncupata fuit; quam Heracleotæ, & reges Pontici, præcipuo Ponti ſignata nomine eſt; reliqua vero trans Halym amnem, aut Cappadociæ, aut, quoniam Pontus aliquando Cappadocia Pontica dicta eſt, majoris Cappadociæ nomen obtinuit; quemadmodum Strabo noſtræ huic diſputationi convenientiſſime tradidit.

In Bithynia porro multis ante Alexandrum Magnum ſæculis regnari cœptum fuerat, ſi Memnoni, & Appiano auctoritatem tribuimus. Nam Dildaſus, & Botiras ætatem Alexandri præceſſerunt. Bas autem Botiræ filius Alexandri fuit æqualis; quippe qui Calanto Alexandri duci reſtiterit, & Macedonas à Bithynia, teſte Memnone, propulſarit. Bao inde Zipœtes eſt conſequotus, qui cum Lyſimacho, & Antiocho Seleuci filio decertavit; Zipœtem Nicomedes, qui regnum Bithyniæ ſtabilivit, & urbem Nicomediam condidit, ac Galatas in Phrygiam advocavit, unde pars ea Galatiæ poſtea nomen invenit. Nicomedem excepit Zielas, & Zielam Pruſias, qui Pruſiadem ædificavit, & cum Attalo Pergameno rege armis contendit; cumque ſe Perſico bello Macedonico medium geſſiſſet, Romam pileatus, populi Romani ſe libertum appellans, venit; primuſque, quantum apparet, cum populo Romano ſocietatem inivit. Pruſiæ inde nepos Nicomedes, cognomento Philopater, Rex à Senatu appellatus, & à Mithridare Eupatore Ponti rege per fratrem ipſius minorem Socratem, cognomento Chreſtum, regno pulſus, à Romanis per legatos Aquillium, & Mancinum reductus, ruſus præſentibus legatis exactus, poſtea à L. Sulla Pro cos. reſtitutus, ut refert Appianus. Quibus beneficiis provocatus Nicomedes filius, moriens Bithyniæ regnum teſtamento populo Rom. reliquit, L. Lucullo, M. Cotta Coſs. anno urbis ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono, ut ſcribit Eutropius; quod regnum Romani in provinciæ formam, teſte Livio, redegerunt, atque per A. Pompejum Bithynicum Romam ſupellectilem omnem regiam, ut inquit Feſtus, devexerunt.

De Ponto autem utroque hæc habemus in annalibus. Inter Mariandenos, ut dixi, à Sangario uſque ad Parthenium dominati Heracleotæ ſunt. Hi primum liberi legibus ſuis, deinde tyrannorum imperio paruerunt, Clearchi, Satyri, Timothei, Dionyſique, qoi Alexandro Magno mortuo Antigonum Aſiæ regem auxilio juvit, & poſtremo Clearchi, atque Oxathris fratrum, quos Lyſimachus

A ſucceſſor Alexandri necavit; quo ſublato ipſi iterum ſe vindicarunt in libertatem, fœduſque cum Romanis, Paullo Æmilio bellum cum Perſeo rege Macedoniæ gerente, fecerunt; quemadmodum in Memnonis commentariis ſcriptum eſt; ad extremum autem in ditionem Mithridatis Eupatoris Ponti regis potentiſſimi conceſſerunt. Pontici vero reges regionem Paphlagoniæ maritimam à Parthenio uſque ad Halym, in eaque oppida Amaſtrim, Cytorum in Synopen, & trans Halym Amiſum, poſſederunt. Hanc autem regionem, aot certe partem ejus primus occuparat Mithridates Ariobarzanis filius, regio Perſarom genere oriundus. Laomedonte poſt
B mortem Alexandri Magni deleto Pharnaces inde ab hoc ſextus Synopen cepit. Cujus filius Mithridates Evergetes ſocium ſe populo Romano adverſus Ariſtonicum Aſiatico bello adjunxit. Omnes autem Ponticos reges opum, ac gloriæ magnitudine vicit filius Mithridates Eupator, à primo, ut ſcribit Appianus, octavus; quippe qui ab Oriente Cappadociam majorem, & Colchos, & Boſphorum, ab Occidente Heracleotarum regionem Pontico regno armis adjecerit; glorioſiſſimus omnium ac maximus ætatis ſuæ Rex futurus, niſi Romanorum in ſe arma graviſſimis inferendis injuriis, convertiſſet. Nam cum Nicomedem regem Bithynia expuliſſet, atque inde Aſiam,
C trucidatis uno die civibus Rom. omnibus, ac deinceps Græciam populi Romani provincias invaſiſſet, à L. Sylla cedere coactus, rurſus cum Bithyniam jam populi Romani provinciam occupaſſet, à L. Lucullo non Bithynia ſolom, ſed etiam Ponto expulſus, tandem à Cn. Pompejo, & patrio regno, quod ſob Luculli diſceſſum recuperaverat, & vita ipſa exutus eſt. Quo facto Pompejus ex Senatus ſententia Pontum utrumqoe à Sangario uſque ad Halym una cum Bithynia in provinciæ formam redegit, ut Livius, & Appianus auctores ſunt; legemque Ponticis, ac Bithynis ex decem legatorum ſententia dedit; cujos meminit in epiſtolis ad Trajanum
D Bithyniæ prætor Plinius: cujus unum caput fuit hujuſmodi: „ Ne quis caperet magiſtra- „ tum, neve eſſet in Senatu minor annorum „ triginta; & ut, qui cepiſſet magiſtratum, „ eſſet in Senato; neque qui in bulen à Cen- „ ſoribus legerentur, pecuniam darent; & „ ut aſcriberent ſibi, quos vellent cives, „ dum civitatis non eſſeat alienæ, ſed ſua- „ rum quiſque matrum civitatum, quæ eſſeot „ in Bithynia; eadem lege ſancitum, quibus de cauſſis à Senatu Cenſoribus ejiciantur, inter quas nihil de cive alieno cautum eſt. Quod autem Appianus juſto volumine, cui Mithridatici nomen impoſuit, eſt complexus, idem etiam invenio ſcriptum apud Strabo-
E nem, meliorem multo, quam ille, ſcriptorem his verbis: „ Mithridates Eupator Ponti „ Rex fuit; regionem vero tenuit ab Haly „ flumine uſque ad Tibarenos, & Armenios, „ & ejus regionis, quæ eſt intra Halym, lo- „ ca uſqoe ad Amaſtrim, & quaſdam Paphla- „ goniæ partes; aſcivit etiam otam mariti- „ mam, uſque ad Heracleam ab Occidente, „ à contraria vero parte uſque ad Colchi- „ dem, & minorem Armeniam, quas item „ Ponto adjunxit; & Pompejus, qui illum „ averrit, cum his finibus regionem circum- „ ſcriptam accepiſſet, Armeniam, & Colchi- „ dem regibus ſociis dedit, reliqua vero in

„ un-

„ undecim politias diſtribuit, & Bithyniæ „ addidit, ita ut ex ambabus una efficeretur „ provincia; *& poſt*: Sublatis regibus, Romani eoſdem terminos ſervavere, ut Heracleam Ponto concederent, ulteriora Bithyniis; *& poſt*: Regionem ab Haly uſque ad „ Bithyniam in maritimam, & mediterraneam diviſam tenuit Eupator; maritimam „ quidem uſque ad Heracleam, mediterraneæ vero partem proximam, cujus etiam „ partes quaſdam trans Halym protulit; (nam Amiſus trans Halym ejus fuit;) „ atque hactenus provincia Pontica Romanis eſt terminata. Ut autem Pompeji victoria Pontus Imperio Romano acceſſit, ſic, cum idem poſt bello civili à Pharnace Mithridatis filio Boſpori rege capta Amiſo, eſſet tentatus, facile per C. Cæſarem victorem ex Ægypto redeuntem aut recuperatus, aut retentus eſt; quam victoriam ille tanti fecit, ut de Ponto triumphaturus titulum illum victoriæ celeritatem indicantem prætulerit, Veni, Vidi, Vici. (10) De Heracleæ vero poſt hanc victoriam ſtatu ſic Strabo: „ Heraclea prius libera, deinde tyrannis ſubjecta fuit; tum rurſus ſe in libertatem vindicavit; poſtea, cum ſub Romanis eſſet, „ regi paruit; accepit autem coloniam Romanorum in parte civitatis, & agri; cum „ autem hanc partem civitatis ab Antonio „ Adiatorix Menecllii tetrarchæ Galatarum „ filius accepiſſet, quam tenebant Romani, „ Heracleotæ paulo ante res Actiacas noctu „ in Romanos impetum fecerunt, eoſque jugularunt, juſſu, ut ille dicebat, Antonii; „ poſt victoriam autem Actiacam in triumpho ductus una cum filio jugulatus eſt; „ civitas autem Ponticæ provinciæ eſt ejus, „ quæ cum Bithynia conſtituta eſt. De Amiſo vero in hunc modum: „ Amiſum trans „ Halym Eupator ornavit; hanc Lucullus „ primum, deinde trajecto Boſporo Pharnaces obſedit, Antonius autem regibus conceſſit à divo Cæſare liberatam. Deinde à „ Stratone tyranno male tractata, rurſus ab „ Auguſto poſt res Actiacas liberata, nunc „ optime conſtituta eſt.

Ut autem reliquis provinciis, ſic Bithyniæ vectigalia eſſe impoſita, indicant ſocietates publicanorum, quæ ibi fuerunt; de quibus admonet nos Cicero, ſcribens ad Craſſipedem quæſtorem: „ Volo te ſcire, „ *inquit*, me in primis amicum eſſe huic Bithynicæ ſocietati; te rogo, ut ejus rem, „ & utilitatem, cujus rei quantam poteſtatem quæſtor habeat, non ſum ignarus, per „ te defenſam, & auctam velis.

CAP. XIV.

De Cypro.

Ex Aſiaticis autem provinciis ultima fuit Cyprus. Hanc inſulam Ciliciæ oppoſitam modo propriis tyrannis, modo Perſarum regibus olim ſubjectam, poſt Alexandrum Magnum, à Ptolemæis Ægypti regibus poſſeſſam, ad extremum Ptolemæus quidam Ptolemæi Auletis Ægypti regis frater tenebat. De hoc igitur rege, qui (ut verbis Ciceronis in Sextiana utar) „ ſi nondum erat ipſe „ à Senatu ſocius appellatus, erat tamen „ frater ejus regis, qui cum eſſet in eadem „ cauſſa, jam erat à Senatu illum honorem „ conſequutus, erat eodem genere, iiſdemque majoribus, eadem vetuſtate ſocietatis, „ denique erat Rex, ſi nondum ſocius, at „ non hoſtis; pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani regno paterno, atque „ avito regali ocio perfruebatur; de hoc inquam rege, nihil cogitante, nihil ſuſpicante, (Piſone, Gabinioque Conſulibus) „ P. Clodius „ Tribunus plebis legem tulit, ut præconi „ publico ſubjiceretur, ac nulla commemorata injuria, nullis repetitis rebus cum bonis omnibus publicaretur, & ad id negotium M. Cato cum prætorio imperio mitteretur. Rex autem, cum Catonem hac rogatione adverſus ſe armatum venire audiſſet, vim haud ſibi expectandam ratus, veneno ſibi mortem conſcivit. Cato in Cyprum nemine obſiſtente ingreſſus, inſulam ſine ullo Cypriorum certamine, teſte Dione, conſtituit, ac ſupellectilem omnem regiam, quæ precioſiſſima erat, Romam poſtero anno, Lentulo, & Metello Coſs. anno urbis ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo deportavit. Vellejus Cyprum tum Senatus conſulto, miniſterio Catonis, regis morte, provinciam factam ſcribit, ſed falſo; nam Cicero aperte hoc lege Clodia confectum demonſtravit, in oratione, quam pro domo ſua in Clodium invectus ad Pontifices dixit: „ Tua vero quæ „ tanta impudentia eſt, inquit, ut audeas „ dicere extra ordinem dare cuiquam nihil „ oportere; qui cum lege nefaria Ptolemæum „ regem fratrem regis Alexandrini, eodem „ jure regnantem, cauſſa incognita publicaſſes, populumque Rom. ſcelere obligaſſes, „ cum in ejus regnum bona, fortunas latrocinium hujus imperii immiſiſſes, cujus cum „ patre, avo, majoribus ſocietas nobis, & „ amicitia fuiſſet, hujus pecuniæ deportandæ, & ſi quis ſuum jus defenderet, bello „ gerendo M. Catonem præfeciſti. Atque hoc quidem confirmatur etiam in epitoma Livii centeſima quarta; in qua eſt, lege lata de

(10) Pharnaces Mitridatis filius, videns patrem pene Romanorum armis oppreſſum, Boſpori regnum parricidio ſibi comparavit. Plures jam in Mitridatem conjuraverant, ex quibus nonnulli pœnas ei dederunt. Ipſe a conjuratione non expers, & dignas pœnas metuens, & in præmium à Romanis regnum ſe habiturum ſperans, cum non modica militum manu ad patrem opprimendum pergit. Is jam veneno, ferroque ſibi mortem conſciſcere conatus fuerat, quem impotem factum milites Pharnacis trucidaverunt, cui Pompejus Boſpori regnum conceſſit. Eo fuit contentus uſque ad bellum civile Pompejanum. Quo fervente, atque Cæſare ad Alexandriam laborante, prius Armeniam minorem Dejotari, Capadociamque Ariobarzanis, poſt Pontum regnum paternum occupavit. Victa à Cæſare Ægypto, illum is aggreſſus eſt, ipſaque die, qua contra eum caſtra poſuit, ut ait Dio lib. 42., vel poſtridie ejus diei, ut narrat Hirtius, eum ſuperavit. Ad Zelam uterque caſtra poſuerat, atque uterque ſingulos excelſiores tumulos occupaverat. Cum repente incredibili temeritate Pharnaces munitiſſimum locum ſuum deſerens in caſtra Cæſaris ex iniquo loco impetum facere contendit. Tum Cæſar eductis legionibus, tantamque hoſtis increpans dementiam prælium commiſit, quod tamen non ſine parvo negotio obtinuit. Hinc in triumpho ille titulus: Veni, Vidi, Vici.

A de redigenda in provinciæ formam Cypro, & publicanda pecunia regia, M. Catoni adminiſtrationem ejus rei eſſe mandatam. Id autem à Clodio factum ulciſcendæ injuriæ cauſſa, quod Rex ſe olim à piratis captum neglexiſſet, adjicit cum Strabone Dio.

Quanquam autem Cyprus ſeparata provincia, ut inquit Strabo, eſt inſtituta; placuit tamen Senatui, quo honos, credo, P. Lentulo, Ap. Claudio, & M. Ciceroni, Proconſulibus haberetur, ut iidem cum Cilicia Cyprum quoque tenerent; ita tamen ut ex inſula Cyprios non poſſent evocare. De Lentulo teſtis eſt Cicero in epiſtolis, quas ad eum ſcripſit; de ſe in iis, quas ad Atticum:
B „ Q. Voluſium, *inquit*, miſi in Cyprum, ne „ cives Romani, qui ibi negotiarentur, jus „ ſibi dictum negarent; nam evocari ex in„ ſula Cyprios non licet. An vero Clodii Tribuni plebis, an P. Lentuli Conſulis (nam & hæc commemoratur) rogatione, leges datæ Cypriis ſint, parum liquet. Poſt Ciceronis autem Pro-conſulatum, ut à Ciliciæ præſide tres Aſiaticæ diœceſes, ſic etiam Cypri adminiſtratio eſt ablata, ac proprius, ut ex lege debuit, prætor cum ſuo quæſtore in eam miſſus eſt. De prætore elicitur ex Strabone, qui Cyprum à Romanis prætoriam provinciam per ſe factam ſcribit; de quæſtore, ex ipſomet Cicerone, qui Seſtilium Ru-
C ſum quæſtorem primum in eam inſulam, & quidem poſt ſe Pro-conſulem veniſſe aſſerit in epiſtola, quam ad eum ſcripſit. „ Omnes „ tibi, *inquit*, commendo Cyprios, ſed ma„ gis Paphios; quibus tu quæcunque commo„ daris, erunt mihi gratiſſima. Eoque facio „ libentius, ut eos tibi commendem, quod „ & tuæ laudi, cujus ego fautor ſum, con„ ducere arbitror, cum primus in eam inſu„ lam quæſtor veneris, ea te inſtituere, quæ „ ſequantur alii: quæ, ut ſpero, facilius „ conſequêre, ſi & P. Lentuli neceſſarii tui „ legem, & ea, quæ à me conſtituta ſunt, „ ſequi volueris. Quæſtor autem Seſtilius primus propterea in Cyprum venit, quod
D Lentuli, & Appii, & Ciceronis quæſtores aliis fortaſſe Ciliciæ provinciæ curis diſtracti, in eam venire nequiverint; ſiquidem Cicero Q. Voluſium miſit hominem non quæſtorem, ſed privatum. Veniſſe vero Seſtilium poſt Cilicienſe Ciceronis imperium, apparet ex iis verbis: „ Si ea, quæ à me conſtituta „ ſunt, ſequi volueris.

Eadem inſula, cum poſtea à C. Cæſare Dictatore, ut ſcribit Dio, à M. Antonio Triumviro, ut Strabo, Arſinoæ Cleopatræ ſorori eſſet adjudicata, poſt mortem eorum, populo Romano eſt reſtituta.

CAP. XV.

De Africa.

Atque has quidem provincias in Aſia populus Rom. confecit; nunc, quas tandem in Africa conſtituerit, exquiramus. Ceterum Africæ, tertiæ orbis terrarum partis, à freto Herculeo uſque ad Ægyptum pertinentis, prima ab Occidente regio Mauritania fuit, ſecunda Numidia, tertia Libya, ultima Ægypto finitima Cyrenaica. Mauritaniæ, & Numidiæ finis amnis Mulocha; Numidiæ & Libyæ Tuſca; Libyæ, & Cyrenaicæ Aræ Philænorum; Cyrenaicæ, & Ægypti Catabathmus. Ultra Mauros ad Meridiem occidentales inſederunt Æthiopes, ultra Numidas Gætuli. Numidiæ partem unam incoluere Maſæſuli, altera Maſſyli; Maſæſuli prope Mauritaniam, Maſſyli prope Libyam, Apſaga flumine inter ſe diviſi.

Cum Romani bellum Africæ intulerunt, Mauritania reges ſuos Bocchi ejus, qui poſtea amicitia populi Romani floruit, proavos habebat; Maſæſuli vero Syphacem, Maſſyli Galam Maſſiniſſæ patrem. Libya, quæ eadem & Africa dicta, Carthaginienſibus libero jampridem, ac præpotenti populo obtemperabat. Cyrenas Ptolemæi Ægypti reges poſſidebant.

Cum Carthaginienſibus (11) autem tria bella Romani geſſerunt, nomine quidem pro ſociis, re vero pro imperio, cujus utraque gens præter ceteras avida fuit. Primum bellum pro Mamertinis ſuſceptum in Sicilia cum multis Pœnorum ducibus, ſed ad extremum cum Amilcare geſtum eſt, ut ſupra diximus. Secundum in Hiſpania, Italia, & Africa cum Annibale Amilcaris filio pro Saguntinis, idque hac occaſione: Poſt res priore bello compoſitas Romani extremum hoc cum Aſdrubale, Amilcaris genero, Pœnorum in Hiſpania duce fœdus percuſſerant: „ Ne Pœ„ ni armati Iberum flumen tranſirent; neve „ Saguntinos trans Iberum populi Romani „ ſocios divexarent. Cum autem, Aſdrubale mortuo, Annibal Amilcaris filius imperium ſuſcepiſſet, Romanos ſtatim Sagunto expugnan-

(11) Primi Carthaginienſes extra Italiam traxerunt Romanos exercitus. Inter Mamertinos, & Hieronem Syracuſarum Regem bellum ortum fuerat. Hieronem adjuvabant Carthaginienſes cum illo fœderati. Mamertini Romanorum auxilium implorarunt. Senatus cenſuit Mamertinis contra Carthaginienſes, Hie-
E ronemque auxilium ferendum. Res ad Populum acta contrariis propter tantam belli molem ſententiis diſtrahebatur. Transgreſſi fretum equites Romani, plures victorias contra Hieronem obtinuerunt, cui petenti pax data eſt. Tum demum Populus Romanus contra Carthaginienſes in bello perſeverantes periculum ſuſceperunt. Hinc in Sicilia, in Africa, terra, marique vario Marte pugnatum. Victis demum ad Ægates inſulas Carthaginienſibus pacem, quam petierant, Romani dederunt. Ex qua Romani Siciliam, quæ fuerat Carthaginienſium, obtinuerunt, quo alterum Prætorem tum primum creatum quotannis miſerunt. Verſa Carthaginienſium arma in Hiſpaniam. Eò & Romani eorum continendorum cauſa ſe verterunt, pluresque ſocietates contraxerunt. Amilcar erat maximus Carthaginienſium Dux, qui in Hiſpania Punicum dilatabat imperium, meditans poſt Hiſpanias, Italiam, Romamque impetere. Fertur ejus filium Annibalem in puerili adhuc ætate ſacris adhibuiſſe, adegiſſeque jurare, ſe cum primum poſſet hoſtem populo Romano futurum. Defuncto in Hiſpania Amilcari ſucceſſit Aſdrubal, qui immaturam videns rem Romanam, pactionem iniit, ut utriuſque Imperii finis flumen eſſet Iberus, Saguntinique inter utroſque liberi eſſent. Interfectus à ſervo quodam Aſdrubal: ſuffectuſque Annibal in imperio. Is diem veniſſe cenſens ad invadendam Italiam, reliquis domitis Hiſpanis, Saguntum aggreditur. Hinc iterum excitati Romani, bellum Punicum ſecundum confectum, cujus præmium tota fuit Hiſpania, reliquaque Sicilia Romanis. Tertium Carthaginienſe bellum ſuſceptum, ut tandem ab omni Civitatis illius terrore ſe liberarent Romani. Ea igitur ſublata in omnem luxuriem collapſus Populus Romanus eſt.

Digitized by Google

A gnando, atque ibero contra fœdus cum exercitu trajiciendo, bello omnium acerrimo, atque clariſſimo provocavit; cui poſtea per plures duces in Hiſpania, Italia, atque Africa varia fortuna, ac dubia ſpe victoriæ adminiſtrato, anno tandem ·eptimo decimo, P. Cornelius Scipio, ſuperato acie in Africa, quò bellum denique translatum erat, Annibale, finem impoſuit, atque inde Africani cognomen retulit; tum vero, teſte Livio, pax Carthaginienſibus his legibus data eſt: „ Ut liberi legibus ſuis Carthaginienſes viverent; quas urbes, quoſque agros, quibuſque finibus ante bellum tenuiſſent, tenerent; perfugas, fugitivoſque & captivos **B** omnes redderent Romanis, & naves roſtratas præter triremes traderent, elephanteſque, quos haberent domitos, neque domarent alios; bellum neve in Africa, neve extra Africam injuſſu populi Romani gererent. Maſſiniſſæ res redderent, fœduſque cum eo facerent: decem millia talentum argenti deſcripta penſionibus æquis in annos quinquaginta ſolverent, obſides centum arbitratu Scipionis darent. Tertium inde bellum eo nomine iis indictum eſt, quod contra fœdus naves haberent, & extra fines exercitum eduxiſſent, & Maſſiniſſæ ſocio arma intuliſſent. Quod bellum quarto anno, ductu, auſpiciiſque P. Scipionis Æmiliani, **C** Pauli Æmilii natura filii, ac P. Scipionis Africani adoptione nepotis, anno urbis ſexcenteſimo quinto, confectum eſt. Quo bello urbe capta, atque incenſa, & ſolo conſecrato, regio Africæ, quæ Carthaginienſibus erat ſubjecta, in provinciam eſt relata. Atque hoc quidem prodidit in Libyca Appianus. „ Capta urbe, decem, *inquit*, ex ſuo ordine „ Senatus lectiſſimos viros miſit, qui Libyam „ cum Scipione è re Romanorum componerent; qui quidquid reliqui erat Carthaginis exciderunt; eamque incoli vetuerunt, „ ſed conſecrarunt; civitates Pœnorum amicas deleverunt. Romanorum ſocios parto „ agro donarunt, Uticenſes in primis, qui **D** „ ſe initio belli dediderant, agro ab una „ parte Carthaginem, ab altera Hipponem „ contingente; reliquis tributum impoſuerunt agris & corporibus, viris æque, ac „ mulieribus; inſtitueruntque, ut quotannis „ eò prætor mitteretur. Confirmant etiam alii. Nam de urbis conſecratione ſic in agrariis Cicero: „ Tum ipſam veterem Carthaginem vendunt; quam P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus ſuis ad notandam „ Carthaginienſium calamitatem, ſive ad teſtificandam noſtram victoriam, ſive ad oblatam aliquam religionem ad æternam hominum memoriam conſecravit. De regione autem magiſtratui ſubjecta in hunc mo- **E** dum Salloſtius: „ Bello Jugurthino pleraque ex Punicis oppida, & fines Carthaginienſium, quos noviſſime habuerant, populus Romanus per magiſtratus adminiſtrabat. Neque vero hoc loco audiendus eſt Strabo, qui ſcribit, regionem Carthaginienſium provinciam quidem eſſe factam, verum Maſſiniſſæ, ac poſteris ejus traditam; neque enim tum provincia fieri dicitur, cum ſocio regi, ſed cum Romano magiſtratui adminiſtranda permittitur; aliquot tamen ex hac provincia oppida Maſſiniſſæ permiſſa, crediderim; ſiquidem Leptim bello Jugurthino in Jugurthæ regis Numidiæ, Maſſiniſſæ nepotis, poteſtate fuiſſe, ſcribit Salluſtius.

Huic autem provinciæ, ut etiam Hiſpaniis, tributum, & vectigal impoſitum eſt. Tributum quidem in capita, vectigal vero in agros Appianus interpretatur; atque hoc idem, credo, Cicero etiam voluit, cum in Balbi defenſione, *Afros agris, ſtipendioque mulctatos* dixit; & in Verrem, cum *pleriſque Pœnorum impoſitum vectigal certum, quod ſtipendiarium dicitur, quaſi victoriæ præmium, ac pœnam belli*; in oratione autem pro Pompejo Africam certe inter tria frumentaria Romæ præſidia numeravit; ex quo intelligere poſſumus, ut in aliis provinciis, ſic in Africa, vectigal frumentarium per publicanorum ſocietates eſſe tractatum; unde illud eſt ad Q. Valerium: „ Cuſpius fuit bis in Africa, „ cum maximis ſocietatis negotiis præeſſet.

In eadem Carthago, quæ colonia à C. Graccho propter adverſa omina deduci non potuerat, poſt à C. Cæſare Dictatore inſtaurata, atque deducta eſt, ut Strabo cum Dione teſtatur. Leptitani vero cum Jugurthæ regi parerent, initio belli Jugurthini ad Beſtiam Conſulem, & poſtea Romam miſerunt, amicitiam, ſocietatemque rogatum; ubi ea impetrarunt ſemper boni, ut inquit Salluſtius, fideleſque manſere.

Jam vero conventus in Africa Uticenſem, Thapſitanum, & Adrometanum Hirtius celebrat in libro de bello Africo, ubi item liberam Accillam, Leptim liberam, & immunem, & P. Sittium Equitem Rom. de conventu Uticenſi, & negociatores Italicos, aratoreſque bello Africo permultos in Africa fuiſſe prodit.

Ex iis autem, qui hanc provinciam cum imperio obtinuerunt, inſignes fuere C. Adrianus, qui, teſtibus Livio, & Pediano, à provincialibus propter crudelitatem, & avaritiam Uticæ in prætorio ſuo combuſtus eſt, & L. Catilina conjurationis auctor, qui ab iiſdem de repetundis eſt poſtulatus.

CAP. XVI.

De Cyrenaica, & Creta.

AFricæ vero affinis Cyrenaica Libya pars nimirum fuit Africæ univerſæ, à Cyrenis quidem, urbe nobiliſſima Cyrenaicæ, Pentapolis vero à quinque inſignibus urbibus Berenice, Arſinoë, Ptolemaide, Apollonia, & Cyrenis ipſis nomen adepta. Ultra quam pars porrecta fuit Ægypti, quæ Arida Libya dicta eſt, in qua, teſte libro vigeſimo ſecundo Marcellino, oppida fuerunt Parætonium, Cherecla, & Neapolis. His ergo duabus Libyis Cyrenaicæ, & Aridæ reges ex Ægyptiorum regum genere præfuerunt, atque ab his regibus hæ duæ regiones non vi, ſed liberalitate deinceps ad Romanos pervenerunt. Fuerunt autem, quantum ego intelligere poſſum, Ptolemæi duo, ſuperior, qui moriens Cyrenas Populo Romano teſtamento reliquit, cum eo ut liberæ eſſent; poſterior, cognomento Apion, qui cum Cyrenaica Aridam etiam Libyam. Quæ quidem quoniam apud veteres ſcriptores parce admodum, obſcureque traduntur, verba eorum, ne quem fallam, mihi proferenda videntur, ut ea pro ſuo quiſque judicio interpretetur. Sic igitur Jornandes: „ Libyam, id eſt, Pentapolim to- „ tam à primo illo Ptolemæo Romanis ſub „ li-

A „ libertate conceſſam, tamen reſiſtentibus
„ dehinc Apionis conſilium populo Romano
„ ſubdidit; *& Rufus*: Cyrenas cum ceteris
„ civitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi an-
„ tiquioris liberalitate ſuſcepimus, Libyam
„ ſupremo Apionis regis arbitrio ſumus aſſe-
„ quuti; *& Marcellinus*: Aridam Libyam ſu-
„ premo Apionis regis conſequuti ſumus ar-
„ bitrio, Cyrenas cum reſiduis civitatibus
„ Libyæ Pentapoleos Ptolemæi liberalitate
„ ſuſcepimus. Ex his ego elicio, Ptolemæum
ſuperiorem Cyrenaicam reliquiſſe Romanis
vectigalem, ſed tamen legibus, & magiſtra-
tibus ſuis utentem; Apionem autem & Cy-
renaicam, & Libyam Aridam; hic autem
B mortuus eſt, C. Caſſio, & Cn. Domitio Coſs.
ut ſcribit Obſequens, id eſt, anno urbis ſex-
centeſimo quinquageſimo ſeptimo. Illud ta-
men habet dubitationem, quod Juſtinus Cy-
renaicam ſtatim poſt regis teſtamentum pro-
vinciam factam ſignificat: Livius vero Cyre-
næos à Senatu libertate donatos ſcribit. Ju-
ſtini verba ſunt hæc: „ Ptolemæus Ptolemæi
„ Soteris Ægypti regis frater ex pellice na-
„ tus, cui pater Cyrenas regnum teſtamento
„ reliquerat, herede populo Romano inſti-
„ tuto deceſſit; atque ita ea Libyæ pars pro-
„ vincia facta eſt. *Livii vero hæc*: Ptolemæus
„ Cyrenarum Rex, cui cognomen Apioni
„ fuit, mortuus heredem populum Romanum
C „ reliquit; & ejus regni civitates Senatus li-
„ beras eſſe juſſit. Ego vero, ut meam hoc
loco interponam ſententiam, cum Livio Cy-
renæos liberos à Senatu relictos, poſt à ty-
rannis oppreſſos, exiſtimarim; atque inde
populum Rom. Cyrenaicæ in provinciam re-
digendæ occaſionem arripuiſſe. (12) Video
enim, L. Syllam apud Plutarchum, cum bel-
lum adverſus Mithridatem poſt in Aſia gere-
ret, indignatum, quod Cyrenæi libertate,
quam à Senatu acceperant, ſpoliati male à
tyrannis haberentur, per L. Lucullum quæ-
ſtorem ſuum eò miſſum, Cyrenæorum Rem-
publicam tyrannis ſublatis conſtituere: itaque
aut imperante Sylla, aut certe poſt domitos
D Cretenſes Cyrenaicam cum Creta provinciam
factam, facile crediderim. De provincia cer-
te Cyrenarum per ea tempora teſtimonium
extat Ciceronis in Plančiana, in qua ad Ju-
ventium Laterenſem, Cyrenarum, ut mihi
videtur Ciceronis ipſius in Conſulatu, quæ-
ſtorem populus Rom. in hunc modum lo-
quitur: „ Deſiderarunt te oculi mei, dum
„ eſſes Cyrenis; me enim, quam ſocios, tua
„ virtute frui malebam; & quo mea plus
„ intererat, te adeſſe, eo longius aberas;
„ *item*: Cyrenis Laterenſem liberalem in pu-
„ blicanos, juſtum in ſocios fuiſſe, quis ne-
„ gat? ſed ita multa Romæ geruntur, ut vix
„ ea, quæ fiant in provinciis, audiantur.
E Nominat hic publicanos, at vero alibi nomi-
nat agros publicos, ut in agrariis, cum in-
quit, P. Rullum Tribunum plebis, ſe Con-
ſule, tuliſſe, *ut agri Cyrenenſes, qui regis*
Apionis fuerant, venderentur; meminit eorum
etiam Hygenus: *In provincia Cyrenenſi*, in-
quit, *agri ſunt regii, id eſt illi, quos Ptole-
mæus Rex populo Rom. reliquit*; & Tacitus:
*Cyrenenſes reum agebant Atilium Strabonem
miſſum diſceptatorem à Claudio agrorum, quos
regis Apionis quondam habitos à populo Rom.
cum regno relictos proximus quiſque poſſeſſor
invaſerant*. Cyrenis autem in prima conven-
tum unum eſſe illius provinciæ actum, ad
opinionem mihi maxime perſuaſerim.

Creta vero inſula Cyrenis oppoſita, cum
opibus, armis, ac diuturna libertate floreret,
prædonibus tum late maria omnia pervagan-
tibus faviſſe exiſtimata, merito arma in ſe
Romana convertit. Anno, ut opinor, ab
urbe condita ſexcenteſimo octogeſimo ſecun-
do, M. Antonius Triumviri pater piratas in
prætura perſequens bellum Cretenſibus intu-
lit, atque eo parum proſpere geſto in Creta
mortuus Cretici cognomen invenit, ut Aſco-
nius in Verrinas, Livius libro nonageſimo
ſeptimo, Plutarchus in Antonio prodidere.
Biennio poſt, cum Q. Hortenſius Conſul
Cretam, ac bellum cum Cretenſibus geren-
dum ſortitus, urbe, ac foro delectatus, Q.
Metello collegæ ſuo provinciam exercitum-
que, auctore Dione, conceſſiſſet, Metellus
multis præliis proſpere factis, multiſque
operibus inſulæ urbibus expugnatis, totam
ad imperium inſulam triennii ſpacio redegit,
ac Cretici cognomen inde una cum triumpho
reportavit, &, ut apud pleroſque ſcriptum
eſt, Cretam provinciam fecit; ſunt autem
Livius, Vellejus, Juſtinus, & Rufus. Livius
quidem: *Q. Metellus domitis Cretenſibus libera
in id tempus inſulæ leges dedit*. Vellejus: *Cre-
ta Metelli ductu longiſſimæ libertatis fine mul-
ctata eſt*. Juſtinus: *Creta bello piratico perdomi-
ta in provinciæ formam redacta*. Rufus: *Creta
per Metellum Conſulem provincia facta*. Hæc
autem cum Cyrenis conjuncta, in unam eſt
provinciam conſtituta. Unde ſcripſit Appia-
nus, poſt mortem Cæſaris Caſſio prætori
Cretam cum Cyrenis eſſe mandatam; quan-
quam ego malim Bruto, de quo ita ſecundâ
in Antonium Cicero: „ Nuper fixa tabula
„ eſt, qua civitates locupletiſſimæ Cretenſium
„ liberantur, ſtatuiturque, ne poſt M. Bru-
„ tum Pro-conſulem ſit Creta provincia.
Id autem ego, ut multa alia ab Antonio ex
actis Cæſaris falſo prolata, poſt ſervatum non
eſſe, opinor.

CAP. XVII.

De Numidis.

EX Numidia vero, quam in Maſæſulos, &
Maſſylos diviſeramus, Maſæſuli, ſupe-
rato à ſuperiore Africano ipſorum rege Sy-
phace, Maſſiniſſæ Maſſylorum regi cum parte
Gætulorum dati fuerant, ita ut Numidiæ
cunctæ à Mulocha uſque ad Tuſcam impera-
ret,

(12) Pluries ſe contorſit Sigonius in illa Scriptorum diſcrepantia, de pluribus regionibus victis, quas alii in provincias redactas, alii aſſe- runt libertate donatas, inter quas Macedonia, nonnullaque Aſiæ pars, & hic Cyrenaica. Sed facilis concordia. Quicquid vincebant Ro- mani iis acquirebatur, eorumque fiebant re- giones illæ provinciæ. Si libertas victis con- cedebatur, non omnino a Romano imperio exi- mebantur. Libertas erat veluti precaria cum fidelitatis neceſſitate. Ego teneo directa, quæ dicimus, feudorum dominia apud dominos, utilia apud Feudatarios, a Romanis deſcen- diſſe, qui, ut Cujacius optime notat, quam- quam alii ei adverſentur, talia dominia jus dominiumque, & uſumfructum nominabant. Vid. ea, quæ ſcripſi in præf. ad nos lib. de jur. Ital. & Prov. Hac ratione ſi quibus po- pulis data libertas fuerat, provinciæ nihilomi- nus poterant nuncupari.

ret. In Micipſam filium, Micipſa Adherbalem, & Hiempſalem, & Jugurtham fratris filium reges reliquit. Adherbale autem, & Hiempſale per inſidias à Jugurtha ſublatis, ſolus Jugurtha Maſæſulis, & Maſſylis, id eſt, univerſæ Numidiæ præfuit. Jugurtham inde, quod contra Senatus auctoritatem aliena invaſiſſet, Romani bello multis ducibus perſecuti ſunt, in primis autem Q. Metello, qui Numidicus ea ea victoria nominatus eſt, & C. Mario, qui Jugurtha capto, & in triumpho ducto, bellum abſolvit. Quoniam vero Jugurtha à Boccho tum totius Mauritaniæ rege deditus fuerat, propterea Bocchus ſocius populi Romani dictus, ac Numidiæ parte ea, quæ Mauritaniam attingit, quæque olim Maſæſulorum fuerat, eſt donatus; unde ipſa quoque Mauritaniæ novæ nomen accepit; quæ vero Carthaginienſium finibus continens Maſſylorum fuerat, ea regi Hiempſali, ex genere, ut puto, Maſiniſſæ, videtur conceſſa. Siquidem Hiempſalem Regem Numidiæ apud Plutarchum invenio, cum cum Marius urbe à Sylla pulſus in Africam exul venit, ab eoque Marium ipſum eſſe adjutum; ea quo intelligi poteſt, aut Hiempſalem hunc, aut patrem ejus poſt Jugurtham regnum Numidiæ obtinuiſſe. Hiempſali vero ſucceſſit Hiarbas, quem, cum aliquot poſt annis Domitium, & Carbonem Marianæ factionis duces contra Syllam armis ſuis ſuveret, Sylla per Cn. Pompejum ducem vicit, & cepit, regnumque Numidiæ Hiempſali, cujus Cicero Conſul in agrariis meminit, cum Gætulorum regione permiſit. Hiempſal inde Jubæ filio regnum tradidit. Itaque bello poſt inter Cæſarem, & Pompejum exorto, ac Pompejana parte in Theſſalia profligata, cum Scipio Pompeji ſocer bellum in Africa renovaret, Jubam Hiempſalis filium, citerioris, ut diximus, Numidiæ, & Gætulorum regem, ſocium adverſus Cæſarem habuit. Scipione vero, & Juba deletis, cum Gætuli ultro ſe ad Cæſarem contuliſſent, Numidia à Cæſare occupata provincia facta eſt, ac nova Africa appellata, ut illa, quæ Carthaginienſium fuerat, vetus; & C. Salluſtius hiſtoriarum Scriptor ei primus præfectus eſt. Atque hæc quidem omnia apud hunc ipſum Salluſtium, Vellejum, Plutarchum, & Appianum ſcripta reperiuntur. Verum de Numidia à Cæſare provincia facta diſertiſſime omnium Hirtius: „ Cæſar Zamæ, *inquit*, auctione facta, boniſque eorum venditis, qui cives Romani „ contra populum Romanum arma tulerant, „ præmiiſque Zamenſibus, qui de rege excludendo conſilium ceperant, tributis, vectigalibuſque regiis irrogatis, ex regnoque „ provincia facta, atque ibi Criſpo Salluſtio, „ populi Romani Proconſule, cum imperio „ relicto, ipſe Zamam egreſſus, Uticam ſe „ recepit; & Dio: Cæſar munitionibus Juba „ fugiente potitus, atque omnibus urbibus „ nemine reſiſtente receptis, Numidiam in „ ſuam poteſtatem adduxit, eique Salluſtium „ præfecit. Quibus rebus confectis ea pars „ Libyæ, quæ circum Carthaginem ſita, à „ Romanis Africa dicebatur, vetus provincia appellata, quod jam olim ſubacta eſſet: „ Numidiæ vero, quia noviſſime victa fuerat, „ novæ provinciæ nomen eſt inditum. Quæ cum ita ſint, ſatis mirari non poſſum, cur quidam hac ætate ſcripſerint, Numidiam à C. Mario, capto Jugurtha, in provinciæ formam eſſe redactam; quod neque factum tradidit ex veteribus quiſquam, nec fieri potuiſſe Hiempſale, Hiarba, Hiempſale, & Juba deinceps ibi regnantibus, facile intelligere potuerunt. In Numidia Cirta colonia fuit, quæ regni caput fuerat, quam Sittianorum vocatam ſcribit Plinius; credo, quod eò Cæſar eos, qui cum P. Sittio in Mauritania exulante pro ſe adverſus Scipionem dimicaverant, deduxiſſet.

Ceterum poſt victoriam Cæſaris, & C. Salluſtii imperium, L. Seſtius Numidiæ præfuit, Q. Cornificius, & D. Lælius Africæ. Poſt autem Octavianus in Triumviratu Africam utranque adeptus Fuficium Fangonem legatum ei præfecit. Bruto inde, & Caſſio in Macedonia ſuperatis, Octavianus Numidiam, Antonius Africam ſecunda diviſione obtinuit. Tum vero Seſtius dux Antonii, cum, Fangone Octaviani duce exacto, utrique provinciæ præeſſet, advenienti Lepido (ſic enim inter Triumviros convenerat) ambas dedit. Ad extremum autem cum Octavianus Lepidum inimicum ſuum, qui ambas item in tertia partitione adeptus erat, in Sicilia comprehendiſſet, eas per T. Statilium Taurum in poteſtatem adduxit, ut Dio in primis memoriæ prodidit.

CAP. XVIII.

De Mauritania.

Mauritanias vero duas, veterem à freto ad Mulucham, & novam à Mulucha ad Ampſagam, quæ Syphaci primum Maſæſulorum Regi, deinde Maſſiniſſæ poſteris paruit. Bocchus Rex unus, illam quidem jure hereditario, atque avito, hanc vero Jugurthæ Regis Romanis traditi beneficio, primus obtinuit; deinde alter, ut puto Bocchus, de quo ſcriptum eſt in libro de Viris illuſtribus: „ M. Druſus Magulſam Mauritaniæ principem ob regis ſimultatem profugum acceptâ „ pecuniâ Boccho prodidit; & poſt eum duo fratres, Bocchus alius, & Bogud; novam quidem Bocchus, veterem vero Bogud, ambo Reges à Cæſare victore, pro quo contra Pompejum pugnaverant, appellati. Mortuo vero Cæſare Octavianus in Triumviratu, Bogude, quod M. Antonium adverſus ſe juviſſet, auxiliis Bocchi regno depulſo, Bocchum ipſum utriuſque Mauritaniæ Regem declaravit; Boccho vero vita functo, Regnum totum in provinciæ formam retulit, anno urbis ſeptingenteſimo viceſimo primo, ſe iterum, & L. Tullo Conſulibus, ut Dio ſcribit. Itaque idem poſt enumerans provincias, quæ ipſi Octaviano adverſus Antonium bello Actiaco præſto fuerunt, affuiſſe inquit Africam, cum eam, quæ antiquitus Romanis ſubjecta fuerat, exceptâ Cyrenaicâ, tum eam, quæ Bogudi modo, & Boccho paruerat.

Atque hæ quidem provinciæ fuerunt, quas populus Romanus liber, aut nondum omnino ſervitute oppreſſus, uſque ad victoriam Octaviani Actiacam, id eſt, ad annum urbis ſeptingenteſimum viceſimum tertium fecit; Sicilia, Sardinia, Hiſpania citerior, &

ulterior, Gallia citerior, de qua in libris de A
Italia diſputavi. Gallia Narbonenſis, & Comata, Illyricum, Macedonia, Achaja, Aſia, Cilicia, Syria, Bithynia, Cyprus, Africa, Cyrenaica, Numidia, & Mauritania. Reliquæ vero, quæ præter has memorantur, provinciæ, provinciarumque diviſiones ab imperatoribus conſtitutæ ſunt omnes, Rhætia, Noricum, Pannonia, Mœſia, Dacia, Britannia, iterum Mauritania Cæſarienſis jam, & Tingitanæ nomen adepta, Ægyptus, Cappadocia, Galatia, Rhodus, Lycia, Comagene, Judæa, Arabia, Meſopotamia, Armenia, & Aſſyria, de quibus alio volumine diſſeremus.

Explicit Liber Primus de antiquo jure Provinciarum.

CA

CAROLI SIGONII
DE ANTIQUO JURE
PROVINCIARUM
LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Qui præſides provinciarum eſſent, & quomodo legerentur.

QUo tempore, per quos duces, quibus finibus, quo jure ſingulæ populi Romani confectæ, ac conſtitutæ provinciæ ſint, ſatis, ut opinor, ſuperiore libro docuimus. Reliquum eſt, ut hoc libro per quos, & quemadmodum jus eis redditum ſit, ſicut ab initio inſtituimus, oſtendamus; qua doctrina nihil eſſe poteſt aut ad uſum uberius, aut ad cognoſcendum nobilius. Quoniam autem jus in omnibus provinciis duo Magiſtratus, Præſes, & Quæſtor cum ſuis utriuſque Miniſtris adminiſtrarunt, propterea hoc libro de Præſidibus primum, eorumque Miniſtris, quinam eſſent, & quomodo legerentur, deinde de Quæſtoribus, poſtremo de utriuſque munere diſſeremus.

Præſides igitur à principio præpoſiti provinciis ſunt Prætores, ut & jus provincialibus dicerent; &, ſi res cogeret, bellum adminiſtrarent. Itaque Prætorum numerus ob id crevit, quia provinciarum numerus crevit. Cum enim jam tum duo Prætores eſſent, unus, qui inter cives; alter, qui inter cives, & peregrinos jus diceret: ac provinciæ duæ eſſent, ut dixi, Sicilia, atque Sardinia inſtitutæ, viſum eſt faciendum, ut Prætores alii in eas duo adjicerentur. Inde duabus ad imperium adjunctis Hiſpaniis, totidem alii acceſſerunt, qui quaterni quaternas in ſingulos annos provincias gubernarent. Quoniam vero in ipſis provinciis ſæpe tumultus, ac bella graviora excitabantur, quæ bella jam inde ab initio geri per Conſules erant ſolita, hinc etiam provinciæ Conſulibus ordine ſunt commiſſæ. Quare duo potiſſimum ordinarii fuerunt provinciarum Rectores: Prætores, qui in Prætura, & Conſules, qui, graviore urgente bello, in Conſulatu provinciis præfuerunt. Qui ſi prorogato poſt Præturam, aut Conſulatum imperio in provinciis remanſiſſent, Proprætores ſunt, ac Proconſules appellati. Erant autem Prætores à Conſulibus, & Proprætores à Proconſulibus, ut dignitate, ſic dignitatis inſignibus ſeparati. Etenim Prætoribus, & Proprætoribus ſex lictores, toti-

A dem ſecures, faſceſque præferentes apparuerunt; Conſulibus autem, ac Proconſulibus duodecim; ſic enim ſcribit in Syria hiſtoria Appianus: *Prætores ad exercitum Romani miſerunt, quos ἑξαπελέκεις, id eſt, ſex ſecurium vocant; quia Conſules duodecim ſecuribus, & faſcibus Regum more utuntur; Prætores autem, quia dimidium dignitatis habent, etiam dimidium inſignium conſecuti ſunt*; & in Paullo Plutarchus: *Prætor in Hiſpaniam miſſus eſt non cum ſex ſecuribus, (tot enim habent Prætores,) ſed totidem aliis aſſumptis, ut imperii Conſularis dignitatem haberet*. Quare jure Cicero de Verre Siciliæ Prætore dixit: *Sex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos, verberandoſque homines exercitatiſſimi*; & de Piſone

B Macedoniæ Proconſule: *Ipſe cum hominibus duodecim male veſtitis ad portam Cælimontanam pervenit*.

Quoniam autem ad provinciam cum dignitate, & utilitate Reipublicæ obtinendam ſinguli Præſides & poteſtate, & imperio, & quibuſdam poteſtatis, atque imperii ornamentis afficiebantur, neque hæc una ratione omnia aſſequebantur, videtur faciendum eſſe, ut primum de poteſtate, deinde de imperio, tum de reliquis diſputemus. Neque enim hac quæſtione quidquam poteſt eſſe, ut ad tractandum difficilius, ſic ad cognoſcendum ex tota Romana antiquitate jucundius. Itaque, quoniam

C non omnibus temporibus uno modo præſidibus provincia, ſive poteſtas in provincia eſt commiſſa, verum multæ ejus rei rationes inductæ, ut omnia facilius & dicantur, & intelligantur, placet hanc conſuetudinem univerſam in quatuor tempora diſtribuere: unum ab inſtitutione provinciarum uſque ad L. Piſonem Tribunum plebis; alterum à Piſone ad L. Syllam Dictatorem; tertium à Sylla ad C. Cæſarem Dictatorem; poſtremum à Cæſare ad Auguſtum Imperatorem. Dico igitur, tum cum primum inſtitutæ provinciæ ſunt, vetere lege, cujus prorſus obliterata memoria eſt, (13) ſanctum eſſe, ut Senatus provincias in poteſtate haberet, id eſt, ut quas Prætorias,

D quas Conſulares eſſe vellet, ipſe quotannis pro judicio ſuo ſtatueret; illum autem, poſtquam Conſules, Prætoreſque deſignati erant, aut certe ſimul ac magiſtratum inierant, cum ad ſe de provinciis facta relatio eſſet, quas tumultuari, aut ab hoſtibus vicinis

(13) Nullam ſcriptam legem hac de re unquam fuiſſe Senatui: ſed jus ex omni antiquitate, ut dato Populo arbitrio belli, pacique: quidquid ad conſervandam pacem: ad adminiſtrandum bellum, opportunum viſum fuiſſet, ad Senatum, uti conſilium, mentemque Reipublicæ, faciliorem, & ad conveniendum, & ad cognoſcendum, deliberandum, providendumque pertineret, & in univerſa Romana hiſtoria facile conſtat, & tradidit Cæſar, cum principio ejus belli civilis non contra leges, ſed contra omnia vetuſtatis exempla de provinciis, imperiiſque actum eſſe dicit. Rata igitur ſemper hac in re decreta Senatus, niſi, ſi qui non ei acquieſcentes Populum adirent, ut infra optime advertit Sigonius. Ut igitur provinciæ ex bellis; ita ſortitio, comparatio provinciarum, vel ſpecialis aliqua circa magiſtratus providentia ad Senatum ſemper pertinuit.

nis teneri intelligebat, eas fere Conſulibus, reliquas Prætoribus decreviſſe; qua re adminiſtrata Prætorias Prætores ſortiri, Conſules Conſulares, ſive ſortiri, ſive, quod facile inter duos tranſigi poterat, inter ſe comparare, juſſiſſe, aut certe ipſum, quod minus ſæpe factum eſt, utriſque pro ſuo judicio nominatim ſingulas deſtinaſſe. Cum autem hoc modo provincias, ſive poteſtatem in provinciis à Senatu obtinuiſſent, tum vero militare imperium lege Curiata à populo accepiſſe. Atque hæc quidem omnia ex Livianæ hiſtoriæ ſerie cognoſci poſſunt eorum temporum, quæ à bello Punico ſecondo uſque ad Perſicum pertinent; (14) ex qua licet aliquot teſtimonia ſumere. De ordinatione provinciarum, bello Antiochino: „ Comitiis perfectis, quas pro„ vincias Prætoribus eſſe placeret, retulit ad „ Senatum conſul. decreverunt duas Romæ „ juriſdicundi cauſſa, duas extra Italiam, „ Siciliam, atque Sardiniam; duas in Italia, „ Tarentum, & Galliam; & extemplo, priuſ„ quam inirent magiſtratum, ſortiri juſſi; & bello Iſtrico: „ Mummio Prætori Sardinia „ evenit. Sed ea propter belli magnitudinem „ provincia Conſularis facta. Gracchus Con„ ſul eam ſortitur; *& alibi*: Romæ principio „ anni cum de provinciis Conſulum, & Præ„ torum actum eſſet, Conſulibus Ligures, „ quia bellum nuſquam alibi erat, decreti. De ſortitione vero, comparationeve hæc documento ſint bello Punico: „ Idibus Martiis, „ quo die Conſules Magiſtratum inierunt, „ Italia ambobus provincia decreta. Præto„ res ſortiti provincias ſunt; bello Macedonico: „ Conſules, Prætoreſque cum Idibus Mar„ tiis magiſtratum iniſſent, provincias ſortiti „ ſunt. Lentulo Italia, Villio Macedonia, „ Prætoribus Quinctio urbana, Bæbio Gallia, „ Valerio Sicilia, Villio Sardinia evenit; iterum Punico: „ Conſulatum ineunt Nero, „ & Livius, qui quia jam deſignati provin„ cias ſortiti erant, Prætores ſortiri juſſe„ runt; item: Decreverunt patres, ut Con„ ſules inter ſe compararent, ſortirenturve pro„ vincias; item: Scipio, & Craſſus, ut Con„ ſulatum inierunt, nominatæ Conſulibus „ provinciæ ſunt. Sicilia Scipioni extra ſor„ tem, concedente Collega, Brutiu Craſſo „ evenerunt; iterum Macedonico: Decreve„ runt patres, ut provincias Macedoniam, „ atque Italiam Conſules compararent inter „ ſe, ſortirenturve; item: Cum Senatus aut „ ſortiri, aut comparare inter ſe provincias „ Conſules, juſſiſſet. De præcipua deſtinatione, quam raro uſurpatam diximus; bello Antiochino: „ Tum de Conſulum C. Lælii, & „ L. Scipionis provinciis cœptum eſt agi: „ ambo Græciam cupiebant; multum Lælius „ in Senatu poterat; is, cum Senatus aut „ ſortiri, aut comparare inter ſe provincias „ Conſules juſſiſſet, elegantius facturos dixit, „ ſi judicio patrum, quàm ſi ſorti eam rem „ permiſiſſent. Scipio reſpondit, facturum ſe „ quod is cenſeret; cum res nova, aut ve„ tuſtate exemplorum memoriæ jam exoleta „ relata expectatione certaminis Senatum „ erexiſſet, Africanus ait, ſi Lucio fratri ſuo „ provinciam Græciam decreviſſent, ſe le„ gatum iturum; itaque prope omnes Sci„ pioni Græciam, Lælio Italiam decreverunt; & alibi: „ Hiſpaniæ extra ſortem prioris an„ ni Conſulibus ſervatæ Prætores ita ſortiri „ juſſit, uti flamini diali utique altera juriſ„ dicundi Romæ provincia eſſet, peregrinam „ eſt ſortitus. De imperio vero militari lege Curiata accepto, haud ita multo poſt diſputabo.

Ergo ſi ordinaria provinciarum mandandarum ratio fuit, ut quotannis Conſulibus, & Prætoribus à Senatu decernerentur, à populo vero lege Curiata imperium in iis traderetur, profecto extraordinaria fuit, quoties aut magiſtratibus, aut privatis nominatim provinciæ unà cum imperio tributis comitiis datæ ſunt, aut in iiſdem in plures annos prorogatum imperium eſt. Ac ex magiſtratibus quidem neſcio, an primus hoc tentarit P. Scipio Africanus (15) in Conſulatu; de quo ita Livius:

(14) Sortitio, comparatio, datioque extra ſortem provinciarum ab ipſa ineunte Republica inſtituta. Liv. lib. 2. *Sicinio Volſci, Aquilio Hernici provincia evenit*. Item: *ad duo ſimul bella exercitus ſcribitur: ducendus Fabio in Vejentes, in Æquos Furio datur*. Item: *Ap. Claudius in Volſcos miſſus: Quinctio Æqui provincia evenit*. Item lib. 3. *partiri provincias Coſſ. juſſi: Horatio Sabini, Valerio Æqui, Volſcique evenere*. Eodem autem lib. 3. *Fabio extra ordinem Æqui, quia is victor tertio ante anno pacem iis dederat, provincia data*. Et lib. 8. *Et ne forte caſu erraretur, petitum ab Coſſ., ut Sidicini extra ſortem Corvini, provincia eſſet*. Item lib. 10. *Fabio Hetruria extra ſortem, quanquam multum Pub. Decius collega contenderet, provincia data*. Comparatio autem provinciarum maxime apud Xviros: *legumlatus ſcriptis, inter ſe Xviri comparant, quos ire ad bellum, quos præeſſe exercitibus, quos domi relinqui oporteret*. Item lib. 4. de Tribb. Mill. cum poteſtate Conſulari: *facto S. C., ut duo ex Tribunis ad bellum proficiſcerentur, unus res Romæ curaret; certamen ſubito inter Tribb. exortum, ſe quiſque belli ducem potiorem fore: curam urbis, ut ingratam, ignobilemque aſpernari. Cum parum decorum inter Collegas certamen mirabundi Patres conſpicerentur, Q. Servilius: Quando nec ordinis hujus ulla, inquit, nec Reipublicæ eſt verecundia, patria majeſtas altercationem iſtam dirimet. Filius meus extra ſortem urbi præerit: bellum utinam qui appetunt, conſideratius, concordiuſque, quam cupiunt, gerant*. Solemnis autem, ſingulariſque fuit diſtributio provinciarum facta a M. Furio Camillo Trib. Mil. cum poteſtate Conſulari inter Collegas A. U. CCCLXVII. *Juſſit Valerium ſecum ducere legiones in Antiatem hoſtem: Q. Servilium exercitu inſtructo, parataque in urbe caſtra habere, ſive in Hetruriam opus eſſet, ſive in Latium, Hernicoſque: L. Quinctium tertio exercitu urbi, mœnibuſque præſidio eſſe. L. Horatium arma, tela, frumentum, quæque belli alia tempora poſciſſent, providere. Sergium Cornelium præſidem publici conſilii, cuſtodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum eſſe*. Liv. lib. 6. Et comparatio provinciarum fuit inter L. Cornelium Lentulum, & Q. Pub. Philonem iterum Coſſ.: Græci Publio, Cornelio Samnites dati. Liv. lib. 8. Bello Punico II. pleruṁque tum Coſſ., tum Prætores provincias ſortiti. Nonnunquam a Senatu aſſignatæ. Scipioni Coſ. Sicilia concedente collega extra ſortem data. Et C. Servilius Cæpio, C. Servilius Geminus Coſſ. aut inter ſe comparari, aut partiri provincias juſſi.

(15) Neque primo extra ordinem P. Scipioni Africano provincia data, neque primus id ille tentavit. Primo Q. Fabio Vibulano II. A. U. CCLXXXVIII. Æqui provincia extra ordinem data, quia is victor tertio inde anno pacem Æquis dederat. Liv. lib. 3. Prima provinciarum contentio inter Q. Fabium Max. Rullianum V., & P. Decium Murem IV. Anno Urbis CDLVIII. Q. Fabio Hetruriam provinciam extra ſortem Senatu decernente, Decius ad populum rem traxit: ſed nec minore populi conſenſu, quam Senatus provincia Hetruria extra ſortem Fabio decreta eſt. Liv. lib. 10.

vius: „ Volgatum erat, ſi apud Senatum Scipio non obtinuiſſet, ut provincia Africa ſibi decerneretur, ad populum extemplo laturum; itaque Q. Fulvius poſtulavit ab eo, ut palam in Senatu diceret, permitteret ne patribus, ut de provinciis decernerent, ſtaturuſque eo eſſet, quod cenſuiſſent, an ad populum laturus. Cum Scipio reſpondiſſet, ſe quod è Republica eſſet, facturum, tum Fulvius, non ego, inquit, ignarus, quid reſponſurus, facturuſve eſſes, quæſivi, quippe cum præ te feras tentare magis, quam conſulere Senatum, & ni provinciam tibi, quam volueris, extemplo decernamus, paratam rogationem habeas; itaque à vobis Tribuni plebis poſtulo, inquit, ut ſententiam mihi ideo non dicenti quod ſi in meam ſententiam diſcedatur, non ſit ratum habiturus Conſul, auxilio ſitis, inde altercatio orta, cum Conſul negaret, æquum eſſe Tribunos intercedere, quominus ſuo quiſque loco Senator rogatus ſententiam diceret. Tribuni ita decreverunt: ſi Conſul Senatui de provinciis permittit, ſtari eo, quod Senatus cenſuerit, placet, nec de ea re ferri ad populum patiemur; ſi non permittit, qui de ea re ſententiam recuſabit dicere, auxilio erimus; Conſul diem ad colloquendum cum collega petiit, poſtero die permiſſum Senatui eſt. Poſt biennium autem Conſules Servilius, & Claudius Senatu in Capitolium vocato de provinciis retulerunt: „ Italiam, atque Africam in ſortem conjici, ambo Africam cupientes, volebant, ceterum Q. Metello maxime annitente neque data, neque negata eſt Africa; Conſules juſſi cum Tribunis plebis agere, ut ſi iis videretur, populum rogarent; quem vellent in Africa bellum gerere, omnes tribus P. Scipionem juſſerunt; nihilominus Conſules provinciam Africam (ita enim Senatus decreverat) in ſortem conjecerunt: Qui vero privati primi jam conſtitutas provincias à populo obtinuerunt, quos Proconſules à Conſulatibus partibus obeundis dixerunt, & Lentulus, & L. Manlius. ut opinor, fuerunt, (16) qui Hiſpanias cum primum à P. Scipione confectas provincias duas obtinuerunt, & poſt eos C. Cornelius Lentulus, & L. Stertinius; de quibus ita Livius: „ Plebs Cornelio Lentulo, & L. Stertinio Proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania juſſit. Poſtremo vero imperium ex S. C. in provincia à populo, & quidem tributis comitiis prorogatum, illa nos admonent, bello Punico: „ Prorogatum Philoni imperium eſt, ut Proprætor Galliam eandem provinciam obtineret cum iiſdem legionibus, quibus Prætor obtinuiſſet. Quod L. Veturio, idem in C. Auruncuicjo decretum ab Senatu, latumque, & de prorogando imperio ad populum eſt; item: Omnes tribus eoſdem Lentulum, & Manlium Proconſules, ſicut priore anno tenuiſſent, obtinere eas provincias juſſerunt. Egregie. Jus enim aut deferendi, aut prorogandi militaris imperii ſuum eſſe populus voluit, deferendi quidem, ordine, & magiſtratibus, curiatis, ut poſt docebo, comitiis; utrunque vero, extra ordinem, & privatis, tributis.

His autem ita ultra annum urbis DC. obſervatis, tum demum nova provinciarum eſt ordinatio inſtituta. Etenim, cum L. Calpurnius Piſo, Tribunus plebis, Cenſorino, & Manlio Coſs. anno ipſo DCIV. teſte in Bruto Tullio, primus de quæſtione perpetua repetundarum tuliſſet, id eſt, ut ex Prætoribus iis, qui provincias ſortiri ſoliti erant, unus provinciæ loco quæſtionem repetundarum ſortiretur, eique per annum in urbe præeſſet; & cum idem poſtea in aliis etiam quæſtionibus, ac Prætoribus alii alia lege ſanxiſſent, initium introductum eſt, ut Prætores, qui quotannis adhuc ſeni tantum creabantur, juriſdictiones duas, quæſtiones quatuor, aut plures ex legibus, quæ de quaque quæſtione latæ erant, in ſortem conjicerent, eaſque per annum in urbe exercerent, extremo autem anno ex S. C. provincias in poſterum ſortirentur. Quin etiam eodem tempore cum populus bis provincias Africam, & Hiſpaniam extra ordinem ſine ſorte nominatim P. Scipioni Æmiliano Conſuli virtutis ejus admiratione mandaſſet, eaſque ipſi, itemque poſt aliis alias in multos annos prorogaſſet, in eoque veterem Senatus auctoritatem imminuiſſet, placitum eſt C. Sempronio Graccho, quanvis juris populi ſtudioſiſſimo, atque retinentiſſimo, jus ſuum Senatui totum aut reſtituere, aut conſervare. Itaque legem potius veterem retulit, quàm novam aliquam intulit: „ Ut provinciæ futuris Prætoribus, ac Conſulibus quotannis à Senatu decernerentur; qua lege cum provincias ad Senatus poteſtatem redegit, tum imperii prorogationem ſuſtulit. Illud autem adjecit, ut puto, de ſuo: „ Ut prætoriarum decreto intercedi liceret, conſularium non liceret. Hujus autem legis meminit Salluſtius bello Jugurthino: „ Lege Sempronia provinciæ futuris Conſulibus decretæ ſunt, Numidia atque Italia; Conſules declarati Scipio, & Beſtia. Numidia Calpurnio, Scipioni Italia obvenit; & Cicero pro domo in Clodium: „ Tu provincias Conſulares, quas C. Gracchus non modo non abſtulit à Senatu, ſed etiam, ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per Senatum, lege ſanxit; eas lege Sempronia per Senatum decretas reſcidiſti; extra ordinem, ſine ſorte nominatim dediſti Conſulibus; & in oratione de provinciis: „ Decernendæ ſunt nobis lege Sempronia provinciæ duæ, & ex intervallo: „ Faciam, inquit, Syriam, & Macedoniam prætorias, ut Piſoni, & Gabinio ſuccedatur ſtatim, ſi hic ſinat; tum enim Tribunus intercedere poterit, nunc non poteſt; itaque idem ego, qui nunc Conſulibus, qui deſignati erunt, Syriam Macedoniamque decerno, decernam „ eaſ-

(16) Prima mentio magiſtratus extra ordinem, ſeu datarum privatis provinciarum eſt apud Livium lib. 3. Poſthumio Albo, & Sp. Furio Coſs. A. U. CCLXXXIX. Cum enim Furius adverſus Æquos male pugnaſſet, pulſuſque in caſtra, ibi cum exercitu, caſtris circumſeſſis, oppugnatiſque, obſideretur: & Poſthumio Coſ. a Senatu mandatum, ut videret, ne quid Reſpublica detrimenti caperet, ipſeque Poſthumius Romæ ad conſcribendos omnes, qui arma ferre poſſent retentus, & T. Quinctius Proconſul creatur, qui ſociali exercitu, juſſis Latinis, Hernicisque, & colonia Antio ſubitarios ei dare milites, ſubſidium caſtris duceret. Item miſſo Poſthumio ad arcendas finium populationes, L. Valerius ad præſidium urbis relictus.

„ eaſdem prætorias, & ut Prætores annuas
„ provincias habeant, & ut Gabinium, Pi-
„ ſonemque quamprimum videamus. Sed
„ mihi credite, nunquam ſuccedetur illis,
„ niſi cum ea lege referetur, qua intercedi
„ de provinciis non licebit. Ex quibus ver-
bis apparet, Gracchum lege ſua tuliſſe, ut
prætoriis provinciis à Senatu decernendis in-
tercedi poſſet, Conſularibus non item. Quan-
quam autem de provinciis quotannis à Sena-
tu conſtitui, eaſque Conſulibus, & Prætori-
bus in annum mandari ſubſequente ſorte,
aut comparatione, lex Sempronia ſanxit, ex
qua lege per hæc tempora C. Sempronius
Tuditanus Illyricum, L. Aurelius Oreſtes
Sardiniam, L. Craſſus Galliam, Q. Scævola
Aſiam in Conſulatu, C. autem Marius, & L.
Sylla, poſtquam inſignem præturam Romæ
geſſerant, ille Hiſpaniam ulteriorem, hic
Ciliciam, teſte Plutarcho, ſortiti, lege deinde
curiata in iis imperium acceperunt; ſæpe
etiam à lege Sempronia iiſdem temporibus
eſt receſſum, ut in C. Mario, cui Conſuli
Numidiam, & poſt etiam Galliam nominatim
ſine ſorte populus non ſolum mandavit, ſed
etiam in iis imperium prorogavit, cuique
privato Aſiam, & bellum Mithridaticum,
quod Sylla Conſul Senatus-conſulto, & ſorte
erat adeptus, commiſit.

Tertia inde tempora ſucceſſerunt à L.
Sylla Dictatore uſque ad C. Cæſarem; qui-
bus lege item Sempronia provinciæ in Senatus
poteſtate manſerunt. Indicant illa Ciceronis
in oratione de provinciis, quam multis poſt
Syllæ Dictaturam annis dixit: „ Decernendæ
„ ſunt nobis lege Sempronia provinciæ duæ;
& in epiſtolis ad Lentulum: „ Stipendium
„ Cæſari decretum eſt, & ne lege Sempro-
„ nia ſuccederetur. Novi vero illud retulit
Sylla, ut, quia Tribunis plebis agendi cum
populo poteſtatem ademerat, prorogatio im-
perii, quæ à populo fiebat, ipſius injuſſu po-
puli haberetur; tulit enim, „ ut qui provin-
„ ciam ex S. C. obtineret, is imperium tan-
„ diu haberet, quoad in urbem rediſſet;
quod Cicero ſcripſit ad Lentulum: „ Appius
„ dictitat, ſe, quoniam ex S. C. provinciam
„ habeat, lege Cornelia imperium habitu-
„ rum, quoad in urbem introïerit. Sic per
hos annos lege Sempronia ex Prætura C.
Verres Siciliam ſortitus eſt, L. Lucullus
Africam, Q. Metellus Celer, & L. Murena
Galliam, C. Cæſar ulteriorem Hiſpaniam, ex
Conſulatu vero L. Octavius Ciliciam, C.
Cotta, & L. Lucullus Galliam, M. Cotta
Bithyniam, M. Lucullus Macedoniam, Q.
Hortenſius Cretam. Unde Cicero dixit in
frumentaria: „ Quid agis Q. Hortenſi? Con-
„ ſul es deſignatus, provinciam ſortitus es.
Uſque adeo vero Conſules, Prætoreſque in
poteſtate Senatus fuerunt, ut iis etiam Sena-
tus leviſſimas, ac nullius laudis provincias
decreverit; ſiquidem Svetonius in Cæſare
ſcribit: „ ab optimatibus datam operam eſſe,
„ ut provinciæ futuris Conſulibus minimi
„ negotii, ideſt, ſylvæ, calleſque decerne-
„ rentur. (17) Cum autem lege Cornelia, qui
provinciam ex Senatus-conſulto habebat, is

A imperium, quoad in urbem rediret, haberet,
hinc factum eſt, ut per eadem tempora alii
biennium, alii triennium, alii amplius pro-
vinciis ſine populi prorogatione præfuerint;
quia, cum ſucceſſor aut à Senatu non eſſet
decretus, aut decretus in provinciam non
eſſet profectus, tandiu imperium obtinue-
runt, quoad domum redierunt; ut L. Lucul-
lus, qui ex Conſulatu per ſeptem annos Ci-
liciæ, & Aſiæ præfuit, quia ſucceſſor non eſt
miſſus, & C. Verres, qui ex prætura per
triennium Siciliæ, quia ſucceſſor non eſt
profectus, ut ſcribit Aſconius. Quin etiam
iiſdem temporibus novi illud eſt illatum, ut
provincia à Senatu tribueretur, ut Cn. Pom-
B pejo Hiſpania; credo, quia per populum,
nondum poteſtate Tribunicia reſtituta, dari
non poterat. Itaque tradito exemplo, poſt
Tribuniciæ poteſtatis reſtitutionem idem quo-
que in Cn. Piſone, & C. Cæſare Octaviano
eſt factitatum. De quibus ſic Cicero in An-
tonium: „ Sertorianum bellum Cn. Pompejo
„ privato datum eſt à Senatu, quia Conſules
„ recuſabant; cum L. Philippus pro Conſuli-
„ bus ſe eum mittere dixit, non pro Conſule;
& Svetonius in Cæſare: „ Cn. Piſoni ob ſuſpi-
„ cionem conjurationis urbanæ Hiſpania pro-
„ vincia à Senatu extra ordinem data eſt; &
Salluſtius in Conjuratione: „ Piſo in citeriorem
„ Hiſpaniam quæſtor pro prætore miſſus eſt;
C iterum Cicero in Antonium: „ C. Cæſari
„ adoleſcenti imperium extraordinarium mea
„ ſententia dedi; ille enim mihi præſidium
„ extraordinarium dederat. Quin etiam,
poſtquam Pompejus, & Craſſus in primo
Conſulatu Tribuniciam poteſtatem reſtitue-
runt, provinciæ rurſus extra ordinem roga-
tione Tribunicia à populo ſæpe mandatæ &
magiſtratibus, & privatis ſunt; ut Gabinia
quidem lege bellum piraticum; Manilia vero
Aſia, Bithynia, & Cilicia Pompejo privato;
Vatinia vero Gallia, & Illyricum Conſuli
Cæſari in quinquennium data, & Trebonia
in alterum quinquennium prorogata; Clodia
vero Syria Gabinio, Macedonia Piſoni, cum
D ambo Conſules eſſent. Unde illa Ciceronis
in eadem oratione extitere: „ De Cn. Pom-
„ peji imperiis extraordinariis Tribuni pl.
„ turbulenti tulerunt; & in Senatu poſt re-
ditum: „ A. Gabinius Tribunus pleb. niſi
„ rogationem de piratico bello tuliſſet, pro-
„ fecto & egeſtate, & improbitate coactus
„ piraticam ipſe feciſſet; & in Vatinium:
„ Eripuiſti Senatui provinciæ decernendæ
„ poteſtatem, imperatoris deligendi judi-
„ cium, ærarii diſpenſationem; quæ nunquam
„ ſibi populus Romanus appetivit; qui nun-
„ quam hæc à communi conſilii gubernatio-
„ ne auferre conatus eſt; & pro domo ſua
in Clodium: „ Quis homini turpiſſimo Gabi-
E „ nio Syriam, quis bellum pacatiſſimis genti-
„ bus, quis pecuniam ad emendos agros
„ conſtitutam, ereptam vi ex Cæſaris rebus
„ actis, quis imperium infinitum dedit? cui
„ quidem cum Ciliciam dediſſes, mutaſti pa-
„ ctionem, & Ciliciam ad prætorem item
„ extra ordinem tranſtuliſti. Gabinio pretio
„ amplificato Syriam nominatim dediſti; quid?
„ ho-

(17) Ita Senatus iratus C. Popilio, & P. Ælio Coſs. A. U. DLXXXI quod de male geſtis a M. Popilio fratre alterius Conſulis adverſus Ligures Statellates referre nollent, licet provincia Macedonia, luxuriante jam ultra modum Perſeo, nobiliſſima eſſet decernenda, provincia, ab ea abſtinere voluit, iiſdemque Ligurum provinciam utrique Coſs. decrevit. Liv. lib. 42.

„ homini teterrimo L. Piſoni nonne nominatim liberos populos tradidiſti? tu provincies Conſulares, quas C. Gracchus non modo oon abſtulit à Senatu, ſed etiam, ut neceſſe eſſet quotannis conſtitoi per Senatum lege ſanxit, eas lege Sempronia per Senatum decretas reſcidiſti, extra ordinem ſine ſorte nominatim dediſti Conſulibus. Poſſum etiam illud adjungere, provinciam aut non ſortiri, aut poſt ſortem deponere, atque in eam noo ire, ſi non lege, at certe exemplo licuiſſe, ut Ser. Sulpicii, qui in prætura ſortiri noluit: Q. Arrii, qui C. Verri in Sicilia non ſucceſſit; Cn. Pompeji, qui in primo Conſulatu, ſe in provinciam non iturum, juravit, idque ſervavit; Q. Hortenſii, qui Cretam; M. Ciceronis, qui Galliam in concione depoſuit. Unde illa ſunt pro Murena in Sulpicium: „ Poſtremo tu ex prætura in provinciam ire ooluiſti; non poſſum id in te reprehendere, quod in me ipſo & Prætor, & Cooſul probavi. Eodem autem tempore cum provinciarum obtinendarum cupiditate plerique omnes Præturam, & Conſulatum appeterent, ac propterea arderet in civitate ambitus, ut huic malo occurreretur, Senatus-conſultum Pompejo tertium Conſule factum eſt, teſte Dione: „ Nequis Prætorius, aut Cooſularis intra quinquennium in provinciam ire poſſet; quo S. C Senatus eos ire in provincias compulit, qui io eas ex Prætura, aut ex Coolulatu non iverant, inter quos fuere M. Cicero, & M. Bibulus, quorum alter ex Senatus Conſulto Ciliciem, alter Syriam eſt ſortitus, ut ſcribit Plutarchus; eodemque anno, Marcello, Sulpicioque Coſs. Senatus conſultum alterum in eandem ferme ſententiam factum ſcribit Cœlius: „ placere Senatui in Ciliciam provinciam, inque octo reliquas provincias, quas prætorii pro prætoribus obtinerent, eos, qui prætores fuerant, neque in provincia cum imperio fuerant, quos eorum ex Senatus conſulto cum imperio in provinciam pro-prætores mitti oporteret, eos ſortito in provincias mitti placere; ſi ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad oumerum non eſſent, qui in eas provincias proficiſcerentur, tum uti quodque collegium primum prætorum fuiſſet, neque in provincias profecti eſſent, ita ſorte in provincias proficiſcerentur; ſi ad numerum ii non eſſent, tunc deinceps proximus quiſque collegii, qui Prætores fuiſſent neque in provincias profecti eſſent, in ſortem conjicerentur; quoad is numerus effectus eſſet, quem ad numerum in provincias mitti oporteret. Quod autem octo prætoriæ provinciæ in hoc S. C. nominantur, id ab inſtituto Syllæ profectum eſt, qui additis quæſtionibus numerum quoque prætorum auxit uſque ad decem; quanquam plerunque octo ex S. C. creati ſunt. Poſtero vero anno Paullo, & Marcello Coſs. oriente civili bello, S. C. aliud eodem pertinens factum eſt, de quo ſic Cæſar: „ Provinciæ privatis decernuntor, duæ Conſulares, reliquæ Prætoriæ. Scipioni Syria, Domitio Gallia obvenit. Paullus, & Marcellus privato conſilio prætereuntur; neque eorum ſortes dejiciuntur; in reliquas provincias prætores mittantur. Quæ omnia, quam varia, ac ſecum diſcrepans fuerit eorum temporum in mandandis provinciis ratio, utpote jam labente vetere diſciplina, declarant. Unde Cæſar ipſe eodem in loco queritur, „ in ſe novi generis imperia conſtitui, ut idem ad portas urbanis rebus præſideat, & duas provincias abſens tot annos obtineat in ſe jura magiſtratuum commutari, ne ex Prætura, & ex Conſulatu, ut ſemper, ſed per paucos probati, & electi in provincias mittantur. Significat autem Pompejum in primis, qui duas provincias Hiſpanias abſens per legatos adminiſtraverat, atque ipſe ad urbem manens rebus urbanis præſederet.

Neque vero hoc loco res ſtetit, ſed multo vehementius poſt victoriam Cæſaris fluctuavit. Primum enim ipſe in dictatore legem tulit, qua (credo, ne quis exemplo ſuo continuatione imperii, & diuturna provinciarum poſſeſſione Rempublicam occuparet;) cavit, „ ut nemo Prætoriam provinciam plus anno, Conſularem plus bieonio poſſet obtinere: in quo aliquid de Sempronia lege detraxit, quæ annuas ambas ſaoxerat provincias; cui tamen legi ipſe non paruit, quippe qui provincias ſine ſorte pro arbitrio, judicioque ſuo mandarit, ut Ser. Solpicio Achajam, M. Bruto Galliam citeriorem, Decimo ulteriorem. (18) Deinde vero occiſo Cæſare, M. Antoonius in Conſulatu ferri à Tribunis pleb. paſſus eſt, ut Conſulares provinciæ ſexennio obtinerentur, qua lege Juliam legem ipſam funditus ſuſtulit, ut Cicero ei in maledictis objecit: „ Quæ lex ſæpius flagitata, *inquit*, quam ne prætoriæ provinciæ plus, quam annum, quam bienniom Conſulares, obtinerentur? hac lege ſublata videnturne vobis Cæſaris acta ſervari? *& alib.*: Tribuni pl. tulerunt de provinciis contra acta Cæſaris, ille biennii, iſte ſexennii. Atque eodem etiam anno provinciæ ex S. C. in ſortem conjectæ ſunt, ſed fraus per M. Antoniom Conſulem in ſortiendo commiſſa, uſque adeo ut plerique eorum, qui ſortiti eſſent, ire noluerint; quo factum eſt, ut eam ſortitionem Cicero his verbis in tertia in Antonium concione irriſerit: „ Præclara tum Senatus-conſulta illo ipſo die veſpertina, provinciarum religioſa ſortitio; divina vero opportunitas, ut quæ cuique apta eſſet, ea cuique obveniret. Ille autem quæ de ſe expectat judicia graviora? L. Lentulus, & P. Naſo nullam ſe habere provinciam, nullam Antonii ſortitionem fuiſſe judicaverunt; quod idem fecit L. Philippus, M. Anturanius, P. Oppius; ipſi etiam, qui amicitiam Antonii veriti plus ei tribuerunt, quam fortaſſe vellent, M. Piſo, & M. Vehilius Senatus auctoritati ſe obtem-

(18) Hæc, & cetera fecit Cæſar pro neceſſitate Reipublicæ, quæ laceratæ factionibus à Pompejo excitatis, unum jam adminiſtratorem requirebat. Itaque is in Senatu: *pro quibus rebus erat, ac poſtulat, Rempublicam ſuſcipiant, atque unà ſecum adminiſtrent. Sin timore defugiant, illis ſe oneri non futurum, & per ſe Rempublicam adminiſtraturum*. Item Cicero pro M. Marcello: *Hæc igitur tibi reliqua pars eſt: hic restat actus: in hoc elaborandum eſt, ut Rempublicam conſtituas, eaque tu in primis compoſita, ſumma tranquillitate, & otio perfruare*: & infra: *niſi hæc urbs ſtabilita tuis conſiliis, & inſtituta erit, vagabitur modo nomen tuum longe, atque late; ſedem quidem ſtabilem, & domicilium certum non habebit*.

„ peraturos eſſe dixerunt; quid ego de L. Cinna loquar, qui omnino provinciam neglexit; quam item C. Cæſetius repudiavit; qui ſunt igitur reliqui, quos ſors divina delectet? L. Annius, & M. Antonius; ô felicem utrunque; nihil enim maluerunt. C. Antonius Macedoniam; hunc quoque felicem; hanc enim ſemper habebat in ore provinciam. C. Calviſius Africam; nihil felicius; modo ex Africa deceſſerat, & quaſi divinans ſe rediturum, duos legatos Uticæ reliquerat; deinde L. Iccius Siciliam, Q. Caſſius Hiſpaniam; non habeo, quid ſuſpicer; duarum credo provinciarum ſortes minus divinas fuiſſe. Quin etiam eodem anno, Senatus-conſultum Antonio Conſule abſente in ipſius Tullii ſententiam factum eſt: „ Senatum arbitrari, ad ſummam Reipublicæ pertinere, à D. Bruto, & L. Planco imperatore, Conſule deſignato, itemque ceteris, qui provincias obtinent, obtinere ex lege Julia, quoad ex Senatus-conſulto cuique eorum ſucceſſum ſit; item poſtero anno alterum: „ Uti C. Panſa, A. Hirtius Coſ. alter, ambove, ſi eis videretur, recuperata Republica de provinciis Conſularibus, Prætoriis ad Senatum referrent; interea provinciæ ab iis, qui eas obtinerent, obtinerentur, quoad cuique ex Senatus conſulto ſucceſſum eſſet. Novi vero, & quidem p[eſ]ſimi exempli illud, quod cum Senatus M. Antonio Conſuli Macedoniam decreviſſet, populus pro Macedonia Galliam citeriorem, quam D. Brutus ex Senatus-conſulto obtinebat, teſte Appiano, permutavit; & quod cum Octavianus, Antonius, & Lepidus Triumviri Rempublicam occupaſſent, provincias ſæpe, præterquam quæ armis inimicorum tenebantur, inter ſe ſine S. C. pro libidine, partiverunt, eaſque per legatos à ſe lectos adminiſtrarunt. Ex quibus omnibus non ſolum varia legendorum Præſidum conſuetudo, ſed varia etiam Proconſulum, ac Proprætorum ſignificatio perſpici poteſt; cum Proconſules, ac Proprætores dicti ſint, qui quocunque modo in provinciis Conſulum, Prætorumque munia, parteſque obiverint, ſive ex Conſulatu, ac Prætura prorogatum à populo in provincia imperium haberent, ſive ex Conſulatu, ac prætura provincias ex S. C ſortiti eſſent, ſive privati à populo, aut à Senatu cum imperio Conſulari, aut Prætorio eas accepiſſent.

Ac de provinciis quidem, ſive poteſtate in provinciis deferenda, hactenus; nunc de mandando præſidibus imperio dicamus, de quo ſubobſcure ante ſignificavimus. Ceterum, ut poteſtas S. C. delata eſt, ſic militare imperium lege. (19) Legem autem intelligo eam, quæ, quod curiatis comitiis lata eſſet, præcipue curiata nominabatur. Curiata enim comitia cum ad alia multa adhibuerunt, tum maxime ad imperium militare mandandum; quod indicavit Camillus, cum in oratione, qua Vejentanam commigrationem diſſuaſit, dixit apud Livium: „ Comitia centuriata, quibus Conſules, Tribuniſque militum Conſulari poteſtate creatis; comitia curiata, quæ militarem rem continent, ubi auſpicato, niſi ubi aſſolet, fieri poſſunt? egregie. Etenim cum illud requirebatur, ut imperium à populo acciperetur, tum vero, ut juſtis comitiis acciperetur; ſic enim juſtum quoque fore imperium arbitrabantur. Unde dixit in Ligariana Cicero: „ Juſto cum imperio provinciam profectus erat. Juſta vero comitia fuerunt, quæ auſpicato habita ſunt: qualia ſola centuriata, ac curiata fuerunt; quorum, ut inquit Camillus, illis magiſtratus, his imperium militare delatum; eſt ergo juſtum imperium, quod à populo curiatis comitiis eſt tranſmiſſum; tranſmiſſum eſt autem non omnibus, ſed iis duntaxat, qui, ut dixi, aut in magiſtratu, aut certe ex magiſtratu provincias adepti eſſent, ut Dictatoribus, Conſulibus, & Prætoribus, aut qui ex Conſulatu, & Prætura ſortiti provincias eſſent. De Dictatoribus, Conſulibus, ſive Tribunis Conſularibus, ſignificat Livius, cum ſcribit: „ Papirio Dictatori legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus inſignis cladibus, captæ urbis, & Caudinæ pacis. Macer Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta eſt, abominandam eam curiam facit; ſignificat autem, præter Dictatorem ad bellum iturum, etiam Conſulibus, & Tribunis militaribus Conſulari poteſtate curiatam legem fuiſſe latam; quod clades, cujus meminit, ad Cremeram, & ad Caudinas furcas Conſulibus ducibus accepta ſit: captæ vero urbis, Tribunis militaribus Conſulari poteſtate. De Conſulibus autem præcipue docet Cicero in agrariis, cum inquit: „ Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet; & in epiſtolis ad Atticum: „ Conſules flagrant infamia, quod C. Memmius candidatus pactionem in Senatu recitavit, quam ipſe & ſuus competitor feciſſet, ut ambo ſeſtertium quadringena Conſulibus darent, ſi eſſent ipſi Conſules facti, niſi tres augures dediſſent, qui ſe affuiſſe dicerent, cum lex curiata ferretur, quæ lata non eſſet, & duos Conſulares, qui ſe dicerent in ornandis provinciis Conſularibus ſcribendo affuiſſe, cum omnino ne Senatus quidem fuiſſet. De Prætoribus autem, aut qui ex Prætura provincias ſortiti erant, Cæſar bello civili: „ In reliquas provincias Prætores à Senatu mittuntur, neque, quod ſuperioribus temporibus non acciderat, expectant, ut de eorum imperio ad populum referatur; ad populum enim cum dicat plebiſcitum excludi. De iis autem, qui quamvis multis annis poſt Conſulatum, tamen ex Conſulatu, & ex Senatuſconſulto provinciam, ut Cicero, obtinuerant, ſic ipſe ad Caſſium: „ Enitere, ne quid mihi ad hanc provinciam, quam & Senatus & populus annuam eſſe voluit, temporis prorogetur. Atque imperium quidem ordine jam inde à primis temporibus hoc modo mandatum eſt.

Jam vero ſubſidia ſive ornamenta provinciarum, quæ quidem dari, atque adimi, augeri, atque minui pro arbitrio potuerunt, eadem à Senatu novo, & quidem poſt legem curiatam latam, Senatus conſulto tributa ſunt. In his autem ornamentis, atque ſubſidiis fuit latitudo provinciæ, magnitudo exercitus, ſtipendium in milites, viaticum in legatos, & cohortem, comitatus, & cetera generis ejuſdem; quæ quidem quoniam non om-

(19) His de rebus dicam cum de diſceptatione Grucchii, & Sigonii agam.

omnibus eadem amplitudine, numeroque conceſſa ſunt, propterea cum ea decernebat Senatus, tum provincias, aut Præſides ipſos provinciarum ornare dicebatur; ut Livius, bello Antiochino: „ Diſceptationem inter Prætorem, „ legatumque Conſulum relatio interrupit, qui „ ſuas ornari provincias, priuſquam de prætorio exercitu ageretur, æquum ceoſebant; & Cicero ad fratrem: „ Referebatur de provinciis Quæſtorum, & ornandis Prætoribus. Ceterum provincias ornatas eſſe à Senatu poſt legem curiatam de imperio latam, apparet ex verbis ejuſdem ſupra allatis: „ Niſi tres „ augures dediſſent, qui ſe affuiſſe dicerent, „ cum lex curiata ferretur, quæ lata non eſſet, & duos Conſulares, qui ſe dicerent, in ornandis provinciis Conſularibus „ ſcribendo affuiſſe, cum omnino ne Senatus quidem fuiſſet. Unde alio loco idem queritur: „ Conſulares provincias Lentuli, „ & Metelli à Senetu eſſe ornatas menſe „ Decembri, antequam novi Tribuni iniſſent, „ & cum adhuc Conſules deſignati eſſent; idque graviter fert: „ quod Tribuni dicerent, ſe cauſſa ipſius voluiſſe ſui poteſtatem eſſe de Conſulibus ornandis, „ non ut eos impedirent, ſed ut ad „ cauſſam ſui exulantis adjungerent; additque: „ ſe non arbitrari, alias unquam ornatas provincias eſſe Conſulum deſignatorum; itemque ex Svetonio, qui ſcribit: „ Cæſarem Hiſpaniam ulteriorem ex Prætura ſortitum, neque more, neque jure, antequam „ provinciæ ornarentur, eſſe profectum. In ornamentis autem provinciæ, magnitudinem fuiſſe provinciæ, oſtendunt ea, quæ ſupra de finibus Hiſpaniarum pro Præſidum honore productis, atque reductis, & de diœceſibus Aſiæ, Ciliciæ ipſi attributis, atque ademptis diximus. Nam reliqua Cicero declarat in Piſoniana: *Ego*, inquit, *provinciam Galliam Senatus auctoritate, exercitu, & pecunia inſtructam, atque ornatam in concione depoſui*; & alibi: *Tu provinciam noctus, æs tu S. C. attributum in quæſtu Romæ reliquiſti*; & in Antonianis: *Provinciæ Caſſio, & Bruto à Senatu datæ, quæſtores additi, legatorum numerus auctus*; & in epiſtolis ad Caſſium: *Cetera cujuſmodi ſint, ex hoc judica, quod legato tuo viaticum eripuerunt*; & Pedianus in Verrinas: *Legatis, & cohorti prætoriæ alimenta de publico data ſunt*. Viaticum autem à Senatu obtinere non potuiſſe, niſi qui legem curiatam haberet, neſcio, an ſatis Appius indicarit, cum legem curiatam ferre Conſuli opus eſſe, neceſſe non eſſe dixit; de quo Cicero ad Lentulum Ciliciæ Pro-conſulem: *Appius Conſul dictitat, ſeſe, ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega provinciam: ſi lex curiata non eſſet, ſe paraturum cum collega, tibique ſucceſſurum. Legem curiatam Conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe; ſe, quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quo ad in urbem introiiſſet. Sunt, qui putent, te non poſſe decedere; quod ſine lege curiata tibi ſuccedatur; ſunt, qui, ſi decedas, à te relinqui poſſe, qui provinciæ præſit*; & ad fratrem: *Appius ſine lege curiata confirmavit, ſe Lentulo noſtro ſucceſſurum*; & ad Atticum: *Appius ſine lege, ſuo ſumptu in Ciliciam cogitat*. Horum enim verborum hæc mihi videtur eſſe ſententia: quoniam qui provinciam ex S. C. habebat, is poſtremis Reipublicæ temporibus, ex lege, quam dixi, Cornelia imperium, quoiſque in urbem introiiſſet, habebat; propterea Appium interpretatum, legem curiatam de imperio, ſibi, qui ex S. C. provinciam haberet, utilem potius eſſe, quàm neceſſariam; quippe cum ſine ea imperium haberet, ut viaticum à Senatu, niſi curiata lege ante de imperio lata, obtinere non poſſet; ex quo efficiebatur, ut quia ſine lege curiata ibat, ſuo ſumptu iret. In lege autem Cornelia interpretanda deceptum Appium, ſatis liquet; quia non intelligebat, Syllam tollere voluiſſe plebiſcitum, quo privato imperium prorogabatur, non autem curiatam legem, qua imperium magiſtratui mandabatur. Nam cum plebi, ut dixi, infenſus Tribuniciæ poteſtatis jus imminuiſſet, ne quis rogationem Tribuniciam in prorogatione imperii deſideraret, tulit, ut qui provinciam ex S. C. in annum obtinuiſſent, ii imperium in ea ſine ulla populi prorogatione haberent, quo ad domum rediiſſent. (20)

Jam vero de viatico, id eſt, de ceteris pro-

(20) Prorogatio Imperii S. C. fieri ſolita, nec legem deſideravit unquam, niſi pro S. C. legem ferri placuiſſet, ut Scipioni in Africa bis lege prorogatum imperium, nec nova auſpicia. Prorogabatur enim, non rogabatur imperium. Niſi imperium prorogatum fuiſſet, provinciæ adminiſtratio anno finiebatur; non tamen ſine imperio poterat eſſe provincia; unde donec ei ſuccedebatur, adminiſtratio, imperium, reſque militaris apud eundem perdurabat. Hinc apud Livium, & apud Scriptores, tum deſitum à Magiſtratibus imperari, cum eis innotuiſſet ſucceſſores adventare, quibus cum provincia tradebantur exercitus. Eapropter Ulp. in L. 10. D. de off. proconſ. *Meminiſſe oportebit uſque ad adventum ſucceſſoris omnia debere proconſulem agere, cum ſit unus proconſulatus, & utilitas provinciæ exigat eſſe aliquem, per quem negotia ſua provinciales explicent. Ergo in adventum ſucceſſoris debet jus dicere*. Neque exempla L. Cornelii Lentuli, & L. Manlii Acidini ſunt prorogationis exempla, quia tum agebatur de novis mittendis in Hiſpanias Proconſulibus; ſed plebs, non novos mitti, ſed eos obtinere eam provinciam juſſit. Anno poſteriore eis à Senatu eadem provincia prorogata, ſineque legis mentione decreta. Liv. lib. 30. Ejuſdem modi eſt exemplum L. Cornelii Lentuli, & L. Stertinii, quibus non prorogatum, ſed datum fuit imperium. Diſputari poteſt exemplum C. Auruncuieji, de cujus videlicet imperii prorogatione latum ad populum eſt. At une cum Auruncuiejo, & Q. Fulvio Flacco, & C. Hoſtilio Tribulo, & L. Veturio Philoni prorogatum imperium, de uno autem Auruncuiejo lex lata. Igitur peculiares Auruncuieji cauſæ, quæ plures eſſe potuerant. Quid ſi juſta cauſa ſuperiore anno in provinciam, quam ſorte obtinueret non iviſſet, aut ex arbitrio, ut VI. inde poſt anno Cn. Servilio Cæpione, M. Servilio Gemino COSS. Prætores in provinciam ire juſſi? Locum igitur hunc Ciceronis, qui eſt ep. 9. lib. 1 fam. aliter, & belle, ut mihi videtur, ibidem in commentariis interpretatur Manutius. Curiata, inquit, lex rem militarem dabat. Cornelia ex S. C. dabat ſine re militari ex vetere inſtituto provinciæ adminiſtrationem. Nec tamen imperio carebat ea adminiſtratio, cum illud ſit, ut in L. 3 D. de juriſd. om. jud., *gladii poteſtas ad animadvertendum facinoroſos homines*. Itaque Rectores provinciarum ex S. C. L. Corneliæ, quæ non aliud erat, quam veteris inſtituti explicatio provinciam adepti juriſdicundi poteſtatem conſequebantur: quibus vero Curiata lex ferebatur, ii exercitum, belli gerendi jus, ſtipendium militum, triumphi, ſupplicationumque ſpem, atque viaticum. Ceterum multities Legi Curiatæ intercedebatur. Igitur Appius, cui non de prorogando, ſed de ro-

provincialibus ornamentis, ut veſtibus, vaſibus, vehiculis, mulis, tabernaculis, & reliquis ejuſdem generis, hæc habemus. Zonaras magiſtratibus peregre proficiſcentibus, cum alia neceſſaria, tum annulum de publico datum ſcribit. Cicero de ſignis: *Majores*, inquit, *noſtri nem nem, qui cum poteſtate, aut legatione in provinciam eſſet profectus, tam amentem fore putarunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico: aut veſtem; præbebatur enim legibus; mancipium putaverunt, quo & omnes utimur, & non præbetur à populo. Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum*; Livius bello Perſico: *Magiſtratus mulis, tabernaculiſque & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis*. Unde Svetonius Auguſtum inſtituiſſe refert: *ut ad mulos, & tabernacula, quæ publice locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur*. Recte. Locata enim ejuſmodi inſtrumenta fuiſſe, in dicio eſt P. Ventidius, qui, ut ſcribit Gellius, victum quæſivit comparandis mulis, & vehicula magiſtratibus, qui ſortiti provincias forent, præbenda publice conduxit. Itaque Alexander Severus, ut tradit Capitolinus, *exemplo veterum, argento, & neceſſariis, magiſtratus, quos in provinciam mittebat, inſtruebat, ita ut Præſides provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos*.

Atque ordinaria quidem provincialium Præſidum deligendorum, ratio hæc, ut dixi, fuit, nempe ut magiſtratus, aut qui magiſtratu abiiſſent, ex S. C. provinciam, id eſt, poteſtatem in provincia ſorte, imperium militare lege curiata, ornamenta vero provincialia deinceps novo Senatus conſulto nanciſcerentur. Quæret aliquis, quid? an vero qui aut in magiſtratu, aut privati à populo nominatim extra ordinem provincias accipiebant, eodem hæc omnia modo adipiſcebantur? Equidem non arbitror; verum qua lege provinciam à populo, eadem etiam imperium, & ornamenta conſequutos. Lex autem, ut jampridem ſignificavi, tributis lata comitiis, & quidem à Tribunis plebis fuit. Atque hoc oſtendit maxime Cicero, cum in Vatinium, qui Tribunus plebis provincias duas lege Cæſari Conſuli cum tribus legionibus dederat, ſic dixit: „ Eripuiſti Senatui „ provinciæ decernendæ poteſtatem, imperatoris deligendi judicium, ærarii diſpenſationem. Significat enim nimirum, quæ à Senatu decerni ſolebant, provincia, imperium, & pecunia, eorum jus per Vatinium potiſſimùm Senatui ademptum populo eſſe tributum; ſiquidem imperium tum decerni quodam modo videbatur à Senatu, cum lex curiata ex S. C. de imperio ferebatur. Declaravit etiam magis in Piſonem, qui lege Clodia Macedoniam Conſul acceperat: „ Obtinuiſti provinciam Conſularem finibus iis, „ quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex ge„ neri tui pepigerat; habebas exercitum tan„ tum, quantum tibi non Senatus, aut po„ pulus Rom. dederat, ſed quantum tua li„ bido conſcripſerat, ærarium exhauſeras. Lege porro Gabinia ſcimus Cn. Pompejo privato bellum piraticum cum quindecim legatis, & Manilia Mithridaticum cum omni apparatu belli piratici, ac Mithridatici, itemque Aſiam, Bithyniam, & Ciliciam provincias eſſe commiſſas. Hi enim omnes, quibus legibus provincias, iiſdem etiam imperium in provinciis cum ipſis ornamentis imperii acceperunt, neque legem curiatam ullam præterea deſiderarunt. Hujus autem rei hæc eſſe cauſſa potuit; in magiſtratibus quidem, quia ſatis id imperium videretur, quod ſemel comitiis tributis à plebe cum provinciis obtinuiſſent; in privatis autem, quia privatis lex curiata non ferretur, (21) ſed magiſtratibus tantum, credo, quod privati carerent auſpiciis, quæ ſolis, ut alias dixi, patebant magiſtratibus. Sic enim ſcripſit bello Punico Livius: „ In Senatu, cum Cn. Servilius Cos. „ de Republica retuliſſet, redintegrata in C. „ Flaminium invidia eſt; duos ſe Conſules „ creaſſe, unum habere; quod enim illi ju„ ſtum imperium, quod auſpicium eſſet ma„ giſtratus, id à domo, publicis, privatiſque „ penatibus, votis rite in Capitolio nuncu„ patis, ſecum ferre, nec privatum auſpicia „ ſequi, nec ſine auſpiciis profectum in ex„ terno ea ſolo nova atque integra concipere „ poſſe; & *alibi*: Rem mali exempli eſſe, „ imperatores legi ab exercitibus, & ſolem„ ne auſpicatorum comitiorum in caſtra, & „ provincias procul ab legibus, magiſtrati„ buſque ad militarem temeritatem transferri. Quocirca in caſtris Pompeji Macedonicis, teſte Dione, in quibus magna Civitatis Romanæ pars bello civili domo profecta conſidebat, magiſtratus novi, quibus provinciæ in inſequentem annum committerentur, ob eam rem non ſunt creati, quia lex curiata de imperio magiſtratuum in caſtris ferri non potuit; at magiſtratibus iiſdem imperia in alterum annum ſunt prorogata, quod id tributis comitiis ſine lege curiata perfici potuit; curiata vero comitia idcirco in Macedonia non potuerunt haberi, quia auſpicia, quæ ipſa comitia præcedebant, in externo concipi ſolo, ſi Livio credimus, non licebat, & comitia curiata auſpicato, ut dixit Camillus, niſi ubi aſſolebat, haberi non poterant, tributa vero licuit haberi, quia ipſa auſpiciis iis, quibus curiata, non erant obſtricta.

Poſtremo vero eorum, qui privati extra ordinem à Senatu provinciam accepiſſent, eandem quoque fuiſſe rationem opinor, ut quo Senatus-conſulto provinciam, eodem etiam imperium atque ornamenta adepti ſint; ſi modo tam multa Senatus nominatim alicui detulit; cujus rei documento eſt Cn. Pompejus à Senatu in Hiſpaniam miſſus, & C. Cæſar Octavianus in Galliam: ſic enim Pompejus

rogando agebatur imperio, verene interceſſionem dicebat: ſi licitum eſſet legem Curiatam ferre, ideſt, ſi interceſſum non fuiſſet, ſortitorum provinciam cum collega: ſi Curiata lex non eſſet, idest ſi interceſſum fuiſſet, ſe paraturum cum collega, Lentuloque ſucceſſurum, cum ex S. C. provinciam habenti lex Curiata neceſſaria non ſit, atque imperium, idest gladii poteſtatem, provinciæque adminiſtrationem lege Cornelia quoad in Urbem introiſſet, habeat. Quod jure probari confirmat Manutius ipſe ex ipſis Ciceronis verbis, cum ſubdit: *mihi non tam de jure certum eſt, quamquam ne id quidem valde dubium eſt, quam illud ad tuam ſummam amplitudinem, dignitatem, liberalitatem, qua te ſcio libentiſſime ſolere frui, pertinere, te ſine ulla mora provinciam ſucceſſori concedere*. Utrumque enim, & pro jure, & pro dignitate Appii provinciam concedendam eſſe definit.

(21) Non poteſt hoc dici, cum in adoptione privatis lex Curiata ferretur, ut cuique patet.

jus ſcribit ad Senatum apud Salluſtium : „ Equidem fateor, me ad hoc bellum majo„ te ſtudio, quam conſilio profectum ; quippe qoi, nomiuu modo imperii à vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi ; queriturque inde, ſe à Senatu ſtipendium , quod ad bellum opus ſit, non accepiſſe ; & Cicero in Senatus conſulto de Octaviano : „ Demus imperiom C Cæſari, ſine quo exercirus haberi, bellum geri, res militaris ad „ miniſtrari non poteſt, ſit pro prætore eo „ jure, quo qui optimo. Neque vero iis lea curiata eſt lata, quod privati eſſent, & eo imperio, quo nominatim à Senatu affecti fuerant, contenti eſſeut. Ac de poteſtare quidem, imperio, & ornamentis Præſidibus provincialibus deſerendis hæc hactenus.

CAP. II.

De comitatu Præſidum, Legatis, Tribunis mil. Præfectis, reliquiſque miniſtris.

QUem vero in præſidiis, ornamentiſque provinciarum comitatum Præſidum repoſuimus, hic adjutores, miniſtros, comiteſque omnes eorum ampleaus eſt, quot cum ulus, ratioque provinciæ, tum dignitas ipſa magiſtratuom, ac Reipublicæ poſtulavit; fuerunt autem Legati, Tribuni militum, Centuriones, Præfecti, Decuriones, aliiquu militariom operum, rationumque adjutores, atque mioiſtri: præterea vero ſcribæ, accenſi, præcones, lictores, interpretes, tabellarii, aruſpices, cubicularii, medici, & qui quotidianæ vitæ prope ſocii fuerunt, quæ cohors prætoria, & quaſi prætoria dicta eſt; inter quos referendi quoque contubernales ſunt. Qui ſinguli quemadmodum lecti ſint, exponamus; nam cui uſui Præſidibus, atque ipſi omnino Reipublicæ fuerint, poſt dicemus.

Legatorum nomen multis modis acceperunt, ſed qui in provinciis verſarentur duobus; primum, qui Senatus voluntatem ad alios detulerunt; deinde, qui Præſidibus operam quacunquu ratione navarunt. Quos ambos iotellexiſſe Varro mihi videtur, cum in libris de lingua Latina ſcripſit: „ Legatis, „ qui publice lecti, quorum opera, conſilio„ que uterentur peregre magiſtratus, quive „ ountii Senatus, ac populi eſſent; & Cicero in interrogatione in Vatinium, cum eos appellavit „ nuntios pacis, ac belli, curato„ res, interpretes, bellici cuoſilii auctores, „ muneris provincialis miniſtros; ſigoificat anim unum genus legatorum, qui decem, aut quinque à Senatu, & ea Senatu nd ordioandam provinciam, parta ab Imperatore victoria, mittebantur, de quibus initio diximus; item alterum, qui Præſidibus in omni proviociali, ac bellico munere adjotores dabantur, ut ad arbitrium ſe illorum accommodarent; de quibus Appianus libro primo Civilium : „ Legatos Romani appellant, „ quos provinciarum rectoribos addunt, ut „ iis ſubſidio ſint; & Cæſar libro tertio eorundem: „ Aliæ ſunt Legati partes, aliæ Imperatoris; „ alter omnia agere ad præſcriptum, alter li„ bere ad ſummam rerum conſulere debet; & libro ſecundo: „ Officium Legati fiducia„ riam operam obtinere. De bis igitur Legatis illud hoc loco videmur poſſe præcipere, eos aut à Senatu datos, aut permiſſu Senatus à Præſidibus eſſe aſcitos, aut certe lege aliqua uxtra ordinem eſſe delectos; atque hoc potiſſimum cx ea, quam dixi, in Vatinium interrogatione: „ Audire de te cupio, quo „ tandem S. C. legatus ſis; tua lege dicis? „ ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod „ nemo unquam ademit, ut legati ex ejus „ ordinis auctoritate legarentur? adeo ne „ tibi ſordidom conſilium publicum viſum „ eſt, ot non nuntios pacis, ac belli, non „ curatores, non interpretes, non bellici „ conſilii auctores, non miniſtros muneris „ provincialis Senatus more majorum deli„ gere poſſet? quis legatos onquam audivit „ ſine Senatus-conſulto? ante te nemo; poſt „ contiuoo fecit idem in duobus prodigiis „ Reipublicæ Clodius; & ex oratione pro Seatio: „ Quos legatos non modo nullo S. C. „ ſed etiam repugnante Senatu tute tibi le„ gaſti; & ex Maniliana, in qua queritur, impedimentum afferri, ou A. Gabinius Cn. Pompejo uapetenti legaretur, & addit: „ ſe ſperare de eo legando ad Senatum Con„ ſules relaturos. Nam quod diai, Præſidem pro arbitrio aliquando ſibi legaſſe, id oſtendit in libro de pratura, cum inquis: „ Ver„ rem, poſtquam Cilicia Dolabellæ provin„ cia eſt conſtituta, multis allegationibus „ illam legationem expugnaſſe; & Nepos cum ſcribit: „ Atticum ne cum Q. quidem „ Cicerone ſororis ſuæ viro in Aſiam ire „ voluiſſe, cum apud eum legati locum ob„ tinere poſſet, quia decere ſe oon arbitra„ retur, cum præturam gerere noluiſſet, „ aſſeclam eſſe Prætoris. Jam vero numerus legatorum, qui minimus, trium, ot opinor, fuit; ſic enim ſcripſit Livius: „ Decetount „ frequcotes, ot C. Sulpicius Prætor tres ex „ Senatu nominet legatos. Quin etiam Q. Cicero Prætor tres tantum in Aſiam ſecum legatos duait. Habitam tamen eſſe rationem prætorii gradus, & conſularis, & provinciæ, & belli, & ipſius denique hominis arbitror à Senatu; ſiquidem Bruto, & Caſſio legatorom onmerum auctum ſcribit Cicero, & ipſe in Cilicia Pro conſul ſecum legatos quatuor habuit, & Cn. Pompejo lege Gabinia quindecim datos, ſatis conſtat. Quin etiam obſervatum illud eſt, ut legatos libenter ſibi quiſque legaret, qui rei militaris periti eſſent, atque ipſi provinciis alias cum imperio præfuiſſeot; itaque Conſulares Conſulibus, Prætorii Prætoribus legatos ſe poſcentibus aliquando adjunxerunt, & frater fratrem, filius patrem ſibi legavit: neque id injuria; intelligebant enim, totum juriſdicendi, reique gerendæ monus in conſilio, fide, opera, uſuque legati, legatorumve conſiſtere. Quooiam autem Præſides legatis poteſtatis, atque imperii ſui partem communicabant, hinc factum eſt, ut & ipſi legati lictoribus, ac faſcibus uterentur. Quod oſtendit Livios de Pleminio P. Scipionis Imperatoris legato ſcribens: „ Sine reſpectu non majeſtatis modo, „ ſed etiam humanitatis, in legatum impe„ tom, lictoribus prius indignum in modum „ mulctatis, faciunt; & Cicero de Verre Dolabellæ Pro conſulis legato: „ In Acha„ jam ſumptu publico & legationis nomine „ cum imperio, & ſecutibus miſſus eſt.

De Tribunis autem militaribus, ceteriſque, qui ſequuntur, præfectis antequam dicam, illud repetere oportet, exercitom Romanum, cui hi omnes aliqua ex parte præfuerunt, cx legionibus, & auxiliis fuiſſe confe-

fectum: legionem certum numerum peditum, equitumque Romanorum fuiſſe; auxilia vero certum ſocialium copiarum, atque his ſingulis, ut inter ſe erant diverſi, ſic varios etiam duces præpoſitos. Quoniam autem legiones ſcribi quotannis quatuor erant ſolitæ, quæ Conſulibus ad bella prope quotidiana proficiſcentibus traderentur, factum eſt, ut quemadmodum quatuor legiones primæ ceteris, quæ poſt ad eas adjunctæ ſunt, clariores fuerunt, ſic qui his legionibus præfuerunt, omnes aliarum duces honore antecesſerint. Hi vero Tribuni militum quatuor legionibus primis ſunt appellati; Tribuni quidem, auctore Varrone, quod ab initio terni eſſent, tum cum legio ex tribus millibus conficiebatur, ex ternis, quæ tum erant, tribubus Ramnium, Lucerum, & Tatienſium lecti; militares autem, quod militibus, id eſt, peditibus, imperarent. Siquidem Tribuni militum peditibus tantum legionis, non item equitibus, præfuerunt. Itaque ut numerus peditum in legione auctus eſt, ſic etiam Tribunorum militarium, ita ut à tribus ad quatuor, atque ab his ad ſex pervenerint. Quin etiam ut numerus eorum, ſic etiam lectio procedente tempore immutata eſt. Primis enim temporibus omnes ab imperatoribus legebantur, in ſingulas quaternas legiones terni, ut eſſent duodecim. Poſt autem anno urbis trecenteſimo nonageſimo primo, inſtitutum, ut pars eorum populi ſuffragiis, pars Imperatorum arbitrio crearentur, ſic enim ſcribit Livius: „ Cum eo anno primum placuiſſet, Tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri: (nam & antea, ſicut nunc, „ quos Rufulos vocant, Imperatores ipſi faciebant) Torquatus ſecundum in ſex locis tenuit; ſex quippe locos vocans eorum, qui ſuffragio crearentur, quod ſex alteri iis, qui ab Imperatoribus fierent, relinquerentur; deinde anno quadringenteſimo quadrageſimo altero latum eſt, ut quaterni in ſingulas legiones legerentur, ut eſſent ſexdecim; & ut, quod intermiſſum erat, iidem populari ſuffragio fierent. Unde ille idem: „ Tulerunt, *inquit*, Tribuni pl. L. Atilius, C. Marcius, „ ut Tribuni militum ſeni deni in quatuor „ legiones à populo crearentur; quæ ante „ perquam paucis ſuffragio populi relictis „ locis Dictatorum, & Conſulum ferme fuerunt beneficia. Interjectis inde temporibus cum legio ex quinque millibus conſcribi jam eſſet cœpta, ut ſua factum ætate ſcribit Polybius, & poſtremo, cum ex ſex millibus, Tribuni militum ad quatuor legiones viginti quatuor, in ſingulas ſeni, lecti ſunt. Bello autem Perſico cum Tribuni è populo crearentur, Conſules propter belli Macedonici magnitudinem ex Senatus conſulto ad populum, ut refert Livius, tulerunt, *ne Tribuni militum eo anno ſuffragiis crearentur, ſed Conſulum, Prætorumque in iis faciendis judicium, arbitriumque eſſet*; quod quidem haud diu ſervatum, idem indicat, cum ſequenti anno ſcribit, *non permiſſum ut Tribunos militum Conſules facerent, populum creaſſe*. Poſt hæc autem cum Rutilius Rufus legem tuliſſet de jure Tribunorum, qui à Conſulibus eſſent facti, accidit, ut Tribuni ab Imperatoribus in exercitu lecti, Rufuli, è populo in comitiis creati, comitiati dicti ſint; quod cum Pediano Livius, & Feſtus diſertiſſime prodidere. Quocirca noviſſimis etiam Reipublicæ

A temporibus alios Tribunos à populo, alios ab Imperatoribus creatos videmus; nam & C. Marius, teſte Salluſtio, & C. Cæſar, Suetonio, & M. Cato, Plutarcho Tribunatum militum à populo & petierunt, & obtinuerunt; & Proconſul Cicero Tribunatum militum alteri dedit, & pro altero petiit, ut ipſe ſcribit ad Atticum: „ Scaptius cum à „ me Tribunatum accepiſſet, quem ego ex „ Bruti literis ei detuliſſem, poſtea ſcripſit „ ad me, ſe uti nolle eo Tribunatu; & ad Cæſarem: „ Huic ego neque Tribunatum, „ neque præfecturam peto, benevolentiam „ tuam peto. Ceterum de Tribunis militum viginti quatuor ad primas quatuor legiones B creandis hæc prodit lib. VI. Polybius: „ Declaratis Conſulibus Tribunos militum „ creant, quatuordecim quidem ex iis, qui „ quinque ſtipendia annua habeant, decem „ vero ad hos ex iis, qui decem; equites „ quidem, qui decem, pedites vero, qui „ ſex. Tum vero die delectus Tribunos militum natu minores in quatuor partes Conſules tribuunt; ac qui primi quatuor lecti „ ſunt, primæ legioni præficiunt; tres, qui „ deinceps, ſecundæ; quatuor ſubſequentes „ tertiæ; tres ultimos quartæ; ex iis autem, „ qui majores ſunt, duos primos primæ præponunt, tres ſecundos ſecundæ, duos ſubſequentes tertiæ, tres poſtremos quartæ. C Hi vero Tribuni militum legionibus quatuor primis propterea præ ceteris celebrantur, quia majori, quam ceteri, non quidem poteſtate, ſed, ut puto, dignitate fuerunt. Unde in legibus, in quibus ceteri magiſtratus nominantur, & hi præcipue nominantur, hoc modo: QVI TR. PL. Q. IIIVIR. CAPITALIS. TR. MIL. L. IIII. PRIMIS. Quod in veteribus quibuſdam æneis legum tabulis, & in lege Cornelia de falſo ſcriptum ex Cluentiana cognovi. Reliquorum autem Tribunorum, qui prætoriis legionibus attributi ſunt, eandem fuiſſe in legendo rationem, ex verbis Livianis ſupra prolatis apparet: „ Conſules „ ex S. C. ad populum tulerunt, ne Tribuni D „ mil. eo anno ſuffragiis crearentur, ſed „ Conſulum, Prætorumque in iis faciendis „ judicium, arbitriumque eſſet. Tribunos autem faſces non prætuliſſe, oſtendit Livius in ſeditione militari Scipionis apud Sucronem: „ Fugatis ex caſtris Tribunis, ad milites „ gregarios duos delatum omnium conſenſu „ imperium; qui nequaquam Tribunitiis contenti ornamentis inſignia etiam ſummi imperii faſces, ſecureſque attrectare auſi. Appianus etiam in Libyca Tribunos militares aureo annulo uſos ſcribit, cum ceteri ferreo uterentur.

Qui vero Centuriones fuerint, ac quo numero, quaque ratione lecti ſint, quanquam E ut in ceteris, ſic in hoc ſæpe variatum opinor, illuſtris in primis ex eodem ſexto hiſtoriarum Polybii locus demonſtrat; quem locum primum proponam, deinde aliorum Scriptorum auctoritate firmabo; ut intelligatur ſi quando ab hac ratione receſſum eſt, id extra ordinem, & novo exemplo factum fuiſſe. „ Ubi milites, *inquit*, ad conſtitutam „ à Conſulibus diem convenerunt, tum minimum quemque natu, ac pauperrimum in „ velites legunt; qui vero his proximi ſunt, „ in haſtatos; ætate præſtantes in principes; „ graviſſimos vero in triarios; dividunt autem eos in hunc modum, ut triarii ſexcenti

„ ſint,

„ ſint, principes mille ac ducenti, totidem-
„ que haſtati, reliqui vero velites; quod ſi
„ plures quatuor millibus ſint, eos pro por-
„ tione diſtribuunt, exceptis triariis, qui
„ eodem ſemper numero manent; ex ſingulis
„ autem generibus, præterquam ea natu
„ minimis, deligunt duces decem; ac poſt
„ eos alteros item decem, atque omnes Cen-
„ turiones appellant; qui vero primus ele
„ ctus eſt, is particeps conſilii eſt; deinde
„ vero una cum Centurionibus ſingulas æta
„ tes, præterquam velitum, in decem partes
„ dividunt, atque unicuique parti ea ſelectis
„ viris duos duces præficiunt, velites vero
„ pro multitudine aptantes æqualiter in om
„ nes partes diſtribuunt, duos vero duces in
„ unoquoque manipulo conſtituunt; qui ſi
„ ambo adſint, qui primus lectus eſt, dex-
„ trum cornu manipuli regit; qui poſterius,
„ ſiniſtrum; ſi non adſint, qui relinquitur,
„ omnibus præeſt. Ex his ergo apparet, ve
litibus remotis, tres acies fuiſſe, haſtatos,
principes, & triarios, ex ſingulisque denos,
atque iterum denos duces eſſe delectos, qui
unicuique parti (quæ in ſingulis aciebus
eſſent denæ) præeſſent, eoſque Centuriones
eſſe dictos, quorum qui primus electus ſit,
particeps etiam conſilii fuerit. Quod autem
ille de haſtatis, principibus, & triariis affert,
idem etiam eſt apud Varronem: „ Haſtati,
„ *inquit*, dicti, qui primum haſtis pugna-
„ bant, pilani, qui pilis; principes, qui à
„ principio gladiis, poſt commutata re mili-
„ tari minus illuſtres ſumuntur. Pilani triarii
„ quoque dicti, quod in acie tertio ordine
„ extremis ſubſidio deponebantur. Varroni
autem adjungere poſſumus Livium, libro
XXII. in quo eſt: „ Nova deintegro pugna
„ exorta eſt, non illa ordinata per princi-
„ pes, haſtatoſque, ac triarios, nec ut pro
„ ſignis anteſignanus, poſt ſigna alia pugna-
„ ret acies, nec ut in ſua legione miles, aut
„ cohorte, aut manipulo eſſet; ſors conglo
„ babat. Idem haſtatos, & principes, quos
in prima, & ſecunda acie pugnaſſe ſcribit,
Antepilanos vocat, quod ante triariorum
aciem tertiam, quorum ordo unus Primus-
pilus diceretur, præliarentur. Quod autem
ſingulæ acies in denas partes diſtributæ fue-
rint, confirmat item Ovidius libro Faſtorum
tertio: qui de Romulo rege loquens inquit:

Haſtatos inſtituitque decem,
Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat
Corpora; ſiquidem pro decem corporibus de-
cem ſive ordines, ſive manipulos intelleait;
confirmat Livius, qui lib. XLII., primi, & decimi
ordinis haſtati, & primi principis; & Cicero,
qui in epiſtolis ad Brutum octavi principis
meminit; nam de primo-pilo loquuntur om
nes. Quod autem ſingulæ denæ partes, quæ
Manipuli ſunt appellatæ, binos Centuriones
habuerint, haudquaquam alienum eſt ab eo,
quod ex Cincii auctoritate prodidit Gellius:
„ Legionem cohortes decem habuiſſe, mani-
„ pulos triginta, centurias ſexaginta; ita ut
cohors pars decima fuerit legionis, manipu-
lus tertia cohortis, centuria altera manipuli.
Nomina vero partium, quæ Polybius præter-
mittit, hæc videntur fuiſſe: Primus, & ſe-
cundus haſtatus, primus & ſecundus princeps,
primus & ſecundus pilus, atque ita in ſingu-
lis uſque ad decimum. Hos autem ordines
ab Imperatoribus aſſignatos, docet Livius
libro XLII., primum cum ſcribit: „ Conſul

A „ deprecatus eſt Tribunos plebis ne prohi-
„ beant ſe, quem cuique ordinem aſſignari è
„ Republica eſſet, eum aſſignare; deinde
cum Sp. Liguſtinum ita loquentem inducit:
„ In eo exercitu, qui in Macedoniam eſt
„ tranſportatus, biennium miles gregarius
„ fui adverſus Philippum regem, tertio anno
„ virtutis cauſſa mihi T. Quinctius decumum
„ haſtatum aſſignavit. Inde miles voluntarius
„ cum M. Porcio Cos. in Hiſpaniam ſum
„ profectus; hic me Imperator dignum judi-
„ cavit, cui primum haſtatum prioris centu-
„ riæ aſſignaret; tertio iterum voluntarius
„ miles factus ſum in eum exercitum, qui
„ adverſus Ætolos & Antiochum miſſus eſt,
B „ à M. Acilio mihi primus princeps prioris
„ centuriæ eſt aſſignatus, quater poſt intra
„ paucos annos primum pilum duxi; & Cæ-
ſar libro tertio belli civilis: „ Omnibus pri-
„ mæ cohortis Centurionibus interfectis,
„ præter priorem principem; & libro
XXVI.: „ ſecundi haſtati ſignum ademptum
„ ſignifero in hoſtes infert. Cum autem or-
dines ab Imperatoribus aſſignatos legimus,
ſane per Tribunos militares aſſignatus, intel-
ligere debemus; ſiquidem eodem in loco
apud Livium inquit Liguſtinus: „ Ordinem,
„ quo me dignum judicent Tribuni mili-
„ tum, ipſorum poteſtatis; & poſt Li-
vius: „ Tribuni militares in legione prima
C „ primum pilum virtutis cauſſa ei aſſigna-
„ runt. Unde Cicero Piſoni objecit, quod
Pro conſul Macedoniæ „ centuriatus palam
„ vendidiſſet, ordineſque per ſervulum aſſi-
„ gnaſſet. Atque hæc quidem ſatis mihi
multa ad Polybii ſententiam aut enuclean-
dam, aut confirmandam videntur. Addo
nunc, ut ordines alii aliis ſuperiores fuerunt,
ſic ordinum ductores alios aliis fuiſſe hone-
ſtiores. Honeſtiſſimus autem omnium fuit
ordo, atque centurio primi pili, qui & pri-
mipilus, & primus quoque centurio dictus
eſt; atque hoc præclara Cæſaris, ac Livii
multis in locis auctoritas comprobat. Cæſar
bello Gallico: „ Nonnulli Centuriones ex
D „ inferioribus ordinibus reliquarum legio-
„ num cauſſa virtutis in ſuperiores erant
„ ordines hujus legionis traducti; & bello
civili: „ Q. Fulginius vulneratur ex primo
„ haſtato legionis quartæ decimæ, qui
„ propter eximiam virtutem ex inferiori-
„ bus ordinibus in eum locum pervenerat;
& alibi: „ Scævam ab octavis ordinibus ad
„ primipilum ſe traducere pronunciavit. Ac
ſuperiores quidem ſunt ordines, primus ha-
ſtatus, primus princeps, & primus pilus, ſi
reliquos deinceps uſque ad decimum locos
reſpiciamus; at primipilus omnium, etiam
primi haſtati, & primi principis, erat ſupre-
mus; quippe quem, ut inquit Dionyſius li-
E bro nono, ſexaginta legionis Centuriones ſe-
querentur, ac mandata ejus peragerent. Un-
de Livius bello Perſico: „ Tres & viginti
„ Centuriones, qui primos pilos duxerant,
„ petierunt, ne inferiores iis ordines, quàm
„ quos, cum militaſſent, habuiſſent, attri-
„ buerentur; *& poſtea*: Placuit, Tribunum
„ militum primipilo legionis ſecretum edere
„ imperium, illum & dein ſingulos proximo
„ cuique in ordine Centurioni dicere, quid
„ opus facto eſſet; *& bello Samnitico*: Lex
„ militaris lata eſt, ne quis, ubi Tribunus
„ militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor
„ eſſet. Id propter Salonium poſtulatum eſt;

„ qui alternis prope annis Tribunus militum, „ & primus Centurio erat, quem nunc pri- „ mipili appellant; *& Vegetius*: Vetus con- „ ſuetudo tenuit, ut ex primo principe le- „ gionis promoveretur Centurio primipili, „ qui non ſolum aquilæ præerat, verum „ etiam quatuor Centurias, hoc eſt, qua- „ dringentos milites, in prima acie guber- „ nabat; hic tanquam caput totius legionis „ merita conſequebatur, & commoda. Quod autem aquilæ præfuiſſe ait, idem eſt, ac toti legioni, ſive, ut dixit Polybius, ſexaginta Centuriis. Unde Valerius libro primo: „ Aquilarum altera vix convelli à primipilo „ potuit. Ut autem primipilus ceteris Cen- turionibus erat honeſtior, ſic primæ legionis primipilus reliquis aliarum legionum primi- pilis, ut Livius ſupra ſignificavit, cum Sp. Liguſtino primum pilum in legione prima virtutis cauſſa aſſignatum ſcripſit. Neque ve- ro lateat nos oportet, Centurionum inſigne vitim fuiſſe, eaque minus promptos ad pa- rendum milites caſtigari conſueviſſe; decla- rat hoc Plinius lib. XIV.: „ Centurionum in „ manu vitis opimo præmio tardos ordines „ ad lentas perducit aquilas, atque etiam in „ delictis pœnam ipſam honorat. Tacitus libro primo: „ Centurio Lucillius in ſeditio- „ ne interficitur, cui militaribus facetiis vo- „ cabulum: Cedo alteram, indiderant, quia „ fracta vite in tergo militis, alteram clara „ voce, ac rurſus aliam poſcebat. Unde Ju- venalis etiam de Mario dixit:

Nodoſam poſthac frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra;

& Silius libro XII.:

Miſcebat primas acies, Latiæque ſuperbum
Vitis adornabat dextra decus.

Adjicit Polybius, ſingulos Centuriones adju- tores ſibi ſingulos aſciviſſe. Eos ille Græce οὐραγοὺς, id eſt, extremi agminis ductores, vocat; ego vero eos Accenſos primum, dein- de Optiones à Romanis appellatos crediderim; idque auctore Feſto, qui ſcribit: „ Optio, „ qui nunc dicitur, antea appellabatur ac- „ cenſus; is adjutor dabatur Centurioni à „ Tribuno militum, ut quem vellet, elige- „ ret, unde nomen ſortitus eſt. Atque hoc idem etiam eſt apud Varronem tum in libris de lingua Latina, tum in iis, quos ſcripſit de vita populi Rom. teſte Nonio: „ Refe- „ rentibus Centurionibus adoptati in cohor- „ tes ſubibant, ut plenæ eſſent legiones, à „ quo optiones in turmis Decurionum, & „ cohortibus Centurionum appellati. Vege- tius autem optiones fuiſſe „ qui antecęden- „ tibus ægritudine impeditis, tanquam adop- „ tati eorum, atque vicarii ſolerent univerſa „ procurare. (22)

Jam vero ut totius legionis vexillum, nempe aquilam ferebat is, qui aquilifer di- cebatur, ſic manipulorum cujuſque cohortis ſigna ii, qui ſigniferi vocabantur; qui, ut in- quit Polybius, ex unoquoque manipulo æta- te, & manu præſtantiſſimi à Centurionibus ejus manipuli legebantur; unde illud eſt apud Ciceronem de divinatione: „ Cum ſignifer „ primi haſtati ſignum non poſſet movere „ loco.

Fuiſſe præterea alios etiam in legione militaris promotionis gradus, ut Accenſum, Commentarienſem, & Cornicularium, indicat Aſconius, qui in commentario Verrinæ actionis ita ſcribit: „ Accenſus nomen eſt „ ordinis, & promotionis in militia, ut nunc „ dicitur princeps, vel commentarienſis, aut „ cornicularius; hæc enim nomina omnia de „ legionaria militia ſumpta ſunt; ſiquidem Accenſos duobus modis acceptos tradit, uno pro nomine ordinis, altero pro nomine pro- motionis; ordinis quidem, pro militibus qui- buſdam, qui una cum rorariis poſt triarios conſederunt; quorum meminit Livius libro VIII., & Varro de lingua Latina, & ante eos Plautus in Frivolaria: „ Ubi Rorarii eſtis? „ en ſunt; ubi ſunt Accenſi? ecce; promo- tionis vero, pro militibus miniſtrantibus; de quibus ſic idem Varro: „ Accenſos miniſtra- „ tores Cato eſſe ſcribit; poteſt id ab arbitrio; „ nam inde ad arbitrium ejus, cujus miniſter; & Vegetius libro primo: „ Nullis milites in- „ ſtituti deputabantur obſequiis, nec privata „ iiſdem negotia mandabantur; ſiquidem in- „ congruum videretur, imperatori militem, „ qui veſte, & annona publica paſcebatur, „ utilitatibus vacare privatis; ad obſequia „ tamen Judicum, vel Tribunorum, nec non „ etiam principalium deputabantur milites, „ qui vocabantur Accenſi, hoc eſt, poſtea „ additi, quam fuiſſet legio completa, quos „ nunc ſupernumerarios vocant.

Quem vero vigente Republica Commen- tarienſem appellet, ſatis adhuc expiſcari ne- quivi; ſub Imperatoribus autem commenta- rius principis celebratur, nimirum libellus, in quo princeps nomina omnium perſcribe- bat, quibus aliqua erat Reipublicæ admini- ſtratio tradita, unde commentarienſes ſcribæ fuerunt, qui commentarium principis confi- ciebant; in caſtris commentarienſis erit, qui obſequia militum, excubias, commeatuſque perſcripſerit; nam talem in exercitu fuiſſe curam, ſcribit eodem in loco Vegetius.

Cornicularius autem qui fuerit, nemo tradidit; ego Tribuni militaris miniſtrum fuiſſe, facile duxerim, ex verbis Valerii, capite de pudicitia: „ M. Lætorio Tribuno „ militum Cominius Tribunus plebis diem „ ad populum dixit, quod cornicularium „ ſuum ſtupri cauſſa appellaſſet; & Frontini libro III. „ Tanquam Tribuni cornicularius „ vigilias excitavit. Quaſi vero cornicularius vigilias Tribuni loco circumierit; atque ejus imperia corniculo ediderit; unde Cornicula- rii

(22) Optionum origo a bello Latino fuit T. Manlio Torquato III., P. Decio Mure COSS. A. U. CCCCXIII. Narrat Livius, eo bello Roma- norum, Latinorumque acies ita eodem or- dine, quod Latini in exercitibus Romanis bellare conſueſſent, inſtructas fuiſſe, ut non tantum vexilla cum vexillis, univerſi haſtati cum haſtatis, principes cum principibus, ſed centurionem quoque cum centurione, ſi ordines turbati non fuiſſent, concurrendum fuiſſet. Duos primipilos ex utraque acie in- ter triarios fuiſſe: Romanum corpore haud ſatis validum, ceterum ſtrenuum virum, peritumque militiæ: Latinum viribus ingen- tem, bellatoremque primum: notiſſimos in- ter ſe, quia ſemper pares ordines duxiſſent. Romano haud ſatis fidenti viribus jam Romæ permiſſum fuiſſe ab COSS., ut ſubcenturio- nem ſibi, quem vellet, legeret, qui tutare- tur eum ab uno deſtinato hoſte. Eumque juvenem in acie oblatum ex centurione La- tino victoriam tuliſſe. Ab hoc exemplo poſt hujuſmodi ſubcenturiones, accenſi, optiones uſitati.

rü ipſi merere corniculo dicti ſunt à Svetonio in libro de claris Grammaticis: „ Orbilius primo apparituram fecit magiſtratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit; *& de viris illuſtribus*: „ M. Scaurus primo in Hiſpaniæ corniculo meruit, ſub Oreſte in Sardinia ſtipendia fecit.

Ac pedeſtribus quidem copiis hi præfuerunt; (23) equitibus autem, qui ſingulis legionibus modo duceni, modo treceni, (ut in libris de jure civium Roman. oſtendimus,) affuerunt, præpoſiti ſunt ii, qui Præfecti equitum, ac Decuriones vocati ſunt; quorum illi Tribunis militum, hi Centurionibus reſponderunt, cum Præfecti alas equitum ducerent, Decuriones vero turmarum decurias. De quibus legendis in hunc modum Polybius: „ Equitatus partes decem dictæ ſunt alæ; ex unaquaque autem Conſules tres Præfectos ſelegerunt; iique ſibi tres οὐραγοὺς, (id eſt, ut ego interpretor, tres optiones) aſciverunt; qui vero primus alæ Præfectus lectus erat, is alam ducebat; duo vero Decuriones dicebantur; abſente vero primo rurſus ſecundus Præfecti alæ vices ſuſtinebat. Hinc Cicero, cum ſcribit ad Atticum: „ Appius turmas aliquot huic dederat, & Præfectum habuerat; ſignificat Decuriatum, ac Præfecturam ei aſſignaſſe: Præfectorum autem alarum ita frequens eſt mentio, ut teſtimonia non videantur egere. Frontinus; „ Corbulo in Armenia Ruſo Præfecto equitum, quia parum inſtructam armis alam habebat, veſtimenta per lictorem ſcidit.

De Decurionibus autem, & eorum optionibus ſic Varro: „ Turma terna eſt, quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatienſium, Ramnium, & Lucerum fiebant. Itaque primi ſingularum Decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in ſingulis turmis etiam nunc ſunt terni; quos hi primo adminiſtros ipſi ſibi adoptabant, optiones vocari cœpti; quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt; *& Feſtus*: Optio in re militari appellatur is, quem Decurio, aut Centurio optat ſibi rerum privatarum miniſtrum, quo facilius obeat officia publica. Ergo cum pedites centuriarentur, equites autem decuriarentur, jure dixit Livius: „ Ubi ad Decuriatum, aut Centuriatum conveniſſent, inter ſe equites Decuriati, Centuriati pedites conjurabant. Acde peditatus quidem, & equitatus Romani ductoribus hactenus.

Erant præterea auxilia, id eſt, copiæ ſociorum, tum pedeſtres, tum equeſtres; quibus item duces ab Imperatoribus Romanis præpoſiti, iique Præfecti ſocium dicti ſunt. De quibus ad hunc modum Polybius: „ Ubi ſocii convenerant, eos diſtribuebant ii, qui à Conſulibus conſtituti, Præfecti vocabantur, numero duodecim; qui primum ex omni numero ſociorum, qui venerant Conſulibus, equites, & pedites maxime idoneos ſeligebant eos, qui vocantur extraordinarii; numerus autem ſociorum plerunque Romanorum numero æqualis, equitum vero duplex fuit; extraordinarios aſciſcebant tertiam equitum partem, peditum vero quintam. Horum vero meminit etiam Livius, ut libro XXXV.: „ Nuncius venit, non ſuſtinere extraordinarios impetum Gallorum; *& Libro XLI.*: C. Oppius Præfectus ſocium hoſtes juſſit invadere.

Erant præterea Præfecturæ in exercitu aliæ multæ; ſiquidem Præfecti caſtrorum, Præfecti evocatorum, Præfecti fabrum memoria celebratur. Atque has quidem omnes ab Imperatore delatas, exiſtimarim. Declaravit Nepos cum ſcripſit: „ Atticus multorum Conſulum, Prætorumque Præfecturas delatas ſic accepit, ut neminem in provinciam ſit ſequutus, honore fuerit contentus; & Cicero ad Cæſarem: „ Trebatio neque Tribunatum, neque Præfecturam, neque ullius beneficii certum nomen peto; & ad Atticum: „ Ego quas per te Brute promiſeram Præfecturas, Scaptio, & Gavio detuli. Ex quo forte inſigne illud dictum Africani, teſte in Verrem eodem manavit: „ à quo cum quidam vetus aſſectator ex numero amicorum non impetraret, ut ſe Præfectum in Africam duceret, & id moleſte ferret, noli, inquit Africanus, mirari ſi hoc à me non impetras, ego jampridem ab eo, cui meam exiſtimationem fore caram arbitror, peto, ut mecum proficiſcatur, & adhuc impetrare non poſſum; ſcite ille quidem. „ Etenim, *ut ibi idem addit*, multo magis eſt petendum ab hominibus, ſi ſalvi eſſe volumus, ut eant nobiſcum in provinciam, quàm hoc illis in beneficii loco deferendum.

Ex miniſtris autem humilioribus fuere Scribæ, Accenſi, Præcones, & reliqui; qui

quid

(23) Non omittendam hic cenſeo, quam item alibi ſupra retuli, proque ſenſu meo explicavi, deſcriptionem Romani exercitus à Livio traditam lib. 8. *Clypeis antea Romani uſi ſunt: deinde poſtquam ſtipendiarii facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere; & quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe. Poſtremo in plures ordines inſtruebantur. Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. Prima acies haſtati erant manipuli quindecim, diſtantes inter ſe modicum ſpatium. Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. Leves autem, qui haſtam tantum, gæſaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem juvenum puberſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen. Hos ſequebantur ſcutati omnes inſignibus maxime armis. Hoc XXX. manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur; ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat, earum unamquamque primumpilum vocabant. Tribus ex vexillis conſtabat. Vexillum CLXXXVI. homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis: ſecundum rorarios, minus roboris ætate, factiſque: tertium accenſos, minimæ fiduciæ manum: eo & in poſtremam aciem rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omnium primi pugnam inibant. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat. Haſtati ſequebantur. Triarii ſub vexillis conſidebant. Siniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud ſatis proſpere eſſet pugnatum, à prima acie ad triarios ſenſim referebantur. Inde rem ad triarios rediiſſe, cum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervalla ordinum ſuorum principes, & haſtatos recepiſſent, extemplo compreſſis ordinibus velut claudebant vias; unoque continente agmine jam nulla ſpe poſt relicta in hoſtem incidebant. Id erat formidoloſiſſimum hoſti, cum velut victos inſecuti, novam repente aciem inſurgentem, auctam numero cernebant.*

A quid ſint, ipſi ferme nomine ſuo declarant; ſcribæ, qui tabulas publicarum rationum conſeceerunt; accenſi, qui Præſidi in Tribunali jus diceoti apparueruat; ita ut accenſi & in caſtris, & in jure magiſtratibus operam quocumque modo navarint; quare inter reliquos Præſidum apparitores accenſi etiam numerantur; ut in Verram: „ Comites illi „ tui delecti manus etant tuæ, Præfecti, „ Scribæ, Medici, Accenſi. Aruſpices, Præ „ cones, manus erant tuæ; quo quiſque „ maxime te cognatione, affinitate, oeceſ „ ſitudine aliqua attingebat, ita maxime „ manus toa putabatur. Atque hic item accenſus à Prætore videtur fuiſſe aſcitus, ex
B verbis, quæ ſunt in epiſtola ad fratrem: „ Quos autem ex domeſticis convictoribus, „ ant ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe „ voluiſti, qui quaſi ex cohorte Prætoris ap „ pellari ſolent, horum non modo ſacta, ſed „ etiam dicta omnia præſtanda ſunt nobis; „ accenſus ſit eo numero, quo eum majores „ noſtri eſſe voluerunt, qui hoc non in be„ neficii loco, ſed in laboris, ac muneris, „ non temere niſi libertis ſuis deferebant, ſit „ lictor non ſuæ, ſed tuæ lenitatis apparitor, „ majoraque præferant ſaſces illi, ac ſecures „ dignitatis inſignia, quam poteſtatis.

Prætoria vero cohors comitatus intimus fuit Prætoris meliorum militum, qui ab eo
C non diſcedebant, à P. Africano (24) quondam inſtitutus: *Hic enim primus*, ut ſcribit Feſtus, *fortiſſimum quemque delegit, qui ab ſe in bello non diſcederet, & cetero munere militiæ vacarent, & ſexquiplex ſtipendium acciperent*; cujus ſenteotiæ etiam illa in Verrem loca accommodata maxime ſunt: *Cohors tota illa tua, tua manus ſine controverſia fuit*; item: *Dedi ſtipendio cohorti prætoriæ*; & ad Atticum: *Ingemuit noſtra cohors, omne illud putans diſtribui ſibi oportere*. Ex quibus intelligitur, quod etiam notat Asconius, cohortem prætoriam comites fuiſſe Prætoris, quibus ſtipendium uberius à Prætore per Quæſtorem annuum erogatum ſit; ceteri vero, quos modo
D dixi, quaſi ex cohorte Prætoris appellabantur.

Contubernales autem adoleſcentes fuerunt, qui rei militaris percipiendæ, & provinciæ cognoſcendæ gratia magiſtratus in provinciam ſequuti ſunt, & propterea familiariter cum iis vixerunt, neque ab eorum lateribus diſceſſerunt; ut Cicero oſtendit in Cœliana: *Cum paullum jam acceſſiſſet ætati, in Africam profectus eſt, Q. Pompejo Proconſuli contubernalis; in qua provincia cum res erant, & poſſeſſiones paternæ, tum etiam uſus quidam provincialis non ſine cauſſa à majoribus huic ætati tributus*; & in Planciana: *Hic adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam ſic ab illo ſanctiſſimo viro delectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulavit*. Neque vero Præſides ſolum, ſed etiam Quæſtores, & Tribuni militum contubernales, ut poſt apparebit, habuerunt; quin etiam patri filium fuiſſe contubernalem, admonet nos in Stratagematis Frontinus: *Q. Metellus Conſul*, inquit, *quamvis nulla lege impediretur, quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere. P. Rutilius Conſul, cum ſecundum leges in contubernio ſuo filium poſſet habere, in legione militem fecit*. Cæſar autem in dictatura, teſte Svetonio, ſanxit, *ne quis Senatoris filius, niſi contubernalis, aut comes magiſtratus, peregre proficiſceretur*.

Finem huic diſputationi faciam, ſi hoc addidero, ex toto provinciali comitatu, libera Republica fœminas in primis remotas videri, ex verbis, quæ ſunt apud Tacitum libro tertio: *Imperante Tiberio Severus Cæcina cenſuit, ne quem magiſtratum, cui provincia obveniſſet, uxor comitaretur; haud enim fruſtra placitum olim, ne fœminæ in ſocios, aut gentes externas traherentur; ineſſe mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur*. Ex his enim apparet, Auguſto demum imperaote, uxores duci in proviociam cœptas.

CAP. III.

De Quæſtoribus provinciarum, & eorum Miniſtris.

HActenus de Præſidibus, & eorum comitibus dictum ſit, nunc de Quæſtore, qui alter fuit provinciæ Magiſtratus, dicamus. Neque enim Quæſtor eo jure in provincia verſatus eſt, quo Legatus. Ille enim poteſtatem à Prætore, hic à populo accepit; ille eam, quæ fuit Prætoris, hic longe à Prætoria ſeparatam nactus eſt; ille apud Prætorem aſſeclæ, hic filii locum obtinuit. In ſingulas enim provincias ſinguli Quæſtores mittebantur, præterquam in Siciliam; quæ, cum duplex fuiſſet provincia, vetus, & nova, duos etiam habuit Quæſtores, ut dixi; unum, qui Lilybæi curabat, alterum, qui Syracuſis. Legebantur autem eo modo, quo Præſides; nam cum legitimus in annum Quæſtorum nu-

(24) Authoritas Feſti, quod Pub. Africanus primus cohortem prætoriam inſtituerit certa non videtur. Nam cohors prætoria peditibus conſtabat, ut aperte ex Cæſare conſtat. Nam
E perterrefacto exercitu in Arioviſtum contendente, quod a Gallis audiviſſent ingenti magnitudine corporum, incredibili virtute, atque exercitatione in armis Germanos eſſe; in concione advocata poſtquam pluribus Romanæ virtutis exemplis vanum diluit timorem, proxima nocte in hoſtem caſtra moturum pronunciavit: quod ſi præterea nemo ſecutus fuiſſet, tamen ſe cum ſola decima legione iturum, de qua non dubitaret, ſibique eam prætoriam cohortem futuram. Cum ergo hoſti appropinquaſſet, atque de colloquio cum Arioviſto conveniſſet, ad quod colloquium Arioviſtus poſtulaviſſet, ne quem peditem Cæſar adduceret, quod vereretur, ne per inſidias ab eo circumveniretur, Cæſar nolens ſalutem ſuam Gallorum equitatui committere, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios eo milites legionis decimæ impoſuit, quod cum fieret, non irridicule quidam ex militibus decimæ legionis dixit: plus, quam pollicitus fuiſſet, Cæſarem feciſſe; pollicitum eſſe in cohortis prætoriæ loco decimam legionem habiturum, ad equum eam reſcripſiſſe. Peditum ergo fuit cohors prætoria, quod aliis monumentis probari poſſet authoritatibus. Non ergo à Scipione, qui equitum fuerat, ea cohors inſtituta. Reor ab initio ipſo rerum Romanarum prætoriam cohortem inſtitutam, cujus mentionem apud Livium invenimus in pugna ad lacum Regillum. Cum enim ibi Romanorum exulum cohors non modicam ederet ſtragem, Poſthomius dictator cohorti ſuæ, quam delecta manu præſidii cauſa circa ſe habebat, dat ſignum, quam integris corporibus, animiſque feſſos adorta exules cecidit. Trecentos equites delegit Scipio exemplo Romuli. Cohors prætoria forte à primis ducibus Romanis, vel etiam à Regibus.

numerus populi ſuffragiis eſſet creatus, jubebat Senatus, ut provincias in ſortem conjicerent. Provinciæ vero duæ erant, urbanæ eorum, qui ærario populi Romani præeſſent, reliquæ fere provinciales, eorum, qui cum Conſulibus, aut cum Prætoribus in provincias irent. Quod Cicero declarat ſcribens ad fratrem: *Referebatur de provinciis Quæſtorum, & ornandis Prætoribus*; & in Verrem: *Quæſtor ex S. C. provinciam ſortitus es; obtigit tibi Conſularis*; iterum ad fratrem: *Quæſtorem habet non tuo judicio delectum, ſed eum, quem ſors dedit*. Quemadmodum autem Præſides non ſemper provincias ex S. C. & ſorte, ſed aliquando lege obtinuerunt, ſic eas non ſemper Quæſtores ex S. C. ſortiti ſunt, ſed aut S. C. aut lege aliqua extra ordinem nominatim adepti ſunt. Atque hoc docuit Livius libro XXX. cum Scipionem Lælii Quæſtoris extra ſortem ex S. C. uſum opera in Africa, ſcripſit; ſignificavit in Orationibus in Antonium Cicero, cum dixit: *Quæſtor es factus, deinde continuo ſine S. C. ſine ſorte, ſine lege ad Cæſarem cucurriſti*; & in epiſtolis ad Atticum: *Pompejus Q. Caſſium Quæſtorem ſine ſorte delegit, Cæſar Antonium, ego Cœlium ſorte datum offenderem?* Ut autem Quæſtor à populo declaratus provinciam aut à Senatu, aut à populo accepit, ſic pro-Quæſtor ejuſmodi procurationem neque Senatui, neque populo, ſed uni Præſidi, à quo aſcitus eſt, debuit. Qui enim mortuo Quæſtore Præſidi ipſi Quæſtoris loco eſſe cœpit, is pro-Quæſtor appellatus eſt, ut Verres Dolabellæ Ciliciæ pro Conſuli; de quo Cicero: *C. Malleolo, Quæſtore Dolabellæ, occiſo, Verres à Dolabella ſtatim pro-Quæſtore juſſus eſt eſſe*. Invenio etiam in provincia Gallia citeriore Cn. Carbonem Conſulem non ſolum Quæſtorem, ſed etiam pro-Quæſtorem habuiſſe; idque in libro de juriſdictione, in quo ſcriptum eſt, Verrem Carbonis Quæſtorem *retuliſſe, ſe pecuniam dediſſe ſtipendio, frumento, Legatis, pro-Quæſtori, cohorti prætoriæ*; atque eam quoque lectionem probatus in primis interpres agnoſcit Aſconius, cum *Legatis, & pro-Quæſtori alimenta de publico data*, inquit, ex quo apparet, pro-Quæſtorium gradum, maxime præſente Quæſtore, multo, quam Quæſtorius fuerit, fuiſſe inferiorem, cum pro-Quæſtor à Quæſtore ipſo alimenta acceperit.

Jam vero ſeparatam fuiſſe Quæſtoris, ac Præſidis poteſtatem, tum cognoſcetur, cum Præſidem privatas, ac publicas controverſias, quæ aut à jure civili, aut à legibus proficiſcerentur, dijudicaſſe, Quæſtorem vero propria adminiſtratione pecuniam, prædamque publicam curaſſe, ac tabulas publicas confeciſſe, probabimus.

Nam filii, quam dixi, neceſſitudinem Quæſtori cum ſuo Præſide interceſſiſſe, multis in locis teſtatus eſt Cicero; quorum tres non gravabor afferre. In divinatione in Cæcilium: „ Sic à majoribus noſtris accepimus, „ Prætorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe „ oportere; nullam neque juſtiorem, neque „ graviorem cauſſam neceſſitudinis poſſe re„ periri, quàm conjunctionem ſortis, quàm „ provinciæ, quàm officii, quàm publici mu„ neris ſocietatem; quamobrem ſi jure eum „ poſſis accuſare; tamen, cum is tibi paren„ tis numero fuiſſet, id pie facere non poſſes; & de juriſdictione: „ Tu, cum Quæſtor ad „ exercitum miſſus ſis, cuſtos non ſolum pe„ cuniæ, ſed etiam Conſulis, particeps om„ nium rerum, conſiliorumque fueris, habi„ tus ſis in liberûm loco, ſicut mos majorum „ ferebat, repente relinquas; in epiſtolis: „ Cum ad te tuus Quæſtor M. Varro profi„ ciſceretur, commendatione egere non pu„ tabam; ſatis enim commendatum eum tibi „ arbitrabar ab ipſo more majorum, qui hanc „ Quæſturæ conjunctionem liberorum neceſ„ ſitudini proximam voluit eſſe.

Cum ergo talis Quæſtor eſſet, propterea & ſcribis erat, & lictoribus inſignitus, ſcribis ad conficiendas tabulas publicas, lictoribus ad majeſtatem magiſtratus tuendam. De utriſque auctor eſt Cicero in Orationibus in Verrem: „ Nuper Hortenſi Quæſtor fuiſti; „ quid tui ſcribæ fecerint, tu potes dicere; „ ego de meis hoc dico; cum in eadem iſta „ Sicilia pro frumento civitatibus pecuniam „ ſolverem, mecum duos ſcribas haberem, „ non modo iſtas duas quinquageſimas, ſed „ omnino nummum nullum cuiquam eſſe de„ ductum; *item*: Quæſtores utriuſque pro„ vinciæ, qui iſto Prætore fuerant, cum fa„ ſcibus mihi præſto fuerunt; & in Planciana: „ Plancius Quæſtor, ſimul ac Dyrrhachium „ me tetigiſſe audivit, ſtatim ad me lictori„ bus dimiſſis, inſignibus abjectis, veſte mu„ tata profectus eſt, ac Theſſalonicam me, „ in Quæſtoriumque perduxit. Atque hæc quidem de Præſidibus, & Quæſtoribus, eorumque Miniſtris, tum qui ipſi eſſent, tum quemadmodum legerentur, dicta ſint. Nunc reliquum eſt, ut eos, poſteaquam inſtruximus, aliquando in provinciam deducamus, ac, quonam modo ſe ibi geſſerint, exponamus.

CAP. IV.

De profectione Præſidum, & Quæſtorum in provinciam.

UBi ergo provinciam Senatuſconſulto, atque in ea imperium lege Præſides obtinuerant, tum vero aut ſponte ſua, aut Senatuſconſulto paludati exibant. Verum ante, quam id facerent, in Capitolium venientes ibi ſolemnia pro Republica vota nuncupabant, atque inde paludamento, lictoribus, inſignibuſque imperii ceteris aſſumptis, rectà ad portam urbis ibant, ad quam veteri inſtituto ſalutati, inde aut continuo amicis officii cauſſa aliquanto viæ ſpatio proſequentibus, ac bene ominantibus, in provinciam iter ingrediebantur, aut ſi quid negotii in urbe haberent, ad urbem per aliquot dies, aut menſes manebant, quod cum imperio in urbe eſſe non poſſent. Ac Senatuſconſulti quidem, quo ire jubebantur, admonet nos Cœlius: „ Conſules, quia verentur, ne S. C. illud fiat, „ ut paludati exeant, omnino Senatum haberi „ nolunt. De ſolemni vero votorum nuncupatione, & illuſtri eorum ex urbe egreſſione docet Livius, maxime bello Perſico: „ Per „ eos dies P. Licinius Conſul, votis in Ca„ pitolio nuncupatis, paludatus ab urbe eſt „ profectus. Semper ea quidem res magna „ cum dignitate, ac majeſtate geritur; præ„ cipue convertit oculos, animoſque, cum „ ad magnum, nobilemque aut virtute, aut „ fortuna hoſtem euntem Conſulem proſe„ quuntur. Contrahit enim non officii modo „ cura, ſed etiam ſtudium ſpectaculi, ut vi„ deant ducem ſuum, cujus imperio, conſi-

„ lioque ſummam Reipublicæ tuendam permiſerunt; & alibi in eodem: Conſul proficiſcens, Prætorve paludaris lictoribus in provinciam, & ad bellum vota in Capitolio nuncupar; & libro XLI.: Cum is more majorum ſecundum vota in Capitolio nuncupata lictoribus paludatis profectus ab urbe eſſet. Cicero de Verre Prætore Siciliæ: „ Cum paludatus exiſſet, votaque pro imperio ſuo, communique populi Romani nuncupaſſet, noctu ſtupri cauſſa lectica in urbem introferri ſolitus eſt ad mulierem, contra fas, contra auſpicia, contra omnes divinas, atque humanas religiones; & in Piſonem: „ Cum proficiſcebamini paludari in provincias, Conſules vos quiſquam putavit? itaque, credo, ſi minus frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando, atque celebrando, at omnibus ſaltem bonis, ut Conſules, non triſtiſſimis, ut hoſtes, proſequebantur; & aliquanto uberius etiam Cæſar: „ In reliquas provincias Prætores mittuntur, neque expectant, quod ſuperioribus annis non acciderat, ut de eorum imperio ad populum referatur; paludatique, votis nuncupatis exeunt; Conſules, quod ante id tempus acciderat nunquam, ex urbe proficiſcuntur lictoreſque habent in urbe ex Capitolio privatim, contra omnia vetuſtatis exempla. Itaque paludamentum Cæſar veſtem imperatoriam, Plutarchus prætoriam, Dio militarem vocavit, cum de Pompejo Pharſalico prælio excedenti loquuti ſunt. Ac purpureum quidem ipſum fuiſſe, etiam Plutarchus oſtendit, cum ſcripſit: „ Fertur eo die Craſſus, non purpurea, ut Prætorum Romanorum mos eſt, ſed pulla veſte ad milites proceſſiſſe; & Silius, cum de Scipione dixit:

At contra ardens radiabat Scipio cocco.

Unde merito Plinius quoque libro XXVII. „ coccum imperatoris paludamentis dicatum fuiſſe *prodit*. Varro libro VI de ling. Lat. „ Paludamenta ſunt inſignia, & ornamenta militaria; ideo ad bellum cum exit imperator, ac lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerunt, paludatus dicitur proficiſci, quæ propterea quod conſpiciuntur, qui ea habent, ac fiunt palam, paludamenta dicta. Paludamentum autem, quo Conſules, ac Prætores in provinciam exeuntes amicti fuere, „ pallium, *teſte Iſidoro*, fuit imperatorium, cocco, purpura, & auro diſtinctum; dictum, quod eo indutus palam faceret imperator, ſe ad bellum exire. Hinc prætextam, aut togam paludamento mutare, fuit ex magiſtratu, aut ex privato ad bellum, & in provinciam ire, quorum illud uſurpavit Plinius in Panegyrico: „ Geſtus eſt conſulatus non in hoc urbis otio, ſed juxta barbaras gentes, ut illi ſolebant, quibus erat moris, paludamento mutare prætextam; hoc vero Saluſtius, teſte Iſidoro: „ Togam paludamento mutavis. Quod autem dixi, Præſides ad portam ſalutatus, id apud Feſtum his verbis ſcriptum reperi: „ Prætor ad portam nunc ſalutatur is, qui in provinciam proPrætore, aut proConſule exit; cujus rei morem ait fuiſſe Cincius in libro de Conſulum poteſtate talem. Albanos rerum potitos uſque ad Tullum Regem. Alba deinde diruta uſque ad P. Decium Murem Conſulem populos Latinos ad caput Ferentinæ, quod eſt ſub monte Albano, conſulere ſolitos, & imperium communi conſilio adminiſtrare; itaque quo anno Romanos imperatores ad exercitum mittere oporteret, juſſo nominis Latini, complures noſtros in Capitolio à Sole oriente auſpiciis operam date ſolitos. Ubi aves addixiſſent, militem illum, qui à communi Latio miſſus eſſet, illum, quem aves addixerant, Prætorem ſalutare ſolitum, qui eam provinciam obtineret Prætoris nomine. Eundem autem Præſidem ad portam, atque ad urbem per plures, ſi placuiſſet, dies eſſe potuiſſe, teſtatur Asconius, cum ſcribit: „ Ad urbem dici ſolet, de iis, qui cum poteſtate provinciali nondum in provinciam profecti eſſent; & alibi: „ Horum magna pars per tabulas laudaverunt, quia aberant; inter quos Pompejus quoque: nam, quod erat proConſule, extra urbem morabatur. Significat autem tempus, cum Pompejus Hiſpanias ex Conſulatu ſecundo adeptus per legatos adminiſtrabat, atque ipſe ad urbem manebat; qua de re in hunc modum Dio: „ Pompejus, populo extra pomerium evocato, (neque enim Proconſulare jam habens imperium poterat urbem ingredi) multa pro Gabinio locutus eſt; unde Cicero in Sextiana: Erat Cæſar ad portas, erat cum imperio; & de Verre Prætore Siciliæ: „ Verres ſimulatque ei ſorte provincia Sicilia evenit, ſtatim Romæ, & ad urbem, antequam proficiſceretur. Neque vero illud hoc loco prætereundum videtur, ut Senatus conſulto exire Conſules juſſi ſunt, ſic, ne irent, Tribunorum plebis edicto, aut dirarum obnunciatione prohiberi potuiſſe. Itaque M Craſſus, cum P. Attejo primum edicenti, deinde obnuncianti non paruiſſet, ipſe poſt, ac filius cum Parthis dimicans juſtas dediſſe pœnas exiſtimatus eſt.

Verum ubi iter in provinciam jam Præſes erat ingreſſus, moris fuit, ut Præſidem, cui ſuccedebat, de adventu ſuo faceret certiorem; ſcilicet, ut cum eo congrediens de ſtatu cognoſcere provinciæ poſſet; atque hoc lege potiſſimum Cornelia à Sylla Dictatore relatum exiſtimo, cum verba Ciceronis Appium, cui in provincia ſuccedebat, de itinere ſuo admonentis intueor. Unde illa ex itinere: „ Ut habere rationem poſſis quo loco me ſalva lege Cornelia convenias, in provinciam veni pridie Kal. Sext. Quod eleganter non ad ſuorum magis, quam ad vetuſtorum temporum rationem deſcripſit Ulpianus titulo de Officio Proconſulis. „ Antequam Proconſul, *inquit*, fines provinciæ decretæ ſibi ingreſſus ſit, edictum debet de adventu ſuo mittere, continens commendationem aliquam ſui, ſi qua ei familiaritas ſit cum provincialibus, vel conjunctio, & maxime excuſans, ne publice, vel privatim occurrant ei; eſſe enim congruens, ut unuſquiſque in ſua patria exciperet. Recte autem, & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificetque, quo die ſit ingreſſurus; plerumque enim incerta hæc, & inopinata turbant provinciales, & actus impediunt. Quo vero die in provinciam accedebat, eodem provincialis muneris, imperiique initium capiebat. Unde Cicero tam ſæpe diem pridie Kal. Sextil. uſurpat, quo die in provinciam veniſſet, & ſibi ex S. C. decedendum eſſet. Quod autem dixi de Præſide, idem etiam in Quæſtore ſervatum eſſe apparet. Quoniam autem non ſemper Quæſtor cum ſuo Præſide in provinciam profectus eſt,

eſt, verum ſæpe, aut multo ante, aut multo poſt eum in provinciam venit, fieri potuit, non ot idem ſemper Quæſtorii muneris ineundi dies fuerit, ac Prætorii, quod ubi evenit, ſimul illud etiam contingere potuit, ut duos Quæſtores Præſes unus eodem anno deinceps habuerit, ut Cicero Rufum, & Cœlium, & duos Præſides Quæſtor unus, ut qui in Sicilia Verre, ac Metello Prætoribus Quæſtores fuerunt. Quod declaravit Cicero, cum de Metello poſt Verrem Siciliam obtinente loquitur: „ Quæſtores utriuſque provinciæ, qui Verre Prætore fuerant, cum faſcibus mihi præſto fuerunt.

CAP. V.

De poteſtate Præſidum, & in primis de juriſdictione.

POſtquam ergo provinciam Præſides ſuam attigerant, tum demum provinciale officium, cujus cauſſa venerant, aggrediebantur. Officium autem eorum io duas partes fuit, ut diximus, diſtributum, poteſtatem, & imperium. Poteſtas fuit facultas cognoſcendi, imperium exercitui imperandi, bellumque gerendi; quorum alterum pacis, alterum belli temporibus congruit. Hæc autem duo munera longe inter ſe, ut fine, ſic tractatione diverſe ita coluerunt, ut æſtatem fere rei militari, hiemem prætoriæ cognitioni, quæ in juriſdictione potiſſimum eſt verſata, dicarent. Atque hoc cum aperte in Inſtitutionibus docuit non contemnendus auctor Theophilus, tum ſignificavit etiam non obſcure Hirtius, cum ſcripſit: „ Cæſarem Proconſulem, legatis hybernis præpoſitis, ipſum in citeriorem Galliam ad conventus agendos contendiſſe, & Longinum Hiſpaniæ ulterioris pro Prætore relictum legionibus in hiberna diſpoſitis ad jus dicendum ſe Cordubam contuliſſe. Quo factum eſt, ut Cicero Ciliciam Proconſule adminiſtrans, & in eodem item inſtituto permanens, ſic ad Atticum ſcripſerit: „ Erat mihi in animo rectà proficiſci ad exercitum, æſtivos menſes reliquos rei militari dare, hibernos juriſdictioni; & ad Cœlium: „ Mihi erat io animo, quoniam juriſdictionem confeceram, proficiſci in Ciliciam Nonis Maji; & cum primum æſtiva attigiſſem, militaremque rem collocaſſem, decedere.

Quoniam autem horum officiorum neutrum tueri, niſi variis itineribus per provinciam faciendis, non potuerunt, (ſiquidem neque jus omnibus reddere, neque rem frumentariam tractare, neque rei militari ſervire, niſi provinciam obeundo licuit,) primùm de itineribus Præſidum provincialibus, deinde de poteſtate, poſtremo de imperio diſputabimus. Primis ergo temporibus iter facere præſides Romani ita per provinciam conſuerunt, ut nihil ſociis adventus ſui cauſſa imperarent; neque ullis aut oneri, aut ſumptui eſſent; verum in omnibus rebus modeſte, atque abſtinenter ſe gererent; quippe qui hoſpites etiam privatim haberent, ad quos plerunque diverterent; poſt autem gliſcente libidine ſociis uſque adeo incommodi eſſe cœperunt, ut multorum adventus parum ab hoſtili impreſſione differret; quocirca multis legibus eorum conſtringenda libido fuit; quæ quid cuique Prætori à ſociis, & provincialibus dandum, quidve à Prætore imperandum eſſet, præſcriberent, ut tectum, lecti, ligna, ſal, fœnum, & cetera ejuſmodi, quæ repente adveniente Prætore commode parari ab ipſius comitatu non poterant. Hujus autem rei primam memoriam invenio apud Livium, anno urbis quingenteſimo quinquageſimo ſexto, Cornelio, Minucioque Conſulibus: „ Sardiniam, *inquit*, M. Porcius Cato obtinebat, fugati ex inſula fœneratores, & ſumptus, quos in cultum Prætorum ſocii facere ſoliti erant, circumciſi, aut ſublati; alteram vero anno quingenteſimo octogeſimo, Poſtumio, Popilioque Conſulibus: „ Poſtumius, *inquit*, iratus Præneſtinis, priuſquam ab Roma proficiſceretur, literas Præneſte miſit, ut ſibi magiſtratus obviam exiret, locum publice pararet, ubi diverteretur, jumentaque, cum exiret inde, præſto eſſent. Ante hunc Conſulem nemo unquam ſociis in ulla re oneri, aut ſumptui fuit; ideo magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis; privata hoſpitia habebant; apud quos ipſis diverti mos eſſet. Legati, qui repente aliquò mitterentur, ſingula jumenta per oppida, iter quà faciundum erat, imperabant; aliam impenſam ſocii in magiſtratus Romanos non faciebant. Injuria Conſulis, & ſilentium nimis aut modeſtum, aut timidum Præneſtinorum jus, velut probato exemplo, magiſtratibus fecit, graviorum in dies talia generis imperiorum. Ut autem poſtea huic malo in dies ingraveſcenti remedium aliquod afferretur, leges inde multæ de repetundis ſunt pro ſociis adverſus provinciarum Præſides latæ, quarum primam tulit L. Calpurnius Piſo in Tribunatu, anno DCIV., ut ſcribit in Bruto Cicero. Inde ſequutæ aliæ, Junia, Servilia, Acilia, Cornelia, & ultima Julia, quæ ſingulæ vel pœnam graviorem, vel caput aliquod ſuperioribus adjecerunt. Lex autem Julia, quam Cæſar in primo Conſulatu tulit, præter cetera, quid dati, quid accipi oporteret, præcepit. Qaain quidem ſe Cicero ſervaſſe in pro Conſulatu Ciliciæ, cum Attico gloriatus eſt: „ Sed tu aliquid, *inquit*, de me ſcire fortaſſe mavis; hæc ſunt. Adhuc ſumptus nec in me aut publice, aut privatim, nec in quenquam comitum; nihil accipitur leg. Julia; nihil ab hoſpite; perſuaſum eſt omnibus meis, ſerviendum eſſe famæ meæ; *item*: Levantur miſeræ civitates, quod nullus ſumptus fit io nos, neque in Legatos, neque in Quæſtorem, neque in quenquam. Scito non modo nos fœnum, aut quod lege Julia dari ſolet, non accipere, ſed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, & tectum quenquam accipere quidquam, multis locis ne tectum quidem; & in tabernaculo manere plerunque; *& alibi*: Cave putes, quidquam homines magis unquam eſſe miratos, quam nullum teruncium, me obtinente provinciam, ſumptus eſſe factum nec in Rempublicam, nec in quenquam meorum. Quin etiam alio loco ſe Laodiceæ Andronem Artemonis filium hoſpitem habuiſſe ſcribit, rogatque P. Servilium Aſiæ pro-Conſulem, ut & ipſe eum dignum hoſpitio ſuo judicet. Nam quid dicam, ut Prætoribus, ſi quò navigandum eſſet, publice atiam navigia data ſint? oſtendunt illa in-

Ver-

Verrem: „ Quid tibi navi opus fuit? qui, ſi „ quo publice proficiſcereris, & præſidii, & „ vecturæ cauſſa ſumptu publico navigia „ præberentur? privatim autem nec proficiſci „ quoquam poſſes, nec arceſſere res tranſ„ marinas ex iis locis, in quibus tibi habe„ re, mercari nihil licet; ſignificat autem id, quod alio loco poſuit: „ Prætori in provin„ cia nihil emere, niſi mancipium in demor„ tui locum, licuiſſe. Unde merito laudavit idem fratrem ſuum Quinctum, quod in Aſia commodum ſe ſociis Prætor præberet. „ Quid „ tam eximium eſſe poteſt, *inquit*, quam „ non itineribus tuis perterreri homines, „ non ſumptu exhauriri, non adventu com„ moveri, eſſe, quocunque veneris, & pu„ blice, & privatim maximam lætitiam, cum „ urbs cuſtodem non tyrannum, domus hoſ„ pitem, non expilatorem recepiſſe videatur? Atque etiam propterea inſtituti miniſtri quidam erant, qui, quæ lege continebantur, præberent, Græco vocabulo Parochi nominati, quorum meminit Horatius: (25)

Proxima Campano ponti quæ villula tectum
Præbuit, & parochi quæ debent, ligna, ſalemque.

Itinerum ratione perſpecta, ſequitur, ut de poteſtate agamus, quæ cognitionem, & curationem amplexa eſt. Prætoria vero cognitio una domeſtica fuit, altera popularis; domeſtica intra prætorium, & in cubiculo querelis provincialium audiendis, miniſtrante atque admittente cubiculario, eſt conſumpta; popularis in baſilica, atque in tribunali, ſcribis, accenſis, præconibus, & lictoribus apparentibus. Utriuſque vero meminit Cicero, ſcribens ad fratrem: „ Conſtare inter omnes „ video faciliſſimos eſſe aditus ad te, patere „ aures tuas querelis omnium, nullius ino„ piam, ac ſolitudinem non modo illo popu„ lari acceſſu, ac tribunali, ſed ne domo „ quidem tua, ac cubiculo eſſe excluſam; & de ſe ad Atticum: „ Aditus ad me mini„ me provinciales; nihil per cubicularium, „ ante lucem inambulabam domi, ut olim „ candidatus. Atque hoc idem ſine dubio voluit Hirtius, cum de Longino pro Prætore Hiſpaniæ ſcripſit: „ Nullum genus quæſtus „ prætermittebatur, quo domus, & tribunal „ Imperatoris vacaret. Utramque autem poteſtatem non ante, quàm provinciam ſuam attigiſſent, neque alibi, quàm in provincia ſua, exercere poterant. Unde illud eſt Ulpiani titulo de off. pro Conſulis: „ Pro Conſul „ ubique quidem pro-Conſularia inſignia ha„ bet ſtatim, atque urbem egreſſus eſt, po„ teſtatem autem non exercet, niſi in ea „ provincia ſola, quæ ei decreta eſt.

Ut autem hanc poteſtatem exercere commode poſſent, inſtitutum erat, ut Præſes, poſtea quam in provinciam veniret, in aliquam civitatem, aut in plures ex iis, in quibus conventus agi ſolebat, conventum, ſive forum in certam diem edicto indiceret, eoque provinciales homines evocaret; atque ita aut uno in oppido plures conventus, aut in ſingulis ſingulos agebat, atque omnes percurrebat. Indictos autem ante fuiſſe à Prætore conventus, indicat Livius, cum bello Macedonico de Sicilia ita quendam loquentem inducit: „ Siculorum civitatibus Syra„ cuſas, aut Meſſanam, aut Lilybeum indi„ citur concilium à Prætore Romano, con„ ventus agitur; eo imperio evocati conve„ niunt; quo eodem reſpexit quoque Virgilius hoc verſu:

Indicitque forum, & patribus dat jura vocatis.

Jam vero in uno oppido plures, aut in ſingulis actos, docet Cicero; qui cum per annum in Cilicia fuiſſet, primum ſe in ſingulis fere conventibus jus dixiſſe, deinde Laodiceæ quinque conventus egiſſe, ſcripſit. Nam in provinciam accedens ita ſcribit: „ Laodi„ ceam pridie Kal. Sext. venimus; ibi mora„ ti triduum perilluſtres fuimus; dein Apa„ meæ quinque dies, Synnadis triduum, Phi„ lomeli quinque dies, Iconii decem fecimus; „ nihil ea juriſdictione æquabilius. Poſt autem cum foro Tarſi in Cilicia peracto, in Aſiam ad ſecundos conventus agendos rediret, ita ſcribit: „ Ego æſtivis confectis Q. „ fratrem hybernis, & Ciliciæ præfeci; ipſe „ in Aſiam profectus ſum Tarſo Nonis Ja„ nuarii maxima admiratione Ciliciæ civita„ tum, maximeque Tarſenſium; poſtquam „ vero Taurum tranſgreſſus ſum, mirifica „ expectatio noſtrarum Aſiæ diœceſum, quæ „ ſex menſibus imperii mei nullas meas ac„ ceperant literas. Idibus Februar. forum „ inſtitueram agere Laodiceæ Cibyraticum, „ & Apameſe; ex Idibus Martiis ibidem „ Synnadenſe, Pamphylium, Iſauricum. Ex his enim apparet, ipſum primo Laodiceæ, Apameæ, Synnadis, Philomeli, & Iconii, ſigillatim conventus egiſſe, (unde queſtus eſt etiam cum Appio deceſſore ſuo, iiſdem diebus Appium conventum Tarſi egiſſe, quibus ipſe ſuum Apameæ, Synnadis, & Philomeli, peregerit;) poſt autem harum quinque diœceſeum conventum in uno oppido egiſſe Laodiceæ. Quod confirmavit magis, cum ſcripſit alibi ad Atticum: „ forum ſe egiſſe ex Idi„ bus Februariis Laodiceæ ad Kal. Maji om„ nium diœceſeum præter Ciliciæ. Frequentius tamen ſingulos conventus à Prætore perluſtratos fuiſſe exiſtimo, atque id quoque fuiſſe ad provinciæ rationes accommodatius. Hoc autem ex Hirtio colligo, qui ita ſcriptum reliquit: „ Cæſar in Gallia citeriore „ jus dixit, ac paucos ibi dies moratus, „ cum celeriter omnes conventus percurriſ„ ſet, publicas controverſias cognoviſſet, in „ Belgium ſe recepit; & ex Sulpicio Achajæ Prætore, qui de ſe ad Ciceronem ita: „ Cum „ Athenis in Bœotiam irem, ut reliquam „ juriſdictionem abſolverem; & ex ipſo Cicerone in Verrem: „ Nullum oppidum in „ Sicilia fuit ex iis oppidis, in quibus Præ„ tores conſiſtere, & conventum agere ſo„ lent, quo in oppido non Verri delecta ad „ libidinem mulier eſſet. Unde idem ſcripſit ad Thermum Aſiæ Prætorem: „ Peto à te, ut „ ſi quid habebit Genucilius cum aliquo „ Helleſpontio controverſiæ, in illam „ *Snianois* rejicias.

Cum autem conventibus indictis, & convocatis, alia domi, alia in foro cognoſcerent; quæ quidem domi tranſigebantur, ea fere per diplomata annulo obſignata perfi-
cie-

(25) Meminit etiam Cic. ad Attic. lib. 13. epiſt. 2. *Ariarathes Ariobarzanis filius Romam venit. Vult opinor Regnum aliquod emere à Cæſare; Nam quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet. Omnino eum Sextius noſter parochus publicus occupavit; quod quidem facile patior.*

dicebantur. Unde dixit Cicero in Piſonem: „ Mitto diplomata tota in provincia paſſim „ data; & Plinius Prætor Bithyniæ ad Trajanum: „ Uſque in hoc tempus domine ne- „ mini diplomata commodavi. Ex quo divinitus illa Q. fratri de annulo ſunt præcepta: „ Sit annulus tuus non ut vas aliquod, ſed „ tanquam ipſe tu, non miniſter alienæ vo- „ luntatis, ſed teſtis tuæ. Quæ vero in foro cognita ſunt, ea totam juriſdictionem complexa ſunt. Juriſdictio autem nihil aliud fuit, quam poteſtas juris ejus reddendi, quod legibus contineretur, de privatis controverſiis, & criminibus publicis, aut provincialibus hominibus, aut civibus Romanis in provinciis ipſis verſantibus, quoties exiſteret, qui illud poſceret. Ac quæ quidem privatæ controverſiæ fuerint, (de his enim prius agemus, quia in his potiſſimum collocata juriſdictio fuit) ex longa veterum Juriſconſultorum in hac potiſſimum re laborantium diſputatione repetendum videtur, quorum ingenio conſtitutum eſt, earum alias ad perſonas, alias ad res, & earum adquiſitiones, alias ad obligationes pertinere. (26) Leges (27) autem fuerunt, aut quas Imperator ab initio ex decem (28) Legatorum ſententia dederat, aut poſtea è re nata Conſules, aut Tribuni plebis tulerant; quibus etiam adtexenda Senatus-conſulta ſunt; ut lex Rupilia de judiciis apud Siculos, quam P. Rupilius ex decem Legatorum ſententia tulit, & Terentia Caſſia de emendo in Sicilia frumento, quæ à Conſulibus Terentio Caſſio poſt in gratiam Siculorum eſt lata; ut Senatus-conſultum illud Lentulo, Philippoque Conſulibus: „ Ut qui Ciliciam obtineret, jus de centeſi- „ mis uſuris ex ſyngrapha diceret; quorum omnium Cicero meminit. Quod autem ſcripſi, jus dictum eſſe provincialibus, ex eo numero liberos populos eximi oportet, quibus jus dici non licuit; quod ex Piſoniana cognoſcitur: „ Omitto, inquit, juriſdictionem in li- „ beram civitatem contra leges, Senatuſque „ conſulta; item: Tu emiſti grandi pecunia, „ ut tibi de pecuniis creditis jus in liberos „ populos contra Senatus-conſulta, & con- „ tra legem generi tui dicere liceret. Quos vero cives in provinciis verſatos dixi, ii fere, ut ſupra ſcripſi, aut aratores, aut publicani, aut negotiatores fuerunt, quibus non minus, ac ſociis ipſis, jus dictum eſt. Unde illud in Verrem: „ Præclara clauſula edicti, quod „ omnium controverſiarum, quæ eſſent inter „ aratorem, & decumanum, edicit ſe recu- „ peratores daturum.

Cum ergo juriſdictio reddendi juris poteſtas fuerit, quod in legibus contineretur, legibus autem omnia comprehendi non potuiſſent, factum eſt, ut multa edictis ipſis Prætoriis ſint permiſſa; ſiquidem ut Prætores urbani Romæ magiſtratum ineuntes edicta propoſuerunt, ex quibus jus ſe dicturos eſſe, profeſſi ſunt; ſic Præſides in provincias ingreſſi & ipſi ſua edicta ſingulis de rebus diligenter ſcripta ediderunt, ad eaque poſtea totam juriſdictionem ſuam accommodarunt. Atque hæc quidem ſi ex urbanis aut provincialibus edictis ſumpſiſſent, tranſlatitia, ſin minus nova dicebantur. Hanc autem doctrinam huic diſputationi intelligendæ apprime neceſſariam elicere potiſſimum ex Ciceronis epiſtolis poſſumus, ubi ipſe pro-Conſul de ſuis Cilicienſibus edictis agit cum Attico. „ De Bibuli, inquit, (hic erat Syriæ pro-Conſul) „ edicto nihil novi, præter illam „ exceptionem, de qua tu ad me ſcripſeras, „ nimis gravi præjudicio in ordinem no- „ ſtrum; ego tamen habeo [illegible], ſed „ tectiorem ex Q. Mucii edicto Aſiatico: „ EXTRA QUAM ſi ita negotium geſtum „ eſt, ut eo ſtari non oporteat, ex fide bona, „ multaque ſum ſecutus Scævolæ; in iis „ illud, in quo ſibi libertatem Græci cen- „ ſent datam, ut Græci inter ſe diſceptent „ ſuis legibus; breve autem edictum eſt prop- „ ter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus ge- „ neribus edicendum putavi; quorum unum „ eſt

(26) Alia ſunt ea, ad quæ ſe jura extendunt: alia, in quibus jus conſiſtit. Prima deſcribit Gajus in L. 1. D. de St. hom.: *omne jus, quo utimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones*. Ideſt: ad perſonas: ut prout quæque eſt alio, aut alio jure ſit. Sic alio jure liberi, alio ſervi: alio ingenui, alio libertini: alio cives, alio peregrini, & hujuſmodi. Ad res: alio jure publicæ, alio privatæ: alio ſacræ, alio religioſæ: alio communes, alio ſingulares: alio terminatæ, alio quæ ſine terminis ſunt: alio *corporales*, alio incorporales &c. Ad actiones: alio jure in rem, alio in perſonam: alio civiles, alio prætoriæ: alio quæ ex contractibus, aut quaſi: alio quæ ex maleficiis, vel quaſi &c. Conſiſtit autem jus, ut ait Ulpianus in L. ult. D. de leg. & S. C., aut in adquirendo, aut in conſervando, aut in minuendo. In adquirendo per ſucceſſiones, & contractus: in conſervando exceptionibus, & præſcriptionibus: in minuendo: diſtractionibus, & maleficiis.

(27) Leges in provinciis, vel juris publici fuerunt, vel privati, eæque vel a Populo Romano, vel a Senatu, vel ab Imperatoribus, Conſulibus, Proconſulibus, Prætoribus, Proprætoribus, Præfectis. Lex juris publici, & a Populo rogata eſt *De pecuniis repetundis*, de qua Cic. in divin.: *Civibus cum ſunt ereptæ pecuniæ, civili fere actione, & privato jure repetuntur. Hæc lex ſocialis eſt, totaque ſociorum cauſa conſtituta*. Juris publici, & a Senatu, lex Macedonica, & Illirica apud Liv. lib. 45. *Liberos eſſe Macedonas, atque Illirios: metalli Macedonici, prædiorumque ruſticorum vectigal*

non exerceri: Commune conſilium gentis non eſſe, in quatuor regiones deſcriptam, ſuum quamque conſilium habere: Dimidium tributi, quam quod Regibus ferre ſoliti erant, P. R. pendere. Lex juris publici, & Imperatoria ad eoſdem Macedonas L. Æmilii Paulli Cos.: *Capita regionum, ubi conſilia fierent, primæ regionis Amphipolim, ſecundæ Teſſalonicam, tertiæ Pellam, quartæ Pelagoniam eſſe. Eo conſilia ſuæ cujuſque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magiſtratus creari: connubia, commerciaque agrorum, ædificiorumque ab una regione cum alia regione nulla eſſe &c.* Hæ autem leges Imperatoriæ ex S. C. de decem Legatorum conſilio, cujuſmodi fuit Rupilia Siculorum, quam hic memorat Sigonius, ut ex Cic. 4. in Verr., nonnunquam autem, & de quinque ſolum Legatorum conſilio, ut Illirici apud Liv. l. l. Lex COSS. fuit, qua de apud Cic. 5. in Verrem: *L. Octavio, & C. Cotta COSS. Senatus permiſit, ut vini, & olei decumas, quas ante Quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent, legemque his rebus, quam ipſis videretur, edicerent*. Non eſt, ut ſingulorum Magiſtratuum edicendarum privati juris legum poteſtatem enumerem, quorum omnium ſummam habemus apud Hermogenianum in L. 10. de Off. Præſid.: *Ex omnibus cauſis, de quibus vel Præfectus urbi, vel Præfectus Prætorio, itemque Conſules, & Prætores, ceterique Romæ cognoſcunt, Correctorum, & Præſidum provinciarum eſt notio*.

(28) Nonnunquam pauciorum, ut quinque in Illiricum, ut proxime notavimus.

„ eſt provinciale, in quo eſt de rationibus civitatum, de ære alieno, de uſura, de ſyngraphis, in eodem omnia de publicanis; alterum, quod ſine edicto ſatis commode tranſigi non poteſt, de hereditatum poſſeſſionibus, de bonis poſſidendis, magiſtris faciendis, bonis vendendis, quæ ex edicto & poſtulari, & fieri ſolent; tertium de reliquo jure dicendo, ἄγραφον reliqui; dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum; & ex epiſtolis ad Appium, de ſ.idem: „ Romæ tum poſui edictum, nihil addidi, niſi quod publicani me rogarunt, ut de tuo edicto totidem verbis tranſferrem in meum; diligentiſſime ſcriptum caput eſt, quod pertinet ad minuendos ſumptus civitatum; quo in capite ſunt quædam nova, ſalutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector; hoc vero, ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiviſſe aliquid, in quo te offenderem, tralatitium eſt; *item*: Interim cum ego in edicto tranſlatitio, centeſimas me obſervaturum, haberem, cum anatociſmi anniverſario. Quin etiam in edictis non illa ſolum comprehenſa ſunt, quibus de rebus Prætor cogniturus eſſet, ſed etiam de quibus judicium daturus, & quo modo. Unde illa extiterunt in Verrem: „ Edictum hominis cognoſcite; ſi quis perperam judicaſſet, ſe cogniturum, cum cognoſſet, animadverſurum; *item*: Dicit, ſe in decumanum, ſi plura ſuſtulerit, quam debitum ſit, in octuplum judicium daturum eſſe; *item*: Qui in decumanos octupli judicium ſe daturum edixit, idem habuit in edicto, ſe in aratorem in quadruplum daturum; *item*: Illa vero præclara clauſula edicti, quod omnium controverſiarum, quæ eſſent inter decumanum & aratorem, ſi uter velit, edicit ſe recuperatores daturum. Neque vero prætereundum illud eſt, improbe factum judicatum eſſe, ſi quis aliqua de re aliter in provincia, atque in urbe (29) edixiſſet; aut aliquod edictum contra leges provinciæ feciſſet; aut contra edictum ſuum jus dixiſſet. Nam ni ita eſſet, profecto nunquam Cicero in accuſatione Verris potuiſſet, quod Prætor urbanus de hereditatibus aliquid ſcripſiſſet in urbano edicto, quod poſtea de provinciali demiſſet, & quod contra leges Siculis datas edixiſſet; aut certe non ita de ſe ad Atticum ſcripſiſſet: „ Cum ego in edicto tranſlatitio, centeſimas me obſervaturum, haberem, cum anatociſmi anniverſario, ille ex ſyngrapha poſtulabat quaternas; quid ais? inquam poſſumne contra meum edictum?

Cum ergo juriſdictio ab edicto univerſa penderet, nunc quo modo, propoſito edicto, eam exercuerint, differamus. Exercuerunt autem aut coërcendo, aut ſtatuendo; de coërcitione cum juriſdictione conjuncta intellexit etiam Paullus titulo de officio ejus, cum ſcripſit: „ Juriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt. Coërcuiſſe autem dicti ſunt, vel cum citari, (30) vel cum prehendi juſſerunt. Itaque coërcitionis inſignia, ac prope inſtrumenta fuerunt, accenſus, & lictor, ille ad ciendum, hic ad ſummovendum, & prehendendum tributus. De quibus noſter ille ad fratrem: „ Nuper C. Octavius in Macedonia jucundiſſimus fuit; apud quem primus lictor quievit, tacuit accenſus, quoties quiſque voluit, dixit, & quam voluit, diu. Recte: fuit enim accenſi officium, accire, qui jus poſcerent, aut diutius, quam oporteret, loquentibus ſilentium imponere; lictoris non prehendere ſolum ac ducere, ſed etiam ſummovere, atque aliquando etiam loquentem cohibere. Unde illa Livii extitere de Paullo Æmilio in Macedonia: „ Ubi is dies venit, quo adeſſe Amphipoli denos principes civitatum juſſerat, cum decem Legatis in tribunali conſedit. Aſſuetis regio imperio, tamen novam formam terribilem præbuit tribunal, ſummotor aditus, præco accenſus, inſueta omnia oculis, auribuſque; & illud Svetonii in libro de claris dicendi magiſtris: „ Albutius Silus in cognitione cædis Mediolani apud L. Piſonem Pro Conſulem defendens reum, cum cohiberent lictores nimias laudantium voces, ita excanduit, ut Italiæ ſtatum deploraret, quaſi iterum in formam provinciæ redigeretur.

Statuendi vero locus fuit Baſilica, & Tribunal; miniſtri ſcribæ, præcones, & lictores; de Baſilica Hirtius in Alexandrino: „ Longinus ea concione ſe Cordubam recepit, eoque ipſo die meridianâ horâ cum in Baſilicam iret, interfectus eſt. Tribunal ſuggeſtus editior erat, unde conſpici magiſtratus ab omnibus poterat, in quo ſella curulis, juriſdictionis inſigne, locata erat, ubi ſedens Prætor cognoſcebat, & pronunciabat. Unde apud Livium dixit Minio: „ Siculi in conventu imperio Prætoris evocati Prætorem excelſo in ſuggeſtu ſuperba jura reddentem, ſtipatum lictoribus vident, virgæ tergo, ſecures cervicibus imminent; & Cicero in Verrem: „ Satiſne vobis Prætori improbo circumdati cancelli videntur in ſua provincia, immo vero in ſella, ac tribunali? *item*: Contentus hac iniquitate Prætor non fuit; palam de ſella, ac tribunali pronunciat; *item*: Quamobrem ſcriba deducat, ac non potius mulio, qui adduxerit? tabellarius, cujus adventu certiores „ fa-

(29) Non erat improbum, ſi quis aliud, quam quod Romæ, in provincia, cum juſtum, edixiſſet ex Proculo in L. 12. de Off. Præſ.: *Licet is, qui provinciæ præeſt, omnium Romæ Magiſtratuum vice, & officio fungi debeat, non tamen ſpectandum eſt, quid Romæ factum eſt, quam quid fieri debeat.*

(30) Certum hic Sigonius propter defectum juriſprudentiæ. Citare non eſt coercere: prehendi, pignora capi jubere, multam dicere, punire, ſunt coercitionis effectus. Ut autem nullus judex quantacumque [illegible] non poteſt ſuam exercere juriſdictionem, ſi contemnat eam impune liceat: ita dixit Paulus in L. ult. D. de Off. ejus, cui mand. eſt juriſd. juriſdictionem ſine modica coercitione nullam eſſe. Hæc autem ſententia pertinet ad eos, qui jure Magiſtratus non ſunt, ſed delegatam habent juriſdictionem, ut legati Proconſulum, & quicumque vices Magiſtratuum gerentes: unde idem Paulus eodem loco: *Mandata juriſdictione privato, etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari: quia juriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt.* Quæ autem eſſet Proconſulum, Conſulum, aliorumque in provinciis juriſdictio, pluries diximus: adeſt imperium, ſeu gladii poteſtatem ad animadvertendum facinoroſos homines, ut definit Ulp. in L. 3 D. de juriſdict. om. jud. Sub hoc autem continebatur quicquid judicis officium in provincia requirebat, ut ex Hermogeniano ſupra demonſtravimus, & ſequitur Marcianus in Lege poſteriora, beneque proſequitur infra Sigonius.

„ facti ptiveront? præco, qui adeſſe juſſit? „ victor, ac Venerius, qui fiſcum ſuſtulit? „ quæ pars operæ, atque oportunitatis in„ ſcriba eſt, cur ei tanta merces detur? or„ do eſt honeſtus, quod eorum hominum fi„ dei tabulæ publicæ, periculaque magiſtra„ tuum committuntur. Ex quibus item, quæ ſeribarum, quæ præconum, quæ tabellariorum partes apud Prætorem provinciæ fuerint, declaratur.

Porro autem ſtatuendi partes duæ fuerunt, decretum una, judicii datio altera. Decreta ſententiæ Præſidum fuerunt ſine Judicum conſilio ſingulis de rebus interpoſitæ; decernere autem dicebatur Prætor, cum manumitti, emancipari apud ſe permittebat, cum poſſeſſionem ex edicto dabat, cum tutorem dicebat, cum bona addicebat, cum interdicebat, & omnino cum ipſe ſine judice rem & cognoſcebat, & de ea pro ſuo judicio ſtatuebat; talem autem Præſidis fuiſſe cognitionem, & ut ſine judice ſtatueret, & judicibus rem ſtatuendam permitteret, oſtendit Calliſtratus aperte, cum inquit: „ Quoties „ princeps ad præſides provinciarum remittit „ negocia per reſcriptiones, veluti: Eum, „ qui provinciæ præeſt, adire poteris; vel „ cum hac adjectione: Is æſtimabit, quid ſit „ ſuarum partium, is æſtimare debet, utrum „ ipſe cognoſcat, an judicem dare debeat. Atque hoc idem etiam florente populo obſervatum apparet ex iis, quæ Cicero ſcribit in Verrem: „ An dubitabit quiſquam, quin is „ venalem in Sicilia juriſdictionem habuerit, „ qui Romæ totum edictum, atque omnia „ decreta vendiderit; & quin ab Siculis ob „ decreta interponenda pecuniam acceperit, „ qui M. Octavium ob jus dicendum popoſcerit. Atqui ille M. Octavio bonorum poſſeſſionem ademerat; item: „ Verris decreta ejuſmodi. Si non accepit, quod te debera dicis, accuſes; ſi petit, ducas; item: „ Controverſiæ ſecreto deferebantur, paulo „ poſt decreta auferebantur; item: Aba te „ judicium poſtulatur; quid decernis? recu„ peratores dicis te daturum; & pro Flacco: „ Prætor Aſiæ pro ſua æquitate, prudentia„ que decrevit, ut ſi judicatum negaret, in „ duplum iret, ſi metu coactos diceret, habe„ ret eoſdem recuperatores; item ad Atticum de ſe Pro-Conſule: „ Si Brutus putabit, „ me quaternas centeſimas oportuiſſe decerne„ re, qui in tota provincia ſingulas obſerva„ rem, itaque edixiſſem, accipiam dolorem; & ad Thermum Aſiæ Prætorem: „ Peto à te, „ ſi intellexeris, eos neque ex edicto, neque „ ex decreto pecuniam depoſitam habuiſſe, „ des operam, ut uſuræ Cluvio inſtituto tuo „ conſerventur. Decreta vero Latino ſermone pronunciabantur. Itaque ob eam cauſſam interpretes habebant, ut Verres A. Valentinum in Sicilia, ut Cicero in quinta in Verrem ſcripſit.

Judicia vero ſententiæ fuerunt, quas judices à Prætore litigatoribus judicium poſtulantibus dati re cognita tulerunt; quod docuiſſe videtur is, qui Herenniana Rhetorica ſcripſit, cum dixit: „ judicatum eſſe id, de „ quo aut ſententia lata, aut decretum inter„ poſitum eſſet; neque enim dubium eſt, quin his verbis & Prætoris, & Judicum cognitionem exprimere voluerit. Dabatur autem judicium à Præſide eo modo, quo poſtulabatur, id eſt, aut ex lege provinciæ, aut ex edicto Prætoris, ſi quid, quod abeſſet à lege, commodi contineret. Ac ex lege quidem, ut Rupilia apud Siculos, in qua ſcriptum fuit: „ Ut quod civis cum cive ageret, domi cer„ taret ſuis legibus; quod Siculus cum Sicu„ lo non ejuſdem civitatis, ut de eo Prætor „ judices ex lege Rupilia ſortiretur; quod „ privatus à populo peteret, aut populus à „ privato, Senatus ex aliqua civitate, qui „ judicarat, daretur, cum alternæ civitates „ rejectæ eſſent; ceterarum rerum ſelecti ju„ dices ex civium Romanorum conventu „ proponi ſolebant, inter aratores, & decu„ manos lege frumentaria, quam Hieronicam „ appellabant, judicia fiebant. Moris autem fuit, ut cum res ex lege Rupilia gereretur, dicæ ſcriptio præcederet, inde citatis litigatoribus una ſortitio poſt triginta dies, inde altera, & quidem ex voluntate litigatorum, fieret; dica vero Græcorum more, (31) (nam Siculi Græci erant, & Græce loquebantur,) ſcribi tum dicebatur, cum lis intendebatur, id eſt, judicium poſtulabatur; ſortiri vero dicas erat, judices ipſos ex lege ſortiri, non autem, ut Budæus exiſtimavit, litem intendere. Hæc autem omnia ex judicio Heraclii hominis Siculi cognoſcuntur, de quo Cicero: „ Scribitur Heraclio dica; dies „ advenit, quo die Verres ſe ex inſtituto, „ ac lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis „ edixerat; paratus ad hanc dicam ſortien„ dam venerat; tum eum docet Heraclius, „ non

(31) Dica vocabulum Græcum à *δίκη*, quæ eſt ſcripta actio in judicio. Eo vocabulo uſus eſt Cicero in diſputanda re Sicula, quod ii populi à Græcis deſcendentes eo in judiciis uterentur. Ludens Plaut. in Aulul. *Jam quidem Hercle*, inquit, *ad Prætorem te rapiam, & ſcribam dicam*, quod imitatus eſt Terent. Phorm. *Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam*. Ceterum etiam apud Romanos, quanquam dica vocabulo non uterentur, eadem ratio ſcribendæ actionis erat, quam libellum appellabant. Ulp. in L. 1. D. de edend.: *qua quiſque actione agere volet, eam edere debet; nam æquiſſimum videtur eum, qui acturus eſt, edere actionem, ut proinde ſciat reus, utrum cedere, an contendere ultra debeat: & ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendum cognita actione, qua convenitur. Edere eſt etiam copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat adverſarium ſuum ad album, & demonſtret quod dictaturus eſt, vel id dicendo quo uti velit*. Dicarum ſortitio non una, & altera ex arbitrio, ſed una, quod patet ex Cicerone. Dicæ ab omnibus, qui agere volebant, quolibet die ex arbitrio ſcribebantur. Sortitio erat datio judicum ex urna ſorte eductorum, quæ ante trigeſimam diem poſt dicam ſcriptam lege Rupilia prohibebatur, ut interim deliberaret reus an cedere, vel contendere deberet, quod tempus apud Romanos fuerat decem dierum, ut tradit apud antiquos obſervatum fuiſſe Juſtinianus, qui illud prorogavit ad dies viginti in Nov. 53. Scriptis variis diebus variis dicis, edicebatur certus dies à Prætore, quo dicas eſſet ſortiturus. Si eo die ſortitio alicujus dicæ propter triginta dies nondum tranſgreſſos fieri non potuiſſet, ea aliam ad ſortitionem per aliud edictum faciendam differebatur. Hinc ſperabat Heraclius, non alteram ſuæ dicæ ſortitionem, ſed ſortitionem Verris declinare, quod ante talem alteram ex novo Verris edicto ſortitionem Q. Arrius ſucceſſurus eſſet. Sed Verres ne præda fraudaretur, omnibus judiciis diem diſtulit, ut Heraclii dicam ſortiri poſt dies XXX. ex lege poſſet.

„ non poſſe eo die ſortiri, quod lex Rupilia A
„ vetaret, diebus triginta ſortiri dicam, qui-
„ bus ſcripta eſſet; dies triginta nondum
„ fuerant; ſperabat Heraclius, ſi illum diem
„ effugiſſet, ante alteram ſortitionem Q. Ar-
„ rium ſucceſſurum; iſte omnibus judiciis
„ diem diſtulit, ut hanc Heraclii dicam ſor-
„ tiri poſt dies triginta ex lege poſſet;
„ poſteaquam ea dies venit, iſte incipit ſimu-
„ lare, ſe velle ſortiri. Heraclius cum advo-
„ catis adeſt, & poſtulat, ut ſibi cum palæ-
„ ſtritis æquo jure diſceptare liceat; adver-
„ ſarii poſtulant, ut in eam rem judices den-
„ tur ex iis civitatibus, quæ in id forum
„ convenirent; electi qui Verri viderentur.
„ Heraclius contra, ut judices ex lege Ru- B
„ pilia dentur; negavit Verres, ſe judices ex
„ lege Rupilia ſortiturum; quinque judices,
„ quos commodum ipſi fuit, dedit: eo die
„ nihil actum eſt; adeſſe jubentur poſtridie.
„ Heraclius interea conſilium capit, non
„ adeſſe ad judicium; atque Syracuſis illa
„ nocte profugit. Verres poſtero die mane
„ judices citari jubet; ubi comperit, Hera-
„ clium non adeſſe, cogere incipit eos, ut
„ abſentem condemnent; illi eum commone
„ faciunt, ut, ſi ei videatur, utatur inſtituto
„ ſuo, nec cogat ante horam decimam de
„ abſente ſecundum præſentem judicare. Tum
„ Verres illis quinque judicibus uti ſe ne-
„ gat; jubet, id, quod initio è lege Rupilia C
„ fieri oportuerat, citari Heraclium, & eos,
„ qui dicam ſcripſerant; atque, judices è
„ lege Rupilia velle ſortiri; educit ex urna
„ tres; iis, ut abſentem Heraclium condem-
„ nent, imperat; itaque condemnat. Hæc

quanquam perverſe omnia, neque ex lege facta ſunt, tamen facile quid fieri ex lege debuerit, oſtendunt. Quocirca in Verrem paulo poſt ita Cicero invehitur: „ Profecto
„ negare non potes, te ex lege Rupilia ſor-
„ tiri judicium debuiſſe, cum præſertim He-
„ raclius id poſtularet; deinde, cur tu poſt
„ illius fugam judices alios ſortitus es, ſi eos,
„ qui erant antea dati, utriuſque dederas vo-
„ luntate? deinde ceteras dicas omnes illo D
„ foro M. Poſtumius quæſtor ſortitus eſt,
„ hanc ſolam tu illo conventu reperiere ſor-
„ titus.

Ex edicto vero judicium poſtulabatur, eum more Romano poſtulabatur; id eſt, ut ſibi aut judex unus, aut tres recuperatores, darentur; ſic enim cum Prætore quoque urbano agebatur. Hoc autem erat ex edicto, quia Prætor hoc in edicto poſuerat, ſe de illis, aut illis rebus judicem, aut recuperatores daturum. Unde illa Verrina: „ Præ-
„ clara clauſula edicti, quod omnium con-
„ troverſiarum, quæ eſſent inter aratorem,
„ & decumanum, ſi uter velit, edicit, ſe
„ recuperatores daturum; item: Cœpit Scan- E
„ dilius poſcere recuperatores; tum iſte re-
„ cuperatores dicit ſe de cohorte ſua datu-
„ rum; item: Poſtulat arator ex edicto judi-
„ cium in octuplum. Apronius non recuſat.

Præterea vero in quæ verba judicium poſtulabatur, in eadem quoque dabatur, hac formula: *Si pateret*, aut, *ſi appareret*; ut: *Dabat iſte judicium, ſi pateret, jugera ejuſmodi fundi eſſe plura, quam colonus eſſet profeſſus, tum Xeno damnaretur*; item: *Quærebant, in quæ verba recuperatores daret; reſpondebat, ſi pateret, adverſus edictum feciſſe*; item: *Si vero illud quoque accedit, ut Prætor in ea verba judicium det, ut vel Octavius Balbus judex non poſſit aliter judicare, ſit ejuſmodi L. Octavius judex; eſto; ſi paret, fundum Capenatem, quo de agitur, ex jure eum P. Servilii eſſe, is fundus Q. Catulo reſtituetur, non neceſſe erit L. Octavio judici cogere P. Servilium Q. Catulo fundum reſtituere, aut condemnare eum, quem non oportet?*

Quos autem judices, aut recuperatores dabant, eos ex conventu, & foro illo, in quo res agebatur, dabant, id eſt, ex iis civibus Rom. ſociiſve, qui in iis oppidis, quæ ad id forum convenirent, verſarentur. Itaque inter cetera hoc quoque crimini vertit Cicero Verri, quod non de conventu, ſed de cohorte ſua recuperatores dediſſet. Unde illa manarunt: *Scandilius poſtulare de conventu recuperatores. Tum Verres negat, ſe de exiſtimatione ſua cuiquam, niſi ſuis, commiſſurum*; item: *De conventu nullum unquam judicem, nec recuperatorem dedit; iniquos decumanis omnes dicebat eſſe*; item: *Inſtat Scandilius poſcere recuperatores: tum iſte recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum*; & alibi: *Selecti è conventu, aut propoſiti ex negotiatoribus judices nulli; hæc copia judicum, cohors non Q. Scævolæ, qui tamen de cohorte ſua dare non ſolebat, ſed C. Verris*; item: *Habebat in conſilio homines honeſtos è conventu Syracuſano, qui Sacerdotis Prætoris quoque in conſilio fuerant*. L. autem Craſſus Cos. in Gallia citeriore, ut ſcribit Valerius, Cn. Carbonem, inimicum ſuum, ad ſpeculanda acta ſua profectum, non ſolum inde non ſummovit, ſed inſuper ei locum in tribunali aſſignavit, nec ulla de re, niſi eo in conſilium adhibito, cognovit. Quanquam ne ſi litigator quidem judicium in eam formulam accepiſſet, judices quicunque ex conventu dari poterant, verum ii demum, de quibus litigatores inter ipſos convenisſent. Quocirca, ut in orbe, ſic in provincia rejectio judicum, quos ſibi uterque incommodos arbitraretur fore, concedebatur. Atque hoc ex iis verbis elicitur: *Cur poſt illius fugam judices alios ſortitus es, ſi eos, qui erant antea dati, utriuſque dederas voluntate?* item ex iis: *Poſtulat arator ex edicto judicium in octuplum. Apronius non recuſat; Prætor jubet recuperatorum rejicere decurias. Scribamus quas decurias? tu de mea cohorte rejicies?* inquit; & poſt: *Si mehercule ex omni copia conventus Syracuſani ſplendidiſſimorum hominum faceret poteſtatem aratori non modo rejiciendi, ſed etiam ſumendi recuperatores, tamen hoc novum genus injuriæ ferre nemo poſſet.*

Quod ſi non recuperatores tres, ſed judex unus datus eſſet, tum, ut Romæ, ſic in provincia, ille petitum aliquem ſibi in conſilium advocabat, atque ex ejus ſententia judicabat; quod his verbis perſpicue admonemur: *M. Petilium Verres jubet operam dare, quod res privatæ judex eſſet*; *Petilius recuſabat, quod ſuos amicos, quos ſibi in conſilio eſſe vellet, ipſe Verres retineret.*

In ceteris autem eadem in provinciis agendi ratio fuiſſe videtur, ac Romæ, ante judicium quidem Vadationum, Compromiſſorum, Sponſionum, Satiſdationum; poſt judicium autem Addictionum, Abductionum, & reliquorum ejuſmodi, de quibus latius alio à nobis loco, & quidem magis idoneo, diſputabitur. Ac Vadationis quidem teſtimonia ſunt illa: „ Jam vero illud contra omnia
„ jura Siculorum, quæ habent à Senatu, po-

„ pu-

A „ puloque Romano, ne extra forum ſuum va„ dimonium promittere cogantur. Statuit iſte, „ ut arator decumano vadimonium promit„ teret; ut hic quoque decumano, cum ea „ Leontino Lilybæum uſque aliquem vadare„ tur, ea miſeris aratoribus calumniandi quæ„ ſtus accederet. Vadationis vero cum ſponſione hæc: „ Jubet Verres, Servilium Lily„ bæum vadimonium Venerio ſervo ſuo pro„ mittere. Lilybæum venitur; cogere eum „ cœpit, cum ageret nemo, nemo poſtularet, „ ſeſtertium duobus millibus ſponſionem fa„ cere cum lictore ſuo, ni furtis quæſtum „ faceret; recuperatores de cohorte ſua dicit „ daturum. Servilius recuſare, & deprecari, B „ ne iniquis judicibus, nullo adverſario judi„ cium capitis in ſe conſtitueretur. Satis-dationis vero illa: „ Amici, ſi quis quid pete„ ret, judicio ſecum agi paſſuros, judicatum „ ſolvi ſatis daturos eſſe, dicebant. Nam arbitrii etiam, & compromiſſi rationem obſervatam eſſe, ea eo loco apparet: „ Quod ju„ dicium ſecundum Heraclium de compro„ miſſis factum erat, quod civis Centuripi„ nus inter duos cives judicaſſet, id irritum „ juſſit eſſe; at poſt rem judicatam abductos eſſe, ea Oratione pro Flacco: „ Hinc judi„ cio ille perſequitur; à recuperatoribus cauſ„ ſa cognoſcitur; recuperatores contra iſtum „ rem minime dubiam prima actione judica„ verunt; cum judicatum non faceret, addi- C „ ctus Hermippo, & ab hoc ductus eſt.

Atque hoc quidem modo privatarum controverſiarum cognitionem adminiſtrarunt, quam proprie juriſdictionem appellarunt; nunc quemadmodum judicia publica, quas quæſtiones dixerunt, exercuerint, demonſtremus. Neque enim, ut Romæ alii jus inter cives, & inter peregrinos dixerunt, alii judicia publica exercuerunt, ſic in provinciis; verum utraque cognitio Præſidi provinciæ à populo Romano commiſſa eſt: privatarum quidem litium ea ea lege, quæ ea decem legatorum ſententia data fuerat; publicorum vero criminum ea ea, quæ de quoque crimine cognoſcendo, ac vindicando lata fuit. D Unde illa ſunt Ciceronis in Piſonem Macedoniæ Proconſulem: „ Quid ego rerum ca„ pitalium quæſtiones, reorum pactiones, re„ demptiones, acerbiſſimas damnationes, li„ bidinoſiſſimas liberationes proferam? & illa apud Hirtium de Longino proPrætore Hiſpaniæ: „ Nemo erat, qui modo jacturam ali„ quam facere poſſet, quin aut vadimonio „ teneretur, aut in reos referretur; id eſt, qui non aut privata lite, aut publico judicio apud Prætorem provinciæ irretiretur; & S. Lucas dixit in Actis: „ Quod ſi Demetrius, „ & qui cum eo ſunt artifices, cauſſam ad„ verſus aliquem habent; aguntur fora; & E „ Proconſules ſunt: accuſent invicem. Ceterum publicarum quæſtionum, ut vis, peculatus, falſi, majeſtatis, exercendarum eadem in provinciis ratio, ac Romæ, fuit. Deferebatur enim rei nomen ab accuſatore apud Prætorem; Prætor autem, ſi id recepiſſet, diem judicii conſtituebat, atque ubi advenerat, per præconem accuſatorem, reum, & teſtes citari jubebat; interrogatione vero teſtium abſoluta, ſortiebatur ea lege, quæ de eo crimine lata fuerat, judices, & quidem è conventu; inde ſequebatur more Romano rejectio; quibus abſolutis, ſedente in Tribunali, ac ſella Prætore, judicibus in ſubſelliis cauſſa ab utraque parte agebatur, id eſt, ab accuſatoribus, & patronis rei; Prætor cum conſilio cognoſcebat, atque ea eorum ſententia, ubi ab utraque parte peroratum erat, reum aut comperendinabat, aut condemnabat, aut abſolvebat, aut amplius pronunciabat; ſi comperendinatus reus, aut ampliata cauſſa fuiſſet, ſecunda actio inſtituebatur; &, ſi neceſſe fuiſſet, tertia; tum deintegro aut abſolvebat, aut condemnabat, atque in condemnatum animadvertebat. Sunt autem in Verrinis tria hujus generis judicia, unum de Philodamo, Nerone Aſiæ Prætore judicium exercente, alterum de Sopatro, tertium de Sthenio, Verre Siciliæ Prætore quærcate; quæ quanquam à Cicerone ut perperam facta afferuntur, tamen, quia ejuſmodi ſunt, ut veterem publicorum in provincia judiciorum conſuetudinem illuſtrare poſſint, ea breviſſime perſtringemus; neque etiam aliunde hujus rei notitiam haurire, niſi concepta ex urbanis judiciis conjectura, poſſumus; de Philodamo res acta in hunc modum eſt: Occiſus erat Lampſaci lictor Verris Cornelius à Philodamo, tum cum legatus Verres erat Dolabellæ in Cilicia Proconſulis; cujus cædis cognitio ad Neronem Aſiæ Prætorem pertinebat; ſic ergo ille narrat: „ Deceſſit è provincia ſua „ Dolabella, ut in alienam proficiſceretur; „ contendit à Nerone, ut Philodami cauſſam „ cognoſceret; venerat ipſe, qui eſſet in con„ ſilio, & primus ſententiam diceret; addu„ xerat etiam Præfectos, & Tribunos mili„ tares ſuos, quos Nero omnes in conſilium „ vocavit; erat in conſilio etiam judex Ver„ res; erant nonnulli Togati creditores Græ„ corum; accuſator apponitur civis Romani „ de creditoribus Lampſacenorum; cum Do„ labella cum ſuis præfectis pugnaret in con„ ſilio, Verres fortunas ſuas agi diceret, idem „ teſtimonium diceret, idem eſſet in conſilio, „ idem accuſatorem paraſſet, & cum homi„ nem conſtaret occiſum, tamen de Philo„ damo amplius pronunciatum; altera actio„ ne condemnatur perpaucis ſententiis Philo„ damus, & ejus filius; urget Dolabella, ut „ quamprimum ſecuri feriantur. In Sopatri autem judicio ita actum eſt: „ Cum Sopater „ Halycienſis ab inimicis ſuis apud C. Sacer„ dotem Prætorem rei capitalis accuſatus eo „ judicio liberatus eſſet, huic eidem Sopatro „ iidem inimici ad C. Verrem, cum Sacer„ doti ſucceſſiſſet, ejuſdem rei nomen detu„ lerunt; citatus reus; cauſſa agitur Syracu„ ſis; crimina tractantur ab accuſatore; cauſ„ ſam Sopatri defendebat Q. Minucius eques „ Romanus poſtquam ad cauſſam dicendam „ ventum eſt, omnes ſine metu; res illo die „ non peroratur; dimittitur judicium; bene „ ſperare Sopater, quod Prætor quoquo mo„ do ſe in ea quæſtione præbebat, tamen in „ conſilio habebat homines honeſtos è con„ ventu Syracuſano, qui Sacerdotis quoque „ in conſilio fuerant, tunc cum eſſet hic „ idem Sopater abſolutus; cum in conſilium „ frequentes conveniſſent iidem, Prætor M. „ Petilium equitem Romanum, quem habet „ in conſilio, jubet operam dare, quod rei „ privatæ Judex eſſet Petilius, recuſabat, „ quod ſuos amicos, quos ſibi in conſilio eſſe „ vellet, ipſe Verres retineret. Verres di„ mittit omnes & ſolus cum ſua cohorte re„ linquitur. Minucius jubetur dicere; negat, „ quia non adſint, qui cauſſam cognorant.

„ Petilius, ne dicere cogeretur, à ſubſelliis abire cœpit; minanti illi cauſſam ſeſe dimiſſo, atque ablegato conſilio, defenſurum negavit, à ſubſelliis diſceſſit. Verres jubet, Sopatrum dicere; idem orare, ut cum conſilio cognoſceret; tum repente Verres teſtes citari jubet; dicit unus, & alter breviter; nihil interrogatur; præco dixiſſe pronunciat; Prætor de ſella exiluit; hominem à Sacerdote abſolutum indicta cauſſa de ſententia Scribæ, Medici, Aruſpicisque condemnavit. Judicium vero tertium Sthenii hujuſmodi fuit: „ Verres Prætor palam de ſella, ac Tribunali pronunciat, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe ejus nomen recepturum; & ſimul, ut nomen deferret, Agathinum hortari; negavit Agathinus; tum repente Pacilius quidam ait, ſi liceret, nomen abſentis deferre, ſe velle; iſte vero & licere, & fieri ſolere, & ſe recepturum; itaque defertur; edicit ſtatim, ut Kal. Decemb. adſit Sthenius Syracuſis. Kal. Decembr. mane, ut edixerat, Sthenium reum citari jubet; non reſpondit; non affuit. Verres, quem abſentem reum fecerat, eum abſente accuſatore condemnat. Neque enim, ſi præſens Sthenius reus factus eſſet, tamen cum accuſator non adeſſet, condemnari oportuit. His tribus judiciis addere poſſumus etiam quartum, veterum literis in primis celebratum, de muliere Smyrnæa; de qua præter Valerium, ac Gellium, ſic Marcellinus prodidit: „ Apud Proconſulem Aſiæ Dolabellam Smyrnæa materfamilias filium proprium & maritum veneuis necaſſe confeſſa, quod filium ex priore viro ab eis occiſum comperiſſet, & comperendinata, cum conſilium, ad quod ex more delata eſt, anceps, quid inter ultionem, & ſcelus ſtatui debeat, hæſitaret, ad Areopagitas miſſa eſt. Athenienſes judices triſtiores, cauſſa cognita, centeſimo poſt anno cum accuſatore mulierem adeſſe juſſerunt, ne aut abſolverent veneficam, aut ultrix neceſſitudinum puniretur. Horum igitur judiciorum partes ſi quis ſingulas attente conſideraverit, facile intelligeret, eandem fuiſſe quæſtionum in provincia exercendarum conſuetudinem, ac Romæ erat. Quæ cauſſa facit, ut nos in iis explicandis minus laboremus, quod alio loco hoc de genere diſputaturi ſimus.

Atque hæc quidem de provinciali privatarum, & publicarum cauſſarum cognitione invenimus. Illud autem utrique commune fuit, ut in magna cauſſæ obſcuritate Prætores cauſſam alio rejicere poſſent. Quod video elici poſſe ex epiſt. Cic. ad Sulpicium Græciæ Prætorem, cum ſcribit: *Pergratum mihi feceris, ſi eos, quando cum Senatore res eſt, Romam rejeceris*; & accuſatione Verris: *Si ex provincia Sicilia tota ſtatuas idoneum judicem, aut recuperatorem nullum poſſe reperiri, poſtulat à te, ut Romam rejicias*; & ex judicio Dolabellæ, qui veneficæ cauſſam dubiam ad Areopagitas Athenas rejecit.

Quæret fortaſſe aliquis: an vero cum in una provincia ac ſæpe duabus, aut tribus Præſes unus juredicundo præeſſet, ipſe in tantis occupationibus tanta eſſe diligentia potuit, ut præſens omnibus jus poſcentibus ſatisfaceret? minime vero; verum vicariis ad eam rem uſus eſt multis, legatis quidem ſuis in primis, aliquando etiam quæſtore, nonnonquam etiam aliis, quibus ipſe partem ſuæ juriſdictionis mandavit. Ac de legatis quidem non eſt dubium, quippe qui vicariam Præſidis operam in omni provinciali munere ſuſtinerent; confirmatur tamen etiam teſtimonio Ciceronis in Flacciana: *Gratidius legatus, ad quem eſt aditum, actionem ſe daturum negavit; re judicata ſtari oſtendit placere*. De quæſtore autem liquet ex Svetonio: *Cæſari quæſtori Hiſpania ulterior obvenit; ubi cum mandato Prætoris jure dicundo conventus circumiret, Gadibus ingemuit*; & ex divinatione in Cœlium: *Quæſtor ad ſe vocari Agonidem jubet, judicium dat ſtatim: Si pateret, eam, ſe, & ſua Veneris eſſe dixiſſe; judicant recuperatores, id quod neceſſe erat; iſte in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit; ipſam Veneri in ſervitutem adjudicat; deinde bona vendit, pecuniam redigit*; & alibi in Verrem: *Ceteras dicas omnes illo foro M. Poſtumius quæſtor ſortitus eſt, hanc ſolam tu illo conventu reperiere ſortitus*. De aliis idem Cicero teſtis eſt, cum ProConſul Ciliciæ ſcribit ad Att. *Q. Voluſium miſi in Cyprum, ne cives Romani, qui ibi negociarentur, jus ſibi dictum negarent; nam evocari ex inſula Cyprios non licet*; & ad fratrem: *Parvi refert, abs te ipſo jus dici æquabiliter, & diligenter, niſi idem ab iis fiet, quibus tu ejus muneris aliquam partem conceſſeris*.

Hoc autem in loco illud prætereundum non eſt, quod ignoratum miras huic quæſtioni offundere tenebras poſſet, Præſides, cum legatis juriſdictionem mandarunt, non publicarum quæſtionum exercitionem mandaſſe, ſed privatarum controverſiarum cognitionem, quæ proprie juriſdictio dicta eſt; quæ quoniam à magiſtratu tota profecta eſt, neque cum quæſtione, id eſt, publicarum cauſarum cognitione, conjuncta fuit, quæ à lege tota pependit: ſane intelligendum eſt, Præſidem, ne ſi voluiſſet quidem, quæſtionem mandare potuiſſe, niſi forte lege, quæ de quæſtione illa ſcripta eſſet, nominatim cautum eſſet, ut is, cui exercitio ejus quæſtionis obtigiſſet, poſſet eam mandare. Erant enim de ſingulis, ut alibi docebimus, criminibus latæ leges, ut de adulteriis, vi, falſo, peculatu, quibus quid cuique obſervandum eſſet, qui aut Romæ quæreret, aut provinciam obtineret, ſciſcebatur; ex quo intelligi poteſt, cum juriſdictio mandabatur, privati tantum juris cognitionem eſſe mandatam, publici vero judicii exercitionem nec mandatam eſſe, nec mandari licuiſſe, niſi nominatim id ſcriptum eſſet in lege. Atque hoc mihi videtur voluiſſe Papinianus titulo de officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio; quem locum Juriſconſultos torquere pleroſque audio: (32) „ Quæcunque ſpecialiter lege, vel Senatus conſulto, vel conſtitutione principum tribuuntur, mandata juriſdictione non transferuntur; quæ vero jure magiſtratus competunt, mandari poſſunt; & ideo videntur errare magiſtratus, qui cum publici judicii habeant exercitionem lege, vel Senatusconſulto delegatam, veluti legis Juliæ de adulteriis, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles, juriſdictionem ſuam mandant. Hujus rei fortiſſimum argumentum, quod lege Julia de „ vi

(32) Vide quæ ſcripſi de antiq. jur. Civ. Rom. lib. 3. cap. 10.

„ vi nominatim cavetur, ot is, cui obtigerit A
„ exercitio, poſſit eam, ſi proficiſcatur, man-
„ dare; non aliter itaque mandare poterit,
„ quàm ſi abeſſe cœperit, cum alias juriſdi
„ ctio etiam à præſente mandetur. Et ſi à
„ familia dominus occiſus eſſe dicetur, co-
„ gnitionem Prætor, quam ex S. C. habet,
„ maodare non poterit. Qui mandatam ju-
„ riſdictionem ſuſcepit, proprium nibil ha-
„ bet, ſed & ejus, qui mandavir, juriſdi-
„ ctione utitur; verius eſt enim more majo-
„ rum juriſdictionem quidem transferri, ſed
„ merum imperium, quod lege datur, non
„ poſſe tranſire; quare ormo dicit, animad-
„ verſionem legatum Pro Conſulis habere
„ mandata juriſdictione; item eodem in ti- B
tulo Paulus: „ Legati Pro-Conſulis nihil pro-
„ prium habent, niſi à Pro-Conſule eis fue-
„ rit mandata juriſdictio.

Ac de priore quidem poteſtatis Prætoriæ parte, quam in juriſdictionem, & quæſtionem diviſimus, hactenus; ounc de altera diſſeramus, quæ tota ceteris in rebus curandis, atque provinciæ imperandis verſata eſt, ut io re frumentaria, tributaria, vectigali, & viaria. Quid igitur ad hæc? quid aliud niſi omnia à Præſidibus per edicta eſſe adminiſtrata? edicta vero non perpetua fuiſſe, ſed repentina, & peculiaria, id eſt, de ſingulis, ut cujuſque poſtulavit occaſio, interpoſita; unde hoc? onde, niſi ea ipſo hujus diſputationis C
fonte, Sicilienſi prætura Verris: „ Apronio
„ affirmante, ſe plus decuma non daturum,
„ exoritur peculiare edictum repeotinum:
„ Ne quis frumentum de area tolleret; *item*:
„ Edictum repente naſcitur, ut ante Kal
„ Sex. omnes decumas ad aquam deportatas
„ haberent; *item*: Duriora edicta interpo
„ ſuit, omnium ſuperiorum Prætorum aucto
„ ritatem repudiavit. Agamus autem de ſingulis, atque, ut quæque Prætor curaverit, eaquiramus. Frumentum, ut ab initio diai, in provinciis aliud vendebatur, ut decumanum in Sicilia, (nam aliarum provinciarum decumæ Romæ à Cenſoribus vendebantor;)
aliud emebatur, alind in cellam Prætoris D
æſtimabatur, aliud imperabatur, aliud honoris cauſſa accipiebatur. Ergo ea legibus, aut Senatus-coaſultis, aut veteribus, aut recentibus, omnia hæc Prætor curavit, totumque jus vendeodi, emendi, æſtimandi, imperandique frumenti habuit. Ac de venditione quidem quid ea proferam, quæ plurima Cicero objecit Verri in frumentaria, quod decumas in Sicilia pluris vendidiſſet, quàm per legem oportuiſſet, atque pecuniam avertiſſet? Nam æſtimationem in ejus poteſtate ſitam fuiſſe, illa declarant: „ Cum ex S. C. & legibus
„ frumentum ei in cellam ſumere liceret,
„ idque frumentum Senatus ita æſtimaſſet,
„ quaternis ſeſtertiis tritici modium, binis E
„ bordei, iſte numero ad ſummam tritici
„ adjecto, tritici modios ſingulos cumarato
„ ribus denariis ternis æſtimavit; *& poſt*:
„ Totus quæſtus hic æſtimationis ea annonæ
„ natus eſt varietate; hoc eoim magiſtratus
„ io provincia aſſequi poteſt, ut ibi accipiat,
„ ubi eſt cariſſimum; ideo valet iſta ratio
„ æſtimationis in Aſia, valet in Hiſpania,
„ valet io iis provinciis, in quibus unum
„ precium frumento eſſe non ſolet. Eadem vero etiam ratione frumenti emendi, & imperandi auctoritatem Prætoris totam fuiſſe, oſtendit idem, cum inquit: „ Verrem Præ
„ torem frumentum in Sicilia emere debuiſſe
„ ea S. C. & lege Terentia, Caſſia; emundi
„ duo genera fuiſſe, onum alterarum decu-
„ marum, alterum, quod præterea civitati-
„ bus æqualiter eſſet diſtributum; illius de-
„ cumani tantum, quantum ea primis decu-
„ mis fuiſſet, hujus tritici modium octoginta
„ millia; precium aotem coaſtitutom decu-
„ mano in modios ſingulos ſeſtertios ternos,
„ imperato ſeſtertios quaternos; atque ita io
„ frumentom imperatum ſeſtertium duodevi-
„ cies in annos ſingulos Verri decretum,
„ quod aratoribus ſolveret in alteras decu-
„ mas ferme ad nonagies. Verrem eam pe-
„ cuniam ſuam avertiſſe. Jam vero, ut vinum quoddam fuit honorarium, quod Prætori honoris cauſſa, teſte Iſidoro, dabatur, ſic etiam frumentum honorarium; vini meminit Cato in oratione de innocentia ſua: „ Cum
„ eſſem in provincia legatus, cum plures ad
„ Prætores, & Conſules vinom honorarium da-
„ bant, nunquam accepit ne privatus quidem; frumenti, ut dixi, Cicero in Piſonem: „ Qui
„ modus tibi fuit frumenti æſtimati, qui ho-
„ norarii? ſiquidem poteſt vi, ac metu extor-
„ tum honorariom nominari; unus tu domi-
„ nus, unus æſtimator, unus venditor tota
„ in provincia per triennium frumenti omnis
„ fuiſti. Honorarium vero vinum, atque frumentum vectigalis, credo, Prætorii pars fuit ejus, quod ſe remiſiſſe Ciliciæ Cicero gloriatur cum Attico: „ Dixi, me coactu-
„ rum, homines non modo non recuſare,
„ ſed etiam hoc dicere, ſe à me ſolvere;
„ quod enim Prætori dare conſueſſent, quo-
„ niam ego non acceperam, ſe à me quodam-
„ modo dare, atque etiam minus eſſe ali-
„ quanto in Scaptii nomine, quàm in vecti-
„ gali Prætorio. Ac rem quidem vectigalem frumentariam ordine ita corarunt.

Extra ordinem autem vectigalia nova inſtituerunt, ac tributa imperarunt, verum non ſine crimine. De vectigalibus teſtimonio ſunt illa Ciceronis in Fontejana: „ Crimen
„ à Plætorio ita conſtitutum eſt; Fontejo,
„ non in Gallia primum veniſſe in mentem,
„ ut portorium vini inſtitueret; & in Piſo-
niana: „ Vectigalem provinciam ſingulis re-
„ bus, quæcunque venirent, certo portorio
„ impoſito ſervis tuis publicanis à te factam
„ eſſe meminiſti? Tributa vero provinciis à Prætoribos aliquando eſſe ſive ea fœdere, ſive ex Senatus-conſulto, ſive ex ipſorum libidine imperata, multorum Preturæ oſtendunt, ut Verris, Appii, & Scipionis. Ac de Verre quidem ſic Cicero: „ Imacharenſes
„ jam omni frumento ablato; jam omnibus
„ injuriis tuis exinanitos tributum ferre mi-
„ ſeros coëgiſti; recita decretum de tributis. Quin etiam alio loco Prætores ſæpe naves, nautas, militeſque provinciæ civitatibus ex fœdere imperaſſe ioquit; ſumptum autem ea ordine navarcho à ſua quaque civitate ſuppeditatom extra ordinem Prætori adnumeratum, & quidem ipſius juſſu Prætoris eſſe; unde illa: „ Sumptum omnem in claſſem fru-
„ mento, ſtipendio, ceteriſque rebus navar-
„ cho ſuo quæque civitas ſemper dare ſole-
„ bat; is neque ut accuſaretur à nautis, com-
„ mittere audebat, & civibus ſuis rationem
„ referre debebat; in illo omni negotio non
„ modo labore, ſed etiam periculo ſuo ver-
„ ſabatur; erat hoc ut judicio factitatum
„ ſemper, nec ſolum in Sicilia, ſed in om-
„ ni-

„ nibus provinciis, etiam in ſociorum ac A
„ Latinorum ſtipendio, ac ſumptu, tum cum
„ illorum auxiliis uti ſolebamus. Verres
„ poſt imperium conſtitutum primus impe-
„ ravit, ut ea pecunia omnis à civitatibus
„ ſibi adnumeraretur, ut is eam pecuniam
„ tractaret, quem ipſe præfeciſſet; de Appio
vero Ciliciæ Pro Conſule ſic cum Attico:
„ Audivimus nihil aliud, niſi imperata ἐπικε-
„ φάλια eos ſolvere non poſſe, poſſeſſiones
„ omnium venditas, civitatum gemitus, plo-
„ ratus, monſtra quædam non hominis, ſed
„ feræ neſcio cujus immanis. Imperata vero
ἐπικεφάλια vocat tributa, quæ in capita, aut
in oſtia impoſuerat Appius; quorum etiam
ſcribens ad ipſum Appium meminit, his ver- B
bis: „ Principes civitatum à me poſtularunt,
„ ne in venditionem tributorum, & illam
„ acerbiſſimam exactionem capitum atque
„ oſtiorum inducerentur ſumptus minime ne-
„ ceſſarii. De Scipione vero Syriæ Pro Conſule
Cæſar in hunc modum: „ Civitatibus, Tyranniſ-
„ que magnas imperaverat pecunias; item à pu-
„ blicanis ſuæ provinciæ debitam biennii pe-
„ cuniam exegerat, & ab eiſdem inſequentis
„ anni mutuam præceperat, equiteſque toti
„ provinciæ imperaverat; & paulo poſt: In-
„ terim acerbiſſime imperatæ pecuniæ tota
„ provincia exigebantur; in capita ſingula
„ ſervorum, ac liberorum tributum impone-
„ batur; columnaria, oſtiaria, frumentum, C
„ milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ
„ imperabantur; cujus modo rei nomen repe-
„ riri poterat, hoc ſatis eſſe ad cogendas pe-
„ cunias videbatur. Quod autem dixi de por-
toriis, & tributis, idem etiam de curationi
viarum adjungo; cujus Fontejana Prætura
illuſtre præbet documentum: „ M. Fontejus
„ cum majoribus Reipublicæ curis impedi-
„ retur, & cum ad Rempublicam pertineret,
„ viam Domitiam munire, legatis ſuis nego-
„ tium dedit; itaque præfuerunt, imperave-
„ runt pro dignitate ſua quod viſum eſt, &
„ probaverunt. Ex his autem conjecturam
de aliis quoque rebus facere poſſumus, ut
quæcunque aut ordine, aut extra ordinem D
imperanda provinciæ fuerint, ea per edicta
repentina à Prætoribus eſſe imperata, dica-
mus.

Ut autem Præſides multi libidine atque
avaritia obcæcati nova vectigalia, ac nova
tributa provinciis impoſuerunt, aliaque ad
perniciem earum plurima imperarunt, ſic non-
nulli tanta caritate, atque abſtinentia fuerunt,
ut non ſolum publica vectigalia ſuſtulerint,
ſed etiam Prætorium ipſum vectigal, in quo
præcipue Cicero gloriatur, remiſerint, neque
ulli alii rei, quàm commodis, ornamentiſque
ſociorum, ſtuduerint; unde honores ſummos
ab ipſa provincia retulerunt, legationes, ſta-
tuas, fana, dies feſtos. Ac de legationibus E
quidem Romam honoris cauſſa mittendis, &
monumento quodam extruendo, extat aliquid
in epiſtolis Appianis; de die vero feſto, indi-
cio ſunt Marcellea, & Mucia, quæ Siculi M.
Marcello, & Aſiani Q. Mucio inſtituerunt;
quorum Cicero, & Aſconius meminere.
Ejuſmodi vero ſe affici ornamentis, ipſe in
Cilicia Cicero, qua erat animi moderatione,
prohibuit; ſic enim ſcripſit ad Atticum:
„ Ob hæc beneficia, quibus illi obſtupeſcunt,
„ nullos honores mihi niſi verborum, decer-
„ ni ſino; ſtatuas, fana, τέθριππα prohibeo.

CAP. VI.

De imperio Præſidum, ſive adminiſtratione rei militaris.

Hactenus de poteſtate Prætoris dictum
ſit, quæ pars maxima officii Præſidis
fuit. Reliquum eſt, ut de imperio, id eſt,
de rei militaris tractandæ jure, ac ratione
breviter, quod hujus loci ſit, diſſeramus;
huic enim rei Romani Præſides non minus,
ac juriſdictioni, operam dederunt; neque id
injuria; hac enim cum ſocios in fide conti-
nuerunt, exercitus terrorem, bellique minas,
ſi deficerent, oſtentantes, tum provinciam à
finitimorum hoſtium incurſionibus, aut latro-
num populationibus tutam præſtiterunt. Ita-
que, ut poteſtatis adminiſtratio integritatem,
æquitatem, & humanitatem Præſidis deſide-
ravit, ſic imperii tractatio rei militaris pru-
dentia, ſeveritate, & fortitudine eguit. Im-
perium autem hoc loco nihil aliud eſt, quam
jus, ut dixi, habendi exercitus, belli geren-
di, & rei totius bellicæ capeſſendæ; quo mo-
do accepit Cicero tum, cum dixit: „ Demus
„ imperium C. Cæſari, ſine quo exercitus ha-
„ beri, bellum geri, res militaris admini-
„ ſtrari non poteſt; & alibi: Decrevi impe-
„ rium exercitum habenti; quid eſt enim
„ ſine imperio exercitus? quibus verbis ſigni-
ficatur, Præſidi, qui habebat imperium, jus
eſſe permiſſum exercitui imperandi, bellum
auſpiciis ſuis gerendi, & totius rei militaris
ſuo conſilio, atque arbitrio in ſua provincia
gubernandæ; de quibus videtur eſſe facien-
dum ut ſigillatim dicamus, quemadmodum
ante de juriſdictione fecimus.

Primum ergo omnium, exercitum Roma-
num ex legionibus, ut diximus, auxiliiſque
ſociorum confectum, aut Præſes ipſe ex S.C.
novum in urbe conſcripſit, aut veterem à de-
ceſſore ſuo in provincia accepit. Ac novum
quidem conſcripſerunt eo modo, quo ſupra
diximus, cum jura Romanæ militiæ inveſti-
gavimus. Acceperunt autem veterem aut ab
ipſo Præſide decedente, aut à legato ejus;
acceptum vero luſtrarunt; & concione apud
eum habita, ad tempus nimirum accommo-
data, ſi qua corrigenda in eo, aut immutan-
da viſa ſunt, propoſito edicto emendarunt,
& immutarunt; ſic enim cum ceteros feciſſe
video, tum Cn. Manlium, bello Gallogræco,
de quo Livius: „ Vere primo Epheſum Con-
„ ſul venit, acceptiſque copiis à L. Scipione,
„ & exercitu luſtrato, concionem apud mi-
„ lites habuit; & L. Paullum bello Perſico,
prout ipſe in concione Romæ dixit: „ Quin-
„ cto die Delphis Apollini pro me, exerciti-
„ bus, & claſſibus veſtris ſacrificavi. Delphis
„ quincto die in caſtra perveni; ubi exercitu
„ accepto mutavi quædam, quæ magna im-
„ pedimenta victoriæ erant. Quem eundem
locum explicavit Plutarchus his verbis: „ Paul-
„ lus quincto die cum Delphos veniſſet, poſt
„ totidem alios exercitum accepit in Mace-
„ donia, & ſolemnem ejus peregit luſtratio-
„ nem. Poſtremo vero ſic etiam feciſſe ani-
madverto in Cilicia M. Tullium, quippe qui
ſcribat: „ In caſtra veni A. D. VII. exerci-
„ tum luſtravi apud Iconium.

Erat autem Luſtratio ſolemne ſacrificium,
quod faciebant ſub dio ad luſtrandum, id eſt,
expiandum, exercitum, cenſorio non abſimi-
le,

A le, quo populus Romanus in campo Martio luſtrabatur; quemadmodum innuit Plutarchus, & Cicero; Plutarchus quidem in Bruto: „ Cæſar in caſtris luſtrato exercitu paulum frumenti, & quinque drachmas viritim ad ſacrificium diſtribuerat. Brutus autem, ejus egeſtate damnata, primum ſub dio exercitum, ut mos fuit, luſtravit; deinde hoſtiis multis centuriatim, ac denariis quinquagenis diſtributis alacriores milites reddidit; tum oſtentum Caſſio in luſtratione eſt factum, quod coronam inverſam ei lictor porrexit; Cicero vero in libris de Divinatione: „ Cum imperator exercitum, cenſor populum luſtrat, bonis nominibus, qui hoB ſtias ducant, deliguntur.

Jam vero qualis militaris diſciplinæ in caſtris emendatio fuerit, P. Scipionis imperatoris ad Numantiam, & Q. Metelli in Numidia nota ſeveritas ſatis eſſe documento poſſunt; de quibus Appianus in Iberica, Salluſtius in Jugurthina copioſe, eleganterque ſcripſerunt.

Ceterum tantum imperatori in exercitum ſuum imperium eſt permiſſum, ut non privatas ſolum controverſias, ſed etiam publicas cum conſilio, ac ſine conſilio cognoverit, ac demum ſummam vitæ, necisque cujuſque poteſtatem habuerit; juris ab eo in caſtris dicti hæc argumento ſunt. „ Scipio, *ut ſcribit Gel-* C *lius*, quodam die jus in caſtris ſedens dicebat; tum è militibus, qui id jure apud eum ſtabant, interrogavit quiſpiam ex more, in quem diem, locumque vadimonium promitti juberet; & perendie, inquit, ſe ſiſtant in illo loco, oppidum, quod oppugnabat, oſtendens; die tertio in quem vadati juſſerat, oppidum captum; eo die in arce ejus oppidi jus dixit. Idem ut tradit Livius: „ tres recuperatores cum ſe daturum pronunciaſſet, qui cognita cauſſa, reſtibuſque auditis judicarent, uter prior in oppidum tranſcendiſſet, C. Lælio, & M. Sempronio advocatis partis utriuſque P. Cornelium Caudinum de medio adjecit, D eoſque tres recuperatores conſidere, & cauſſam cognoſcere juſſit. Quin etiam ad Cæſarem Imperatorem, bello civili: „ quaſcunque controverſias inter ſe milites habuerant, ſua ſponte, *ut ipſe ſcribit*, introduxerunt. At vero capitalium rerum cognitionem Imperatores in caſtris exercuiſſe, atque uſque ad extremum ſupplicium civium Roman. nedum ſociorum progreſſos eſſe, & ego oſtendi, cum de jure civium Rom. diſputavi, & Valerius plurima nobis, eaque nobiliſſima exempla ſuppeditat, ubi militaris diſciplinæ monumenta pertractat; (33) unde loci illius in Rhetoricis Herennianis ſententia eluceſcit, ubi ſcribitur: „ deprecationis E ſtatum in judicium non venire, ſed in Senatum, aut ante Imperatorem, & in conſilium; nimirum enim hoc ille voluit, Imperatorem ſine conſilio, abſolvere pro arbitrio reum deprecantem potuiſſe. Nam quod cum conſilio capitalia cognoverit, ſeditio militaris ad Sucronem Scipione imperatore diſcuſſa teſtimonio eſt; de qua Livius: „ Conſilium de iis Carthagine erat, certabaturque ſententiis, utrum in auctores tantum ſeditionis animadverteretur, an plurimum ſupplicio vindicanda ſeditio eſſet; vicit ſententia lenior, ut, unde culpa eſſet orta, ibi pœna conſiſteret. Præconis audita vox, citantis nomina damnatorum in conſilio; nudi in medium protrahebantur; & ſimul omnis apparatus ſupplicii expromebatur; deligati ad palum virgiſque cæſi, & ſecuri percuſſi ſunt.

Neque vero Imperatores ipſi ſolum hoc jus habuerunt, ſed eorum etiam legati Tribuni militum, & Præfecti, ut jus dicerent, ac delicta pro ſuæ quiſque auctoritatis modo caſtigarent; quod cum ſcripſit Macer libro primo de re militari, tum Livius ſignificat in ſeditione, de qua dixi, Sucronenſi. „ Forma tamen Romanorum caſtrorum, *inquit*, conſtabat ea una ſpe, quod Tribunos ex contagione furoris haud expertes ſeditionis vati fore, & jura reddere in principiis ſinebant, & ſigna ab eis petebant, & in ſtationem, ac vigilias in ordinem ibant; & poſt: „ Citati nominatim omnes apud Tribunos militum in verba P. Scipionis jurarunt. Erant autem Principia locus in caſtris poſt Prætorium, & Quæſtorium, nobiliſſimus; nempe in quo Legati, Tribuni militum, ac primorum maxime ordinum ductores non aliter, ac Imperator in Prætorio, Quæſtor in Quæſtorio, tendebant, ac jus dicebant. Unde mulctæ plerunque de militibus in principiis ſumptæ leguntur; quarum aliquot apud Frontinum extant exempla, ubi agit de diſciplina, & Florus de bello Gallico: „ Itaque tantus generis novæ terror in caſtris, ut teſtamenta paſſim in Principiis ſcriberentur; *& Livius libro VII.*: Milites non in circulis modo fremere, ſed jam in Principiis, ac Prætorio in unum ſermones confundi.

Quod autem dixi de auſpiciis Imperatoris, id fuit hujuſmodi. Inſtitutum quippe ab initio fuerat, ut nihil neque domi, neque militiæ, niſi auſpicato, gereretur; *quippe quod*, ut inquit apud Livium Cn. Manlius, *nullius calumniæ ſubjicerentur ea, quæ dii comprobaviſſent*. Auſpicia vero in exercitu unius tantum fuerunt Imperatoris, cui ea provincia eveniſſet; ceteri auſpiciis ejus pugnare, ipſe bellum, ut ductu, ſic auſpiciis ſuis gerere dicebatur; unde dixit Scipio ad ſeditioſum exercitum: „ Quin mihi ne hodie quidem ſcire videmini, quò amentiæ progreſſi ſitis; quid facinoris in me, patriamque veſtram, quid in deos ſacramenti teſtes, quid adverſus auſpicia, ſub quibus militatis, quid adverſus morem militiæ, diſciplinamque majorum, quid adverſus ſummi imperii majeſtatem auſi ſitis. Itaque nec Imperatoris nomen, nec ſupplicatio, nec triumphus dabatur aut Legato, aut ulli alii exercitus Præfecto, ne ſi eorum quidem opera, atque virtute Imperator, abſens, aut ægrotus victoriam adeptus eſſet; quod non eorum auſpiciis res eſſet geſta, ſed ipſius Imperatoris.

Ce-

(33) Jus vitæ, & necis apud imperatores in milites antiquiſſimum fuiſſe tradit Ariſt. lib. 3. pol. cap. 10. ex Homero. *Nam Agamemnon*, inquit, *in concionibus, maledictis, & jurgiis vexabatur: ſed cum à concione digreſſus in prælio erat, occidendi habebat poteſtatem. Itaque*, inquit, *quem ego procul à pugna fugientem conſpexero, non ſibi ſat erit fugere canes, & aves: nam penes me occidendi poteſtas.*

Tom. V.

Gggg

Ceterum in caſtris auſpicia duo adhibuerunt, unum coactum, alterum ex acuminibus. Coactum autem appellarunt, tripudium; cujus hæc fuit conſuetudo; ſingulis quippe magiſtratibus, qui imperium haberent, pullarii præſto erant, qui juſſu eorum, eſurientibus pullis, quos è cavea emittebant, cibum objiciebant, atque rei eventum ex eorum paſtu conjiciebant; nam, ſi offa objecta, aliquid à pullorum paſcentium ore in terram cecidiſſet, tripudium ſoliſtimum dicebatur, ac proſperum habebatur, ſin minus, infauſtum. Ac magiſtratus quidem, qui in Conſulatu, & Prætura provinciam obtinuiſſent, non niſi addicentibus pullis, rem ullam aggrediebantur; at Pro-Conſules, & Pro-Prætores, ut qui ſine magiſtratu eſſent, ea non obſervabant. Atque harum quidem rerum auctor eſt Cicero in libris de divinatione: „ Noſtri „ magiſtratus auſpiciis utuntur coactis; ne„ ceſſe eſt enim offa objecta cadere fruſtum „ ex pulli ore, cum paſcitur; item; Bellicam „ rem majores noſtri adminiſtrari niſi auſpi„ cato, noluerunt; quam multi anni ſunt, „ cum bella à Pro-Prætoribus & Pro-Con„ ſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non „ habent? itaque nec amnes tranſeunt auſpi„ cato, nec tripudio auſpicantur; item: Sed „ quia cum pulli paſcuntur, neceſſe eſt ali„ quid ex ore cadere, & terram pavire ter„ ripavium primo, poſt tripudium dictum „ eſt; hoc quidem jam tripudium dicitur; „ cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, „ tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nun„ ciat; item: Hoc quoque, quod dixi, coa„ ctum, tripudium ſoliſtimum dicitis. Unde Livius bello Samnitico: „ Tertiâ vigiliâ no„ ctis Papirius ſilentio ſurgit, & pullarium „ in auſpicium mittit; cum pulli non paſce„ rentur, auſpicium mentiri (34) auſus, tri„ pudium ſoliſtimum Conſuli nunciavit; Con„ ſul lætus auſpicium egregium eſſe, ac deis „ auctoribus rem geſturos pronunciat, ſi„ gnumque pugnæ proponit; & bello Punico: „ Paullus Conſul, cum ei ſua ſponte „ cunctanti pulli quoque auſpicio non addi„ xiſſent, obnunciari jam efferenti portâ „ ſigna collegæ juſſit. Auſpicium autem ex acuminibus cujuſmodi fuerit, incompertum, ejus Cicero tantummodo meminit primum loco prolato, cum dixit: „ Ex acuminibus, „ quod totum auſpicium militare eſt, M. „ Marcellus totum omiſit; deinde in ſecundo de natura deorum: „ Negligentia nobili„ tatis auguriorum diſciplina omiſſa, veritas „ auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum re„ tenta; itaque maximæ Reipublicæ partes, „ in his bella, quibus Reipublicæ ſalus con„ tinetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, „ nulla perennia ſervantur, nulla ex acumi„ nibus. (35)

Neque vero ſolum auſpicia, ſed etiam om-

---

(34) Hiſtoria paulo plenior hæc eſt: Samnites plures victi fugatique a Romanis, anno Urbis CCCCLX. quanta maximo poterant conatu bellum parant. Papyrius COS ad Aquiloniam Samnites convenit. Tantus ardor, cupiditaſque pugnæ Romanum exercitum invaſerat, ut nullum genus hominum eo eſſet intactum: ſummi, infimique æque intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem ſpectabat. Is ardor omnium etiam ad eos, qui auſpicio intererant, pervenit: nam cum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus, tripudium ſoliſtimum COS. nunciavit. COS lætus, auſpicium egregium eſſe, & Deis authoribus rem geſturos pronunciat, ſignumque pugnæ proponit. Exeunti jam in aciem altercationem inter pullarios ortam de auſpicio ejus diei Sp Papyrius fratris filius COS renuntiat: cui ille: Tu quidem macte virtute, diligentiaque eſto: ceterum qui auſpicio adeſt, ſi quid falſi nuntiat, in ſemetipſum religionem recipit: mihi quidem tripudium nuntiatum, populo Romano, exercituique egregium auſpicium eſt. Centurionibus deinde imperavit, ut pullarium inter prima ſigna conſtituerent. Prius quam clamor tolleretur, concurrereturque, emiſſo temere pilo ictus pullarius ante ſigna cecidit. Quod ubi COS. nuntiatum eſt: Dii in prælio ſunt, inquit, habet pœnam noxium caput. Ante COS. hæc dicentem, corvus voce clara occinuit. Quo lætus augurio COS., affirmans nunquam humanis rebus magis præſentes interfuiſſe Deos, ſigna canere, & clamorem tolli juſſit. Prælium commiſſum atrox, ingenſque victoria de Samnitibus habita. Liv. lib. 10.

(35) De auſpiciis ex acuminibus hæc ſubdit diligentiſſimus Scriptor Piſiſcus: *Quicquid ſane hoc ſcriptum eſt, diu à doctis viris perquiſitum nunc, needum à quoquam expeditum. Sunt qui ad Geomantiam putant referendum, quæ acuminibus ita exercetur, ut punctorum paritas, imparitas, obliquitas, quadratio, decuſſatio, & id cetera genus curioſe, ne dicam ſuperſtitioſe ſpectentur. Calagn epiſt. Quæſt. c. 51. Sunt qui ex agminibus emendent: quibus non aſſentior. Turneb. Adv. 23. 12. Erat, cum acumina pilorum, haſtarum, telorum ſulta ſplendidius emicarent: ſi acumen retuſum non eſſet, ſi non ſordidum, non hebes, ſi terrorem quemdam præ ſe ferret. Ex his ſpem prælii, & eventum auſpicari ſolebant. Arnob 10 p. 91. Martium diſcrimen obeuntes, ſpem prælii ſumitis, & ex acuminibus auſpicatis. Dionyſ. Halicarn. 5. p. 312. Tela ſunt hæc Romanorum, quæ primo congreſſu ejaculantur: oblonga haſtilia, traſſamenta, quod manum complent, trepidantis veruculis ferreis utrinque in rectum prefixa, mediocribus jaculis cum ferro ſuo paria. Ex his itaquam pilis circa ſumma veruculo emicabant flammæ, totaſque caſtris fulgorem, non aliter ac facula, ad multam noctem reddebant. Ex hoc oſtento colligebant citam ſibi, & ſplendidam à Deo portendi victoriam; quandoquidem igni cedunt omnia, & nihil eſt, quod igne ut non abſumatur. Buleng. de ſort c. 6. Calagn., & Turneb. l. l. Valeriu. de re Rom. milit. c. 6. Delrio diſquiſ. magic. 4. c. 7. 2.* Aliam ſententiam profert Stuav de ſacr cultem. c. 6. ex Gevartio: *Ex terra aſſixis ſignis militaribus, quæ infixa acuminata erant, ut ſi facile hunc evellerentur fauſtum præberent omen, contrarium ſi difficulter.* Ego, cui quid certi non habeo: nec tamen horum Scriptorum opinionem poſſum probare. Nam quæ feruntur de habitudine telorum non auſpiciorum res erat, ſed militaris diſciplinæ: ut qui inepta, non optime apta, curataque haberet pœnis ſubjiceretur. Authoritas vero Dionyſii, ſententiaque Gevartii, non auſpicia ea inſtituta, ſed fortuita exponunt. Quæ enim ex ſorte poſſunt certæ rationes inſtitui? Hujuſmodi augurium fuit corvus M Valerii, qui Gallum ſuperavit: unde Corvinus dictus. Liv lib. 7. Item corvus L. Papyrii bello Samnitico. Liv. lib. 10. Lupus, cervaque inter exercitus decurſu, Samnitico, Hetruſco, & Gallico bello Q. Fabio V., P. Decio IV. COSS. Idem Liv. lib. 10. & alia hujus generis, quæ cum accidebant, nec omitti poterant, ut auſpicia ex acuminibus omiſit Marcellus, & tamquam omina obſervabantur, ut ſubdit bene Sigonius. Potius cenſeo auſpicia militaria ex acuminibus proceſſiſſe à primo omnium Romuli Remique inſtituto. Ut enim militaria inſtituta præcipua in primis apud Romanos fuere: antiquiſſima autem ſemper in omnibus ſervaverunt. Ita ut prima pugna, aut urbis condenda ex acuminibus auſpicia fuere, pariter ex acuminibus apud exercitus auſpicia ſumpta. Imperii, condendæque urbis auſpicia ex Palatio, Aventinoque collibus capta

Rem

omina obſervabant. Fuerunt autem omina, dicta, factaque, quæ audita, ac viſa ad Imperatorem rem aggredientem pertinere poſſent, quæ cum temere eſſent oblata, propterea ab eo accipi, & non accipi poterant; factum, ut illud C. Flaminii, de quo Cicero: „ Flaminius exercitu luſtrato, cum contra „ Annibalem legiones duceret, ipſe & equus „ ejus concidit, nec eam rem religioni habuit; & alterum Cæſaris, de quo Svetonius: „ Cæ„ ſar prolapſus ingreſſu navis cum in Afri„ cam adverſus Jubam tenderet, verſo ad „ melius omine, Teneo te, inquit, Africa. Dictum, quale illud Paulli Æmilii, cui paranti expeditionem adverſus Perſeum regem Macedoniæ, cum filiola mœſte occurriſſet, dicens, *Perſa periit*, reſpondit, *Accipio omen*; erat autem catella mortua eo nomine; & alterum Conſulum Romanorum, de quo Livius: „ Samnites vociferari, ſe in auctorita„ te Tarentinorum manere, nec deſcendere „ in aciem. Accipere ſe omen Conſules „ ajunt, & eam precari mentem hoſtibus, ut „ ne vallum quidem defendant. (36)

An vero res auſpicato tantum aggrediebantur? non, ſed etiam litato; oſtendit multis in locis Livius, ut bello Samnitico: „ Auſpicia ſecunda eſſe pullarius nunciat; „ litatum præterea egregie eſt, auctoribus „ diis ad rem gerendam proficiſcimur; & prælio Allienſi: „ Nec auſpicato, nec litato „ inſtruunt aciem; & bello Gallogræco: „ Conſul cum auſpicio operam dediſſet, dein „ de immolaſſet, in quatuor partes diviſas „ copias educit. Erat autem litare, pacem immolandis hoſtiis impetrare; id autem fiebat, cum cæſâ hoſtiâ aruſpices exta diligenter aperientes, atque inſpicienter ea quibuſdam aruſpicinæ præceptis propitios, aut infeſtos deos interpretabantur. In extis autem ut jecore, pulmone, & corde, caput, & fiſſum obſervabant, in primis annuctâ, an imminuta eſſent, cum in iis partem familiarem, atque hoſtilem, ſic enim vocabant, conſtituiſſent. Itaque, ſi caput in jocinore non fuiſſet, auſpicia peſtifera eſſe; ſi auctum eſſet, læta portendi omnia, exiſtimabant. Unde Livius bello Iſtrico: „ Conſulibus immolantibus Jovi „ ſingulis bubus, uti ſolet, in ea hoſtia, quam „ Q. Petillius ſacrificavit, in jocinore caput „ non inventum; id cum ad Senatum retu„ liſſet, bove perlitare juſſus; & bello Samnitico: „ Conſules priuſquam educerent in „ aciem, immolarunt. Decio caput jocinoris „ à familiari parte cæſum aruſpex dicitur „ oſtendiſſe; alioquin acceptam diis hoſtiam „ eſſe. Manlium egregie litaſſe; at qui „ bene habet, inquit Decius, ſi ab collega „ proſpere litatum eſt; & bello Punico: „ Fabio auſpicanti, priuſquam egrederetur „ ab Tarento, aves ſemel, atque iterum non „ addixerant; hoſtia quoque cæſa conſulenti „ deos aruſpex cavendum à fraude hoſtili, & „ ab inſidiis prædixit; *& alibi*: Immolaſſe „ eo die quidam memoriæ prodidere Conſu„ lem Marcellum, & primâ hoſtiâ cæſâ jecur „ ſine capite inventum, in ſecunda omnia „ comparuiſſe, quæ ſoleat, auctum etiam „ viſum eſſe in capite; nec id ſane aruſpi„ ci placuiſſe, quod ſecundum trunca, & „ turpia exta nimis læta apparuiſſent; & Cicero de divinatione: „ Fiſſum familiare tra„ ctant, & vitale caput jecoris ex omni par„ te diligentiſſime conſiderant. Quæ omnia Lucanus diſertiſſime videtur complexus his verſibus:

Sacris tunc admovet aris
Electa cervice marem; jam fundere Bacchum
Cœperat, obliquoque molas inducere cultro,
Impatienſque diu non grati victima ſacri,
Cornua ſuccincti premerent cum torva miniſtri,
Depoſito victum præbebat poplite collum.
Nec cruor emicuit ſolitus, ſed vulnere largo
Diffuſum rutilo nigrum pro ſanguine virus.
Palluit attonitus ſacris feralibus Aruns.
Atque iram ſuperûm raptis quæſivit in extis.
Terruit ipſe color vatem; nam pallida tetris
Viſcera tincta notis, gelidoque infecta cruore,
Plurimus aſperſo variabat ſanguine livor.
Cernit tabe jecur madidum, venaſque minaces
Hoſtili de parte videt; pulmonis anheli
Fibra latet, parvuſque ſecat vitalia limes.
Cor jacet, & ſaniem per hiantes viſcera rimas
Emittunt, produntque ſuas omenta latebras.
Quodque nefas, nullis impune apparuit extis,
Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem.
Alterius capitis, pars ægra, & marcida pendet.
Pars micat, & celeri venas movet improba pulſu.
His ubi concepit magnorum facta malorum,
Exclamat: vix fas ſuperi, quæcunque movetis,
Prodere me populis; neque enim tibi ſumme litavi
Juppiter hoc ſacrum, cæſique in viſcera tauri,
Inferni venere dei; non fanda timemus.
Sed venient majora metu. Dii viſa ſecundent,
Et fibris ſit nulla fides, ſed conditor artis
Finxerit iſta Tages.

Quæ vero exta valde aucta erant, ea Magmenta dicta eſſe arbitror; cujus ut ſacrificalis vocis mentio eſt apud Varronem, Feſtum, & Arnobium libro adverſus gentes ſeptimo, & in vetere aræ inſcriptione, quæ Narbone, & Patavi legitur, in qua eſt: „ Si „ quis hic hoſtia ſacrum faxit, quod mag„ mentum nec protollat, idcirco tamen pro„ be factum eſto. Vovet enim aram ille, cum ea conditione, ut etiam ſi ſacrificium magmentum, id eſt, exta aucta, non oſtendat, nihil tamen triſte portendat: unde magmentaria vaſa eſſe quidam putarunt, in quibus ipſa magmenta reponerentur.

Ac de auſpiciis quidem Imperatoris hæc dicta ſint. De ratione vero rei gerendæ, ſatis conſtat, qui provinciam cum imperio obtineret, eum aut per ſe cum conſilio de ſumma belli ita decreviſſe, ut penes eum jus ipſum

Rent itaque ex acuminibus fuiſſe, ex locis aliis, tumuliſve, ubi colles defeciſſent: ex avibuſque ſumpta: non quod expectarent, ut in aliis ſi quid ſiniſtri eveniſſet: ſed ſi quid non eveniſſet diri. Cuique licet in incertiſſima re, quod ſibi videtur conjectare.

(36) Singulare quoque omen, cujus compotes facti Romani, illud fertur de Vejis. Decem annos vario eventu eos obſidione illi obſedebant. Nono anno lacus, qui erat in Albano nemore ſine ullis Cœleſtibus aquis, cauſave qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem inſolitam crevit. Quidnam eo Dii portenderent prodigio, miſſi ſciſcitatum oratores ad Delphicum oraculum. Sed propior interpres fatis oblatus: Senior quidam Vejens inter cavillantes in ſtationibus, ac cuſtodiis milites Romanos, Hetruſcoſque vaticinantis in modum cecinit: priuſquam ex lacu Albano aqua emiſſa foret, nunquam potituros Vejis Romanos: cui vaticinationi cum oraculum Delphicum congruiſſet, derivata, emiſſaque aqua ex Albano lacu. Ita facilis Vejorum fuit expugnatio. Liv. lib. 5.

ſum fuerit dimicandi, oppugnandi, obſiden- A
di, inſidias ſtruendi, ſignum pugnæ, ac re-
ceptui dandi, caſtra locandi, muniendi, mo-
vendi, præterea milites in æſtiva, atque hi-
berna deducendi, obſides hoſtibus dandi, &
accipiendi; ad hæc autem agenda Legatorum,
& Quæſtorum in primis opera eſſe uſum,
quibus imperium committere conſuevit, præ-
terea Tribunorum, Præfectorum, Centurio-
num, & Decurionum, prout res, atque co-
rum auctoritas tulit. Quarum rerum variam,
ac multiplicem diſciplinam Paullus Æmilius
in Macedonia in concione militari brevi com-
plexus eſt, de qua Livius: „ Hæc cum ita
„ fieri placere, concione advocata, pronun-
„ ciaſſet, adjecit urbanæ concioni convenien- B
„ tem orationem. Unum Imperatorem in
„ exercitu providere, & conſulere, quid
„ agendum ſit, debere, nunc per ſe, nunc
„ cum iis, quos advocaverit in conſilium;
„ qui non ſint advocati, eos nec palam, nec
„ ſecreto jactare conſilia ſua; militem hæc
„ tria curare debere: corpus ut quam vali-
„ diſſimum & pernicissimum habeat, arma
„ apta, animum paratum ad ſubita imperia:
„ cetera ſcire de ſe diis immortalibus, &
„ Imperatori ſuo curæ eſſe; in quo exercitu
„ miles, & Imperator rumoribus vulgi cir-
„ cumagatur, ibi nihil ſalutare eſſe; ſe quod
„ ſit officium Imperatoris, proviſurum, ut
„ bene gerendæ rei occaſionem eis præbeat, C
„ illos nihil, quid futurum ſit, quærere; ubi
„ datum ſignum ſit, tum militarem operam
„ navare; ab his præceptis concionem dimi-
„ ſit, vulgo etiam veteranis fatentibus, ſe
„ illo primum die, tanquam tirones, quid
„ agendum eſſet in re militari, didiciſſe;
multoque apertius Cicero, cum in libris de
oratore hæc omnia ad Imperatoris definitio-
nem dixit pertinere: „ Nam ſi forte quære-
„ retur, *inquit*, quæ eſſet ars Imperatoris,
„ conſtituendam putarem principio, quis eſ-
„ ſet Imperator; qui cum eſſet conſtitutus
„ adminiſtrator belli gerendi, tum adjunge-
„ remus de exercitu, de caſtris, de agmini-
„ bus, de ſignorum collationibus, de oppi- D
„ dorum oppugnationibus, de commeatu, de
„ inſidiis faciendis, atque vitandis, de reli-
„ quis rebus, quæ eſſent propriæ belli admi-
„ niſtrandi; quarum qui eſſent animo, &
„ ſcientia compotes, eos eſſe Imperatores
„ dicerem.

Quod autem dictum eſt, Imperatorem
aut per ſe, aut cum conſilio ſtatuiſſe, id fuit
ejuſmodi, ut Imperatores, quemadmodum in
rebus capitalibus cognoſcendis, ſic in mili-
taribus conſultandis conſilium adhiberent.
Erat autem conſilium, caſtrenſis quaſi quidam
Senatus ex Senatoribus, ſi qui forte in caſtris
aderant, & aliis idoneis hominibus conſtitu-
tus; ut oſtendit Salluſtius, qui inquit: „ Me- E
„ tellus propere cunctos Senatorii ordinis ex
„ hibernis accerſiri jubet; eorum, & alio-
„ rum, quos idoneos ducebat, conſilium ha-
„ bet; ita more majorum ex conſilii decreto
„ per Legatos Jugurthæ imperat argenti pon-
„ do ducenta millia; & Polybius, qui pri-
mum Centurionem conſilii fuiſſe participem
ſcribit; & Cicero, qui ad Senatum: „ Exiſti-
„ mavi, me judicium veſtrum ad regem de-
„ ferre debere, eique præſidium meum, &
„ fidem, & diligentiam polliceri, quæcun-
„ que eiſdem in conſilio meo cum rege locutus;
& Livius, qui bello Ætolico: „ Acilius,

„ priuſquam Prætorium dimitteret, denun-
„ ciavit, ut ante lucem armati eſſent.

Quanquam autem ſummum jus penes
Imperatores omnia pro ſuo judicio peragendi
fuit, multis tamen legibus eorum etiam com-
preſſa poteſtas ita fuit, ut neque exercitum
adverſus quoſcunque vellent hoſtes adducere,
neque apud quoſcunque ſocios vellent hiber-
nare liceret. Ac de hoſtibus quidem extra
provinciam perſequendis, video cum aliis le-
gibus, tum Cornelia majeſtatis, & Julia re-
petundarum poſtremo eſſe ſancitum; ut Ci-
cero oſtendit invehens in Gabinium: „ Exer-
„ citum eduxit è Syria; qui licuit extra pro-
„ vinciam; tribuit ſe mercenarium comitem
„ regi Alexandrino; in Ægyptum venit; ſi-
„ gna contulit; hic, ſi mentis ſanæ eſſet,
„ auſus eſſet, mitto exire de provincia, edu-
„ cere exercitum, bellum ſua ſponte gerere,
„ in regnum injuſſu populi, aut Senatus ac-
„ cedere; quæ cum plurimæ leges veteres,
„ tum lex Cornelia majeſtatis, Julia de pe-
„ cuniis repetundis, planiſſime vetant. De
ſociis autem legibus erat cautum, apud quos
milites in ſtativa deduci, ac non deduci lice-
ret. Hæc autem ſtativa duo fuerunt, æſtiva,
& hiberna. Æſtivorum meminit Salluſtius
Jugurthino: „ Albinus, quantum temporis
„ æſtivorum in imperio fuit, plerunque mi-
„ lites in ſtativis caſtris habebat; & Livius
Samnitico: „ Conſul educto in æſtiva milite,
„ dum quietos Samnites habebat, exercitum
„ purgare miſſionibus turbulentorum homi-
„ num inſtituit; & Cicero in Verrem:
„ Ac primo ad illa æſtiva Prætoris accedunt,
„ ipſam illam ad partem litoris, ubi iſte per
„ eos dies tabernaculis poſitis caſtra luxuriæ
„ collocarat. Cum autem milites per hye-
mem aut ſub tabernaculis pellibus contectis,
aut ſub tectis ædificiorum haberentur, hinc
hibernacula, atque hiberna fluxerunt; quod
ſignificavit Livius libro XXXVII.: „ Aut
„ ſub pellibus habendos milites eſſe; aut,
„ ſi concedere in hiberna vellent, differen-
„ dum eſſe in æſtatem bellum; & Cæſar li-
bro IV. „ Ejuſmodi tempeſtates ſunt conſe-
„ cutæ, ut continuatione imbrium diutius
„ ſub pellibus milites contineri non poſſent;
„ itaque exercitum Cæſar in hibernis collo-
„ cavit. Ac de hibernaculis quidem, quæ ad
continuandum hyeme bellum Vejenti primum
bello facta ſunt, ſcriptum eſt apud Livium
lib. IV. & in lege vetere Thermenſium ſupra
ſcripta. De hibernis autem Cicero pro Pom-
pejo: „ Jam vero quemadmodum milites hi-
„ bernent, quotidie ſermones, ac literæ per-
„ feruntur, non modo ut ſumptum faciat in
„ militem, nemini vis affertur, ſed ne cu-
„ pienti quidem cuiquam permittitur; hyemis
„ enim, non avaritiæ perfugium majores no-
„ ſtri in ſociorum atque amicorum tectis eſſe
„ voluerunt. Addo etiam Imperatorem exer-
citum pro arbitrio non potuiſſe dimittere;
atque hoc quidem ex auctoritate Ciceronis,
qui inquit in Piſonem: „ Cum tibi ad peſti-
„ nas clades acceſſio fuiſſet Ætoliæ repenti-
„ nus interitus, exercitum dimiſiſti, neque
„ ullam pœnam, quæ tanto facinori debere-
„ tur, non maluiſti ſubire, quam numerum
„ tuorum militum, reliquiaſque cognoſcere;
„ dimittendi vero exercitus quam potes af-
„ ferre cauſſam? quam poteſtatem habuiſti,
„ quam legem, quod Senatus conſultum,
„ quod jus, quod exemplum? Ac quemad-

mo-

modum quidem aut Imperator, aut Præfecti ejus ſigillatim ſua quiſque munera imperii, poteſtatiſve expleverit, ſatis, quantum ad præſentem diſputationem attinuit, nobis expoſitum ſit; qui non de re militari adminiſtranda, ſed de jure provinciali tuendo ſcribere inſtituimus.

CAP. VII.

De nomine Imperatoris, & ſupplicatione Imperatori decreta.

QUi vero imperium recte, ac feliciter adminiſtrarunt, iis hæc, quæ maxima apud eos habita ſunt, decora paruerunt, abſenti nomen Imperatoris, & ſupplicatio, præſenti triumphus. Sed de triumpho poſterius, nunc de Imperatoris nomine, ac ſupplicatione dicamus. Imperatoris nomen appellatio fuit militaris, qua præſens re bene geſta primùm militum acclamatione in caſtris, deinde ſententia Senatus in urbe ornatus eſt. Etenim Imperatoris vocabulo duobus modis uſi ſunt, uno pro quocunque exercitus duce, qui ſuis auſpiciis rem gereret, & qui imperium, id eſt, jus belli gerendi, haberet; altero, qui hoſtibus magno prælio ſuſis, ac profligatis, eo nomine, militum acclamatione affectus eſſet. Scribit autem Appianus libro II. Civilium, obſervatum eſſe antiquitus, ut non, niſi magnis rebus geſtis, acclamaretur; at ſua ætate (fuit autem Hadriani æqualis) decem millibus occiſis acclamatum eſſe. Addit Dio libro LX., non, niſi ſemel, de uno bello aliquem appellari Imperatorem licuiſſe. Ex hoc autem fonte illa Ciceronis fluxerunt: „ Magnum numerum hoſtium cæ„ cidimus; caſtella munitiſſima cepimus, in„ cendimus, Imperatores appellati ſumus; & Scipionis illud apud Livium: „ Sibi ma„ ximum nomen Imperatoris eſſe, quo ſe „ milites ſui appellaſſent, regium nomen „ alibi magnum, Romæ intolerabile eſſe; & D. Bruti: „ Progreſſus ſum ad Inalpinos, „ nomen captans imperatorium. Neque vero ſolum, ſi ipſi, ſed, ſi Legati, & Quæſtores, quibus imperium commiſiſſent, ſe bene ſe abſente geſſiſſent, iidem hoc etiam honoris adipiſcebantur, ut ex Legatorum, Quæſtorumque ſecundo prælio Imperatores appellarentur; teſtis eſt Cicero in Piſonem: „ Scio, „ Q. Marcium, quorum tu Legatorum prælio „ Imperator appellatus eras, cum longe ab„ fuiſſes, adventu illo tuo domi fuiſſe otioſum. Teſtis Varro de re ruſtica: „ Trebellius, „ cum eſſet Quæſtor Licinio Nerva Prætore „ in Macedonia provincia relictus, qui præeſ„ ſet exercitui, dum Prætor rediret, prælio „ hoſtes ita fudit, ac fugavit, ut eo Nerva „ Prætor Imperator appellatus ſit. (37)

Supplicatio vero fuit honos, qui una cum Imperatoris nomine Præſidi decernebatur victori, nempe cum Senatus populo deûm templa aperiri, ac gratias diis Imperatoris nomine agi, jubebat. Erat enim moris, ut Præſides, poſtquam à militibus appellati Imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent, literaſque ad Senatum laureatas de re geſta mitterent, quibus Imperatoris nomen, ac ſupplicationes à Senatu poſtularent. Quarum rerum certa ex antiquitate eruenda teſtimonia ſunt, quo, ut certior, ſic uberior ad alios ex his fructus permanet. Cicero in Piſonem: „ Appellatus eſt hic illius provin„ ciæ Imperator; ne tum quidem tabellas „ Romam cum laurea mittere audebis? item: „ Primum, qua veneris cum laureatis „ tuis lictoribus, quis ſcit? item: Ex qua „ provincia L. Torquatus magnis rebus ge„ ſtis me referente abſens Imperator appella„ tus eſt, ex ea te Imperatore nuncius ad „ Senatum allatus eſt nullus; & in Antonium: „ Augebo omnino numerum dierum, „ præſertim cum communiter tribus ducibus „ ſint decernendæ ſupplicationes; ſed hoc „ primum faciam, ut Imperatores appellem „ eos, quorum virtute maximis periculis li„ berati ſumus; etenim cui viginti his annis „ ſupplicatio decreta eſt, ut non Imperator „ appellaretur, aut minimis rebus geſtis, aut „ plerunque nullis? quamobrem aut ſuppli„ catio ab eo, qui ante dixit, decernenda „ non fuit, aut uſitatus honos, pervulgatuſ„ que tribuendus iis, quibus etiam novi, & „ ſingulares debentur; an, ſi quis Hiſpano„ rum, aut Gallorum, aut Thracum duo „ millia occidiſſet, non eum hac conſue„ tudine, quæ increbuit, Imperatorem ap„ pellaret Senatus? & in ea, quæ de provinciis: „ Statuit Senatus, cum Gabinio „ ſupplicationem denegavit, primum homini „ ſceleraro credendum non eſſe, deinde a „ proditore rem bene geri non potuiſſe, po„ ſtremo, ne deos quidem velle aperiri ſua „ templa, & ſupplicari hominis impuriſſimi „ nomine. Cum autem primis temporibus in unum, alterumve diem ſupplicatio ægre decerneretur, tamen ad poſtremum eò progreſſa res eſt, ut etiam in quinquaginta decretæ ſint; ſiquidem M. Valerio, & M. Horatio Conſulibus, anno urbis CCC.V., devictis Sabinis ſupplicatio in unum diem decreta eſt, Camillo Vejis captis in quatriduum, quot dierum nullo ante bello decretæ erant; at vero Cn. Pompejo, Mithridatico bello confecto, duodecim, Cæſari bello Gallico, primum XV. poſt XX.; Hirtio, Panſæ, & Cæſari, Mutina colonia liberata, quinquaginta dierum decretæ ſunt; in quo decernendo cum magnitudinis victoriæ, tum dignitatis hominis habuiſſe rationem videntur.

CAP. VIII.

De poteſtate Quæſtorum.

PRæſidum officio, quoad licuit, explicato, deinceps ſequitur, ut de Quæſtorum munere diſputetur, atque ita de altero, quem propoſui, provinciali magiſtratu dicatur. Sic igitur ſtatuendum eſt, ut Prætores urbani Romæ pecuniam publicam curarunt, cuſtodiverunt, atque in tabulas retulerunt, quam ipſi aut aliunde accepiſſent, aut alio erogaſſent; ſic Quæſtores provinciales pecuniam pu-

(37) Notabile autem hoc loci: Pompejum licet maximas res geſſiſſet, maximaſque obtinuiſſet victorias: nunquam tamen Imperatorem appellatum, quam poſt victoriam ad Dyrrhachium contra Cæſarem, quæ fuit ultima ſuorum imperiorum. Et quamvis id nomen obtinuiſſet, atque ita ſe poſtea ſalutari pateretur: tamen neque in literis, quas ſcribere ſolebat, neque in faſcibus inſignia laureæ prætulit. *Cæſ. de bell. Civ. lib. 3. V.*

A publicam curaſſe, quæ aut ex ærario depromta, in uſus eſſet provinciæ expendenda, aut à provincia exacta, eſſet in ærarium referenda. Quare provincialis pecunia duplex fuit. Attributa, & Vectigalis; illa ex ærario hauriebatur, hæc ex vectigalibus, & tributis colligebatur. Attributa vero erat hujuſmodi. Cum unicuique Præſidi *ſtipendium*, ac *viaticum* eſſet decretum: *ſtipendium in exercitum*, *viaticum in ſumptum Prætoris, Legatorum, & cohortis Prætoriæ*, inſtitutum erat, ut Quæſtor, qui Prætori obtigerat, hanc pecuniæ ſummam à Tribunis ærariis, Tribuni à Quæſtore urbano acciperent. Atque hoc tradit Varro in libris de lingua Latina: *Attributa pecunia dicebatur*, inquit, *quæ aſſignata erat*; B *unde Tribuni ærarii dicti, quibus attributa erat pecunia, quæ militibus redderetur; nam id, quod attributum erat, æs militare dicebatur*; & Aſconius in Verrinas: *Attributa pecunia eſt, quæ in ſtipendium militum de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Quæſtori ſolet*. Unde Cicero Pro Conſul ad Caninium ſcripſit: *De drachmis centum millibus nihil eſt, quod in iſto genere cuipiam poſſim commodare; omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda à Præfectis, quæ autem mihi attributa eſt, à Quæſtore curetur*; & in Verrem: *Quæſtor ex Senatus-conſulto provinciam Conſularem ſortitus eſt; pecunia attributa numerata eſt; profectus eſt Quæſtor in provinciam; venit in Galliam expectatus ad exercitum* C *Conſularem cum pecunia*; & in Piſonem: *Nonne ſeſtertium centies, & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti?* & pro Pompejo: *Quem poſſumus Imperatorem ullo in numero exiſtimare, qui pecuniam ex ærario depromptam, aut propter cupiditatem provinciæ magiſtratibus diviſerit, aut propter avaritiam Romæ in quæſtu reliquerit?* Quo factum eſt, ut, cum idem dixiſſet: *Verrem Quæſtorem retuliſſe in rationibus ad ærarium, ſe accepiſſe vicies ducenta triginta quinque millia quadringentos ſeptemdecim nummos, dediſſe ſtipendio, frumento, Legatis, pro-Quæſtori mille ſexcenta triginta quinque millia*. Aſconius interpres notarit: *ea omnia nomina eſſe erogationum, quibus aut ſti-* D *pendium militibus dediſſet, aut frumentum coemiſſet in annonam exercitus, aut Legatis, & pro-Quæſtori, & cohorti Prætoriæ in ſumptum dediſſet, et enim de publico alimenta data eſſe*. Ut omittam, quod ſcribit libro ſexto Polybius: *frumentum, veſtes, arma ſæpe militibus eſſe de publico data, detracta tamen a Quæſtore ex diurna mercede rata pecuniæ ſumma*; & Cicero ad Meſſinium Quæſtorem ſuum ſcribens: *Tu de ſeſtertium centum æquo animo ferre debes, & exiſtimare eo minus ad te vel de tuis cibariis, vel de mea liberalitate perveniſſe*.

Vectigalis autem pecunia fuit, tum quæ ex re frumentaria, tum quæ ex portoriis, ceteriſque, quæ publicani exercent, vectiga- E libus, exigebatur. Ac frumentaria quidem pecunia fuit primum, quam aratores aliquando pro frumento in cellam æſtimato dabant; deinde, quæ pro frumento emendo ab ærario dabatur; utramque autem Quæſtoris fuiſſe curam, unus ex Cæcilianа locus aperte demonſtrat: „ Queritur Sicilia, C. Verrem „ Prætorem ab aratoribus, cum frumentum „ ſibi in cellam imperaviſſet, & cum eſſet „ tritici modius ſeſtertiis binis, pro frumen„ to in modios ſingulos duodenos ſeſtertios „ exegiſſe; id ne alteri crimini dabis, quod „ eodem tempore in eadem provincia tu ipſe „ Quæſtor feciſti? Emptum eſt ex Senatus„ conſulto frumentum ab Siculis Verre Præ„ tore; pro quo frumento pecunia omnis ſo„ luta non eſt, te accuſante nullum crimen; „ eras enim tu Quæſtor, pecuniam publicam „ tu tractabas, ex qua, etiam ſi cuperet Præ„ tor, tamen ne qua deductio fieret, magna „ ex parte tua poteſtas erat. Mancipes à ci„ vitatibus pro frumento pecuniam exege„ runt; quid? hoc Verre Prætore factum eſt „ ſolum? non; ſed etiam Quæſtore Cæcilio; „ quid igitur? daturus es huic crimini quod „ & potuiſti prohibere, ne fieret, & debuiſti? & alibi: „ Cum ego in eadem iſta Sicilia „ Quæſtor pro frumento civitatibus pecuniam „ ſolverem, non modo iſtas duas quinqua„ geſimas, ſed omnino nummum nullum „ dico cuiquam eſſe deductum. De reliqua pecunia à publicanis exigenda extat ejuſdem in epiſtola ad Craſſipedem teſtimonium, in qua rei, & utilitatis publicanorum ſociorum defendendæ, atque augendæ cum maximam poteſtatem habere Quæſtorem dicat, eam à Quæſtore quoque curatam pecuniam indicat; unde P. Rutilium etiam damnatum ab equitibus Rom. ſcimus, *quod Quæſtor*, ut inquit Pedianus, *publicanos in provincia ſua Aſia nihil agere, cum Prætore ſuo Q. Mucio conſenſerit*. Atque hoc judicium de præda quoque facere poſſumus, quando P. Scipio Æmilianus in Hiſpania munera ſibi ab Antiocho rege Syriæ miſſa Quæſtorem referre in tabulas juſſit, & M. Cato captivos Vergitanos in Hiſpania Quæſtori ut venderet, imperavit, ut Livius prodidit. Nam T. Antiſtium Quæſtorem ſignandæ etiam pecuniæ Apolloniæ præfuiſſe, Cicero ſcripſit ad L. Plancum.

Ut autem Prætores Quæſtoribus juriſdictionem ſæpe, imperiumque ſuum mandarunt, ſic ſæpe etiam rei totius frumentariæ adminiſtrationem commiſerunt; quod ejuſdem teſtimonio cognoſcitur, cum inquit in Verrem: „ Tibi Cn. Carbo Conſul quando im„ probus eſſe cœpit? poſteaquam tibi pecu„ niam, rem frumentariam, rationes omnes „ ſuas, exercitumque commiſit. Itaque poſt paulo ſubjungit: „ Pro-Quæſtore vero quo„ modo Phrygiam frumento imperando, æſti„ mandoque afflixerit, non eſt neceſſe de„ monſtrare. Scitote, his nominibus, cum „ iſte civitatibus frumentum, coria, cilicia, „ ſaccos imperaret, neque ſumeret, pro his „ rebus pecuniam exigeret, his nominibus „ ſolis Cn. Dolabellæ Prætori ſeſtertium ad „ tricies litem eſſe æſtimatam: quæ omnia „ niſi voluntate Dolabellæ fiebant, per iſtum „ omnia tamen gerebantur. Alioque loco addit, ante Verrem Prætorem vini, & olei decumas, & frugum minutarum à Quæſtoribus in Sicilia venditas eſſe; & ſe Quæſtorem in Planciana frumenti Romam mittendi curam habuiſſe profitetur, inquiens: „ Non „ vereor, ne quis audeat dicere, ullius in Ci„ licia quæſturam aut gratiorem, aut clario„ rem fuiſſe; frumenti in ſumma caritate „ maximum numerum miſeram, negotiato„ ribus comis, mercatoribus juſtus, munici„ pibus liberalis, ſociis abſtinens, omnibus „ etiam viſus ſum in omni officio diligen„ tiſſimus.

De imperio vero Quæſtorum neminem puto expectaſſe, dum ſcribam: quod ut Legatos, ſic Quæſtores, aut imperio caruiſſe, aut auſpiciis Præſidis, & imperio ab eo ac-

cepto

cepto rem geſſiſſe, ex proxima diſputatione ſatis perſpicuum ſit. Unde illa Cæſaris ſuot bello Gallico: „ Cæſar partitis copiis cum „ Fabio Legato, & Craſſo Quæſtore, hoſtes „ adiit tripartito; *& alibi*: Antonium Quæ- „ ſtorem præfecit hibernis.

CAP. IX.

De deceſſione Præſidum, & Quæſtorum.

SAne reſtat, ut, quando jus univerſum in provincia Præſidum, Quæſtorumque aperuimus, ad extremum etiam, quemadmodum ambo de provincia deceſſerint, exequamur. Siquidem ut non temere in provinciam venerunt, ſic neque ex ea temere deceſſerunt. Moris ergo fuit, ut Præſes, annuo provincialis imperii munere terminato, ſucceſſorem, ſi mature venturus erat, in provincia expectaret, atque ei advenienti obviam prodiret, ac præſenti præſens provinciam, atque exercitum traderet; deinde intra triginta dies (tot enim lex Cornelia Syllæ dedit) decederet; verum interea nihil in provincia, quod ad adminiſtrationem attineret, attingeret. Quocirca Cn. Pompejus ægre tuliſſe fertur, quod L. Lucullus ex Aſia, colloquio, conſpectuque ſuo vitato, deceſſerit; & Appius, quod cum Lentulus ſibi, ipſe Lentulo pro ceſſiſſet in Cilicia obviam, Cicero ſibi decedenti noluerit; quod Cicero ita purgavit, ut omnem ejus rei culpam in Appium ipſum rejecerit; quippe quem ſe jampridem in provincia verſante, jus quoque dixiſſe Tarſi arguerit. Quod ſi deceſſor ante ſucceſſoris adventum deceſſiſſet, tum vero aliquem, qui provinciæ præeſſet, ut Quæſtorem, aut Legatum, cum imperio relinquere eſt coactus; unde anceps illa Ciceronis deliberatio nata eſt, de qua cum Attico: „ Obrepſit dies, ut vides; „ mihi enim ante diem tertium Kal. Sext. de „ provincia decedendum eſt; nec ſucceditur; „ quem relinquam, qui provinciæ præſit? ra „ tio quidem, & opinio hominum pollulat „ legatum fratrem; primum quod videtur „ eſſe bonus; deinde quod ſolum habeo Præ „ torium; Quæſtorem nemo dignum putat; & ex intervallo: „ Mihi difficilis ratio admi „ niſtrandi, quod paucos dies habebam reli- „ quos annui muneris; illud autem difficilli „ mum, relinquendus erat ex S. C. qui præ „ eſſet; nihil minus probari poterat, quam „ Quæſtor Meſſinius; nam de Cœlio nihil „ audiebamus; rectiſſimum videbatur; fra- „ trem cum imperio relinquere, in quo mul- „ ta moleſta; & ad Cœlium: Ego provincia „ decedens, Quæſtorem Cœlium præpoſui: „ puerum, inquis; at Quæſtorem, & nobilem „ adoleſcentem; at omnium ferme exemplo; „ neque erat ſuperiore honore ullus, quem „ præficerem. Qui vero ex Quæſtore, aut ex Legato provinciæ præponebatur, is deinde aut Proprætoris, aut Proconſulis nomen ferebat, prout ab hoc, aut ab illo imperium acceperat; atque aut hujus, aut illius vices ſuſtinebat. Atque de deceſſione quidem Præſidum hæc invenimus.

Quæſtorum autem haud ſane multo ſimplicior fuit ratio decedendi. Hi enim ut non ſemper cum ſuis Prætoribus in provinciam pervenerunt, ſic neque ſemper cum iis, verum ſæpe aut ante, aut poſt eos deceſſerunt. C. quidem Gracchus per triennium in Sardinia Quæſtor Oreſtis Proconſulis fuit, L. Lucullus L. Murenæ in Aſia per multos annos. Eundem etiam Gracchum non expectato ſucceſſore deceſſiſſe invenio, atque hoc idem poſtea feciſſe Cæſarem in Hiſpania. Fuit etiam, qui, quia ſibi ſucceſſum non eſſet in provincia ultra tempus annuum remanſerit; ut Antiſtius, de quo Cicero ad Plancum: „ T. Antiſtius cum ſorte Quæſtor provin- „ ciam Macedoniam obtineret, neque ei ſuc- „ ceſſum eſſet, Pompejus cum exercitu in „ eam provinciam venit. Ex quo intelligi poteſt, quam varia quoque, & inconſtans deceſſionis Quæſtoriæ ratio, atque obſervatio fuerit. Redeo ad Præſides. Hi vero ſucceſſore, aut Vicario Imperii conſtituto, Romam decedebant, ſi ante, quod C. Julius in primo Conſulatu ſancivit, rationes pecuniæ confectas apud duas provinciæ civitates reliquiſſent. Unde Cicero ad Rufum: „ Illud certe „ factum eſt, quod lex jubebat, ut apud duas „ civitates Laodicenſem, & Apamenſem, „ quoniam ita neceſſe erat, rationes confe- „ ctas, & conſolidatas deponeremus. His rebus actis inde è provincia deceſſerunt, ac Romam venerunt; &, niſi triumphum petere in animo habuiſſent, lictoribus dimiſſis, & paludamento depoſito urbem privati ingreſſi ſunt; quemadmodum Cicero in Piſonem oſtendit, cum inquit præter cetera: „ Togulæ li- „ ctoribus ad portam præſto fuere; quibus „ illi acceptis ſagula rejecerunt, & catervam „ imperatori ſuo novam fecerunt.

CAP. X.

De triumpho Imperatorum.

SIn autem de triumpho poſtulando cogitarent, aliquandiu ad urbem (38) manebant, &

(38) Triumphus erat ſolemnis ingreſſus Imperatorum in Urbem cum magnificentiſſima Pompa. Sed ſi Imperator ante triumphum in Urbem ingreſſus fuiſſet, jus triumphi amittebat, quod cum exercitu, vel ab exercitu, aut à provincia in Urbem redire triumphans fingebatur. Quinimo primis temporibus ſecundum nimirum victoriam triumphantes recte redibant Imperatores in Urbem, ut apud Livium. Igitur ad Urbem, ideſt prope Urbem, manebant, Senatui ad aliquam Dei ibi ædem vocato, & res bene geſtas exponebant, & ſupplicationes honoris Deorum cauſa, ut decernerent, ſibique, ut triumphantibus in Urbem invehi liceret, petebant: Ædes autem plerumque Bellonæ fuit, in qua Senatus ne de cauſis ab Imperatoribus vocabatur: M. tamen Fulvius ex Ætolia rediens ad ædem Apollinis Senatum habuit: Liv. lib. 39. Hæc enim ratio non ſolum obſervabatur ab iis, qui imperium in provinciam habuiſſent, ſibique ſucceſſum fuiſſet: verum etiam ab ipſis COSS. adhuc Magiſtratum obtinentibus, ut de M. Popilio COS. A. U. DLXXX legitur. Qui cum Ligures Statellates indigne oppugnaſſet, omni ultimæ crudelitatis exemplo laceraſſet, multa millia capitum innoxiorum, fidemque implorantia Populi Romani peſſimo exemplo diſtraxiſſet: quas ob cauſas referente A. Atilio Prætore S. C. factum fuiſſet: *placere Senatui: M. Popilium COS. Ligures pretio emptoribus reddito, ipſos reſtituere in libertatem, bonaque ut iis, quicquid ejus recuperari poſſet, redderentur curare, arma primo quoque tempore fieri in ea gente; COS. de provincia decedere, cum deditos in Sedem ſuam Ligures reſtituiſſet: claram victoriam vincendo oppugnantes, non ſaviendo in afflictos fieri.* Ig qua ferocia

A & lictores, faſceſque laureatos, quandiu
triumphaſſent, habebant, ac Senatu in ædem
Bellonæ evocato res à ſe geſtis exponebant,
ac triumphum petebant. Hinc Aſconius:
„ Ad urbem eſſe dicebatur de iis, qui cum
„ provinciali poteſtate nuper è provincia re-
„ vertiſſent; & Salluſtius: Marcius, & Me-
„ tellus ad urbem imperatores erant, impe-
„ diti, ne triumpharent, calumnia paucorum.
Cicero etiam reverſus e Cilicia, cum trium-
phum poſtularet vellet, atque in ipſam belli
civilis flammam incidiſſet, diu faſces, & li-
ctores laureatos habuit, ut ipſe ſcribit. De
poſtulatione triumphi multa ſuppetunt exem
pla; verum duobus ego ero contentus. Li-
B vius libro XXXI.: „ L. Furius Gallico trium
„ pho imminens Romam cum veniſſet, Sena
„ tum in æde Bellonæ habuit, expoſitis re
„ bus geſtis, ut triumphanti ſibi in urbem
„ invehi liceret, petit; *item*: M. Fulvius
„ Procoſ. ex Ætolia reverſus ad ædem Apol
„ linis, cum de rebus à ſe geſtis diſſeruiſſet,
„ petiit à patribus, ut æquum cenſerent, ob
„ Rempublicam bene, ac feliciter geſtam,
„ & diis immortalibus honorem haberi jube-
„ re, & ſibi triumphum decernere. Decreto
inde à Senatu triumpho, lex ei ferebatur ad
plebem, ut quo die urbem iniſſet, imperium
haberet. Livius: „ Tribuni plebis ex aucto
„ ritate Senatus ad populum tulerunt, ut M.
C „ Marcello, quo die urbem ovans iniret, im-
„ perium eſſet; *item*: L. Paullo, L. Anicio,
„ & Cn. Octavio decretus eſt ab Senatu trium
„ phus; mandatumque Q. Caſſio Prætori, cum
„ Tribunis plebis ex auctoritate patrum age-
„ ret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis,
„ quo die triumphantes urbem inveherentur,
„ imperium eſſet. Cicero ad Atticum: Pon-
„ tinius vult ante diem IV. Nonas Novem-
„ bris triumphare; huic obviam Cato, & Ser
„ vilius Prætores aperte. Negant enim latum
„ de imperio; & eſt hercle latum inſulſe.
Ingreſſus autem ea pompa, quæ exponetur,
in Capitolium aſcendebat, ac ſacrificio facto
convivium ibi celebrabat; atque ad veſperam
D poſitis imperii inſignibus domum omnino pri-
vatus ſe referebat. Ceterum triumphus om-
nium honorum, qui ſuffragio, aut ſtudio ci
vium deferrentur, ampliſſimus, à Romulo
inſtitutus uſque ad extrema non ſolum Rei-
publicæ, ſed etiam imperii tempora perma
navit. Pompa vero quanquam alia aliis tem
poribus pro rerum, ac victoriarum condi-
tione fuit, tamen in hoc fere fuit ſemper ea-
dem, ut Senatus, qui ad portam obviam
prodierat, anteiret, tum ſpolia de hoſtibus
capta, & præda omnis auri, atque argenti,
& oppidorum captorum ſimulachra, & capti-
vorum hoſtium duces vincti ſubſequerentur;
Imperator autem ipſe auratis quadrigis, lau-
E tea coronatus, dextra ramum lauri tenens,
os minio illitus, bulla ornatus, & toga tu-
nicaque triumphali indutus veheretur; cur-
rum vero Legati, & Tribuni militum in equis,
& pedibus exercitus omnis victor laureatus
cum cantu, & clamore aſſectaretur, quouſ-
que in Capitolium perveniret. De ornatu ſic
Feſtus: „ Picta quæ tunc toga dicitur, pur-

A „ purea antea vocitata eſt, eaque erat ſine
„ pictura; ejus rei argumentum eſt duplex
„ pictura in æde Vertumni, & Conſi; qua-
„ rum in altera M. Fulvius Flaccus, in al-
„ tera L. Papirius Curſor triumphantes ita
„ picti ſunt. Livius: Scipio Maſſiniſſam toga
„ picta, & palmata tunica donat; addit ver-
„ bis honorem; neque magnificentius quic-
„ quam triumpho apud Romanos, neque
„ triumphantibus ampliorem eo ornatu eſſe.
Plinius libro XXXIII triumphantium ora
minio illini ſolita ſcribit; ſic Camillum trium-
phaſſe, idemque eſt apud Iſidorum. Macro-
bius primo Saturnalium bullam triumphanti-
bus additam fuiſſe auctor eſt; uſus de lau-
B rea, notiſſimum eſt. De ordine pompæ ſic
Cicero in Piſonem: „ Diſſeris de triumpho?
„ quid tandem habet iſte currus? quid vin-
„ cti ante currum duces? quid ſimulachra
„ oppidorum? quid aurum? quid argentum?
„ quid Legati, & Tribuni in equis? quid
„ clamor militum? quid tota illa pompa?
„ quid vehi per urbem? Verum multo plu-
ribus, atque illuſtrius hanc pompam deſcri-
pſit Zonaras libro ſecundo: „ Re bene geſta,
„ *inquit*, juſtaque victoria parta dux ſtatim
„ à militibus Imperator appellabatur, & lau-
„ reatas literas per tabellarios victoriæ nun-
„ cios in urbem mittebat; ipſe vero domum
„ reverſus Senatu habito triumphum poſtu-
C „ labat, quem ſi à Senatu, aut populo obti-
„ nuiſſet, nomen Imperatoris confirmabat.
„ Quod ſi adhuc in eo magiſtratu eſſet, quo
„ victoriam peperiſſet, eo etiam in celebri-
„ tate utebatur, ſin tempus magiſtratus abie-
„ rat, aliud nomen ei accommodatum aſſu-
„ mebat; neque enim privato triumphare li-
„ cebat. Triumphali vero habitu ornatus,
„ armillis ſumptis, laurea redimitus, & ra-
„ mum dextra tenens populum convocabat,
„ & militibus ſuis aliis communibus, aliis
„ propriis laudibus oneratis pecuniam, &
„ ornamenta dividebat, cum armillas aliis,
„ aliis haſtas puras, aliis coronas aureas,
„ aliis argenteas expreſſum viri nomen ac fa-
D „ cinus ferentes largiretur. Nam ſi quis mu-
„ rum primus aſcenderat, muri; ſi caſtellum
„ aliquod expugnarat, caſtelli ſpeciem coro-
„ na gerebat; ſi navali prælio vicerat, roſtris
„ corona exornabatur; ſi equeſtri, equeſtre
„ aliquid præ ſe ferebat. Qui autem civem in
„ acie, aut in obſidione, aut in alio periculo
„ conſervaſſet, cum ſummam laudem aſſeque-
„ batur, tum quernam coronam accipiebat,
„ cujus honos argenteis, & aureis omnibus
„ excellebat. Neque vero hæc dona ſingulis
„ tantum virtutis cauſſa dabantur, ſed & co-
„ hortibus, & exercitibus univerſis: ſpolio-
„ rum autem magna pars militibus diſtribue-
„ batur. Quin etiam quidam univerſum po-
E „ pulum donarunt, & ſumptus in ludorum
„ publicorum apparatus fecerunt; & ſi quid
„ reliqui erat, in porticus, templa, aut alia
„ ejuſmodi opera publica conſumpſerunt.
„ His rebus perfectis triumphans currum
„ conſcendebat; currus autem neque belli-
„ carum, neque ludicrarum quadrigarum,
„ ſed turris rotundæ inſtar erat conſtructus.
„ Quo

cia autem uſus erat in Liguribus, eandem ad non parendum Senatui habens, iratus patribus, tiſ illuc Prætori extemplo Romam redire, Senatuque ad ædem Bellonæ vocato, multis verbis invectus eſt in Prætorem, a patribus autem poſtulavit, ut S. C. in ſe tactum tolli juberent, ſupplicationem, atque triumphum decernent. Sed ubi a ſenioribus Senatorum aliquot orationibus increpitus, neutra impetrata re in provinciam rediit. Liv. lib. 42.

Quo non ipſe ſolus vehebatur, ſed ſi liberos, aut cognatos aliquos habebat, etiam illorum virgines, & pueros aſciſcebat; nato vero grandiores in equis jugalibus imponebat. Si autem plures erant, equis ſingularibus vecti ipſum proſequebantur; reliquorum vero civium nemo vehebatur, ſed laureati omnes pedibus ingrediebantur. Qnin etiam miniſter publicus in ipſo curru advehebatur, qui pone coronam auream, gemmis diſtinctam ſuſtinens, admonebat eum, ot reſpiceret, id eſt, ut reliquum vitæ ſpacium provideret, nec eo honore elatus ſuperbiret. Appenſum quoque erat currui tintinnabulum, & flagellum, quibus notabatur, ipſum in eam calamitatem incidere poſſe, ut & flagris cæderetur, & capite damnaretur. Nam qui ob facinus ſupremo ſupplicio afficiebantur tintinnabula geſtare ſolebant, ne quis iter eundem contactu illorum piaculo ſe obſtringeret. Hoc autem ornatu urbem inibant, ſpoliis, & trophæis, & ſimulachris caſtellorum, urbium, fluminum, montium, portuum, marium, & reliquorum omnium, quæ in ditionem redegerant, prælatis. Quod ſi dies unus ad hanc pompam transferendam non eſſet ſatis, ſecundus etiam, & tertius aſſumebatur. Illis autem præcedentibus triumphans in forum Romanum delatus, ac captivis inde aliquot in carcerem duci, atque necari juſſis, io Capitoliom aſcendebat, ibique ſacrificio facto, & donis conſecratis, in iis porticibus cœnatus, ad veſperam domum, tibiis, & fiſtulis præcinentibus ſe recipiebat. Hæc Zonaras; quæ quanquam adeo certa ſunt, ut alia confirmatione non egeant, placet tamen inſtituti tenendi cauſſa, locis etiam aliquot Livii inſignioribus comprobare; ſic loquitur ille de T. Flaminini triumpho Macedonico: „ Triduum triumphavit; die primo arma, tela, ſignaque ærea, & marmorea tranſtulit; ſecundo aurum argentumque factum, infectumque & ſignatum; tertio die coronæ aureæ, dona civitatum, translatæ CXIV. & hoſtiæ ductæ, & ante currum multi nobiles captivi, obſideſque, inter quos Demetrius, regis Philippi filius fuit; ipſe deinde Quinctius in urbem eſt invectus: milites ſecuti currum frequentes, ut ex omni provincia exercitu deportato; his duceni quinquageni æris in pedites diviſi, duplex centurioni, triplex equiti; & in concione M. Servilii de triumpho L. Pauli Macedooico, qui antiquabatur: „ Militum quidem propria eſt cauſſa, qui & ipſi laureati, & quiſque donis, quibus donati ſunt, inſignes, triumphum nomine cient, ſuas, & Imperatoris laudes canentes per urbem incedunt; *& poſt*: Et legiones ex Illyrico laureatæ urbem inibunt, & navales ſocii, Macedonicæ legiones ſuo abrogato triumpho alienos ſpectabunt? Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ ſpoliis fiet? quonam abdentur illa tot millia armorum detracta corporibus hoſtium, an in Macedoniam remittentur? Quo ſigna aurea, marmorea, eburnea, tabulæ pictæ, textilia, tantum argenti cælati, tantum auri, tanta pecunia regia, an noctu tanquam furtiva in ærarium deportabuntur? quid illud ſpectaculum maximum, nobiliſſimus opulentiſſimuſque Rex captus ubi victori populo oſtendetur? & infra: „ Pars non minima triumphi eſt victimæ præcedentes, ut appareat, diis grates agentem Imperatorem ob Rempublicam bene geſtam redire; omnes illas victimas, quas traducendas in triumpho judicavit, alias alio cedente mactare; illas quidem epulas Senatus, quæ nec privato loco, nec publico profano, ſed in Capitolio eduntur, utrum hominum voluptatis cauſſa, an deorum, hominumque turbaturi eſtis? L. Pauli triumpho portæ claudentur? Rex Macedonum Perſeus cum liberis & turba alia captivorum, ſpolia Macedonum circa flumen relinquentur? L. Paulus privatus tanquam rure rediens à porta domum ibit? & deinde ubi de pompa triumphi agitur: „ Ipſe poſtremo Paulus in curru, magnam cum dignitate alia corporis, tum ſenecta ipſa majeſtatem præ ſe ferens; poſt currum inter alios illuſtres viros filii duo Q. Maximus, & P. Scipio, deinde equites turmatim, & cohortes peditum ſuis quæque ordinibus. Pediti in ſingulos dati centeni; duplex centurioni, triplex equiti. Poſtremo quod ſcriptum eſt apud Zonaram de captivis necandis juſſu Imperatoris in Capitolium aſcendentis, idem eſt etiam apud Ciceronem in oratione de ſuppliciis contra Verrem: „ At etiam, *inquit*, qui triumphant, eoque diutius hoſtium duces ſervant, ut his per triumphum ductis pulcherrimum ſpectaculum, fructumque victoriæ populus Romanus percipere poſſit, tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent, idemque dies & victoribus imperii, & victis vitæ finem facit.

Hic autem, de quo dixi, honos fuit, ut ego quidem video, duplex; unus triumphus, alter ovatio dictus: major ille, hic minor: ille ob inſignem victoriam, hic etiam ob levem conceſſus. Qui enim, auctore Gellio libro VI. bellum aut non rite indictum, aut non cum juſtis hoſtibus, aut cum humilibus, aut non idoneis, aut ſervis, & piratis geſſiſſet, aut deditione repente facta, incruenta victoria negotium confeciſſet, aut, ut addit in Marcello Plutarchus, verbis, non armis rem peregiſſet, aut, ut ſæpe Livius, qui ſine magiſtratu aut alienis auſpiciis, aut in aliena provincia rem geſſiſſet, aut exercitum non deportaſſet, ei concedebatur, ut ovans urbem ingrederetur; quod erat nihil aliud, niſi ut non quadrigis, ſed vel pedibus, vel, ut aliis placuit, equo vectus, non Senatu, ſed equitibus Romanis præeuntibus, non tubis, ſed tibiis præcinentibus, non laurea, ſed myrtea corona redimitus iniret, neque taurum, ſed ovem in Capitolio immolaret, quod ex Dionyſio, Plutarcho, Gellio, & Dione, quorum verba in faſtorum Conſularium commentario recitavi, cognoſcitur; unde Plinius libro XV. ſcribit: „ Triumphans de Sabinis Poſtumius Tubertus, in Conſulatu, (qui primus omnium ovans urbem ingreſſus eſt, quod rem leviter ſine cruore geſſiſſet,) myrto Veneris genitricis coronatus inceſſit; hæc poſtea ovantium fuit corona, excepto M. Craſſo, qui de fugitivis, & Spartaco laurea coronatus inceſſit. Triumphavit autem hic anno urbis ducenteſimo quinquageſimo primo; quanquam Dionyſius hunc ei leviorem habitum eſſe ait, quia male

ante rem geſſerat, ac prope in fuga cum ceteris captus fuerat.

Ut autem imperium mandatum eſt Conſulibus, Prætoribus, Dictatoribus, & privatis hominibus, iiſque item omnibus prorogatum eſt, ſic Conſules, Dictatores, Prætores primum, deinde etiam reliqui triumpharunt; primus Conſul prorogato imperio triumphavit Q. Publilius Philo de Palæpolitaneis; Prætor primus Q. Valerius Falto de Siculeis. P. Scipioni, qui privatus in Hiſpaniam cum imperio fuerat miſſus, triumphus eſt negatus; at non multis poſt annis L. Lentulo, ut ovans in urbem rediret, permiſſum eſt; poſtremo vero major etiam triumphus iis, qui ſine magiſtratu rem geſſiſſent, tributus, ut Cn. Pompejo ex Africa, Hiſpania, & Aſia; de P. Scipione ſic Livius: „ Ob res „ geſtas magis eſt tentata triumphi ſpes, „ quam petita pertinaciter, quia neminem „ ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magi „ ſtratu res geſſiſſet, conſtabat; de Lentulo vero ita: „ Lentulus cum in Senatu res ab „ ſe per multos annos fortiter, feliciterque „ geſtas expoſuiſſet, poſtulaſſetque, ut trium „ phanti ſibi urbem invehi liceret, res trium „ pho dignas eſſe cenſebat Senatus, ſed „ exemplum à majoribus non accepiſſe, ut „ qui neque Dictator, neque Conſul, neque „ Prætor res geſſiſſet, triumpharet, pro „ Conſule illum provinciam Hiſpaniam, „ non Conſulem, aut Prætorem obtinuiſſe; „ decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem „ iniret; intercedente Ti. Sempronio Longo „ Tribuno pl. qui nihilo magis id more ma „ jorum, aut ullo exemplo futurum dicebat, „ poſtremo victus conſenſu patrum Tribunus „ ceſſit; ex S. C. Lentulus ovans urbem eſt „ invectus. Ex iis, qui cum magiſtratu, atque adeo etiam cum imperio ſummo fuerunt ſoli Decemviri, & Tribuni militum Conſulares triumphum nullum egerunt.

Fuerunt etiam alia præclara triumphantium jura, de quibus ſcriptum extat apud Valerium; ut illud: „ Ne quis triumpharet, „ niſi quinque millia hoſtium una acie ceci„ diſſet. Unde lex extitit, quam L. Marius, & M. Cato Tribuni plebis tulerunt, quæ pœnam Imperatoribus minati ſunt, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum civium falſum numerum ad Senatum ſcripſiſſent, & juſſerunt, eos quamprimum ad urbem acceſſiſſent apud Quæſtores urbanos jurare, de utroque numero vere ſe ad Senatum ſcripſiſſe; item illud: „ Ne qui pro altero „ rem geſſiſſet, ſed is, cujus auſpiciis res „ geſta eſſet, triumpharet. Quod exemplo Q. Valerii Prætoris, & Q. Lutatii Conſulis, bello Punico primo confirmatur; & illud, quod more potius retentum, quam lege obſervatum videtur: „ Ne pro recuperato, ſed „ pro aucto imperio triumpharetur; ut Q. Fulvio Conſuli de Capua recepta, & L. Opimio Prætori de Fregellis in ditionem redactis, negatus eſt. Item: „ Ut de externis ho„ ſtibus, non de civibus triumphus ageretur; quo factum eſt, ut neque L. Sulla de inimicis ſuis, neque Q. Catulus Conſul de M. Lepido, neque C. Antonius de L. Catilina, quanquam illi adverſus Rempublicam ſteterant, atque arma tulerant, triumpharint.

Hic autem honos primum à Senatu, poſt etiam repugnante Senatu à populo datus eſt; primum ſine Senatus conſulto, collega intercedente, triumphaſſe P. Servilium Priſcum Conſulem de Volſcis anno urbis CCLVII., teſtis eſt Dionyſius. Primi vero patribus invitis, jubente populo, de Sabinis M. Horatius, de Æqueis L. Valerius anno CCCIV.

Quin etiam illud eſt obſervatum, ut aut ex terreſtri victoria, aut ex navali, itemque aut in urbe, aut cum id non daretur, in monte Albano triumpharetur; primus navalem triumphum egit C. Duilius bello Punico primo; in monte Albano triumphavit primus C. Papirius Maſo Conſul de Corſeis; de quo ita Valerius: „ Papirius Maſo cum bene ge„ ſta Republica triumphum à Senatu non „ impetraſſet, in Albano monte triumphandi „ & ipſe initium fecit, & ceteris poſtea „ exemplum præbuit, proque laurea corona, „ quum alicui ſpectaculo intereſſet, myrtea „ uſus eſt. Cujus veſtigia M. Marcellus bello ſecundo perſecutus de Syracuſanis in monte Albano triumphavit.

CAP. XI.

De relatis ad ærarium rationibus.

UBi vero ſive triumphantes, ſive privati urbem introierant, tum alio die rationes referre ad ærarium cogebantur, nec multo poſt Centuriones, ceteroſque provincialis curæ ſocios ad ærarium in beneficiis, ſi liberet, deferre. Ac ante legem quidem Juliam liberior referendi ratio fuit; lege autem Julia cautum eſt, ut rationes, quas in provincia apud duas civitates reliquiſſent, ea ſtatim, atque urbem iniſſent, ad ærarium totidem verbis referrent, atque triginta diebus, quibus rationes retuliſſent, comites in beneficiis deferrent. Hoc tamen non Prætorum proprium, ſed Quæſtorum commune fuit. Ac rationum quidem à Pro-Conſule, & à Quæſtore ante legem Juliam relatarum Verris Prætura, & Quæſtura teſtes erunt; de quibus Cicero: „ Præturæ, quam ex Senatus con„ ſulto ſtatim referre debuit, uſque ad hoc „ tempus non retulit; Quæſtorem ſe in Se„ natu expectare dixit; perinde quaſi non, „ ut Quæſtor ſine Prætore poſſet referre, „ eodem modo ſine Quæſtore Prætor; dixit „ idem Dolabellam impetraſſe; *item*: Videa„ mus, rationes quemadmodum retulerit. „ Accepi, inquit, vicies ducenta triginta „ quinque millia quadringentos ſeptemdecim „ nummos; dedi ſtipendio, frumento, Lega„ tis, Pro Quæſtori; cohorti Prætoriæ ſeſter„ tium mille ſexcenta triginta quinque mil„ lia quadringentos ſeptemdecim nummos; „ reliqui Arimini ſeſtertium ſexcenta millia; „ hoc eſt rationes referre? hoc modo quiſ„ quam hominum retulit? *item*: Rationes ad „ ærarium antequam Dolabella condemnatus „ eſt, non audes referre; impetrat à Senatu, „ ut dies ſibi prorogaretur, quod tabulas „ ſuas ab accuſatoribus Dolabellæ obſignatas „ diceret, perinde quaſi exſcribendi poteſta„ tem non haberet; audiſtis Quæſtoriam ra„ tionem tribus verſiculis relatam. Qualis autem poſt legem Juliam rationum referendarum ratio fuerit, Piſonis, Ciceronis, & Bibuli Pro-Conſulatus oſtendunt; nam de Piſone ſic Cicero in oratione adverſus eum: „ Rationes ad ærarium retulit continuo, „ ſicut lex jubebat; neque alia ulla in re ei „ legi paruit. De ſe ad Rufum Quæſtorem ſuum:

ſuum: „ Exiſtimes velim, ſi ratinnum referendarum jus vetus, & antiquus mos maneret, me relaturum, niſi tecum pro conjunctione noſtræ neceſſitudinis contuliſſem, confeciſſemque, non fuiſſe; quod igitur feciſſem ad urbem, ſi conſuetudo priſtina maneret, id quando lege Julia reliuquere rationes in provincia neceſſe erat, eaſdemque totidem verbis referre ad ærarmm, feci in provincia; neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem, ſed tribui tibi tantum, quantum me tribuiſſe nunquam pœnitebit; totum enim ſcribam meum tibi tradidi, tu ei M. Mindium fratrem tuum adjunxiſti; rationes confectæ me abſente ſunt tecum; ad quas ego adhibui nihil præter lectionem; *& poſt*: Illud certe factum eſt, quod lex jubebat, ut apud duas civitates Laodicenſem, & Apamenſem, quoniam ita neceſſe erat, rationes confectas, & conſolidatas deponeremus; itaque huic loco primum reſpondeo, me quanquam juſtis de cauſſis ratione deferre properarim, tamen me expectaturum fuiſſe, niſi in provincia ratinnes pro latis haberem. De Bibulo autem ad Caninium Quæſtorem Bibuli: „ De rationibus referendis non erat incommodum, te nullam referre; quam tibi ſcribis à Bibulo fieri poteſtatem; ſed id mihi vix videris per legem Juliam facere poſſe, quam Bibulus certa quadam ratione non ſervat, tibi magnopere ſervandam cenſeo.

Jam vero comitom, quos dixi, in beneficiis deferendorum duo ante legem Juliam teſtimonia extant, unum in oratione pro Archia, in qua Archiam, ut civem Rom. in beneficiis ad ærarium delatum eſſe à L. Lucullo Prætore, & Conſule inquit; alterum in oratione pro Balbo, ubi Cæſarem in Prætura, & in Conſulatu Balbum Præfectum fabrum ait detuliſſe. Poſt legem autem Juliam, quæ triginta dies poſt rationes relatas deferri juſſit, illud eſt ejuſdem in epiſtula ad Meſſinium Rufum, Quæſtorem ſuum: „ Quod ſcribis de beneficiis, ſcito à me & Tribunos militum, & Præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe; in quo quidem ratio me fefellit; liberum enim mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari; poſtea certior factus ſum triginta diebus referri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem. Sane moleſte tuli, non illa beneficia tuæ potius ambitioni reſervata eſſe, quam meæ, qui ambitione nihil uterer; de Centurionibus tamen, & de Tribunorum militum contubernalibus res eſt integra; genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat.

Neque vero Præſides ſolum, & Quæſtores, ſed etiam Legatos rationes reddere coactos invenio. Siquidem de P. Scipione Africano L. Scipionis fratris ſui in Aſia Legato ita ſcribit Gellius: „ Tribuni plebis in Senatu inſtabant, ut pecuniæ Antiochinæ, prædæque, quæ in eo bello capta erat, rationem redderet. Fuerat enim L. Scipioni Aſiatico fratri ſuo imperatori in ea provincia Legatus; ibi Scipio exurgit, & prolato è ſinu togæ libro rationes in eo ſcriptas eſſe dixit omnis pecuniæ, omniſque prædæ; illi tum, ut palam recitaretur, & ad ærarium deferretur. Sed enim id jam non faciam, inquit, nec me ipſe afficiam contumelia; eumque librum ſtatim diſcidit ſuis manibus, ac concerpſit, ægre paſſus, quòd, cui ſalus Imperii, ac Reipublicæ accepta ferri deberet, ab eo ratio pecuniæ prædaticiæ poſceretur; & de Verre Dolabellæ Legato Cicero: „ Legationis rationes non retulit, niſi condemnato, & ejecto Dolabella Prætore, & qui poſſet reprehendere.

CAP. XII.

De judiciis Præſidibus, & eorum Comitibus conſtitutis.

UT autem Præſidibus, qui ſe optime geſſiſſent, magni, ut dixi, & in provincia, & in urbe honores habiti, ſic contra, ſi quid deliquiſſent, atque à legibus, de quibus dixi, receſſiſſent, multis judiciorum laqueis irretiti ſunt. In primis autem tribus obnoxii legibus, ac quæſtionibus fuerunt, peculatus, majeſtatis, & repetundarum; peculatus, ſi prædam, aut pecuniam publicam averriſſent, quo judicio etiam Quæſtores, Legati, & Scribæ eorum obſtricti fuerunt; majeſtatis, ſi aut exercitum, aut provinciam hoſti prodidiſſent, aut ultro exercitum è provincia eduxiſſent, aut bellum ſine S. C. intuliſſent; repetundarum, ſi ſe in ſocios aut avare, aut ſuperbe, aut libidinoſe, aut crudeliter, aut injuſte geſſiſſent; quæ lex maxime ſocialis fuit, & provinciarum ſalutem continuit; quo judicio poſtulati plurimi, damnati multi, nonnulli etiam abſoluti ſunt. Sed de his legibus, & quæſtionibus mox in libro de Judiciis diſputabimus; ſi prius iis reſponderimus, qui à nobis in hac provinciali diſputatione diſſentiunt. Hic eſt autem Nicolaus, ut dixi, Gruchius, qui longe aliam Magiſtratuum, Imperatorumque rationem eſſe contendit, ac nos tradidimus. Quamobrem faciamus, ut ſeparatim, quantum in ejus ſententia ad veritatem momenti ſit, oſtendamus, eamque diſputationem quaſi tertium librum propoſito provinciarum commentario ſubtexamus.

Explicit Liber Secundus de antiquo jure Provinciarum.

DE ANTIQUO JURE PROVINCIARUM
LIBER TERTIUS.
AD ILLUSTREM JUVENEM
JOANNEM RICCIUM
POLITIANUM

CAROLUS SIGONIUS.

EX omnibus quæſtionibus, quæ his temporibus doctorum hominum ingeniis excitatæ in aliqua politiorum literarum tractatione verſantur, haud ſcio, an ulla alia aut genere ipſo nobilior, aut uſu fructuoſior ſit, quam quæ jamdiu inter me, & Nicolaum Gruchium agitatur; quippe quæ ſit, ut te optime noſſe puto, de re non ſolum in antiquitatis, ſed etiam in philoſophiæ ſtudio maxima. Nam verbo quidem de antiquo uſu Legis Curiatæ contendimus, at re vera de jure Senatus, populique Romani, de jure Magiſtratuum, atque Imperatorum, de obſcuriſſimis probatiſſimorum Scriptorum locis diſputamus. Neque tritas jampridem in Scholis quæſtiones aliquot cum eorum, qui audiant, moleſtia retractamus, ſed novas, atque huic ſæculo inauditas controverſias edimus; unde non Romanarum ſolum rerum, ſed civilis etiam diſciplinæ ſtudio dediti utilitatis, atque adeo etiam voluptatis capere non minimum poſſint. Hujus autem concertationis initium inductum eſt à me; qui cum breviter quid ab eo in hac tota ratione diſſentirem, non refellendi hominis gratia, ſed indagandæ veritatis cauſſa annos abhinc decem expoſuiſſem, eruditum hominem, atque acutum ſtudio reſponſionis uſque adeo incendi, ut ipſe quaſi legitimo aliquo hujus rei judicio conſtituto, ac reo comperendinato, una atque altera actione totam cauſſam ſibi ſumpſerit perorandam. Quarum actionum quando ego uni paucis ante annis reſpondi, putavi mihi faciendum, ut nunc quoque alteri reſponderem, totamque cauſſam novo quaſi ſuſcepto patrocinio retractarem. Quamobrem te hortor adoleſcentem præſertim ut opibus, & fortuna, ſic ingenio ſtudioque florentem, ut partem aliquam temporis de honeſtiſſimis tuis ſtudiis demas, atque ad hujus quæſtionis cognitionem traducas; nam eodem tempore cum vetuſtiſſima, eademque pulcherrima populi Romani jura cognoſces, tum difficillimos illuſtrium auctorum locos, eoſque noſtris adhuc parum hominibus notos intelliges. Qua notitia neque liberalius, atque honeſtius, neque ætati, fortunæve tuæ quidquam eſſe convenientius poteſt. Atque ut hoc ipſe acriore tibi ſtudio faciendum exiſtimares, cepi hoc tibi opus dicandi conſilium. Quod ut facerem primum præcipuo quodam meo erga te ſtudio, deinde excellenti Jacobi Falconii juvenis eruditiſſimi prædicatione impulſus ſum. Nam & ego te, cum Bononiæ ad me audiendum accederes, ac non dubia præſtantis tuæ erga me voluntatis teſtimonia dares, ita jam tum amare inſtitui, ut omnia officia me propterea tibi debere putem, & Falconius ipſe, qua eſt humanitate præditus, ea mihi de admirandis tuis ad omnem dignitatem, laudemque progreſſibus retulit, ut te hoc potiſſimum honoris genere, qui non niſi egregiis adhibetur hominibus, decorandum exiſtimem, ſcilicet ut nomen tuum domeſticis multis apud nos laudibus, virtutibuſque clariſſimum latius mea quantulacunque commendatione propagem, ac bonis quaſi auſpiciis præclaram augeſcentis in te virtutis indolem apud homines non obſcuro hoc monumento commendem; ſed ad rem veniamus.

CA-

Digitized by Google

CAROLI SIGONII
DE ANTIQUO JURE
PROVINCIARUM
LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

De lege Curiata Magiſtratuum Gruchii opinio.

CUm legiſſem libros nuper à te de Comitiis Romanorum in lucem editos, Nicolaë Gruchi, cum aliis rebus multum, tum illuſtri quadam eximiæ, ac minime vulgaris ingenuitatis tuæ ſignificatione plurimum ſum affectus; qui cum multa præclare de antiquiſſima illa conſuetudine præcepiſſes, ee tamen haud quaquam ita te amplexari diceres, ut pro oraculis habenda cenſeres, immo vero maximam te habiturum eſſe doctis hominibus gratiam prædicares, qui non modo tua refutarent, ſed veriora etiam in vulgus emitterent. Quibus ego vocibus, ut vere dicam, impulſus, cum forte eodem tempore de antiquo civium Romanorum jure perſcriberem, atque à te in quæſtione omnium, quæ in tuo tractantur libro, graviſſima, ac difficillima diſſentirem, eo facile me adduci ſum paſſus, ut tua expoſita ſententia meam, & ipſe quaſi aliud agens aſcriberem; non ut tibi contradicerem, ſed, quemadmodum tum teſtatus ſum, ut literarum ſtudia nobiliſſima explicanda quæſtione, & ipſe pro virili parte mea juverem. Hunc tu locum cum legiſſes, ad eum tibi reſpondendum duxiſti, ac præcipuum ea de re librum adverſus me divulgaſti; in quo cum cauſſam tuam accuratiſſime agis, tum me ad reſpondendum doctorum hominum quaſi judicio quodam conſtituto laceſſis. Quid quæris? quamquam ut nec opinata, ſic non jucunda admodum illa mihi provocatio accidit, ut qui omnem curam jam meam aliò, cogitationemque converteram, reſpondi tamen; ſed paucis, ne omnino eruditum hominem, & me honeſtiſſimo certamine provocantem viderer contemnere. Verum qua me ratione moleſtiæ liberaſſe exiſtimavi, ea mihi magis fuit adverſaria. Ecce enim poſt annum, non exiguum, ut ante, libellum, ſed juſtum prope volumen edidiſti; in eoque cum multis verbis eadem omnia repetis, quæ ſuperiore diſputatione tractaras, tum præter rem multa alia infers, ac ſophiſtica quadam ratione concludis, &, quod magis mihi mirum accidit, ſævo adeo, atque impotenti animo interdum adverſus me loqueris, ut quodam etiam in loco pro ſummo mihi beneficio tribuas, quod non me aſperius, ac contumelioſius appellaris. Bone Deus, tu ne ille Gruchius es, qui paulo ante maximam te doctis hominibus gratiam habiturum eſſe, qui tua refutaſſent ſcripta, ſcripſiſti? Nam ſi ego opinionem tuam aliquando invito fortaſſe te improbavi, tua illa tota culpa eſt, qui me, ut id facerem, invitaſti; ſi ceteros omnes præter unum me ad hoc officium advocaſti, næ ego poſthac diligentius de iſta contumelia videro. Neque enim ea te res perturbare poteſt, quod ego in te aut in diſputando acrior, aut in ſcribendo contumelioſior fuerim, cum tertio quoque verbo tanta te cum laude appellem, ut tu ipſe ſcripſeris: „ magnas te mihi eo „ nomine habere gratias, quod ea modeſtia „ uſus ſim in te reprehendendo, ut cum ho„ norifica laudis tuæ præfatione nec gloriæ, „ nec contentionis ſtudio ductus, ſed veri„ tatis tantum amore ad hanc diſſenſionem „ verius, quàm reprehenſionem pertractus „ videar. Cum autem hanc, quam tu vocas, modeſtiam non ſolum in libris de jure civium Romanorum, ſed etiam in reſponſione mea ſervarim, ita ut ſemper tibi plus, quàm mihi, tribuerim, & me tantum aliter, quàm ta de rebus iis, quæ tum agerentur, ſentire dixerim, ſatis mirari non poſſum, cur tu ab illa, quam tu in aliis tantopere laudas, animi moderatione diſceſſeris, atque in diſputando acerbiorem te interdum, quàm acutiorem eſſe malueris; neque ſevera interea hominum judicia exhorrueris, qui ita fictam, ac ſimulatam illam moderati hominis perſonam opportune depoſuiſſe, exiſtimaturi ſunt, ut ceteros ab ejuſmodi auctoritatis tuæ lædendæ cogitatione averteres; qua de re ea quodam in loco videris non mediocriter laborare. Sed his omiſſis, feci non invitus, ut tuæ voluntati obtemperarem, ac tibi iterum reſponderem, ſed feci fortaſſe brevius, quàm voluminis magnitudo, cui reſpondeo, poſtulabat; neque enim quæ ab utroque noſtrum in ſuperiore diſputatione dicta ſunt, ea mihi niſi neceſſario repetenda duxi; & ſi qua res nova incidit, eam vero, quam potui, breviſſime ſum complexus; inciderunt autem præclara nonnullæ, quod tu, credo, ut, quàm valeres ingenio, demonſtrares, omnia prope decreta mea ſigillatim tibi aggredienda ſumpſiſti, quaſi opima quædam de me ſpolia relaturus, ſi te mihi inſultare copia ingenii tui perterritus permiſiſſem; verum rem aggrediamur.

OMnis noſtra ex eo fonte ducta eſt controverſia, quænam ſit lex curiata, cujus meminit Cicero in ſecunda agraria, cum inquit: „ Majores de omnibus magiſtratibus bis vos „ judicare voluerunt; nam centuriata lex „ cenſoribus ferebatur, cum curiata ceteris „ patriciis magiſtratibus, tum iterum de iiſ„ dem judicabatur, ut eſſet reprehendendi po„ teſtas, ſi populum beneficii ſui pœniteret; „ nunc quia prima illa comitia tenetis cen„ turiata, & tributa, curiata tantum auſpi„ ciorum cauſſa remanſerunt; hic autem „ Tribunus plebis quia videbat, poteſtatem „ neminem injuſſu populi, aut plebis poſſe „ habere, curiatis eam comitiis, quæ vos

„ non finitis, confirmavit; tributa, quæ ve- A
„ ſtra erant, ſuſtulit; ita cum majores binis
„ comitiis voluerint vos de ſingulis magiſtra-
„ tibus judicare, hic homo popularis ne-
„ unam quidem populo comitiorum poteſta-
„ tem reliquit. Sed videte hominis religio-
„ nem, & diligentiam; vidit, & perſpexit,
„ ſine curiata lege Decemviros habere pote-
„ ſtatem non poſſe, quoniam per novem tri-
„ bus eſſent conſtituti, jubet ferre de his
„ legem curiatam, Prætorem, qui primus fa-
„ ctus ſit, ſi lex lata non erit, Decemviros
„ eo jure eſſe jubet, quo qui optima lege;
& poſt: „ Conſulibus legem curiatam feren-
„ tibus ſæpe interceſſum eſt; *item*: Conſuli,
„ ſi legem curiatam non habet, attingere B
„ rem militarem non licet; *poſtremò*: Sint
„ igitur Decemviri neque veris comitiis,
„ hoc eſt, populi ſuffragiis, neque illis ad
„ ſpeciem, atque uſurpationem vetuſtatis
„ per triginta lictores auſpiciorum cauſſa
„ adumbratis conſtituti: omnia, inquam,
noſtra in hoc eſt poſita controverſia, quæ ſit
lex curiata, cujus in his locis Cicero memi
nit; neque enim idem noſtrûm uterque ſentit.
Afferam primum opinionem tuam, deinde
meam. Tua vero his à te verbis eſt in ſecun-
da Actione expoſita. „ Jam inde ab exactis
„ regibus majores magiſtratus, qui à populo
„ crearentur, lege curiata ita fuiſſe ornatos,
„ ut poſtquam centuriatis creati eſſent, ad C
„ confirmandum illis quadam auſpiciorum
„ religione magiſtratum curiata etiam adhi-
„ berentur: minores vero nonquam binis co
„ mitiis creatos, niſi poſtquam cœperunt
„ tributis comitiis creari, idque propter
„ eandem auſpiciorum religionem. Addis
inde: „ Ciceronis ætate non curiis triginta,
„ ut olim, convocatis, ſed lictoribus curia-
„ rum triginta tantum legem curiatam la-
„ tam eſſe. Atque hæc ita eſſe confirmas
non his ſolum, quæ recitata ſunt ex Agrariæ
locis, ſed etiam altero Meſsalæ, tertioque ex
ſecunda Philippica Ciceronis. Quid igitur
mihi à te in tota hac ratione diſsentienti fa
ciendum eſt? nimirum illa duo, unum, ut D
incommoda iſtius opinionis oſtendam; alte-
rum, ut perverſitatem interpretationis horum
locorum, quibus ipſa fulcitur, aperiam.
Quamobrem aggrediamur. In tua ergo opi-
nione illa quatuor reprehendo, unum, quod
magiſtratus patricios, plebejoſque nova ſigni-
ficatione accipis; alterum, quod curiata co-
mitia ad auſpicia magiſtratibus jam deſignatis
mandanda eſſe adjuncta ſcribis; tertium, quod
legem curiatam Ciceronis etiam tempore ad
hunc uſum obſervatam ſcribis; quartum,
quod eam non à triginta curiis, ſed à trigin-
ta curiatum lictoribus eſſe juſſam, contendis.
De nomine patriciorum magiſtratuum, &
plebejorum, quod Cicero in eo loco uſurpat, E
unde hæc diſputatio emanavit, tuque in li-
bris de comitiis, & in prima actione adhi
buiſti, idem, quod alias ante, repeto, ab-
ſurdum eſſe dictu, patricios magiſtratus cen-
turiatis comitiis deſignatos, plebejos vero
tributis. Nam cum patricii magiſtratus ſint,
qui primum patuere patriciis; plebeji vero,
qui ſolis plebejis; profecto, qui centuriatis
comitiis creabuntur, omnes erunt patricii;
qui tributis, omnes plebeji; quod eſt falſum,
quia Ædiles curules, & Quæſtores tributis
comitiis, teste doctore, creabantur, & ta-
men erant patricii; quare non omnes patricii
centuriatis, nec ſoli plebeji tributis. Reſpon-
des, te cepiſſe patricios magiſtratus pro ma-
joribus, plebejos pro minoribus; neque aliud
adhuc ſentis incommodum. Neque enim recte
concludi poteſt, quia aliquot magiſtratus pa-
tricii, ut Conſul, Prætor, Cenſor, Dictator,
majores ſunt magiſtratus, propterea plebejos
eſſe minores; patricii enim recte in majores,
& minores dividuntur; majoreſque ſunt, quo-
rum majora ſunt auſpicia, ut eorum, quos
dixi, minores, quorum minora, ut Ædilium
curulium & Quæſtorum; plebejorum nulla
eſt ejuſmodi differentia, quia carebant auſpi-
ciis. Quamobrem ſi patricius eſt magiſtratus,
intelligo, quid ſequatur, nempe aut majorem
eſſe, aut minorem; ſi plebejus, nihil tale.
Quare multo minus efficietur, patricii magi-
ſtratus ſunt majores magiſtratus, ergo plebeji
ſunt minores, neque enim quiſquam unquam
aut quæſturam, aut ædilitatem curulem ma-
giſtratus patricios, quia minores eſſent, ple-
bejos vocavit, ut tu, quod te demonſtrare
oportuit. Si ergo manet vetus illud, patricios
magiſtratus eſſe, qui prius patuerunt patriciis;
plebejos vero, qui ſolis plebejis; nec quia
patricii aliquot magiſtratus majores ſunt,
propterea plebejos minores eſſe cogimur con-
fiteri, ſi tu hoc idem intelligens aliam, atque
aliam, quam poſtea demonſtrabo, hujus Ci-
ceroniani loci lectionem excogitaſti, quid eſt,
quod ex maledicto riſum quærens adverſus
me dicas: *Callipides multum ſe movet, ſed ni-
hil promovet*; cum hic meus Callipides uſque
adeo promoverit, ut te de loco, id eſt, de
ſuſcepta prioris lectionis ſententia deturbarit?

Quod verò ſecundo loco ais, comitia
curiata adjuncta centuriatis fuiſſe ad auſpicia
mandanda magiſtratibus, dico hoc superva-
caneum fuiſſe in majoribus magiſtratibus
Conſule, Prætore, Cenſore. Etenim hi crea-
bantur comitiis centuriatis, quæ ad mandan-
da auſpicia ſatis valebant, cum eſſent auſpi-
catiſſima. Nam Cicero dixit pro Milone:
Illa auguſta centuriarum auſpicia; & pro do-
mo: *Centuriata comitia maxime majores juſta
dici, haberique voluerunt*.

Quod deinde tertio loco dicis, veterem
curiatorum comitiorum ad priora confirman-
da comitia conſuetudinem Ciceronis etiam
tempore obſervatam, id falſum eſſe hac ratio-
ne coarguo. Nam ſi ipſius tempore magiſtra-
tus omnes curiatis comitiis confirmati fuiſ-
ſent, Rullus non poſuiſſet in lege ſua, ut
Prætor legem curiatam ferret Decemviris
ſuis à plebe deſignatis; cum autem poſuerit,
ſatis oſtendit, ſe extra ordinem id feciſſe.
Reſpondes, ſi Rullus Decemviros extra ordi-
nem lege curiata ornaſſet, Ciceronem id ei
objecturum fuiſſe, quod non fecit. Verum
hoc non eſt ſatis; cur enim Rullo objiciat id,
quod ille jure facere potuit? Age enim, non
ne Tribunus plebis plebem rogare poteſt? ſane;
quod plebs jure rogata ſciverit, non ne juſtum
eſt? non eſt dubium. Cur ergo objiciat Cicero
id, quod ille juſte facere potuit, ut plebem
rogaret? & plebiſcito accepto, ut Decemviris
legem curiatam quanquam inſolitam ferret?
tum enim objeciſſet, ſi ſine plebiſcito, id eſt,
plebis injuſſu Decemviros lege curiata ornaſſet.
Neque enim Rullus confirmabat Decemviros
lege curiata, quæ obſoleverat, impudenter,
ſed ad plebem ferebat, ut id ſibi liceret,
ſine dubio non facturus, ſi vetus conſuetudo
manſiſſet.

Po-

Poſtremo nego curiata comitia per triginta curiarum lictores, non autem per ipſas triginta curias celebrata, atque triginta lictores ſuffragium de magiſtratibus ullum tuliſſe. Neque enim veriſimile eſſe, qui Conſul propter excellentem virtutis opinionem certo judicio ab univerſo populo centuriatim lectus eſſet, permiſſum fuiſſe, ut eum triginta curiatum lictores ſuis ſuffragiis inconſulte repudiarent. Occurris, lictores, quod rogabantur, pro ſuo arbitratu repudiare non potuiſſe; & , quod gravius eſt, addis, me non tuum dictum, ſed meum commentum oppugnare, atque antabatarum more pugnare. Verum de antabatis alias: nunc quod inſtat. Negas legem curiatam à lictoribus antiquari potuiſſe. Ridet, opinor, Rullus, qui timens, credo, ne lex curiata à tuis iſtis lictoribus antiquaretur, ſic in lege cavit: *Si lex curiata lata non erit, tum Decemviri eo jure ſint, quo qui optimo*. Si lex lata non erit, inquit, id eſt, ſi lictores legem non acceperint; ergo poterant non accipere; quod noſter antabata non vidit. Addo nunc, ſi lex hæc de magiſtratibus curiata ad lictores, non ad curias eſſet perlata, turpe nimis atque indecorum futurum fuiſſe, ut Prætor, Conſul, Dictator agerent cum triginta lictoribus, tanquam cum univerſo populo; abſurdum vero, ſi lex curiata de adoptione à triginta curiis, etiam te reſte, juſſa eſſet, de imperio verò magiſtratuum à triginta lictoribus; & cum in his de imperio comitiis cetera ſervarentur, quæ in juſtis ſervabantur comitiis, obnunciatio, intercesſio, & reliqua, hoc unum exceptum eſſet, quod non à populo, ſed ab apparitoribus infamibus inirentur.

Hæc ſunt, ex quibus dico opinionem de lege curiata magiſtratuum tuam inanem eſſe, ac falſam. Relinquitur, ut videamus, an ex auctoritatibus, quas affers, hoc quod vis, quodque contendis, efficiatur. Hi ſunt tres, ut dixi, loci; unus hic Ciceronis, qui controverſiam intulit; alter Meſſallæ; tertius ea ſecunda Philippica. Conſideremus omnes.

Ut ex loco Agrariæ eum, quem vis, ſenſum eliceres, inſigni illum, ac prope prodigioſa mutatione facta protuliſti, hoc modo: *Nam centuriata lex Conſulibus ferebatur, ac ceteris patriciis magiſtratibus, tributa plebejis, tum curiata iterum de iiſdem judicabatur*. Quo loco primum reprehendo, quod contra fidem veterum omnium librorum addis, demis, mutas, tranſponis verba, quæ tibi non judicii ratio, ſed ingenii libido ſubminiſtravit, moremque pernicioſum in hæc ſtudia inducis, ut quæ loca non intelligamus, ea delendo, addendo, commutando ad noſtram ſententiam traducamus, ut poſt hac tuo exemplo nemo tam rudis, ac deſperati ingenii ſit futurus, qui non ex omnibus Scriptorum ſalebris ſit, vel nullo etiam negotio emerſurus. Illud etiam vitio verto, quod tu morem novum in comitia infers; cui enim probabis, magiſtratus patricios lege centuriata deſignatos fuiſſe; curiata confirmatos, plebejos tributa creatos, curiata confirmatos? Nemo autem dixit unquam è veteribus, cum magiſtratus deſignati ſunt à populo, eos lege creatos fuiſſe ſive centuriata, ſive tributa, ſed comitiis centuriatis, aut tributis. Nam legem tum dixerunt, cum de uno nominatim loquuti ſunt; ut tum, cum qui deſignati fuerant, confirmabantur. Etenim cum magiſtratus deſignabantur, ſic in univerſum rogabatur populus: *Quos vultis*, exempli gratia, *Conſules fieri?* cum confirmabantur, ita: *Vultis, jubetis ne, ut M. Cicero, C. Antonius, quos Conſules populus deſignavit, Conſulatum habeant?* hæc poſterior rogatio lex eſt dicta, ſive centuriata, ſive curiata; prior rogatio legis nomine nunquam invenitur affecta. Etiam illud improbo, quod voces in linguam Latinam aut novas invexiſti, aut veteres nova ſignificatione ornaſti. Eſt enim novum illud, *lex tributa*; quam nemo unquam dixit, niſi tu. Lex enim tantum centuriata, & curiata eſt dicta; pro *tributa*, *plebiſcitum* dixerunt. Nova ſignificatione ſumpſiſti *Plebejos* magiſtratus pro minoribus, ut ſupra dictum eſt; verum laudo, quod adjeciſti, ne tibi id quidem magnopere arridere. Poſſum etiam hoc improbare, quod ita præfracte, & obſtinate ſententiam tuam defendis, ut omnem non minus humanitatis, quàm judicii laudem amittas; ſic enim agis: *Vel diſrumparis licet, ego tamen etiam, atque etiam confirmo, locum Ciceronis omnino ita legendum eſſe, ut à me legitur. Nam centuriata lex Conſulibus ferebatur, & ceteris patriciis magiſtratibus; tributa plebejis; tum curiata iterum de iiſdem judicabatur; aut ſi diſplicet illud, plebejis accipe pro minoribus magiſtratibus, legatur tributa aliis; aut denique, ſi patriciorum magiſtratuum nomine volumus hic ſolos intelligi majores magiſtratus, ſed omnino eos, in quibus fuit patriciis locus, ita legatur: Nam centuriata lex aut tributa Conſulibus ferebatur, ac ceteris patriciis magiſtratibus, tum curiata iterum de iiſdem judicabatur*. Quæ verba aperte declarant, te more antabatarum vagari, vel potius tanquam naufragum quancunque poſſis tabulam in ipſa caligine tempeſtatis arripere. Nam ut cetera mittam, quomodo probabis unquam, patricios magiſtratus ut Prætores, & Conſules, comitiis tributis deſignatos, quod in libris de comitiis fieri non potuiſſe docuiſti? Quod autem ad diſruptionem attinet, polliceor, me hujus loci lectionem, & ſententiam adeo veram eſſe prolaturum, ut te omnium quoque conſenſione diſrumpam.

Venio nunc ad verba Meſſallæ, quæ ab A. Gellio recitantur: *Minoribus magiſtratibus creandis magiſtratus tributis comitiis, ſed juſtius curiata datur lege, majores centuriatis comitiis fiunt*. Oro te, quis tibi affirmavit, Meſſallam dicere, ſuo tempore magiſtratus majores, & minores primum comitiis centuriatis, aut tributis creatos, deinde lege curiata neceſſariò fuiſſe confirmatos? Quid eſt enim impedimento, quin dicat, ut vere dicit, majores magiſtratus fieri centuriatis, quibus auſpicia accipiunt, minores vero tributis; ſed ſi ferretur eis lex curiata, juſtius fieri lege curiata? An vero ſi quis dicat, Cæſaris tempore, magiſtratus dantur à Cæſare, ſed juſtius à populo, ſignificet, à Cæſare primum, deinde a populo eoſdem eodem tempore dari, an potius qui dantur à Cæſare, ſi, ut mos erat, darentur à populo, juſtius datum iri? Adde, quod cum Meſſalla inquit: *majores fiunt centuriatis comitiis, minores tributis, ſed juſtius curiata lege*, omnino unum tantum genus comitiorum in ſingulis obſervatum agnoſcit, centuriata in majoribus, tributa in minoribus; nam ſi auſpicia requiruntur, centuriata auſpicatiſſima ſunt uſque adeo, ut qui centuriatis creati ſunt, auſpiciorum ratione cu-

A curiatis non egeant, tributa vero auſpicata illa quidem, ſed curiata auſpicatiora; quare qui tributis creantur, inquit, juſte quidem creantur, ſed juſtius, ſi curiata lege confirmarentur; quomodo vero tributa auſpicata ſint, tu docuiſti, cum locum illum Ciceronis in libris de Comitiis expoſuiſti: *Cæſar, qui comitiis tributis auſpicatus erat, centuriata habuit.*

Age vero Cicero in agraria nullo modo ita ſcripſit, ut tu, Meſſalla vero aliter ſenſit, ac tu; an vero Cicero in ſecunda Philippica idem ſignificavit, ac tu interpretaris? multo minus: *Quæſtor*, inquit, *es factus; deinde continuo ſine S. C., ſine ſorte, ſine lege ad Cæſarem cucurriſti*; tu *ſine lege* interpretaris

B *ſine lege curiata*, ut Antonium dicat, poſtquam tributis comitiis factus eſt Quæſtor, antequam curiata confirmaretur, ſine S. C. ſine ſorte, ſine curiata lege in provinciam eſſe profectum. Quo nihil eſſe poteſt alienius; eſt enim eadem ratio Quæſtoris, ac Conſulis, quod ad provinciam obtinendam pertinet, ut in libris de jure Provinciarum oſtendi. Conſul enim primum accipiebat magiſtratum centuriatis comitiis, deinde ex S. C. ſortiebatur provinciam, aut ſi neque Senatuſconſultum, neque ſors intercedebat, lege obtinebat; ut Cæſar, qui neque S. C., neque ſorte, ſed lege Vatinii Tribuni plebis Gal-

C liam adeptus eſt; ſic Quæſtores primum tributis comitiis accipiebant magiſtratum, deinde ex S. C. ſortiebantur provincias, aut ſi neque S. C., neque ſors obſervabatur, extra ordinem lege aliqua, id eſt, plebiſcito eas ſibi parabant; objicit ergo Antonio Cicero, quod Quæſtor factus neque Senatuſconſulto, neque ſorte, quæ erant ordinaria, neque lege, quod fiebat extra ordinem, ſed uno Cæſaris vocatu in Galliam ad Cæſarem Proconſulem venerit. Atque hoc declaratur ex epiſt. ad Attic. ubi ſcribit: *Pompejus Q. Caſſium Quæſtorem ſine ſorte delegit, Cæſar Antonium, ego Cælium ſorte datum offenderem?* Quam enim legem nominat Cicero, ea pertinet ad

D provinciam Quæſtori mandandam, non ad auſpicia Quæſtori danda, aut ad Quæſtorem confirmandum; tua vero interpretatione non dabatur Antonio Quæſtori provincia, ſed privato Quæſtura; quaſi vero Quæſtura poſt S. C. & ſortem provinciæ fuerit confirmanda; quo nihil ineptius.

Tranſeo nunc ad locum Ciceronis, unde tu eam conſuetudinem elicuiſti, legem curiatam non à triginta curiis, ſed à triginta curiarum lictoribus eſſe juſſam: *Sint igitur Decemviri neque veris comitiis, hoc eſt, populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem, atque uſurpationem vetuſtatis per triginta lictores auſpiciorum cauſſa adumbratis*; ac doceo, ne

E hunc quidem à te eſſe intellectum. Neque enim Cicero ſignificat, ut ais, legem curiatam per triginta curiarum lictores eſſe latam. Quid autem vult? nimirum hoc: Rullus Decemviros creat comitiis tributis, ſed imperfectis, quia non per XXXV. ſed per XVII. tribus creat, eoſdem confirmat lege curiata, ſed ita confirmat, ut, ſi lex curiata lata non erit, etiam ſine ea juſtum Decemviratum habeant; quo fit, ut neque vera tributa afferat, neque curiata etiam falſa, & ſimulata; quibus reprehenſis concludit permiſſione rhetorica, quæ tum adhibetur, cum ad aliud tranſire volumus, quod gravius eſſe putamus, quam id, quod permittimus, & ait: *Sint igitur Decemviri conſtituti neque veris, neque ſaltem in ſpeciem per XXX. lictores auſpiciorum cauſſa adumbratis comitiis*; id eſt, non adhibuerit non modo tribus omnes, ſed neque etiam curias ullas, neque ſolum non curias, ſed ne lictores quidem curiarum in ſpeciem advocaverit auſpiciorum cauſſa, id eſt, ut auſpicia obtineret, quæ initio comitiorum captantur; nam ut cetera falſa eſſent, quæ ſequuntur, & auſpicia, ex quibus deorum voluntate ipſa approbari comitia intelligitur, rite captata initio comitiorum eſſent, ſatis juſta futura fuiſſe videbantur; quod ille prætermiſit. Rullus enim nulla omnino adhiberi comitia curiata voluit, tum eum ſine lege curiata Decemviros magiſtratum habere voluit; quaſi vero officio ſuo ſatisfacturus fuerit, ſi ſaltem curiata comitia in ſpeciem triginta curiarum lictoribus advocatis adumbraſſet, ut poſtea Cæſar Dictator in comitiis ſuis, de quibus Lucanus:

— Fingit ſolemnia campus,
Et non admiſſæ dirimit ſuffragia plebis,
Decantatque tribus, & vana verſat in urna.
Nec cælum ſervare licet; tonat augure ſurdo.
Et lætæ jurantur aves bubone ſiniſtro.

Rullus autem ne triginta quidem curiarum lictores, ne dum triginta curias, advocabat. Quæ ſi ita ſunt, jam ſatis intelligi poſſe arbitror, uter noſtrum antabatarum à te commemorato more ſe gerat; atque iſtos tuos triginta lictores curiatos ſuffragium, quod commentus es, non habuiſſe, neque habere potuiſſe; quo decreto ita delectaris, ut totum volumen comitiorum tuorum, & has actiones eo ſæpe iterando referſeris.

CAP. II.

De lege Curiata Magiſtratuum Sigonii opinio.

HActenus de tua opinione ſit dictum, nunc de mea dicamus. Ego, cum ſuperiorem locum Ciceronis à te perverſum, & deformatum viderem, dedi operam, ut incolumi vulgata lectione aliquem inde ſenſum eruerem; itaque hunc excogitavi. Legem curiatam duplicem fuiſſe, unam, quæ ferretur olim magiſtratibus patriciis jam deſignatis ad eos confirmandos, ut populus priorem comitiorum centuriatorum infirmare ſententiam poſſet, ſi ejus pœniteret; verum hanc poſtremis temporibus obſoletam fuiſſe, neque niſi extra ordinem plebiſcito aliquo revocatam in Republica hæſiſſe; eam vero à Cicerone intellectam eſſe eum dixit: *Majores de omnibus magiſtratibus bis vos judicare voluerunt; nam centuriata lex Cenſoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magiſtratibus, tum iterum de iiſdem judicabatur, ſi populum beneficii ſui pœniteret*; alteram vero, quæ Conſulibus, & Magiſtratibus in provinciam, & ad bellum cum imperio militari profecturis ſit lata, ac poſtremis etiam temporibus obſervata; eam vero intellectam à Cicerone, cum inquit: *Comitia curiata, quæ vos non ſinitis, tantum auſpiciorum cauſſa remanſerunt*; item: *Conſulibus legem curiatam ferentibus ſæpe interceſſum eſt*; item: *Conſuli, ſi legem curiatam non habeat, attingere rem militarem non licet*. Dicamus de utraque, ſed prius de priore. Adverſus primam conſuetudinem tu ſic argu-

men-

mentaris: *Si Cicero, cum dixit, legem centuriatam ceteris patriciis magiſtratibus latam, intellexiſſet omnes alios præter Conſules, dixiſſet, ceteris omnibus magiſtratibus abſque illo verbo patriciis, ita ut etiam Tribunos plebis, & ædiles plebis comprehenderet*; præclare; quaſi vero Tribuni plebis, & ædiles plebis ſint patricii, aut ego etiam Tribunos, & ædiles ſignificatos dixerim. Item: *ſi Cicero dixit, Ceteris, non intellexit ſolos Quæſtores*. Immo ſolos Quæſtores ex ordinariis, non ſolos, ſi extraordinarios complectaris. Item: *ſi vera hæc propoſitio ſit, de omnibus magiſtratibus bis à populo judicatum eſſe, id maxime tempus animo concipiendum eſt, quo nulli magiſtratus plebeji in Republica fuerunt; quod fuit ſexdecim tantum annorum*. Noli quæſo illa in me tela conjicere, quæ ego in temet retorquere nullo negocio poſſim; nam & tu hanc propoſitionem veram eſſe de patriciis ſolis confiteris, cum majores, & minores nominas; nam talis diviſio ſolis patriciis convenit. Item: *eodem tempore*, inquit, *M. Lætorius plebejus dedicationem ædis à populo accepit, ergo curiatis; ſi binis comitiis, ergo non ſoli patricii*; cui reſpondeo: Quid ſi curiatis, ſed non binis? quid ſi ſacerdos fuit Lætorius, & non magiſtratus? Item: *Si de primis Conſulibus bis judicaſſet populus centuriatis comitiis, ter judicaſſet, non bis; nam præter hæc etiam lex curiata lata eſt de imperio militari, quod eſt in magiſtratu inſitum*. Nego eſſe inſitum, atque hoc me refutaturum eſſe infra polliceor. Quamobrem, quod quæris, cujus auctoritate hæc mea opinio innitatur, reſpondeo, niti auctoritate non contemnenda ipſius Ciceronis, & quidem expreſſa, non extorta, ut tua.

Quando igitur nec tua mihi lectio, nec mea tibi expoſitio, placet, videamus, num meliorem aliquam indagare poſſimus. Equidem ſi locus ille Ciceronis, unde eſt hæc quæſtio conſtituta ita legatur, ut vulgo legitur, nullam aliam oratoris eſſe, quam eam, quæ à me eſt allata, ſententiam arbitror. At ſi, ut in veteribus libris legitur, & mihi recte legi videtur, aliquanto ſecus; ſic autem, ut nonnulli quoque notarunt, in iis ſcriptum reperitur: *Majores de omnibus magiſtratibus bis vos judicare voluerunt. Nam cum centuriata lex Cenſoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magiſtratibus, tum iterum de iiſdem judicabatur*. Mirum eſt autem, quantum una vox CUM addita lucis veræ ſententiæ excogitandæ afferat; quam ſpero te, ubi cognoveris, pro judicii tui magnitudine arrepturum, ac pro æquitate animi probaturum, atque omnem diſruptionis acerbitatem continuo abjecturum. Eſt autem hæc. De omnibus magiſtratibus majores bis vos judicare voluerunt. Nam cum centuriata lex Cenſoribus jam deſignatis ferebatur, cum curiata item ceteris patriciis magiſtratibus pariter jam deſignatis ferebatur, eo tempore ſecundum judicium faciebat populus, ut poſſet reprehendere, ſi beneficii ſui prioribus comitiis dati pœniteret. Primum enim comitiis centuriatis Cenſores deſignabant, deinde eiſdem legem centuriatam ferebant; item centuriatis comitiis Conſulem deſignabant, deinde eis legem curiatam ferebant. Non erat autem idem deſignare magiſtratum, & legem ei centuriatam, aut curiatam jam deſignato ferre; nam prioribus comitiis ſi Conſules exempli gratia creandi eſſent, populus rogabatur his verbis: *Quos vultis Conſules fieri?* poſterioribus, quibus lex eis curiata ferebatur, his: *Velitis, jubeatis ne, ut ii Conſulatum habeant, quos populus deſignavit?* quod oſtendit Aſconius, cum ſcribit: *Prærogativæ tribus dicebantur, quod primæ rogarentur, quos vellent Conſules fieri*; & Cicero in agraria: *Curiatam legem ab eo Prætore, qui ſit primus factus, ferri jubet; at quo modo? ut ii Decemviratum habeant, quos plebs deſignaverit*. Prioribus autem comitiis deſignabantur, poſterioribus lege confirmabantur; lex autem aut centuriatis comitiis lata eſt, & centuriata dicta, aut curiatis, & curiata, aut tributis, & plebiſcitum vocatum; legis tributæ nomen à nemine unquam niſi à re eſt uſurpatum. Res autem ſic habuit. Jus confirmandorum comitiorum, & magiſtratuum primum Senatus habuit, ut ſcripſit Dionyſius, & ſignificavit, ut tu quoque notaſti, Livius in Numa, cum ſcripſit: *Quirites regem create; ita patribus viſum; patres deinde, ſi dignum, qui ſecundus à Romulo numeretur, credideritis, auctores fient*; & poſt: *Regem populus juſſit; patres auctores facti*; & libro VI.: *Omnium comitiorum eo anno patres auctores facti ſunt*. Significavit autem, patres eo anno magiſtratus omnes, quos populus plebeſve deſignaſſet, id quod non quotannis accideret, comprobaſſe. Verum hoc jus Senatus diu tenere non potuit, ut innuit Cicero pro Plancio: *Quod patres apud majores noſtros tenere non potuerunt, ut reprehenſores eſſent comitiorum, id haberent judices, tum enim magiſtratum non gerebat is, qui ceperat, ſi patres auctores non erant facti*. Hac autem conſuetudine ſublata, deinde hanc inductam facile poſſumus ſuſpicari, quam nunc Cicero, omnis antiquitatis peritiſſimus, prodit, ut populus ipſe magiſtratus à ſe deſignatos confirmare, aut infirmare vellet, cenſores quidem lege centuriata, reliquos patricios magiſtratus curiata. Verum & hanc ſua ætate obſolevisse, idem hoc loco indicat. Itaque Rullus in Decemviris ſuis creandis veterem conſuetudinem renovavit: tulit enim, ut Prætor legem curiatam ferret, ut ii Decemviratum haberent, quos plebs deſignaviſſet, ita tamen, ut etiam ſine lege curiata eos jure optimo Decemviros eſſe vellet; ſiquidem verba legis Rulli hæc fuerunt: *Tribunus pleb. qui hanc legem tulerit, comitia creandis Decemviris habeto; tribus ſeptemdecim ſorte ducito; per eas Decemviros creato, ut quem novem tribus fecerint, is Decemvir ſit; item eodemque modo, ut in comitiis Pontificis maximi. Qui petent, præſens profitetor. Prætor, qui primus factus erit, legem curiatam ferto, ut ii Decemviratum habeant, quos plebs deſignaverit. Si is ferre non poterit, qui poſtremus erit, ſi lex curiata lata non erit, tum ii Decemviri eodem jure ſunto, quo qui optima lege. Tribuni pleb. Prætori legem curiatam ferenti ne intercedunto, ſi interceſſerint, Decemviri eadem poteſtate ſunto, ac ſi lata lex eſſet. Decemviri auſpicii coloniarum deducendarum cauſſa pullario habento, quos habuerunt Triumviri lege Sempronia; in quinquennium poteſtatem habent; apparitores, ſcribas, librarios, præcones, architectos habento; mulos, tabernacula, centurios, ſuppellectilem ab ærario ſumunto; cuſtodes corporis ex ærario ducentos in ſingulos annos habento. Xviris vectigalia populi Rom. alienare liceto; ſummum judicium habento, &c.* Hanc autem legem reprehenſurus Cicero, quatuor ſibi culpanda

ſuſcepit, deſignationem Decemvirum, confirmationem, ornamenta, & poteſtatem. In deſignatione vitio in primis vertit, quod decemviros per tribus XVII. crearet, id eſt, per partem populi; qua re abſoluta finxit, ſe de poteſtate illorum infinita loqui velle; quod graviſſimum omnium crimen erat, & ad plebem maxime pertinebat, & ut veriſimile videtur, à plebe avide expectabatur; & propterea, ut ejus cupiditati in ſpeciem ſatisfaceret: dixit: *Cognoſcite nunc, quæ poteſtas, & quanta detur*. Quo dicto, in ſermonem de lege curiata ingreditur, quæ ad confirmationem pertinet, non autem ad poteſtatem. Primum ergo reprehendit, quod lege curiata Decemviros ornet, cum eſſet inuſitatum, ut magiſtratus daretur lege curiata ei, cui nullis comitiis ante eſſet datus, id eſt, privato; nulla enim comitia vocat, quæ per XVII. tribus tantum erant habita, cum per XXXV. oportuiſſet; & quoniam ferebat, ut *Prætor legem curiatam ferret, ut ii Decemviratum haberent, quos plebs deſignaviſſet*, utraque comitia ab eo adhibita reprehendit, tributa, quia cum propria plebis eſſent, imperfecta allata ſint; curiata, quia cum obſoleta eſſent, nec à populo magiſtratuum cauſſa amplius inirentur, ab eo renovata ſint. Itaque addit: *Videte quid juris à majoribus acceperitis, quid ab hoc Tribuno pleb. vobis relinquatur; majores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt; nam cum centuriata lex Cenſoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magiſtratibus, tum iterum de iiſdem judicabatur, ut eſſet reprehendendi poteſtas, ſi populum beneficii ſui pœniteret; nunc quia prima illa tenetis comitia centuriata, & tributa, curiata tantum auſpiciorum cauſſa remanſerunt; hic autem Tribunus pleb. quia videbat, poteſtatem neminem injuſſu populi aut plebis poſſe habere, curiatis eam comitiis, quæ vos non initis, confirmavit, tributa, quæ veſtra erant, ſuſtulit*. Ex quibus verbis apparet, Ciceronis ætate, populum Roman. magiſtratuum cauſſa ſola comitia centuriata, & tributa tenuiſſe, curiata auſpiciorum cauſſa tantum in uſu fuiſſe; id eſt, populum magiſtratus deſignatos curiata lege non amplius, ut olim, confirmaſſe; quod vero Rullus in Decemviris fieri voluit, id ex vetere conſuetudine à ſe revocata ipſum ſumpſiſſe, contra, atque tu putas; ſiquidem ait: *Curiatis eam comitiis, quæ vos non initis confirmavit*; nimirum ſignificans, populum ad confirmandam Decemvirum poteſtatem, ut ante, amplius non convenire; cujus rei argumento eſt, quod ſi curiata comitia magiſtratuum cauſſa in uſu fuiſſent, non erat, cur Rullus, ut ſupra etiam dixi, juberet, Prætores legem curiatam ferre, & ſi lex curiata lata non eſſet, ut etiam ſine ea poteſtatem habere ſtatueret.

Poſtquam autem explicavit, quæ ad legem curiatam reprehendendam pertinebant, tum de ornamentis agit, ab illo loco: *Videte nunc, eos, qui à vobis nihil poteſtatis acceperint, quanto majoribus ornamentis afficiat*; poſtremo de poteſtate, ab illo: *Perſpicite, quanta poteſtas permittatur*; quod dicturus viſus fuit jam tum, cum propoſuit: *Cognoſcite nunc, quæ poteſtas, & quanta detur*. Ac de lege quidem curiata, qua confirmati quondam magiſtratus à populo ſunt, & de binis magiſtratuum comitiis, & de loco Ciceronis Agrariæ, qui hanc quæſtionem excitavit, ſatis in utramque partem quæſitum ſit.

CAP. III.

De binis comitiis, prærogativæ, & jure vocatarum.

HOc loco quæſtio alia ſubtexenda eſt, quæ quanquam neque legem curiatam magiſtratuum, neque locum Ciceronis attingit, tamen quia bina alia comitia magiſtratuum his finitima continet, non videtur eſſe prætereunda. Bina vero comitia hæc fuerunt, quæ à prærogativa centuria, & jurevocatis ſunt facta. Ego enim cum apud Aſconium talium comitiorum mentionem reperiſſem, quorum tu in libris de comitiis non meminiſſes, quanquam prærogativæ memineras, addidi, cum prima illa comitia, quibus bis de iiſdem magiſtratibus à populo judicatum ſcribit Cicero, ſatis conſtaret evanuiſſe, veriſimile videri, in eorum locum invectam eſſe alteram conſuetudinem binorum comitiorum, prærogativæ inquam centuriæ judicium, & jure vocatarum; cujus conſuetudinis quamvis initium eſſet obſcurum, uſus tamen vel maxime pateret. Hanc autem conſuetudinem his verbis in priore reſponſione expono. *Aliquot poſt liberatam Rempublicam annos cum jam tributa pro curiatis eſſent invecta, re priſtina conſuetudo eſt mutata, nomine vero retenta; ex omnibus enim centuriis unam ſorte duxerunt, quæ prima rogaretur, ac propterea prærogativa diceretur; ejus autem ſententia pro unis comitiis habita eſt; qua pronunciata tum deinde ipſa centuriata comitia ſunt perfecta, ut aſſolebant; hoc autem factum eſt, vel propter ſuffragii ferendi commoditatem, ne totus populus bis in ſuffragia mitteretur, vel quacunque alia ex agitari cauſſa poſſit; in hanc autem ego ſententiam veni duce Aſconio; cujus locum inſignem mirabar admodum à Gruchio, cum de prærogativa præciperet, in libris de comitiis eſſe præteritum; verba vero ejus in Verrinas hæc eſſe reperiebam. Prærogativæ tribus ſunt, quæ primæ ſuffragium ferunt ante jurevocatas; mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iiſdem candidatis comitia fieri; quorum tribus prærogativæ dicebantur, quod primæ rogarentur, quos vellent Conſules fieri, ſecundæ jurevocatæ, quod in iis frequenti populo, ut ſæpe contingit, prærogativarum voluntatem, jure omnia complerentur. Quocirca fieri quoque videbam, ut in Conſulibus creandis prærogativa apud Livium memoria tantopere celebraretur*. Quæ verba mea tu tibi multis modis oppugnanda duxiſti, & quidem, ut video, modeſte admodum, & minime aſpere. Primum enim, *in ridiculis*, inquis, *quis non reponat, id quod dicit, tributorum pro curiatis invectionem cauſſam attuliſſe mutandæ priſtinæ conſuetudinis binorum centuriatorum in mandando Conſulatu habendorum*? Quod quam ridicule feceris, alii judicent; neque enim ego, quia tributa pro curiatis eſſent invecta, ſed cum jam tributa pro curiatis eſſent invecta, mutatam eſſe priſtinam conſuetudinem dixi. Deinde, *quid magis ridendum*, inquis, *quam ex eo, quod Aſconius bina quodammodo agnoſcat comitia in prærogativa, & jure vocatis, colligere bina fuiſſe integra centuriata, priuſquam prærogativa inſtituta eſſet*? In quo tu etiam atque etiam ridiculus appares: neque enim apud me eſt, me ex loco Aſconii colligere, ante prærogativam inſtitutam bina fuiſſe cen-

tu-

turiata, ſed ex loco Ciceronis: ſecundam vero conſuetudinem, quam dixi, invectam poſt tributa comitia inſtituta, me elicere ex Aſconii loco; qui cum ſit locus inſignis, & inprimis notandus, & in quo uno binorum comitiorum mentio aperte fiat, tamen à te eſt prætermiſſus in magno illo Comitiorum commentario, ita ut neque jurevocatarum, quæ fuerint, mentionem facias; tantum illud libro primo, capite quarto aſcribas: *Apud Livium, & Aſconium legi prærogativam tribum, & jurevocatas, ubi de comitiis centuriatis agitur*; quod tamen non in criminis loco pono: quid enim hoc me attingit? ſed ut intelligas, me non ſine cauſſa locum hunc ad rationem, diſquiſitionemque revocaſſe. *At locum illum non intellexiſti*, inquis: cur non? *quia cum vulgo legatur*, *Mos fuerat bina omnino de iiſdem candidatis comitia fieri; ego vero te admonuerim, in aliis libris, legi bina denuo, in aliis bina domo, in aliis bina quodammodo, tu vulgatam*, inquis, *omnium peſſimam*, *Omnino*, *retinuiſti*, *quod verbum vel totum tempus ſignificat*, *vel totam rem*; *quorum utrunque falſum*. Ego vero ſi retinuero, *Omnino*, (nam me repudiaſſe, *Quodammodo*, mea verba non indicant) ſed ſi retinuero: dicam hanc fuiſſe ſententiam Aſconii, morem fuiſſe, ut de iiſdem candidatis bina comitia fierent omnino, id eſt, neceſſario; quod eſt, majores magiſtratus creari non potuiſſe, niſi prærogativæ judicium jurevocatarum ſuffragia ſubſequerentur; ni ita fieret, vitioſa fore comitia; neque, ſi ita dixero ridiculi aliquid me dicturum, ſed ridiculum potius eum, qui ſcripta veterum ad ſuam traducere ſententiam, niſi vi facta, id eſt, mutatione adhibita, neſciat, exiſtimabo.

Quæris inde quando primum abrogata priore binorum comitiorum conſuetudine, poſterior hæc prærogativæ, & jurevocatarum inducta ſit? ſi dicam, quemadmodum tu ſcriptum reliquiſti, & me alibi vel invitum ſcripſiſſe vis, poſt expletas XXXV. Tribus; quæ fuerunt expletæ poſt annum quingenteſimum, tum me in multas difficultates, atque anguſtias quaſi quaſdam diſputationis impellis: ſi ante Tribus XXXV. expletas, tum me quaſi reum ſtultitiæ facis, qui à ſumma tua auctoritate recedam; itaque quò me vertam neſcio, cum ita te egiſſe videam, ut omnes mihi vias evadendi occluſeris. Tentemus autem an vi aliqua laqueos tuos frangere, ſi ſolvere non liceat, iſtos poſſimus. Prærogativam inſtitutam eſſe poſt XXXV. Tribus inſtitutas, & ſcripſiſti in libris de Comitiis, & nunc etiam ut cum maxime aſſeris; argumentaris autem hoc modo: *Prærogativa centuria non poteſt eſſe ſine tribu prærogativa; tribus prærogativa non fuit niſi poſtquam claſſium centuriæ ad diviſionem Tribuum pertinuerunt; atque verba Livii libro primo aperte indicant, tum demum Servii mutata diviſione claſſium centurias ad Tribuum diſtributionem pertinuiſſe, poſtquam expletæ ſunt XXXV. Tribus*. Nihil validius; quid tamen, ſi propoſitionem utranque negem, non me doctis probaturum exiſtimas? quid ſi tibi ipſi, niſi pertinax eſſe volueris, illud idem perſuadeam? Nam quod prærogativa centuria non fuerit ſine tribu prærogativa, unde educebatur, id quidem poſtremis temporibus convinci Ciceronis auctoritate video. Cur autem primis ſine tribu eſſe non potuerit, ut omnes centuriæ non aliter, quam omnes tribus, in ſortem conjicerentur, ita ut quæ prima ſorte exiſſet, prima ſententiam rogaretur, ne tu ipſe quidem, ut puto, veriſimile eſſe negabis. Verum non ſit in hoc controverſia; ſit, ut eſt, in eo, quod inquis, ex Livii auctoritate, prærogativam non fuiſſe, niſi poſt triginta quinque tribus expletas. Verba Livii ſunt hæc: *Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc eſt, poſt expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero centuriis juniorum, ſeniorumque ad inſtitutam ab Ser. Tullio ſummam non convenire; quadrifariam enim urbe diviſa regionibus, collibuſque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellavit; neque hæ tribus ad centuriarum diſtributionem, numerumque quicquam pertinuere*. Dico, te rectam horum verborum ſententiam non aſſequi; primum enim inquis, *centurias* Servii Regis tempore *ad tribuum diſtributionem, numerumque non pertinuiſſe*; atque hoc etiam in libro de Comitiis repetis, cum Livius dicat: *tribus ad centuriarum diſtributionem, numerumque*; &, quod obtuſioris ingenii eſt, inquis, te me hujus rei adſtipulatorem habere, cum in verbis, quæ profers, meis, ego tribus ad centurias, non centurias ad tribus traductas dicam. Intereſt autem plurimum, utro modo dicas; nam ſi dicas, centurias traductas ad tribuum diſtributionem, & numerum, tribuum numerum auctum concludas, non centuriarum: ſi tribus ad centurias, centuriarum, non tribuum. Livius autem intelligit, numerum centuriarum majorem poſtea eſſe factum, quàm qui à Servio fuerat inſtitutus. Adde, quod, *Duplicato earum numero*, interpretaris multiplicato centuriarum numero, atque in utroque, ut nunc demum ſentio, labetis. Neque enim de centuriis intelligit Livius, ſed de tribubus; nec multiplicatum centuriarum numerum, ſed vere duplicatum tribuum numerum. Nam cum Servius præter quatuor tribus urbanas, quarum hic meminit Livius, multas etiam ruſticas conſtituiſſet, ut omnes eſſent XIX., quemadmodum ego Livii, & Dionyſii opinioni convenienter factum probavi in primo de jure civium Romanorum; cumque poſt alias, atque aliæ deinceps additæ ſint, quarum nomina ſunt apud Livium, ita ut factæ ſint XXXV., vere dixit Livius, poſt expletas XXXV. tribus numerum tribuum eſſe duplicatum, cum à XIX. ad XXXV. pervenerint. Loquitur enim Livius de numero centuriarum, qui quoniam major erat ætate ſua, quàm fuerat ætate Servii, & hæc res poterat admirationem afferre, inquit: *Noli mirari, ordinem centuriarum, qui nunc eſt poſt expletas XXXV. tribus, non convenire ſummæ centuriarum inſtitutarum à Servio. Etenim cum duplicatus ſit numerus tribuum, & tribus ſint traductæ ad diviſionem centuriarum, contra atque Servius inſtituerat, propterea auctus eſt numerus centuriarum*. Neque vero poſt XXXV. tribus expletas exiſtimare debes, tribus præcipue traductas eſſe ad diſtributionem centuriarum, quia traduci etiam ante id temporis cœperant, ſed maximum centuriarum numerum præcipue evaſiſſe poſt expletas XXXV. tribus. Quamobrem noli quæſo ea concluſione uti, qua uteris, cum inquis: *Sit ergo conſtitutum Livii teſtimonio, non prius pertinuiſſe claſſium centurias ad tribuum diſtributionem, quam Romæ tribus XXXV. fuerunt; ex quo conſequens eſt, non potuiſſe prius prærogativam tribum eſſe, quam XXXV. tribus Romæ*

fue-

fuerunt; noli inquam ita concludere; immo quoniam Livius non centurias ad diviſionem tribuum, ſed tribus ad centuriarum pertinuiſſe te conſentiente dixit, collige, maximum centuriarum numerum, qui admirationem facere rem ignoranti poterat, poſt expletas demum XXXV. tribus fuiſſe, non autem prærogativam tribum poſt expletas XXXV. tribus inſtitutam eſſe; præſertim vero cum Livius idem prærogativæ, & jurevocatarum multo ante expletas XXXV. tribus meminerit, ut libro V., anno CCCLVII.: *Haud invitis patribus P. Licinium Calvum prærogativæ tribunum militum creat; omneſque deinceps ex collegio ejuſdem anni refici apparebat; qui priuſquam renunciarentur, jurevocatis tribubus permiſſu interregis P. Licinius ita verba fecit*; & libro decimo: *Cum primo vocatæ Q. Fabium Conſulem dicerent omnes centuriæ*; & poſt: *Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium conſenſu deſtinaretur, eumque prærogativa, & primo vocatæ omnes centuriæ Conſulem dicebant.* Nam quod objicis, ut hunc ſcopulum vites, prærogativæ nomen his in locis improprie uſurpatum non pro centuria forte educta, ſed pro priore quadam judicii ſui ſignificatione, & jurevocatas per prolepſim dictas, in eo neminem, ut ſpero, habebis ſectatorem, ſunt etiam talia reſponſa extrema deſperatæ, perditæque cauſſæ perfugia. Cum enim opponat prærogativæ jurevocatas, ut fecit Aſconius loco commemorato, & ipſe poſt libro vigeſimo ſeptimo, cum dixit: *Galeria juniorum, quæ forte prærogativa erat, Q. Fulvium Conſulem dixerat, eodemque jurevocatæ inclinaſſent*, ſatis oſtendit, ſe eodem modo ſumere, quo alias ſumpſit, id eſt, proprie; præſertim vero cum P. Licinium interregis permiſſu prius, quam collegæ renunciarentur, quos refici appareret, ad jurevocatas locutum inducat, ut eas ab eo conſilio deterreret; quæ inania eſſent omnia, ſi jure vocatæ jam tum non eſſent inſtitutæ, aut ſi jam tum mos non fuiſſet, ut jurevocatæ omen ipſius prærogativæ ſequerentur, aut denique ſi prærogativam removeres, & jurevocatas improprie dictas defenderes. Neque vero eſt, quod ea te res moveat, quod in his locis vulgo legatur *prærogativæ*, non *prærogativa*, eamque lectionem ego ante annos XIV. in quinto libro laudarim; nam utraque lectio eſt veterum librorum, &, ut nunc ſentio, rectius legitur, *prærogativa*, quam *prærogativæ* utroque in loco; ut primo vocatas in decimo dixerit, quæ primæ poſt prærogativam vocarentur, ut ibi dixi. Cum ergo conſtet, prærogativam, & jurevocatas extitiſſe, tum cum P. Licinius ad eas locutus fertur, qui fuit annus CCCLVII, veriſimile, aut certe non improbabile eſt, per ea tempora, quæ annum illum præceſſerunt, inſtitutas eſſe; ut quanquam certum hujus inſtitutionis annum, quem à me curioſe nimis exquiris, tradere nequeamus, tamen obſcuros temporum eorum limites aſſignare poſſimus; & ſive ea cauſſa inſtituendi fuerit, quam Feſtus, ſive ea, quam Varro, prodiderunt, nihil impedimenti eſt, quin ad ceteras ea quoque adjungi potuerit, quam ego tradidi; de qua tu plus, quam æquum eſt, laborare videris; quaſi vero tum non aliam binorum comitiorum cauſſam tradideris, quam Cicero, atque eam probabiliorem eſſe, non auſus ſis affirmare.

Ex his autem, quæ dicta ſunt, illud ſtatuo, genus unum binorum comitiorum fuiſſe, cum curiata lex ferebatur, ut ii magiſtratum haberent, quos populus centuriatis comitiis deſignaſſet; quod primis temporibus obſervatum poſt obſolevit; alterum, cum ipſius prærogativæ centuriæ judicium jurevocatarum ſuffragia ſubſequuta ſunt; quod à primis temporibus uſque ad poſtrema permanavit; quorum alterum Cicero ſignificavit in Agraria, alterum Aſconius, accedente Livii, & Ciceronis teſtimonio aperte prodidit.

CAP. IV.

De lege Curiata Imperatorum.

DEinceps ſequitur, ut agam de lege altera curiata, quæ magiſtratibus ad bellum, aut in provincias cum imperio profecturis eſt lata; qua de re integra adhuc mihi tecum remanet controverſia. Eſt autem quæſtio ejuſmodi: cum Cicero eodem in loco, *curiata comitia tantum auſpiciorum cauſſa remanſiſſe*, &, *Conſulibus legem curiatam ferentibus ſæpe interceſſum eſſe*; &, *Conſuli ſi legem curiatam non haberet, rem militarem attingere non licuiſſe*; ſatis autem conſtet, ipſius tempore, quo obſoletam priorem de magiſtratibus legem curiatam diximus, curiatam alteram de imperio uſurpatam, quænam hujuſce legis vis, ac ſententia ſit; Cum autem hæc lex nemini lata inveniatur niſi Dictatoribus, Conſulibus, & Prætoribus, cum ad bella, & in provincias cum imperio ire vellent, cumque eadem *rem militarem continuiſſe*, à Livio, eadem *militaris fuiſſe* à Dione dicatur, facile in eam opinionem jampridem adductus ſum, ut credam, hanc legem de imperio, ut dixi, militari auſpicato mandando eſſe latam; ſiquidem qui auſpicato rem geſſerunt, auſpicia illa à populo accepiſſe, auctor, ut poſtea oſtendemus, eſt Cicero. Tu vero eandem eſſe putas, ac priorem; quippe quæ magiſtratibus omnibus imperium primum in urbe dederit, deinde idem in provincia continuaverit. Imperium autem militare ut in ipſo magiſtratu inſitum, ſic cum ipſo etiam magiſtratu mandatum cenſes; ego vero & à magiſtratu ſejunctum, & alio modo, quàm magiſtratum ipſum, delatum opinor. Quare haud levi de re inſtituitur diſputatio, cum ſit quærendum, idem ne ſit magiſtratus, atque imperium, idemne Conſul, & Prætor, atque Imperator. Quoniam autem hæc expediri quæſtio non poteſt, niſi ante quid magiſtratus, & quid imperium ſit, cognoſcatur, primum de magiſtratu, deinde imperio ſtatuamus, quæque de iis inter nos diſſenſio ſit, videamus.

CAP. V.

Quid ſit Magiſtratus.

MAgiſtratus igitur voco poteſtates omnes eorum, qui res humanas, quæ quidem ad Rempublicam pertinerent, publica auctoritate curarunt. Horum autem, ut in libris de jure civium Romanorum ſcripſi, quatuor ferme fuerunt jura, unum imperandi, alterum juriſdicendi, tertium agendi, quartum auſpicandi. Imperium tribus in rebus fuit poſitum, in edicendo, in vocando, in prehendendo. Edictorum duo genera fuere, unum,

onum, quo juriſdictionis ſuæ formulam initio magiſtratus proponebant; alterum, quo pro magiſtratus auctoritate, ot res tuliſſet, quæ videbanior, imperabat. Qui porro vocationem habuerunt, ii etiam jus prehenſionis aſſecuti ſunt, atque lictoribus & viatoribus, & ſervis publicis uſi ſunt; qui prehenſionem tantum, ii viatorem tantum cum ſervo publico adhibuerunt; qui neutrum, ii ſervis publicis dumtaxat ſtipati inceſſerunt. Juriſdictio vero duas habuit partes, unam decretum, alteram judicii dationem; nam cum jus dicere nihil aliud eſſet, quam jus, quod in legibus, aut in edictis contineretur, ei, qui id popoſciſſet, reddere, profecto tum jus reddebant, cum aut ipſi re ſine conſilio cognita decernebant, aut judices, qui rem cognoſcerent, dabant, atque eis judicandi formulam præſcribebant. Actio vero eam habuit vim, ot qui hoc jus habuerunt, ii & ad Senatum referre, & ad populum ferre poſſent de iis rebus, quæ ad Rempublicam pertinerent. Auſpiciorum autem ratio triplex, una fuit obſervatio de cœlo, quæ ad comitia ſive impedienda, ſive vitianda pertinuit; altera avium inſpectio, quam in omni ferme re publice aggredienda adhibuerunt; tertia pullorum tripudium, quæ militiæ in primis eſt obſervata. Hæc autem jura convenerunt ita magiſtratibus, ut non omnes tamen his præditi fuerint, verum imperii, ac juriſdictionis partem aliquam omnes conſecuti ſint. De edictis res nota eſt, & à me alias in libris tractata. De vocatione, & prehenſione, quia res flagitat, recitabo verba Varronis ex Gellio: *In magiſtratu habent*, inquit, *alii vocationem, alii prehenſionem, alii neutrum; vocationem, ut Conſules, & ceteri, qui habent imperium; prehenſionem, ut Tribuni plebis, & alii, qui habent viatorem; neque vocationem, neque prehenſionem, ut Quæſtores, & ceteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem; qui vocationem habent, iidem prehendere, tenere, abducere poſſunt; & hæc omnia, ſive adſunt, quos vocant, ſive acciri juſſerunt; Tribuni plebis vocationem habent nullam, quod*, uti inquit Gellius, *antiquitus creari videntur, non juridicundo, nec cauſſis, querelisque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent, ut injuria, quæ coram fieret, arceretur; ac præterea jus ad ſe vocandi ademptum, quoniam ut vim fieri vetarent, aſſiduitate eorum, & præſentium oculis opus erat*; item alio loco ex eodem Varrone: *Qui poteſtatem neque vocationis populi viritim habent, neque prehenſionis, eos magiſtratus à privato in jus quoque vocari eſt poteſtas. M. Lævinus ædilis curulis à privato ad Prætorem in jus eſt eductus; nunc ſtipati ſervis publicis non modo prehendi non poſſunt, ſed etiam ultro ſummovent populum*. Ex quibus intelligi poteſt, qui minorem coërcitionem habuerunt, eos poteſtatem habuiſſe; qui majorem, imperium. Itaque Dictatoris, Conſulum, ac Prætorum non poteſtas ſolum, ſed etiam imperium extitit; Tribunorum vero plebis, & Ædilium curulium, & Quæſtorum, poteſtas tantum; quia aut prehenſionem tantum, aut neque prehenſionem, neque vocationem habuerunt. Hæc autem cum ita eſſe, multo mecum ante conſtituiſſem, quoniam imperii vocem non ſolum ad magiſtratum, ſed etiam ad imperatorem pertinere videbam, propterea de imperio imperatoris acturos, ne vocis homonymia errorem pareret, prioris initio reſponſionis ita ſcripſi: *Ego duplicem imperii ſignificationem dico, unam civilem quandam magiſtratus auctoritatem, alteram militarem, ac bellicam; ſic autem ſtatuo, omnes magiſtratus & urbanos, & provinciales civilem poteſtatem habuiſſe, verum alios majorem, alios minorem; quæ minor fuit, eam præcipue poteſtatem dictam; quæ major, non poteſtatem ſolum, ſed interdum etiam imperium appellatam; idque ex eo liquere, quod de Tribunis quidem plebis, atque ædilibus nunquam niſi poteſtatem dixerunt; in Conſulibus autem, & Prætoribus, & poteſtatem, & imperium uſurparunt; unde Livius libro ſecundo Tribunum plebis privatum eſſe, ſine imperio, ac ſine magiſtratu prodidit.*

Tu vero quid ais? unum ex his, & quidem grave admodum reprehendis, quod dixi de Tribunis nunquam imperium dictum; ac mihi Florum, & Patereulum objicis, quorum alter prorogatum, alter abrogatum Tribunis imperium dixit; atque hoc primi, ejuſque graviſſimi criminis loco das. Quod ego miror in primis; neque enim intelligere videris Florum, & Patereulum ibi imperium pro magiſtratu ipſo cepiſſe, eoſdemque impropriè locutos eſſe, cum tamen ipſe & ibi imperium ſæpe pro magiſtratu uſurpatum, & Ciceronem, aut Livium haudquaquam ita locuturos fuiſſe capite XIV. ſcribas. Miror autem multo etiam magis, cum te eundem ita ſcribentem animadverto: *Eſt alia ſignificatio imperii, qua major quædam jubendi, coërcendique poteſtas intelligitur, in qua ſignificatione cum accipitur, merito negantur omnes magiſtratus imperium habuiſſe, tametſi omnes jubendi poteſtatem haberent; in ea ſignificatione accipitur apud Varronem, cum ſcribit, magiſtratus aut vocationem habere, ut Conſules, ceteroſque, qui imperium habent; hujus vocabuli ea vis paſſim obſervatur apud Livium, Salluſtium, Ciceronem, ceteroſque Latinos Scriptores, ut in majoribus magiſtratibus ſæpiſſime imperium, nonnunquam imperium ſimul, ac poteſtatem uſurpent, in minoribus poteſtatem*. Miror autem, quia ipſe uſque adeo cæcus videris, ut non videas, te idem tradere, quod ego; tu enim minores magiſtratus poteſtatem habuiſſe ſcribis, non imperium: ego Tribunos plebis, quos etiam ſine magiſtratu eſſe dixit Livius, poteſtatem habuiſſe, non imperium; poteſtatem autem uterque noſtrûm intelligit minorem cogendi, & coërcendi facultatem.

Quod vero dixit Livius, *Tribunum plebis privatum eſſe, ſine imperio, ac ſine magiſtratu*, ex ea parte reprehendis, quod à Livio non ſit proditum, ſed apud Livium ab Appio Conſule pronunciatum, atque oratorie auctum; quod prorſus refutat Plutarchus in Problematis, qui hiſtorice, non oratorie quærens, cur prætexta alii magiſtratus orerentur, Tribunus plebis non oreretur, reſpondet: *an quia Tribunus plebis magiſtratus non eſt? neque enim ex ſella Tribuni jus dicunt, neque lictores præferunt, neque creato Dictatore abdicant, ſicut alii magiſtratus, quaſi ipſi magiſtratus non ſint, ſed alium ordinem obtineant.*

Deinceps vero declarans, quid eſſet poteſtas magiſtratus, dixi eam in auſpicio, & judicio fuiſſe poteſtatem, teſte Cicerone in legibus, qui ſcripſit: *Magiſtratus omnes judicium, & auſpicium habento*; quod dictum cum tu ibi multis nominibus accuſandum ſuſceperis, videtur eſſe faciendum, ut omnes reprehenſiones tuas, quam poſſim, breviſſime, pla-

planiſſimeque refellam. Primum autem crimen eſt, quod Ciceronis teſtimonio in Legibus utar, quæ omni ex parte non ſint legibus Romanis accommodatæ; quod crimen puto eſſe tum leviſſimum, tum mihi tecum, & cum omnibus, qui in hoc genere diſputationis verſantur, commune; verum age; cur non ſunt accommodatæ? *quia ſtatuit*, inquis, *ut Cenſores quinquennio magiſtratum gerant, cum per XVIII. menſes tantum geſſerint*; quid? nonne primis temporibus quinquennalis cenſura fuit? nonne ipſe Cicero aperte ſcribit, ſe multas leges ponere, quæ ſi non eſſent in legibus Romanis, tamen erant in more majorum, qui tum, ut lex valebat?

Alterum crimen eſt, præcipuam magiſtratus poteſtatem non in judicando, & auſpicando collocatam fuiſſe, ſed in imperando. Quod quanti faciendum ſit, non eſt difficile intellectu; neque enim ſola imperandi poteſtas magiſtratum conſtituit, quanquam ſine ea magiſtratus eſſe non poteſt; nam etiam Sacerdotes pro jure Sacerdotii, & legati pro jure curationis ſuæ imperarunt aliquid, quos tu tamen magiſtratus non vocas; & qui magiſtratui judicium, id eſt, juriſdictionem attribuit, eidem etiam imperandi poteſtatem aſcribit; nam ſi poteſtas imperandi, te interprete, eſt poteſtas coercendi; magiſtratus, qui juriſdictionem habet, idem etiam coërcitionem habuerit, neceſſe eſt; nam quomodo plene jus dicet, ſi quis in jus vocatus non paruerit, neque prehendi potuerit? Etenim, ut ſcripſit Paullus D. de juriſdictione: *Juriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt*. Coërcitione autem ſola magiſtratum non conſtitui, inde apparet, quod multi magiſtratus neque vocationem, neque prehenſionem habuerunt, in quibus coërcitio eſt verſata, ſi auctoritate Varronis ſtamus.

Jam quod addis, *me parum memorem eſſe, quod cum dixerim, Tribunum magiſtratum non eſſe, poſt dicam, poteſtatem eſſe in auſpicio, & judicio, quorum utrunque conveniat in Tribunum*, non vereor illam culpam; neque enim dixi, Tribunum non eſſe magiſtratum, ſed imperium de Tribuno non dici, cognoſci ex Livio, qui dixit, *Tribunum privatum eſſe, ſine imperio, ac magiſtratu*. Verum fac, me dixiſſe, Tribunum pl. non eſſe magiſtratum, eumque iterum eſſe magiſtratum, inconſtantiæ culpam non extimeſcam; primis enim temporibus dicam non fuiſſe magiſtratum, quia auſpicium non habuit, & jus non dixit, ut Plutarchus loco prolato, & Gellius libro XIII. cap. XII. ſcribunt, poſtremis fuiſſe magiſtratum, quia & auſpicium habuit, & jus dixit; nam auſpiciorum jus quoddam accepit poſt Decemviros abrogatos, auctore Zonara, & jus dixit in ſubſelliis, ut teſtis eſt Asconius, & tu confiteris.

Tertii criminis loco deinde objicis, quod apud Ciceronem interpreter, *Judicium* juriſdictionem, id eſt, poteſtatem decreti interponendi, ac judicis dandi; atque hoc reprehendis bifariam; primum negans magiſtratus omnes habuiſſe poteſtatem decretum interponendi, & judicis dandi; deinde negans, verba Ciceronis eam, quam dixi, ſententiam continere; utrique reprehenſioni occurram paucis, ac prius priori. Dico igitur, magiſtratus omnes aut ſtatuiſſe aliquid pro auctoritate magiſtratus ſui, aut judicem, qui cognoſceret, dediſſe; audi ipſum in eodem loco Ciceronem: *Juris diſceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, Prætor eſto*; judicat nimirum Prætor decernendo; judicari jubet, judicium dando; audi iterum eum, qui ſcripſit Rhetorica ad Herennium, *judicatum eſt*, inquit, *de quo aut ſententia lata eſt, aut decretum interpoſitum*; ſententiam enim refert ad judicem, decretum ad magiſtratum; & Appium Decemvirum Conſularem apud Livium: *Ut jam ſciret, non id petulantiæ ſuæ, ſed Virginio abſenti datum, jus eo die ſe non dicturum, neque decretum interpoſiturum*; id eſt, neque judicem, qui cognoſcat, daturum, neque ipſum aliquid decreturum. Siquidem Ulpianus D. de juriſdictione ſcribit: *Juriſdictio eſt etiam judicis dandi licentia*; audi denique Ciceronem in Verrem ita loquentem: *An dubitabit quiſquam, quin is venalem in Sicilia juriſdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta vendiderit, & quin ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit, qui M. Octavium ob jus dicendum popoſcerit?* Atqui omnes magiſtratus ſi non judicem dederunt, decretum ſaltem interpoſuerunt; cur enim ad eos privati confugerent, ſi ipſi pro auctoritate ſua decernere nihil poſſent? mitto ceteros; ſumo Tribunos pl. quos ſine magiſtratu aliquando fuiſſe innuit Livius, nonne hos & decretum interpoſuiſſe, & tutores æque, ac Prætores dediſſe lege Atilia conſtat? at Ulpianus D. de juriſdictione: *Juſdicentis*, inquit, *officium latiſſimum eſt; nam & bonorum poſſeſſionem dare poteſt & pupillis non habentibus tutores confirmare*. Ex quo ſequitur, magiſtratus omnes poteſtatem decreti interponendi habuiſſe.

Quod vero negas, verba Ciceronis eam ſententiam habere, quam ego dixi, ac novam ipſe afferas, puto utile eſſe, utranque expoſitionem inter ſe conferre, ut utra verior ſit, judicari facilius poſſit. Verba legis, quam de magiſtratibus in univerſum Cicero ponit, hæc ſunt: *Juſta imperia ſunto, iiſque cives modeſte, ac ſine recuſatione parento; magiſtratus nec obedientem, & noxium civem mulcta, vinculis, verberibuſque coërceto, ni par, majorve poteſtas, populuſve prohibeſſit, ad quos provocatio eſto; cum magiſtratus judicaſſit irrogaſſitve, per populum mulctæ pœnæ certatio eſto*. Sequuntur inde leges de ſingulis magiſtratibus, quibus expoſitis infert: *Omnes magiſtratus auſpicium, judiciumque habento; ex quis Senatus eſto*, atque hæc verba inde ipſe interpretans ita ſubjicit: *Omnibus magiſtratibus auſpicia, & judicia dantur; judicia, ut eſſet populi poteſtas, ad quam provocaretur; auſpicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles impedirent moræ*. His verbis ego dico exprimi fere, quæ in univerſum ad magiſtratuum jura pertineant, primum jus edicendi, deinde coërcendi, tum ad populum accuſandi, poſtremo auſpicandi, & judicandi. Edicta magiſtratuum juſta eſſe ſtatuit; coercitionem ejuſmodi, ut ſi quem aut pignore mulctaverint, aut prehendi, & in carcerem duci, aut verberari juſſerint, obediant provocationi, ſi is, quem illi coercuerint, aut collegam, aut majorem poteſtatem appellaverit, aut ad populum provocaverit; accuſationem vero eſſe talem, ut ſi cui ad populum mulctam pœnam irrogarint, de ea cognoſcat populus; auſpicia vero ſe eis concedere ait ob id, ut cum de cœlo ſe auſpicatus eſſe dixerint, ea obnunciatione comitia inutilia dirimantur; judicia poſtremo,

mo,

mo, ut ſit aliqua populi poteſtas, ad quam confugiant, qui jus ſuum perſequuntur; nam populi poteſtatem interpretor magiſtratum populi, & provocare ad poteſtatem populi, à magiſtratu judicium poſtulare, ut poſtea oſtendam. Ob id ergo dat judicia magiſtratibus, ut privati habeant populi poteſtatem, ad quam provocent, id eſt, cujus auxilium quocunque modo læſi implorent; auxilium autem dabit magiſtratus, aut decretum interponendo, aut judices dando.

Atque hæc quidem mea eſt expoſitio; tua vero iſta à te his verbis expreſſa: „ Judicium illo loco ſignificat poteſtatem exercendi ad populum judicii, diſceptatoreque, ac judice populo damnandi pro ea, quam quiſque magiſtratus haberet, poteſtate; habuerunt enim omnes magiſtratus eam cum populo agendi, reumque ad populum faciendi poteſtatem, quam nemo privatus habebat; ego vero non aliunde veram, ac germanam hujus loci interpretationem ſumo. Cicero recitatis ſuis legibus, legum à ſe poſitarum cum rationes, cauſſaſque ſubjicit, ita de hac lege ſcribit: Deinceps omnibus magiſtratibus auſpicia, & judicia dantur; judicia; ut eſſet populi poteſtas, ad quam provocaretur; ex his verbis dico, neceſſario colligi, nomine judiciorum illo loco ſignificari, illas, quas dixi, ad populum vocationes; dicit enim magiſtratibus data in lege ob id judicia, ut per illa judicia oſtenderetur, ſtatueretürque ſumma illa populi poteſtas, quæ in provocatione poſita erat, hoc vero jus ad populum vocationis omnes, ac ſoli magiſtratus habebant. Hæc tu; ex quibus apparet, te cenſere Ciceronem velle magiſtratus omnes poteſtatem habere accuſandi ad populum, & mulctam irrogandi, ita tamen ut provocare liceat ad populum. Ego vero dico, hæc ex omni parte falſa eſſe, atque à ſententia Ciceronis alieniſſima; primum, quia ſi Cicero vellet magiſtratus omnes habere poteſtatem accuſandi ad populum, ſequeretur, ut vellet, omnes jus habere agendi cum populo; at in eadem lege hoc jus concedit tantum Conſuli, Prætori, Dictatori, Magiſtro equitum, Interregi, & Tribuno pl. ergo non omnibus accuſandi ad populum dedit poteſtatem; ſiquidem accuſare ad populum eſt agere cum populo. Adde, quod ſi hoc vellet, quæ ſupra ſcripta ſunt in tam brevi lege, ſine cauſſa repeteret; ſupra vero ſcripſit de provocatione ad populum, & de irrogatione mulctæ, neque eſt veriſimile eadem in eadem lege paucis interjectis verbis iteraturum. Huc accedit, quod idem haud ſibi conſtaret, ſi daret irrogationem magiſtratui, ut conſtitueretur provocatio ad populum; quia irrogatio valet ad perniciem, provocatio vero ad ſalutem. Etenim ſi ſupra dixit: *Si magiſtratus irrogaſſit, per populum mulctæ pœnæ certatio eſto*; item: *Magiſtratus civem mulcta coerceto, ni populus prohibeſſit, ad quem provocatio eſto*; præclare utrunque dixit; at hoc abſurde: Do magiſtratibus mulctæ irrogationem, ideirco ut ad populum provocatio ſit; quod eſt nihil aliud, quam ſancio, ut magiſtratus civibus vulnus inferre poſſint, quo a populo ſanari queant. Jam vero cum judicia ad populum fiant duobus modis; uno ſi quis à magiſtratu damnatus ad populum provocet, ut Svetonius de Cæſare Duumviro: *Cæſar ſorte judex in Rabirium reum ductus tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil æque, ac judicis acerbitas, profuerit*; altero, cum magiſtratus iratus alicui, ei diem dixit ad populum, ac mulctam irrogavit, de qua cognoſcat populus; unde Livius lib. III: *C. Julius Decemvir Sextio diem dixit, & accuſator ad populum extitit, cujus rei legitimus judex erat*. Si ſecundum modum repetitum putas, temere putas; quia ſecundo modo provocatio non incidit: ſi primum, ergo judicium ibi ſignificabit, ut ego ſcripſi, poteſtatem decernendi; non enim neceſſaria eſt provocatio, niſi præceſſit judicium magiſtratus, quod ego appello Decretum; neque enim provocabant ad populum, poſtquam magiſtratus eos accuſarat ad populum, ſed poſtquam eos ſuo decreto damnarat. Addo præterea, magiſtratus omnes habere judicia eodem modo, quo habent auſpicia; at habent auſpicia ita ut auſpicando de cœlo impediant inutilia comitia, ideſt proſint Reipublicæ; ſic etiam habent judicia, ut ſuis judiciis ſublevent eos, qui ad ſe provocarint, id eſt accuſationem ad populum, ut civibus nocere poſſint. Ut autem auſpicia impediunt inutilia comitia, ſic judicia propulſare civium injurias debent. Quid plura? genus ipſum orationis aperte tuam, ut video, ſententiam reſpuit; nam ſi de provocatione ad populum intelligeret, non ſcripſiſſet, ut *eſſet populi poteſtas, ad quam provocaretur*, ſed *ad quem*; neque enim dicunt Latini Provocare ad poteſtatem populi, ſed ad populum, cum de provocatione ad populum facta loquuntur; poteſtas autem populi eſt idem ac magiſtratus; quin etiam poteſtas pro magiſtratu ſæpiſſime ponitur. Aſconius in IV. Verrinam: *Romæ appellari Tribuni poſſunt contra omnem poteſtatem*. Svetonius in Cæſare: *Quòd compellari apud ſe majorem poteſtatem paſſus eſſet*. Cicero in hac lege: *Ni par, majorve poteſtas, populuſve prohibeſſit, ad quos provocatio eſto*. Dixit autem Cicero provocare ad Magiſtratum pro eo quod veteres juriſconſulti dicunt provocare ad judicium magiſtratus; quod eſt nihil aliud, quàm poſtulare judicium. Cajus D. de judiciis: *In tribus iſtis judiciis familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum quæritur quis actor intelligatur; quia par cauſſa omnium videtur, ſed magis placuit, eum videri actorem, qui ad judicium provocaſſet*. Ulpianus ibidem: *Sed cum ambo ad judicium provocant, ſorte res diſcerni ſolet*.

Et tamen cum hæc ita ſint, adeo tibi in hoc places, ut eo modo ſcribas, quo ne Varronem quidem ipſum, ſi reviviſceret, arbitrarer eſſe ſcripturum. „ Quoniam multos, inquis, „ etiam alios video ad hunc ſcopulum naufragium feciſſe, magis mihi elaborandum eſt, ut me adhuc ſolum inde ſalvum evaſiſſe demonſtrem. Quo quid magis poteſt eſſe ventoſum? Gaude igitur, quod ſolus ſalvus emerſeris ex hoc oceano, & me cum reliquis omnibus, quorum judicium tu præ tuo, ut video, pro nihilo ducis, perire æquo animo patere. Ac quid ſit quidem magiſtratus, ex his intelligi poſſe, quantum ad noſtram diſputationem pertinet, arbitror.

CAP.

CAP. VI.

Quid ſit Imperium.

NUnc de imperio loquamur, quod militare dicimus, cujus cauſſa hæc omnis eſt oratio inſtituta. Non eſt autem dubium, quin imperium præter ceteras ſignificationes ſit poteſtas, ac jus Imperatoris. Cum autem imperator ſit, teſte Cicerone in primo de Oratore, *adminiſtrator belli gerendi, ſive dux.* Dux autem, ut ſcribit Livius libro quarto, ſit *qui bellum ſuis auſpiciis gerit*, ſane imperium jus erit adminiſtrandi, ac ſuis auſpiciis gerendi belli; unde illud eſt Ciceronis de Cæſare Octavio: *Demus imperium Cæſari, ſine quo exercitus haberi, bellum geri, res militaris adminiſtrari non poteſt.* Hæc autem auſpicia accipiebantur à populo curiatis comitiis, cum legebantur imperatores, è Capitolio, cum paludati exituri erant. A populo accepta oſtendit Cicero in libris de divinatione, cum ſcripſit: *Proconſules bella gerere, cum non haberent auſpicia, quæ acciperentur à populo.* Curiatis comitiis accepta docet idem, cum in Oratione de lege Agraria dixit: *curiata auſpiciorum cauſſa remanſiſſe*, & Livius libro quinto, cum legem de imperio *curiatam* nominat; atque curiata comitia rem militarem continentia, auſpicata fuiſſe ait, ut poſt dicemus; è Capitolio accepta, cum idem libro XXI. de Flaminio Conſule ſic ſcribit: *Quod Conſuli juſtum imperium, quod auſpicium eſſet, magiſtratus id domo publicis, privatiſque penatibus, Latinis feriis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis ſecum ferre*; & libro XLI.: *Conſul, Prætorve proficiſcens paludatis lictoribus in provinciam, & ad bellum vota in Capitolio nuncupat*; & libro XLI.: *Quod non more majorum ſecundum vota in Capitolio nuncupata lictoribus paludatis profectus ab urbe eſſet.* Si ergo imperator eſt adminiſtrator belli gerendi, aut qui tale jus accepit; adminiſtrare vero eſt ſuis auſpiciis gerere; auſpicia vero à populo, & è Capitolio accipiebantur; profecto ad imperatorem lex curiata ad populum lata, ſacrificium, vota, & paludamenta è Capitolio pertinent; & qui hæc non habuerit, aut nullus imperator, aut certe juſtus non erit.

CAP. VII.

An imperium in magiſtratu fuerit inſitum.

NOn idem autem fuiſſe imperium, ac magiſtratum, neque in ipſo magiſtratu fuiſſe incluſum, ex eo apparere poteſt, quod ipſa eodem modo neque capiebantur, neque inibantur, neque gerebantur, neque prorogabantur, neque eodem in loco exercebantur.

Quod dixi de capiendo, ſatis conſtat, alio modo magiſtratus creatos, atque imperatores conſtitutos; nam magiſtratus mandabantur comitiis, imperium lege aliqua, aut Senatuſconſulto; inter quæ illud interfuit, quod in comitiis ex multis petentibus pauci legebantur, in rogatione legis uni nominatim imperium deferebatur; unde ſcripſit Feſtus: *Cum imperio eſſe dicebatur, cui à populo nominatim mandatum erat imperium.* Indicat utriuſque actionis formula; in Conſulibus enim creandis rogabatur populus, *quos vellent Conſules fieri*, tum deinceps reſpondebant centuriæ, ex iis, qui petere profeſſi erant; hunc aut illum; unde Aſconius, ut dixi: *Prærogativæ tribus dictæ, quod primæ rogabantur, quos vellent Conſules fieri.* In imperatoribus autem legendis rogabatur: *Vellent, juberentne, ut huic Conſuli, aut poſtquam Conſulatu abiiſſet in hoc bello, aut in illa provincia imperium eſſet, aut, ut hic Conſul, aut Proconſule rem gereret?* reſpondebant plerumque curiæ, *uti rogas*; unde Livius libro XXVI.: *omnes centuriæ P. Scipioni imperium in Hiſpania eſſe juſſerunt*; & libro IX.: *Actum cum Tribunis plebis eſt, ad populum ferrent, ut cum Philo Conſulatu abiiſſet, Proconſule rem gereret.*

In ineundo vero quanta diverſitas fuerit, non eſt neceſſe pluribus demonſtrare. Etenim magiſtratus inibant, ut ſatis conſtat, Kalend. Januar. ſacrificio in Capitolio facto, prætexta ſumpta, lictoribus togatis prælatis; imperium vero alio, ut ſe obtulerat, die, altero in Capitolio ſacrificio facto, votis nuncupatis, paludamento ſumpto, & paludatis lictoribus prælatis: unde etiam togam prætexta mutare, ex privato magiſtratum fieri; paludamentum prætexta mutare, ex magiſtratu imperatorem fieri dicebant, ut ego in libris de Provinciis demonſtravi. Ex his tu paludamentum arrodis. Itaque via riſum continere potui, cum te ſcribentem legi: *ex paludamento imperium non poſſe concludi, quod quotiens non eſſent imperatores.* Riſi vero, quod non videres, ſi lictores ante togati inceſſerunt, dum prætextato Conſuli apparuerunt, poſtquam autem Conſul imperium, & inſigne imperii paludamentum accepit, & ipſi paludati præceſſerunt, illud paludamentum lictoris ad Conſulem referri, non ad lictorem. Quare quod inquis, probare me debuiſſe, ſolos imperatores paludamento ornatos fuiſſe, nihil eſt; quia paludamentum lictorum, non lictorum erat inſigne, ſed magiſtratuum, quatenus erant imperatores: ut laurea non erat lictoris, ſed imperatorum, qui de hoſtibus victoriam retuliſſent: & faſces non erant lictorum faſces, ſed eorum, quibus præferebantur. „ At dixit Livius, *inquis*: Conſul proficiſcens „ Prætorve paludatis lictoribus in provin„ciam, & ad bellum, ne omnes fuiſſe belli „ duces exiſtimaremus, qui paludati exibant; egregie; ſcilicet dubitavit prudens hiſtoricus, ne lictores pro Imperatoribus ſumeremus; hos enim unos tu præter Conſules, & Prætores, aut alio modo duces, paludamento ornatos attuliſti. Quod ſi Conſul dimiſſis lictoribus pro privato eſt habitus, certe antequam eos ſumeret, pariter fuit privatus. Unde dixit Plutarchus in Fabio: „ Fabius Di„ctator obviam prodeunte altero Conſule, „ viatore miſſo lictores dimittere eum juſſit, „ atque inſignibus magiſtratus abjectis priva„tum ad ſe venire; ſi hoc in Conſule, profecto etiam in Imperatore; non enim Imperator ante eſt, quàm Imperatoria accepiſſet inſignia, quæ à Conſularibus diverſa conſtat fuiſſe.

De diſſimilitudine vero adminiſtrationis hæc habemus. Illud ſane perſpicuum eſt, imperium populi Romani ex civibus Romanis & ſociis provincialibus conſtitiſſe, atque utrique eorum varium jus eſſe conceſſum. Hoc autem jus qui reddiderunt, ii jus dicere, & magiſtratus eſſe dicti ſunt; jus autem

dixe-

diaerunt aut de privatis controverſiis, quæ proprie juriſdictio nominatur; aut de publicis, quæ præcipue quæſtio appellatur. Ac Romæ quidem ſeparati fuerunt magiſtratus, qui de privatis, & publicis cauſſis cognoverunt; in provinciis autem idem utramque procurationem obivit; quod ſi cives aut ſocii poteſtate magiſtratus propria coërceri non potuerunt, quæ poteſtas in lictoribus, & vocatione poſita fuit, tum ad extremum auxilium vim armatam venerunt; quoniam autem exercitus haberi ſine imperio non poterat, novum jus magiſtratui fuit addendum, quo exercitum habere, & qui non obedirent, armis cogere poſſet; & quia ſocii contineri procul ab domo armorum metu remoto non potuerunt, & multæ provinciæ hoſtibus vicinæ teneri ſine exercitu nequiverunt, propterea omnibus Præſidibus etiam in pacatas provincias euntibus militare imperium tribuerunt. Neque vero negatur, quin imperator aliquam & ipſe juriſdictionem habuerit, ſed eandem habuiſſe refellitur. Jus enim & ipſe dixit civibus, aut ſociis, verum non ut cives, aut ſocii erant, ſed ut milites à ſe ſacramento adacti erant; neque lites eorum cognovit, aut in eos animadvertit, ut Prætor, ſed ut Imperator. Omnino autem cum tria magiſtratibus committerentur, juriſdictio, quæſtio, & rei militaris adminiſtratio, intelligendum eſt, hæc ita inter ſe fuiſſe ſejuncta, ut niſi ſpeciali lege in eodem conjungi non poſſent. Siquidem ut qui habebat juriſdictionem non habebat propterea etiam quæſtionem, ſic qui habebat juriſdictionem, & quæſtionem, non continuo habebat etiam militare imperium; itaque ut juriſdictio competebat provinciali magiſtratui jure magiſtratus, ſic quæſtio ſpecialiter lege, aut Senatuſconſulto conveniebat. Quod vero dixi de juriſdictione, & quæſtione, id eſt, apud Papinianum D. de Officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio. *Quæcunque ſpecialiter*, inquit, *lege, vel S. C., vel conſtitutione principum tribuuntur, mandata juriſdictione non transferuntur; quæ vero jure magiſtratus competunt, mandari poſſunt, & ideo videntur errare, qui cum publici judicii habeant exercitionem lege vel S. C. delegatam, velut legis Juliæ de adulteriis, & ſi quæ aliæ ſunt ſimiles, juriſdictionem ſuam mandant*. Quid plura? nonne minus eſt habere quæſtionem, quam, rei militaris adminiſtrationem? certe, at neque Conſul neque Prætor urbanus, neque peregrinos injuſſu populi quæſtionem habent, ergo multo minus rei militaris adminiſtrationem; nam primis temporibus ut quæque res capitalis commiſſa erat, ita ejus rei quæſtio aut Conſuli, aut Prætori lege mandabatur; poſtremis, cum Prætores ſortiti quæſtiones ex lege cœperunt, tum ea legibus de iis latis eas exercuerunt. Quod ſi Conſul inſitum in ſe militare imperium habuiſſet, certe multo potius Cæſar, & Bibulus armis inter ſe contendiſſent, quam edictis. Nemo autem Conſul cum inimico ſuo bello contendit, niſi aut ſummo S. C. ornatus, ut Q. Catulus cum Lepido, & C. Antonius cum Catilina, aut ex S. C. provinciam cum imperio adeptus, ut Sylla, & Cæſar cum inimicis ſuis. Itaque Octavius cum neque S. C. ſummum, nec provinciam haberet, imperio à Senatu extraordinario eſt affectus. Cæſar autem, & Bibulus, quia nondum provincias habebant, in Conſulatu edictis concertaverunt. Quid? juriſconſulti ubi de officio Conſulis, aut Proconſulis agunt, num aliud, quam urbanam, aut provincialem juriſdictionem attingunt, aut aliquid rei militaris tradunt? non certe.

Jam vero prorogatio procurationis quam in utroque diverſa fuerit, ex hoc cognoſci poteſt, quod cum Magiſtratum, ut Conſulatum, & Præturam prorogarunt, dixerunt continuare magiſtratum: cum militare imperium continuarunt, dixerunt prorogare imperium; ut Livius libro IX.: *Fabio ſicut priore anno populus continuarat Conſulatum, ita Senatus in inſequentem annum prorogavit imperium*. Frontinus de Aquæductibus: *Legimus apud Feneſtellam, M. Tatio Prætore inter cives, & peregrinos ad conſummandum negotium ſtatuiſſe Senatum Præturam in alterum annum prorogari*; iterum Livius libro VIII.: *Actum cum Tribunis plebis eſt, ad populum ferrent ut cum Philo Conſulatu abiiſſet, pro Conſule rem gereret*; & poſt de eadem re: *Singulare hoc ei accidit, prorogatio imperii non ante in ullo facta; & acto honore triumphus*. Hic videmus in magiſtratu continuando Conſulatum aut Præturam nominari, in imperio militari prorogando, imperium. Nam ſi imperii prorogatio eſſet Conſulatus prorogatio, falſum eſſet, quod inquit, ipſi Publilio primo eſſe imperium prorogatum, cum Conſulatus plurimis ante eum continuatus ſit. Falſum etiam, ipſum honore, id eſt, Conſulatu jam exacto triumphaſſe, cum Proconſule cum imperio triumphaverit. Quid quod lib. XXVI. ſcripſit: *Placuit omnes, qui Dictatores, Conſules, Cenſoreſve fuiſſent, cum imperio eſſe, donec receſſiſſet à muris hoſtis*. An vero opus erat juriſdictione, aut coërcitione, aut cenſoria notione adverſus Annibalem muris urbis aſſidentem, ut Conſulibus, Prætoribus, Cenſoribuſque magiſtratus continuaretur? minime, ſed ducibus, qui exercitui imperare poſſent, quod jus voce Imperii eſt complexus.

Hæc ego ita. Tu vero intramuranos magiſtratus proprie magiſtratus, extramuranos imperia nominatos ais; atque hæc dicendi genera re eadem, verbo ſejuncta eſſe contendis; quocunque vero modo dicatur, ſemper intelligi magiſtratus poteſtatem prorogatam. Quod ego concoquere non poſſum; urbanas enim procurationes magiſtratus ſcio vocari, quia juriſdictionem, quæ propria eſt magiſtratus, continent; extramuranas vero imperia nominari, quia ad juriſdictionem etiam rei militaris imperium omnium maximum habent adjunctum; re autem diſtincta eſſe, ex eo apparet; ſic enim Conſul; hic habet juriſdictionem, cum Senatu, & cum populo actionem, quæ ſunt propria Conſulatus; &, ſi legem curiatam de imperio habeat, etiam militare imperium; reficiatur in poſterum annum idem Conſul, eadem erit auctoritate, eodemque jure, quo anno ſuperiore, & Conſul iterum vocabitur, quippe continuato magiſtratu; in tertium inde annum prorogetur illi imperium; quæro à te, num vocabis eum Conſulem tertium? minime vero, ſed Proconſulem; an dices habere juriſdictionem eandem, actionem eandem? multo minus; an jus idem belli gerendi? idem omnino; ſiquidem latum eſt, ut Proconſule poſſit rem gerere, quod eſt, non jus dicere, ſed bellum adminiſtrare; quomodo ergo imperium prorogare eſt idem, atque magiſtratum continuare? & imperium non eſt à magiſtratu di-

verſum? Nam quod dixiſti *Prætoribus aliquot urbanis imperium prorogatum à Livio*, reſpondeo prorogatum eſſe militare imperium, quod in Prætura urbana extra ordinem obtinuiſſent, quamvis Livius de eo verbum nullum fecerit; ſic enim aſſuevit.

Quod autem extremo propoſui, diverſa magiſtratuum, & imperatorum in adminiſtrando loca quam eorum diverſa jura fuerint, demonſtrare, id in priore reſponſione multis verbis edocui; quæ neceſſario hic repetenda ſunt, ut ſingulas tuas, quibus oppugnantur, rationes ſigillatim hoc loco refellam: ,, Qui civilem, *dicebam*, adeptus poteſtatem erat, quæ magiſtratum ipſum atringebat, is in urbe manebat; qui enim imperio erat, quoniam exercitus habendi poteſtatem obtinebat, id quod parum civili tutum libertati putabatur, is ſtatim ex urbe egredi, aut ad urbem cum imperio manere jubebatur; ubi vero ex provincia, belloque reverſus erat, aut ſtatim urbem privatus ingredi, aut, ſi de triumpho cogitabat, ad urbem morari ſolebat. Quod ſi triumphum impetraſſet, tum quoniam triumphare ſine exercitu non poterat, exercitum autem haberi ſine imperio non licebat, imperium autem militare in urbe non concedebatur; propterea lex ad plebem de imperio ejus diei ferebatur. Adverſus hæc tu quidem multa, ſed illud in primis: ,, Si ſic eſſet, futurum, ut omnes Conſules, quoniam civilem poteſtatem habebant, in urbe manere oportuiſſet. Quod non eſt ita. Non enim ego Conſules dixi oportuiſſe manere in urbe, ſed manſiſſe; qui vero imperium adeptus eſſet, eum oportuiſſe ex urbe exire. His autem nihil aliud volui, quam magiſtratui in urbe eſſe licuiſſe, eidem vero imperatori non licuiſſe. Addis, ,, non omnes Conſules, qui provinciam ſortiti eſſent, in provincias profectos, ſed liberum eis fuiſſe, manere ne in urbe, an in provinciam ire vellent. Concedo; verum aliud eſt, ſortiri provinciam, aliud accipere imperium in provinciam; nam poſt ſortitionem provinciæ ſequebatur latio legis curiatæ de imperio, inde acceptio imperii per inſignia in Capitolio. Ego vero dico, non poſt ſortitionem provinciæ, ſed poſt accepta imperii inſignia urbe eſſe egreſſos. Quos porro Conſules profers in provinciam non profectos, eos provinciam poſt ſortitionem, non poſt imperii acceptionem depoſuiſſe dico; atque hæc ex eodem, quem tu profers, Livii loco, cognoſci poſſunt. ,, C. Claudius Conſul veritus, ne forte ea res provinciam, exercitumque ſibi adimeret, non votis nuncupatis, non paludatis lictoribus, nocte profectus præceps in provinciam abiit; *& poſt:* Romam ex provincia rediit ad ſolemnia vota in Capitolio nuncupanda, paludatoſque lictores accipiendos. Itaque, quorſum illa tua pertineant, non video; nempe profectionis in provinciam tempus in voluntate magiſtratuum fuiſſe; an enim hoc agimus, accepiſſe imperii inſignia, cum libuit, an urbe egredi juſſos, poſtquam imperium acceperunt? quanquam ne illud quidem ipſorum in poteſtate fuit; ſiquidem ſcribit Cœlius: *Conſules, quia verentur, ne Senatusconſultum illud fiat, ut paludati exeant, omnino S. C. fieri nolunt*; & Livius lib. XL. *Conſules niſi confecto delectu negare ſe ituros, ne ſuam ſegnitiam, ſed vim*

A *morbi in cauſſa eſſe, quo ſerius perficeretur; non tamen potuerunt ſuſtinere conſenſum Senatus, quin paludati exirent*. Idem in Prætore cognoſcitur; qui quandiu eſt Prætor, manet in urbe; ubi accepit inſignia Imperii, ad urbem. Cicero: *Verres ſimulatque ei ſorte provincia Sicilia evenit, ſtatim Romæ, & ad urbem, antequam proficiſceretur*. Idem in quocunque, qui Proconſulare habet imperium: Dio, *Pompejus populo extra pomerium evocato, (neque enim Proconſulare jam habens imperium poterat urbem ingredi) multa pro Gabinio locutus eſt*. Adjungis, *ſi Conſules urbe egredi juſſi eſſent, quod ab eorum imperio periculum libertati fuiſſet, Romanam Rempublicam nunquam*
B *metu, qui à ſuis magiſtratibus immineret, liberam futuram fuiſſe*. Quo loco ego quæro de te, cur periculoſum putarint, cis Rubiconem, qui tum erat Italiæ finis, exercitum adducere, atque, id ne fieret, decreto ſanciendum putarint? cur denique exercitum in Gallia citeriore habere, parum tutum exiſtimarint, atque eam poſtremo hac de cauſſa Triumviri libertate, teſte Dione, & Appiano, donarint, nequis provinciæ nomine in Italia exercitum haberet? quod ſi imperatorem eſſe cum exercitu in Gallia, atque cis Rubiconem exercitum adducere, libertati Romanæ periculoſum putarunt, ergo in urbe exercitum habere, & cum imperio eſſe, tutum duxerunt? *Non po-*
C *terant*, inquis, *timere de imperatore, quia vetabatur lege, ne intra urbem exercitum imperare, claſſemque procinctam intra pomerium habere liceret*. Immo vero in eo vel maxime ſe timere valde ſignificabant, cum imperatorem urbe exire volebant, eundemque in urbe exercitum imperare vetabant; ſed quæcunque cauſſa egrediendi fuerit, Conſul imperio accepto cum urbe exivit, ſatis demonſtravit, non idem fuiſſe Conſulatum, atque imperium.

Quod autem præterea reprehendis, quod *triumphare ſine exercitu, qui triumphum impetraſſet, non poſſet*, dixi; & uteris exclamatione, miror; tum enim exclamatio locum habet, cum res aut falſa aperte eſt, aut indi-
D gna. *Bone deus*, inquis, *Sigonius mandare ſcriptis non erubuit, triumphare ſine exercitu neminem potuiſſe*. Falſum eſt enim, me ſcripſiſſe, triumphare ſine exercitu nemini licuiſſe. Scripſi quidem, triumphare ſine exercitu qui triumphum impetraſſet, non potuiſſe; quod autem ſcripſi, id ex vetere triumphi inſtituto ſumpſi; ſic enim obſervatum eſſe docet Zonaras, ubi omnem triumphi pompam exponit; ſic Cicero in Piſonem, ubi agit de triumpho: *Quid clamor militum, quid tota illa pompa?* Sic Livius de Paulli triumpho: *Militum propria eſt cauſſa, qui & ipſi laureati triumphum nomine cient, ſuas, imperatoris laudes canentes per urbem incedunt*. Quid quod multis nega-
E tus eſt triomphus, quod exercitum non deportaſſent? *Exemplum*, inquit Livius, *obſtabat, quod ita comparatum more majorum erat, nequis qui exercitum non deportaſſet, triumpharet*; at aliquot, inquis, non deportato exercitu triumphatunt; quid ſi majorum inſtituta non ſervarunt? Addis, qui ovantes urbem ingrediebantur, ſine exercitu omnes fere iniſſe; nolo nunc quærere, plures ne ſine exercitu, an cum exercitu ovantes inierint; illud volo te ſcire, quod ſcribit Dionyſius libro quinto. *Differt*, inquit, *ovatio à triumpho, quod qui ovans ingreditur, pedibus, exercitu præcedente init*. Neque vero ſi ovatio ſemel,

aut

aut iterum eſt conceſſa, quod exercitus non uiſſet deportatus, nos cogere debet, ut dicamus, qui ovantes inirent, ſine exercitu id feciſſe, immo vero ſi triumphus eſt negatus, quod exercitus non eſſet deportatus, concludi poteſt, exercitum ad triumphum more majorum neceſſarium fuiſſe, & qui hoc neget, ut in aperto mendacio erubeſcere debere.

Adjicis, legem de Proconſulum triumphantium imperio latam fuiſſe, ne privati triumpharent; non improbo; illud tamen ſcire de te cupio, cur triumphare privati non potuerint? nempe quia imperium non habebant, non civile, (neque enim eo opus erat) ſed militare; verum cum in urbe militare imperium haberi non poſſet, relinquebatur, ut à lege in eam diem duntaxat petendum eſſet. Poſtremo concludis, legem de triumphantium imperio non de rei militaris poteſtate fuiſſe, apparere ex verbis Valerii, qui inquit: *Moris erat, ab imperatore triumphum ducturo Conſules invitari ad cœnam, deinde rogari, ut venire ſuperſedeant, ne quis eo die, quo ille triumphaverit, majoris in eo convivio ſit imperii.* Neque enim ſi imperium, inquis, militare ille habuiſſet, Conſulibus in convivio, qui civilem tantum auctoritatem haberent, conceſſiſſet. Non eſt hoc magni; fieri enim potuit, ut triumphantes in convivio privati fuerint. Siquidem veriſimile eſt, ut urbe exituri ſacrificio facto in Capitolio imperium ſuſcipiebant, ſic etiam reverſos ſacrificio facto in Capitolio depoſuiſſe. Convivium autem, teſte Zonara, poſt ſacrificium fiebat, aut ſi in convivio imperium retinuerunt, tamen more majorum Conſulum majorem fuiſſe reſpectum, quam ejuſmodi imperatoris, qui tribus poſt horis privatus eſſet futurus; ſiquidem Plutarchus in Problematis rationem hujus inſtituti reddit, *quia triumphanti in cœna primus locus debebatur, quem præſentibus Conſulibus concedere jus non erat.*

Quanquam autem hæc adeo firma ſunt, ut refelli non poſſint, tu tamen his poſthabitis imperium in magiſtratu inſitum, & cum ipſo magiſtratu mandatum inquis. Quod ut efficias, in Conſulibus, Dictatoribus, Prætoribus, & Cenſoribus jus militare fuiſſe demonſtrare aggrederis; ac de Conſulibus quidem in hunc modum: *Conſulibus regia fuit poteſtas, maxime, quia ſcripſit Cicero in Legibus, Regio imperio duo ſunto; at reges belli adminiſtrandi jus habuerunt, ergo & Conſules.* Quam autem falſa hæc concluſio ſit, declarat Q. Fabius apud Livium, cum inquit: *Ego P. Cornelium Reipublicæ vobiſque, non ſibi ipſi privatim creatum Conſulem exiſtimo; exercitusque ad cuſtodiam urbis, atque Italiæ ſcriptos eſſe, non quo regio more per ſuperbiam Conſules, quo terrarum velint, trajiciant*; at Conſules bella adminiſtrarunt; adminiſtrarunt, imperio lege curiata accepto, cum ab initio eo jure eſſent, ut ipſis bella gerenda decernerentur, non autem jure Conſulatus, ſine S.C., ſine lege, bellum regio more gerere poſſent. Quod autem Ciceronem in Legibus teſtem producis, inique certe facis; quaſi enim oblitus videris, te tribus ante verſibus Legibus Ciceronis auctoritatem abrogaviſſe, quia à legibus Romanis eſſent alienæ, meque earum teſtimonio ſeveriſſime interdixiſſe. Addis: *Conſules dicuntur Prætores, at Prætor ſignificat eum, cui pareat exercitus, ergo Conſules in jure Conſulatus bellicum habent imperium.* Hoc, ut puto, ſumpſiſti à Varrone, qui libro quarto ſcribit: *Prætor dictus, qui præiret jure, & exercitu.* Præclare utrunque, jure præfuit, populi ſcito centuriatis comitiis, exercitu lege curiata, aut præfuit exercitui, quod ad annuos delectus habendos pertinuit, non quod ad rem pro ſuo jure gerendam. Ad reliqua quæ adjungis: *Cicero ſcribit, imperatores comitiis Conſularibus delectos, Livius belli duces legi, cum Conſules legebantur, Salluſtius loquens de Conſulibus, annua imperia, binos imperatores factos ſcribit*: ad hæc inquam ita reſpondeo, ut ſupra; cum Conſules deligebantur, eos eſſe delectos, quibus præcipue, atque ex ordine ſi opus fuiſſet, imperium militare committeretur, non qui ſine alia lege imperatores eſſent; his autem locis oppono Livium libro XLIII. ſcribentem: *Ex equitibus in Senatum lectos Conſules, ex equitibus imperatores creatos*; ac ſatis ſignificantem Conſules non eſſe imperatores. Adjicis: *Conſules delectum habuerunt quotannis, ut ſcribit Polybius, ergo militare jus habuerunt.* Dico jus militare duplex eſſe poſſe, imperfectum, & perfectum; imperfectum eſt magiſtratus, ut delectum annuum habeat, quo copiam juniorum, qui ſtipendia faciant, inſpiciat; perfectum eſt imperatoris, ut exercitui præſit, bellum gerat; illud habuerunt Conſules, ut Conſules; hoc vero, ut imperatores; qui vero imperatores fuerint, ſupra demonſtratum eſt. Jam verba L. Poſtumii Conſulis ita loquentis: *Non ita vestræ auctoritatis P. C. meminero, ut me Conſulem eſſe obliviſcar; eodem jure imperii, quo bellis feliciter geſtis triumphabo*; hæc inquam verba, niſi oratorie potius à Poſtumio, quam vere, ut tu de Appii verbis dicebas, prolata ſint, ego in hunc modum interpretor: quoniam triumphus, qui à Senatu concedi ſolet ab eo mihi negatur, triumphabo juſſu populi, qui me & Conſulem, & imperatorem fecit; Conſulem centuriatis comitiis, imperatorem lege curiata. Quare eodem imperii jure dixit, id eſt, accepto à populo, non à Senatu; nam illud ſequitur: *his dictis cum reliquiſſet Senatum*; ita quoque ad reliqua. Negabis hæc fortaſſe, quia liquidiore nulla auctoritate firmentur; immo vero firmantur; audi Servium in VIII. Æneidos: *Antonius Cleopatræ prætoria caſtra conceſſit, quorum qui potiebatur imperio, ipſe vocabat exercitum; unde eſt de Cleopatra: Patrio vocat agmina ſiſtro; nam Antonius conſulare tantum ſibi detinuit imperium, in quo ſola eſt poteſtas jubendi, ille enim ducit exercitum, qui habet in poteſtate caſtra Prætoria*; potuitne apertius Imperatorem à Conſule ſeparare? Quod autem quæris, ſi imperium militare non fuit inſitum in Conſulum magiſtratu, quid eis relictum ſit poſtquam Prætore inſtituto ad eum tranſlata juriſdictio eſt, non eſt difficile reſpondere; nimirum hoc relictum eſt, ut, cum opus eſſet, accepto, ut dixi, imperio bella gererent, ut cum Senatu, & cum populo agerent, ut Lavinii ſacrum facerent, ut Latinas indicerent, ac celebrarent, ut legatis Senatum darent, ut pernicioſis Tribunorum actionibus obviam irent, ut magiſtratus crearent, ut multis de rebus, ſi res poſceret, jus dicerent, ut demum Reipublicæ ipſi univerſæ præeſſent.

Tranſis inde ad Dictatorem, & ais, imperium militare in ejus magiſtratu fuiſſe inſitum, quacunque de cauſſa eſſet creatus, ita ut omnes Dictatores pari poteſtate fuerint,

nec

nec magis imperium militare habuiſſe, qui rei gerendæ cauſſa creatus eſſet, quam qui clavi figendi, aut ludorum cauſſa. Ego vero dico, Dictatores quacunque de cauſſa creatos, ubi Dictatores dicti ſunt, ac magiſtratum inierunt, dictaturæ jus, quodcunque legibus contineretur, accepiſſe, præter imperium militare: eo vero nunquam affectos, niſi poſt legem curiatam; neque vero cum legimus dictatorem dictum rei gerendæ cauſſa, intelligere debemus, ea nominatione imperium militare eſſe tranſmiſſum, verum cauſſam, cur extraordinario hoc magiſtratu Reipublicæ opus eſſet, bellum fuiſſe, quod ei gerendum eſſet, ubi lege curiata imperium accepiſſet; nam ſi nominatione Conſulis imperium militare accepiſſet, quid nova amplius de imperio lege fuiſſet opus, quam tamen, ut ſupra dixi, latam invenimus? ut præcipue de Papirio, qui ſibi legem curiatam de imperio tulit. *At multi*, inquis, *Dictatores aliam publici negotii partem geſſerunt, quam cujus cauſſa creati erant, ut Cincinnatus, qui rei gerendæ cauſſa creatus judicio præfuit M. Volſcii, & Mamercus, qui in legibus ferendis occupatus eſt*; ſit ita; quid tum? ergo militare imperium in eorum magiſtratu fuit inſitum? quo modo hoc ſequitur? *At Camillus*, inquis, *ſeditionis ſedandæ cauſſa creatus minatus eſt, ſacramento omnes adacturum, & exercitum extemplo educturum*; minatus eſt ſcilicet, aut lege curiata jam ſibi lata, aut quia de ejus latione non dubitavit; ſacramento vero adegit cives Dictator jure Dictatorio, quacunque de cauſſa eſſet creatus, bellum geſſit jure legis curiatæ, quam ipſe ſibi tulit, ut ante diximus. Atque cum hoc idem dicam in ceteris, quos tu anxia prope cura, quadam collegiſti, ſatis doceo, cauſſam creationis non jus facere magiſtratus; neque enim hoc ego ullo loco aut ſcripſi, aut ſenſi, ſed omnes æquo jure eſſe, &, ſi bellum gerere vellent, lege curiata, ſi ordines res ageretur, eguiſſe.

Jam vero de Prætoribus ita agis: *Prætorum omnium una fuit ratio, una forma; at Prætores provinciales, eo quod Prætores fuerunt, jus militare habuerunt, ergo & qui in urbe magiſtratum geſſerunt*. Ego vero: Prætorum omnium una fuit ratio, ita ut poſtquam à populo creati eſſent, & antequam provincias ſortiti eſſent, æquo omnes jure eſſent ad negotia publica populi Rom. gerenda, quæ ipſis aut ſorte eveniſſent, aut Senatus-conſulto mandata eſſent; poſtquam autem ſortiti provincias ſunt, alii eam auctoritatem nacti ſunt, ut jus inter cives dicerent, alii ut inter cives, & peregrinos, alii ut inter provinciales, aut, veluti poſtremis temporibus, ut quæſtiones publicas exercerent; nemo autem horum imperium militare accepit tum cum creatus eſt, ſed cum lex curiata ei eſt lata. Itaque Varro libro quinto de lingua Latina ſcripſit: *Prætor, qui quæret, nulla alia de cauſſa, quam comitiorum cauſſa, urbanum convocare exercitum poteſt*. Ex quo apparet, neque omnes Prætores imperium militare habuiſſe, & qui exercitum comitiorum cauſſa convocarunt, jure magiſtratus proprio id feciſſe. *At multi Prætores*, inquis, *ex iis, qui urbanam, & peregrinam juriſdictionem ſortiti erant, exercitum habuerunt, & in bello verſati ſunt*; nam hoc etiam, quaſi magnum aliquid eſſet, plurimis Livii locis tibi confirmandum putaſti. Quid? ſi re cogente privato imperium militare ſæpe plebiſcito delatum eſt, cur non potuit dari etiam Prætori, qui juriſdictionem ſortitus erat, lege curiata? *at hujus legis Livius non meminit*; concedo; verum neque etiam ejus curiatæ meminit, quam tu poſtremis etiam temporibus quotannis initio magiſtratibus omnibus ferri ad illos tuos præclaros triginta lictores contendis, & ſi meminiſſet, nullam cauſſam contentionis reliquiſſet. *At C. Calpurnius Prætor urbanus, teſte Livio libro XXVI, poſt Præturam in Etruriam prorogato in annum imperio miſſus eſt; item Hoſtilius, & Sergius alio; ergo in Prætura urbana militare imperium fuit incluſum*. Non me hoc movet; fieri enim potuit, ut ardente Punico bello Italia, cum multis ducibus opus eſſet, Prætores urbani militari imperio ornarentur ad omnia ſubita belli conſilia expedienda; atque hoc idem apud Livium ſit omiſſum; nam etiam legem Oppiam abrogatam ſcribit, nec tamen latam ſcripſerat; & ſæpe Cenſores luſtrum feciſſe inquit, quos creatos non dixerat; atque alia ejuſmodi multa. De Varo vero Prætore urbano, cui S. C. ora maris tuenda data erat, itemque de ceteris, quos addis, multis, ſic reſpondeo, eodem S. C. quo extra ordinem provinciam illam acceperunt, etiam imperium militare potuiſſe accipere, ut Pompejus contra Sertorium eodem Senatus-conſulto & miſſus, & cum imperio miſſus eſt. Jam illa, *quod Conſules T. Mælium Prætorem urbanum delectui habendo præfecerint, aut Petellio, & Fabio Prætoribus urbano, & peregrino, & ſi qui alii ejuſmodi fuerunt, imperatum ſit, ut exercitum ſcriberent*, plane levia ſunt. Etenim ſi Conſules privatum præficere Conſulari negotio potuerunt, ut legatum, cur non etiam magiſtratum?

Quod autem Conſules, & Prætores, quia jus centuriatorum comitiorum habuerunt, concludis jus imperii militaris habuiſſe, id jam quale ſit, perſpici poteſt. Sic enim agis: *Centuriatorum comitiorum habendorum poteſtas ſine rei militaris poteſtate nec eſſe, nec intelligi poteſt: quia vexillum in arce ponebatur, quia exercitus præſidii cauſſa imperabatur, quem exercitum ſacramento adigi oportuit, quia centuriata comitia intra pomerium haberi nefas eſſet; quia populus ſub ſignis, & centurionibus tanquam in bello conveniret, quia militaria auſpicia obſervabantur*. Hæc quin vera ſint non nego; ex his effici, perfectum imperium ipſos habuiſſe, illud vero nunquam aſſenſero. Jus enim comitiorum centuriatorum habuerunt Conſules & Prætores, tanquam magiſtratus; militare vero perfectum, tanquam Imperatores. Quod ſi quicunque centuriata comitia habuerunt, imperium etiam militare haberent, non ſolum Interreges, ſed etiam Pontifices maximi ejuſmodi imperio præditi eſſent, qui te potiſſimum auctore jus comitiorum habuerunt, & tamen imperium habuiſſe non legimus; ſpeciem igitur aliquam hi omnes militaris habuerunt imperii, ut non exercitum, ſed quaſi exercitum, ducerent, nec Imperatores, ſed quaſi Imperatores eſſent; cum omnia, quæ in comitiis fierent, ſimulachra eſſent rei militaris, non veterem militarem attingerent. Neque vero qui vexillum habet, aut comitiorum cauſſa exercitum urbanum imperat, eſt Imperator, ſed qui belli cauſſa, eo modo, quo diximus. *At*

præ-

præſidii cauſſa, ut inquit Gellius, *in comitiis exercitum imperarunt*; concedo; ergo Imperatores propterea fuerunt; ne tu quidem concedis in primo de comitiis capite tertio. *Neque moveri oportet*, inquis, *quod exercitum imperare comitiis centuriatis oportuit*, ut ait *Gellius*; *Pontificibus autem maximus exercitum imperandi jus non eſſet*; *neque enim ab eo, qui comitia habebat*, dicit Gellius *imperari exercitum oportuiſſe*. Dico igitur talem imperationem exercitus imperium militare plenum non deſideraſſe, aut ſi ab alio, quam ab eo, qui comitia habebat, imperari exercitus potuit, ab eo imperatum, qui tale imperium habuit. Nam quod conſcriptionem adhibitam, & ſacramenti adactionem putas, ſane rem ut inauditam, ſic operoſam inducis, ut quotieſcunque comitia centuriata habenda eſſent, quod vel magiſtratuum, vel legum, vel judiciorum cauſſa fiebat prope quotidie, toties univerſus populus eſſet conſcribendus, & ſacramento adigendus; nam belli cauſſa juniores, & qui ſtipendia emerita haberent, conſcribendi erant, & ſacramento adigendi; deinde vero quo ſacramento? ne acie excederent, ne furtum facerent? hæc enim militari ſacramento continebantur; plane ridiculum. At exercitus comitiorum cauſſa in urbe imperari non poterat, perinde atque belli cauſſa, idem ſub ſignis, & ſub centurionibus conveniebat, ut etiam belli cauſſa; ergo imperium fuit idem? minime vero, ſed ſimile; ſic enim dicit Dionyſius, *multitudinem conveniſſe ſub ſignis, & centurionibus tanquam in bello*. At auſpicia eadem adhibebantur; ſic ita; non tamen actio illa propterea erat bellica; docet Feſtus. *Peremne*, inquit, *auſpicatur, qui amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit*; *ſic magiſtratus in campum euntes, ut aliquid agant, Petronium in Tiberim profluentem auſpicato tranſibant*. *Ut aliquid agerent*, inquit, non ut præcipue exercitum convocarent comitiorum cauſſa; alioquin quicunque magiſtratus in campum profectus eſſet, is militari imperio ornatus fuiſſet; ſiquidem militare auſpicium captaſſet. Quod vero quæris, an magiſtratus comitia centuriata habiturus in campo acceperit imperium, ibidemque peractis comitiis depoſuerit, quorſum pertineat, non video, cum ego ne in campo quidem imperium tale habuiſſe conſtituam.

Quod autem deinde affers de cenſoribus, *ipſos luſtrandi populi cauſſa exercitum imperaſſe, ſub vexillo duxiſſe, comitia centuriata habuiſſe, quare etiam imperio inſignitos fuiſſe*, id totum eadem ratione, qua de Conſulibus dixi, everti poteſt; ſiquidem, ut dixi, aliud eſt cenſorio more populum luſtrare, aliud imperatorio exercitum; ad cenſum convenerunt patresfamilias, ut familiam, fortunaſque ſuas jurati profiterentur; ad delectum juniores, ut nomina ſua in militiam darent, ac longe diverſo ſacramento ſe obſtringerent. Quod autem Conſuli, ac Cenſori licuiſſe inquis, idem etiam, ut paulo ante dixi, Prætori quæſitori permiſſum eſſe, Varro ſcribit libro quinto; quem tamen non ob hoc Imperatorem dixeris. *Sed ad comitia*, inquit, *tum vocatur populus*; *ideo alia de cauſſa hic magiſtratus non poteſt exercitum urbanum convocare*; *Cenſor, Conſul, Dictator, Interrex poteſt*; *quod Cenſor exercitu centuriata conſtituit quinquennalem cum luſtraret, & in urbem ad vexillum ducere debet, Dictator, & Conſul in ſingulos annos, quod hic exercitum imperare poteſt, quo eat, id quod per centuriata comitia imperare ſolent*.

De Tribunis autem militum quod inquis; reſpondeo, aliud eſſe Tribunorum imperium, atque id, de quo agimus; agimus autem de imperio ducis; Tribunus autem non dux eſt, ſed miniſter ducis; dux autem gerit bellum, Tribunus in bello verſatur; *at non differt*, inquis, *imperium ab imperio, niſi quod ducis majus eſt imperium, quam miniſtri*; immo vero eo etiam, quod imperium Tribunatus eſt imperium magiſtratus, imperium ducis eſt aliquid amplius; itaque Tribunicium imperium iis comitiis mandatur, quibus magiſtratus, & eo modo, quo magiſtratus; ducis imperium lege curiata, ut poſt apertius apparebit. Quare qui ab initio Conſul aut Prætor tantum erat, antequam acciperet imperium, poſt accepto imperio Imperator, ut jam dixi, vocabatur; Tribunus ubi primum creatus erat, jus ſuum obtinebat, neque legem aliam deſiderabat.

Quod poſtremo Duumviros navales opponis; eoſque ducis imperium in magiſtratu inſitum habuiſſe ſcribis, plane abſurdum eſt. Neque enim Duumviri navales duces fuerunt, cum ſuis auſpiciis bellum non geſſerint; neque enim ſatis eſt, eos in bello eſſe verſatos, ut auſpicia habuiſſe concludamus; quoniam Quæſtores etiam in bello verſati ſunt, & tamen auſpiciis caruerunt. Et ſi Duumviri duces fuerunt, à populo cum ea poteſtate creati ſunt, ut rei navali præeſſent, & ea curarent, quæ ad naves faciendas, aut reficiendas pertinerent, & de ea re jus dicerent; neque in re navali alia ratio eorum erat, atque Tribunorum militum in terreſtri. Atque hæc quidem de propria vi magiſtratus, atque imperii dicta ſint.

CAP. VIII.

De imperio Conſulum, qui in magiſtratu, aut ex magiſtratu bellum geſſerunt, aut in provincias profecti ſunt.

CUm ergo imperium militare eſſet à magiſtratu ſejunctum, inſtitutum erat, ut id lege curiata magiſtratus acciperent, cum bellum geri Senatui, aut populo placuiſſet. Hi vero fuerunt Conſul, & Prætor, &c, qui Conſulum loco creari extra ordinem ſolebat, Dictator. Quod ſi Conſuli, aut Prætori poſt magiſtratum prorogandum imperium fuiſſet, tum plebiſcito prorogabatur. Sin autem peracto magiſtratu in provinciam eundum eſſet, imperium lege curiata dabatur; ſi prorogandum, item plebiſcitum adhibebatur. Probemus autem de ſingulis.

Ac de Conſulibus quidem, ac Dictatoribus locus unus Livii ſatis magno documento eſt; is eſt lib. IX.: *L. Papirio Dictatori legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus inſignis cladibus, captæ urbis, & Caudinæ pacis. Macer tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta eſt, abominandam eam facit; Dictator poſtridie auſpiciis repetitis pertulit legem*. Ex hoc loco illud primum elicitur, quod hanc maxime quæſtionem continet, legem curiatam de imperio alicui ferre, eſſe militare imperium ei lege curiata tribuere.

Id quod quia controverſiam facis, hoc modo A
mihi probandum videtur. Sane illud perſpi-
cuum eſt, imperium quatuor modis eſſe man-
datum, Senatus conſulto, plebiſcito, lege
centuriata, & lege curiata; quod ſi cum pri-
mis tribus modis imperium eſt mandatum,
militare imperium eſt mandatum, certe etiam
quarto, cum lege curiata tranſmiſſum eſt.
Senatus-conſulti exemplum ſit illud Cicero-
nis in Senatu: *Demus imperium Cæſari, ſine
quo exercitus haberi, bellum geri, res militares
adminiſtrari non poteſt*. Plebiſcitis illud Livii
libro XXXI.: *Plebs Cn. Cornelio; & L. Ster-
tinio Pro-Coſs. imperium eſſe in Hiſpania juſſit*;
& illud Ciceronis pro Pompejo: *Quid tam
præter conſuetudinem, quam homini per adole-* B
*ſcenti imperium, atque exercitum dari, Africam
permitti, bellumque in ea adminiſtrandum?*
Data vero ſunt à plebe, quia, ut ipſe inquit
in Philippicis, de omnibus imperiis Pompeji
Tribuni pl. tulerunt, præterquam de Serto
riano. Legis centuriatæ unicum illud lib.
XXVI.: *Omnes centuriæ P. Scipioni imperium
in Hiſpania eſſe juſſerunt*. Atqui hos omnes
imperio militari ornatos conſtat. De magi-
ſtratu enim intelligi non poſſe, illud eſt ar-
gomento, quod magiſtratus lege nominatim
non mandaretur, ſed militare imperium tan
tum, ut ſupra dixi, niſi extra ordinem age
retur. Itaque cum dixit Cicero, Tribunos
pleb. de omnibus imperiis Pompeji tuliſſe C
præter Sertorianum, non magiſtratus intel-
lexit, ſed militaria imperia, ut bellum Afri-
canum, & Aſiaticum; neque enim Tribuni
pleb. de magiſtratibus ferre potuerunt iis,
quos Pompejus cepit; neque ea ratio man-
dandorum magiſtratuum fuit, ſed imperio-
rum, quæ lege mandata ſunt, ut jam ſæpe
diximus. Jam vero ſi cum alicui magiſtratui
prorogatur imperium, is rem gerere pro ma-
giſtratu jubetur, certe etiam cum datur im-
perium magiſtratui, is in magiſtratu rem ge
rere jubetur. Et, ſi formula legis curiatæ de
confirmandis magiſtratibus fuit, *Velitis, ju-
beatis, ut ii magiſtratum habeant, quos popu-
lus, ſive plebs deſignavit*, ſane formula legis D
curiatæ de Imperatoribus conſtituendis erit,
*Velitis, jubeatis, ut mihi in hoc bello, aut in
illa provincia, ut ut illi in hoc bello, aut in
illa provincia imperium ſit?* Poſtremo, cum
poſtremis temporibus lex curiata ad imperia
militaria mandanda maxime adhiberetur,
præcipuo nomine lex militaris appellata eſt;
ſiquidem Dio de adoptione Torquati agens
libro XXXIX., legem curiatam adoptionis
legem militarem nominavit, cum tamen de
re militari minime loqueretur.

Quin etiam ex eodem Livii loco colligi-
tur, antiquiſſimam hanc legis curiatæ de im
perio ferendæ conſuetudinem extitiſſe; ſiqui-
dem lata eſt non multo poſt exactos reges E
Fabio Conſuli, qui male pugnavit ad Creme-
ram; & poſt anno CCCLXIII. Tribunis Con-
ſularibus, qui ad Aliam fuſi ſunt; & poſt
aliis Conſulibus, qui ad furcas Caudinas ſub
jugum miſſi ſunt.

Præterea vero illud etiam elicitur, Di-
ctatorem à lege curiata Dictaturam non ac
cepiſſe. Siquidem Papirius ante Dictator
fuit, quam legem curiatam de ſuo imperio
tulerit, nam ſi lex curiata Papirio Dictatu-
ram dediſſet, certe legem ipſam ferre non
potuiſſet, quia agere cum populo, & legem
rogare, eſt una res, quæ maxime jus Dicta-
turæ continet.

Hic tu reſpondes, ſi modo verba tua A
intellexi, nam obſcura admodum mihi viden-
tur, Papirium, cum Dictator rei gerendæ
cauſſa creatus eſſet, non potuiſſe eſſe Dicta-
torem ante legem curiatam, verum tum de-
mum pleno jure fuiſſe Dictatorem, cum lex
curiata eſt lata, neque magiſtratum Dictatu-
ræ in eo conſtitiſſe, ut cum populo ageret.
Ego vero dico, cum Dictator aut rei geren-
dæ, aut ſeditionis ſedandæ, aut alius rei
præcipuæ agendæ cauſſa creatus legitur, non
id ſolum, cujus cauſſa creatus dicitur, agere
potuiſſe, ſed etiam omnia alia; inter quæ
præcipuum illud erat, ut cum populo ageret,
ut tu multos feciſſe multis ſine cauſſa colle-
ctis exemplis docuiſti; tantumque abeſſe, ut B
actio cum populo ad Dictaturam non perti-
neat, ut ſi id juris ei adimatur, non ſit fu-
turus Dictator. Siquidem Cicero in Legibus
poſuit: *Dictatorem jus cum patribus, populoque
agendi habere*; tu vero optimus auctor cenſes,
omnes magiſtratus habere jus accuſandi ad
populum, quare etiam agendi cum populo;
quia qui accuſat, populum rogat; quod non
negas. Addis nominationem Conſulis dediſſe
Dictaturam, legem curiatam confirmaſſe: *Ita
ut ſi populus eam rogationem antiquaſſet, una
etiam magiſtratum Dictaturæ abrogaturus fue-
rit*. Ego vero dico, ex tuis pulchris decre-
tis, populum (ſic enim triginta lictorum
conventum vocemus) antiquare non potuiſ- C
ſe; legem autem curiatam non confirmaſſe
Dictaturam, ſed imperium ad bellum, quod
eſſet gerendum, attuliſſe, & antiquata lege
curiata Dictatorem Dictaturam habiturum,
ſed non imperium. id eſt, Dictatorem qui-
dem, ſed non Imperatorem futurum. Neque
vero eſt, quod ſententiam tuam tueri velis
loco Ciceronis ex Agraria, & Meſſalæ apud
Gellium; nam ſatis demonſtratum eſt, de
alia ibi curiata agi, antiqua illa ſcilicet, &
obſoleta; quæ ne Dictatoribus quidem, &
Interregibus eſt lata quondam, quia neque
ita populus bis de illis magiſtratibus judicaſ-
ſet; cum eorum neuter à populo creatus ſit,
verum alter à Conſule dictus, alter à patri- D
ciis proditus. Adjungis, ut Dictator agere
poſſit cum populo, ſatis fuiſſe nominationem
Conſulis, quanquam Dictator magiſtratus
nondum eſſet; nec meminiſſe videris, te in
primo de comitiis conſtituiſſe, firmiterque
ſanxiſſe, neminem agere cum populo potuiſ-
ſe, niſi magiſtratum, & ex Sacerdotibus Pon-
tificem maximum; nunc medium quendam
ſtatum excogitaſti, hominis ſcilicet; qui ne-
que privatus ſit, neque in magiſtratu, qui &
ipſe agere cum populo poſſit. Quod ut con-
firmes, addis, Conſulem etiam deſignatum
aliquando collegam dixiſſe; ſiquidem Livius
lib. XXXVII. ſcribit, C. Lælium Conſulem
comitia habuiſſe, quibus M. Fulvius Nobi- E
lior Conſul unus creatus eſſet, *cum ceteri*,
inquit, *centurias non expleſſent; iſque poſtero
die Cn. Manlium Lepido dejecto, nam Meſſalla
tacuit, collegam dixit*; atque hoc arcanum
Romanæ antiquitatis appellas. Me miſerum,
qui nunc primum hæc auguſta myſteria diſ-
cam; ego enim jampridem legeram, Fulvium
collegam, dixiſſe, id eſt, nominaſſe ſine co-
mitiis, quomodo Conſules Dictatorem di-
cunt. Siquidem hoc etiam in Tribunis obſer-
vatum eſt. Livius libro IV.: *Tribuni pl. poſtea
quinque aliis tribus non explentibus ſibi collegas
alios quinque cooptarunt*. Quid, quod tu ali-
ter

ter in ſecundo de comitiis cap. IV. ſcripſiſti? *Cum ceteri candidati*, inquis, *centurias non expleſſent, tum ille, qui unus erat deſignatus, poſtea alio die collegam ſibi ut ſubrogaret, lege jubebatur*; nam ſi lege jubebatur, ergo non vi deſignationis. Quare tuus iſte nec privatus, nec magiſtratus à te nuper ex arcanis, ut ais, antiquitatis erutus vanus prorſus eſt, ac commenticius.

Atque hæc quidem, quæ de lege altera curiata Conſulibus ferenda dixi, ita eſſe, ut dixi, indicat præterea apertiſſime Dictator Camillus apud Livium lib. V., cum anno CCCLXIII. ita loquutus eſt: „ Comitia curiata, quæ rem militarem continent, centuriata quibus Conſules, Tribunoſque militum Conſulari poteſtate creatis, ubi auſpicato, niſi ubi adſolet, fieri poſſunt? Ex his enim verbis quis eſt, qui non intelligat, Conſulibus magiſtratum datum centuriatis comitiis; imperium militare, ſi bellum gerendum eſſet, curiatis; id eſt, Conſules à populo factos comitiis centuriatis, eoſdemque Imperatores, lege Curiata? Quæ verba etſi ita plana ſunt, ut nihil poſſit eſſe apertius, tu tamen, ut tuam defendas opinionem, ea torques, atque dilaceras; & ais debere concludi, quoniam comitia curiata rem militarem continent, eos non potuiſſe pleno jure magiſtratum obtinere, tametſi centuriatis comitiis creati eſſent, niſi etiam curiatis populus de iis judicaſſet; quod Conſules non eſſent optima lege, qui rei militaris poteſtatem non haberent. Quæ reſponſio repugnat iis, quæ à te ſupra ſunt conſtituta. Primum enim ſi imperium militare continetur, ut dixiſti, in majore coërcendi poteſtate, & ea comitiis centuriatis mandata eſt, certe etiam imperium militare mandatum eſt; quare Conſules ſine lege curiata pleno jure fuerunt; item ſi lex curiata confirmat Conſulatum, confirmat non magis jus rei militaris, quam reliqua jura Conſularia, ergo Camillus non plus debuit dicere, comitia curiata rem militarem continere, id eſt, confirmare, ut tu exponis, quam alia jura. Poſtremo cum tu quis, *Conſules non eſſe, qui rei militaris poteſtatem non habent*, ſana oſtendis lege curiata non confirmari magiſtratum, ſed dari imperium militare, atque ita in meam opinionem imprudens laberis. Quid ergo vult Camillus? Romanos, ſi Romam reliquerint, neque Conſules, neque Tribunos Conſulares, neque eoſdem Imperatores habituros, quia niſi auſpicato creari non poſſent, illi centuriatis comitiis, hi curiatis, quæ auſpicia niſi Romæ concipi non poterant. Quod idem Cicero ſenſiſſe videtur, cum in ſecunda Agraria dixit: *Conſules ſi legem curiatam non haberent, rem militarem attingere non potuiſſe*, quaſi vero alias omnes actiones obire Conſules ſine lege curiata potuerint, hac una militari excepta. Atque hæc quidem dicta eo pertinent, ut oſtendatur, Conſulibus in Conſulatu legem curiatam, ſi bellum gerere voluerunt, opus fuiſſe.

Jam vero ut oſtenderem, eoſdem, ſi poſt Conſulatum in provincias ire vellent, eandem legem curiatam deſideraſſe, proferebam duos Ciceronis locos, unum in Agraria: *Conſulibus legem curiatam ferentibus ſæpe interceſſum eſt*; alterum in epiſtola ad Lentulum: *Appius Conſul dixit in Senatu, ſe ſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum cum colA lega provinciam; ſe, quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem rediiſſet*. His autem probabam idem, quod antea, Conſules ante legem curiatam Conſulatum geſſiſſe; atque ejus rei argumento eſſe, quod ipſi legem curiatam ſibi tuliſſent, quæ rem militarem continent, & quod cum Conſulibus legem curiatam ferentibus ſæpe interceſſum eſſet, non tamen ipſi Conſules eſſe deſiiſſent; & quod Appius tranſacto maxima ex parte Conſulatu ſuo de lege curiata ſibi ferenda loquutus ſit, deque ejus petlatione dubitaverit. Quod ſi lex curiata eo tempore magiſtratum confirmaſſet, Conſules, quibus interceſſum erat, non fuiſſent B Conſules, & Appius in diſcrimen veniſſet, non de provinciali imperio, ſed de Conſulatu. Tertium inde locum ex epiſtolis ad Atticum producebam: „ Conſules flagrant infamia, quod C. Memmius candidatus pactionem in Senatu recitavit, quam ipſe & ſuus competitor Domitius cum Conſulibus feciſſet, uti ambo ſeſtertium quadringena Conſulibus darent, ſi eſſent ipſi Conſules facti, niſi tres augures dediſſent, qui ſe affuiſſe dicerent, cum lex curiata ferretur, quæ lata non eſſet, & duos Conſulares, qui ſe dicerent, in ornandis provinciis Conſularibus affuiſſe, cum omnino ne Senatus quidem fuiſſet. Ex quibus verbis C dicebam percipi poſſe, tum Conſules ante legem curiatam latam Conſulatum geſſiſſe, quippe qui poſt aliquot menſes, quam inierant, legem eam ad populum tuliſſent, tum legem curiatam fuiſſe de Imperio non urbano, ſed provinciali, ac militari. His autem tu locis omnibus multas reſponſiones affers; quod eſt argumento, te in tota hac controverſia titubare, nec certi, quod opineris, aliquid habere. Prima reſponſio eſt, falli me, qui exiſtimem, Conſules, qui Rempublicam adminiſtrarunt, ſemper ipſos ſibi legem curiatam tuliſſe de ſuo imperio, poſtquam jam iniſſent magiſtratum, quia C. Flaminius abſens ſecundum Conſulatum iniit, & Marius D tertium; atque uterque bellum geſſit, neque ſibi legem curiatam pertulit; ex quo concludis legem latam ab eo, qui eos deſignavit. Ego vero nego, me ſcripſiſſe, Conſules legem curiatam tuliſſe, poſtquam iniſſent, ſed eum in ſuperioribus Ciceronis locis ſcriptum ſit, Conſules legem ſibi curiatam tuliſſe, ſatis argumento eſſe, legem eam non magiſtratum attuliſſe, ſed militare imperium. De Flaminio vero quid ſcribat Livius, attende: „ Cum Cn. Servilius de Republica retuliſſet, redintegrata in C. Flaminium invidia eſt; duos ſe Conſules creaſſe, unum habere; quod enim illi juſtum imperium, quod auſpicium eſſet magiſtratus, id à domo, publicis, privatiſque penatibus, ſacrificio in E monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis ſecum ferre, nec privatum auſpicia ſequi, nec ſine auſpiciis profectum in externo ea ſolo nova, atque integra concipere poſſe. Si ergo Flaminius, ut inquis, legem curiatam habebat ab eo, qui ipſum deſignarat, latam, & lex curiata auſpicatum imperium attulit, ut tu alio loco dixiſti, quomodo Livius ſcripſit, Flaminium juſto imperio, atque auſpicio caruiſſe? De Mario item poſſum dicere, quemadmodum contra leges tertium Conſulatum cepit, ſic contra leges iniſſe. Secunda tua reſponſio eſt,

fieri

fieri potuiſſe, ut lex curiata à collega, qui præſens eſſet, ferretur, quemadmodum lata eſt toti collegio Prætorum. Quod inculcas de collegio Prætorum, ut notum, neſcio unde expiſcatus ſis; neque enim hoc probas; nec quæ de Prætoribus dixiſti, hoc aliqua ea parte attingunt. Quod vero inquis de lege lata à collega præſente, id certe exemplo Flaminii reprobatur; quem nunquam queſti eſſent Romani juſtum imperium non habere, ſi juſtum imperium tradi à collega Romæ præſente ipſi abſenti potuiſſet. Nam quod adjicis, te invenire, *Conſules aliquid rei belli ce geſſiſſe ſtatim inito magiſtratu, quod non potuiſſent, niſi perlata lege, ex quo apparere, legem latam eſſe ab iis, qui ipſos deſignaſſent*, concedam, dum modo & ipſe concedas, Conſulem rem militarem attingere non potuiſſe ſine lege curiata ſive ab ipſo, ſive ab alio lata. Quod autem adjungis, *Neronem, & Salinatorem antequam inirent Conſulatum, provincias, & exercitus eſſe ſortitos*, non eſt ſatis: non enim qui ſortitur provinciam, & exercitum, ſtatim habet imperium; quia provinciæ imperat, cum acceſſit ad eam? exercitui imperat, ubi imperii inſignia, atque adeo exercitum ipſum accepit. Tertiam reſponſionem affers, legem curiatam confirmaſſe Conſulatum, non dediſſe, ita ut Conſules fuerint etiam ante eam legem, ſed non optimo jure; quæ reſponſio quam infirma, atque inconſtans ſit, ſatis ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, puto liquere. Quarta eſt, duplicem eſſe legem curiatam de imperio; unam, quæ initio fertur magiſtratui ad confirmandum magiſtratum; alteram, quæ tranſmittit imperium auſpicato, & in locis à me illatis, quibus Conſules pene confecto Conſulatu legem ſibi curiatam ferunt de imperio, ſecundam eſſe intelligendam. Hic ego primum quæro, quid habeas dicere, cur ſi eædem curiæ, vel potius iidem lictores primam, & ſecundam legem jubent, auſpicatum ſit magis imperium, quod ſecunda lege tranſmittitur, quam quod prima; & ſi ſola lex ſecunda tranſmittit auſpicato imperium, cur non omnes iis, quibus ea lata eſt ab iis, qui ipſos deſignarunt, inauſpicatum imperium ſint habituri contra quam tu ſupra conſtituiſti, niſi eos eodem die, atque eadem hora binas leges curiatas tuliſſe dicas, alteram inauſpicatam ad confirmandum magiſtratum, in quo etiam te auctore ineſt militare imperium, alteram auſpicatam ad tranſmittendam; quo nihil poteſt eſſe perverſius. Ultima tandem eſt, fieri potuiſſe, ut Conſules illi, quos nominavi, initio magiſtratus non potuerint per interceſſiones, & obnunciationes eam legem ferre, quam in deſignandis magiſtratibus, aut poſtquam iniſſent, ferri oportebat; neque hujus reſponſionis attendis incommodum; nam ſi lex illa initio magiſtratus ferri non potuit, ergo magiſtratus eorum lege non eſt confirmatus; ſi ita, ergo Conſules illi per te pleno jure Conſules non fuerunt; immo vero ne Conſules quidem fuerunt; nam ſupra dixiſti, ſine lege curiata magiſtratum nullum fuiſſe; at Conſules hos magiſtratum geſſiſſe ſine lege illa conſtat; ergo lex illa non ad magiſtratum pertinuit, ſed ad aliquid magiſtratui adventicium, id eſt, ad bellicum, ſi opus fuit, imperium committendum. Verum illud demiror in primis, te legem curiatam ferri non potuiſſe dicere, cum ſupra ſcripſeris, triginta lictores, ad quos ferebatur, facere non potuiſſe, quin legem acceperint, neque in eorum poteſtate fuiſſe, ut antiquarent.

Poſtquam hæc reſponſa dediſti, quoniam ea infirma, atque imbecilla eſſe, intelligis, duobus ea tibi locis Dionis communienda ſuſcipis; unus eſt hic: *Qui Theſſalonicæ erant, novos magiſtratus non crearunt, quamvis ad præſcriptum legis locum ad captanda auſpicia publicum feciſſent; in cauſſa fuit, quod legem curiatam Conſules non intulerant; itaque iiſdem, qui ante, uſi ſunt magiſtratibus, appellationibuſque tantum mutatis, eos Proconſules, Proprætores, & Proquæſtores dixere.* Hic ais, cum Dio ſcribat, Lentulum, & Marcellum Conſules novos magiſtratus non creaſſe Theſſalonicæ, quia legem curiatam non intulerant, ſatis apparere, legem curiatam Conſulibus ferendam eſſe, ut optimo jure Conſules eſſent. Ego vero dico, Lentulum, & Marcellum Conſules, qui Theſſalonicæ in caſtris erant, neque Conſules, neque Prætores novos in annum ſequentem creaſſe, quibus imperium traderent, quia intelligebant, ſi imperium militare, quo maxime opus erat, eis mandare ordine vellent, per legem curiatam dari oportere, quam ipſi non intulerant; itaque veteribus magiſtratibus imperia protogaſſe, ut mos erat, plebiſcito, non lege curiata; quanquam autem locum auſpiciorum pararant, tamen id tantum valuiſſe videtur ad centuriata comitia, quibus Conſules, & Prætores creandi erant. Nam ſi dicas, novos magiſtratus non eſſe creatos, quia lex curiata à Conſulibus non eſſet lata, quæri poterit, cur Conſules centuriata comitia paraſſent, quod erat operoſius; curiatam vero legem non tuliſſent, quam tu cenſes ad triginta lictores latam antiquari non potuiſſe. Ergo probabilius videtur dictu, eos rationem centuriatorum comitiorum habendorum iniiſſe, qua Conſules, & Prætores crearent; non autem curiatæ legis ferendæ, qua eoſdem Imperatores conſtituerent; nam lex curiata apud Dionem, ut dixi, lex militaris vocatur. Itaque protogando veteribus magiſtratibus imperio aſſequutos eſſe quod voluerunt, ut Imperatores haberent, quos Pro Conſules, & Pro-Prætores appellarent. Qua ſententia conſtituta tolluntur omnia, quæ tu ad tuam opinionem accommodata ex hoc loco colligis. Alter locus eſt, ubi agitur de P. Clodio, qui ædilis curulis factus L. Philippo, Cn Marcellino Coſſ. ubi primum ædilitatem inivit, Miloni diem dixit, eumque de vi ad populum poſtolavit, non quod ſperaret, ſe Milonem poſſe damnare, ſed ut ſub accuſandi Milonis inimici ſui prætextu, Pompejum etiam, ac Ciceronem Milonis defenſores ſuoſque adverſarios conviciis agitare poſſet. *Clodius enim*, inquit ille, *ut plus in hac re perſtaret, non ſinebat legem curiatam ferri, neque judicium ullum fieri licebat.* Hunc autem locum tu ita interpretaris, Clodium ædilem legem curiatam non eſſe paſſum ferri magiſtratibus ad confirmandum eis magiſtratum. Cum autem te interprete Clodius hoc tentarit menſe Februario, non vides, ſi per menſem Februarium lex curiata magiſtratibus, ut Conſulibus, & Prætoribus non erat lata, futurum, ut eo menſe nulli Conſules, nullique Prætores eſſent; hoc autem falſum eſſe, colligitur ex epiſtulis primis Ciceronis ad Lentulum, quas hoc anno Januario, ac Februario menſe ſcripſit, cum Sena-

tum

Digitized by Google

tum ſæpe habitum per Conſules dicat, & Conſules reliqua conſularia munera obiiſſe ſignificet. Adde, quod ædilicia comitia fuerunt XI. Kal. Febr. quibus Clodius ædilis eſt factus, & quidem, ut tu cenſes, comitiis tributis, & lege curiata; eſt autem abſurdum in primis, Clodio, qui, ut tu vis, medio Januario menſe ædilis deſignatus eſt, legem curiatam per Conſules eſſe latam, Conſulibus vero, & Prætoribus ſuperiore anno deſignatis eamdem ne poſt multos quidem dies ferri per Clodium licuiſſe; ſimul etiam quærendum, quinam legem curiatam Clodio ædili tulerint, qui non etiam Conſulibus, & Prætoribus ferre potuerint? & ſi Conſules, ac Prætores nulli erant, aut non optimo jure erant, qui tandem legem curiatam hanc tulerint, quæ à plebejo magiſtratu ferri non poterat? Vide ergo, quando hoc tempore lex curiata magiſtratuum obſoleverat, ne legem alteram curiatam intelligas, ut qua dabatur imperium Pompejo eo tempore ad rem frumentariam delecto, qui ſine lege exire, quamvis cupiens, honeſte non poſſet. Quæ cum ita ſint, laudo ingenium tuum, qui coactus credo ſuperioribus auctoritatibus tandem confiteris, quod verum eſt, legem hanc diverſam eſſe ab illa prima; illa enim confirmari magiſtratum, hac in provinciam proficiſcenti tranſmitti imperium; cui & ipſe aſſentior, quemadmodum demonſtravi.

CAP. IX.

De imperio Prætorum, qui in magiſtratu, aut ex magiſtratu bellum geſſerunt, aut in provincias profecti ſunt.

UBi vero de iis, qui in Conſulatu, & qui ex Conſulatu ad bella, & in provincias cum imperio profecti eſſent, dixi, agebam deinceps de Prætoribus, & quoniam de iis, qui primis temporibus in Prætura provincias, & bella ſortiebantur, exempla non ſuppetebant, quibus legem curiatam eis latam demonſtrarem, proferebam exempla eorum, qui continuo poſt Præturam, & quidem jure Præturæ in eas exiſſent. Siquidem ab initio inſtitutum fuerat, ut provinciæ mandarentur iis dumtaxat, qui Conſulatum, & Præturam geſſiſſent; quod Cæſar ſignificat libro primo, cum queſtus eſt: *in ſe jura magiſtratuum commutari, ut non ex Prætura, & ex Conſulatu, ut ſemper, ſed per paucos probati, & electi in provincias mitterentur*. Hos igitur, quicunque eſſent, provinciales Prætores duplex imperium habuiſſe dixi, civile, nempe juriſdictionem, comitiis centuriatis; & militare ipſum, lege curiata. De primis Prætoribus ne tu quidem dubitas; eos autem, qui Præturâ Romæ in juriſdictionibus, & quæſtionibus exercendis tranſactâ poſtero anno in provincias miſſi ſunt, negas à centuriatis comitiis aliquid accepiſſe. Ego vero dico, vim centuriatorum comitiorum non ſolum ad Præturam Romæ actam, ſed etiam ad eam, quam poſt in provincia geſſerunt, pertinuiſſe. Siquidem lege, ut videtur, ſanctum erat, ut, qui Romæ Præturam adminiſtraſſent, ii poſtea provinciam regerent; itaque ut primi in Prætura, ſic hi ex Prætura obtinere provinciam dicebantur. Ut autem Conſules in Conſulatu legem curiatam belli cauſſa ſibi tulerunt, itemque, ſi in provinciam poſt Conſulatum proficiſci voluerunt, ſic etiam Prætores feciſſe veriſimile eſt. Res autem acta eſt in hunc modum. Prætores cum centuriatis comitiis creati ſunt, poteſtatem jus dicendi in univerſum obtinuerunt; deinde cum ex S.C. urbana ſortiti munera eſſent, alii, ut civibus, alii, ut peregrinis jus dicerent, alii, ut de criminibus quærerent, obtinuerunt; quo munere perfuncti in alterum annum ex S.C. alii hanc, alii illam provinciam ſortiti ſunt; id eſt, ut juriſdictionem, quam centuriatis comitiis acceperant, in hac potius, quàm in illa provincia exercerent; ut autem bellum, ſi opus eſſet, gererent, ejus rei jus acceperunt à lege curiata; ergo juriſdictionem quidem habuerunt à centuriatis comitiis, juriſdictionem vero in hac provincia à ſorte ex S. C. profecta, imperium militare à lege curiata, ornamenta imperii ab altero Senatusconſulto quod legi conjunctum erat, ut poſt dicemus. Neque impedit, quòd multi, ut inquis, Prætores in provincias populo Romano non obedientes miſſi ſint, ita ut jus eis dicere non potuerint. Prætores enim miſſi ſunt duabus de cauſſis in provincias; id eſt, ſi provinciæ parerent populo Romano juriſdicendi cauſſa; ſi arma tenerent, belli gerendi; ut autem in pace jus militare habuerunt, ſic etiam in bello juriſdicendi poteſtatem habere potuerunt, non quod ea opus eſſet, ſed quia cum haberent, non erat cauſſa, cur ſpoliarentur. Ut autem probarem, Prætores, qui Prætura in urbe acta provincias ſortiti eſſent, imperio militari ornatos fuiſſe, proferebam exemplum Verris Siciliæ Prætoris ex Cicerone: "Cum tibi Prætori ſorte obtigiſſet, ut jus diceres, quantum negotii, quid oneris haberes, nunquam cogitaſti; ſequuta provincia eſt, in qua tibi nunquam venit in mentem, non tibi idcirco faſces, & ſecures, & tantam imperii vim, tantamque ornamentorum omnium dignitatem datam, ut earum rerum vi, & auctoritate omnia repagula juris perfringeres; in qua te ita geſſiſti, ut cum omnibus teneare rebus, ad fugitivorum bellum confugias." Ex quibus verbis dicebam intelligi poſſe, non eſſe idem imperium Prætoris urbani, & provincialis, quod Cicero voces curationem urbanam negotium, & onus; provincialem vero imperium; quippe quia provincialis Prætor non ſolum jus in provincia diceret, ut Romæ urbanus, ſed etiam rem militarem adminiſtraret. Cum autem hæc adeo aperta, & manifeſta ſint, tu tamen me dixiſſe arguis, Prætorem urbanum imperium non habuiſſe, ſed negotium, & onus; provincialem vero habuiſſe; & Prætorem provincialem majus imperium habuiſſe, quam urbanum; atque in has concluſiones ita inveheris, ut in eo non minus humanitas, quam acumen tuum, deſideretur. *Non poſſum*, inquis, *mirari, quid Sigonio venerit in mentem ita pervertere vetera monumenta. Cicero*, inquis, *in Prætura urbana appellanda negotii, & oneris verbo utitur, in provinciali imperii; ergo Prætor urbanus imperium non habet, provincialis habet*. Item. *Quid? eum ne ferre quiſquam poſſit, qui ita concludit; majoris negotii eſt hujus, quam illius provinciæ; ergo majus imperium habet, quam ille*. Dii boni, quid dices Nicolae Gruchi? Ubi nam ego negavi, Prætorem urbanum habere imperium, ac rurſus habere quidem dixi, ſed minus, quam provincialem? Verum, fac me di-

dixiſſe, provincialem majus habuiſſe imperium, quam urbanum; num me uſque adeo rudem harum literarum exiſtimas, ut hoc etiam tueri neſciam? Age enim, quæ ſunt Prætoris provincialis partes? nempe juriſdictio, quæſtio, & rei militaris adminiſtratio; quæ urbani? juriſdictio tantum; non tibi videtur, qui tria hæc habet, majus habere imperium, quam qui horum unum; reſpondes, majorem habet vim imperii, non majus imperium; at in quo hæc differunt? neque enim, credo, ipſe ſatis intelligis; inquis tamen, majorem vim imperii provincialis indicabant ſecures cum faſcibus, quæ ſublatæ provocationis inſignia erant; probe; an vero Dictator majus imperium ob unam, qua caret, provocationem, habebit, quam Conſul, & Prætor; provincialis vero ob eandem rationem non majus imperium, ſed majorem vim imperii, quam urbanus, habere dicetur? cur magiſtratus unus majorem poteſtatem, quam alter, habebit; imperium vero majus non habebit? ſic enim Cicero: *Ni par, majorve poteſtas prohibuiſſit*. Porro autem, ut probarem, Prætores in provinciam exituros lege curiata imperium accepiſſe, teſtem adhibebam Cæſarem, qui in primo Civilium ſcribit: *De reliquis rebus Senatus conſulta ſcribuntur; provinciæ privatis decernuntur, duæ Conſulares, reliquæ Prætoriæ. Scipioni obvenit Syria, L. Domitio Gallia. Paullus, & Marcellus privato conſilio prætereuntur; neque eorum ſortes dejiciuntur; in reliquas provincias Prætores mittuntur, neque expectant, quod ſuperioribus annis non acciderat, ut de eorum imperio ad populum referatur; paludatique votis nuncupatis exeunt*. Ex quibus verbis hanc ſententiam colligebam, Prætores provincias à Senatu, imperium à populo accepiſſe. Tu vero inquis, quia provinciæ & Conſulares, & Prætoriæ privatis datæ erant, propterea oportuiſſe de eorum imperio ad populum ferri, id eſt, ex privatis magiſtratus facere. Habet autem duas difficultates iſta interpretatio, unam, quod eoſdem & Senatuſconſulto, & ſorte, & plebiſcito in provincias mittis, cum in magiſtratu ſatis ſemper fuerit ordine Senatuſconſultum cum ſorte, extra ordinem plebiſcitum ſine ſorte; alteram, quod eos, quos Cæſar in provincias miſſos queritur, omnino privatos facit, quia Senatuſconſultum quarto ante anno factum eſſet, ut nemo Conſul, aut Prætor in provinciam mitteretur, niſi quinquennio poſtquam magiſtratum geſſiſſet; quod videtur eſſe alienum; quia ſi Senatuſconſultum illud ex omni parte obſervabatur, cur queritur Cæſar, Paullum, & Marcellum Conſules in ſortitione provinciarum præteriri, neque eorum ſortes dejici? cur pravo, (ſic enim ipſe corrigis) id conſilio fieri? quomodo pravum illud eſſe conſilium poteſt, quod Senatuſconſulto per quatuor ante annos obſervato conveniens eſt? Quod ſi S. C. illud obſervatum in alio non eſt, ut in Scipione, qui tertio, non quinto poſt Conſulatum anno provinciam ſortitus eſt, non merito poterimus dubitare, ne in Prætoribus etiam obſervatum non ſit? Sed fuerint omnes ut Conſulares, ſic Prætorii, qui mittebantur; dico habendam eam fuiſſe rationem eorum, qui ex S. C. poſt quinquennium provincias ſortirentur, quàm magiſtratum Romæ geſſiſſent, atque eorum, qui continuo ex magiſtratu; nam ut geſti magiſtratus ſortiebantur, atque ire cogebantur; quare non minus eis feretur lex curiata de imperio, atque eis lata ſit, qui nullo interpoſito ſpatio ex Prætura ſortiti ſunt. Ut enim Conſules, qui creato Dictatore abdicaverant, ac privati fuerant, depoſita à Dictatore dictatura, magiſtratum ex privatis reſumebant ſine novis comitiis, vi legis de dictatura à principio latæ, ut ſcribit Dionyſius; ſic Conſules, & Prætores vi Senatuſconſulti, poſtquam privati fuerant, juriſdictionem in provincia continuabant; mitto illud, quod magiſtratus lege mandatos facis, quod abſurdiſſimum eſſe in tua doctrina ſtatuimus. Quod vero negas verba Cæſaris: *Neque expectant, dum de imperio eorum ad populum referatur*, de lege curiata accipi poſſe, quia lex curiata non ad populum, ſed ad triginta lictores ferretur, plane, ut dixi, ridiculum eſt, & jam ſatis exploſum. Eademque ratione quod addis, ſi de lege curiata intelligatur, fore, ut me repugnante lege curiata datus ſit magiſtratus iis, quibus nullis comitiis ante erat datus, non procedit; neque enim ego imperium voco proprie magiſtratum; & hos ego privatos conſtituo tantum ex ea parte, quod tum non gererent magiſtratum, cum ſortiebantur, at quod ad jus provinciæ ex magiſtratu obtinendæ, non item; multoque minus, id, quod adjungis, fore, ut omnes provinciarum ejus anni Rectores habuerint, tantum imperium militare, non civile. Siquidem cum eos Senatus ſortiri provincias juſſit, nihil aliud juſſit, quam ut ſortirentur, in qua provincia exercerent juriſdictionem, quam acceperant centuriatis comitiis ea lege, ne poſt Praeturam Romæ actam eam exercerent in provincia aliqua. Neque vero de plebiſcito videtur poſſe intelligi. Siquidem plebiſcitum extra ordinem adhibetur, tum vero res ordine acta eſt mutato tamen vetere inſtituto; & cum plebiſcitum adhibetur, ſors locum non habet. At vero ſi hi Prætores ex S. C. ſortiti ſunt provinciam, & poſt ſortem provinciæ de eorum imperio ad populum latum eſt, certe curiata lex lata eſt, ut ſolebat, non plebiſcitum; quia cum plebiſcito res agebatur, neque Senatuſconſulti, neque ſortis mentio incidebat. Quæ ſi vera ſunt, facile genus omne reprehenſionum tuarum refutare etiam me tacente poſſunt.

CAP. X.

De imperio Conſulum, qui ſummo S. C. ornati erant.

ATque hæc quidem cum diſputaſſem de Conſulibus, & Prætoribus in magiſtratu, aut poſt magiſtratum in provincias, aut ad bella ordine cum imperio proficiſcentibus, quibus legem curiatam neceſſariam fuiſſe demonſtrabam, tum deinceps agebam de iis, qui & in urbe, & extra urbem ſine lege curiata imperium nec tamen plebiſcito obtinuiſſent. Eorum genus unum erat, qui ſummo S. C. ornati eſſent: *Viderent, ne Reſpublica aliquid detrimenti capiat*; alterum eorum, qui legem Corneliam inique interpretabantur. De quibus quoniam tu a me longe diſſentis, videtur faciendum, ut pluribus diſputetur. De iis, qui ſummo S. C. ornati erant, cum dicerem, utebar auctoritate Salluſtii, qui ita ſcribit: „ Senatus decrevit, darent operam „ Conſules, ne quid Reſpublica detrimenti „ ca-

„ caperet; ea poteſtas per Senatum more majorum magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis cives, atque ſocios, domi, militiæque ſummum imperium, ac judicium ſummum habere; aliter ſine populi juſſu nullius earum rerum Conſuli jus eſt. Quo loco prolato, ego ſic addebam: „ Hæc verba nobis hanc lucem afferunt, ut intelligamus, Conſules jure conſulatus exercitum parare, bellumque gerere non potuiſſe, neque domi, militiæque, ſummum imperium habuiſſe, quod certe habuiſſent, ſi imperium unum tantum eſſet, idque centuriatis comitiis cum magiſtratu ipſo delatum eſſet; at vero, cum niſi in atroci negotio mandatum non ſit, ſane intelligi poteſt, duo eorum fuiſſe imperia, unum civile, alterum militare.

Hæc autem verba tu ita reprehendis, ut in his multipliciter me peccaſſe dicas. Primum autem objicis, me Salluſtii verba falſa retuliſſe: *Aliter ſine populi juſſu nullius earum rerum Conſuli jus eſt*, cum in omnibus libris legatur: *Nulli*. Ego vero culpæ maximæ me affinem eſſe confiterer, ſi aliam ſententiam ex voce, *nullius*, quam ex *nulli* ad te refutandum collegiſſem. Verum utro modo legas, non *Conſuli*, ut tu, eam vocem attribuo, ſed *rerum*; atque hujus habeo opinionis ſocium Joannem Rivium, qui ita ſcribit: *Manuſcripta duo: Nullius earum rerum; niſi quis Nulli vetuſte poſitum malit pro* nullius? *quomodo Comicus dixit, Tam interſ, jam nulli conſilii; & in Truculento Plautus: Coloris nulli, pro* ullius; *nec ego Conſuli addendum puto;* habeo etiam Vincentium Caſtillionem, apud quem ita ſcriptum eſt: *Diverſæ hic ſunt opiniones; alii enim, Nulli jam jubent utro conjungunt; ut ſit, nulli Conſuli jus eſt; alii, Nullius pro nulli legere malunt; niſi nulli antiquo more, pro nullius poſitum ſit; ego tamen dativum eſſe puto, Nulli earum rerum Conſul jus eſt, pro in nullam rem earum rerum.* Hic animadvertere potes, horum neutri placere, quod tibi tantopere arridet: *Nulli Conſuli*; & certe, qui ita dixerit, nove admodum dixerit. Sed ut dixi, ſive *nulli*, ſive *nullius* legatur, eandem ſemper elicio ſententiam.

Addis deinceps, ſi dicam, nullius earum rerum, quæ in hoc S. C. continentur, jus eſſe Conſuli ſine lege curiata, Salluſtium falſa eſſe loquuturum, & inſtitutorum ſui temporis rudem apparituram, quod ſciret legem curiatam à lictoribus juberi, non autem à populo. In quo ego primum rideo; quis enim, quæ de lictoribus iſtis tam ſæpe repetis, audiens, riſum contineat? deinde obſtupeſco; ubi enim hoc ego ſcripſi? ubi legis curiatæ in hoc S. C. interpretando mentionem feci? ego enim ex hoc S. C. Senatus poteſtatem collegi, non populi. Non eſt hoc ſatis. Cum ego diſerte ſcripſerim, militare imperium extra urbem haberi per legem curiatam; apparere ex locis ſuperioribus, in urbe per S. C. ſummum, ex hoc loco Salluſtii, tu me dixiſſe criminaris, in urbe haberi tantum per ſummum S. C. extra urbem tantum per legem curiatam; ac multis exemplis, & rationibus, more tuo, credo, ut multum ſapere videaris, cum multa dicas, probare contendis, & in urbe lege curiata, & extra urbem Senatus-conſulto imperium eſſe mandatum; ac perinde in hoc multus es, quaſi victoria in hoc poſita ſit. Ego vero illud *Tantum*, non addidi, & cum ita ſcripſi, quæ apertis utebantur auctoritatibus ſcripſi; neque ita locutus ſum, ut in urbe per legem curiatam, aut plebiſcitum, extra urbem per ſummum S. C. haberi poſſe negaverim.

Verum hoc ferendum; audis, me putare imperium legis curiatæ eſſe extraordinarium, cum tamen ubique ordinarium eſſe clamarim; & Salluſtium duos modos imperii tranſmittendi inter ſe contuliſſe, cum nihil tale ne ſomnio quidem finxerim.

Conſideremus autem quæſo diligentius, quid Salluſtius his verbis velit, & uter noſtrûm rectius hoc S. C. intellexerit. Sane cum inquit, *Maximam poteſtatem hoc S. C. permitti magiſtratus*, extraordinariam intelligit poteſtatem, id eſt, majorem, quam quæ ordine dabatur magiſtratibus; hæc vero verſabatur in coërcendo, in judicando, in bello gerendo; cum ergo Conſul in urbe coërcere, judicare ſine provocatione, atque exercitum belli gerendi cauſſa habere non poſſet, illud hoc S. C. adeptus eſt, ut ea poſſet. Nam ordine ſi Romæ Conſul aut vinculis, aut verberibus, aut mulcta coërcuiſſet, ac civem damnaſſet, erat appellatio collegæ, qui intercedere poterat, aut provocatio ad populum, hoc vero Senatus conſulto accepto, nulla erat; ſiquidem maximam earum rerum habebat poteſtatem. Hoc igitur poſito video, te vehementer peccaſſe, qui peccatum aliis objicis. Tu enim *Conſules* dicis *Dictatoriam poteſtatem ob S. C. aſſumtos*, perinde ac ſi Dictatores jure Dictaturæ etiam ſine S. C. in urbe exercitum belli gerendi cauſſa imperarint; cum tantum comitiorum cauſſa, ut etiam Conſules, imperarint, teſte, ut ſupra demonſtravi, Varrone. At Plutarchus, inquis, & Livius prodidere, Conſules hoc S. C. armatos eandem vim habuiſſe, ac ſi Dictatores dicti eſſent, recte; reſpexerunt enim ſeditionem, motumque civilem, de quo tum loquebantur, ad quos compeſcendos opus erat magiſtratu, qui coërcere, atque animadvertere ſine provocatione poſſet, cujus cauſſa Dictatura erat illata; ſiquidem ſcribit Dionyſius, cauſſam Dictatoris creandi primum fuiſſe legem Valerii, quam tulerat de provocatione, & Conſulatus poteſtatem minuerat. Quod idem confirmat Livius libro quarto: *Quieſſe ut Conſules immerito increpari ait, qui conſtricti legibus de provocatione ad diſſolvendum imperium latis nequaquam tantum virium in magiſtratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi haberent; opus eſſe non forti ſolum viro, ſed etiam libero, exſolutoque legum vinculis; itaque ſe Dictatorem L. Quinctium dicere.* At vero in bello majorem fuiſſe Dictatoris, quàm Conſulis, poteſtatem, cum uterque ſine provocatione eſſet, neſcio, ubi nam inveneris; certe hoc Senatus conſultum *niſi in ve Tribunitia, in perniciofis legibus, inſeceſſione populi, templis, locisque ſuper oribus occupatis non factum*, prodit Cæſar libro primo belli civilis.

Addit Salluſtius: *Aliter ſine populi juſſu nulli earum rerum Conſuli jus eſt*. Quid eſt populi juſſus? nempe plebiſcitum, aut lex; quæ ſunt res eæ? coërcere omnibus modis, parare exercitum, bellum gerere, domi, militiæque ſummum judicium, ac ſummum imperium habere. Ergo ſi populus juſſerit, magiſtratibus domi, militiæque hæc facere licebit;

A bit? ſane; ſed extra ordinem; quid eſt autem magiſtratum habere ſummum judicium? nempe, ut Cicero dixit in agraria, *habere cognitionem ſine conſilio, pœnam ſine provocatione, animadverſionem ſine auxilio*. Itaque Livius recte ſcripſit, C Julium Decemvirum Conſularem, qui ſine provocatione erat, cum Sextium de cæde ad populum accuſaſſet; cujus rei legitimus judex erat, de ſuo jure deceſſiſſe. Si autem ſummum judicium habere eſt poſſe ſine conſilio condemnare, ut cum Cincinnatus Dictator Sp. Mælium jure cæſum pronunciavit, video te errare multo, quam antea, gravius, dum me antiquitatis ignoratione in multos incidiſſe errores, arguis; in-B quis enim, ſummum hoc judicandi imperium, quod ipſe appellas Dictatorium, Conſules non ſolum à Senatu, ſed etiam à populo extraordinarium accepiſſe; & profers Livium, qui ſcripſit, quæſtionem cædis Poſtumianæ Coſſo, & Medullino Conſulibus à populo eſſe mandatam; & quæſtionem Bacchinalium Albino, & Philippo Conſulibus à Senatu; erras autem trifariam (ſic enim tuo exemplo jam libet loqui;) primum, quod Dictatorium judicium, & id quod his Conſulibus mandatum ais, idem eſſe putas, cum ſit diverſum; Dictatores enim ſine conſilio cognoverunt; hi Conſules ex iudicum, quos coëgerunt, ſententia pronunciarunt; deinde, quod eodem C S. C. utrunque judicium commiſſum ſignificas, cum ſint diverſa; nam Dictatorium judicium Senatus conſulto extraordinario mandatum eſt, illud alterum ordinario, tum cum quæſtiones certos & perpetuos non habebant quæſitores, ſed à Senatu, aut à populo, prout inciderat, mandabantur; poſtremo, quod judicium mandatum plebiſcito illis Conſulibus extraordinarium vocas, cum eſſet iis temporibus maxime ordinarium, quibus quæſtiones certos, ut dixi, non habebant Prætores, ſed modo Conſulibus, modo Prætoribus, modo Dictatori committebantur; unde ſcripſit Pomponius D. de origine juris: *Quia de capite civis Romani injuſſu populi non erat lege permiſſum Conſulibus jus dicere, propterea* D *quæſitores conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent*. Atque ita ordine factum eſt, quoad Prætores has quæſtiones ſortiri cœperunt, ut ſcis, poſt L. Piſonem Tribunum pleb. qui primus legem de pecuniis repetundis tulit, & quæſtionem eam perpetuam fecit. *Summum* ergo *domi judicium* ſignificat, non ut cum conſilio judicum cognoſcerent, ſed ut pro ſuo arbitrio de re decernerent. Quocirca cum dixi, Conſulibus non fuiſſe jus belli gerendi in urbe ſine ſummo S. C. extra urbem ſine provincia, aut ſine lege curiata, non incommode dixi; neque enim illud intellexi, quod objicis, extra urbem habitum duobus modis, aut cum provincia E ſine lege curiata, aut ſine provincia per legem curiatam; verum illud, ſine provincia non habitum, quia imperium ordine non deferebatur niſi ei, qui provinciam ex S. C. ſortitus eſſet, aut ſine lege curiata, quia non erat ſatis, ſortitum eſſe provinciam ex S. C. niſi imperium etiam ex lege curiata accederet; ex quo apparet inania omnia illa incommoda eſſe, quæ tu ex hac oratione deducis. Ac de iis quidem, qui ſummo Senatus-conſulto ornati ſunt, hactenus.

CAP. XI.

De imperio lege Cornelia accepto.

A DE iis autem, qui legem Corneliam male interpretati, ſine lege curiata ſe in provinciis, quas ex S C. obtinerent, imperium habere poſſe exiſtimarunt, res in hunc modum adminiſtrata eſt. Cum Cornelius Sylla Dictator legem tuliſſet, ut qui ex S. C. provinciam obtinuiſſet, in ea imperium haberet, quoad in urbem reverti ſſet, atque hac ratione prorogationem imperii, quæ fiebat à plebe, ſuſtuliſſet, dedit occaſionem Appio B Conſuli legem Corneliam perverſe interpretanti, ut etiam ſine lege curiata ſe imperium in provincia habere poſſe exiſtimaret, ac legem curiatam utilem potius, quam neceſſariam diceret; credo, quod qui legem curiatam non haberet, à Senatu viaticum impetrare non poſſet. Locus hic eſt in epiſtolis ad Lentulum: *Appius Conſul dixit in Senatu, ſeſe, ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre, ſortiturum cum collega provinciam; ſi curiata non eſſet, comparaturum cum collega, & tibi ſucceſſurum; legem curiatam Conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe; ſe, quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad urbem introiſſet; ſunt qui putent, te non* C *eſſe decedere, quod ſine lege curiata tibi ſuccedatur*; & libro tertio ad fratrem: *Appius ſine lege curiata confirmat, ſe Lentulo noſtro ſucceſſurum*; & ad Atticum: *Appius ſine lege ſuo ſumptu in Ciliciam cogitat*. Si ergo Appius ſine lege curiata, ſuo ſumptu, in provinciam ire voluit, quam ex S C. obtinuerat, ſi dixit, legem curiatam Conſuli opus eſſe, neceſſe non eſſe, & ſe ſine ea per legem Corneliam imperium habiturum, profecto legem curiatam utilem eſſe judicavit, non neceſſariam: utilem autem, quod poteſtatem daret viatici à Senatu impetrandi; tu vero cum hæc omnia negas, inconſtantiam tuam duabus rationibus indicas; una, quod cum quo-D dam in loco ſcripſeris, te dubitare, an lex curiata in provinciam exituris fuerit neceſſaria, nunc dicis, eam ſine ulla omnino exceptione neceſſariam eſſe; altera, quod cum in III. de comitiis ita ſcriptum reliqueris: *Neceſſe erat ſuo ſumptu Appium proficiſci, quando ſine hoc de provinciis ornandis S. C. profecturus erat, cui locus eſſe non poterat, niſi poſt legem curiatam*, nunc negas, legem curiatam jus dediſſe viatici poſtulandi; nec ſentis, ſi te interprete lex curiata jus obtinendi à Senatu ſumptus dedit, atque ſine ea Appius ſuo ſumptu ire cogitavit, eam utilem ex Appii interpretatione fuiſſe, non neceſſariam. Quam ſententiam ego ſequutus, verba illa, *Curiatam* E *opus eſſe, neceſſe non eſſe*, utilem, non neceſſariam eſſe ſum interpretatus; quomodo Cicero idem locutus eſſet in Oratore: *Ariſtoteles adjunxit tertium genus, quod ſi opus eſt, tamen minus eſt neceſſarium*, hoc ſenſu: Ariſtoteles adjunxit arti rhetoricæ genus demonſtrativum, quod etiam ſi utile eſt cognoſcere civili oratori propter copiam, & facultatem orationis, quæ in eo ſeſe effundit, tamen ſine eo eſſe civilis perfectus orator poteſt; civilem autem oratorem dico, qui in conſiliis, & judiciis, quæ duo continent civitatem, verſatur; aut ſi utile eſt civitati ad laudandos fortes viros, non tantam tamen habet

co-

neceſſitatem, ut civitatem contineat, quantam reliqua duo, quæ utili, & juſto continentur; quorum conſociatio civitatem efficit, teſte in Politicis Ariſtotele. Tu vero cum negas *opus eſſe* ſignificare utile eſſe, ſane oſtendis, nos meminiſſe Græcos quoque ἔργον & ἔργῳ in hanc ſignificationem accepiſſe. Quod autem *opus eſſe* interpretaris, *carere non poſſe*, videamus, an recte, ſed grammaticis iiſdem ante appellatis, quos tu in hac quæſtione opportune appellas. *Genus*, inquis, *laudationum, quod adjunxit Ariſtoteles, & ſi eſt ejuſmodi, ut eo carere non poſſimus, tamen non eſt neceſſarium; aut quoniam neceſſarium, teſte in Partitionibus Cicerone, eſt ſine quo eſſe non poſſumus; genus demonſtrativum eſt, quo carere orator non poteſt, ſed eſſe ſine eo poteſt*; an hæc ſi portenta dixeris, auditum admiſſi riſum teneatis amici? Quæ vero diſputas, poſt legem curiatam opus fuiſſe Senatus conſulto, quo ornamenta provinciæ decernebantur, neque provincias lege curiata fuiſſe inſtructas, ſed Senatus-conſulto, quanquam vere, tamen ſine cauſſa diſputas; nam & ego idem in libris de provinciis tradidi, neque legem curiatam ſumptum dediſse, ſed jus ſumptus à Senatu obtinendi ſcripſi. Quis autem hic ſumptus fuerit, non video inter nos convenire; tu enim ornamenta omnia provinciæ uno ſumptus nomine complecteris, ſtipendium, cibaria, & reliqua; ego vero viaticum, ideſt ſumptum, & apparatum itineris tantum. De quo viatico dixi videri Dionem loqui, cum ſcripſit: *Antiquitus qui redempturas ab ærario faciebant, Pro-Conſulibus omnia, quæ ad imperium pertinebant, ſuppeditabant. Auguſto autem imperante illi certam accipere mercedem cœperunt.* Quæ verba miror te apud Dionem reperiri negare; & me affingere Dioni quæ non ſint Dionis, aſſerere, cum hæc apud Dionem inveniantur: Καὶ τὸ μισθοφορεῖν καὶ ἐκείνοις, καὶ τοῖς ἄλλοις δίδοσθαι τότε ἐνομίσθη. τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντες παρὰ τοῦ δημοσίου πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον. ἐπὶ δὲ δὴ τοῦ Καίσαρος πρῶτον αὐτοὶ ἐκεῖνοι τακτόν τι λαμβάνειν ἤρξαντο. Quæ ita convertit, ſed vitioſe Xylander: *Certum etiam ſtipendium & his, & aliis dari tum inſtitutum eſt; antiquitus enim qui aliquod à Republica munus ſuſcepiſſent, omnia ſuis ipſi ſtipendiis agebant; ſub Cæſare primum accipere ſtipendium cœperunt*; tu ergo ſumptum quemcunque, quem Prætores in provinciis facerent, ſignificatum ſcribis; ſiquidem pecuniam attributam numeras, quæ teſte Aſconio militi in ſtipendium dabatur; frumentum, quod in cellam Prætoris æſtimabatur; cibaria, quæ Quæſtori data ſunt; & apud Dionem, neſcio quo alio in loco, quem tu ex tenebris eruiſti, interpretaris Mæcenatem Auguſto ſuaſiſſe, certam mercedem ex publico magiſtratibus provincialibus eſſe aſſignandam pro ſui cujuſque imperii ratione; idque ad immenſam illam impenſam ærarii minuendam, qua ad eam diem uſi erant magiſtratus, cum pro ſuo quiſque arbitrio in rationibus referendis expenſos ærario referrent, quoſcunque ſumptus feciſſent. *Ut enim*, inquis, *attributæ omnis pecuniæ magiſtratibus rationes reddendæ eſſent, in ſuos tamen ſumptus quamlibet ſummam in ſuas rationes referre propemodum liberum erat.* Ego vero non quencunque ſumptum, ut tu cenſes, Appium intellexiſſe arbitror, ſed itineris; quod viaticum appellavit Cicero, cum ad Caſſium ſcripſit: *Cetera cujuſmodi ſint, ex hoc judica, quod legato tuo viaticum eripuerunt.* Erat autem viaticum ſumptus in mulos, vehicula, & tabernacula, & cetera ejuſmodi inſtrumenta. Livius bello Perſico: *Magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militiæ ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis.* Hæc autem publice, ſumpta ex ærario pecunia, locabantur; indicat P. Ventidius, qui, ut ſcribit Gellius, victum quæſivit comparandis mulis, & vehicula magiſtratibus, qui ſortiti eſſent provincias, præbenda publice conduxit. Itaque Auguſtum refert Svetonius inſtituiſſe, *ut ad mulos, & tabernacula, quæ publice locari ſolebant, pecunia conſtitueretur*; atque hoc ſine dubio voluit Dio Auguſto imperante inſtitutum, ut certa pecunia magiſtratibus provincialibus conſtitueretur ad mulos, & tabernacula ſibi paranda, non ad quencunque ſumptum faciendum, quod antiquitus qui ab ærario redimerent, omnia, quæ ad imperium pertinerent, præberent; eſt enim ἐργολαβοῦντες ἀπὸ τοῦ δημοσίου ab ærario redimentes; ſiquidem Plutarchus in cenſura Catonis publicas ejuſmodi redempturas ἐργολαβίας vocavit. Ex quo intelligere potes, quæ tu de pecunia attributa, de frumento, deque cibariis inculcas, huc non pertinere, ac multo minus Mæcenatem ſuaſiſſe, ut ſingulis magiſtratibus pro ſui imperii modo decerneretur merces, ac veluti certum ſtipendium; cum ad eam diem magiſtratum ſtipendia merere auditum non eſſet; neque enim Mæcenas ſtipendium reddi magiſtratibus voluit, quaſi militiæ præmium, ſed certam pecuniam pro viatico, quod publice locaretur, aſſignari.

CAP. XII.

De imperio eorum, qui ex privatis in provincias miſſi ſunt.

Quæris poſtremo, quid ſentiam de iis, qui non ſtatim ex Prætura in provincias ibant, quomodo juriſdictionem à populo habuerint centuriatis comitiis, cum plebiſcito in provincias miſſi ſint. Ego vero cenſeo, non ſolum qui multis poſt magiſtratum annis, ſed etiam, qui in magiſtratu plebiſcito in provinciam miſſi ſunt, ab ipſo plebiſcito omnia adeptos, & provinciam & imperium, & ornamenta. Quod autem ipſe judicas, juriſdictionem à Senatu potius, quam à populo eſſe tributam, id mihi non perſuades; ſic enim fieret, ut Senatus mandaret magiſtratum, non populus; quod falſum eſſe, apparet ex eo, quod Senatus neminem juſſit ſortiri provincias, niſi cui populus ante magiſtratum mandaſſet; quare aut à populo acceperunt juris dicendi poteſtatem, aut ſi à Senatu, quatenus eos populus idoneos reddiderat, quibus juriſdictio à Senatu mandari poſſet. Quod autem tu hoc in loco inculcas, legem C. Cornelii, vix intelligo, quorſum; & niſi ad ſecundum tuum de comitiis librum confugiſſem, nunquam intellexiſſem; ſcribis enim hoc loco ſic: *Atqui legibus ſolvi niſi à populo nemo poterat, & vetere jure, & jure à C. Cornelio Tr. pl. relato*; in libro autem de comitiis in hunc modum: *At ſi provinciæ decernerentur extra ordinem, tum vero populi ſuffragiis opus erat ad creandos magiſtratus, præſertim poſt legem Corneliam à C. Cornelio Tr. pl. perlatam; qua lege, ut ſcribit Dion libro XXXVI. cavebatur, ut eſſet quidem in Senatus pote-*

poteſtate imperia extra ordinem dare, omninoque legibus ſolvere, ſed ita ut poſt rogatio ad populum veteri more de ea re ferretur, quam rogationem omnino a populo juberi neceſſe eſſet; hoc enim idem eſt cum eo, quod Aſconius de hac lege Cornelia ſcribit, cauſſam inquam fuiſſe, nequis in Senatu legibus ſolveretur, niſi ducenti affuiſſent, neve quis intercederit, cum de ea re ad populum ferretur. Ignoſce mihi quæſo Gruchi, ſi quæ tu verborum tela paulo ante injuſte in me jaciebas, ea nunc ego in te juſte rejecero; ſic enim agebas: *Non te pudet Sigoni, quæ tu animi cauſſa finxeris, ea bonis ſcriptoribus attribuere? an unquam fando tale aliquid finxit Dion, quale tu ei affingis?* injuſte autem ita egiſti; quia verba, quæ tu apud Dionem eſſe omnino negabas, erant tamen, ſed ea tu diligentia tua reperire non potueras, cum conſilium Mæcenatis Auguſto datum me cepiſſe pro ipſo Auguſti inſtituto in ſimulares; ego vero juſtiſſime dixero: non te pudet Gruchi, qui pudorem aliis ſine pudore offers, quæ tu apud bonos ſcriptores non intelligis, ea bonis ſcriptoribus attribuere, an unquam fando tale aliquid ſcripſit Dio, quale tu ei aſcribis? ſumamus verba Dionis: ὁ Κορνήλιος γνώμην ἐσενήνοχε, μὴ ἐξεῖναι τοῖς βουλευταῖς μήτε ἀρχήν τινα ἔξω τῶν νόμων αἰτοῦσι διδόναι, μήτ' ἄλλο μηδὲν τῶν τῷ δήμῳ προσηκόντων ψηφίζεσθαι. τοῦτο γὰρ ἀπείρητο μὲν καὶ πάλαι, οὐ μέντοι καὶ τὸ ἔργον ἐτηρεῖτο. Nonne hæc verba, ſi Latine reddantur, hoc valent? *Cornelius rogationem tulit, ne liceret Senatoribus neque magiſtratum alicui ut contra leges peteret, dare, neque aliud ullum eorum, quæ ad populum pertinerent, vulgare; id enim antiquitus lege cautum erat, non tamen re obſervabatur.* Quid eſt ergo, quod inquis Gruchi? an lex Cornelii fuit de imperiis provincialibus, (nam tu de his loqueris,) an potius de urbanis magiſtratibus? nam ἀρχὴ & imperium, & magiſtratum ſignificat; an ut Senatus daret imperia provincialia extra ordinem, an potius ne permitteret, magiſtratus peti à populo contra leges? quæ erant, ut certa ætate, ut deinceps peterentur magiſtratus, ne niſi certis annis interpoſitis iterum peterentur; an vero provinciæ unquam ad populum pertinuerunt, magiſtratus vero ad Senatum? ſi ut inquit Aſconius, *Cornelius tulit, ne quis in Senatu legibus ſolveretur, niſi ducenti adeſſent,* propterea ne tulit, ut provinciæ extra ordinem à Senatu dari poſſent, cum provinciæ ſemper in Senatus poteſtate fuerint, ut magiſtratus ſemper in populi? Etenim magiſtratum Senatus mandavit nunquam, at jus petendi contra leges dedit, ut paulo ante Pompejo; unde Cicero: *Quid tam ſingulare, quam ut S. C. legibus ſolutus Conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet?* Et nimirum hoc eſt, quod lex Cornelia vetuit, ne concedi poſſet, niſi ducenti adeſſent, & ne quis intercederet, cum de ea re ex auctoritate Senatus ad populum ferretur. Quare quid tibi vis, cum inquis? *At ſi provinciæ decernerentur extra ordinem, tum vero ſuffragiis populi opus erat ad creandos magiſtratus; præſertim poſt legem Corneliam;* quis eſt enim, qui decernit provincias? nempe Senatus; quando decernit extra ordinem? quoties eas neque Conſulibus, neque Prætoribus decernit, ſed privatis; quo tempore opus ſuffragiis populi fuiſſe ais ad creandos magiſtratus; at lege Cornelia cautum eſt, ut rogatio ferretur ad populum, ut, qui peteret magiſtratum, contra leges petere non poſſet. Itaque non magis poſt legem Corneliam, quam ante eam opus fuit ſuffragiis populi ad creandos magiſtratus, verum ad ſolvendos legibus qui peterent, & Senatus auctoritate, & populi juſſu opus fuit poſt legem Corneliam; num quid ergo tua iſta ſententia poteſt eſſe abſurdius?

CAP. XIII.

De imperio eorum, qui ex privatis ad bella miſſi ſunt.

Dixi de iis, qui ex privatis in provincias miſſi ſunt; nunc dicam de iis, qui ad bella; de quibus tu non idem, atque ego ſentis. Quamobrem faciam, ut rem totam collatis inter ſe opinionibus iterum diligentius ad communem omnium utilitatem excutiam. Hæc igitur hac de re in ſuperiore reſponſione mea fuerunt verba: *Relinquuntur quidam, qui neque ex magiſtratu, neque poſt magiſtratum, ſed ex privatis non in provincias, ſed ad bella cum imperio mittebantur, aut Conſulari, aut Prætorio, unde Pro-Conſules, & Pro-Prætores dicebantur; mittebantur autem aut lege, ut P. Scipio Pro-Cos. in Hiſpaniam, aut S. C. ut C. Octavianus Pro-Prætore in Galliam.* In quibus tu multa reprehendis, ac multis; ac primum illud: *Non in provincias, ſed ad bella;* reprehendis autem, quia etiam qui bella ſortiti ſunt, provinciam ſortiti dicti ſunt, cum provincia dicatur omne munus alteri delatum ſive privatum, ſive publice; quod quia credis mihi eſſe ignotum, ut rem valde obſcuram, multis more tuo tibi auctoritatibus ſuſcipis comprobandum. Ego vero dico, provinciæ ſignificationes eſſe multas, eaſque à me in libris de provinciis indicatas; verum unam illam eſſe propriam, regionem a populo Rom. ut inquit Feſtus, provictam, & jure provinciali donatam; unde illud emanavit, *Redigere in formam provinciæ*, atque ab hac reliquas omnes eſſe profectas, ita ut quibus bella quocunque modo eſſent mandata, iis provinciæ mandatæ, aut cui negotium publicum delatum eſſet, eidem quoque provincia delata diceretur. Quamobrem cum ſcripſi: *Qui non in provincias, ſed ad bella mittebantur;* provinciam in propria ſignificatione accepi; quomodo fecit Livius libro XLV.: *Conſul proficiſcens, Prætorve paludatis lictoribus in provinciam, & ad bellum.* *Ad bella* enim cum dixit, tempus id intellexi, cum Imperatores in regionem ſuo imperio non ſubjectam bellandi cauſſa mittuntur, ut M. Cato, de quo Cicero pro Sextio: *P. Clodius Trib. pleb. legem tulit, ut M. Cato ad regem publicandum in Cyprum cum Prætorio imperio mitteretur:* quod quid ſit, declarat pro domo, cum ait: *Regiæ pecuniæ deportandæ, & ſi quis ſuum jus defenderet, bello gerendo M. Catonem præfeciſti.* In provinciam vero dixi, cum præcipue ad regionem populo Romano obtemperantem adminiſtrandam proficiſcuntur, in qua etiam, ſi res poſceret, bellum gerere poſſent. Itaque mirarer, cur tu, quaſi magnum aliquid excogitaſſes, tam multa verba faceres, ut probares, qui ad bella mitterentur, in provincias miſſos, niſi te ambos omnino pro iiſdem falſo accipere intelligerem; ſic enim concludis: *Quaſi vero ad bellum cum imperio miſſi, non*

ſit

ſit in provinciam mitti; cum enim illi non magis haberent provinciam, in qua jus dicere poſſent, quam hi, pariter utrique negandi fuerunt provinciam obtinuiſſe, aut pariter utrique dicendi ſuam habuiſſe provinciam. Quibus verbis ſignificas, qui in regionem hoſtium cum imperio mittitur, idem jus habere in ea, atque illum, qui in regionem à populo Romano in provinciæ formam redactam; cum tamen longe aliter ſit; nam qui provinciam populi Rom. obtinuit, in ea conventus agit, ac jus provinciæ dicit, qui hoſtilem, minime. Itaque Cæſar, cum Citeriorem, & Narbonenſem Galliam provinciam nactus eſſet, in iis conventus egit, ut quæ jam pridem formam provinciæ accepiſſent, in Comata, quam ipſe bello primus aggreſſus eſt, nequaquam; niſi fortaſſe, poſtquam eam in provinciæ formam retulit. At, *ambo*, inquis, *pariter exercitui jus dixerunt*; non nego; illud dico, militarem juriſdictionem pertinere ad Pro-Conſulem, quatenus exercitui, non quatenus provinciæ præeſt; ſiquidem ut jus imperatorium differt à Conſulari, ſic etiam à Pro Conſulari; Conſul ut Conſul juriſdictionem quandam habet in cives, quatenus cives ſunt; ut autem imperator, juriſdictionem habet in cives, quatenus milites ſunt; itaque quod eſt Prætor urbanus in urbe, id eſt in provincia Pro Conſul; exercitui vero præeſt, non ut Pro Conſul, ſed ut imperator. Unde illud eſt Paterculi de Quinctilio Varo: *Germani in ſummam ſocordiam adduxere Quinctilium, uſque eò ut ſe Prætorem urbanum in foro jus dicere, non in mediis Germaniæ finibus exercitui præeſſe crederet*; ſignificat enim, Varum ſe geſſiſſe Pro-Prætore, cum tamen eſſet imperator tantum; neque enim Germania in provinciæ formam erat redacta, ut ei jus dicere poſſet, ſed tantum exercitui in ea præerat, ut eam ſubigeret. Quod apertius etiam expreſſit Florus: *Auſus agere conventum, in caſtris jus dicebat*; cum enim *auſum* dicat *agere conventum*, profecto innuit, non conſueviſſe Pro Conſules hoſtibus jus dicere, niſi poſtquam pacati, & in provinciæ formam redacti eſſent. Quam obrem inanis prorſus eſt illa tua concluſio, *Imperatores, qui ex privatis exercitui præpoſiti ſunt, exercitus jus dicunt æque atque Pro-Conſules, qui ad regendas provincias ex magiſtratibus miſſi ſunt, ergo idem habent imperium*. Habent enim idem imperium ex ea parte, qua exercitui præſunt: at quatenus provinciæ præſunt, non item; ut ſupra quoque eſt demonſtratum. Reprehendis ſecundo loco, quod ſcripſerim: *Unde Pro-Conſules, ac Pro-Prætores dicebantur*, atque interpretaris, me velle ſolos, qui ex privatis imperium acceperint, non item qui ex magiſtratibus, Pro-Conſules, & Pro-Prætores eſſe nuncupatos; quod non eſt ita. Ego enim innuere volui, privatos ornatos eſſe imperio Conſulari, ac Prætorio, liquere ex eo, quod non minus Pro Conſules, ac Pro Prætores dicerentur, atque ii, qui ex magiſtratibus provincias obtinuiſſent; neque enim mirabitur quiſquam, eum qui, ex Conſulatu in provinciam miſſus ſit, Pro-Conſulem dici, neque qui ex Prætura, Proprætorem: ſed qui ex privato ad bellum, aut in provinciam exeat, Pro Conſulem, aut Pro Prætorem vocari, id vero fortaſſe mirabitur; hoc autem factum dixi, quia cum imperio aut Conſulari, aut Prætorio miſſi eſſent. Poſtremo vero cum tria ge-

A nera fecerim eorum, qui in provincias cum imperio miſſi ſunt, unum eorum, qui in magiſtratu, alterum, qui ex magiſtratu, tertium, qui ex privatis; quæris cuinam horum trium aſcribam Cn. Piſonem, & M. Catonem, quorum ille S. C. in Hiſpaniam, hic plebiſcito in Cyprum, ex quæſtura ambo miſſi ſunt. Cui reſpondeo, in eorum numerum me referre, qui ex privatis miſſi ſunt. Neque enim quæſtura vim ullam attulit, ut mitterentur; nam æque miſſi fuiſſent, ſi omnino Quæſtores non fuiſſent. Siquidem extra ordinem miſſi ſunt, alter Senatoſconſulto, alter plebiſcito; nam Piſonem Senatus, Catonem Clodius amandare à Republica per ſpeciem B honoris voluerunt; ut Salluſtius, & Aſconius prodidere. Senatuſconſulto autem, & plebiſcito omnia jura, nihil Quæſturæ debuerunt. Miror autem, cur non probaris, his lege curiata imperium eſſe tranſmiſſum; cum ego Senatuſconſulto, aut plebiſcito tantum id ipſos obtinuiſſe ſcripſerim, ac legem curiatam ab his omnino repulerim.

CAP. XIV.

An Proconſules, & Proprætores, qui ex privatis ad bella miſſi ſunt, ut cum imperio, ſic cum magiſtratu fuerint.

C HOc autem loco quæſtio exiſtit, quæ principium hujus diſputationis attingit, an, qui ex privatis ad bella mittebantur cum imperio, aut Conſulari, aut Prætorio, magiſtratus eſſent? qua de re in priore reſponſione meam ipſe opinionem his verbis expoſui: „ Hos, atque ejuſmodi alios magiſtratus fuiſſe nego, cum imperio fuiſſe dico, ſed tamen non lege curiata accepto; magiſtratus non fuerunt, quia neque auſpicium, neque judicium habuerunt, auſpicium non habebant, quia à populo non acceperant, ut teſtis eſt Cicero in libris de Divinatione; nam præter Scipionem reliqui omnes tributis comitiis, quæ erant inauſpicata, imperium D acceperunt; judicium autem non habebant, quia provinciam, in qua jus dicerent, non habebant; *& poſt*: Proconſules, & Proprætores, alii in provincias ad jus dicendum, & bellum, ſi res tuliſſet, gerendum miſſi ſunt, qui magiſtratus fuerunt, ut Cn. Pompejus Procoſ. in Aſiam, alii vero ad bellum tantum, & hi magiſtratus non fuerunt, ſed cum imperio fuiſſe dicti ſunt, ut P. Scipio Procoſ. in Hiſpaniam; de quo Livius: Magis eſt tentata triumphi ſpes, quam petita pertinaciter, quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat. Hæc autem incredibile dictu eſt, quibus modis E oppugnes. Primum enim, quia Livio fidem abrogare non potes, confugis, ut ſoles, cum laqueis te expedire non potes, ad diſtinctionem, & alios magiſtratus primarios fuiſſe ais, alios primariorum vicem gerentes. Scipionem autem rem geſſiſſe ſine primario magiſtratu. Verum heus tu, quis eſt iſte primarius magiſtratus? nempe is, qui judicium, atque auſpicium habet? Scipio vero ſi auſpicium habuit, quia novo, & ſingulari exemplo centuriata lege imperium in Hiſpaniam accepit, certe judicium, ideſt juriſdictionem civilem non habuit, ſed tantum imperatoriam; itaque dempto jure imperatorio, qui-

bus

bus jus diceret, non habebat; id quod, ſi magiſtratum habuiſſet, habiturus erat; habuiſſet autem magiſtratum, ſi aut Conſul in urbe, aut Proconſul, ſive Prætor in provincia fuiſſet; at ille tantum erat imperator in bello, uſque adeo ut ſolis militibus, & iis, qui cum militibus, lites contractas haberent, jus dicere poſſet; quod jus à principio imperium proprie, non magiſtratum vocarunt; unde dixit Livius de Lentulo, qui pariter ex privato in Hiſpaniam miſſus erat: „ Negabat „ Senatus, ſe exemplum accepiſſe, ut qui „ neque Dictator, neque Conſul, neque Præ„ tor res geſſiſſet, triumpharet; Proconſule „ illum provinciam Hiſpaniam, non Conſu„ lem, aut Prætorem obtinuiſſe; ex quibus concludi poteſt, Proconſulem, ex privato lectum, ſine magiſtratu fuiſſe. Agis inde contra auſpicia, & judicia, quibus hos carere propoſui, ac locum Ciceronis de Divinatione aliter, quam ego, exponis; eſt autem hic: „ Dejotarus auſpiciis ſemper utebatur, nos, „ niſi dum a populo auſpicia habemus, quam „ multum iis utimur? bellicam rem admini„ ſtrari majores noſtri auſpicato voluerunt; „ quam multi anni ſunt, cum bella à Pro„ prætoribus, & Proconſulibus adminiſtren„ tur, qui auſpicia non habent? itaque nec „ amnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio „ auſpicantur. Cum autem dicat Cicero, Proconſules, & Proprætores bella geſſiſſe, qui auſpicia non habent, tu exponis, eos accepiſſe quidem jus auſpiciorum, ſed uti noluiſſe; ô præclarum interpretem; jamdudum Proconſules bella gerunt, qui non habent auſpicia, quæ accipiuntur a populo; id eſt, habent quidem auſpicia, ſed non utuntur; nam quod inquis, eos habuiſſe, quia Scipio habuit, plane infirmum eſt. Scipio enim ſolus centuriatis comitiis lectus eſt, reliqui omnes tributis; ergo reliqui non habuerunt, quia non acceperunt; neque enim aut centuriatis, aut curiatis, ſed tributis imperium acceperunt, quæ ſola erant inauſpicata; quare pervertiſti ſententiam Ciceronis, dum exponere voluiſti, cum *Habere* idem eſſe dixiſti, quod *Uti*; *non habere* idem, quod *habere ſed non uti*; quo nihil ineptius. Mihi vero dubium non eſt, quin Proconſules, & Proprætores, qui ex privatis miſſi ſunt, auſpiciis caruerint, quod tributis comitiis lecti ſint; nam ſi auſpicia habuerunt, qui ea acceperunt à populo, *curiata vero lex remanſit tantum auſpiciorum cauſſa*, certe, qui legem curiatam non habuerunt, auſpicia non habuerunt; habuerunt autem ſoli magiſtratus, & qui ex magiſtratibus miſſi ſunt. Itaque Cicero cum Proconſules, & Proprætores bella gerere, qui auſpicia non haberent, dixit, certe, non qui ex magiſtratibus, ſed qui ex privatis profecti ſunt, accepto per plebiſcitum imperio, intellexit. Hic tu L. Martium oppoſuiſti, quem cum milites ex privato ducem legiſſent in caſtris, atque ipſe ſe Proprætorem appellaſſet; queſtus apud Livium Senatus erat, *rem mali exempli eſſe, imperatores legi ab exercitibus, & ſolemne auſpicatorum comitiorum in caſtra, in provincias transferri*. Quod ego ita interpretor, queſtum Senatum, quod cum Proprætores legi ſolerent ex Proprætoribus imperio auſpicato per legem curiatam accepto, Martius creatus eſſet ex privato imperio lege inauſpicata accepto; tu vero addis, quod Martius non à populo, ſed ab exercitu

A imperium accepiſſet; quod non improbo, ſed id ſolum Senatus querelam expreſſiſſe non puto; quoniam ſi ita eſſet, non erat, cur Livius diceret, *ſolemne auſpicatorum comitiorum*; ſed ſatis habuiſſet dicere, *ſolemne comitiorum*. Quod autem dici, vix quenquam inveniri, qui ante Scipionem, qui Martio ſubmiſſus eſt, ex privato imperium acceperit, noli putare, me omnino nullos intellexiſſe, verum admodum paucos; exemplum autem, quod ipſe T. Quinctii affers, non eſt ſimile Martio, cum ipſe ſit non ex omnino privato, ſed ex Conſule Proconſul ſubſidio caſtris miſſus, ut inquit Livius; multoque minus me exiſtimare, ſi qui ex privatis Proconſules facti
B ſint, auſpicatis comitiis eſſe creatos; teneo enim illud Ciceronis, *Proconſules bella geſſiſſe, qui non haberent auſpicia; non habuiſſe autem, quia à populo non accepiſſent*; non accepiſſe vero, quia tributis comitiis, id eſt, plebiſcito lecti eſſent; verum uſque adeo parum ſæpe ante Scipionem eam lectionem uſurpatam, quæ poſt eum frequentata eſt fere quotannis, cum opus fuit, ut Senatus doloris, atque iræ plenus rationem Martii habendam non eſſe cenſuerit, ſimulque imperatorem, & ex privato legi, & inauſpicato legi, & à militibus in caſtris legi, conqueſtus ſit. Hactenus de auſpiciis; de judicio vero quod dixi, reſpondes, ſatis te oſtendiſſe, quemadmodum
C locus Ciceronis de Legibus, ubi de judicio magiſtratuum ſancit, male à me ſit intellectus; quod quam feliciter feceris, aliorum volo eſſe, non tui judicium. Addebam, Proconſules hoc judicium non habuiſſe, quia provinciam, in qua jus dicerent, non habebant; contra tu T. Flamininum profers, qui Proconſule in Macedonia jus dixit, & P. Scipionem, qui in Hiſpania, antequam utraque provincia facta eſſet; neque vides, exempla eſſe diſſimilia, quia Flamininus non ex privato, ſed in Conſulatu miſſus eſt; & uterque, ut Imperator jus dixit, non ut Proconſul, atque uterque militibus & ſociis, qui cum militibus litigarent, quod ad imperatorem attineret, jus dixit.
D
Tu vero hos & magiſtratus eſſe, & appellari vis; idque probas hoc pacto: *Magiſtratus eſt, cui data eſt facultas imperandi; at ii, qui cum imperio eſſe dicuntur, cum facultatem habuerint imperandi, magiſtratus quoque fuerint, neceſſe eſt*. Cui ego. Qui cum imperio eſſe dicitur, aut eſt cum poteſtate imperandi quocunque modo ad jus dicendum, aut cum poteſtate imperandi exercitui, ad bellum gerendum: illo modo magiſtratum vere eſſe, hoc vero imperatorem; fieri tamen poſſe, ut idem ſit & magiſtratus, & imperator; verum magiſtratus comitiis centuriatis; imperator, ordine lege curiata, extra ordi-
E nem plebiſcito, aut Senatuſconſulto. Adjungis in eandem ſententiam: *Privatum eſſe, & in magiſtratu eſſe contraria ſunt*; item: *privatum eſſe, & in imperio eſſe contraria ſunt; ergo idem eſt in magiſtratu eſſe, & in imperio eſſe*. Quo argumento nihil dico eſſe poſſe infirmius; ſume enim alias voces, vitium facilius videbis. Acutum eſt contrarium gravi, ut vox acuta gravi; ergo acutum, & grave ſunt idem; nihil minus; quid igitur? nempe, ut inquit Ariſtoteles in Topicis, ergo acutum duo ſignificat, unum, quod opponitur obtuſo; alterum, quod gravi; ſic ex tua argumentatione, ergo privatus duos ſignificat,

unum,

Digitized by Google

unum, qui opponitur magiſtratui, alterum, qui imperatori; ex quo apparet, in magiſtratu eſſe, & io imperio eſſe, non aliter differre poſſe, quam obeuſum, & grave; ecce enim: Legatus Proconſulis non eſt privatus, quia eſt oum imperio; & tamen noo eſt magiſtratus, ot to ipſe defiois alio loco: an vero ptoprerea eſt imperator? nequaquam; quia non ſuis aoſpiciis rem gerit, ſed imperatoris ejus, cujus eſt legatus. Ex quo intelligi poteſt, quæ tu tam multa tuo more affers, ut probes, privatum eſſe oppons ipſi in imperio eſſe, vel cum magiſtiatum, vel cum imperium miliiare ſignificat, & propterea idem eſſe magiſtratum, atque imperium militare concludis, inania prorſus eſſe, atque noo neceſſario. Adjungis inde auctoritates aliquot, quibus doces, qui cum imperio io provinctis fuerunt, magiſtratus appellatos eſſe, ex eoque colligis, imperium idem eſſe, ac magiſtratum; ad quas ſic reſpondeo. Ex Livii, & ceterorum, quos tu non neceſſario tam multos collegiſti, aoctoritate, qui cum imperio eraot, ut Proconſules, & Proprætores, vocabantur magiſtrarus, contra ex ejuſdem Livii, & aliorum, quod tu non negas, auctoritate, iidem ſine magiſtraru eſſe dicuntur; ergo aut magiſtratos, aut tempora diſtioguenda ſunt. Nam ſi quicuoque negotium publicum geſſit, aut publice imperavit, aut quocunque modo jus dixit, eſt magiſtratus, certe Proconſules, & Proprætores in bellis ſunt magiſtratus. Sin autem, qui non aut civibus Romanis, aut ſociis jus dixit, quæ juriſdictio vere magiſtratum conſtituit, non eſt magiſtratus, profecto magiſtratus non ſunt; eademque ratione ſi prima tempora tepetemus, Proconſoles, & Proprætores magiſtratus eſſe negabimus, ut etiam Tribunos plebis, ſi poſtrema, fortaſſe non recuſabimus.

Quod autem exemplum eorum, qui ad bellom gerendum, & jus dicendum ex privatis in provincias miſſi eſſent, protuli Pompejum, cum Aſiam obtinuit, & bellum Mithridaticum; qui vero ad bellum tantum, P. Scipionem, cum Hiſpaniam; utrunque reptehendis; primum enim inquis, *neminem hiſtoricum ſcripſiſſe, legem Maniliam de alia re fuiſſe, quam de bello Mithridatico Pompejo demandando*; quod mihi permirum accidit; ob litus enim videris, Pompejom Lucullo ſucceſſiſſe, cum ex Conſulatu Aſiam obtinuiſſet; deinde Plotarchum, & Dionem oſtendis te non legiſſe, qui produnt, legem Maniliam latam, ut Pompejus proviociam, cui Lucullos præfuiſſet, obtineret, & præterea Bithyniam, quam Glabrio, & Ciliciam, quam Marcius obtinebat, haberet, ut Mithridati bellum faceret; ac legi primum repugnatum eſſe, quod Marcio, & Glabrioni ante tempus imperium finiretur. Quare neque in Aſia, neque in Bithynia, neque in Cilicia fuit Pompejus, ut in alienis provinciis, ſed ut io ſuis, ita ut ibi jus dicere, & bellum gerere potuerit. Deinde vero Scipionem confiteris ſine magiſtratu quidem fuiſſe, ſed ſine magiſtratu urbano; quod cum ſit, ut opinor, idem, atque ſine magiſtratu primario, ut alio loco reſpondiſti, ſatis ſupra refutatum eſſe, exiſtimo.

Ut porro probarem, cum imperio eſſe, & cum magiſtratu eſſe, inter ſe differre, proferebam verba Svetonii io Tiberio: *Neminem cum imperio, aut magiſtratu tendente quoquam, quin Rhodum diverteret*; quibus verbis magiſtratus, qui imperatores eſſent, & qui non eſſent, intellexit; quos cum tu voces majores, & minores, haud longe à me recedis. Verum eodem etiam modo locutus eſt Ulpianus D. ad legem Juliam: *quo quis magiſtratus populi Rom. quive imperium poteſtatemve habet*. Præterea vero interpretabar: *Cum imperio eſſe*, in his eſſe idem, atque eſſe cum poteſtate belli gerendi, & exercitus habendi, non autem juris dicendi; idque apparere dicebam ex verbis Ciceronis: *Demus imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellum geri non poteſt; ſit Pro-Prætore eo jure, quo qui optimo*, cum perpenderem verba illa, *Demus imperium*, non ſine quo jus dici, ſed ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt; tu vero arripiens ſequentia: *Sit Pro-Prætore eo jure, quo qui optimo*, interpretaris, *optimo jure eſſe*, qui omnia jura Prætoria conſequutus ſit, quod eſt longe aliter; eſt enim hoc loco *optimo jure*, quod eſt in orat. de lege agraria, *optima lege*; cum inquit: *Si lex curiata non erit, tum ii Decemviri ſint, quo qui optima lege*; item: *Ut ſine lege curiata idem juris habeant, quod haberent, ſi optima lege à populo creati eſſent*, id eſt, ſi legitime creati eſſent. Cum enim Octavius Prætor non fuiſſet, juſte non poterat mitti Pro-Prætor; at cenſet Cicero, ut etiam ſi Prætor non fuerit, tamen optimo jure lectus fuiſſe dicatur; quod oſtendunt verba Senatusconſulti: *Senatui placere, C. Cæſarem Pro-Prætorem, Senatorem eſſe, ſententiamque loco Prætorio dicere, ejuſque rationem, quæcunque appetet, ita haberi, prout haberi lege liceret, ſi anno ſuperiore Quæſtor fuiſſet*. Præterea vero *ſine imperio exercitum haberi non poſſe* interpretaris, ſine publica Rempublicam gerendi poteſtate, ac ſine majore coërcendi poteſtate; neque iſtam tuam expoſitionem aperte à Cicerone repudiari ſentis, qui in iiſdem libris dixit: *Decrevi Cæſari imperium, quod quanquam videbatur ei ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti neceſſarium; quid eſt enim ſine imperio exercitus?* item: *Cæſari extraordinarium imperium non darem? aut exercitus adimendus, aut imperium dandum fuit; qui enim fieri poteſt, ut ſine imperio teneatur exercitus?* Hic ſi dicas, *ſine imperio*, id eſt, ſine majore coërcitione, quæ in lictoribus præferendis poſita fuit, rem certe novam, atque admirabilem dices Octavio duodecim lictorum poteſtatem à Senatu illo S. C. tantum eſſe permiſſam; ſi ſine publica adminiſtrandi auctoritate dicis, ut Cæſarem eo S. C. ex privato magiſtratum fecerint, quomodo extraordinarium imperium illud fuit, cum omnes ex privatis magiſtratus fiant? Extraordinarium enim illud in hoc fuit, non quod privatus factus ſit magiſtratus, ſed quod privatus factus ſit imperator: cum imperia magiſtratibus ordine mandarentur; neque enim ſi Cæſar ex Prætore Pro-Prætor miſſus ad bellum eſſet, extraordinarium imperium fuiſſet; ſiquidem extraordinaria imperia eodem loco vocat, quæ privatis mandata ſunt; ſic enim ait: *De Cn. Pompeji imperiis Tribuni pl. tulerunt; nam Sertorianum bellum à Senatu privato datum eſt, quia Conſules recuſabant, cum L. Philippus Pro-Conſulibus ſe eum mittere dixit, non Pro-Conſule*. Quod ſi tu hoc in loco imperia Cn. Pompeji magiſtratus Pompeji interpretaris, etiam tres Conſulatos compre-

hendas neceſſe eſt, de quibus Conſulatibus Tribuni non tulerunt, & ſi ibi imperia non ſunt magiſtratus, quia magiſtratus nominatim non mandatur, ſed imperium militare, profecto neque hoc etiam in loco; neque in illo in Verrem: *Cum nunciatum eſſet de Tempſano incommodo, atque inveniretur nemo, qui cum imperio in illa loca mitteretur*; neque enim Tempſanum illud incommodum reſarciri coërcitione potuit, quæ fiebat per lictores, ſed exercitu eguit, cui præeſſet imperator; item in illo altero in or. de provinciis: *Macedoniam terræ præſidia etiam ſine imperio per legatos nomine ipſo populi Rom. tuebamur*. Neque enim eſt veriſimile, Ciceronem dicere, Macedoniam eſſe retentam per legatos ſine imperio, id eſt, ſine lictorum coërcitione, ſed ſine duce, qui haberet imperium, & rem ſuis auſpiciis gereret, non autem alienis, ut legati.

Jam vero cum ego aliquando definiſſem, *Cum imperio eſſe*, in his Pro Conſulibus, & Pro-Prætoribus ſignificare, exercitui præeſſe, cujus quis eſſet imperator, hoc tu improbaſti in prima reſponſione, his verbis: „ Si in „ omnibus, qui in provincias mittebantur „ pariter, & eodem modo verum fuit, eos „ fuiſſe cum imperio; ita ut illud cum impe„ rio eſſe, una verbi ſignificatione in omni„ bus illis acciperetur, verum profecto non „ eſt, illud cum imperio eſſe, ſignificare „ exercitui præeſſe, cujus quis ſit imperator; „ permultos enim legimus provincias Conſu„ lares, aut Prætorias obtinuiſſe cum impe„ rio, quibus tamen nullus exercitus, cui „ præeſſent, decretus erat; cur enim in pa„ catas provincias, & quibus nulla eſſet belli „ ſuſpicio, mitteretur exercitus? poſt autem cum ego de te quæſiſſem, quomodo poſſet aliquis eſſe imperator exercitus, qui non præeſſet exercitui, reſpondiſti: „ quia multi „ exercitui præfuerunt, cujus tamen impera„ tores proprie dici non poterant, ut qui „ caſtris, aut provinciæ præficiebantur à „ magiſtratu; & tamen cum tam diſſidentes inter ſe reſponſiones afferas, me tua pervertere, atque calumniari quereris. Itaque cum in ſuperiore poſtulans reſponſione, oppoſuiſſes, Conſules eos, qui Sylvas, & Calles provinciam ſortiti eſſent, atque eos cum imperio quidem, ſed ſine exercitu eam provinciam obtinuiſſe dixiſſes, ego vero Taciti locum objeciſſem, qui lib. IV. ſcribit: „ Curtium, „ cui provincia vetere ex more calles eve„ nerat, claſſiariorum copia conſcripta, ſer„ vilem conjurationem compreſſiſſe; reſpondiſti, me errare toto cœlo; quia Curtius ille Quæſtor fuerit, non Prætor, eumque rem extra ordinem peregiſſe; neque intellexiſti, ſi Quæſtor, atque extra ordinem hoc ille fecit, multo magis Prætorem ordine facere potuiſſe; niſi vero cum inquit Suetonius *datam operam, ut Callis, & Sylvæ provincia futuris Conſulibus decerneretur*, eos imperatores futuros non putas, quia exercitum ſecum Roma non eduxiſſent, aut in provincia non accepiſſent. Quod autem Quæſtorem, de quo loquitur Tacitus, ordinarium Quæſtorem fuiſſe conjicis, qui vectigalia illa exigeret, neſcio quam vere id facias, ac non potius Quæſtor fuerit Prætoris ejus, qui eam provinciam haberet; ut enim Quæſtor dabatur eis, qui ceteras provincias ſortiti eſſent, ſic et, qui Calles, & Sylvas; neque enim dixiſſet: *Erat in iis regionibus Curtius Quæſtor cui provinciæ vetere ex more Calles evenerat*, ſi de ordinario Quæſtore, qui quotannis in eas regiones mitteretur, intellexiſſet; ſed ſignificat, renovatum eo anno morem antiquum in Calles mittendi Prætores cum Quæſtore. Quare quod ille conſcripſit claſſiarios, & compreſſit conjurationem, feciſſe videtur ex imperio non magiſtratus ſui, ſed Prætoris ſui, ipſo abſente fortaſſe Prætore, ut alii multi, quorum te exempla non fugiunt. Quod autem occurris, *Conſules, qui in Sylvas provinciam proficiſcuntur, profecturos quidem cum imperio, ſed non militari, verum cum poteſtate coercendi, quæ neceſſitatem afferat, & ſi in his imperium poteſtatem militarem non ſignificet, neque etiam in ceteris ſignificaturum*, cum eſt abſurdum, tum doctrinæ tuæ contrarium; ſiquidem lib. III. cap. II. de Comitiis ita ſcribis: *At enim neminem Prætorio, aut Conſulari imperio in provincia fuiſſe, qui belli gerendi poteſtatem non habeat, dubitari non poteſt*. Ex quibus intelligo, te non quidem cœlo toto errare, quod proclive eſt, præſertim non contemplanti, ſed domi tuæ te errare, atque in ipſis doctrinæ tuæ ſedibus hoſpitari. Ego vero eos cum imperio militari fuiſſe dico, exercitum actu habuiſſe, non aſſero; idemque dico de iis, quibus paludes ſiccandæ datæ ſunt, quod de Sicinio adverſus locuſtas cum imperio miſſo dixi; nec tam provinciæ, quam hominum habitam eſſe rationem, ne deteriore jure eſſent, quam ceteri Proconſules ſolerent. Etenim ſi Conſules jus militare haberent, ut tu cenſes, injuria eis fieret, ſi, cum Proconſules mitterentur, id juris eis adimeretur, quod potius adaugendum eſſet. Quamobrem miror, cur tu dicas, Sylvas provinciam minimi negotii à Suetonio appellari, quæ ſine exercitu poſſit obtineri; non enim eos juſto exercitui acta præfuiſſe, ſed jus exercitus habendi habuiſſe volo. Ceterum quod dixi de Sicinio Prætore deſignato cum imperio adverſus locuſtas miſſo, quam comice dii boni exagitas? quam lepidus in hoc, & non ſine aculeo facetus videri cupis? de bello Prætorio contra locuſtas; de triumpho de locuſtis; noſti locum; ſcilicet indignum eſſe concludis, adverſus locuſtas miſſum eſſe imperatorem; decorum autem, miſſum eſſe magiſtratum populi Romani; nam imperium ibi interpretaris majorem coërcendi poteſtatem; quaſi vero expeditio in locuſtas convenientior magiſtratui populi Romani futura fuerit, quam imperatori. Ego vero, cum Sicinius Prætor deſignatus miſſus ſit extra urbem, cum maximo miſſum eſſe imperio arbitror; maximum autem eſt militare, quippe ſine provocatione, non quidem ut locuſtas bello perſequeretur, ſed ut homines nec obedientes non ſolum coërcere, ſed etiam armorum terrore cogere poſſet.

Cum autem conceſſiſſem, qui in pacatas provincias miſſi eſſent, exercitum actu non habuiſſe, ſed jus comparandi habuiſſe, atque idcirco Legatos, Tribunos militum, Præfectos, & cohortem Prætoriam aliquam ſecum duxiſſe, eique præfuiſſe, hæc tu omnia verberare aggreſſus es, ſed ita tamen, ut via me attigeris. Nam quod Cn. Pompejum affers, qui, cum Præfectus eſſet annonæ factus cum imperio Proconſulari, exercitum non habuerit, ſed jure tamen parare potuerit, ſi opus eſſet, totum eſt à me. Neque enim diverſa facio, habere exercitum, & poſſe ſine

ulla

Digitized by Google

ulla nova lege habere; eadem enim eſt auctoritas, idem imperium; nam qui actu imperat exercitui, & qui cum libet, imperare poteſt, idem eſt imperator. Quod autem Legatos negas habuiſſe in uſum rei militaris, quia Legati publici miniſterii adjutores fuerint, non me lædit, dummodo Legatos habuerint, quorum opera, ſi uſus foret, ut in jure dicundo, ſic in re gerenda uti poſſent. Quod Tribunos militum negas habuiſſe, quia exercitum non habuerint, reſpondeo habere potuiſſe in eum uſum, ut ſi res armis gerenda eſſet, ne Roma evocare eos neceſſe haberent. Nam quod inquis, *Tribunus militum eſt Græce χιλίαρχος, id eſt, qui mille militibus præeſt: ergo ubi milites mille non fuerant, Tribunus eſſe non poterit*; perinde eſt, ac ſi dicas, Prætor eſt, qui præeſt exercitui; non eſt exercitus, ergo non eſt Prætor; item, tribus dictæ, quod à principio tres fuerunt; ergo poſtquam triginta quinque factæ ſunt, non fuerunt tribus. Quare ut in tota hac diſputatione vacillas, ſic de Tribunis militum perverſe ſentis, ac præcipis. Inquis enim, *Tribunos militum, qui quatuor legionibus præeſſent, à populo creari ſolitos; ſi aliæ legiones ſcriberentur, illis à magiſtratibus præpoſitos fuiſſe Tribunos, qui dicerentur Rufuli*; cur autem perverſe? quia qui ordinariis legionibus præfuerunt, non minus magiſtratuum aliquando beneficio, quam populi ſuffragiis id aſſecuti ſunt; audi Livium anno urbis CCCXCI.: *Cum eo anno primum placuiſſet, Tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri, (nam & antea ſicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores faciebant;) Torquatus ſecundum locum in ſex tenuit*; & anno CCCCLII.: *Tulerunt Tribuni plebis, ut Tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones à populo crearentur, quæ ante per quam paucis ſuffragio populi relictis locis Dictatorum, & Conſulum ferme fuerant beneficia*. At Cicero, inquis, in Prætura Verris, Legatorum, & Quæſtorum ejus meminit, Tribunorum militum non meminit; optime; cur non meminit? *quia non habuit*, inquis. O rem ridiculam! Verres bellum fugitivorum geſſit, ut inquit in ſeptima Cicero, ergo ſolus geſſit; quo modo ſolus? quia non habuit exercitum; quam ob rem non habuit exercitum? quia non habuit Tribunos militum. Ecce tandem aliquando imperator ſine exercitu, quem tu tanta cura exquiris, & inveniri poſſe negas. Sed hoc ferendum. Cum Verrem Prætorem cohortem prætoriam habuiſſe inficiari non poſſes, eo delapſus es, ut dicas, cohortem prætoriam non ex armatis militibus, ſed ex domeſticis convictoribus, & neceſſariis apparitoribus conſtitiſſe; quorum utrumque falſum: audi Feſtum: *Prætoria cohors eſt dicta, quod à Prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, & cetero munere militiæ vacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent*; & Ciceronem de Quæſtore Verre: *Dedi ſtipendio cohortis Prætoriæ*. Ex quo apparet, Scribas, Præcones, & alios Miniſtros ejuſmodi improprie ex cohorte Prætoris dictos, quod ipſe ſignificavit in epiſtola ad fratrem: *Quos vero aut ex domeſticis convictoribus, aut ex neceſſariis apparitoribus eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Prætoris appellari ſolent*, nimirum eos appellans non ex cohorte Prætoris, ſed *quaſi ex cohorte Prætoris*; ex quo efficitur, cohortem Prætoris proprie ex militibus conſtitiſſe, improprie ex miniſtris, & apparitoribus Prætoris: Ciceronem vero ad contumeliam Verris cohortem ejus totam ex humilibus apparitoribus potius, quam ex militibus conſtitutam ſignificaſſe. Quod autem addis, non cohortem Prætoriam argumentum poteſtatis bellicæ adminiſtrandæ fuiſſe, ſed quod Prætores claſſem ex fœderis formula imperarunt, & præſidii cauſſa habuerunt, ut de Flacco Aſiæ Prætore dixit Cicero, id totum alienum eſt; neque enim Flaccus, ut imperator ex fœdere claſſem imperavit, ſed ut Prætor. Ut enim Prætor urbanus Romæ civilis juris erat cuſtos, ſic Proconſul in provincia provincialis; quod ſi ille ex fœdere imperavit, fecit id, quod erat in jure; quod idem de Verre judicandum eſt, qui naves Siculis imperavit.

Addis poſtremo, *ubi non eſt bellum, non eſt imperator, in pacatis provinciis non eſt bellum, ergo neque imperator, & tamen eſt aliquis cum imperio, quare eſſe cum imperio non eſt eſſe imperatorem*. O plumbeum pugionem. Ubi non eſt bellum, non eſt fortaſſe imperator, qui actu præſit exercitui, at eſt, qui, ſi opus ſit, præeſſe poteſt; fruſtra enim imperium accepiſſet, ac paludatus exiſſet. Tales autem alia ratione Pro-Conſules dicti ſunt, alia Imperatores; Pro-Conſules, ut jus dixerunt, imperatores, ut rem bellicam adminiſtrarunt, aut jus adminiſtrandi habuerunt. Quid ergo tandem conſtituis? operæ pretium eſt audire: *Qui cum imperio in provincias profecti ſunt, magiſtratus fuerunt, non autem qui magiſtratus fuerunt, etiam cum imperio omnes fuerunt; ſiquidem Quæſtores*, inquis, *magiſtratus fuerunt, verum ſine imperio*. O præclarum decretum, & undequaque veriſſimum! at legati non ne cum imperio fuerunt, & tamen, te auctore, magiſtratus non fuerunt? & Quæſtores ipſi non etiam cum imperio fuerunt, cum coërcendi poteſtatem habuerint, quam tu vocas imperium? ſiquidem Quæſtores provinciales lictores cum faſcibus præiverunt; ut oſtendit Cicero in Verrem? „ Quæſtores „ utriuſque provinciæ, qui iſti Prætori fue- „ rant, cum faſcibus mihi præſto fuerunt. Quæ ſi ita ſunt, profectò ad id nos rediſſe ſentis, quod ab initio tractare cœpimus, & in quo hujus diſputationis ſumma verſatur, imperatorem longe eſſe à magiſtratu diverſum, neque imperium in magiſtratu ipſo eſſe incluſum. Qua de re quoniam jam bis ab utraque parte, quaſi comperendinata cauſſa, eſt peroratum, reliquum eſt, ut aliquando tandem judices in conſilium ire patiamur, atque huic controverſiæ finem imponamus.

Hactenus mihi diſſeruiſſe videor de antiquo jure populi Rom. id eſt de civibus Rom. Latinis populis, Italicis, ac Provincialibus, dum populus Rom. idem gentium moderator, ac liber fuit. Nunc quoniam video, judiciorum rationem unam omnium maxime ad jus populi Rom. pertinentem, haud quaquam ſatis libris ſuperioribus illuſtratam, lumen aliquod orationis literarumque deſiderare, ſeparatim, quænam ea, florente potiſſimum Republica fuerit, quod ipſe obſervare potuerim, demonſtrabo.

Explicit Liber Tertius de antiquo jure Provinciarum.

CAROLI
SIGONII
DE JUDICIIS
LIBRI TRES.

AMPLISSIMO PRÆSULI
JOANNI BAPTISTÆ
CAMPEGIO
MAJORICENSI EPISCOPO

CAROLUS SIGONIUS.

C*Um omnes Romanæ diſciplinæ partes fructuoſæ, atque frugiferæ ſunt*, JOAN. BAPTISTA CAMPEGI, *Præſul ampliſſime, tum nulla ad uſum, vitamque hominum aptior, atque opportunior ab hominibus judicatur, quam, quæ* de judiciis *appellatur. Etenim cum tota in ipſius obſcuritate juris aperienda eſt poſita, cujus conſtans, ac moderata obſervatio ſolidam omnino, ſinceramque civilem ſocietatem, ac concordiam continet, tum vero ejuſmodi eſt, ut cui ipſa ſit ratione diligenter, atque animo perluſtrata, is ſatis non ſolum ad Juriſconſultorum, ſed etiam ad Oratorum, atque Hiſtoricorum libros intelligendos inſtructus ſit; verum tam multis ſemper diviſionibus, tam multis definitionibus, tot formulis, tot actionibus, tot denique cujuſdam quaſi forenſis artis involucris fuit implicita, ut non eos ſolum vehementiſſime exercuerit, qui præcepta de illa tradere, ſed qui eam quoque ex præceptis illis voluerint exercere. Quod ſi ullis aliquando tenebris hæc obducta quæſtio fuit, ab eo præcipue tempore fuit, quo antiquæ judiciorum formulæ à Juſtiniano Imperatore abrogatæ deponi cœperunt; atque ipſa priſco more, atque inſtituto celebrari judicia deſierunt. Etenim dimiſſa veterum judiciorum tractatione ſimul & præclara illa, quæ in librorum Commentariis, & Legum tabulis verſabatur, diſciplina collapſa eſt; quæ ſi hoc tempore teneretur, maximum ſine dubio momentum ad eas, quas adhuc habemus, legum, & cauſſarum reliquias percipiendas, ac cognoſcendas afferret. Ut omittam, quod hæc ratio ignorata non minimam ſecum pulcherrimæ Romanorum Reipublicæ partis inſcientiam trahit, quæ in juſto recte, ac ſcite reddendo potiſſimum cernitur, & tetram caliginem multis Latine dicendi formis offundit, quibus incognitis Latina lingua maxima antiquæ ſuæ dignitatis, ac pulchritudinis parte orbatur. Itaque præclare veteres non tam ingenii, quam judicii copia, gloriaque præſtantes, ut ſummæ huic utrique laudi ſervirent, plurimos de juriſdictione, judiciis, & jure Prætorio Commentarios, quos nunc gravi injuria vetuſtatis amiſſos fruſtra deſideramus, non ſine maxima nominis ſui gloria reliquerunt. Hæc igitur cum ego animadverterem, qui nuper de antiquo jure populi Romani ſcribere multis libris editis inſtitueram, ſuſcepi onus omnium hac ætate graviſſimum, ut priſcam illam judiciorum Romana florente Republica rationem in præcepta, artemque conferrem, ac ſingulas in intendenda, atque excipienda actione, ipſoque judicio faciendo formulas aperirem, quas Imperiali conſtitutione conſtaret eſſe ſublatas; præſertim vero cum ad ea, quæ ceteri hac ætate in hoc genere pulcherrima peperiſſent, multa & ipſe afferre ex veteribus monumentis eruta, ac diuturno notata, ac collecta ſtudio, poſſem. Itaque rem totam complexus animo, univerſam in tres partes diſtribui; unam, in qua de privatis judiciis ſcripſi; alteram, in qua de publicis; tertiam, ubi, quemadmodum ipſa populi judicia fierent, demonſtravi; dedique operam, quoad potui, ut cum cetera diligentia, tum maxime accurata rerum, inſtitutorumque deſcriptione, & ordine plurimum diſcentium ingenia, ſtudiaque ad forenſem hanc laudem, judiciariamque dirigerem; quod juriſperitum neminem in tanta, quæ increbuit in omnibus jam civitatibus, copia adhuc ne tentaſſe quidem viderem. Hac vero ſcriptione perfecta, ſi modo perfici res tanta, ac tam difficilis poteſt, duplicem me laboris, induſtriæque meæ cepiſſe fructum animadverti, unum, quod me inſtitutum de jure populi Romani opus, attexto hoc non leviſſimo judiciorum additamento uberius, ac clarius reddidiſſe cognovi; alterum, quod occaſionem me nactum eſſe pulcherrimam ſenſi tui aliquo Scriptorum meorum genere appellandi, quod ex graviore, atque interiore diſciplina depromptum eſſet, & cum excellenti tuo judicio arrideret, tum præcipue etiam amplitudini conveniret. Quam rem jampridem avidiſſime cupiebam, non quidem, ut nomen tuum apud homines ejuſmodi, ut ferme fit, appellationis officio commendarem, ſed certe, ut hoc*

mu-

CAROLI SIGONII DE JUDICIIS LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Quæ privata judicia fuerint.

JUdicia (1) dicta ſunt, quæcunque aut magiſtratus ipſi jus dicentes decreverunt, aut judices à magiſtratu jus dicente dati de jure ſtatuerunt. Quoniam autem jus aliud privatum fuit, aliud publicum, propterea judicia alia privata, alia publica extiterunt; privata quidem de controverſiis, publica vero de criminibus conſtituta. (2) Unde dixit pro Cæcina Cicero: „ Omnia judicia aut diſtra„ hendarum controverſiarum, aut puniendo„ rum maleficiorum cauſſâ reperta ſunt. De utriſque quando agere nobis in animo eſt, prius de privatis dicamus.

Privata judicia fuerunt decreta, ſeu ſententiæ de controverſiis privatis, quæ aut magiſtratus ipſi, qui jus dicebant, aut judices à magiſtratibus jus dicentibus dati tulerunt, prout jure erat ſancitum. Ita fit, ut tota privatorum judiciorum tractatio quinquepartita diſputatione conſtet, controverſiarum, juris, jus dicentium, actionum, & judicum. Quæ ſi explicuero, tria ſimul etiam in hoc genere maxime neceſſaria aperuero, res, de quibus factum judicium fuit; perſonas, quæ fecerunt; & rationem faciendi.

CAP. II.

De controverſiis civilibus, ſive privatis.

CEterum cauſſæ, de quibus privata conſtituta judicia ſunt, lites, ſeu controverſiæ fuerunt, civiles, ac privatæ appellatæ; civiles quidem, quod aut jure civili comprehenſæ, aut à jure civili profectæ ſunt; privatæ vero, quod aut privatum quenque, non populum, nec Rempublicam attigerunt, aut quod privato tantum, cujus res ageretur, actio conveniret, non è populo cuicunque. Harum vero controverſiarum priſci juriſconſulti tripartitam attulere diviſionem. Quippe alias voluerunt ad perſonas pertinere, alias ad res, alias ad obligationes; (3) ut Juſtinianus in Inſtitutionibus ſcripſit, quem auctorem in hac diſputatione nobis, quoad fieri poterit, ſequendum ſuſcepimus. Quamobrem ex ejus auctoritate ſingulas breviter, ut ordine noſtra progrediatur oratio, demonſtremus.

CAP. III.

De controverſiis perſonarum.

IN controverſiis ad perſonas pertinentibus poſuerunt, quæ de liberis, ac ſervis, libertis, & patronis incidere lites potuerunt; itemque quæ de ingenuis, ac libertinis, de patria in filios poteſtate, de nuptiis, de adoptionibus, capitis diminutionibus, ac tutelis; de quibus, quod ad hunc locum pertinet, ſatis à nobis in primo de jure civium Romanorum eſt ſcriptum.

CAP. IV.

De controverſiis rerum.

RErum autem aliæ in patrimonio noſtro eſſe dictæ ſunt, aliæ contra. In patrimonio fuerunt res privatæ, nempe quæ abalienari pro arbitrio potuerunt. Extra patrimonium res ſacræ, religioſæ, ſanctæ, & publicæ. Sacræ dictæ, quæ per Pontifices (4) conſecratæ Deo ſunt, ut aræ, templa, donaria. Religioſæ, loca, in quæ illati mortui fuerant. Sanctæ, quæ ut inviolatæ eſſent, pœna propoſita cautum erat; veluti muri, & portæ urbis. Publicæ, quæ omnium hominum, ac gentium communes ſunt, ut aër, mare, littus; aut omnium alicujus civitatis civium, ut fora, baſilicæ, theatra. (5) Item res aliæ corpus habuerunt, aliæ corpore caruerunt. Habuere, quæ ſub ſenſum (6) ceciderunt, ut fundus, & domus; caruere, quæ

(1) Doctrinam, quam à Juſtiniano ſumſit Sigonius ad explicanda antiqua Romanorum Judicia, cùm omnino antiquitati illi non conſentiat, hic omiſſam ne Lector benevolus dedignetur. Ego quidem hanc operam numeris omnibus abſolutam huic loco adjungendam paraveram; verùm cum Tomus iſte mole ſua nimium excrevarit, coactus ſum locupletiorem meam Præfationem ad hos de Judiciis Libros, atque meâ ſolutione permagnæ illius Diſputationis inter Nicolaum Gruchium, & Carolum Sigonium de Binis Comitiis & Lege Curiata, ab hac ſua ſede removere. Vide igitur, quæ fuſiùs dicam cùm *de Binis Comitiis*, & *de Lege Curiata* alibi agam, ibique etiam habebis Faſciculum meum Rerum Romanarum, una cum aliis meis lucubrationibus tua curioſitate non indignis.

(2) Quomodo hic lapſus fuerit Sigonius, dixeram plenius in Præfatione, ut & multa alia, quæ commodiori loco enuntiabo.

(3) *Ad actiones* ait Juſtinianus §. ult. inſt. de jur. nat. gent. & civ., qui id ſumpſerat ex Cajo in lib. 2. ſuarum inſtitutionum, qui refertur in L. 2. D. de ſtat. hom.

(4) Quod de ſacris tradidit Juſtinianus, id à lege noſtra Evangelica, ritaque Chriſtiano ſumpſit Chriſtianus Imperator; ſacra Romana alia fuerunt.

(5) Confundit hic Author communia jure naturæ, publica jure gentium, publica univerſitatis nomine. Communia jure gentium ſunt: Aer, aqua profluens, mare: publica jure gentium litora maris, & fluminum ripæ: Publica universitatis nomine: theatra, ſtadia, & his ſimilia.

(6) Non hic recte definivit Sigonius res corporales: *quæ ſub ſenſum cecidiſſent*; cenſebantur enim omnes res mancipi, inter quas ſervitutes ruſticorum prædiorum continebantur. Res corporales potius quæ hoc vulgo verſu ſignificantur: *tangere enim, & tangi niſi corpus nulla*

quæ animo tantum comprehendi potuerunt, ut hereditas, obligatio, ſervitus. Item aliæ fuere mancipi, aliæ nec mancipi. Mancipi, teſte Ulpiano, vocarunt prædia in Italiæ ſolo tam ruſtica, qualis eſt fundus, quam urbana, qualis eſt domus; item, jura prædiorum ruſticorum, veluti viam, iter, actum, & aquæ ductum, item ſervos, & quadrupedes, quæ dorſo, collove domarentur, ſicuti boves, mulos, equos, & aſinos. Nec mancipi ceteræ res appellatæ. Acquiri vero aut ſingulas voluerunt, aut univerſas; ſingulas aut jure gentium, aut jure Quiritium; jure gentium, ut occupatione, captivitate, accretione, rei affectione, traditione, & ſervitute; jure Quiritium, ut mancipatione, uſucapione, in jure ceſſione. Occupationis jus erat ejuſmodi, ut quod nullius (7) eſſet, primum occupanti acquireretur; captivitatis, ut quæ ex hoſtibus cepiſſent, ſua fierent. Accretionis, ut quod alicui rei ſic accreviſſet, ut pars eſſet totius, ejus eſſet, cujus totum eſſet; atque hoc in alluvione, circumluvione, inædificatione, ſatione, pictura, ſcriptura, prætexta valere voluerunt. Rei effectio eam vim habuit, ut ſi ſpecies ex aliena re confecta ad priſtinam formam revocari poſſet, ejus eſſet, cujus erat res, quaſi materia non eſſet extincta; aut ſi ex utriuſque materia confecta eſſet, ejus, qui effeciſſet. Traditio venditionem, permutationem, legatum, donationem complexa eſt. Servitus dicta eſt, quod quis vel in re, vel ex re ſua alteri conſtituit; quæ duplex fuit, perſonarum, ut uſusfructus, uſus, habitatio; & rerum, ut ſervitutes prædiorum urbanorum, & ruſticorum: urbanorum, ut tigni immittendi, ſtillicidii recipiendi, vicinis luminibus non officiendi; ruſticorum velut iter, actus, via, aquæductus, hauſtus, & ejuſmodi alia. Reliqua tria mancipatio, in jure ceſſio, uſucapio quid eſſent, & quemadmodum jure Quiritium inter ſolos cives Romanos fierent, in primo de jure civium Romanorum demonſtravimus. Res porro per univerſitatem acquiri voluerunt, ſex modis, hereditate, fideicommiſſo, bonorum poſſeſſione, arrogatione, & bonorum emptione. Hereditas fuit ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit; eaque duplex fuit, teſtamentaria, & legitima. Teſtamentaria fuit juſta, & ſolemnis teſtatio mentis, ac voluntatis noſtræ de univerſo jure noſtro in aliquem, pluresve poſt mortem noſtram abalienando; atque in his de hereditatibus, legatis, & fideicommiſſis caverunt, & ſecundos, tertioſque heredes ſubſtituerunt. Legitima fuit, quæ ab inteſtato ex lege XII. tabularum delata fuit. Inteſtatus dictus fuit, teſtamento non facto, non jure facto, rupto, irritove facto, & ab herede deſtituto. Quod ſi quis inteſtatus moreretur, lex primum liberis, deinde agnatis hereditatem attribuit. Fideicommiſſa appellata, quæ fidei heredis, ut ea redderet, committebantur; ut ſi quid ei teſtator datum vellet, cui per leges capere non liceret; itaque non jubebatur heres, ſed rogabatur. (8) Horum autem duo genera; unum, quibus res ſingulæ, veluti veſtis, aut fundus relinquebantur; alterum, quibus univerſæ, ut hereditas, transferebantur, ut „ L. Titius heres eſto. Peto abs te L. Titi, „ ut meam hereditatem C. Sejo reſtituas. Bonorum poſſeſſio erat jus perſequendi, retinendive patrimonii, ſive rei, quæ cujuſque, cum moritur, fuit, ſolius prætoris beneficio inſtitutum; nam quia heredes prætor facere non poterat, bonorum poſſeſſionem pro ſuo jure cuique attribuebat. Earum vero multa genera fuerunt; de quibus poſt commodiore loco dicemus. Arrogatio quæ fuerit, ſupra dictum. Arrogatione vero bona ejus, qui arrogabatur, omnia præterea, quæ capitis diminutione pereunt, arrogatori pleno jure quærebantur. Publica bonorum emptio auctione conſtituta fiebat, cum debitoris alicujus latitantis bonorum poſſeſſio creditoribus à prætore conceſſa eſſet, eaque bona triginta dies ab iis poſſeſſa fuiſſent.

CAP. V.

De controverſiis obligationum.

SEquuntur obligationes; obligatio vero fuit juris vinculum, quo neceſſitate aſtringebantur alicujus rei ſolvendæ ex jure civili. Hæc triplex fuit, naturalis, civilis, mixta. Naturalis, (9) cum revera contracta erat, vel cum revera contracta eſſet, facto tamen aliquo, ſed ad juris civilis rationem non accommodato diſſoluta erat; ut ſi quis vi, metuve promiſiſſet, ſummo jure obligatus erat; & ſi creditor pactus eſſet, ſe nunquam petiturum, aut debitor creditoris poſtulatu juraſſet, ſe non debere. Mixta, quæ cum revera, & æquiſſime contracta eſſet, etiam à jure civili comprobata erat; ut ex mutuo, commodato, depoſito, empto, conducto; quin etiam obligatio bipartita fuit, civilis, & honoraria. Civiles dictæ, quæ ab aliqua juris civilis parte inſtitutæ, veluti lege XII. tabularum, ut heres legatario ſit obligatus. Honorariæ; quas vel prætores, vel ædiles in edictis ſuis inſtituerunt; veluti cum prætor bonorum poſſeſſionem creditoribus omnibus hereditariis obligavit. Item obligatio alio modo quadripartita fuit ex contractu, ex quaſi contractu, ex maleficio, ex quaſi maleficio. Contractus fuit negotium inter duos, pluresve data opera geſtum, ut vel uterque invicem, vel alter tantum alteri obligaretur. Contractus alii nominati, alii innominati. Nominati alii re parere obligationem dicti, alii verbis, alii literis, alii ſolo nudoque conſenſu. Re obligatio contrahebatur, cum ea non niſi re tradita, acceptaque, concipiebatur; ut in mutuo, commodato, depoſito, pignore. Mutuum (10) erat contra-

nullo poteſt rei. Res incorporales ſunt, quæ in mero jure conſiſtunt: dominium, hereditas, actio, ſervitus. Quamquam enim hæc corpora contineant, non tamen corpora ſunt, ſed jura, juris virtute conſiderata.

(7) Dum nec acquiri prohibitæ: nam res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, communes, & publicæ nullius ſunt, atque donec ita ſunt, acquiri non poſſunt.

(8) Ante Auguſtum fideicommiſſa nullo jure continebantur, nemoque invitus cogebatur præſtare id, quod rogatus erat; inſt. de fid. her. in princ.

(9) Reſtituere commentariis, quæ contra jus depravat Sigonius, pene infinita res eſſet. Cogor iterum monere, quod omnia orationem perpetua ego correxeram.

(10) Quam hic quoque lapſus ſit Author, nemo non videt, nam non uſus conceditur in mutuo, ſed dominium transfertur L. 2. D. de reb. cred. ſi cert. pet. idcirco ne mirere, ſi multa omiſſa invenies.

tractus, quo rerum, quæ pondere, numero, menſura conſtarent, uſus ita concedebatur, ut poſtea non eædem, ſed aliæ generis ejuſdem redderentur. Commodatum erat contractus, quo gratis alicujus rei uſus ita concedebatur, ut accipiens ſummam in ea ipſa reddenda diligentiam præſtare deberet. Depoſitum contractus, quo res aliqua ea lege apud alterum deponebatur, ut is dolum tantum, & nonnullam in ipſa reddenda culpam præſtare deberet. Pignus contractus, quo res aliqua creditori ea lege obligabatur, ut in illa ipſa, cum primum ei ſatisfactum eſſet, reddenda dolum, & levem culpam præſtaret. Verbis contrahebatur obligatio per ſtipulationem. Stipulatio erat interrogatio certis ſolemnibuſque verbis concepta, & apta, conſentaneaque reſponſio, veluti *ſpondes? ſpondeo dabis? dabo* De ſtipulationibus autem quatuor quærebantur; quæ perſonæ ſtipulatione vel obligare, vel obligari poſſent, quæ res in ſtipulationem deduci poſſent, quæ forma ſtipulandi eſſet, quod jus ſtipulationum exiſteret. Ad ſtipulationes autem pertinebant fidejuſſiones, quæ per ſtipulationem fiebant, & ut aliam obligationem confirmarent, inſtitutæ erant. Fidejuſſor erat, qui fide, aut periculo ſuo ſuadebat, ut id, de quo agebatur, fieret, quoniam ejus eventum præſtaret. Fidejuſſionis formula erat: *Centum à me Titio tu fide credita eſſe jubes? jubeo*. Jubebat autem ſua fide, qui auctor, ac ſuaſor erat, ut alteri quid crederetur. Fidejuſſio vero omni obligationum generi adhibebatur. litterarum obligatio ea erat, quæ per ſcripturam fiebat Neque tamen omnis, ſed præcipue ad nomina, quæ in tabulis accepti, & expenſi fiebant, contrahebatur. Itaque nominum obligatio ſæpe appellabatur, cum alicui quid expenſum ferebatur, id eſt, ſcribebatur in tabulis, aliquem alicui certam pecuniam expendiſſe. Obligatio ex conſenſu erat, quæ ſine rei traditione, ſine ſtipulatione, ſine nominibus, nudo conſenſu, ſolaque conventione contrahebantur; unde & inter abſentes, & inter ſurdos, ac mutos recte fiebant. Erant autem quatuor, emptio, locatio, ſocietas, & mandatum. Emptio, & venditio erat contractus bonæ fidei inter quos jure civili licebat, nudo conſenſu factus de re certa, certo pretio in perpetuum domini jure obtinenda; eaque in perſonis, rebus, forma contrahendi, & contractus jure conſiſtebat. Locatio contractus bonæ fidei de re aliqua certa mercede vel facienda, vel ad tempus utenda inter quos jure civili licebat, factus; atque in totidem partibus, quot emptio, erat poſitus. Quod ſi nulla merces conſtitueretur, ſed tantum, quantum inter eos conveniſſet, neque locatio, neque conductio, ſed actio præſcriptis verbis dicebatur. Societas erat contractus bonæ fidei de alicujus vel rei, vel negotiationis communione ſic inſtitutus, ut ejus & quæſtus, & damnum ad unumquemque communiter pertineret, cujus totidem, quot ſuperiorum, erant partes. Mandatum contractus bonæ fidei de eo, quod fieri ſine mercede conveniret, periculo mandatoris exequendo, inter quos jure civili licebat, factus, atque in hoc perſonæ, res mandata, forma mandati, & jus contractus conſiderabantur.

His etiam contractibus adjungere licet fiduciam, quæ juris civilis fuit. Erat autem fiducia ſpecies mancipationis, ut Boëtius ait; nempe quoties cui res aliqua mancipabatur cum eo, ut eam mancipanti remanciparet. Veluti ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipaſſet, ut ſibi, cum tempus, quod ſuſpectum eſſet, præteriiſſet, redderet, hæc mancipatio fiduciaria nominata, quod reſtituendi fides interponeretur. Livius lib. XXXII.: *Optimum ratus Corinthum Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, ut victori ſibi reſtitueret; ſi quid adverſi accidiſſet, ipſe haberet*. Itaque fiducia videtur fuiſſe contractus, quo fidem alicujus ſequuti rem ei aliquam dicis cauſſa mancipabant, ita dictus, quod nulla alia re, quam fide, ac probitate emptoris freti eam venditionem celebrabant. In ejus vero formula hæc verba fuere ſolemnia: *Ut inter bonos viros bene agi oportet*; &, *Ut ne propter te, fidemve tuam captus, fraudatuſve ſim*. Obligatio ex quaſi contractu erat, quæ neque ex contractu, neque ex delicto proprie naſcebatur, ſed quia rei privatæ negotium geſtum erat, ita appellabatur, ut ſi quis negotium abſentis, & ignorantis ſua ſponte, ac ſine mandato geſſiſſet, quæ Negotiorum geſtorum appellata. Contractus innominati erant quatuor, Do, ut des, Do, ut facias, Facio, ut des, Facio, ut facias. Do, ut des, cum id negotium geſtum erat, quod neque emptionis, neque ullius alterius nominati contractus nomine appellari poterat; ſed conventum erat, ut res pro re daretur; veluti in permutatione, & negotio æſtimatorio. Do, ut facias, cum id conveniebat fieri, quod locari non poterat; veluti, Ut centum aureos Sempronio dem, ut ſervum ſuum manumittat. Facio, ut des, is qui cum ſuperiore reciprocatur; veluti, ſi conveniſſet, ut ſervum meum manumittam, & tu mihi centum ſolvas. Facio, ut facias, cum neque gratis, neque mercede pecuniaria conſtituta quid fieri conveniebat, ſed, ut factum pro facto redderetur, veluti ut vicini bobus ſuis alternis diebus uterentur. Obligationes autem quatuor modis diſſolvebantur, ſolutione, acceptilatione, novatione, & delegatione; ſolutione, cum vel ea res, quæ debebatur, vel ſi modo creditor conſentiret, altera præſtaretur; nam invito creditori aliud pro alio ſolvi non poterat. Acceptilatio erat in tabulas acceptæ pecuniæ relatio. Novatio, prioris debiti in aliam obligationem transfuſio, atque translatio, quæ per ſtipulationem fiebat. Delegatio, alterius debitoris in ſuum locum ſubſtitutio: obligationes ex delicto, quæ ex delictis tantum privatis naſcebantur, furto, rapina, damno injuria dato, & injuria Furtum erat contrectatio fraudulenta lucrifaciendi gratia vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve, quod legi naturali prohibitum erat admittere; idque duplex, manifeſtum, & nec manifeſtum; manifeſtum, cum res in manibus furis, antequam deſtinatum in locum ferretur, deprehenſa erat; nec manifeſtum, cum fur in faciendo quidem deprehenſus non erat, ſed eum furtum feciſſe, negari non poterat. De manifeſto furto ſic in tabulis XII.: (11) „ Qui noctu furtum faxit, aut interdiu telo ſe defenderit, eum „ do-

(11) Leges XII. tabb. de furtis hic fuerunt, ſiquidem doctrinam furtorum omitto, quæ aliam operam requirit.

SI NOX FURTUM FAXIT, SI IM ALIQUIS OCCISIT, JURE CÆSUS ESTO.

„ domino cum clamore teſtificanti occidere „ jus eſto; ſi neque noctu, neque ſe telo defendens prehendatur, virgis cæſus ei, cui „ furtum fecit, addicitor; ſervus verberibus „ affictus de ſaxo dejicitor; impubes arbi„ tratu Prætoris verberator. Nec manifeſto vero ex lege XII. tabularum propoſita pœna erat dupli, & Prætoris edicto quadrupli. Rapina furtum erat illud quidem, ſed impudenter, & vi factum; itaque rapinæ & privatum, & publicum conſtitui judicium potuit; pœna propoſita fuit tripli. Damnum injuria datum à furto, & rapina fuit diverſum, quod illa lucrifaciendi cauſſa tantum, hoc damni inferendi cauſſa factum eſt; illa non ſine dolo, hoc per imprudentiam admiſſum. Injuria enim eſt non cavere quod caveri debuit, & potuit, ut is, qui eo loco jaculatur, ubi vel nulli, vel ſoli ſe milites exercere ſolent. Injuria demum erat, quæ aut pulſatione, aut convicio, aut turpitudine corpus, aures, aut vitam alicujus violavit, aut noſtram, aut alterius in contumeliam noſtram. De ea ſic in XII.: (12) „ Si injuriam alteri faxit, XXV „ æris pœna ſunto; ſi membrum rupit, niſi „ cum eo pacit, talio eſto. Si os fregit.... „ æris ſunto. Gellius libro XX. Juſtinianus lib. III. Prætores inde permiſerunt, ut paſſi injuriam pro arbitrio æſtimarent, ſecundum gradum dignitatis, & vitæ honeſtatem. Obligatio ex quaſi delicto erat, cum quis pœna aliqua multabatur quaſi deliquiſſet, cum tamen revera non deliquiſſet, ſed tantum in culpa eſſet, veluti ſi cujus ex cœnaculo dejectum aliquid eſſet.

CAP. VI.

De legibus judiciorum privatorum.

QUoniam autem diximus judicia privata decreta fuiſſe de controverſiis privatis facta, prout jure erat ſanctum; & unde natæ controverſiæ ſint, demonſtratum eſt; jam quæ juris partes fuerint, breviter indicemus; ex quibus vero de ſingulis controverſiis judicia facta ſunt, fuere leges XII. tabularum, leges aliquot poſt XII. tabulas, & edicta prætorum. (13)

Leges XII. tabularum, jus omne privatum complexæ ſunt, ut ſupra in libris de jure civium Romanorum eſt demonſtratum; atque infra, ut cujuſque rei dabitur occaſio, earum commemoratio repetetur. Leges poſt XII. tabulas, quæ quidem de jure civili fuerint, paucæ fuerunt, & leges XII. tabularum ſuppleverunt; fuere autem Furia, Voconia, Atinia, Atilia, Aquilia, & Falcidia. (14) „ *Furia*: Ne cui niſi manumiſſoris cognato, „ certiſque aliis perſonis ſupra mille eſſes „ legare, mortiſve cauſſa donare liceret. „ Quod ſi quis majorem ſummam ſibi lega„ tam accepiſſet, quadruplum ejus, quo plus, „ quam licebat, accepiſſet, redderet. *Vo*„ *conia*: Ne qui cenſus eſſet, virginem, neve „ mulierem ſupra quadrantem ſuorum bono„ rum heredem inſtitueret, pluſve cuiquam „ legaret, quam ad heredem, heredeſve „ perveniret; ne fœminæ ultra conſangui„ neos ab inteſtato ſuccederent. *Atinia*: Ut „ quod ſurreptum eſſet, ejus æterna aucto„ ritas eſſet, niſi in ejus, cui ſurreptum eſ„ ſet, poteſtatem reverteſſet. *Atilia*: Ut mu„ lieribus, pupilliſve tutores non habenti„ bus à prætore, & majore Tribunorum „ plebis parte darentur. *Aquilia*: Qui ſer„ vum, ſervamve, alienum, alienamve, „ quadrupedemve pecudem injuria occiderit, „ quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum „ æs dare domino damnas eſto. Ceterarum „ rerum præter hominem, & pecudem occi„ ſas ſi quis alteri damnum faxit, quod uſſe„ rit, fregerit, ruperit injuria, quanti ea res „ erit in triginta diebus proximis, tantum „ æs domino dare damnas eſto; adverſus in„ ficiantem in duplum actio eſto; ſi ſervus „ ſciente domino noxam nocuiſſet, dominus „ ſuo nomine ejus rei cauſſa teneatur. *Fal*„ *cidia*: Qui teſtamentum faciet, quantam „ cuique civi Romano pecuniam jure publi„ co dare, legare volet, jus, poteſtaſque „ eſto; dum ita detur, legetur, ut ne mi„ nus, quam quartam partem hereditatis ex „ eo teſtamento heredes capiant. De quibus legibus ingentia librorum volumina ſcripta ſunt, unde hæc non tradendæ rei, ſed ſignificandæ ſumpſimus, ut veterem in repetendo jure ſuo rationem oſtenderemus. His addere poſſumus ad extremum etiam legem Juliam privatorum judiciorum, cujus crebra eſt in Pandectis commemoratio; ea vero de actionibus fuiſſe præcipue exiſtimatur.

Edicta leges fuerunt, quas Prætores, & ædiles curules initio magiſtratus propoſuerunt; in quibus quo modo de ſingulis controverſiis jus dicturi in ſuo magiſtratu eſſent, cives admonebant. Erat enim eis permiſſum, ut à legibus ſcriptis diſcederent, &, quoniam non omnia comprehendi eis potuerant, eas adjuvarent, aut ſupplendo, aut corrigendo, ſi opus eſſet. Hæc autem primis temporibus in eum tantum annum valuerunt, quo is Prætor erat, qui propoſuerat; unde Cicero in Verrem, Edictum *legem annuam* appellavit. Verum cum Prætores paſſim ab edictis ſuis propoſitis recedere in jure dicendo conſueſ-

SI LUCI FURTUM FAXIT, SI IM ALIQUIS ENDO IPSO CAPSIT VERBERATOR, ILLIQUE CAI FURTUM FACTUM ESCIT, ADDICITOR.
SERVUS VIRGIS CÆSUS, SAXO DEJICITOR.
IMPUBES PRÆTORIS ARBITRATU VERBERATOR, NOXIAMQUE DECERNITO.
SI SE TELO DEFENSIT, QUIRITATO, ENDOQUE PLORATO: POST DEINDE SI CÆSI ESCINT, SE FRAUDE ESTO.
SI FURTUM LANCE, LICIOQUE CONCEPTUM ESCIT, ATQUE UTI MANIFESTUM VINDICATOR.
SI ADORAT FURTO, QUOD NEC MANIFESTUM ESCIT, DUPLIONE DECIDITO.
SIN JURI ALIENAS ARBORES CÆSIT, IN SINGULAS XXV. ÆRIS LUITO.
SI PRO FURE DAMNUM DECISUM ESCIT, FURTI NE ADORATO.
FURTIVÆ REI ÆTERNA AUCTORITAS ESTO.

(12) SI QUI INJURIAM ALTERI FAXIT, XXV. ÆRIS POENÆ SUNTO.
SI QUI PIPULO OCCENTASSIT, CARMENVE CONDIDISSIT, QUOD INFAMIAM FAXIT, FLAGITIUMVE ALTERI, FUSTE FERITO.
SI MEMBRUM RUPSIT, NI CUM EO PAICIT, TALIO ESTO.
QUI OS EX GENITALI FUDIT, LIBERO CCC., SERVO CL. ÆRIS POENÆ SUNTO.

(13) Dic Magiſtratuum, nam præter alios etiam Ædiles edicta proponebant.

(14) Innumerabiles alias leges de jure Civili latas fuiſſe ait Cic. pro Corn. Balb., quarum perſequendarum hic locus non eſt.

A fueſſent, C. Cornelius Tribunus pl. anno urbis DCLXXXVI. legem tulit, auctore Dione, ut Prætores ex edictis ſuis perpetuis jus dicerent, & quod ſemel Kalendis Januariis edixiſſent, id in toto præturæ ſuæ tempore obſervarent; qua lege, addit Aſconius, multum auctoritatis, & gratiæ ademptum eſſe ambitioſis Prætoribus, qui jus varie dicere ſolebant; fiebat autem, ut aut integra edicta ex ſuperioribus aliorum edictis, aut capita aliquot in ſua poſteriora transferrent, eaque translatitia nominata ſunt. Cicero in Verrem 1. „ Sed in re tam uſitata ſatis eſt „ oſtendere omnes antea jus ita dixiſſe, & „ hoc vetus edictum, translatitiumque eſſe. B Poſtremò autem Hadriano imperante Salvius Julianus Edictum ſcripſit ex omnibus ſuperiorum Prætorum Edictis conflatum; quod edictum Prætoris, edictum urbanum, & edictum perpetuum dictum eſt, in quo univerſum fere jus civile comprehendit. Ex eo inde omnes Prætores ſic mandante Hadriano jus dixerunt; de quo edicto Eutropius hiſtoricus, & Juriſconſulti omnes loquuntur.

CAP. VII.

De Prætoribus ſive de jus dicentibus.

Controverſiis cognitis ſequitur, ut de ma-
C giſtratibus jus dicentibus exponamus. Quod igitur jus ſingulis de controverſiis in legibus XII. tabularum, aut in iis, quæ poſt XII. latæ ſunt, aut in annuis edictis magiſtratuum aut civibus, aut peregrinis ſcriptum fuit, id civibus ipſis, aut peregrinis poſcenſibus reddiderunt magiſtratus ii, qui hanc poteſtatem à populo acceperunt. Ac qui jus quidem ſuum perſecuti ſunt, ii lege agere; qui jus reddiderunt, ii jus dicere dicti ſunt. Unde illa poteſtas Legis actio, hæc juriſdictio appellata. Ut autem lege agere fuit aliquid ex iis, quæ legibus, aut edictis inſtituta erant, in jure perſequi, ſic jus dicere fuit reddere ea jura, quæ legibus aut edictis con-
D tinerentur. Jus autem hoc primum dixere Reges, deinde Conſules, & qui cum poteſtate Conſulari fuerunt, poſtremo Prætores, & Ædiles curules. De jure dicto à regibus Dionyſius in Romulo, & Tullio aperte ſcripſit, & Livius ſubſignificavit in Priſco, cum ipſo vulnerato Tanaquilem reginam ſic fecit loquentem: „ Interim Ser. Tullio jubere po„ pulum audientem eſſe eum jura redditu„ rum, obiturumque alia regis munera eſſe. De Conſulibus præter Dionyſium Livius idem docuit libro II. „ Appius Conſul de pecuniis „ creditis jus quam aſperrime dicere; & alibi: „ Quod de credita pecunia jus non „ dixiſſet. De Decemviris Conſularibus Dio-
E nyſius eum Livio libro III. „ Decimo die jus „ populo ſingulari reddebant. *Item*: Appius „ dixit, ſe eo die neque jus dicturum, ne„ que decretum interpoſiturum.

Poſt autem, ut ſcribit Pomponius, cum Conſules avocarentur à bellis finitimis, neque eſſet, qui in civitate jus reddere poſſet, factum eſt, ut Prætor quoque crearetur, qui jus in urbe diceret. Poſt aliquot deinde annos non ſufficiente eo Prætore, quod multa turba peregrinorum ad jus petendum in urbem veniret, creatus eſt & alius Prætor. Ita Prætores duo facti, unus, qui civibus, alter, qui peregrinis jus diceret. Unde ille urba-
A nus, hic peregrinus vocatus. Scribit idem Livius, nempe anno CCLXXXVI. plebem nobilitati conceſſiſſe de Prætore uno, qui jus in urbe diceret, ex patribus creando, eumque jura reddidiſſe, & collegam Conſulibus datum, iiſdemque auſpiciis creatum eſſe; atque eodem anno ædiles duos curules inſtitutos eſſe; poſt annum autem DXII. alterum eſſe adjectum; quem quidem eum eſſe ſuſpicari poſſumus, qui peregrinus eſt appellatus. Hi vero comitiis centuriatis creati à populo juriſdictionem, ſed incertam acceperunt. Ubi vero deſignati ſunt, ex S. C. duas juriſdictiones, urbanam, & peregrinam, ſortiti ſunt; quamque ſorte adepti ſunt, eam exer-
B cuerunt. Itaque licet apud Livium legere, quotannis juriſdictiones, in ſortem conjectas, eaſque Prætores deſignatos ſortiri juſſos. Factum eſt autem aliquando, ut ambas juriſdictiones unus Prætor ex S. C. ſortitus ſit, eaſque exercuerit; idque non antiquis ſolum temporibus, quorum teſtis eſt Livius, ſed etiam ultimis; ſiquidem anno DCLXXV., Catulo, Lepidoque Coſs. L. Cornelius Siſenna inter cives, & peregrinos jus dixit, ut ex vetere Senatus-conſulto ſupra allato cognoſcitur.

Hæc autem juriſdictio à Prætore mandari alteri potuit, ob eam cauſſam, quod non lege, ſed jure magiſtratus competit;
C unde ſcripſit Papinianus D. de officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio: „ Quæ jure ma„ giſtratus competunt, mandari poſſunt. Qui „ mandatam juriſdictionem ſuſcepit, pro„ prium nihil habet, ſed & ejus, qui man„ davit, juriſdictione utitur; item Julianus D. de juriſdictione: „ More majorum ita „ comparatum eſt, ut is demum juriſdictio„ nem mandare poſſit, qui eam ſuo jure, „ non alieno beneficio haberet. Ceterum Prætores, Ædileſque curules ubi Kalendis Januariis magiſtratum inierant, edictum proponebant, in quo, ut dixi, quemadmodum de ſingulis controverſiis jus dicturi eſſent, populum præmonebant. Meminit hujus rei
D Pomponius: „ Magiſtratus, *inquit*, qui jura „ reddebant, ut ſcirent cives, quod jus de „ quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque „ præmuniret, edicta proponebant, quæ edicta „ Prætorum Jus honorarium conſtituerunt. Meminit Cicero II. de finibus: „ Quid enim „ mereri velis jam, cum magiſtratum inieris, „ & in concionem aſcenderis; eſt enim tibi „ edicendum, quæ ſis obſervaturus in jure „ dicendo. Meminit Theophilus in Inſtitutionibus. „ Datum eſt, *inquit*, jus legis fe„ rendæ præcipue Prætori urbano, & pere„ grino, & ædilibus curulibus; idque jus „ honorarium dictum. Ex quibus verbis illud præterea intelligi poteſt: tam Prætorem pe-
E regrinum, quàm urbanum edictum propoſuiſſe; qua de re quidam hoc tempore dubitarunt.

Jam vero hi Prætores certis inſignibus ornati, certo in loco, certis diebus, & certis horis jus dixerunt. Inſignia fuerunt prætexta, ſella curulis, haſta, & miniſtri; ut ſcribæ, accenſi, & lictores. Prætexta, toga fuit purpurâ prætexta, quam Kalendis Januariis in Capitolio, votis ſolennibus nuncupatis, una cum ceteris inſignibus acceperunt; quod eis commune quoque cum Conſulibus fuit. Sella curulis fuit ſella eburnea, qua in publico, & privato loco ſedendi cauſſa ute-

bantur. De loco publico nemo dubitat; de privato, ex Valerio cognoſci poteſt, qui C. Flavium ædilem curulem, cum ad amicum ægrotum viſendum veniſſet, ſcribit ſellam curulem, quam ſecum habebat, inſediſſe in loco privato. Haſtam juriſdictionis inſigne fuiſſe, ex eo apparet, quod cenſores quoque ea uſi ſunt, & cum vectigalia publica locarunt, eam poſuerunt. Prætorum autem inſignia duo fuere, haſta, & gladius, illa ad juriſdictionem, hic ad quæſtionem ſignificandam. Cyprianus Epiſtolarum libro II. „ Sævit „ invicem diſcordantium rabies, & inter to„ gas pace rupta forum litibus mugit in„ ſanum; haſta illic, & gladius, & car„ nifex præſto eſt. Seneca de brevitate vitæ: „ Non eſt, quod me ſolos putes dicere, „ quos haſta Prætoris infamibus beat lucris. Hinc Ulpianus D. de poſtulando: „ Prætor „ utriſque luminibus orbatum pro aliis po„ ſtulare prohibebat, quia inſignia magiſtra„ tus videre, & revereri non poterat. Porro autem lictoribus duobus Prætor urbanus eſt uſus. Cenſorinus: „ In lege Lætoria hæc „ fuerunt: Prætor urbanus, qui nunc eſt, „ quique poſthac erit, duos lictores apud „ ſe habeto; iſque ſupremum ad ſolis occa„ ſum jus inter cives dicito. Uſus ſcribarum fuit, ut in tabulas actiones referrent; accenſorum, ut citarent, & horam eſſe tertiam, aut meridiem admonerent; lictorum, ut coërcerent, aut ſummoverent. Hæc de inſignibus.

Jam vero locus, in quo jus dictum eſt, fuit duplex, aut ſuperior, aut planus; ſuperior fuit Tribunal in Comitio, atque in tribunali ſella curulis; planus, quicunque locus præter tribunal poſita ſella curuli; iſque locus tum dicebatur Jus. Comitium pars fuit Fori Romani in quo Roſtra erant. Unde qui è Roſtris agebant, in forum, & in Comitium verſus agere poterant. Tribunal locus celſior, & multorum hominum capax. De Comitio Gellius libro XX: *Inter eos dies trinis nundinis ad Prætorem in Comitium producebantur*. De tribunali, & ſella curuli Cicero de oratore primo: *Nobis in tribunali Q. Pompeji Prætoris urbani ſedentibus*; & Tacitus libro primo: *Tiberius aſſidebat in cornu tribunalis, ne Prætorem curuli depelleret*; & Varro de vita populi Rom. teſte Nonio: *P. Ælius Pætus, cum eſſet Prætor urbanus, & ſedens in ſella curuli jus diceret populo Romano, Picus Martius advolavit, atque in capite ejus aſſedit*. De plano Seneca de Clementia libro primo: *Hæc magnanimitas melius in tribunali, quam in plano conſpicitur*. Cicero ad Appium: *Idque pro tribunali, cum aliquid ageretur, & nonnullis in conviviis*; & mox: *Scio meos multos, & illuſtres, & ex ſuperiore & ex æquo loco ſermones habitos cum ſua ſumma laude*. Valerius de repulſis: *Propinqui Scipionis præturam ab eo pollui cum animadverterent, id egerunt, ne aut ſellam ponere, aut jus dicere auderet*. Sellam ponere videtur dixiſſe pro de plano cognoſcere, ut Juris-conſulti loquuti ſunt. Jus autem dictum eſſe locum Juriſdictionis quemcunque, docet Ulp. D. de Juſt. & Jure. *Jus*, inquit, *non is ſolum locus eſt, ubi juris dicundi, judicandi-ve gratia magiſtratus populi Romani conſiſtit, ſed etiam ſi domi, vel in itinere hoc agat*. Donatus in Terentium: *In jus eamus, hoc eſt, ad Prætoris ſellam*. Jus ergo locus eſt, in quo conſiſtit Prætor juris dicundi cauſſa. Paulus de juſtitia, & jure: *Jus eſt locus, ubicunque Prætor ſalva majeſtate imperii ſui, ſalvoque more majorum jus dicere conſtituit*. (15)

Dierum hæc fuit ratio. Eorum alii Faſti, alii Nefaſti, alii Interciſi vocati. Faſti fuere, quibus jus fari, id eſt, dici, poterat. Varro libro V. de lingua Latina: *Dies faſti, per quos Prætoribus omnia verba ſine piaculo licet fari. Contrarii horum vocantur dies nefaſti, per quos dies nefas fari Prætorem Do, Dico, Addico*. Ovidius primo Faſtorum:

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Svetonius in octavo de Prætoribus, teſte Priſciano: *Faſti dies ſunt, in quibus jus fatur*, id eſt, dicitur: & nefaſti, in quibus non dicitur. Macrobius libro primo: *Faſti dies ſunt, quibus licet fari Prætori tria verba ſolemnia, Do, Dico, Addico, hiſque contrarii ſunt nefaſti. Interciſi diebus quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt, jus dicere; & faſtis quidem diebus lege agi poteſt, cum populo non poteſt, comitialibus utrunque poteſt*. Hi vero qui quoto quoque menſe fuerint, ex antiquis Faſtis editis liquet.

Jam vero tota prætoria juriſdictio, duabus in rebus fuit poſita, id eſt, ut aut Prætor

(15) Jus certe erat etiam locus, in quo jus reddebatur. Jus autem vel pro Tribunali reddebatur, vel de plano. Pro Tribunali in loco, in quo Magiſtratus ipſi arbitratu ſuo Tribunal, ſellamque poſuiſſent, qui locus juxta ordinem erat in foro. Sed & alibi quandoque Tribunal, ſellaque locabantur. A. U. DXXXVIII. T. Sempronio Graccho, Q. Fabio Maximo Verrucoſo III. COSS. Prætores, quorum juriſdictio erat, Tribunalia ad Piſcinam publicam poſuerunt: eo vadimonia fieri juſſerunt: ibique eo anno jus dictum eſt. Liv. lib. 23. Item L. Flavius Trib. Pleb. L. Afranio Cæcilio, Metello Celere COSS. A. U. DCXCIII, cum juſſiſſet Metellum COS. in carcerem duci, quo ſcilicet is ductus eſt, atque eo loci Metelli honorandi cauſa Senatus convenire illi juſſiſſet, ſellam Tribunitiam ad ingreſſum carceris collocavit, jubens murum carceris dirui, ſi eo Senatus adhibere vellet. Dio. lib. 37. Pub. quoque Scipio, qui poſtea Africanus dictus eſt Proconſul in Hiſpaniis cum oppidum Badiam circumſederet Tribunal ſuum adeuntes, in ædem, quæ intra mœnia hoſtium erat, vadimonia in poſterum diem facere juſſit. Val. Max. lib. 3. cap. 7. In plano jus reddebatur ubilibet loci, ſed multa erat differentia cauſarum, quæ pro Tribunali expediri neceſſe erat, atque de plano illæ, quæ diſcuſſionem, cognitionemque ſolemnem requirebant: hæ quæ facili expeditione. Propterea Ulp. in L. 9. D. de off. Proc.: *ubi decretum neceſſarium eſt, per libellum id expedire Proconſul non poteſt; omnia enim quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant per libellum non poſſunt expediri. De plano enim Proconſul poteſt expedire hæc: ut obſequium parentibus, & patronis, liberiſque patronorum exhiberi jubeat: comminari etiam, & terrere filium à patre oblatum, qui non ut oportet converſari dicitur. Poterit de plano ſimiliter & libertum non obſequentem emendare, aut verbis, aut fuſtium caſtigatione*. Item Gajus in L. 7. D. de manum. vind. *Non eſt omnino neceſſe pro Tribunali manumittere. Itaque plerumque in tranſitu ſervi manumitti ſolent, cum aut lavandi, aut geſtandi, aut ludorum gratia prodierit Prætor, aut Proconſul, Legatuſve Cæſaris*. Et Ulp. iterum in L. 3. D. de bon. poſſ.: *Si cauſa cognita bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur, quam pro Tribunali: quia neque decretum de plano interponi, neque cauſa cognita bonorum poſſeſſio alibi, quam pro Tribunali dari poteſt*.

tor ipſe judicaret, aut alterum judicare juberet, unde recte in legibus Cicero: *Juris diſceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, Prætor eſto, juris civilis cuſtos iſta*. Cum autem judicavit, tum decreviſſe, aut decretum interpoſuiſſe; cum judicare juſſit, tum judicem, judiciumve, aut actionem dediſſe dictus eſt. Cum autem decrevit, tum aut dixit, aut addixit, aut dedit; cum judicare juſſit, tantum dedit. Itaque tota juriſdictio his tribus verbis fuit incluſa, *Do, Dico, Addico*. Oſtendit Varro, cum inquit: *Neceſſe eſt uti aliquo horum trium verborum Do, Dico, Addico, cum quid lege peragitur*. Dixerunt autem exempli gratia, cum aliquem liberum eſſe decreverunt, & cum interdixerunt; Addixerunt, in Jure ceſſione, emancipatione, & adoptione. Dederunt, ut bonorum poſſeſſionem, vindicias, & actionem, ſive judicium. Probant hoc leges veteres: *Quicunque magiſtratus in ea colonia juridicundo præerit; ejus magiſtratus de ea re juriſdictio, judiciſque datio, addictio eſto*. Item: *Conſulis, Prætoris, Cenſoris, quicunque erit, de eo re juriſdictio, judicii, judicis, recuperatorumve datio eſto*. Cicero de Verre Prætore urbano: *Domus erat plena; nova jura, nova decreta, nova judicia petebantur, mihi det poſſeſſionem, mihi ne adimat; in me judicium ne det, mihi bona addicat*; & alibi: *In jure dicunda bonorum, poſſeſſionumque contra omnium inſtituta addictio, & condonatio*.

Cum autem Prætores duo hanc, quam dixi, juriſdictionem in urbe exercerent, urbanus, & peregrinus, par quidem in utroque poteſtas, major tamen urbani dignitas fuit; unde major Prætor dictus eſt teſte Pompejo. Itaque in pari poteſtate alter alterius decreto intercedere potuit, auctore Asconio, ſi quis eos appellavit. Cicero de Verre Prætore urbano, & Piſone peregrino: *L. Piſo multos codices implevit earum rerum, in quibus ita interceſſit, quod iſte aliter, atque edixerat, decreviſſet. Quod vos oblitos eſſe non arbitror, qui ordo ad Piſonis ſellam convenire ſolitus ſit; quem iſte collegam niſi habuiſſet, lapidibus coopertus eſſet in foro*. Cæſar libro tertio de bello civili: *M. Cœlius Prætor cauſſa debitorum ſuſcepta initio magiſtratus Tribunal ſuum juxta C. Trebonii Prætoris urbani ſellam collocavit; & ſi quis appellaviſſet de æſtimatione, fore auxilio pollicebatur*.

Ædilium vero juriſdictionis adhuc memoria obſcurior eſt. Hi vero paucis de rebus jus dixerunt; in primis autem de venditione mancipiorum, & de menſuris, & de foro venalium; quarum rerum teſtimonia ab aliis recitata ſufficient. (16)

CAP. VIII.

De Decemviris ſtlitibus judicandis.

NEque vero ſolus Prætor hæc judicia exercuit, ſed ſocios laboris hujus Decemviros ſtlitibus judicandis habuit. Hic item magiſtratus fuit; oſtendit Pomponius his verbis: *Cum eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ præeſſet, Decemviri ſtlitibus judicandis ſunt conſtituti*; & Dio, qui libro LIV. magiſtratum vigintivirûm collectum fuiſſe ſcribit ex quatuor Magiſtratibus, Triumviris capitalibus, Triumviris monetalibus, Quatuorviris viarum curandarum, & Decemviris litium judicandarum. Hic magiſtratus poſt Quæſturam captus eſt. Indicat inſcriptio vetus hujuſmodi: SCÆVA QUÆSTOR. DECEMVIR STLITIBUS JUDICANDIS TR. PL. & cetera; & Svetonius cum ſcribit: *Auguſtus auctor fuit, ut Centumviralem haſtam, quam Quæſtura functi conſueverant cogere, Decemviri cogerent*. Hi vero haſtam adhibuerunt, & quidem, ut opinor, Prætoriam, atque eâ poſitâ & ipſi judicarunt, & ea judicia exercuerunt, quæ Centumviralia dicta ſunt. Itaque non minus Decemviralis, quam Centumviralis haſta in hoc genere celebratur, ut poſt pluribus exponetur.

CAP. IX.

De legis actionibus, ſive de exercenda juriſdictione.

MAgiſtratibus jus dicentibus cognitis, jam, quemadmodum illud dixerint, declaremus. Prætores igitur jus dixerunt aut ex ſuperiore loco, aut ex æquo, id eſt, aut de Tribunali, aut de plano. Quoniam autem ſellâ poſitâ ſedentes id faciebant, eos dies Seſſionum vocarunt. Quorum duo fuere genera; nam alii poſtulationibus, alii cognitionibus dicati fuerunt. Cognitionum autem dies alii aliis legis actionibus exercendis erant conſtituti. Hæc in libris Juriſconſultorum aperte traduntur; unde Ulpianus D. de bonorum poſſeſſione: *Si cauſſa cognita bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur, quam pro Tribunali; quia neque decretum de plano interponi, neque cauſſa cognita bonorum poſſeſſio alibi, quam pro Tribunali dari poteſt*. Ut autem legis actiones erant multæ, ſic juriſdictio quoque multiplex erat. Lege autem agere nihil aliud erat, quam aliquid eorum, quæ lege continerentur, apud Prætorem, vel apud eum, qui talem juriſdictionem haberet, in jure obire, nempe vindicare, atque in jure cedere, filium ſuum emancipare, alienum adoptare, ſervum manumittere, tutorem, bonorum poſſeſſionem, interdictum, & actionem poſtulare. Jus vero dicere aliquid horum aut dicere, aut addicere, aut dare. Quæ Prætor cum faciebat, decreviſſe, aut decretum interpoſuiſſe dicebatur.

Diebus igitur faſtis, id eſt, quibus licebat aliquid horum peragere, Prætores ſummo mane in Comitium, ſive forum veniebant, atque in Tribunali ſella poſita aſſidebant, & accenſo, ut horam tertiam populo circumſtanti inclamaret, imperabant. Varro libro V. de lingua Latina: *Coſconius ſcribit in Actionibus Prætorum accenſum jubere ſolitum, horam eſſe tertiam; accenſum, inclamare, horam eſſe tertiam, meridiem, & nonam*: Unde Martialis:

Exercet raucos tertia cauſidicos.

Tertiâ inclamatâ tum per accenſum eundem populum rogabant, num quis eſſet, qui apud ſe lege agere vellet, id eſt, qui jus poſceret. Hoc præcepto audito accedebant, qui lege agere volebant, veluti, ſi dies poſtulationum eſſet, qui aliquid eorum poſtulabant, quæ Legis actionibus continebantur, ex legibus, aut

(16) Vide quæ ſcripſi antea de ant. jur. civ. Rom, & quæ traduntur in pandectis de ædil. ed.

ant edictis eorum ; nempe aliquid eorum, quæ ſupra diximus.

Ceterum hi neque pro arbitrio, neque temere agere potuerunt, ſed prout in ſingulis Legis actionibus ſcriptum erat. Legis autem actiones formulæ fuerunt agendi, quas primum Pontifices intulerunt, deinde C. Flavius Appii Claudii ſcriba ab Appio compoſitas divulgavit. Pomponius de origine juris: „ Ex legibus XII. tabularum actiones compoſitæ ſunt, quibus homines inter ſe diſceptarent; quas actiones, ne populus prout vellet inſtitueret, & certas, & ſolemnes eſſe voluerunt, & appellatur hæc pars juris Legis actiones; & ita eodem pæne tempore tria hæc jura nata ſunt, leges XII. tabularum; ex his cœpit fluere jus civile; ex iiſdem legibus Actiones compoſitæ ſunt; omnium tamen horum & interpretandi ſcientia, & actiones apud collegium Pontificum erant, ex quibus conſtituebatur, quis quoque anno præeſſet privatis; & fere populus prope omnis annis centum hac conſuetudine uſus eſt; poſtea cum Appius Claudius compoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has Actiones, C. Flavius ſcriba ejus, libertini filius ſurreptum librum populo tradidit; & adeo gratum fuit id munus populo, ut Tribunus plebis fieret, & Senator, & Ædilis curulis; hinc liber, qui Actiones continet, appellatur jus civile Flavianum; augeſcente civitate, & quia aderant quædam genera agendi compoſuerunt, nec poſt multum temporis ſpatium Sextus Ælius alias Actiones compoſuit, & librum populo dedit, qui appellatur Jus Ælianum. De C. Flavio idem ſcribit Livius libro III., & Cicero ad Atticum lib. VI. At vero Legis Actiones dictæ ſunt, quod earum rerum, de quibus lex XII. tabularum ſcripta erat, privatim agendarum formulam præſcribebant; unde Cicero in defenſione Murenæ adverſus Sulpicium Juriſconſultum dixit: *Gloria militaris veſtris formulis, atque actionibus anteponenda eſt*; & de eodem Sulpicio in nona Philippica: *Neque inſtituere litium actiones malebat, quam controverſias tollere*. Actiones autem hæ ita ſolemnes fuerunt, ut qui agere vellent, & impetrationis rationem habere, & formularum deberent. Impetrationis autem ea vis fuit, ut nemini liceret judicio experiri, niſi prius ab eo, cujus eſſet juriſdictio, agendi formulam impetraſſet: formularum vero, ut formulæ quædam adhiberentur verborum, quarum ductu in judiciis experirentur, ut qui uno verbo erraſſet, is tota cauſſa cecidiſſe videretur. Hinc illud eſt Ciceronis pro Murena: „ Poſſet lege agi nec ne, pauci quondam ſciebant; faſtos enim vulgo non habebant; erant in magna potentia qui conſulebantur; à quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur; inventus eſt ſcriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendo faſtos populo poſuerit, & ab ipſis cautis juris conſultis eorum ſapientiam compilarit. Itaque irati illi quod ſunt veriti, ne dierum ratione pervulgata, & cognita ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerunt, ut omnibus in rebus ipſi intereſſent. Quales autem hæ formulæ fuerint, in ſingulis legis Actionibus demonſtremus, exordio à Vindicatione ſumpto, quouſque ad poſtulationem actionis, ſive judicii veniamus.

CAP. X.

De Vindicatione, & in Jure ceſſione.

SI quis ergo ſervum, aut aliam rem corpoream ſibi vindicare volebat, is apud Prætorem ita agebat. Quippe, ut inquit Boëtius ex Cajo, Vindicator tenens ſervum in Jure, ita dicebat: *hunc hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo*. Prætor autem interrogabat eum, unde petebatur, an contra vindicaret, id eſt, an contra ſervum illum ſuum eſſe aſſereret; eo verò tacente, aut cedente, Prætor ſervum addicebat vindicanti; qui vero vindicaverat, lege egiſſe; qui ceſſerat, in jure ceſſiſſe: atque ea in Jure ceſſio dicebatur, ut ſcribit Boëtius, Prætoris vero Addictio.

CAP. XI.

De Emancipatione.

EMancipationem vero, quæ fuit filiorum è propria poteſtate dimiſſio, legis item actionibus comprehenſam, & apud Prætorem factam eſſe, teſtis eſt Modeſtinus D. de juriſdictione: *Magiſtratus*, inquit, *apud quem legis actio eſt, & emancipare filios ſuos, & in adoptionem dare poteſt*. Paulus: *Apud magiſtratus municipales, ſi habent legis actionem, emancipari, & manumitti poteſt*. Ceterum in emancipationem & vindicatio, (17) & mancipatio incidit. Fuit autem mancipatio, ut ſupra diximus, imaginaria quædam venditio facta hoc modo: adhibitis non minus quinque teſtibus civibus Rom. puberibus, & præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam teneret, qui appellabatur libripens, is qui mancipium accipiebat, æs tenens ita dicebat: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneaque libra*; deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat ei, à quo mancipium accipiebat, quaſi precii loco. Qui ergo naturalis pater filium emancipare volebat, is ſecundum poſtulationem die cognitionis filium ſuum fiduciario patri emancipabat, hac verborum formula utens, quæ vindicationem ſimul, ac mancipationem complectebatur: *Hunc hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo, quoniam emptus eſt mihi hoc ære, æneaque libra*. Naturalis vero pater reſpondebat: *Hunc filium meum tibi mancipo*; & accepto precio in Jure cedebat, quo facto Prætor addicebat. Quoniam vero ex lege filius à patre venundatus uſque ad tertiam mancipationem in poteſtatem patris redibat, propterea ſecunda inde mancipatio, & in Jure ceſſio adhibebatur; cumque iterum filius in poteſtatem patris rediſſet, tum tertia adhibebatur hoc modo: „ Ego vero hunc filium meum tibi mancipo ea conditione ut mihi remancipes, ut inter bonos bene agi oportet, ne propter te, tuamque fidem frauder; ac tertium accepto pretio cedebat; & Prætor tertium addicebat.

Qua

(17) In emancipatione vindicatio intervenire non poterat, quod vindicatio tota in dominio poſita erat. Formula itaque emancipationis tota erat emancipatio.

Qua re perfecta tum demom filius è poteſtate patris egreſſus putabatur. Unde fiduciarius pater, qui domious ejus erat factus eundem naturali patri ſine fraode remancipabat; naturalis vero filium, quem quaſi ſervum coëmerat, manumittebat; atque ita liber ille, id eſt, ſui juris factus erat, ot Cajus ſcripſit. (18)

CAP. XII.

De Adoptione.

JAm vero adoptiones etiam apud Prætorem factas ſcribit Ulpianos: *Adoptare*, inquit, *apud Juridicum* (19) *quis poteſt; quia data eſt ei lege actio*. Incidit autem in adoptionem vindicatio pariter, & mancipatio. Nempe qui adoptabat, aput Prætorem, eum quem adoptabat, tenens ita dicebat: *Hunc hominem filium meum eſſe ajo; iſque mihi emptus eſt hoc ære*. Naturalis autem pater uſque ad tertiam mancipationem in Jure cedebat; Prætor vero addicebat. Hinc Gellius libro quinto: *Adoptantur liberi, cum à parente, in cujus poteſtate ſunt, tertia mancipatione ceduntur, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio eſt, vindicantur*; & Svetonius: *Auguſtus Cajum, & Lucium adoptavit domi emptus per as, & libram*; & Cicero de finibus: *Torquatus filium Silano in adoptionem emancipavit*. Notavit etiam Appianus, teſtibus præſentibus adoptiones apud Prætorem fieri ſolitas.

CAP. XIII.

De Manumiſſione.

MAnomiſſionem item inter legis actiones fuiſſe, & apud Prætorem factam eſſe docet Marciaous D. de officio Proconſulis: *Apud Legatum Proconſulis*, inquit, *nemo manumittere poteſt; omnino enim non eſt apud eum legis actio*; ubi vero die poſtulationis maoumiſſio poſtulata erat, tum vero die cognitionis poſt cauſſam cognitam fiebat; & quidem hoc modo. Qui maoumittere ſervum apud Prætorem volebat, ejus, quem manumittere volebat, caput, aut aliud membrum tenens ad Prætorem ita dicebat: *Hunc hominem liberum eſſe volo*; & emittebat eum è manu. Prætor autem vindicta, id eſt, virga ejuſdem ſervi capiti impoſita ita dicebat: *Dico eum liberum eſſe more Quiritium*. Inde conversus ad lictorem addebat: *Secundum tuam cauſſam, ſicuti dixi, Ecce tibi vindicta*. Tum lictor accepta à Prætore vindicta caput ſervi percutiebat, faciem palma, tergumque verberabat. Quibus actis nomen manumiſſi in Acta à ſcriba referebatur, adjecta cauſſa manumiſſionis. (20) Hæc Boëtius io Topica, Feſtus libro XI. Valerius Probus de notis, Donatus io Adelphos, & Hermogenianus. Addit Cajus D. de manumiſſis vindicta: „ Non eſt „ omnino neceſſe pro tribunali manumittere. „ Itaque plerique in tranſitu ſervi manumitti „ ſolent, cum aut lavandi, aut geſtandi, aut „ ludorum cauſſa prodierit Prætor. Hoc modo perfecta eſt pars Juriſdictionis, quæ per verbum Dico exprimebatur.

CAP. XIV.

De poſtulatione, & datione tutoris.

QUin etiam tutoris poſtulatio ad legis actionem, datio ad juriſdictionem (21) pertinuit; auctor eſt Ulpianus, cum inquit: „ Jus dicentis officium latiſſimum eſt; „ nam & pupillis non habentibus tutores „ conſtituere poteſt. Eſt autem intelligendum, ſi neque teſtamentarius, neque legitimos tutor adeſſet, tum datom à Prætore fuiſſe, eodem teſte. Unde dicebat Verres apud Ciceronem: „ pupillos & pupillas certiſſimam eſſe prædam Prætoribus. Hoc autem eum faciebat Prætor, tertiam partem Juriſdictionis explebat, quam verbum Do continebat; atque hoc idem de Conſulibus, & Tribunis plebis dicimus, quorum idem jus fuiſſe accepimus.

CAP. XV.

De poſtulatione, & datione bonorum poſſeſſiones.

AD hæc vero qui voluerunt, à Prætore quoque bonorum poſſeſſionem poſtularunt, Prætorque pro arbitrio dedit. Unde ſcripſit idem Ulpianus eodem io loco: „ Jus „ dicentem bonorum poſſeſſionem dare po„ tuiſſe; *Item*: Miſtum imperium eſt, cui „ etiam juriſdictio ineſt, quod in danda bo„ norum poſſeſſione conſiſtit. Ceterum bonorum

---

(18) Non bene videtur hic Sigonius fiduciæ rationem explicaſſe. Cavendum enim erat patri naturali, ne ſine fiducia tertium fiduciario patri filium mancipaſſet. Nam cum poſt tertiam mancipationem filius ex XII. tabb. in patris poteſtatem non recideret, ſi fiduciarius pater tertio filium manumittebat, is jura ſucceſſionis patronorum exemplo adquirebat. Igitur ut naturali patri jus ſuccedendi reverteretur, contracta fiducia tertio mancipandus filius ſibi erat, qua fiducia iterum mancipante fiduciario naturali patri filium, is manumittendo inſtar patronorum fiebat; Inſt. de leg. agn. ſucc. §. ult.

(19) Exemplum Juridici, qui uni tantum Alexandriæ jus dicebat, non eſſe aptum probare coram Magiſtratibus adoptiones fieri neceſſe fuiſſe. Probat plene Gajus in L. 2. D. de adopt.: *imperio Magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt*. Adoptio autem eadem, qua emancipatio, fiebat formula, ſed ultima mancipatio non interveniebat, quia tunc filius non in alienam poteſtatem tranſiiſſet, ſed ſui juris factus fuiſſet. Neque ulla contrahebatur fiducia, cum ageretur de mancipando filio in alienum patrem. Prius igitur mancipabatur patri adoptivo, qui eum manumittebat. Pater naturalis iterum eum mancipabat patri adoptivo, qui iterum eum manumittebat. Tertia fiebat mancipatio, propter quam filius remanebat in adoptivi patris poteſtate. Juſt. in L. ult. C de adopt.

(20) Tanta autem erat cognatorum, amicorumque gratulatio in ſervorum manumiſſione, ut illico patronus, libertuſque literis, nuntiiſque eos omnes certiores faceret. Eſt epiſtola valde læta Q. Ciceronis ad Marcum fratrem: *De Tirone mi frater, ita te, meumque Ciceronem, & meam Tulliolam, tuumque filium videam, ut mihi gratiſſimum feciſti, cum eum digoum illa fortuna, nobis amicum, quam ſervum eſſe maluiſti. Mihi crede, tuis, & illius literis perlectis exilivi gaudio, & tibi & ago gratias, & gratulor.*

(21) *Tutores dativi*, inquit idem Ulp. in L. 6. D de tutel., *neque imperii eſt, neque juriſdictionis, ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit, vel Lex, vel Senatus conſultum, vel Princeps.* In quo autem ſit ἀκριβεία habebis in memorato opere meo alibi publicando.

rum poſſeſſio fuit, ut diximus, jus perſequendi, retinendive patrimonii, ſive rei, quæ cujus, cum mortuus eſt, fuit; quod Prætor aut emendandi, aut impugnandi, aut confirmandi juris civilis gratia dedit. Ut enim lex XII. tabularum ex teſtamento, vel ab inteſtato ad hereditatem vocavit, ſic Prætor bonorum poſſeſſiones invenit, per quas jus civile correxit, non ſolum in iis, qui inteſtati mortui eſſent, ſed etiam qui teſtamentum feciſſent. (22) Nam ſi quis moriens alienum poſthumum heredem ſcripſiſſet, is ſi natus fuiſſet, à jure civili rejiciebatur, at à Prætore bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas decorabatur. Si libertus patronum præteriiſſet, lex nullum dabat patrono aditum ad bona liberti, at Prætor dabat bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Item ſi quis ex teſtamento heres inſtitutus eſſet, non ſolum à jure civili habebat hereditatem, ſed etiam à Prætore bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas. Neque vero ſolum has duas bonorum poſſeſſiones Prætor dedit ex teſtamento, ſed etiam octo alias ab inteſtato partim jus civile

(22) Bonorum poſſeſſio erat ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habebat jure Prætorio. Heredem, dominumque quam facere Reipublicæ poteſtatis erat, quæ in legibus conſiſtit. Prætor, qui Magiſtratus eſt, ſi non dominium, ſi non hereditates dare: inſtar dominii, inſtar hereditatum poſſeſſionem dabat: dataque poſſeſſione hereditatem, dominiumque ſervabat. Rei vindicatio præ ſe fert jure civili dominium: Publiciana ſine dominio inſtar dominii Prætorio jure ex juſta cauſa eadem ratione rem proſequitur. Sicut igitur hereditates jure civili, ita inſtar hereditatum jure Prætorio dantur bonorum poſſeſſiones, ſubtilitate juris diverſa, in effectu ejuſdem utilitatis, ut Publiciana, & rei vindicatio. Ulp. in tit. D. de bon. poſſ.: *Bonorum poſſeſſio admiſſa, commoda, & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum, quæ in his bonis ſunt tribuit: nam hæc omnia bonis ſunt conjuncta. In omnibus enim vice heredum bonorum poſſeſſores habentur. Bona enim hic, ut plerumque ſolemus dicere, ita accipienda ſunt, univerſitatis cujuſque ſucceſſionem, qua ſuccedîtur in jus demortui, ſuſcipiturque ejus rei commodum, & incommodum. Nam ſive ſolvendo ſunt bona, ſive non ſunt; ſive damnum habent, ſive lucrum; ſive in corporibus ſunt, ſive in actionibus, in hoc loco propriè bona appellantur. Hereditatis autem, bonorumve poſſeſſio non uti rerum poſſeſſio accipienda eſt. Eſt enim juris magis, quam corporis poſſeſſio. Denique etſi nihil corporale eſt in hereditate, attamen recte ejus bonorum poſſeſſio adgnoſcitur.* Bonorum poſſeſſiones ex variis cauſis multæ. ſecundum jus civile: præter jus civile: contra jus civile. Item aliæ ex teſtamento, aliæ ab inteſtato. Ex teſtamento bonorum poſſeſſio contra tabulas, & ſecundum tabulas: ab inteſtato: unde liberi: unde legitimi: unde cognati; unde vir & uxor. Contra tabulas ſecundum jus civile: ſi pater filios teſtamento præterit. De jure civili irritum teſtamentum: de jure civili filius neceſſarius heres. De jure Prætorio fit contra tabulas bonorum poſſeſſor. Cur in idem duo jura? Ut magis filio faciliore ſibi electione provideretur, ut & alia multa. Præterito quoque filio emancipato dabat Prætor bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quod jus civile non ſtatuebat in hereditate, ejus flectens rigorem. Patria enim poteſtate per emancipationem ſoluta, & ſollitur ſuitas, & levatur neceſſitas. Naturam Prætor reſpiciens noluit talem filium remedio deſtitui. Secundum tabulas ſecundum jus civile eſt, ut detur etiam jure Prætorio ſcriptis heredibus, ſi non hereditas, bonorum poſſeſſio. Sed præter jus civile eſt, ſi alienus poſtumus inſtitutus ſit. Turpe videbatur jure civili ex ea, quæ alii nupta eſſet, poſtumum inſtitui, ut monuit Paulus in L. 9. D. de lib. & poſt. Prætor alieno poſtumo inſtituto bonorum poſſeſſionem aperit. Quid? turpe Prætor induxit? minime vero. Dicit Juſtinianus de bonor. poſſeſ. in princ. alieni poſtumi inſtitutionem, & jure civili incognitam non fuiſſe. Quinimo in §. poſtumus de leg. tradit, poſtumum alienum, & antea potuiſſe inſtitui, & nunc poſſe. Cenſeo receptum non fuiſſe alienum poſtumum quaſi turpe inſtitui; turpitudinemque niſi contra probaretur a jure civili in ea inſtitutione præſumptam fuiſſe, quod Prætor convertit, ne turpe id haberetur. Unde liberi ſecundum jus civile dans ſuis bonorum poſſeſſionem: præter jus civile dans emancipatis. Unde legitimi ſecundum jus civile vocans eum, qui ab inteſtato poteſt eſſe heres, ſive Lex XII. tabb. eum legitimum heredem faciat, ſive alia lex, Senatuſve conſultum. Hi autem fuerunt, primo liberi, deinde fratres, poſt mater, conjunctis cum ea etiam ſororibus. Pater enim antiquo jure hereditatem filii jure peculii occupabat. Succedebant poſtea reliqui agnati, patruus, ejuſque filii, & deinceps. Patronus quoque inter legitimos connumerabatur, item ejus liberi, & parentes, atque familia patronorum, ut in XII. tabb.

SI LIBERTUS INTESTATO MORITUR, CUI SUUS HERES NEC ESCIT, AST PATRONUS, PATRONIVE LIBERI ESCINT, EX EA FAMILIA IN EAM FAMILIAM PROXIMO PECUNIA ADDUITOR.

Extraneus etiam manumiſſor, id eſt fiduciarius pater in emancipatione filiorum inter hos legitimos cenſebatur, id eſt ſi non contracta fiducia naturalis pater filium tertium emptori mancipaſſet, atque tertium non naturalis pater, ſed emptor, ſeu pater fiduciarius manumiſiſſet. Is enim manumiſſor tamquam patronus ex XII. tabb. filio manumiſſo ſuccedebat. Prætor autem X perſonas et prætulit: patrem, matrem, avum, aviam, tam paternos, quam maternos, filium, filiam, nepotem, neptem, tam ex filio, quam ex filia, fratrem, ſororemque conſanguineos, vel uterinos. Hæ enim decem perſonæ ſolent patronum a bonorum poſſeſſione repellebant. Unde cognati. Hæc nudam habet Prætoris indulgentiam, neque ex jure civili quicquam habet. Nam cognati ad ſucceſſionem admitti non poterant. Cognati omnes ſunt, qui quaſi ex uno nati, ſeu quaſi commune naſcendi initium habuerunt. Ulp. in L. 1. D. unde cogn. Igitur & agnati cognati ſunt, & ſunt cognati non agnati. Illi, qui civili cognatione junguntur. hi, qui naturali. Civilis cognatio eſt, quæ ex legitimo vinculo familiam conſtituit. Juſtæ nuptiæ patriam poteſtatem faciunt. Hinc filii ceterique ſemper ex juſtis nuptiis deſcendentes agnati inter ſe: adoptivi pariter, atque legitimati; modi enim ſunt adoptio, & legitimatio pruli procreandæ. Poteſtate patria deficiente cognati ſunt, mater, & filius, ceterique ſive ſupra, ſive infra, ſive ex tranſverſo per fœminam conjuncti: filii naturales patri cognati ſunt, non agnati, qui non ex juſtis nuptiis, non ex legitimo vinculo procedunt. Filii in adoptionem dati remanent patri naturali cognati, non agnati, diſſoluta tertia mancipatione patria poteſtate. Ita etiam emancipati. Omnibus his ſervata graduum prærogativa datur bonorum poſſeſſionem, ne tamen et ſextum gradum ii non excedant, præter quam ſobrino, & ſobrinæ filius, filia, qui licet ſeptimo gradu ſunt, dat eis Prætor bonorum poſſeſſionem unde cognati. Unde vir & uxor ſecundum jus civile multis ſe novatis. Ex lege Romuli uxor, quæ in mariti manu, mancipioque eſſet, fiebat bonorum mariti particeps una cum filiis. Quoſlibet matrimonio illic uxores in jure mariti ſuccedebant. Prætor primo ſuos, deinde legitimos, tertio cognatos, demum virum & uxorem ad ſucceſſiones vocavit. Sic in tit. D. quis ord. in ſucceſſ. ſerv. tin ſunt omnes ex jure Prætorio ſucceſſiones.

le confirmans, partim emendans, partim reprehendens. Sunt autem hæ; primo ſuis heredibus, id eſt liberis tum emancipatis, tum ſuis ab inteſtato, ſecundò legitimis heredibus, nempe agnatis ab inteſtato ex lege XII. tabularum, tertiò decem perſonis, quæ manumiſſori extraneo præferrentur, nimirum filio, filiæ, fratri, ſorori, nepoti, nepti, patri, matri, avo, aviæ: quartò cognatis proximis; quintò iis, qui ex familia nempe liberti, liberis tam naturalibus, quam adoptivis, itemque uxori, quæ ipſius in manum convenerat; ſextò liberto, patrono, patroni liberis, parentibuſque eorum; ſeptimò viro inteſtata uxore, & viciſſim uxori viro inteſtato; quoties deficiebat omnis parentum, liberorumve, ſeu propinquorum legitima, vel naturalis ſucceſſio; octavò patroni cognatis inteſtato liberto. Atque hæc quidam Prætor omnino fecit, prout ſe facturum in Edicto propoſuit. Hinc Valerius libro VII: „ Piſo Prætor urbanus Terentio patri exhe„ redato bonorum defuncti filii poſſeſſionem „ dedit, heredeſque lege agere paſſus non „ eſt.

CAP. XVI.

De poſtulatione interdicti, & interdicti interpoſitione.

Quin etiam ut poſtulatio Interdicti ad legis actionem pertinuit, ſic interpoſitio interdicti ad juriſdictionem. Interdicta (23) vero, ut inquit Juſtinianus, fuerunt formulæ, atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut prohibebat; quod tunc maxime faciebat, cum de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur. Erat autem poſſeſſio rei corpore præditæ, ut domus, quaſi poſſeſſio rei corpore vacantis, ut uſufructus. Ex quibus verbis apparet, interdicta fuiſſe decreta Prætorum de iis rebus, quas judicum cognitioni committendas non putarunt, ſed ſibi ipſis pro imperio reſervarunt. (24) Cum enim dictum ſit, res alias ſacras, & religioſas, alias publicas, alias privatas fuiſſe, reliquas actiones, quæ de his incidere poterant, cognoſcendas judicibus tradiderunt; quæ vero de vi vel facta, vel quæ fieri in his poſſet, incidiſſent, quatenus ad poſſeſſionem ferme pertinerent, ipſi decreverunt. Decretum autem illud vocatum eſt præcipuo nomine interdictum. Itaque decreta, (25) quæ de aliis re-

(23) Interdicta fuerunt actiones Pretoriæ ex Pretorum edictis. Edicta Pretorum jus Pretorium. Leges, Plebiſcita, Senatuſconſulta jus civile. Ut ex jure civili actiones civiles, ita ex jure Pretorio actiones Pretoriæ, & interdicta. Inſunt is enim prope juris locis inter dicta ab edictis diſtinguuntur: hæcque ut leges propoſitæ, illa ut agendi formulæ. Propterea Juſtinianus formas conceptioneſque verborum interdicta fuiſſe ait; nam qui ex edictis agere volebat, interdicta, idest formulas ex edictis agendi à Pretore impetrare debebat, ut formulas actionum ex jure civili. Interdicta autem aut de Divinis rebus, aut de humanis competunt. De Divinis, ut de locis ſacris: *ne quid in loco ſacro fiat*, & *quod factum eſt reſtituatur*; vel de locis Religioſis, de mortuo inferendo: *Quo, quave illi mortuum inferre, invito te jus eſt, quominus illi eo, eave mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat, vim fieri veto*. Item de ſepulchro ædificando: *Quod illi jus eſt invito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco ſepulchrum ſine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto*. De rebus hominum interdicta redduntur, aut de his, quæ ſunt alicujus, aut de his, quæ nullius ſunt. Quæ nullius hæc ſunt: liberæ perſonæ, de quibus exhibendis, ducendis interdicta competunt: *Quem liberum dolo malo retines exhibeas*; *Qui, quæve in poteſtate Lucii Titii eſt, ſi is, eave apud te eſt, dolove malo tuo factum eſt, quominus apud te eſſet: ita eum, eamve exhibeas: ſi Lucius Titius in poteſtate Lucii Titii eſt, quominus eum Lucio Titio ducere liceat, vim fieri veto*. Quæ alicujus, aut publica ſunt, aut ſingulorum. Publica de locis publicis: *ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præter quam quod Lege, Senatuſconſulto, edicto, decretoque Principum tibi conceſſum eſt. De eo quod factum erit, interdictum non dabo*. De viis: *Quod in via publica, itinereve publico factum, immiſſum habes, quo ea via, idve iter deterius ſit, fiat, reſtituas. Quominus illi via publica, itinereve publico ire, agere liceat, vim fieri veto*. Deque fluminibus publicis: *Ne quid in flumine publico, ripave ejus facias: ne quid in flumine publico, neve in ripa ejus immittas, quo ſtatio, iterve navigio deterior ſit, fiat. Ne quid in mari, inve littore, quo portus, ſtatio, iterve navigio deterius fiat. Quod in flumine publico, ripave ejus factum, ſive quod in id flumen, ripamve ejus immiſſum habes, quo ſtatio, iterve navigio deterior ſit, fiat, reſtituas. In flumine publico, inve ripa ejus facere, aut in id flumen, ripamve ejus immittere, quo aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit, veto. Quominus illi in flumine publico, navem, ratem agere: quominus per ripam onerare, exonerare liceat, vim fieri veto. Item ut per lacum, foſſam, ſtagnum publicum navigare liceat, ita edicam. Quominus illi in flumine publico, ripave ejus opus facere, ripæ, agrive, qui circa ripam eſt tuendi cauſa liceat: dum ne ob id navigatio deterior fiat, ſi tibi damni infecti in annos decem viri boni arbitratu, vel cautum, vel ſatis datum eſt, aut per illum non ſtat, quominus viri boni arbitratu caveatur, vel ſatis detur, vim fieri veto*. Quæ autem ſingulorum ſunt, aut ad univerſitatem bonorum pertinent, ut interdictum Quorum bonorum. *Quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſſio data eſt, quod de his bonis pro herede, aut pro poſſeſſore poſſides, poſſidereſve: id illi reſtituas. Quod legatorum nomine quis non ex voluntate bonitas occupavit, id illi reſtituat. Si quis dolo malo fecerit, quominus quis permiſſu meo, ejuſve, cujus ea juriſdictio fuit in poſſeſſionem bonorum ſit. in eum in factum judicium, quanti ea res fuit, ob quam in poſſeſſionem miſſus erit, dabo*. Aut ad ſingulas res, ut eſt interdictum Uti poſſidetis: *Uti eas ædes, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis: quominus ita poſſideatis, vim fieri veto. De Cloacis hoc interdictum non dabo, neque pluris, quam quanti res erit intra annum, quo primum experiundi poteſtas fuerit, agere permittam*. Alia multa interdicta præter ea, quæ ſparſa ſunt in toto Juris Civilis corpore, poteſt quiſlibet videre in XLIII. Pandectarum libro.

(24) Interdicta, idest formas, conceptioneſque verborum ſibi Prætores in illis cauſis reſervarunt, ut omnes Magiſtratus agendi formulas. Cognitionem autem ex illis formis non ſibi progrediente tempore ſervarunt, ſed judicibus, ſive recuperatoribus committebant, ut judicium de vi ex edicto Prætoris commiſſum recuperatoribus habemus apud Ciceronem pro A. Cæc.

(25) Quæque decreta arbitrio Magiſtratuum ſolemnibus verbis concipiebantur, & ita interdicta.

rebus interpoſita ſunt, arbitrio eorum permiſſa; hæc vero, quæ Interdicta vocata ſunt, propriis formulis ſunt concepta; & ut concepta erant, in edictum relata; & deinde ex edicto, prout res popoſcit, pro tribunali pronunciata. Itaque Interdictum fuit Actionis, ſive judicii quaſi principium. (26) Nam, ut ſcribit Cajus D. de vindicatione, is qui deſtinavit rem petere, animadvertere debuit, an aliquo interdicto poſſent nanciſci poſſeſſionem; quia longe commodius eſt, ipſum poſſidere, & adverſarium ad onus petitoris compellere, quam alio poſſidente petere. Itaque inter ceteras legis actiones recte reponitur etiam Interdicere; quod eſt non tam interdictum interponere, quod eſt Prætoris, quam interdictum poſtulare, ſive interdicto contendere, quod eſt litigatoris, ut Fabius ſcripſit lib. III.: „ Non debuiſti interdicere, „ ſed petere, an recte interdictum ſit, am„ bigitur; id eſt, non debuiſti interdicto uti, ſed actione; an recte interdicto actum ſit, ambigitur. Interdictum autem dabat Prætor, cum mittebat in poſſeſſionem. (27) Mittere autem in poſſeſſionem, fuiſſe à danda bonorum poſſeſſione diverſum, & tamen partem juriſdictionis fuiſſe, declarat Ulpianus, cum inquit: „ jus dicentem & bonorum poſſeſſio„ nem dediſſe, & in poſſeſſionem miſiſſe.

Ceterum interdicta, quæ ad ſacras, & publicas res pertinuerunt, aut fieri aliquid prohibuerunt, aut reſtitui, aut exhiberi juſſerunt; quæ ad privatas, aut de adipiſcenda poſſeſſione, aut de retinenda, aut de recuperanda fuerunt. De locis ſacris, & religioſis ita interdictum eſt: „ Quo, quave illi „ mortuum inferre invito te jus eſt, quo„ minus illi eo, eave mortuum inferre, & „ ibi ſepelire liceat, vim fieri veto. Quo illi „ jus eſt te invito mortuum inferre, quomi„ nus illi in eo loco ſepulchrum ſine dolo „ malo ædificare liceat, vim fieri veto; de liberis perſonis ita: „ Quem liberum dolo „ malo retines, exhibeas jubeo. Qui quæve „ in poteſtate tua eſt, ſi is, eave apud te eſt, „ dolove malo tuo factum eſt, quominus „ apud te eſſet, ita eum, eamve exhiberi jubeo. „ Si Stichus in poteſtate tua eſt, quominus „ Mævius eum ducere liceat, vim fieri veto. De locis publicis: „ Nequid in loco publico „ facias, inve eum locum immittas, qua ex „ re quid illis damni detur, præterquam „ quod lege, S. C. edicto, decretove tibi „ conceſſum eſt, de eo quod factum erit, in„ terdictum non dabo. Quo minus illi viam „ publicam, iterve publicum aperire, refi„ cere liceat, dum ne ea via, idve iter de„ terius fiat, vim fieri veto. Nequid in flu„ mine publico, ripave ejus facias, nequid „ in flumine publico, ripave ejus immittas, „ quo ſtatio, iterve navigio deterior ſit fiat. Interdictum de adipiſcenda poſſeſſione dabatur ei, cui bonorum poſſeſſio à Prætore decreta erat, in hunc modum: „ Quod bonorum „ (28) ex edicto meo illi poſſeſſio data eſt, „ quod de his bonis pro herede, aut pro „ poſſeſſore poſſides, poſſideresve, ſi nihil „ uſucaptum eſſet, quandoquidem dolo malo „ feciſti, uti deſineres poſſidere, id illi reſtituas. Ceterum pro herede poſſidebat, qui putabat, ſe heredem eſſe, atque eo animo poſſidebat: pro poſſeſſore, qui nullo jure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem ſciens ad ſe non pertinere, poſſideret. Erat autem utile hoc interdictum ei, qui tum primum conaretur adipiſci rei poſſeſſionem. Itaque ſi adeptus amiſiſſet, hoc nihil juvabatur. Retinendæ poſſeſſionis interdicta fuere duo, quæ tum uſurpabantur, cum inter eos, qui de proprietate litigare volebant, non

(26) Interdicta non erant actionum principia, aut quaſi principia, ſed propriæ agendi formulæ ex jure Prætorio. Quod Cajus dixit, non ad præparationem rei vindicationis dixit, ſed ad ejus levationem. Cum quis in rem habet actionem, & ex jure civili rei vindicationi agere poteſt, quæ tota in dominii probatione poſita eſt, & quandoque ex jure Prætorio aliquo interdicto, veluti Uti poſſidetis, quod de poſſeſſione certat. Cum enim poſſeſſio facilius probetur, difficillime dominium, Cajus monet actorem, ut ſi poteſt de poſſeſſione ullo interdicto experiri, non ſe undolis committat dominii probationibus.

(27) Diſtinguenda ſunt edictum, interdictum, decretum. Edictum erat lex, interdictum agendi formula, decretum pronunciatio; verbis conſonantia, re diverſa. In poſſeſſionem mittebatur ex edicto per decretum tamen, & cauſa cognita. Ceterum *mittere in poſſeſſionem* pertinet ad poſſeſſionem adipiſcendam, non retinendam, non conſervandam, nam tunc non mittebatur quis, ſed vel conſervabatur, vel reſtituebatur. *Tres ſunt cauſæ ſunt*, inquit Ulp. in L. 1. D. ex quib. cauſ. in poſs. eat., *ex quibus in poſſeſſionem mitti ſolet: rei ſervandæ cauſa, legatorum ſervandorum gratia, & ventris nomine. Damni vero infecti nomine ſi non caveatur, non in univerſorum nomine ſit miſſio, ſed rei tantum, de qua damnum timetur.* Rei ſervandæ cauſa: *In bonis ejus, qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſorem dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciat, neque defenderetur, ire jubebo.* L. 2. eod. tit. Legatorum ſervandorum cauſa: *Ut legatorum, ſeu fideicommiſſorum ſervandorum cauſa caveatur; ſi non caveatur, ut in poſſeſſione eſſe liceat*: tit 3. & 4. lib. 36 Digeſt. Ventris nomine: *Sicuti liberorum eorum, qui jam in rebus humanis ſunt, curam Prætor habuit, ita etiam eos, qui nondum nati ſunt propter ſpem naſcendi non neglexit. Nam & hac parte edicti eos tuitus eſt, dum ventrem mittit in poſſeſſionem vice deinde contra tabulas bonorum poſſeſſionis.* L. 1. D. de ventr. in poſs. mitt. *Damnum infectum eſt damnum nondum factum, quod futurum veremur.* L. 2. D eod. De ruinoſis igitur ædibus maxime edictum eſt, ut tot. eo tit. Jubet Prætor primo ei, qui tales ædes habet, denuntiari. Si is abeſſet domum, in qua ille degit, denuntiari. Denuntiatione facta dies præſtituitur, qua dominus earum ædium caveat, ſi quid vicino damni ex ædium ruina evenerit, ſarcituram. Si non caverit, in poſſeſſionem mitti. Edictum damni infecti in L. 7. D. eod tit. eſt: *Damni infecti ſuo nomine promitti, alieno ſatiſdari jubebo ei, qui juraverit non calumniæ cauſa id ſe poſtulare, eumve cujus nomine aget poſtulaturum fuiſſe, in eam diem, quam cauſa cognita ſtatuero. Si controverſia erit, dominus ſit nec ne qui caverit ſub exceptione ſatiſdari jubebo. De eo opere, quod in flumine publico, ripave ejus fiat, in annos decem ſatiſdari jubebo. Eum, cui ita non cavebitur, in poſſeſſionem ejus rei, cujus nomine ut caveatur poſtulabitur, ire, & cum juſta cauſa eſſe videbitur, etiam poſſidere jubebo. In eum, qui neque caverit, neque in poſſeſſione eſſe, neque poſſidere paſſus erit, judicium dabo: ut tantum præſtet, quantum præſtare eum oporteret, ſi de ea re ex decreto meo, ejuſve cujus de ea re juris dictio fuit, quæ mea eſt, cautum fuiſſet. Ejus rei nomine, in cujus poſſeſſionem miſero, ſi ab eo, qui in poſſeſſione erit damni infecti nomine non ſatis dabitur: eum, cui non ſatis dabitur, ſimul in poſſeſſione eſſe jubebo.* Quantum autem differat *mittere in poſſeſſionem* ab interdicto, & quo jure illud ad [illegible] ſpectet jus dicentis, & alibi diximus, & in futuro opere mox videbis.

(28) Corrige: *Quorum bonorum.*

non conveniebat, uter poſſideret; unum ad res immobiles pertinuit; alterum ad mobiles; primum fuit: „ Uti eas ædes, quibus „ de agitur, nec vi, nec clam, nec precario „ alter ab altero poſſidetis, quo minus ita „ poſſideatis, vim fieri veto. Hoc vincebat, qui interdicti tempore poſſidebat, ſi modo nec vi, nec clam, nec precario nactus erat ab adverſario poſſeſſionem. Secundum: „ Utrubi hic homo, quo de agitur, majore „ parte hujus anni fuit, quo minus eum „ ducas, vim fieri veto. Hoc vincebat, qui majore parte anni ſine vitio poſſederat. Interdictum recuperandæ poſſeſſionis reddebatur eis, qui vi dejecti eſſent de poſſeſſione fundi, vel ædium; neque enim dejectio eſt de rebus mobilibus, cum in eas actio ſit vel furti, vel vi bonorum raptorum. Vis autem duplex fuit, vera, & ſimulata. Vera item duplex, armata, & ſine armis. Interdictum de vi armata fuit: (29) „ Unde tu illum vi de„ jeciſti, eo illum reſtituas jubeo. Sine armis: (30) „ Unde tu vi illum dejeciſti, cum „ abs te nec vi, nec clam, nec precario poſ„ ſideret, eo illum reſtituas, jubeo. Simulata veram eſt imitata; eadem civilis, & quotidiana dicta, ut poſt dicemus. Jam vero interdictorum alia ſimplicia fuerunt, alia duplicia. Simplicia, in quibus alter actor, alter reus eſt, qualia fuerunt omnia reſtitutoria, aut exhibitoria; nam actor is eſt, qui deſiderat aut exhiberi, aut reſtitui; reus autem is, à quo deſideratur, ut reſtituat, aut exhibeat. Prohibitoria alia ſimplicia erant, alia duplicia. Simplicia, veluti cum Prætor prohibebat in loco ſacro, vel in flumine publico, ripave ejus aliquid fieri; nam actor eſt, qui deſiderat, ne quid fiat; reus, qui aliquid facere conatur; duplicia, veluti Uti poſſidetis, & Utrubi; ideo vero duplicia vocabantur, quia par utriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquam præcipue reus, vel actor intelligitur, ſed uterque tam rei, quam actoris partes ſuſtinet. (31) Uſus autem interdictorum antiquus, cum ordinaria judicia eſſent, fuit, ut primum de poſſeſſione ageretur, & ad interdictum confugeretur, deinde dominii actio inſtitueretur. Hæc ferme Juſtinianus in Inſtitutionibus.

CAP. XVII.

De Actionibus.

EX omnibus Legis actionis partibus extrema fuit actio, ſive judicium, quæ ut ab actore poſtulabatur, ſic à Prætore dabantur.

Verum quemadmodum actionis dationem præcedit poſtulatio, ſic poſtulationem editio, editionem in jus vocatio. De quibus ſingulis dicam, ſi prius, quid ſit actio, & quintuplex, dixero. Actionem definivit Juſtinianus *jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur*, id eſt, poteſtatem impetratam à Prætore repetendæ rei, quæ ſibi debetur, apud judices. Egregie illud quidem, ita tamen ſi intelligatur, non jus ſolum perſequendi, ſed etiam ipſam perſequutionem, (32) Actionem appellari. Harum vero Actionum Juſtinianus, à quo hæc ſumpſimus, ſeptem veterum attulit diviſiones, quibus incognitis antiqua judiciorum conſuetudo cognoſci non poteſt.

PRIMA DIVISIO. Actionum aliæ in rem intentæ ſunt, aliæ in perſonam, aliæ in utrumque. In rem, cum egerunt cum eis, qui nullo ſibi jure obligati erant, ſed eis de aliqua re intulere litem. Ut in re corpus habente, Si Titius ſervum, fundumve aliquem ſuum eſſe affirmaſſet, Marcus autem poſſeſſor dominum ejus ſe eſſe dixiſſet. Quod idem de rebus corpore carentibus intelligendum eſt, ut uſufructu, & ſervitute prædiorum. In perſonam, cum egerunt cum eis, qui ſibi obligati erant, vel ex contracto, vel ex maleficio, atque intenderunt, eos dare, facere ſibi oportere. Ut ſi Titius empta aut locata domo dixiſſet, Marcum ſibi dare, facere oportere quidquid empti, locative nomine dare, facere oporteret, aut alios contractus, & maleficia nominaſſet. In perſonam (33) autem eſt dicta, quia non certam rem repetiverunt, neque enim dixerunt rem illam, aut illam ſibi dari oportere, ſed quidquid contractus alicujus nomine eum dare, facere oporteret, parum, unde nam ille ſatisfaceret, laborantes. Quorum verborum *Dare* quidem ad dominii translationem contulerunt, *Facere* vero ad ſimplex factum, ut navis ædificationem, ac traditionem; & utrumque quidem ad contractus; *dare* (34) vero tantum ad maleficia accommodarunt. In utrumque autem intentæ ſunt, quibus & rem certam petierunt, & præſtationes perſonales ab adverſario poſtularunt. Eæ vero fuerunt tres: Familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum. Familiæ erciſcundæ fuit, quæ inter coheredes hereditatis dividendæ cauſſa dabatur; neque enim ſolum poſtulabatur, ut hereditas divideretur, ſed etiam ut, quod eo nomine alterum alteri dare facere oporteret, præſtaretur. Communi dividundo fuit, quæ inter eos reddebatur, qui rem, quam ex alia, atque hereditatis cauſſa, (35) communem haberent,

(29) *Unde tu, aut familia tua, aut procurator tuus illum vi, hominibus coactis, armatiſve dejeciſti, reſtituas.*

(30) *Unde tu vi illum dejeciſti, aut familia tua dejecit: de eo, quæque ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum: poſt annum de eo, quod ad eum, qui vi dejecit, pervenerit, judicium dabo.* In antiquis eſt certum exceptionem in interdicto de vi ſine armis fuiſſe, *quod nec vi, nec clam, nec precario ab eo poſſideres*, ut apud Cic. pro A. Cæc. Poſteriores Prætores eam ſuſtulerunt propter Imperatorum Conſtitutiones vim pluribus pœnis vindicantes, quas diligenter collegit Accurſius in L. 13. D. quod met. cauſ. geſt. erit.

(31) Ideo in interdicto *Uti poſſidetis*, & *Utrubi*, quia uterque poſſidere contendit: unde uterque quodammodo actor, & reus.

(32) Actio eſt jus: perſecutio rei eſt juris exercitium, non actio, ſed actionis executio, unde lis, cauſa, judicium.

(33) In rem actio ex dominio, idcirco rei vindicatio. In perſonam ex obligatione, idcirco actio in obligatum ad dandum, vel faciendum. In perſonam autem & certa res petebatur, ſi certa res erat in obligatione, ut ſi ſtipulatus fuerim fundum Cornelianum, talem fundum actione in perſonam petam, non rei vindicatione.

(34) Fallitur hic author, nam *dare oportere*, niſi quid facti ſit in obligatione erat formula omnium actionum in perſonam: §. ſic itaque diſcretis inſt. de act.

(35) Hæc eſt differentia inter actionem familiæ erciſcundæ, & communi dividundo. Illa in univerſum de hereditate, ſeu familia dividenda erat, ideo non amplius quam ſemel, niſi cauſa cognita, veluti ſi diviſionem quis irritam dicat, agi poteſt. Communi dividundo quoties quid quaque ex cauſa commune ſupereſt. L. 20. §. familia D. fam. erciſc.

rent, dividi, ſimulque, quod alterum alteri præſtari oporteret, dari fieri poſtulabant. Finium regundorum fuit, quæ inter confines dabatur, & ut fines agrorum vicinorum dirigerentur, & ſi quid alter ex alterius agro percepiſſet, reſtitueretur. Ex his actionibus primæ Vindicationes, ſecundæ Condictiones, tertiæ miſtæ ſunt appellatæ. Vindicatio dicta videtur à vi (36) ſimulata, quam verbis peritor poſſeſſori dicis cauſſa faciebat, ut paulo poſt apparebit. Condictio vero ex eo, quia condicere erat diem, locumque communi conſenſu indicere, quo in judicium litigatores venirent; quod etiam ſi in Vindicatione quoque fiebat, tamen quia in rem actio proprium ſibi nomen Vindicationis aſciverat, in hac communi nomine Condictionis uſi ſunt. Miſtarum nomen eſt notum.

SECUNDA DIVISIO. Actiones aliæ legitimæ dictæ, aliæ honorariæ. Legitimæ, quæ à legibus XII. tabularum (37) proditæ ſunt. Honorariæ, quæ à Prætoribus in edictis (38) propoſitæ ſunt, ut legi deficienti opem ferrent. Legitimæ fuere, quæ in rem, & in perſonam, & in utrumque ſunt nominatæ. Prætoriæ quædam aliæ, quæ à nominibus Prætorum appellantur, Publiciana, Paulina, Serviana imperatoribus rerum potientibus, ut creditur conſtitutæ, & quidem rem & ipſæ, perſonamque complexæ; quæ ex Inſtitutionibus Juſtiniani peti poſſunt.

TERTIA DIVISIO. Actiones aliæ perſequendæ rei cauſſa ſunt inſtitutæ, aliæ pœnæ, aliæ utriuſque. Perſequendæ rei fuere omnes in rem, & omnes in perſonam ex contracto natæ, ut ex mutuo, ſtipulatu empto, vendito, locato, conducto, pro ſocio, fiduciæ, mandati, commodati, depoſiti; item quædam ex maleficiis, ut furtiva condictio, (39) quæ una eſt ex Prætoriis, quæ ex delicto naſcuntur. Pœnæ, ut actio furti; ſive enim de manifeſto quadrupli, ageretur, ſive de nec manifeſto dupli, de ſola pœna agebatur; nam ipſam rem aut Vindicatione, aut furtiva Condictione dominus rei perſequebatur. Item in actione Injuriæ. Miſtæ, quæ ſimul & rem, & perſonam perſequebantur; ut actio vi bonorum raptorum, quæ rem raptam ſimul cum pœna tripli perſequebatur; & actio damni injuria dati lege Aquilia, non ſolum ſi adverſus inficiantem daretur, ſed etiam, ſi quanti pluris æſtimatio peteretur.

QUARTA DIVISIO. Actiones aliæ in ſimplum conceptæ ſunt, aliæ in duplum, aliæ in triplum, aliæ in quadruplum. In ſimplum, ex ſtipulatu, mutuo, empto, locato, vendito, conducto, mandato, & aliis. In duplum furti nec manifeſti, damni injuria, depoſiti ex quibuſdam cauſſis, ſervi corrupti. In triplum rapinæ. In quadruplum, furti manifeſti, de eo, quod metus cauſa, de pecunia data ad calumniandum. Actio vero damni injuria in inficiantem dabatur in duplum; in confitentem, in ſimplum.

QUINTA DIVISIO. Actionum aliis ſolidum, id eſt, totum id, quod debebatur, exigebatur, aliis pars ſola. Ejuſmodi fuit actio de peculio filii, de dote, quæ mulieri divortio facto ad dotem exigendam adverſus maritum dabatur, item actiones, quæ adverſus parentem, patronum, ſocium, & eum, qui quid donavit, concedebantur; nam omnes in id tantum, quod facere poſſent, damnabantur; item Actio in debitorem, qui bonis ceſſiſſet, & poſtea mediocres fortunas adeptus eſſet.

SEXTA DIVISIO. Actiones quædam natæ ſunt ex contractibus, & maleficiis dominorum, & patrum familias; quædam ex contractibus, & maleficiis ſervorum, & filiorum familias. De primis dictum eſt. De reliquis nunc dicendum. Ex contractibus ſervorum hoc modo. Servi aut conſenſu dominorum negotiati ſunt, aut ſine conſenſu eorum; ſi conſenſu, actiones quatuor emanarunt: Quod juſſu, Exercitoria, Inſtitoria, Tributoria. Quod juſſu data eſt in eum, cujus ſervus cum aliquo juſſu ipſius contraxit. Nam qui cum ſervo juſſu domini contrahebat, non ſervi, ſed ipſius domini ſequi fidem videbatur. Exercitoria dabatur in exercitorem, qui ſervum navi præpoſuiſſet, de eo, quod cum eo ſervo illius rei cauſſa geſtum fuiſſet. Exercitor autem erat, ad quem quotidianus navis quæſtus redibat. Servus autem, quem navi præficiebat, magiſter dicebatur. Inſtitoria dabatur in eum, qui ſervum inſtitorem tabernæ præfecerat, de eo, quod cum eo ſervo ejus rei cauſſa geſtum eſſet. Erat autem inſtitor, qui alicui negotiationi præficiebatur. Tributoria dabatur in dominum, quo ſciente una cum ſervo in merce peculiari contractum erat, niſi res æquabiliter inter creditores partitus eſſet, nimirum ut aliæ tributio fiat. Merx peculiaris erat, in qua ſervus ſuo nomine domini conſenſu ita negotiabatur, ut ejus quæſtus ad ipſum pertineret. Sin autem ſine conſenſu negotiati ſunt, actiones duæ prodierunt, de in rem verſo, & de peculio. Actio de in rem verſo dabatur in dominum, ſine cujus voluntate ſervus contraxit; ut quod in rem domini verſum eſt, ſolidum præſtet, reliquum ex peculii juribus diſſolvat. In rem domini verſum dicebatur, quodcunque domini facultates aliqua ex parte amplificarat, dum modo neceſſarius ſumptus ille fuiſſet. Actio de peculio dabatur adverſus dominum ex ſervi contractu, quatenus in peculio erat. In peculio id eſſe dicebatur, quod deductis iis, quæ domino familiæve debebantur, ſupererat. Eadem vero patrum & filiorum familias ratio fuit, atque dominorum, & ſervorum. Ex maleficiis porro ſervorum Noxales actiones natæ ſunt, dictæ, quia delicta eorum Noxæ vocatæ. Noxalis autem actionis natura fuit, ut dominus ea damnatus vel litis æſtimationem perſolveret, vel ſi vellet, ſervum ipſum noxæ dederet. Servo autem noxæ dedito, dominium ſtatim ab ipſo domino in actorem transferebatur. Quod ſi poſt admiſſam noxam dominus mutaretur, noxa in novum dominum dabatur; ſi ſervus manumitteretur, in ipſum ſervum. Quod idem de noxis etiam filiorum familias eſt intelligendum. Quin etiam noxalis actio fuit de pauperie, id eſt, de damno dato a quadrupede. In his ſi damnum à quadrupede manſueta erat, ut equo cal-

(36) Unde vinco, evinco, evictio, vindex, vindicta, vindiciæ, à quibus vindicatio.

(37) Aliiſque quibuſque legibus, Senatus conſultis, Plebiſcitis, conſtitutionibus Principum.

(38) Dic ex edictis.

(39) Quaſi ex jure gentium, id eſt ex æquo, & bono, ut dicit Cujacius in eo Loco cit.

calcitroſo, & bove cornupeta, noxalis actio dabatur lege XII. tabularum; ſi à fera, edicto ædilium cautum erat, ut ob vulnus homini libero illatum actio in bonum, & æquum daretur; ob cetera damna in duplum.

SEPTIMA DIVISIO. Actiones aliæ ſtricti juris fuerunt, aliæ bonæ fidei, aliæ arbitrariæ. Bonæ fidei, in quibus libera poteſtas permittebatur judici ex æquo, & bono æſtimandi, quantum actori reſtitui oporteret; in quo & illud continebatur, ut ſi quid invicem præſtare actorem oporteret, eo compenſato in reliquum is, quo cum agebatur, condemnaretur. Hæ vero fuerunt, empti, venditi, locati, conducti, mandati, fiduciæ, pro ſocio, negotiorum geſtorum, tutelæ, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, depoſiti, commodati, pignoraticia, præſcriptis verbis, tam quæ de æſtimata, quam quæ de permutatione competebat, & rei uxoriæ actio. Arbitrariæ, quæ ex arbitrio judicis pendebant, in quibus niſi arbitrio judicis, is quo cum agebatur, actori ſatisfaceret, veluti rem reſtitueret, vel exhiberet, vel ſolveret, vel noxali cauſſa ſervum dederet, condemnabatur; & fuerunt tam in rem, quam in perſonam. In rem in *quadam Prætoria*: in perſonam, *Quod metus cauſſa*, *Quod dolo malo factum*. *Cum id, quod certo loco promiſſum erat, petebatur*, & *Actio ad exhibendum*. In bis enim omnibus permiſſum erat judici ex æquo, & bono ſecondum cujuſque rei, de qua agebatur, naturam æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteret. Præter has reliquæ ſtricti juris dictæ.

Hæ fere antiquæ actiones fuere. Ex quibus qui jus ſuum perſequi judicio voluerunt, aliquam neceſſario arripuerunt, eamque à Prætore poſtularunt. Quoniam autem actio jus erat perſequendi in judicio quod ſibi debebatur, qui actionem poſtulavit, nihil aliud poſtulavit, quam jus perſequendi in judicio quod ſibi deberetur, aut quod ſuum eſſet. Id autem erat, judicium, aut judicem in eam rem, de qua lis erat, poſtulare, ut re cognita, & judicata jus uterque ſuum adipiſceretur. Judicem autem dare præcipuum fuit jus dicentis officium. Unde ſcripſit Ulpianus: „ Jus dicentis officium latiſſimum eſt; nam & bonorum poſſeſſionem „ dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere, „ pupillis non habentibus tutores conſtituere, judices litigantibus dare; *& alio libro*: „ Juriſdictio eſt etiam judicis dandi licentia; id eſt, qui jus dicit præter ſuperiora jura etiam judices dandi jus habet. Hinc illa ſunt prope translatitia in edictis Prætorum: „ De „ ea re judicium dabo; De ea re judicium „ non dabo. Cognitis actionibus deinceps, ut propoſuimus, dicamus de vocatione in jus, quæ editionem, & poſtulationem actionis præceſſit.

CAP. XVIII.

De in Jus vocatione.

QUi vero petere in animo habebat, aut alia ratione alicui litem, ſive actionem intendere, antequam in jus adiret, per amicos intra parietes, quid proficere poſſet, experiebatur. Hujus rei auctor eſt Livius libro quarto: „ Cum res peragi intra parietes „ nequiviſſet, ventum in jus eſt; & Cicero pro Quinctio: „ Non ne ſi quid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut „ ſummo jure experiretur? & pro Cæcina: „ Ea judicia, quæ diſtrahendarum contro„ verſiarum cauſſa reperta ſunt, perſæpe di„ ſceptatore domeſtico diſceptantur. Ubi vero res ita convenire non poterat, tum die poſtulationum petitor eum unde petebatur, in jus vocabat. Erat autem in jus vocare, ut Paulus definit, „ in Jus experiundi cauſſa „ vocare. Non omnes tamen vocari poterant. Indicat edictum Prætoris: „ Parentem, pa„ tronum, patronam, liberos, parenteſque „ patroni, & patronæ, in Jus ſine meo per„ miſſu ne quis vocet. *Item*: Magiſtratus, „ Pontifex, dum ſacra facit, & qui uxorem „ ducunt, in Jus vocari non poſſunt. Vocabat autem hoc modo. Qui petebat eum, unde petebatur, conveniebat, atque, ut ſe in jus ſequeretur, admonebat. Si is ſequi noluiſſet, eum in Jus educebat, ſive rapiebat; verum ne injuriam facere videretur, ante aliquem ejus actionis teſtem faciebat; capta ſcilicet hominis forte intervenientis, aut præſentis auricula rogabat eum his verbis: *Licet te anteſtari?* id eſt, poſſum ne teſtem ſumere? ſi reſpondebat, *Licet*, tum adverſarium fruſtrantem, aut fugientem injecta manu ad Prætorem trahebat, atque hoc faciebat auctoritate XII. tabularum. Sic enim in iis erat: (40) „ Si in jus vocet, atque eat. Ni ſtatim eat, „ encapito anteſtari. Si calvitur, pedemve „ ſtruit, manum endo jacito. Fragmenta hujus legis ſunt apud Ciceronem in primo de legibus, apud Gellium libro X., & apud Porphyrionem, & Acronem, & Feſtum. In qua lege *Atque eat*, ſignificat ſtatim eat; quia Gellius ſcribit: „ Jubet lex, civem in jus vo„ catum ilico nulla interpoſita mora vocan„ tem ſequi. *Calvitur* autem eſt, fruſtratur. *Pedem ſtruit*, aut retrorſus it, aut fugit, aut gradum auget, aut minuit. *Manum endo jacito*, eſt manum injicito, & per vim in Jus rapito, ut exponit Feſtus, & alii. Hanc autem conſuetudinem expreſſit Plautus in Perſa bis verbis: „ Age ambula in jus leno. D. Quid „ me in jus vocas? S. Illic dicam apud Præ„ torem. Sed ego in jus voco. D. Non ne „ anteſtaris? S. Tua ne ego cauſſa carnifex „ cuiquam mortali libero aureis atteram? & Horatius in Satyra IX.:

caſu venit obvius illi
Adverſarius, & quo tu turpiſſime magna
Ex-

(40) SI IN JUS VOCAT, ATQUE EAT
NI IT AMTESTAMINO: IGITUR EM CAPITO
SI CALVITUR, PEDEMVE STRUVIT, MANUM ENDO JACITO.
SI MORBUS, ÆVITASVE VITIUM ESCIT, QUI IN JUS VOCABIT JUMENTUM DATO: SI NOLET, ARCERAM NE STERNITO,
SI ENSIET, QUI IN JUS VOCATUM VINDICIT, MITTITO.

Ideſt: ſi quis in jus vocat, ſtatim eat: ni it teſtes vocentur: inde eum capi jus eſto. Si deflectit, pedemve figit, manum injicito. Si morbus, ætaſve invalidum facit, qui in jus vocabit, vehiculum dato: ſi nolit ſine tegmine ducito. Si quis eum ſiſti promittat, dimittito.

Exclamat voce, & licet anteſtari? ego vero Oppono auriculam, rapit in jus.

Idem Acro, & Porphyrio hunc locum exponentes. Hinc Livius libro III.: „ Marcus Virginiæ venienti in forum manum injecit, ſequi ſe jubebat, vocabat in jus auctoribus, qui aderant, ut ſequeretur. Et Plinius in Panegyrico ad Trajanum: „ Dicitur Procuratori tuo: in jus veni, ſequere ad Tribunal. Unde & in Edicto erat: Qui retanda flumina publice habent, ſi quis eorum ad me eductus fuerit; & Varro apud Gellium libro XIII.: „ M. Lævinus ædilis curulis à privato ad Prætorem in jus eductus eſt.

NEMINEM vero de domo ſua in Jus vocari licuiſſe, partim ex oratione pro domo, & pro Vatinio cognoſcitur, partim etiam Cajus annotavit ad legem XII. tabularum, D. de in Jus vocando. „ Plerique, *inquit*, putaverunt, nullum de domo ſua in jus vocari licere, quia domus tutiſſimum cuique refugium, ac receptaculum ſit, eumque, qui inde in jus vocaret, vim videri inferre; & Paulus: „ Et ſi quis domi eſt interdum vocari in jus poteſt, tamen de domo ſua nemo extrahi debet.

Quod ſi ille, qui vocabatur, imbecilla valetudine eſſet, tum qui vocabat jumentum, currumve dare cogebatur à lege in hunc modum loquente: „ Si in jus vocato morbus, ævitaſque vitium eſſet, qui in jus vocabit, jumentum dato; ſi nolet, arceram ne ſternito. Quæ verba exponens Gellius lib. XX. inquit, *morbum* in hac lege non febriculoſum, atque nimium gravem intelligi, ſed vitium aliquod imbecillitatis, atque invalentiæ; *jumentum* porro ſignificare non id ſolum, quod tum dicebatur, ſed vectibulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur. *Arceram* autem vocatam plauſtrum tectum undique, & munitum, quaſi arca quædam veſtimentis inſtrata, qua nimis ægri, aut ſenes portari cubantes ſolebant. Hac de cauſſa in Rhetoricis ad Herennium ſcriptum eſt: „ Ut major annis ſexaginta, & cui morbus cauſſa eſſet, cognitorem daret.

Quod ſi is, unde petebatur, latitaret ita, ut nullam ſecum agendi poteſtatem faceret, cum de domo extrahi non poſſet, actor Prætoris auxilium implorabat, atque reum evocari jubebat edicto. Edictum vero ad ipſius latitantis ædes ponebatur cum ſolemni vicinorum teſtatione. Si autem evocationi primæ non pareret, neque defenderetur, Prætor ſecundam decernens in bona petitorem mittebat, & niſi evocatione tertia ad ſui defenſionem veniſſet, altero decreto bona ejus poſſideri, proſcribi, ac diſtrahi jubebat. Itaque in Edicto Prætorio erat: „ Qui fraudationis cauſſa latitaverit, ſi boni viri arbitratu non defendetur, ejus bona poſſideri, vendique jubebo. Venditio tamen non ſtatim fiebat, ſed poſtquam bona per triginta dies poſſeſſa eſſent, tum vero iterum qui ſe creditores eſſe dicebant, ſi plures eſſent, Prætorem adibant, petebantque, ut ſibi liceret, unum ex corpore ſuo conſtituere, qui debitoris bona auctioni ſubjiceret; is conſtitutus dicebatur magiſter; & poſt id temporis proſcriptio fiebat in celeberrimis totius urbis locis: „ ita illa debitor noſter in ejuſmodi cauſſa eſt, ut bona ejus divendi debeant; nos creditores patrimonium ejus diſtrahimus; quicunq. emere volet, adeſto. Inde poſt aliquot dies, tertium
A jam Prætorem adibant, poſtulantes, ut ſibi liceret, legem bonorum venditorum facere, atque inde ita præſcribebant: Hæc quicunque emerit, creditoribus in dimidiam partem eorum, quæ ipſis debentur, reſpondere debet, ſic ut cui aurei centum debentur, accipiat quinquaginta. Et certo tempore elapſo emptori patrimonium addicebatur. Et vocabatur is, qui emerat, Bonorum emptor, actioneſque omnes à debitore in bonorum emptorem transferebantur, & conveniebatur non aliter, ac bonorum poſſeſſor; ſiquidem uterque ſucceſſor Prætorius erat. Hæc latiſſime Theophilus in tertio Inſtitutionum, brevius Cicero in Quinctiana. Atque hæc quidem in
B XII. Edictum inde Prætoris legem correxiſſe videtur, & caviſſe, ut ſi quis in Jus ſequi nollet, ſatisdaret, fore, ut ſe in Jure ſiſteret. Unde titulus eſt in Pandectis ex Edicto ſumptus: *In Jus vocatus aut eat, aut ſatiſdet.*

CAP. XIX.

De editione Actionis.

UBi vero vocatus in jus venerat, actor impetrata loquendi poteſtate actionem ei edebat, qua adverſus eum uti volebat. Erat enim ita comparatum, ut qui peteret non unam, ſed multas actiones haberet, id
C eſt, multis modis jus ſuum perſequi poſſet. Hoc multis verbis docet Cicero pro Cæcina dicens: „ Si quis domum rediens ab armatis hominibus primo adito, veſtibuloque ædium ſuarum prohibitus ſit, eum non ſolum injuriarum, ſed etiam de vi litem intendere poſſe. Scribit enim Theophilus Inſtitutionum libro IV., dominum occiſi ſervi & privato judicio agere poſſe ex lege Aquilia, & damnum ſibi illatum perſequi, & publici criminis reum facere ex lege Cornelia de ſicariis. In iiſdem etiam Inſtitutionibus docet Juſtinianus, in furem triplicem actionem intendi potuiſſe, Vindicationis, Furtivæ condictionis, & Pœnæ. Poſſumus etiam ad-
D dere, ſi quid per vim alteri ſit ablatum, in eum, qui abſtulerit, multas actiones futuras; Rapinæ, Damni, Injuriæ. Cum igitur ita eſſet, actor ex multis actionibus aliquam eligebat. *Non enim*, ut inquit ibi Cicero, *Prætor, qui judicia dat, petitori præſtituit, qua actione illum uti velit, ſed actor ipſe deligit.* Quam vero elegerat, eam in jus vocato reo edebat, prout ille ſignificavit apud Plautum: „ Cur me in jus vocas? Illic dicam apud Prætorem; itemque inſtrumenta, & rationes & omnino omnia, quæ ad judicem editurus eſſet. Hoc ſcripſit Ulpianus D. de edendo. „ Qua quiſque, *inquit*, ratione agere volet, eam edere debet; nam æquiſſi-
E mum videtur, eum, qui acturus eſt, edere actionem, ut proinde ſciat reus, utrum cedere, an contendere ultra debeat, & ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendum cognita actione, qua conveniatur. Edere eſt etiam copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat adverſarium ſuum ad album, & demonſtret, quod dictaturus eſt, vel id dicendo, quo uti velit. Editiones ſine die, & Conſule fieri debent, ne quid excogitetur è die, & Conſule, & prælato die fiat. Diem autem, & Conſulem excepit

„ pit Prætor, quo inſtrumentum conſcriptum eſt, non in quem ſolutio concepta eſt; nam dies ſolutionis ſicuti ſumma pars eſt ſtipulationis. In eodem etiam titulo de edendis rationibus, aliiſque rebus ad actionem pertinentibus ſcriptum eſt, quæ, quia ſunt in promptu, huc transferre non libet. Hujus editionis mentio eſt in Verrem quarta: „ Apronius in Jure apud Verrem Prætorem Agyrinenſibus in Jus vocatis dixit, eos contra edictum Prætoris feciſſe; illi quæſiverunt, quid? ille reſpondit, ſe ad recuperatores dicturum; quæſiverunt rurſus, Quæ in verba Verres daret Recuperatores? Verres reſpondit: Si paret, adverſus edictum feciſſe, quæ in judicio dicturum eſſe dicebat Apronius. Ea verba iniqua fuiſſe inquit Cicero. „ Nam quantum Apronius edixiſſet deberi, tantum ex edicto dandum fuiſſe.

CAP. XX.

De poſtulatione actionis, ſive judicii.

EDita inde actione, qua uſurus erat, actor poſtulabat eam à Prætore, ideſt, petebat, ut ſibi in adverſarium liceret intendere. Hoc voluit Ulpianus D. de edendo, cum ſcripſit: „ Poſtulare eſt deſiderium ſuum in jure apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. Prætor autem quoſdam in totum prohibuit poſtulare; quibuſdam pro ſe permiſit; quibuſdam & pro ſe; & pro certis perſonis, prohibuit infames; procuratores autem, & defenſores, ut qui aliena negotia mandato domini adminiſtrarent, & actionem intendere, & ſuſcipere paſſus eſt. „ Itaque in edicto hæc erant: „ Cujus nomine quis actionem ſibi dari poſtulaverit, is eum boni viri arbitratu defendat „. Item: „ Procuratorem ad litem ſuſcipiendam datum, pro quo conſentiente judicatum ſolvi dominus expoſuit, judicium cogam accipere „. Item: „ Qui lege, plebiſcito, Senatusconſulto, edicto, decreto niſi pro certis perſonis poſtulare prohibentur, ſi pro alio, quam pro quo licebat, in jure apud me ne poſtulent, nempe parente, patrono, patrona, liberis, parentibuſque patroni, & patronæ, liberis ſuis, fratre, ſorore, uxore, ſocero, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, privigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua. Neque vero ſolum actor actionem poſtulavit, ſed reus advocatum. Unde in eodem edicto fuit: *Si non habebunt advocatum, ego dabo*. Fuit autem advocatus, teſte Aſconio, Juriſconſultus, qui patrono jus ſuggeſſit, aut reo præſentiam ſuam commodavit.

Actione inde adverſario edita, eaque à Prætore poſt poſtulationem impetrata, tum actor certa verborum concepta formula vadabatur reum, ideſt, vades, ſive ſponſores petebat, fore, ut certo die, is plerunque perendinus erat, ſe in jure ſiſteret. Vas autem, teſte Varrone, fuit, qui pro altero vadimonium promiſit. Pro Quinctio: *Vadari vis promitti*. Quamobrem, quæ ratio vadimondi, & vadimonii fuerit, eſt agendum. Inprimis igitur de quocunque ſponſore in univerſum illud erat ſcriptum in Lege: *Aſſiduo vindex aſſiduus eſto, proletario civi cuicumque volet, vindex eſto*. Ubi Gellius libro XVI.: *Aſſiduum* locupletem interpretatur. Nam *proletarius* erat, qui non amplius, quam mille quingentum æris in cenſum deferebat. *Vindex* autem pro ſponſore erat poſitus. In edicto verò ita ſcriptum erat: „ Si quis parentem, patronum, patronam, liberos, aut parentes patronæ, liberoſve ſuos, eumque, quem in poteſtate habebit vel uxorem, vel nurum in judicium vocabit, qualiſcunque fidejuſſor accipiatur, judicii ſiſtendi cauſa. Vadimonium porro adhibito Juriſconſulto concipiebatur. Cicero ad fratrem: „ Negat Cæſar, in tanta multitudine eorum, qui una eſſent, quenquam fuiſſe, qui vadimonium concipere poſſet. Ut autem qui provocabat, vadari, ſic qui provocabatur, vadimonium promittere dicebatur. Livius libro tricesimo tertio: „ Prætores, quorum juriſdictio erat, tribunalia ad Piſcinam publicam poſuerunt, eoque vadimonia fieri juſſerunt. *Plautus in Aulularia*: Homo ad Prætorem plorabundus devenit. Ibi inſit poſtulare plorans, ejulans, ut liceret Milvium vadarier. *Gellius libro ſeptimo*: „ Rogavit quidem Scipionem de more, in quem diem, locumque vadimonium promitti juberet. Tum Scipio: Perendie, inquit, ſe ſiſtant in illo loco. Concepto inde vadimonio, & ſponſoribus acceptis è jure diſcedebatur. Accidit autem, & quidem ſæpe, ut Prætores deinde ex voluntate litigatorum vadimonia in alios dies perendinos differrent. Oſtendit hoc Livius epitoma libri octuageſimi ſexti: „ Sylla ex fiducia jam certæ victoriæ litigatores, à quibus adibatur, vadimonium Romam differre juſſit. *Cicero ad Atticum libro ſecundo*: Hominem ire cupiebam, non mehercule ut differrem eum illo vadimonium, nam mira ſum alacritate ad litigandum; *& pro Quinctio*: Qui quo tempore rem male agere cœpit, differendis vadimoniis tempus omne conſumpſit. *Juvenalis Satyra tertia*: Differt vadimonia Prætor.

Interea verò dum res in vadimonio fuit, reus cognita actione, aut actor ſine judicio ceſſit, aut ſe ad contendendum paravit. Si ceſſit, rem aut pacto, aut tranſactione compoſuit. Auctor eſt Ulpianus D. de tranſactionibus: „ Qui tranſigebat, *inquit*, de re dubia, atque incerta, neque finita tranſigebat, qui paciſcebatur, donationis cauſa rem certam, & indubitatam liberalitate remittebat. *Hinc Cicero pro Q. Roſcio*: Cum de ſua parte Roſcius tranſegit cum Flavio, actionem ſibi ſuam reliquit, an non? *& in Verrem III.*: Cum Rabirio tutore, quod erat vix ſeſtertium ſexaginta millium tranſigunt ſeſtertium ducentis millibus. *Hinc erat in Edicto*: Pacta conventa, quæ neque dolo malo, neque adverſus leges, plebiſcita, Senatusconſulta, edicta, decreta Principum, neque quo fraus eorum cuiquam fiat, facta erant, ſervabo. (41)

Quod

(41) Item in XII. tabb. ENDO VIA REM UTI PAICUNT ORATO.
Ideſt: in via quemadmodum pactum fuerit cauſa eſto. ORATO enim pro dicito, ideſt concludito, pronunciato ex L. 28. D. de re jud.

A Quod ad omnes pactiones, tranſactioneſque traductum eſt.

CAP. XXI.

De intentione actionis, ſive litis.

TErtio (42) inde die, qui dies cognitionibus erat dicatus, & comperandinus appellabatur, Prætor actiones editas ac poſtulatas ex tabulis ordine recitari, atque actores, reoſque citari per accenſum jubebat, ut judicia actionibus eorum cognoſcendis daret. Quorum illud Macrobius vocavit, *dicere vadimonia*, hoc *addicere judicia*, cum ſcripſit: *Comperendini dies fuerunt, quibus vadimonia dicere, & judicia addicere licebat.* B Si verò litigatores ad vadimonium die conſtituto non accurriſſent, litem amittebant. Svetonius in Caligula: „ Comprehendit meritoria vehicula, adeout litigantium plerique, „ quod occurrere abſentes ad vadimonium „ non poſſent, cauſſa caderent; *&* *Horatius*: „ Ventum erat ad Veſtæ, & caſu tunc reſ„ pondere vadato Debebat, quod ni feciſſet, „ perdere litem. Præcipue verò reus, ſi vadimonium deſeruiſſet, quod promiſerat, perdebat litem, quia Prætor poſtulante actore, ex edicto bona ejus poſſideri jubebat, & ſi triginta dies poſſeſſa eſſent, neque ille ſe defendiſſet, vendi jubebat eo modo, quo ſupra C demonſtratum eſt. In edicto enim ſic ſcripſerat: *In bona ejus, qui judicii cauſſa fidejuſſores dederit, ſi neque poteſtatem ſui faciat, neque defendatur, iri jubebo.* Scribit etiam Cicero, cum Quinctius vadimonium miſſum feciſſet, Prætorem ex edicto bona ejus poſſideri juſſiſſe.

Si autem uterque occurriſſet, tum ſe ſtitiſſe dicebantur. Cicero: *Teſtificantur iſti, Quintium non ſtitiſſe, ſe ſtitiſſe.* Ac tum prior reus ita agebat: *Ubi tu es, qui me vadatus es? ubi tu es qui me citaſti? ecce ego me tibi ſiſto, tu contra & te mihi ſiſte.* Procedente autem actore rogabat, *Quid ais?* Reſpon- D debat actor, *Ajo*, exempli gratia, *fundum, quem poſſides meum eſſe; Ajo te mihi dare, facere oportere*, prout natura actionis poſtulabat, quam ille intendere volebat. Docet hoc Plautus in Curculione, obi ita eſt: *Ubi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimoniis, Ubi tu es, qui me libello Venerio citaſti? Ecce me. Siſto ego tibi me, & te mihi contra ut ſiſtas, ſuadeo.* Reliqua verò liquent ea ſolemni formula intentionis: *Ajo te.* Neque enim intendens dixiſſet, *Ajo te*, niſi rogatus eſſet, *Quid ais?* Ceterum reſponſio actoris ipſam complexa eſt intentionem actionis. Singulæ autem actionum intentiones propriis formulis incluſæ fuerunt, quæ à Pontificibus ſcriptæ E quondam, deinde à juriſperitis compoſitæ fuerant, à quibus qui receſſit, cauſſa cecidit, ut Cicero ſignificat in primo de Oratore, ubi duorum Advocatorum inſignem in poſtulando juris irridet inſcitiam. Unde dixit item pro Q. Roſcio: *Sunt jura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere injuriæ, aut in ratione actionis errare poſſit.* Has verò formulas in ſingulis actionibus, cujuſmodi fuerint, demonſtrare longum eſſet, & propter ſimilitudinem ipſarum inter ſe moleſtum, ac prope putidum, in Principibus autem præterire vix ſine inſigni hujus doctrinæ detrimento licet. Itaque initio ducto à vindicatione, quid in paucis obſervatum ſit, videamus.

A Actio vindicationis fuit duplex, una poſſeſſionis, altera dominii. Poſſeſſio uſum rei hoc loco ſignificat, ut ædium, aut fundi, eaque propter *Vindiciæ* nominatur. Qui verò litem de dominio rei intendere volebat, quæ dicebatur, ut ſcripſi, *Vindicatio*, ſi cujus vindiciæ, id eſt, poſſeſſio eſſe deberet, certum fuiſſet, is, qui poſſeſſione carebat, actionem ſtatim poſſeſſori de dominio intendebat. Sin autem incertæ fuere vindiciæ, primum de vindiciis, deinde de dominio agebat. B „ Neque enim, *ut inquit Juſtinianus*, aliter „ inſtitui, aut expediri lis de dominio po„ tuit, quam ſi alter petitor, alter poſſeſſor „ eſſet; quia etiam ſi ejus res non eſſet, qui „ poſſideret, ſi modo actor non poſſet ſuam „ eſſe probare, remanebat in ſuo loco poſſeſ„ ſio; aut quia ubi non conſtabat, uter poſ„ ſeſſor eſſet, actio à petitore de dominio „ inſtitui non poterat; quia civilis, & natu„ ralis ratio poſceret, ut alius poſſideret, alius „ à poſſidente peteret. Oſtendimus autem primum, quo modo Vindiciæ poſtulatæ ſint, deinde poſſeſſore conſtituto, qua ratione lis ei de dominio ſit illata.

Cum ergo incerta eſſet poſſeſſio, ii, quo- C rum intererat, poſtularunt à Prætore interdictum de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione, nempe aut de adipiſcanda poſſeſſione, aut de retinenda, aut de recuperanda. Interdictum de adipiſcenda poſſeſſione reddebatur, ut ſcripſi, ei, cui bonorum poſſeſſio à Prætore ex edicto data fuerat. Interdictum de retinenda eis, qui de proprietate litigaturi erant, neque uter poſſideret, inter eos conveniebat. De recuperanda iis, qui vi ex aliquo loco dejecti erant. Vis autem hæc fuit, ut dixi, duplex, vera, & ſimulata. Vera vis appellata, cum armatis, aut inermibus hominibus coactis aliquis ex loco dejectus erat. Vis ſimulata fuit veræ vis imitatio, quoties dicis D cauſſa alter alteri in Jure manum conſerendo vim attulit, & verbis vindicavit, ſeu vindicias poſtulavit. In ſervo quidem manus conſertio facta eſt in hunc modum. Qui ſervi poſſeſſionem petebat, tenens ſervum in Jure apud Prætorem ita vindicabat, id eſt, poſſeſſionem per ſimulatam vim poſtulabat. Quippe roganti reo: *Quid ais?* reſpondebat: *Hunc hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo, ejuſque vindicias mihi dari poſtulo.* Si ille alter taceret, aut cederet, Prætor ſervum addicebat vindicanti, id eſt, poſſeſſionem decernebat poſtulanti uſque ad exitum judicii de dominio conſtituendi. Sin autem ille contra vindicaret, tum & ipſe ſervum eundem cor- E ripiens, & quaſi de manu vindicantis abſtrahens dicebat: *Et ego hunc hominem meum eſſe ajo, ejuſque vindicias mihi conſervari poſtulo.* Tum Prætor interdicebat: *Qui nec vi, nec clam, nec precario poſſidet, ei vindicias do.*

In fundo autem, aut domo manus conſertio facta eſt in hunc modum. Stantes in jure litigatores, petitor eum, unde petebatur, ex Jure manu conſertum vocabat, ita dicens: *Fundus, qui eſt in agro qui Sabinus vocatur, meus eſt; eum ego ex jure Quiritium meum eſſe ajo. Inde ibi ego te ex Jure manu conſertum voco;*

(42) Quod in hoc caput dicendum fuerat, habebis in futuro opera meo.

A voco; ille vero, niſi ceſſiſſet, reſpondebat: *Unde tu me ex Jure manu conſertum vocaſti, inde ibi ego te revoco*. Tum Prætor dicebat utriſque: *Superſtitibus præſentibus: Iſtam viam dico. Inite viam*. Præſto aderat ſapiens, qui inire viam doceret: *Redite viam*. Eodem duce redibant. In agro vero manum conſerebant. Atque hæc quidem Cicero pro Murena. Unde etiam Feſtus: *Superſtites teſtes ſignificat, cujus rei teſtimonium eſt, quod ſuperſtitibus præſentibus ii, inter quos controverſia eſt, vindicias ſumere jubentur*. Hic Vindiciæ non poſſeſſio eſt, ſed res, aut particula rei, cujus poſſeſſio poſtulabatur. Hoc vero totum expoſuit Gellius libro XX. ſcribens: „ Ex

B jure manu conſertum verba ſunt ex antiquis actionibus, quæ cum lege agitur, & vindiciæ contenduntur, dici nunc quoque apud Prætorem ſolent, Manum conſerere. Nam qua de re diſceptabatur in re præſenti, ſive ager ſive aliud quid eſt, in ea re ſolemnibus verbis vindicia, id eſt, conſertio manus in re, atque in loco præſenti apud Prætorem ex XII. tabulis fiebat; in quibus ita ſcriptum eſt: Si qui in Jure manum conſerunt. Sed poſtquam prætores propagatis Italiæ finibus datis juriſdictionibus occupati proficiſci vindiciarum dicendarum cauſſa longinquas in res gravabantur, inſtitutum eſt contra XII. tabulas

C tacito conſenſu, ut litigantes non in Jure apud Prætorem manum consererent, ſed ex Jure manu conſertum vocarent; id eſt, alter alterum ex Jure ad conſerendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret: atque profecti ſimul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam ad Prætorem deferrent, & in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent. Hæc Gellius. In eandem ſententiam dixit Feſtus ex Cincio: *Vindiciæ olim dicebantur, quæ ex fundo ſumpta in Jus allata erant*. His autem vindiciis, id eſt, hac gleba, ſive feſtuca in jus allatis actor, qui dejectus erat, eas tenens dicebat: *Hunc fundum, ſive hanc*

D *domum meam eſſe ajo ex Jure Quiritium, eo que reſtitui, unde dejectum ſum, poſtulo*. Tum Prætor: *Unde tu illum dejeciſti, cum nec vi, nec clam, nec precario poſſideret, eo illum reſtituas, jubeo*. Reſtituebat, ſi modo illum nec vi, nec clam nec precario poſſediſſe conſtaret. Gellius hanc vim civilem & feſtucariam vocat, quippe quæ verbo, non manu armata facta eſſet, & ſimulate ad poſſeſſorem conſtituendum ſuſcepta eſſet; atque hæc quidem ex XII. tabulis ſumpta eſt.

Altera vis ſimulata fuit, quæ non à lege, ſed à moribus emanavit. Quippe qui poſſeſſionem recuperare volebat, poſſeſſori certum diem conſtituebat, quo in rem præſentem

E veniretur, ut in fundo, quo de agebatur, moribus vis, & deductio fieret. Hoc modo Cæcina apud Ciceronem agere cum Æbutio poſſeſſore voluit; verum ab eo in fundum ingredi vera vi, non moribus prohibitus Interdictum Unde vi poſtulavit, ut ille, qui veram vim paſſus eſſet. Verba Ciceronis ſunt hæc: „ Placuit Cæcinæ de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem veniretur, ut de fundo Cæcina moribus deduceretur. Colloquuntur, dies ex utriuſque commodo ſumitur. Cæcina cum amicis ad diem venit in caſtellum Axiam. *Et poſt*: Cum Æbutius Cæcina malum minaretur, ibi tum Cæcina poſtulavit, ut moribus deductio fieret. *Item*: Cæcina ad eum fundum profectus eſt, ex quo ex convento vim fieri oportebat. *Item*: Cæcina cum ad conſtitutum diem, tempuſque veniſſet, ut vis, & deductio moribus fieret, pulſus, prohibituſque eſt vi armatis hominibus.

Huic acceſſit tertia ratio ineundæ poſſeſſionis, quæ neque à lege, neque à moribus, ſed à jure civili profecta eſt. Jus civile voco, quod Juriſconſulti fori diſputatione collatis inter ſe capitibus conſtituerunt. Hæc non proprie vis fuit, ſed uſurpatio. Uſurpatio verò, ut ſcribit Paulus D. de uſurpationibus, fuit *interruptio uſucapionis*. Hinc Venolejus D. de acquirenda poſſeſſione: *Species inducendi in poſſeſſionem alicujus rei eſt, prohibere ingredienti vim fieri, ſtatim enim cedere adverſarium, & vacuam relinquere poſſeſſionem jubet, quod multo plus eſt, quam reſtituere*. Hoc autem facto, ut reor, ille, qui inductus erat, uſurpandi cauſſa ſurculum defringere conſuevit, atque ita poſſeſſionem adverſarii interrupit. Itaque huc alludens dixit Cicero in tertio de Oratore de Philoſophis cum Oratoribus contendentibus: „ Etiam hac inſtituendo diviſione utuntur, ſed ita ut non jure, aut judicio, ut denique recuperare amiſſam poſſeſſionem, ſed ut ex jure civili ſurculo defringendo uſurpare videantur. *Et Cajus D. de uſurpationibus*: „ Naturaliter interrumpitur poſſeſſio, cum quis de poſſeſſione vi dejicitur, vel alicui res eripitur; quo caſu non adverſus eum tantum, qui eripit, interrumpitur poſſeſſio, ſed adverſus omnes, nec eo caſu quidquam intereſt, is, qui uſurpaverit, dominus ſit, nec ne. Hos autem tres poſſeſſionis ineundæ modos ſunt, qui non inter ſe diverſos, ſed omnino eoſdem eſſe ſcribant; quibus ego aſſentiri non poſſum. Eſt enim aliud recuperare poſſeſſionem jure, & judicio, aliud uſurpare ex jure civili, ut ſignificavit Cicero. Nam in recuperanda poſſeſſione, quoniam vis incidit, interdictum poſtulandum eſt, in uſurpanda non ita. Ac vis quidem una fit ex lege allatis vindiciis ex fundo in jus, altera fit moribus in ipſo fundo.

Conſtituto demum poſſeſſore, tum lis de dominio intendebatur poſſeſſori ab eo, qui poſſeſſione exclusus eſſet, aut qui omnino expers poſſeſſionis eſſet. Siquidem, ut ſcriptum eſt D. de petitione hæreditatis: *Tenetur petitione hæreditatis, qui vel jus pro poſſeſſore poſſidet, vel rem hæreditariam, licet minimam*. Dominium autem petebatur eadem ratione, iiſque prope verborum formulis, quibus poſſeſſio; unde errores multi in has actiones irrepſerunt, quibus plerique implicati adhuc ſe expedire non potuerunt. Ceterum petitor cum poſſeſſore ita egit, ut primum an auctor eſſet, id eſt, an talis eſſet, unde jus ſuum repetere poſſet, ſtatueret, deinde vindicaret, tum ſatisdare juberet, tum ſponſione provocaret. An auctor eſſet ita quæſivit: *Quando te in jure conſpicio, poſtulo an ne ſies auctor?* Hoc ſcribit Cicero in oratione pro Cæcina: *Actio eſt in auctorem præſentem: Quando te in jure conſpicio, poſtulo an ne ſies auctor?* & Cajus ſignificavit, cum ſcripſit D. de rei vindicatione: *Qui petitorio judicio utitur, ne fruſtra experiatur, requirere debet, an is, cum*

que

qui inſtituit actionem, poſſeſſor ſit, vel dolo deſiit poſſidere. Si ille, qui rogabatur, taceret, lis ei æſtimabatur; ſi negaret, tum Prætor dicebat: *Quando negat ſacramento quærito*. Erat autem ſacramento quærere, ad certam ſpondendam pecuniam reum peovocare, Ni ita eſset. Itaque audito Prætoris mandato petitor ſubjiciebat: *Quando negas, te ſacramento quinquagenario provoco, ſpondes ne, te ſoluturum quinquaginta aſſes, ſi auctor ſis?* id eſt, ſi probavero, te auctorem eſse? Cui inficiator reſpondebat, *ſpondeo quinquaginta aſſes, ſi auctor ſim*. Inde reſtipulatur: *tu vero ſpondes ne idem, Ni ſim?* Cui ille: *Et ego quoque ſpondeo*. Quod ſi ille ſe auctorem eſse profiteretur, tum eadem vindicandi ratio in dominio petendo obſervabatur, quæ adhibita fuerat in petenda poſſeſſione. Nam Vindicatio non magis erat poſſeſſionis poſtulatio, quam dominii. Itaque, ut maneamus in ſuperioribus exemplis, ſi ſervus peteretur, petitor ſervum tenens ita vindicabat: „ Quando ais, neque „ negas, te auctorem eſſe, hunc hominem „ ex jure Quiritium meum eſſe ajo. Tum Prætor poſſeſſorem interrogabat, an contra vindicaret. Si ille cederet, ſervum pariter vindicanti addicebat, id eſt, dominium decernebat. Sin contra vindicaret, ſic reſpondebat: „ Et ego eundem hominem meum „ eſſe ajo ex jure Quiritium; ſed non ne tu „ dicis, qua cauſſa vindicaveris? Tum petitor cauſſam exponebat. Sin autem fundus, aut domus peteretur, eadem ratione vindicabatur, id eſt, dominium petebatur, qua poſtulatum in ſervo fuerat. Quippe allatis in Jus vindiciis dicebat petitor: „ Hunc fundum ajo meum eſſe ex jure Quiritium, & reliqua eodem modo, quo in ſervo. Hæ formulæ apud Ciceronem in oratione pro Murena, & apud Valerium Probum in libro de Notis antiquis reperiuntur. Cicero etiam huc alluſit, cum dixit in primo de oratore: „ Multis præeſſem, qui aut interdicto tecum „ contenderent, aut te ex Jure manu con„ ſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſio„ nes tam temere irruiſſes. Agerent enim lege „ tecum Pithagorei omnes, vindicarentque, id eſt, litem de dominio intenderent.

De ſatiſdationis poſtulatione ratio fuit ejuſmodi: Antequam petitor cauſſam redderet, cur vindicaret, poſtulabat à poſſeſſore, ut ſatiſdaret, ſe nihil deterius in poſſeſſione facturum. Satiſdabat autem poſſeſſor, aut litem amittebat. Paulus D. de petitione hereditatis: „ Quoties hereditas petitur, ſatiſda„ tio jure deſideratur; &, ſi ſatiſdatio non „ detur, in petitorem hereditas transfertur. Aſconius: „ Prædes dicuntur ſatiſdatores lo„ cupletes pro re, de qua apud Judicem lis „ eſt, ne interea qui tenet, diffidens cauſſæ „ ſuæ poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta „ diſſipet, excidat arbores, & culta deſerat.

Sponſionis inde faciendæ ratio fuit hujuſmodi: Petitor, ubi eum, unde petebatur, aut intentionem, aut rationem intentionis ſuæ inficiantem audivit, cum ſponſione ſacramenti provocavit: *Ni ita eſſet*; qua facta reus petitorem viciſſim provocavit hoc modo; in intentione: *Quando negas, hunc ſervum meum eſſe, ſacramento te quingenario provoco. Spondes ne quingentos, ſi meus ſit?* id eſt, ſi meum eſſe probavero; cui reus: *Spondeo, ſi tuus ſit*; & ſi ſponſionem recuſaſſet, litem amiſiſſet. Inde reſtipulans rogabat: *Et tu*

A *ſpondes ne quingentos, Ni tuus ſit?* id eſt, ſi probavero, tuum non eſſe. Cui petitor: *ſpondeo, Ni meus ſit*; atque hoc niſi feciſſet, litem amiſiſſet. In ratione intentionis hoc pacto: *Ajo, hunc ſervum meum eſſe, quia ex ancilla mea natus eſt*. Cui reus: *Nego tuum eſſe, quia ex ancilla tua natus non eſt*. Tum petitor: *Spondes ne quingentos, ſi ex ancilla mea natus ſit?* Reus: *Spondeo, ſi ex ancilla tua natus ſit. Et tu ſpondes ne quingentos, Niſi ex ancilla tua natus ſit?* Petitor: *Spondeo, Niſi ex ancilla mea natus ſit*. In hoc genere pecunia, quæ interponebatur, Sacramentum; Stipulatio, & reſtipulatio Sponſio dicebatur. Confirmemus hæc auctoritatibus. Varro li-
B bro V. de lingua Latina: *Quæ pecunia inter ſe contra ſponſum rogata erat, dicta ſponſio*. Paulus D. de petitione hereditatis: *Si petitor ſatiſdare noluerit, penes poſſeſſorem poſſeſſio remanet; in pari enim cauſſa potior eſt poſſeſſor*. Si petitor ſatiſdare noluerit, inquit, pro eo, quod eſt, ſi à poſſeſſore ſponſione provocatus ſponſionem facere noluerit. Item Cicero in tertia in Verrem: „ Si quis teſtamento ſe „ heredem eſſe arbitraretur, quod tum non „ extaret, lege ageret in hereditatem, aut „ pro præde litis vindiciarum, cum ſatis ac„ cepiſſet, ſponſionem faceret; ita de here„ ditate certaret. In quem locum ſic Aſconius: „ Experiretur jure, quemadmodum
C „ probaret, ſe heredem ſcriptum eſſe, & „ poſſeſſionem à Prætore peteret. Itaque aut „ peteret, ut poſſeſſor eſſet, aut acciperet „ ab adverſario ſatis pro præde litis vindi„ ciarum, & ipſe ſponſionem faceret. Lis „ autem vindiciarum eſt, cum litigatur de „ ea re apud Prætorem cujus incertum eſt, „ quis debeat eſſe poſſeſſor; & ideo qui eam „ tenet, ſatiſdat pro præde litis vindiciarum „ adverſario ſuo, quo illi ſatisfaciat, nihil „ ſe deterius in poſſeſſione facturum, de „ qua jurgium eſſet. Rurſus ſponſione ipſe „ provocatur ab adverſario certæ pecuniæ, „ aut æſtimationis, quam amittat, Ni ſua „ hereditas ſit; hic ſponſionem facit petitor,
D ſponſione provocat poſſeſſor, hoc modo. Petitor: *Ajo, hanc hereditatem meam eſſe*. Poſſeſſor: *nego*. Petitor: *Spondes ne certam pecuniam, Si mea ſit?* Poſſeſſor: *Spondeo, ſi tua ſit. Et tu ſpondes ne idem, Ni tua ſit?* Petitor: *Spondeo, Ni mea ſit*. De ſacramento ſic Feſtus: *Sacramentum æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur, ſive eo quis interrogatur, ſive contenditur; id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt, in aliis quingentorum inter eos, qui judicio inter ſe contendunt. Qua de re lege L. Papirii ſancitum eſt his verbis: Quicunque Prætor poſthac factus erit, qui jus inter cives dicet, tres viros capitales populum rogato; hique triumviri capitales, quicunque ex hac lege
E facti erunt, ſacramenta exigunto, judicantoque; eodemque jure ſunto, uti ex legibus, plebeive ſcitis eſſe oportet. Sacramenti autem nomine id æs dici cœptum eſt, quod & propter ærarii inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus divinis*. Item Varro libro quinto de lingua Latina: *Ea pecunia, quæ in judicium venit, in litibus Sacramentum à ſacro dicta. Qui petebat, & qui inficiabatur, de aliis rebus uterque quingenos æris ad Pontificem deponebant, de aliis rebus item certum alium aſſium numerum. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat*. Aſconius: *Cum in rem ali-*

quam

Digitized by Google

quam agerent Litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent. Valerius libro VII.: *Æbutia Plætoriam filiam heredem re æquat, Afraniam ſine cauſſa præterit, filiis autem Afraniæ viginti millia nummûm legavit. Afrania tamen cum ſorore ſua ſacramento contendere noluit*. Cicero pro Milone: *Injuſtis vindiciis, & ſacramentis alienos fundos petunt*. In primo de oratore: *Agerent tecum lege Pythagoree omnes, vindicarentque, quibus cum tibi juſto ſacramento contendere non liceret*. Arnobius: *Quis arbiter tantis cervicibus erit, qui inter perſonas ejuſmodi aut vindicias juſtas dare, aut ſacramenta conetur non juſta pronunciare?* Cæterum ſponſionis ratio hujuſmodi fuit. Qui petebat, dicebatur ſponſione, & ſacramento provocare, quia interrogabat, *ſpondeſne quingentos?* item ſacramento rogare, quærere, & ſtipulari ob eandem cauſſam. Ille vero unde petebatur, dicebatur contendere ex provocatione, contendere ſacramento, & reſtipulari. Contendere ex provocatione, quia provocatus non recuſabat ſponſionem; ſacramento, quia pecuniam, quæ ſacramentum dicebatur, &, ut inquit Iſidorus libro quinto, *ſponſionis pignus erat*, ſe ſoluturum ſpondebat; reſtipulari, quia & ipſe ab actore viciſſim ſtipulabatur, poſtquam ipſe ſpoponderat: *Et tu ſpondes ne idem?* Uterque autem ſpondere, & ſponſionem facere, & ſe inter ſe ſponſione provocare dicebatur. Ceterum utraque ſponſio his verbis concipiebatur, *Si*, & *Niſi*, ſed modo hoc, modo illo pro natura negotii, & rei affirmatione, aut inficiatione. Nam ſemper contrarium rogabatur ejus, quod reus dixerat. Quippe negante reo ſe eſſe auctorem, rogabat petitor, ac ſtipulabatur: *ſpondes ne quinquaginta, ſi ſis auctor?* Ajente autem fundum ſuum eſſe, quia teſtamentum extet, rogabat, ac ſtipulabatur, *ſpondes ne quingentos, Ni tuus fundus ſit, Ni teſtamentum extet*. Reus autem ſpondebat: *Spondeo quinquaginta, Si auctor ſim; quingentos, Ni meus fundus ſit, Ni teſtamentum extet*. Inde rogabat viciſſim petitorem, & reſtipulabatur; *Et tu ſpondes ne quinquaginta, Ni auctor ſim: Si meus fundus ſit: Si teſtamentum extet*; cui ille: *ſpondeo, Ni auctor ſis, Si fundus tuus ſit, Si teſtamentum extet*. Perpendamus exempla, unde hæc hauſta ſunt. Valerius libro ſecundo: *Pertinacius progreſſa contentione Valerius ſponſione Lutatium provocavit: Ni ſuo ductu Punica claſſis oppreſſa eſſet: nec dubitavit reſtipulari Lutatius*. Petebat ſcilicet triumphum Valerius Prætor, cum diceret ægrotante Lutatio Conſule Punicam claſſem ductu ſuo oppreſſam fuiſſe. Negabat, tribuendum eſſe Lutatius, quia non ductu ejus Punica claſſis oppreſſa eſſet. Tum Valerius: *Spondes ne ſacramentum, Si meo ductu claſſis oppreſſa fuit?* id eſt, ſi probavero meo ductu claſſem oppreſſam? Cui Lutatius, *Spondeo, Si tuo ductu claſſis oppreſſa fuit*. Inde reſtipulatus eſt: *Et tu ſpondes ne, Niſi tuo ductu claſſis oppreſſa fuit*: id eſt, ſi probavero, *non tuo ductu claſſem oppreſſam?* cui Valerius: *Spondeo, Ni meo ductu claſſis oppreſſa ſit*. Macrobius: *Cleopatra ſponſione provocavit Antonium, inſumere ſe poſſe in unam cœnam ſeſtertium centies. Nec moratus Antonius ſponſione contendit*. Hoc loco dixerat Cleopatra, ſe in unam cœnam ſeſtertium centies inſumere poſſe. Negavit Antonius. Cleopatra ſponſione provocavit eum dicens: *Spondes ne ſacramentum, ſi inſumpſero?* Inde reſtipulans: *Et tu ſpondes ne, Niſi inſumpſero?* cui Cleopatra: *Spondeo, Ni inſumpſero*. Cicero pro Quinctio: *Prætor jubet, P. Quinctium ſponſionem facere cum Nævio, Si bona ſua ex edicto Prætoris poſſeſſa eſſent*. Hic Nævius provocavit Quinctium ſponſione ſtipulans: *Spondes ne ſacramentum, ſi bona tua ex edicto Prætoris triginta dies poſſeſſa ſint?* id eſt, ſi probaro, quod negas, bona tua ex edicto Prætoris triginta dies eſſe poſſeſſa? Cui Quinctius ex auctoritate Prætoris: *Spondeo, ſi bona mea ex edicto Prætoris triginta dies poſſeſſa ſunt*. Inde reſtipulans: *Et tu ſpondes ne idem, Niſi bona mea poſſeſſa ſunt?* Cui Nævius: *ſpondeo, Ni bona tua poſſeſſa ſunt*. Idem ad Trebatium: *Cum ei dicerem, tibi videre, ſponſionem illam nos ſine periculo facere poſſe: Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio ex edicto ſuo mihi dedit*. Hic actor intendebat, prætorem dediſſe poſſeſſionem bonorum Turpiliæ, reus negabat dediſſe. Cui reus provocans, ac ſtipulans, *Spondes ne, ſi dederit?* id eſt, ſi probavero dediſſe. Cui reus, auctore Trebatio, *Spondeo, ſi dederit*; inde rurſus provocans, ac reſtipulans, *Et tu ſpondes ne, Ni dederit?* Cui ille, *Spondeo, Ni dederit*. In tertio de officiis: *Fimbria judex datus M. Lutatio, cum is ſponſionem feciſſet, Ni vir bonus eſſet*. A M. Lutatio petebatur pecunia, quam ipſe ſe reddidiſſe ſine teſtibus affirmanti credi volebat, quia vir bonus eſſet. Tum actor *ſpondes ne ſacramentum, Ni vir bonus es*, id eſt, ſi probavero, te virum bonum non eſſe. Cui Lutatius: *ſpondeo, Ni vir bonus ſum*. Inde reſtipulans: *Et tu ſpondes ne, Si vir bonus ſum? Spondeo, ſi vir bonus es*. Livius libro XXXIX: *Cato Quinctio conditionem tulet, ut, ſi id factum negaret, ſponſione ſe defenderet*. Hæc de ratione ſponſionis dicta ſint. De quingentis autem ſpondendis perpetuum non fuiſſe crediderim, ſed ſponſionem factam eſſe pro modo litis, & arbitrio provocantis; ſiquidem dixit Cicero in quinta Verrina: *Facta eſt ſponſio ſeſtertium quinque millibus*; & pro Q. Roſcio: *Pecunia petita eſt certa cum tertia parte ſponſio facta eſt*.

His de auctoritate, ſatiſdatione, ſacramento, & ſponſione perfectis redeo ad rem, de qua dicere inſtitueram. Cum petitor in hereditatem fundi ageret, ita dicebat: *Ajo, hunc fundum meum eſſe jure Quiritium*. Cui poſſeſſor inficians reſpondebat: *Et ego meum, non tuum eſſe ajo ex eodem jure Quiritium*. Tum petitor: *Satiſda, te non deteriorem poſſeſſionem facturum*; poſſeſſor ſatiſdabat. Tum petitor *ſpondes ne quingentos, ſi meus hic fundus ſit?* poſſeſſor *ſpondeo quingentos, ſi tuus hic fundus ſit*. Inde reſtipulans: *Et tu ſpondes ne totidem, Ni tuus hic fundus ſit?* petitor, *Spondeo, Ni meus hic fundus ſit*.

Eſt autem animadvertendum, ſi reus nihil ad inficiationem addidiſſet, puram defenſionem dictam; ſi exceptionem adjeciſſet, conjunctam. Erat autem Exceptio rei defenſio, quæ non omnem actoris intentionem excludebat, ut inficiatio, ſed ejus partem duntaxat; atque his verbis concipiebatur, *extra quam ſi*, vel *Niſi ſi*; ut ſi reus dixiſſet: *Immo hereditas mea eſt, non tua, Niſi teſtamento prodatur, quo tibi relicta appareat*, aut aliquid tale. Cicero in Rhetoricis: „Lex „ eſt. In judicio privato præjudicium ne „ fiat publico. Cum ad vim quotidianam „ faciendam quidam armati veniſſent, arma-

„ti contra præſto fuerunt, & cuidam equiti Romano quidam ex armatis reſiſteati gladio manum præcidrrunt. Agit is, cui manus præciſa eſt, injuriarum. Poſtulat is, qui cum agitur, à Prætore Exceptionem Extra quam ſi in eum capitis præjudicium fiat, id eſt, non excludit totam actionem injuriarum, ſed ex ea tantum parte, Si in reum capitis præjudicium fiat. Ut autem in inficiatione actor, ſic in Exceptione reus ſponſionem concepit. Et ſponſio quidem cum inficiatione Pura dicebatur, cum Exceptione vero Conjuncta, ut *Spondes ne quingentos, Ni hæreditas ſua ſit, Ni teſtamentum prodatur? Spondeo. Tu vero Spondes ne, ſi hæreditas mea ſit, Ni teſtamentum prodatur? Spondeo.*

Quoniam autem per exceptiones actio transferebatur, locus admonet, ut de translatione actionis deinceps dicamus. Transferebatur actio, cum petitor agens plus in intentione ſua complectebatur, quam ad eum pertinebat. Quod ſi feciſſet, cauſa cadebat, id eſt, ut inquit Juſtinianus, litem amittebat, nec facile in integrum reſtituebatur à Prætore, niſi minor erat viginti quinque annis. Plus autem quattuor modis petebatur, re, tempore, loco, & cauſſa. Re, veluti ſi quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti peteret, aut ſi is, cujus ex parte res eſt, totam eam, vel majore ex parte ſuam eſſe intenderet. Tempore, veluti ſi quis ante diem, vel ante conditionem petiſſet. Loco, veluti, cum quis id, quod certo loco ſibi dari poſtulatus eſt, alio loco petiſſet, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari poſtulatus eſſet; verbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerat, *Epheſi dare ſpondes?* Romæ pure intendat dari ſibi oportere. Cauſſa, ut ſi quis ita à te ſtipulatus eſſet: *Hominem Stichum, aut decem aureos dare ſpondes?* deinde alterutrum petiſſet, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere ſtipulationis, promiſſoris eſt optio, utrum pecuniam, an hominem ſolvere malit. Qui vero pecuniam tantum, vel hominem tantum ſibi dari oportere intendit, eripit optionem adverſario, & eo modo ſuam quidem conditionem meliorem facit, adverſarii vero ſui deteriorem. Hac vero de re Cicero in Rhetoricis: „In noſtra conſuetudine multis de cauſſis fit, ut ſæpius incidant translationes. Nam & prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones, & ita jus civile habemus conſtitutum, ut à cauſſa cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit. Quare in jure plerunque verſantur; ibi enim & exceptiones poſtulantur, & quodammodo agendi poteſtas datur, & omnis conceptio privatorum judiciorum conſtituitur. *Quæ verba ſic exponit Victorinus*: Apud Prætorem cum litis ipſius forma componeretur, ibi partes aut excipiebant, aut ſimplicem actionem accipiebant. Unde in ipſo jure, hoc eſt, apud Prætorem tractabatur exceptio, atque translatio.

Atque hoc quidem modo in rebus corpore præditis litis concipiebatur intentio. Qua cognita facilis eſt cognitio reliquarum. Nam in rebus corpore vacantibus, ut in uſufructu, & prædiorum ſervitute eodem modo intendebatur, ac vindicabatur: *Ajo,*

A *uſumfructum fundi tui, qui eſt in agro Sabino, eſſe meum. Ajo, jus eundi agendi per fundum tuum eſſe meum. Ajo, jus ex fundo tuo aquam ducendi, vel jus verſus ædes tuas altius tollendi eſſe meum.* Hoc autem proprium in his fuit, quod non ſolum affirmanter intendi potuit, ſed etiam neganter, hoc modo: *Ajo, uſumfructum fundi mei non eſſe tuum. Ajo, jus eundi agendi per fundum meum non eſſe tuum*; atque ita in ceteris. Cauſſa vero hujus diſſimilitudinis fuit, quod in rebus corporeis is ſolum agere potuit, qui non poſſedit; nam ei, qui poſſedit, nulla erat prodita actio; neque enim intendere potuit: *Ajo fundum hunc tuum non eſſe*. Neque enim ſi judi-
B catum eſſet, non eſſe poſſeſſoris, propterea fiebat neceſſario, ut eſſet petitoris. In his autem non idem erat qui affirmative agebat, & qui negative; nam affirmanter intendebat qui ſe jus illud, de quo quærebatur, habere dicebat, veluti uſumfructum, aut ſervitutem in alterius proprietate; neganter vero ipſe dominus fundi, aut ædium, quia affirmabat, illum alterum uſumfructum, aut ſervitutem in fundo, aut ædibus ſuis non habere. In his autem ſponſiones fuerunt hæ. Affirmative ita: „Ajo, uſumfructum fundi tui eſſe meum. Ajo, uſumfructum fundi mei non eſſe tuum. Spondes ne, ſi uſusfructus fundi tui ſit meus? Spondeo. Si uſusfructus
C fundi mei ſit tuus? Spondeo. Et tu ſpondes ne, Si uſusfructus fundi mei non ſit tuus? Spondeo. Si uſusfructus fundi tui non ſit meus? Spondeo. *Negative ita:* Ajo, uſumfructum fundi mei non eſſe tuum. Ajo, uſumfructum fundi tui eſſe meum. Spondes ne, Si uſusfructus fundi mei non ſit tuus? Spondeo. Si uſusfructus fundi tui non ſit meus? Spondeo. Et tu ſpondes ne, ſi uſusfructus fundi tui ſit meus? Spondeo. Si uſusfructus fundi mei ſit tuus? Spondeo. Eodem modo in ceteris. In actione etiam de ſervitute luminum fuit aliquid diverſi à ceteris. In aliis enim qui intendebat, idem etiam ſponſionem faciebat.
D Exempli gratia, Si me habere dixiſſem jus fundo tuo utendi fruendi, neque tamen me uti frui fineres, vocaſſem te in jus, & intendiſſem apud Prætorem, jus utendi tuo fundo meum eſſe, & à te provocatus ſponſionem feciſſem: *Ni meum jus ſit*. At ſi altius ædes tollere incœpiſſem, tu in jus me vocaſſes, & ita dixiſſes: *Nego tibi jus eſſe altius ædes tollendi verſus me*, & rationem negatæ ſervitutis Prætori expoſuiſſes. Tum ego remiſſam eſſe ſervitutem oſtendiſſem, & à te provocatus ſponſionem feciſſem: *Ni meum jus ſit*. Itaque in hoc libertas vindicari, in aliis ſervitus peti videbatur.

Fuerunt præterea actiones duæ in rem,
E una de libertate, altera de ventre cognoſcendo, quæ propriam requirunt obſervationem. De his ita ſcribit Juſtinianus: „Præjudiciales actiones in rem eſſe videntur, quales ſunt per quas quæritur, an aliquis liber, an libertus ſit, vel de partu cognoſcendo; ex quibus fere una illa legitimam cauſſam habet, per quam quæritur an aliquis liber ſit; ceteræ ex ipſius Prætoris juriſdictione ſubſtantiam capiunt. Ex his autem cauſſa liberalis fuit duplex; aut enim è ſervitute in libertatem, aut è libertate in ſervitutem vindicabatur. Hæc vero privata omnino cauſſa non videtur, quia actio cui-

que

que è populo data eſt, qui ſe aſſertorem, & vindicem profiteretur. Erat autem lex XII. tabularum, ut inquit Dionyſius, & Livius, ut „ ſi quis aut ex libertate in ſervitutem, aut „ ex ſervitute in libertatem aſſereretur, poſ„ ſeſſionis jus maneret uſque ad exitum ju„ dicii penes eum, qui in libertatem aſſere„ ret, non qui in ſervitutem. *Item in eadem* „ *lege fuit*: Ut cui vindiciæ ſecundum liber„ tatem à Prætore addicerentur, is ſponſores „ daret, hominem poſtea judicio ſiſti. *Legis* „ *verba videntur ejuſmodi fuiſſe* : Si de cujus „ libertate ambigetur, Prætor ſecundum eum, „ qui libertatem defendit, vindicias addici„ to; cui addictæ erunt, ſponſores judicio „ ſiſti, dato; *verba poſtulantis vindicias ſunt* „ *apud Terentium*: Hunc hominem ego libe„ rum eſſe aſſero poſtulo, ut mihi des vin„ dicias ſecundum libertatem. *Item*: Hunc „ hominem ſervum meum eſſe aſſero, poſtu„ lo, ut mihi des vindicias ſecundum ſervi„ tutem. *Decretum Prætoris*: Qui libertatem „ defendit, ei vindicias do. *Livius libro III.* „ Appius Marco clienti negotium dedit, ut „ virginem in ſervitutem aſſereret, neque „ cederet ſecundum libertatem poſtulantibus „ vindicias. *Item*: Poſtulat à Decemviro, ut „ lege ab ipſo lata vindicias det ſecundum „ libertatem. *Item* : Cum inſtaret aſſertor „ puellæ, ut vindicaret, ſponſoreſque daret, „ manus tollere multitudo, & ſe quiſque „ paratum ad ſpondendum ilico oſtendere; „ ita vindicatur Virginia ſpondentibus pro„ pinquis. Hic poſtulare vindicias, & vindicare eſt poſſeſſionem petere, dare vindicias poſtulantibus eſt poſſeſſionem alteri poſtulanti concedere. Decreta igitur in hunc modum poſſeſſione tum alio die actio de libertate intendebatur, ita: *Hunc hominem ex jure Quiritium liberum eſſe aſſero*; ſic enim Terentius in Adelphis: *Quid ſi ego illam tibi nolo vendere, Coget me? ÆS. Minime. S. Nanque id metui. ÆS. Neque vendundam cenſeo quæ libera eſt. Nam ego illam liberali aſſero cauſſa manu*. Hoc dicto ille alter respondebat: *Hunc hominem ſervum eſſe, meumque ex jure Quiritium ſervum eſſe aſſero*: Inde ſponſiones, ut ſupra: *Ni liber ſit*, *Ni ſervus ſit*. *& ſervus ejus ſit*. Item in ceteris: *Ajo, me ingenuum eſſe ex jure Quiritium, neque juſtam ſervitutem ſerviſſe. Ajo, hunc hominem, cum apud me juſtam ſervitutem ſerviret, à me manumiſſum, meumque libertum eſſe*; ſponſio: *Ni ingenuus ſit*, *Ni manumiſſus ſit*. Hujus judicii illuſtre exemplum eſt apud Aſconium in Cornelianam: *Metellus fecit reum Curionem, cumque interim quendam civem idem Metellus ſervum eſſe contendens vi arripuiſſet, ac verberibus affeciſſet, Curio aſſertorem ei comparavit; dein cum appareret, eum exitum illius judicii futurum, ut is liber judicaretur, quem Metellus verberibus affectum à ſe negare non poterat, inter Metellum, & Curionem facta pactio eſt, ut neque arbitrium de libertate urgeret in Metellum Curio, neque Metellus præſtaret in accuſatione Curionis*. De ventre vero ita intentum eſt: *Ajo mulierem hanc ex te prægnantem eſſe*. *Nego*. Sponſio: *Ni ſit*. Ac de formulis quidem intentionis in Actione Vindicationis hactenus.

Condictionis vero longe alia ratio fuit. Condictio vero fuit, ut diximus, qua non corpus aliquod petierunt, ſed à perſona certam præſtationem poſtularunt, neque, unde

A ſatisfaceret, curarunt. Ea vero, ut dixi, fuit duplex; una adverſus eum, qui ex contractu, altera adverſus eum, qui ex maleficio obligatus erat. Contractus nomina ferme, ut diximus, hæc fuerunt: Mutuum, Commodatum, Depoſitum, Pignus, Emptum, Locatum, Societas, Fiducia, Stipulatus, Negotium geſtum, Præſcriptis verbis. In his actor ferme ſic intendit, *Ajo, te mihi mutui, aut commodati, aut depoſiti, aut aliorum contractuum nomine dare centum oportere*. Ille vero, unde petebatur, aut inficiabatur, aut excipiebat. Inficiabatur ita dicens: *Nego me tibi dare centum eo nomine debere*. Excipiebat partem actionis excludens, ita: *Nego me*
B *tibi ex ſtipulatu centum dare debere, Niſi quod metu, aut dolo, aut errore adductus ſpopondi*, aut, *Ni minor annis XXV. ſim*. Unde Plautus in Rudente: „ Si Vidulum iſtum redegiſſem in poteſtatem ejus juratus mihi da„ re talentum magnum argenti. *LA* Cedo „ qui cum habeam judicem: Ni dolo inſti„ pulatus ſis, Nive etiam dum ſiem quinque „ & viginti annos natus. *Item*: Ajo, te mi„ hi domum, aut navim ædificare, aut ve„ ſtem polire oportere ex ſtipulatu. Nego. Inde ſponſio: *Ni facere debeas*, ut ante, naſcebatur, aut: *Ni mutui, aut depoſiti nomine centum dare debeat*. Quo in loco *Dare* videtur accipiendum eſſe pro reddere; non enim
C qui mutuo dedit, aut commodavit, aut depoſuit, dominium amiſit. Præſcriptis verbis obligatio erat talis. Si qua naſceretur inuſitata controverſia, litigatores vel ſuo ingenio, vel Juriſconſulti ſui actionis formulam certis verbis ſecundum pactum inter ipſos conventum concipiebant, in eaque verba ſponſionem faciebant; exempli gratia, Mævius Fulloni polienda veſtimenta ſua dedit ea mercede, de qua poſtea inter ipſos conveniſſet, atque ea polita accepit, neque fulloni ſatisfecit. Tum fullo ſic intendet: *Ajo te mihi mercedem, de qua inter nos conveniat, ob polita tua veſtimenta dare oportere*. *Nego, me dare oportere*. Sponſio: *Ni dare debeat*. Jam
D vero obligationes ex maleficiis fuerunt, ut diximus, ex furto, damno, rapina, injuria. In furto ejuſmodi fuit intentio: *Ajo, veſtem, quam nuper furto mihi abſtuliſti, meam eſſe, teque illam mihi dare oportere*. Hæc autem actio furtiva condictio vocabatur, odio furum à Prætore inſtituta, ut furtum non ſolum vindicatione repeti poſſet, ſed etiam condictione. Nam in Vindicatione adverſus poſſeſſorem tantum erat actio, hoc modo: *Ajo, hanc veſtem meam eſſe*; neque furti mentio fiebat, in condictione vero adverſus furem ipſum erat actio, & furti nomen exprimebatur, & illam rem cum *dare*, id eſt, reddere debere, intendebatur, ut Juſtinianus
E docuit. Eadem in ceteris maleficiis fuit ratio. *Ajo, te mihi pugnum, aut fuſtem inflixiſſe, aut convicium feciſſe, teque mihi tantum quantum ego æſtimavero, dare oportere*. *Nego*. Sponſio: *Ni fecerit*.

Poſtremo miſtarum actionum intentiones ejuſmodi fuerunt: „ Ajo, te familiam „ dividere debere, & eo nomine centum „ te mihi dare oportere. Ajo te res commu„ nes dividere debere, & eo nomine cen„ tum te mihi dare oportere. Ajo, fines agri „ noſtri dirigi oportere, & quod ex agro „ meo percepiſti, te mihi dare oportere. Quibus intentionibus Inficiatio, Exceptio,

Spon-

Google

[A] Sponſio eodem modo ſubjicientur, quo in ſuperioribus diximus.

His cognitis, quoniam in tertia diviſione actiones maleficiorum triplices fuiſſe ſcripſimus, rei perſequendæ, pœnæ perſequendæ, & utriuſque; deinceps quænam earum formulæ fuerint, oſtendamus. In furto actio, quæ rem tantum perſequitur. Vindicatio, & furtiva condictio vocabatur, ut dictum eſt, per quas ubi res ablata recepta erat, remanebat tamen furti actio, quæ ad pœnæ perſecutionem pertinebat. Cajus D. de furtiva condictione: „ Cum furti actio „ ad pœnæ perſecutionem pertineat, Condi„ ctio vero, & Vindicatio ad rei recupera- [B] „ tionem; apparet, recepta re nihilominus „ ſalvam eſſe furti actionem; Vindicationem „ vero, & Condictionem tolli. „ In hæc ergo intentio hæc erat: „ Ajo te centum mi„ hi abſtuliſſe, & manifeſto deprehenſum „ eſſe, & manifeſti furti nomine quadrin„ gentos aureos mihi dare debere. „ Rapinæ vero actio ſimul rem, & pœnam perſequebatur. Sic enim ſcribit Juſtinianus: „ Rapinæ actio in quadruplum, triplum pœnæ, „ ſimplum rei nomine perſequitur; nam in „ quadruplo ineſt & rei perſecutio. „ Quamobrem formula erat: „ Ajo, Mævium vi „ veſtem mihi eripuiſſe, atque ejus rei nomi„ ne, eum quadruplum mihi dare oportere. [C] Quoniam enim nulla actio Rapinæ prodita eſt, qua rem & perſonam ſeparatim perſequi liceret, propterea una, & eadem actione utrumque perſecuti ſunt. Actio damni lege Aquilia item & rem, & perſonam perſequebatur, pœna adverſus confitentem in triplum erat; adverſus inficiantem in duplum. Itaque intentionis formula erat: „ Ajo, Mævium „ Stichum ſervum meum interfeciſſe, fa„ ctumque illud inficiatum eſſe, atque eo „ nomine duplum, quanti hoc anno ſervus „ plurimi fuit, mihi dare oportere. „ Reus negabat, ſe interfeciſſe, aut inficiatum eſſe. Sponſio naſcebatur: „ Ni interfeceris, Ni „ inficiatus ſit. „ Jam vero in ſervo corrupto ita intendebatur: „ Ajo, Mævium Sticho [D] „ ſervo meo perſuaſiſſe dolo malo, quo eum „ deteriorem faceret, atque hoc nomine, „ quanti hæc res fuit, mihi dare oportere. „ De eo, quod metus cauſſa geſtum eſt, quæ fuit prætoria actio, ita: „ Ajo, Mævium „ terrore, ac minis veſtem à me extorſiſſe, „ atque eo nomine quadruplum, quanti ea „ res fuit, mihi dare oportere. „ De Calumnia ita: „ Ajo, Mævium calumniæ cauſſa „ pecuniam accepiſſe, ut mihi negotium faceſſeret, & eo nomine quadruplum mihi „ dare oportere. „ Ceterum, ut inquit Juſtinianus, actio furti nec manifeſti, & ſervi corrupti à ceteris differunt, quod omnino dupli ſunt; at actio damni ex lege Aquilia, [E] & de dolo malo inficiatione depoſiti duplicantur, in confitentem autem in ſimplum dantur. Item actio de eo, quod metus cauſſa factum eſt, à ceteris diverſa eſt, quod ejus natura tacite continetur, ut qui Judicis juſſu ipſam rem actori reſtituit, abſolvatur. In ceteris non erat ita, ſed omni modo quiſque in quadruplum condemnabatur.

Sequuntur actiones quintæ diviſionis, quibus non totum, ſed pars petitur, in iis vero intentio ſic concipiebatur, ut de peculio filii: „ Ajo, me Servilio filio tuo centum „ aureos mutuo dediſſe, teque quantum ea „ ejus peculio facere poteris, mihi dare „ oportere. *De dote*: Ajo, me tibi nomine „ dotis centum dediſſe, teque mihi quan„ tum facere poteris, dare oportere. Item à parente, patrono, ſocioque non totum, ſed quantum facere poſſent, petebatur. Eodem modo agebatur cum eo, qui creditoribus bonis ſuis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſiſſet.

De actionibus ſextæ diviſionis, nempe cum dominis cauſſa ſervorum, & cum patribus cauſſa filiorum, hæc habemus. Ejus, quæ dicebatur: *Quod juſſu*, talis fuit intentio: *Ajo, me Sticho Mævii ſervo, ipſius Mævii juſſu centum aureos crediſſe, & centum eo nomine Mævium mihi dare oportere*. In exercitoria ſic intentum eſt: „ Ajo me Sti„ cho ſervo, quem Mævius dominus ei navi, „ quam exercet, magiſtrum præfecerat, cen„ tum aureos ejus rei cauſſa, cui præfectus „ erat, crediſſe, eumque ejus rei nomine „ centum mihi dare oportere. *In Inſtitoria* „ *ſic*: Ajo, me Sticho Mævii ſervo, quem „ Mævius inſtitorem ſuum fecerat, centum „ aureos crediſſe, eumque ejus rei nomine „ centum aureos mihi dare debere. *In tribu-* „ *toria ita*: Ajo, Mævium peculiares Stichi „ ſervi ſui merces ex edicto non diſtribuiſſe, „ & quanto minus tributum ſit quam debue„ rit, tantum mihi dare oportere. Exempli gratia: Duodecim ſunt in mercibus ſervi peculiaribus, ex quibus domino quinque debeatur, Valerio quinque, totidemque Servilio; ſi de peculio agatur, dominus integra quinque obtinebit: ſin autem tributoria, quattuor tantum; ibi enim melior eſt domini conditio, hic vero par eſt omnino. De eo, quod in rem verſum eſt, ſic: *Ajo, me Sticho Mævii ſervo centum crediſſe, ut Mævii domum cadentem fulciret, & Mævium quatenus, & in rem verſum, & in peculio Stichi eſſe conſtabit, dare mihi oportere*. Hinc probare opus erit, & in rem domini verſum, & ſervum habere peculium. In noxali, ita: *Ajo, Stichum Mævii ſervum noxam mihi nocuiſſe, & Mævium aut ſolvere, aut Stichum noxæ dedere mihi debere*: quo in loco *noxæ dedere*, eſt noxæ nomine dedere. In pauperie hoc modo: „ Ajo bovem Mævii me cornu petiſſe, & „ vulneraſſe, eumque Mævium mihi noxæ „ dedere oportere: Ajo, urſum Mævii mihi „ vulnus intuliſſe, & Mævium, quantum „ æquum eſſe videatur, mihi dare oportere; „ Ajo, urſum Mævii meam mihi veſtem diſcidiſſe, & duplum, quanti veſtis eſt, mihi „ dare debere. Atque hæ quidem actiones ferme ejus generis fuerunt, ut in iis & certa pecunia peteretur, & ſponſio conciperetur, & ut ad certam formulam judex aſtringeretur, poſtularetur. Unde ſtricti juris actiones à Juſtiniano ſunt dictæ.

Poſtrema diviſione arbitrariæ poſitæ actiones fuere, in quibus neque certa pecunia eſt petita, neque ſponſio facta, neque ad certam formulam judex aſtrictus. Hæ vero fuere duorum generum; unum earum, quæ dicebantur, Ex bona fide, alterum earum, quæ proprie Arbitrariæ appellatæ. Actionum Bonæ fidei tres formulæ fuerunt, una, quæ contractibus bonæ fidei accommodabatur, cum his verbis: *Ex bona fide*; altera, quæ in fiduciis uſurpabatur, cum his: *Ut inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione*; tertia rei uxoriæ propria, cum his: *Quantum æquius, melius*. Cicero in tertio de officiis:

„ Do-

„ Dolus malus legibus erat vindicatus, ut
„ tutela XII. tabulis, circumſcriptio adole-
„ ſcentium lege Lætoria, & ſine lege, judi-
„ ciis, in quibus additur, Ex fide bona;
„ reliquorum autem judiciorum hæc verba
„ maxime excellunt, in arbitrio rei uxoriæ,
„ Melius æquius; in fiducia, ut inter bonos
„ bene agier oportet. *Item*: Arbitrum ade
„ git, Quidquid ſibi dare, facere oportet
„ ex fide bona. *Item*: Scævola ſummam vim
„ eſſe dicebat in iis arbitriis, in quibus ad-
„ deretur, Ex fide bona, fideique nomen
„ æſtimabat manare latiſſime, idque verſari
„ in tutelis, ſocietatibus, fiduciis, manda
„ tis, rebus emptis, venditis, conductis,
„ locatis, quibus vitæ ſocietas continetur;
„ in his magni judicis eſſe ſtatuere, quid
„ quenque cuique præſtare oporteret: *& in*
„ *Topicis*: In omnibus iis judiciis, in quibus
„ ex fide bona eſt additum, plurimus Juriſ-
„ conſultorum eſt uſus. Ubi vero etiam in-
„ ter bonos bene agier oportet, in primiſ
„ que in arbitrio rei uxoriæ, in quo eſt,
„ Quid melius æquius, parati eſſe debent.
„ Illi enim dolum malum, illi fidem bonam,
„ illi æquum bonum, illi quid ſocium pro
„ ſocio, quid eum, qui aliena negotia cu
„ raſſet, et, cujus ea negotia fuiſſent, quid
„ eum, qui mandaſſet, eumve, cui manda-
„ tum eſſet, alterum alteri præſtare opor
„ teret, quid virum uxori, quid uxorem
„ viro, tradiderunt. *Ceterum Arbitrariarum*
„ *formula fuit*: Quantum æquius melius. *Ci-*
„ *cero pro Q. Roſcio*: Aliud eſt judicium,
„ aliud arbitrium. Judicium eſt pecuniæ cer-
„ tæ, arbitrium incertæ; ad judicium hoc
„ modo venimus, ut totam litem aut obti-
„ neamus, aut amittamus; ad arbitrium hoc
„ modo adimus, ut neque nihil, neque
„ tantum, quantum poſtulavimus, conſe
„ quamur; ejus rei ipſa verba formulæ teſti
„ monio ſunt; quid eſt in judicio? directum,
„ aſperum, ſimplex ſi paret ſeſtertium IↃↃↃ
„ dari; hic niſi planum facit, ſeſtertium
„ IↃↃↃ ad libellam ſibi deberi, cauſſam
„ perdit; quid eſt in arbitrio? mite, mode-
„ ratum. Quantum æquius melius ſit dari.
Arbitrariæ vero quædam fuere prætoriæ in rem, ut Publiciana, & Serviana; quædam in perſonam, ut eæ, quibus de eo agitur, quod aut metus cauſſa, aut dolo malo factum eſt; item cum id, quod certo loco promiſſum eſt, petitur; item actio ad exhibendum. Hinc formulæ intentionum natæ:
„ Ajo, Mævium metu me coegiſſe, ut au
„ reos centum darem, eumque quantum
„ æquius melius videbitur, mihi dare opor-
„ tere. Ajo, Mævium mihi ſtipulanti ſpo
„ pondiſſe, ſe centum tritici modios Bono-
„ niæ daturum, eumque, quantum æquius
„ melius videbitur, mihi dare oportere. Ajo,
„ Mævium mihi veſtem exhibere debere, &
„ quantum æquius melius videbitur, mihi
„ dare oportere.
In omnibus autem arbitrariis formulis ſubauditur, *Niſi ea res mihi reſtituatur*; quod poſt in formulis judicii dandi magis apparebit. Porro autem actiones ex fide bona fuerunt in perſonam hæ, Empti, locati, pro ſocio, fiduciæ, rei uxoriæ, negotiorum geſtorum, mandati, tutelæ, depoſiti, commodati, pignoris, præſcriptis verbis; & miſtæ duæ, nempe familiæ erciſcundæ, & communi dividundo. Harum autem intendendarum formulæ fuerunt hæ: *Ajo, te mihi domum vendidiſſe, aut locaſſe; teque mihi ex æquo, & bono dare, facere oportere, quidquid alterum alteri empti, ſive locati nomine dare facere oportet ex fide bona*. Eadem ratione in ceteris, quæ naſcuntur ex contractibus. Hoc vero præcipui fuit in fiducia, & re uxoria, quod in fiducia ita intentum eſt:
„ Ajo, te mihi domum illam, quam
„ tibi mancipavi, ut mihi remanciPares, ut
„ inter bonos bene agi oportet, ſine fraude
„ remancipare oportere. *In re uxoria vero ita:*
„ Ajo, me tibi præter dotem peculium, &
„ patrimonium meum dediſſe, teque mihi,
„ quantum æquius melius ſit, dare oportere.
Differt autem uxoria actio ab actione de dote, quod illa ad dotem tantum pertinet, hæc etiam ad peculium, & patrimonium uxoris.

Miſtarum autem formulæ hæ fuerunt:
„ Ajo, te familiam dividere debere, & quod
„ eo nomine alterum alteri ex æquo, & bono
„ dare facere oportet, te mihi ex fide bona
„ dare facere oportere. Ajo, te res commu-
„ nes dividere oportere, & quod alterum
„ alteri ex æquo, & bono dare facere opor-
„ tet, te mihi ex fide bona dare facere opor-
„ tere.
Differunt autem bonæ fidei actiones ab arbitrariis, quod in iis reſtitutionis mentio fiat, in his non fiat. Ac quemadmodum quidem ſive lis, ſive actio intenderetur, atque acciperetur, hæc hactenus.

CAP. XXII.

De judicibus.

CONCEPTA, ut demonſtravimus, actionis intentione, actor judicium, ſive judicem in eam à Prætore poſtulabat. Si judicem poſtulavit, aut eum, qui proprie judex appellatus eſt, aut arbitrum poſtulavit; ſi judicium, aut recuperatores, aut centumviros. Dicamus autem de ſingulis, antequam de eis poſtulandis agamus.

JUDEX cognovit cauſſas omnes & juris, & facti, ſed quæ eſſent, & leviores, & ad dijudicandum faciliores, ARBITER, quæ Bonæ fidei, & Arbitrariæ appellatæ. Unde Feſtus: *Arbiter eſt, qui totius rei arbitrium habet, & poteſtatem.*

RECUPERATORES dicti fuerunt, qui de rebus privatis recipiendis, reddendiſque; cognoſcebant. Idem Feſtus:
„ Reciperatio,
„ ut ait Gallus Ælius, eſt, cum inter popu-
„ lum, & reges, nationeſque, & civitates
„ peregrinas lex convenit, quomodo per re-
„ ciperatores reddantur res, recipianturque,
„ reſque privatas inter ſe perſequantur. *Ho-*
„ *rum mentio eſt apud Livium libro XXVIII*:
„ Scipio tres recuperatores eum ſe daturum
„ pronunciaſſet, qui cauſſa cognita, teſti-
„ buſque datis judicarent, uter prior in op-
„ pidum tranſcendiſſet, Lælio, & Sempro-
„ nio advocatis partis utriuſque P. Corne-
„ lium de medio adjecit; eoſque tres recu-
„ peratores conſidere, & cauſam cognoſcere
„ juſſit; *& libro XLIII.* L. Canulejo prætori
„ negotium datum eſt, ut in ſingulos, à qui-
„ bus Hiſpani pecunias peterent, quinos re-
„ cuperatores ex ordine ſenatorio daret; *&*
„ *apud Gellium libro XX.* Prætores legem XII.
„ tabularum, Si injuriam faxit, XXV. æris
„ pœna ſunto, aboleſcere cenſuerunt, inju-
„ riiſque æſtimandis recuperatores ſe daturos

A „ edinerunt; *& Cicero in Rhetoricis judicium*
„ *injuriarum à Prætore datum judicium recu-*
„ *peratorium vocat, dicens:* Non oportet in
„ recuperatorio judicio ejus maleficii, de
„ quo inter ſicarios quæritur, præjudicium
„ fieri; *& in veteribus legibus:* Conſulis,
„ Prætoris, quicumque erit, de ea re juriſ
„ dictio, judicii, judicis recuperatumve
„ datio eſt. Animadvertere etiam licet, eun-
dem pro Cæcina ad recuperatores agere à P.
Dolabella Prætore urbano datos, ut judica-
rent, an qui dejeciſſe dicebatur, reſtituiſſet.
Quibus ex locis omnibus apparet, recupera-
tores tantum datos, cum de facto eſſet con-
troverſia.

B CENTUMVIRI vero, teſte Feſto, Judices
fuerunt, ex ſingulis Tribubus terni ad judi-
candum aſciti, numero centum & quinque;
ſed quo facilius appellarentur, Centumviri
dicti. Judicia autem fere fecerunt de iis con-
troverſiis, in quibus non de facto, ſed de
æquitate, & jure certatum eſt, ut ſcribit in
primo de Oratore Cicero: „ Volitare in fo
„ ro, hærere in jure, ac Prætorum Tribu-
„ nalibus, judicia privata magnarum rerum
„ obire, in quibus ſæpe non de facto, ſed
„ de æquitate, & jure certetur, jactare ſe
„ in cauſis Centumviralibus, in quibus uſu-
„ capionum, tutelarum, gentilitatum, agna-
„ tionum, alluvionum, circumluvionum,
C „ nexorum, mancipiorum, parietum, lumi-
„ num, ſtillicidiorum, teſtamentorum rup
„ torum, aut ratorum, ceterarumque rerum
„ innumerabilia jure verſentur, cum omnino
„ quid ſuum, quid alienum, quare denique
„ civis, an peregrinus ſervus, an liber ſit,
„ ignoret, inſignis eſt impudentiæ; *& poſt:*
„ Nam quod maximas Centumvirales cauſſas
„ in jure poſitas protuliſti. *Item pro Cæcina:*
„ L. Craſſus judicio Centumvirali hanc ſen-
„ tentiam defendit, Curium, qui hæres in-
„ ſtitutus eſſet, ita mortuo poſtumo filio,
„ cum filius non modo non mortuus, ſed
„ ne natus quidem eſſet, hæredem eſſe opor
„ tere; *& Quintilianus libro IV.:* Cum vel
D „ nulla expoſitio eſt, vel de re conſtat, de
„ jure quæritur, ut apud Centumviros, filius,
„ an frater debeat eſſe inteſtato hæres. Te-
ſtamenta item à Centumviris confirmata, aut
reſciſſa fuiſſe, oſtendit pluribus exemplis
Valerius; & eoſdem de inofficioſo teſtamen
to cognoviſſe, Scævola, & Paulus teſtes ſunt
D. de inofficioſo teſtamento. De hæreditati-
bus vero Cicero de lege agraria: *Primum*
Populi Rom. hæreditatem Decemviri judicent,
cum vos volueritis de privatis hæreditatibus
Centumviros judicare? Quin etiam iidem de
cauſſis juris graviſſimis, & obſcuriſſimis ju-
dicaſſe dicuntur. De graviſſimis à Tacito in
dialogo de Oratore: „ Lege Pompeja olim
E „ omnia apud Prætores gerebantur, apud
„ quos quod majora olim negotia exercere
„ ſolita ſint, quod majus argumentum eſt,
„ quam quod cauſſæ Centumvirales, quæ
„ nunc primum obtinent locum, adeo ſplen-
„ dore omnium judiciorum obruebantur, ut
„ neque Ciceronis, neque Cæſaris, neque
„ Bruti, neque Cœlii, neque Calvi, non de-
„ nique ullius magni oratoris liber apud
„ Centumviros dictus legatur, exceptis ora-
„ tionibus Aſinii Pollionis; *de obſcuriſſimis*
„ *indicat Seneca libro III. de beneficiis:* De
„ quibuſdam etiam imperitus Judex dimitte-
„ re tabellam poteſt, ubi feciſſe, aut non

A „ feciſſe pronunciandum eſt, ubi prolatis
„ cautionibus controverſia tollitur, ubi in-
„ ter diſputantes ratio jus dicit, ubi vero
„ animi conjectura capienda eſt, ubi id, de
„ quo ſola ſapientia decernit, in controver-
„ ſiam incidit, non poteſt ad hæc ſumi Ju-
„ dex ex ordine ſelectorum, quem cenſus in
„ album, & equeſtris hæreditas miſit. Hoc
autem præterea videtur ſignificare, Judices,
& Recuperatores lectos eſſe à Prætoribus ex
cenſu ex corpore ſelectorum. Unde dixit
Gellius lib. XIV.: *Quo primum tempore à*
Prætoribus lectus in Judices ſum, ut privata
judicia ſuſciperem. Centumviros autem ſcribit
Feſtus ex ſingulis Tribubus ternos lectos,
B Dio vero lib. LIV. à Decemviris ſorte edu-
ctos. Quin etiam iidem haſta poſita judica-
runt, ita ut Valerius de inofficioſo teſtamen-
to Centumvirale judicium Haſtæ judicium
vocet.

CAP. XXIII.

De Judice, & judicis poſtulando.

CONcepta igitur, ut eò redeam, unde
digreſſus ſum, actionis intentione liti-
gatores pro natura actionis aut Judicem, aut
Recuperatores, aut judicium à Prætore po-
ſtularunt. Hoc enim jus fuit Magiſtratus
C ejus, cujus fuit juriſdictio, ut hæc dare po-
ſtulantibus poſſet. Indicant leges veteres
Magiſtratuum: „ Conſulis, Prætoris, Cen-
„ ſoris quicunque erit, de ea re juriſdictio,
„ judicii, judicis, recuperatorumve datio
„ eſto. *Item:* Magiſtratus, cujus de ea re
„ juriſdictio erit, ad quem de ea re in jus
„ aditum erit, ita de ea re jus dicito, judi-
„ cia recuperationis dato, uti eos recupera-
„ re poſſint. Agamus de ſingulis.

Judicis nomine ipſum ſive judicem, ſive
arbitrum, cum unus poſtulabatur, ſignifica-
runt. Ea vero res in hunc modum eſt acta.
Si res ageretur ejuſmodi, ut lis de facto,
aut de certo jure eſſet, & minime contro-
D verſo, actor judicem adverſario, quem ipſi
commodum erat, ferebat in verba ſponſio-
nis: *Ni ita eſſet.* Livius: *Ni ita eſſet, multi*
privatim ferebant Volſcio judicem. Item: *Sc-*
illi judicem ferre: Ni vindicias in ſervitutem
ab libertate dederit. Rogabat autem eum, ut
eo contentus eſſet, & non alium poſceret,
his verbis, de quibus Feſtus: *Si alium pro-*
cas, nive alium procas. Eſt enim poſcere pro-
care, quod dicitur in judice collocando. Sin au-
tem judex, quem actor ferebat, à reo pro-
babatur, tum judex convenire dicebatur.
Hoc oſtendit Cicero pro Q. Roſcio: *Quem*
ſi ferrem judicem, refugere non deberet, quo
modo teſtem productum reprehendere audebit?
E & Valerius libro II.: *Judex convenit Calati-*
nus. Verum multo clarius idem Cicero pro
Cluentio: *Neminem voluerunt majores noſtri*
non modo de exiſtimatione cujuſquam, ſed ne
de pecuniaria quidem re eſſe judicem, niſi qui
inter adverſarios convenisset. Ubi vero judex
conveneret, poſtulabatur à Prætore, verbis
ſimul ſponſionis allatis, in quæ poſtulabatur.
Aſconius: *Cum in rem aliquam agerent liti-*
gatores, & pœno ſe ſacramento peterent, judicem
poſcebant. Formula poſtulandi hæc erat: *Ju-*
dicem, arbitrumve poſtulo, uti des in diem
tertium, ſive perendinum. Unde dixit Cicero
pro Murena: *Illud mihi mirum videri ſolet, tot*
ho-

Digitized by Google

homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum diem tertium, an perendinum, judicem, an arbitrum, rem, an litem dicere oporteret. Cicero pro Cæcina: *Arbitrum familiæ erciſcundæ poſtulavit.* Hinc etiam adigere arbitrum, & ſumere arbitrum, dicebatur. Eadem ratio in poſtulando recuperatorio, & Centumvirali judicio fuit. Cicero pro Cæcina: *Cœpit Scandilius recuperatores, aut judicem poſtulare.* Non poſtulabantur autem Centumviri, niſi utrique litigatores in eos ſubſcripſiſſent, Plinius epiſtolarum libro V.: *Poſt hæc ille ſubſcripſit Centumvirale judicium, mecum non ſubſcripſit.*

CAP. XXIV.

De Judice, & judicio dando.

UBi Judex, aut Recuperatores, aut Centumviri poſtulati ſunt, in arbitrio Prætoris fuit aut dare, aut non dare, prout in Edicto propoſuerat. Unde Plautus in Bacchidibus: „ Poſtquam quidem Prætor Recuperatores dedit, Damnatus demum vi coactus reddidit ducentos & mille Philippum. Si dedit, dedit eos, qui ſalva lege dari potuerant; Siquidem ſcribit Paulus D. de judiciis: „ Non omnes Judices dari poſſunt ab iis, qui Judicis dandi jus habent; quidam enim lege impediuntur, ne Judices ſint, quidam natura, quidam moribus, natura, ut ſurdos, & mutus, & perpetuo furioſus, & impubes, quia judicio carent; lege qui Senatu motus eſt; moribus fœminæ, & ſervi, non quia non habent judicium, ſed quia receptum eſt, ut civilibus officiis non fungantur. Dedit etiam in ea verba, quibus ſunt poſtulati. Hæc vero fuit formula quædam ab ipſa intentione actionis, & conceptione ſponſionis accepta, & quidem hoc modo: „ Eſto Judex, & ſi pareat, rem ita eſſe pronuncia. Unde ſcripſit Feſtus: „ Parret, quod eſt in formulis, debuit non gemino R ſcribi, ut fieret Paret, quod eſt inveniatur. In plerique autem actionibus jubebant, alterum litigatorum damnari. Ex quo ſcriptum eſt à Juſtiniano, omnia judicia fuiſſe abſolutoria. Quemadmodum vero ſingulæ formulæ intentionum ad formulas judiciorum ſint redactæ, breviter ſuperioribus exemplis repetitis, demonſtremus. In Vindicatione rei corpus habentis: „ C. Aquilli Judex eſto, ſi paret, fundum Capenatem, de quo Servilius agit cum Catulo, Servilii eſſe ex jure Quiritium, neque is Servilio à Catulo reſtituatur, tum Catulum damnato. Hinc reprehendit Verrem Cicero, qui in hæc verba Judicem dedit: „ C. Octavi Judex eſto, ſi paret, fundum Capenatem, ex jure Quiritium P. Servilii eſſe, neque is fundus Q. Catulo reſtituatur; cum debuiſſet dicere, neque is fundus Servilio reſtituatur. Quod ſi exceptio intercederet, addebat: „ Extra quam ſi teſtamentum prodatur, quo appareat, Catuli eſſe. Sæpe tamen Prætor reo iniquus exceptionem addere noluit, qua de cauſa Tribuni Pl. appellari poterant. Quod oſtendit Cicero in Lucullo: „ Poſtulat, ut excipiantur hæc inexplicabilia, Tribunum aliquem cenſeo adeant, à me iſtam exceptionem nunquam impetrabunt. In Vindicatione rei corpore vacantis ita: „ Si paret, uſumfructum fundi Servilii eſſe Mævii, neque Servilius eum uti frui ſinat, tum Servilium damnato. Si paret, jus eundi, agendi per fundum eſſe Mævii, neque Servilius eum ire agere ſinat, tum Servilium damnato. Si paret, jus ex fundo Servilii, aquam ducendi, vel jus verſus ædes Servilii altius tollendi eſſe Mævii, neque Servilius aquam ducere, ut altius tollere ſinat, tum Servilium damnato. Item in cauſſa libertatis, & ventris: „ Si paret, Servilium liberum, aut ingenuum eſſe, liberum, aut ingenuum pronunciato. Si paret, Stichum ſervum, aut libertum Mævii eſſe, ſervum, aut libertum pronunciato. Hanc autem fuiſſe formulam cognoſcitur ex Digeſtis de cauſſa liberali. In Condictione vero ita: „ Si paret, Servilium Mævio mutui, aut depoſiti nomine centum dare oportere, neque eos reſtituerit, Servilium damnato. Si paret, Servilium domum, aut navim ædificare, aut veſtem polire ex ſtipulatu oportere, neque ſatisfecerit, eum damnato. Si paret, Mævium Servilio mercedem, de qua inter eos conveniat, ob polita ejus veſtimenta dare oportere, neque dederit, eum damnato. Si paret, veſtem, quam Stichus Mævio furto abſtulit, Mævii eſſe, neque Stichus eam reſtituerit, Stichum damnato. *In mixtis ita*: C. Aquilli Judex eſto, itaque familiam herciſcitor, ut quod cuique ex hæredibus adjudicandum eſſe videbitur, quodque Servilium Mævio dare facere oportet, judices. *Item*: Judex eſto, itaque res communes Servilii, & Mævii dividito, ut quod cuique adjudicandum videtur, quodque Servilium Mævio dare, facere oportet, judices. *Item*: Judex eſto, itaque fines agrorum dirigito, ut quod cuique adjudicandum eſſe videbitur, quodque Servilium Mævio dare facere oportet, judices. *In pœnalibus actionibus hoc modo*: Judex eſto. Si paret, Mævium centum Servilio abſtuliſſe, & manifeſto deprehenſum eſſe, Mævium in quadringentos damnato: Si paret, Mævium Servilio veſtem eripuiſſe, atque ejus rei nomine eum in quadruplum Servilio dare oportere, Mævium in quadruplum damnato. Si paret, Mævium Stichum ſervum Servilii interfeciſſe, factumque illud inficiatum eſſe, Mævium in duplum, quanti ea res eo anno plurimi fuerit, damnato. Item in ceteris, quæ ſequuntur hujus generis. In iis vero, in quibus pars petitur, hoc pacto: „ Si paret, Mævium Lucio Servilii filio centum mutuo dediſſe, tum Lucius pater, quantum ex filii peculio facere poterit, damnetur. Si paret, Terentiam Tullio centum nomine dotis dediſſe, tum Tullius, quantum facere poterit, damnetur. In iis vero, in quibus cum dominis agitur cauſſa ſervorum, ita: „ Si paret, Servilium Sticho Mævii ſervo juſſu Mævii centum crediſiſſe, neque Mævius Servilio ſatisfaciat, tum Mævius damnetur. Si paret, Mævium Sticho, quem Servilius ei navi, quam exercet, magiſtrum præfecerat, centum aureos ejus rei cauſſa, cui præfectus erat, crediſiſſe, neque Servilius Mævio ſatisfecerit, tum Servilius damnetur. Si paret, Mævium peculiares Stichi ſervi ſui merces ex edicto non diſtribuiſſe, tum quanto minus tribu-

„ tum

„ tum ſit, quàm debuerit, tanti damnetur. Si paret, Servilium Sticho Mævii ſervo centum credidiſſe, ut Mævii domum labentem fulciret, tum Mævius quatenus in rem verſum, & in peculio Stichi eſſe conſtabit, damnetur. Si paret, Stichum Mævii ſervum Servilio noxam nocuiſſe, tum Mævius aut ſolvere, aut Stichum noxæ Servilio dedere, damnetur. Si paret, orſum Mævii, aut vulnus Servilio intuliſſe, aut veſtem laceraſſe, tum Mævius aut quanti æquum eſſe videatur, aut duplum, quanti veſtis eſt, damnetur. In actionibus vero bonæ fidei hoc modo: „ Si paret, Mævium Servilio domum aut vendidiſſe, aut locaſſe, tum quantum Mævium Servilio ob eam rem dare ex fide bona oportet, tanti damnetur. Si paret, Mævium Servilio domum mancipaſſe ea lege, ut remanciparet, ut inter bonos viros bene agi oportet, tum quantum Servilium Mævio dare ob eam rem ex fide bona oportet, tantum damnato. Si paret, Terentiam Tullio præter dotem alia dediſſe, tum quantum æquius melius videbitur, Tullium damnato. *Item*: Familiam herciſcitor, & quod cuique ex hæredibus ex æquo bono adjudicandum eſſe videbitur, quodque alterum alteri ex fide bona dare facere oportebit, arbitrator. *In arbitrariis ita*: Eſto arbiter, & ſi paret, Mævium metu coegiſſe Servilium, ut centum daret, aut dolo malo iniquis ponderibus uſum, ut eum fraudaret, aut eidem ſtipulanti ſpopondiſſe, ſe centum tritici modios Bononiæ daturum, neque arbitrio Judicis ei ſatisfaciat, tum quantum Servilius in litem juraverit, tanti damnato. Si paret, Mævium veſtem, quam Servilius exhiberi poſtulat, habere, neque is arbitrio Judicis eam exhibeat, tum quanti in litem Servilius juraric, tanti damnato. Hoc autem ita eſſe confirmat etiam Seneca libro III. de beneficiis, inquiens: „ Melior videtur conditio cauſſæ bonæ, ſi ad Judicem, quam ad arbitrum mittitur, quia illa formula includit, & certos quos non excedat terminos ponit; hujus libera, & nullis aſtricta vinculis religio & detrahere aliquid poteſt, & adjicere, & ſententiam ſuam non prout lex, aut juſtitia ſuadet, ſed prout humanitas, aut miſericordia impulit, regere.

CAP. XXV.

De teſtibus.

UBI Prætor judicem, ac judicium hoc modo dederat, tum deinceps numerum teſtium, quibus denunciaretur teſtimonium, præſcribebar, qui plerumque decem fuerunt. Indicat hoc Edictum Prætoris de recuperatorio judicio dando, cujus meminit Probus in libro de Notis: „ Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo, teſtibus publice duntaxat decem denunciandi poteſtatem faciam. Indicat lex Mamilia de limitibus per tempora belli Jugurthini lata, quæ eſt apud Frontinum in lib. de limitibus; cujus capite quinto ſic ſcriptum erat: „ Cum curator hac lege non erit, tunc quicumque Magiſtratus in nova colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo juridicundo præerit, ejus Magiſtratus de ea re juriſdictio, judiciſque datio, addictioque eſto; inque eam rem is, qui hac lege judicium dederit, teſtibus publice duntaxat in res ſingulas decem denunciandi poteſtatem faciam. Cum autem denunciandi poteſtatem dicebant, præciſa oratione denunciandi teſtimonii facultatem intelligebant. Sic enim Valerius eſt loquutus, ut poſt ſuo loco planum faciemus.

CAP. XXVI.

De appellatione Tribunorum pl.

INvenio etiam, eum unde petebatur, dante Prætore actori judicium, tribunos plebis appellaſſe, & judicium recuſaſſe, ut C. Antonium, de quo Aſconius in orationem in toga: „ Antonius multos in Achaja ſpoliaverat; deinde Græci, quos ſpoliaverat, eduxerunt eum in Jus ad M. Lucullum Prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat; & cum Lucullus id, quod Græci poſtulabant, decreviſſet, appellavit tribunos pl. Antonius, juravitque, ſe ideo ejerare, quòd æquo jure (43) uti non poſſet. An vero hoc jure fecerit Antonius, haud immerito ambigi poteſt; ſiquidem poſt à cenſoribus ſenatu motus eſt, quòd judicium recuſarit; item in ſatiſdatione. Cicero pro Quinctio: „ Negat Alphenus, æquum eſſe Procuratorem ſatiſdare, quòd reus ſatiſdare non deberet, ſi ipſe adeſſet; appellantur tribuni; a quibus cum eſſet certum auxilium petitum, ita tamen diſceditur, ut Idibus Septembris P. Quintium ſiſti Sex. Alphenus promitteret; *& poſt de eadem re*: Cujus Procurator non omnia judicia acceperit, quæ quiſque in verba poſtulaverit, cujus procurator à Prætore ad tribunos appellare auſus ſit. *Qui vero appellatus erat, ei intercedere auxilii cauſſa poterat. In Antonium*: Non venitem contra injuriam, quam iſte interceſſoris iniquiſſimi beneficio obtinuit, non jure Prætorio?

CAP. XXVII.

De ſatiſdationibus & conteſtatione Litis.

DAto inde, acceptoque judicio ſatiſdationes præſtitæ ſunt vel ab ipſis litigatoribus, vel ab eorum procuratoribus. Fuerunt vero ſatiſdationes duæ, *judicatum ſolvi, & rem ratam haberi*; quorum alterum ad actorem, alterum ad procuratorem pertinebat. Ac ſi actio eſſet in perſonam debitoris, procuratores ſoli ſatiſdabant, actorum quidem de rato, reorum vero, judicatum ſolvi. Itaque in Edicto ita fuit: „ Cujus nomine quis „ actio-

(43) Appellatio Tribunorum jure ſemper eſſe poterat, etiamſi iniqua; nam jus permittebat Tribunos propter quamcumque rem appellari. Ii cognoſcebant, juſta nec ne eſſet appellatio, quam vel recipiebant, vel rejiciebant: ſic Ap. Claudii Decemviri appellatio contempta, atque in carcerem ductus, conjectuſque ſibi ipſe mortem conſcivit. Liv. lib. 3.

„ actionem dari ſibi poſtulaverit, ei, quo nomine agit, id ratum habere eum, ad quem ea res pertineret, boni viri arbitratu ſatiſdet. *Cicero ad Atticum libro XVI*: Poſſumus, ut ſponſores appellentur, procuratorem introducere, neque enim illi litem conteſtabuntur; quo facto non ſum neſcius, ſponſores liberari, ſed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatiſdato debeat, procuratores ejus non diſſolvere. *Pro Quinctio*: Iſte poſtulat, ut judicatum ſolvi ſatiſdaret: *Item*: A Dolabella Prætore poſtulat, ut ſibi Quintius judicatum ſolvi ſatiſdet ex formula. Illud etiam præcipui moris fuit in cauſſis bonæ fidei, & arbitrariis, ut qui arbitrium adigerent, aliquando pecuniam deponerent, quæ compromiſſum dicebatur. Cicero pro Q. Roſcio: „ Quæro abs te, quid ita de hac pecunia compromiſſum feceris, arbitrum ſumpſeris, quantum æquius melius ſit dari, repromittique, ſi pateret. *De compromiſſ. autem ſic Paulus D. de recept. & qui arbitr.* Compromiſſum ad ſimilitudinem judiciorum redigitur; *& Proculus D. pro ſocio*: Arbitrorum duo genera, unum hujuſmodi, ut ſive æquum, ſive iniquum eſſet, ei parere neceſſum foret; quod tunc obſervabatur, cum ex compromiſſo ad arbitrum iſſet, alterum ejuſmodi, ut ad boni viri arbitrium deberet redigi.

His vero rebus omnibus abſolutis litem conteſtabantur. Conteſtari autem litem tum dicebatur, inquit Feſtus, *cum ordinato judicio utraque pars dicebat, Teſtes eſtote*. Unde alio loco: *Reus eſt, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſive is egit, ſive cum eo actum eſt*. Cicero pro Q. Roſcio: *Lite conteſtata, judicio damni conſtituto, tu ſine me cum Flavio decidiſti*. Atque bis demum rebus perfectis uterque litigator ſibi denunciabat in perendinum diem; nam in eum judex datus fuerat. Unde ea denunciatio Comperendinatio, & Condictio dicta. Feſtus: „ Res comperendinata ſignificat judicium in diem tertium conſtitutum. *Aſconius*: Comperendinatio eſt, ab utriſque litigatoribus invicem ſibi denunciatio in perendinum diem; namque cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem, qui dabatur poſt tertium diem; quo dato deinde inter ſe in perendinum diem, ut ad judicium venirent, denunciabant. *Feſtus*: Condictio eſt in diem tertium ejus rei, quæ agitur, denunciatio. *Quod ſi cum peregrino res eſſet, ille dies ſtatus dicebatur. Macrobius*: Stati dies, qui judicii cauſſa cum peregrino inſtituuntur; *ut Plautus in Curculione*: Status condictus cum hoſte dies. Hoſtis nunc more vetere ſignificat peregrinum. Apud probum etiam illæ notæ I. D. T. S. P. in actionibus exponuntur: *In diem tertium, ſive perendinum*.

Eſt autem illud intelligendum, univerſam judicii privati formam ſive legibus, ſive moribus fuiſſe contentam, quouſque Auguſtus Imperator, cum Remp. conſtitueret, legem Juliam tulit, qua diligentius hæc omnia ſanxit. Meminit ejus legis Gellius libro XIII. inquiens: „ Atque in rerum quidem diffiſionibus, comperendinationibus, & aliis quibuſdam legitimis in rebus ex ipſa lege Julia, & ex Sabini Maſſurii, & ex quorundam aliorum Juriſperitorum commentariis commoniti, & adminiculati ſumus. *Meminit item ejus Ulpianus D. de receptis*: Si quis judex ſit, arbitrium recipere ejus rei, de qua judex eſt, inve ſe compromitti jubere prohibetur lege Julia; & ſi ſententiam dixerit, non eſt danda pœnæ perſecutio; *item Calliſtratus*: Cum lege Julia cautum ſit, ne minor annis viginti judicare cogatur, nemini licere, minorem viginti annis compromiſſarium judicem eligere.

CAP. XXVIII.

De judicio faciendo.

UBI vero dies tertius acceſſit, tum judicium factum eſt; niſi aut judex, aut alter litigatorum abſuit. Quod ſi cauſſa abſentiæ fuit morbus, dies judicii prolatus eſt; ſic enim erat ſcriptum in XII. „ Si judex, alterve ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, judicii dies diffiſus eſto. *Hinc Paulus D. de judiciis*: Judex datus in eodem officio permanet, licet furere cœperit, quia recte ab initio judex addictus eſt; ſed judicandi neceſſitatem morbus ſonticus remittit. Sonticum autem morbum in XII. Feſtus ex Ælii Stilonis ſententia ait ſignificare certum cum juſta cauſſa. Julianus D. de re judicata: „ Morbus ſonticus etiam invitis litigatoribus, ac judicibus diem differt. Sonticus autem exiſtimandus eſt, qui cuiuſque rei agendæ impedimento eſt. *Gellius libro XX.* Morbum vehementiorem vim graviter nocendi habentem XII. tabularum ſcriptores non per ſe morbum, ſed morbum ſonticum appellarunt. *Venulejus D. de ædilicio edicto*: Quotiens morbus ſonticus nominaretur, cum ſignificari Caſſius ait, qui noceat; nocere autem intelligi, qui perpetuus eſt, non qui tempore finiatur; ſed morbum ſonticum eum videri, qui inciderit in hominem, poſtquam is natus ſit; ſontes enim nocentes dici. Diem autem diffindere eſt proferre, & in aliud tempus rejicere. Gellius libro ſeptimo: „ In rerum diffiſionibus, & comperendinationibus. *Livius libro IX.* Ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit.

Poſtquam autem judex venit, extemplo ad jurandum acceſſit, ſe ex lege judicaturum. Arbiter enim non juravit. Formula jurisjurandi ſolemnis fuit: *Ex animi ſententia*, locus in Comitio ad aram, quæ Puteal Libonis dicebatur. De formula ſcribit Cicero in Lucullo: „ Majores noſtri ex animi ſui ſententia jurare quemque voluerunt, deinde ita teneri, ſi ſciens falleret, quòd inſcitia multa verſaretur in vita; *& Juſtinianus*: Cui non cognitum eſt, antiquos judices non aliter judicialem calculum accepiſſe, niſi prius ſacramentum præſtitiſſent, omni modo ſe cum veritate, & legum obſervatione judicium eſſe depoſituros. Solemne autem josjurandum erat jurare Jovem lapidem; quale eſt apud Plautum in Aulularia: „ Si te ego ſciens fallo, ita me ejiciat Dieſpiter bonis, ſalva urbe, & arce, ut ego hunc lapidem.

De comitio idem in Curculione, *Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in Comitium*. In Comitio vero fuiſſe Puteal oſten-

dit Cicero de Divinatione: *Cotem illam, & novaculam defoſſam in Comitio, ſupraque impoſitum Puteal accepimus*. Idem autem fuiſſe Puteal Libonis docet Sex. Rufus in libro de regionibus urbis, in foro Rom. deſcribendo: *Senaculum aureum, Puteal Libonis, Comitium*. Puteal vero Libonis ara fuit; indicant nummi argentei veteres, in quibus eſt imago aræ cum his verbis: *Puteal Scribonii*. Scriboniorum vero cognomen fuit Libo. Hinc Horatius libro primo Epiſtolarum: *Forum Putealque Libonis Mandabo ſiccis*; & libro II. Sermonum: *Ante ſecundam Roſcius orabat, ſibi adeſſet ad Puteal cras*. Videtur autem de advocato loqui, qui ab amico togabatur, ut ad Puteal ſibi adeſſet. Atque eodem etiam reſpexiſſe videtur Perſius Satyra IIII. de eo, qui ad Puteal pejeraret: *Si Puteal multa cautus vibice flagellas*. Juraſſe autem aram tenentes, oſtendit Cicero pro Flacco: *Ergo is, cui, ſi aram tenens juraret, crederet nemo, per epiſtolam quod volet injuratus probabit?*

Quod ſi judex venit, litigatorum autem alter non venit, neque morbum excuſavit, tum Prætor peremptorium edictum in eum edidit. De quo ſic Ulpianus D. de judiciis: „ Ad peremptorium judicium hoc ordine venitur, ut primo quis petat poſt abſentiam adverſarii edictum primum, mox alterum, & tertium. Quibus propoſitis tunc peremptorium impetret, quod inde hoc nomen ſumpſit, quod perimeret diſceptationem, hoc eſt, ultra non pateretur adverſarium tergiverſari. In peremptorio autem comminatur is, qui edictum dedit, etiam abſente diverſa parte cogniturum ſe, & pronunciaturum. Nonnumquam hoc edictum poſt tot numero edicta quæ præceſſerint datur, nonnunquam poſt unum, vel alterum, nonnunquam ſtatim, quod appellatur unum pro omnibus. Hæc autem æſtimare oportet eum, qui jus dicit, & pro conditione cauſſæ, vel perſonæ, vel temporis, ita ordinem edictorum, vel compendium moderari.

Ubi vero uterque litigator advenit, judex utrumque jurare juſſit. Id jusjurandum calumniæ juramentum appellarunt. Nam actor quidem juravit, ſe non calumniæ cauſſa litem intendere; reus vero, ſe non calumniæ cauſſa inficiari. Cicero pro Milone: „ Qui calumnia litium alienos fundos petebat. *Idem pro Q. Roſcio ſignificat, actorem juraſſe in litem*. Pro dii immortales, *inquit*, eſſe ne quenquam tanta audacia præditum, qui quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat, quod in codicem juratus referre noluit, id jurare in litem non dubitet? Id autem interpretantur Juris conſulti, actorem juraſſe ſe litem ex æquo, & bono æſtimaturum; cujus rei rationem affert Marcellus D. de in litem jurando: „ Quod cum dominus rem ſuam vendere cogatur, hæc tamen ei poteſtas relinquenda eſt, ut rem non precio, id eſt, quanti eſt, ſed quanti intereſt, ea carere, arbitrio ſuo definiat.

Atque unus quidem judex ſi fuit, is unum, aut duos judicii ſocios Juriſperitos ſibi adjunxit. Unde Gellius libro XII.: „ Cur hoc non rogas aliquem ex juriſperitis iſtis, quos adhibere in conſilium judicaturi ſoletis? Ita in cauſſa Quinctii judex datus à Prætore C. Aquillius tres Juriſconſultos L. Lucullum, P. Quinctilium, & M. Marcellum in conſilium advocavit; ipſe ſedit juratus, alii injuriati, non enim judicarunt, ſed conſilium communicarunt. Unde illa: „ Non eo dico C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides, & conſtantia, aut quo non in iis, quos tibi advocaſti, viris electiſſimis civitatis ſpem ſummam habere P. Quinctius debeat. Item in cauſſa Q. Roſcii C. Piſo judex à Prætore datus fuit, Piſoni vero M. Perperna in conſilio affuit. Hic autem judex ſæpe ſtans judicavit, ſed, ut veriſimile videtur, de re parva. Unde dixit Cicero in Bruto: „ In Comitium veniunt, adſtantem judicem dicunt. Quemadmodum autem tales judices cognoſcerent, paucis exponit Titius in oratione ad Macrobium libro III. loquens de judicibus ſui temporis: „ Veniunt in Comitium triſtes, jubent dicere, quorum negotium eſt narrant. Judex teſtes poſcit, ipſius it minctum, ubi redit, ait, ſe omnia audiviſſe, tabulas poſcit, litteras inſpicit; vix præ vino ſuſtinet palpebras.

Cum autem litigatores, ſive patroni eorum juſſi eſſent dicere, tum vero duobus modis dixerunt, uno paucis, altero, pluribus verbis. Brevem expoſitionem appellarunt cauſſæ conjectionem. De qua ſic Aſconius: „ Cum litigatores ad judicem veniſſent, antequam cauſſa ad judicem ageretur, quaſi per indicem rem expoſuerunt, atque id ipſum dictum eſt cauſſæ conjectio, quaſi cauſſæ ſuæ in breve coactio. Hinc lex XII. tabularum: „ Ante meridiem cauſſam conjicito, cum ambo perorant præſentes. Teſtis eſt Gellius libro XVII. apud quem tamen legitur, *conſcito*. Idem libro V.: *Cum ad judices conjiciendæ, conſiſtendæque cauſſæ gratia veniſſit*. Afranius apud Nonium: *Cauſſam conjicere apud te volo, ambon' adeſtis, profuturos arbitror*. Longioris expoſitionis exemplo ſint cauſſæ à Cicerone defenſæ P. Quinctii, & Q. Roſcii. Cauſſa vero acta ita eſt, ut teſtibus, litteris, & argumentis ex ipſa re, qua de agebatur, depromptis utrimque certatum ſit. Ejus rei conficiendæ, ac ſtatus excogitandi, atque eo probationes omnes conferendi artificium in libris oratoriis multis verbis eſt demonſtratum: neque enim in aliis præceptis antiqui rhetores tam Græci, quam Latini plus ſtudii, aut operæ conſumpſerunt. De teſtibus, & tabulis, ſi qua ad hunc locum pertinent, tum afferemus, cum de publicis judiciis diſſeremus.

Quæ adhuc de judice, & illius cognitione diximus, ea fere pro rei natura accommodari quoque ad Recuperatores, & Centumviros poſſunt, quorum mentio eſt infrequentior, ac Recuperatorii quidem judicii exemplum ſit cauſſa Cæcinæ à Cicerone defenſa. Centumviralis nulla extat memoria. Quoniam autem ejus longe alia ratio fuit, quam Judicis, & Recuperatorum, placet de eo pluribus diſputare.

Ad Centumviros, ut dixi, cauſſas detulere Prætores perplexi juris controverſiam continentes, non tamen ipſi eis judiciis præfuere, credo muneribus aliis occupati. Verum eas Decemviris ſtlitibus judicandis attribuere, quos ſupra ſcripſi, ea conſilio Prætorio extitiſſe. Hi vero Centumviros non ſolum ſortiti ſunt, ſed etiam coegerunt, atque eis præfuerunt, & litigatores citarunt, & omni-

una

Digitized by Google

no haſta poſita totum judicium pro ſuo arbitrio moderati ſunt, non in foro, ſed in baſilicis, ideſt in aulis, quæ ejus officii cauſſa conſtructa erant, quarum illuſtres fuere Porcia, & Julia. Ipſa vero Centumviralia judicia in plura Conſilia diſtributa erant, & cognitio cauſarum Centumviralium in orbem per ea conſilia circumducebatur, perinde atque hodie fit in Italia in judicialibus, quæ appellantur, Rotis. Quin etiam aliquot cauſſæ ejuſmodi fuerunt, ut primum à Decemviris, deinde à Centumviris judicatæ ſint, eæque præjudiciales appellantur; præjudicium nimirum ipſum Decemvirum judicium, quod ante Centumvirale factum eſt, nominatum. Præclara quidem, & ferme nova hæc omnia, ſed ſine certa veterum auctoritate infirma. Quare quæ invenimus, afferemus. Decemviros Centumvirale judicium eſſe ſortitos, docuit Dio libro LIV. eorumdem conſilium coegiſſe, Svetonius, cum ſcripſit, *Auguſtum ſanxiſſe, ut Decemviri Centumviralem haſtam cogerent, quam quæſtorii cogere conſueverant*. Eidem præfuiſſe, Pomponius, cum ſcripſit, *Decemviros inſtitutos eſſe, ut haſtæ præeſſent*. Sive enim ea ſit haſta Prætoria, ſive Decemviralis, ſive Centumviralis, parum refert, cum haſta pro privato judicio accipiatur. Mihi vero una, eademque omnium haſta videtur, nempe Prætoria, quam Decemviri, & Centumviri poſuerint, ut judicium Prætorium eſſe demonſtraretur. Eoſdem inde citaſſe litigatores, oſtendit Ovidius ſcribens ad Piſonem:

Seu trepidos ad jura decem citat haſta virorum,
Et firmare jubet centeno judice cauſſas.

Itaque cum ſcripſit Svetonius in Domitiano: „ Ambitioſas Centumvirum ſententias reſcidit, Recuperatores, ne ſe perſuaſoriis aſſertionibus accommodarent, identidem admonuit, nummarios judices cum ſuo quenque conſilio notavit. Neſcio an Decemviros intellexerit, qui conſiliis Centumviralibus præſidebant, an eos judices, qui juriſperitos in conſilium advocabant. Ceterum Centumviralia judicia aucto numero judicum procedente tempore in quatuor conſilia fuere tributa. Oſtendit id aperte Plinius, &, ſi regrediamur, ac tempora Plinio antiquiora conſideremus, idem etiam Quintiliani tempore, ideſt Domitiano imperante obſervatum apud ipſum Quintilianum reperiemus, & quod multo inſignius eſt, Valerium idem ſignificaſſe, prioribus etiam obſervatum temporibus inveniemus. Plinius ita loquitur epiſtolarum libro VI.: „ Fœmina ſplendide „ nata nupta Prætorio viro, exheredata ab „ octogenario patre intra undecim dies, „ quàm ille novercam ei amore captus induxerat, quadruplici judicio bona paterna „ repetebat; ſedebant judices centum & octoginta, tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur, ingens utrinque Advocatorum, „ & numeroſa ſubſellia prædantium corona, „ latiſſimum judicium multiplici circulo ambibat; *& libro quarto*: Cum apud Centumviros dixiſſem, ſubiit recordatio, egiſſe „ me juvenem æque in quadruplici judicio. „ *Quintilianus libro XII.*: Trachalum, cum „ in baſilica Julia diceret, primo tribunali, „ quatuor autem judicia, ut moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum, & intellectum, quod „ agentibus ceteris contumelioſum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus, „ memini. *Valerius libro VII.*: Cum improbiſſimis heredibus de paternis bonis apud „ Centumviros, omnibus non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit. Hic videmus quatuor conſilia, & quatuor tribunalia primum nominari; ergo Valerius, cum *omnibus conſiliis* dixit, Centumviralibus intellexit. De baſilica Julia idem Plinius in epiſtolis: „ Deſcenderam in baſilicam Juliam „ auditurus, quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam.

Fuerunt porro quædam cauſſæ, quæ & à Decemviris, & à Centumviris cognitæ ſunt, ut de libertate, quæ duplex aſſertio dicta, & de ventre agnoſcendo, & aliæ. Judicaſſe Decemviros de libertate, docet Cicero pro Cæcina, his verbis: *Cum Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta decemviris religionem injeciſſet, Decemviri prima actione non judicarunt*; & pro domo: *Si Decemviri ſacramentum in libertatem non judicaſſent, tamen, quotieſcunque vellet quis, in hoc genere ſe rem judicatam referri poſſe voluerunt*. (44) Itaque libet ſuſpicari, quæ apud Juriſconſultos Præjudicia in cauſſis privatis dicuntur, ea Decemvirum fuiſſe, judicia inde ſubſequuta Centumvirum. Satis enim conſtat, Juſtinianum in libro de Actionibus, *Præjudiciales actiones* vocare de libertate, & ventre cognoſcendo; de libertate autem cognitum eſſe & à Decemviris, & à Centumviris ex teſtimonio Ciceronis eſt demonſtratum; ex quo intelligitur, judicium Decemvirum ratione ſubſequentis judicii Centumviralis fuiſſe præjudicium. Atque in hanc quidem ſententiam verba Ulpiani mihi videntur eſſe accipienda D. de in Jus vocando: „ Vel ſi qui præjudicio „ pronuncietur eſſe libertus, cum non fuerit. Item D. de liberali cauſſa: „ Si ea perſona „ deſit cognitioni, quæ alicui ſtatus controverſiam faciebat, amittit ſuam cauſſam, „ nec ea res ingenuum facit eum, qui non „ fuit;

(44) Hic neceſſe eſt quærere, quid hoc eſſet Sacramentum, de quo agebat Cicero. Nam Sigonius, cum hic, tum ſupra de ant. jur. Civ. Rom. lib. 1. cap. 6., ut ibi monui, eos textus, vel depravatos, vel mutilos affert. Sacramentum certum eſt fuiſſe pecuniam ab utroque litigatore depoſitam apud Pontifices, poſtquam contentio inter eos oriebatur, quod juſte probat Sigonius ſupra hoc libro cap. 21. Poſt contentionem igitur, & depoſitam pecuniam iis Sacramentum vocari cœpta eſt, quoniam nunquam iis erat, niſi contentione orta, eamque inſtitutam ſequebatur illico Sacramentum. Idem igitur ac lis conteſtata; unde *contendere Sacramento* etiam apud Cic. epiſt. lib. 7. epiſt. 32. *Sacramento contendas mea non eſſe*. Quod uterque litigator deponebat, utrique erat Sacramentum, & ſinguli ſuum Sacramentum, ſeu ſuam litem, aut partem, aut aſſertionem defendebat. Itaque cum Judex pronuntiabat, Sacramentum alterutrius juſtum, aut injuſtum judicabat: quamobrem recte Cicero pro A. Cæc. *Decemviri Sacramentum noſtrum juſtum judicaverunt*. Pro dom. ſua: *Si Decemviri Sacramentum in libertatem injuſtum judicaſſent*. Vide L. 2. C. de jur. jur. propt. cal., ubi Sacramentum calumniæ comperies ſubrogatum Sacramento pecuniæ. Quid autem fuerint Decemviri, Centumviri, Septemviraleque judicium dicam in futuro opere meo.

A „ fuit; nec eaim pecunia adverſarii iogenui-
„ tatem ſolet tribuere. Recte, arque ordine
„ judices puto facturos, ſi hanc formam fue-
„ rint conſequuti, ur ubi deeſt is, qui in
„ ſervitutem petit, electionem adverſario de-
„ ferant, urrum malit cognitionem circum-
„ duci, an audita cauſſa ſenteoriam proferri;
„ & ſi cognoverint, prooanciare debebunt,
„ ſervum illius oon videri. Scilicet ſignifi-
cat, ut ego opinor, optiooem eſſe dandam
ei, cujus de libertate agitur, an cognitionem
cauſſæ ſuæ malit per Centumviralia judicia
circunduci, an audita à Decemviris cauſſa
non præjudicium, ſed ſententiam proferri.
Ceterum Judicium Decemvirum Præjudicium
B appellari, elici mihi quoque aperte videtur
poſſe ex eodem Ulpiano D. ſi iogenuus eſſe
judicetur: „ Quoties, *inquit*, de hoc conten-
„ ditur, an quis libertus ſit, ſive operæ pe
„ tantur, ſive obſequium deſideretur, ſive
„ etiam famoſa actio intendatur, ſive in jus
„ vocetur, qui ſe patronum dicit, ſive nulla
„ cauſſa interveniat, redditur præjudicium;
„ ſed & quoties quis libertinum quidem ſe
„ confitetur, libertum autem C. Seji ſe ne
„ gat, idem præjudicium datur, redditur au
„ rem alterutro deſiderante. Ex quibus ver
bis illud colligi præterea poteſt, ſi Decemvi-
ri præjudicium cauſſis Centumviralibus fece
runt, non omnibus tamen feciſſe. Hinc Quin-
C ctilianus libro quinto ſcripſit: „ Præjudicia
„ etiam dicuntur, cum de eadem cauſſa pro
„ nunciatum eſt; ut in reis deportatis, &
„ aſſertione ſecunda; & in partibus Centum-
„ viralium, quæ in duas haſtas diviſæ ſunt;
& libro XI.: „ Succurret etiam ſi apud alios
„ judices agetur, ut in ſecunda aſſertione,
„ aut in centumviralibus judiciis duplicibus,
„ parte victa. Quippe aſſertionem ſecundam
appellaſſe videtur ſecundum judicium de li-
bertate à Centumviris factum, cum primum
Decemviri fecerint, partes Centumviralium
cauſſarum cauſſas aliquot, quæ duplicia ſuot
nactæ judicia, unum Decemvirum, alterum
Centumvirum; itemque haſtas duas, unam
D Decemvirum, Centumvirum alteram. Ex quo
factum eſt, ut ex duobus de eadem re judi-
ciis factis primum Præjudicium, ſecundum
Judicium dictum ſit; Centumviralium porro
cauſſarum quanquam nullæ extant neque
apud Ciceronem, neque apud alium quen
quam orationes, cum inter privatas eſſent
graviſſimæ, exempla tamen ſimilium judicio-
rum multa attulit Valerius loquens de teſta-
mentis. Has autem cauſſas egere oratores
eodem, quo ſuperiores, artificio; cujus rei
teſtimonio verba Ciceroois ſunt in Rhetori-
cis: „ Quidam pupillum heredem fecit; pu-
„ pillus autem ante mortuus eſt, quam in
„ ſuam tutelam veniret. De hereditate illa,
E „ quæ pupillo venit, inter illos, qui patris
„ pupilli heredes ſuot, & inter agnatos pu
„ pilli controverſia eſt; poſſeſſio heredibus
„ ſecundis à prætore ſecundum rabulas data
„ eſt. Intentio agnatorum erit, Noſtra pe-
„ cunia eſt, de qua is, cujus agnati ſumus,
„ teſtatus non eſt. Depulſio. Immo noſtra:
„ quia heredes ſecundi teſtamento patris ſu-

A „ mus. Quæſtio, utrorum ſit. Ratio. Pater
„ eaim & tibi, & filio teſtamentum ſcripſit,
„ & ſecundum heredem non filio, ſed ſibi
„ juſſit eſſe. Quare, præterquam quod ipſius
„ fuit, in teſtamento ullius veſtrum eſſe non
„ poteſt. Judicatio. Poſſit ne quiſquam de
„ filii pupillive re teſtari. An heredes ſecun-
„ di ipſius patris familias, non filii quoque,
„ ejus pupilli heredes ſiat. Huc igitur om-
nia oratorum ex utraque parte argumenta
intenta ſunt. Oratorum autem dixi, quia
Aſconius ita ſcribit: „ Qui defendit alterum
„ in judicio, aut patronus dicitur, ſi orator
„ eſt; aut advocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut
„ præſentiam ſuam commodat amico; aut
B „ procurator, ſi abſentis negotium ſuſcipit;
„ aut cognitor, ſi præſentis cauſſam novit,
„ & ſic tuetur, ut ſuam; unde Cicero pro
Murena loquens ad Ser. Sulpicium Juriſcon-
ſultum: „ Si turpe exiſtimas te advocato, il-
„ lum ipſum, quem contra veneris, cauſſa
„ cadere.

Hoc loco quemadmodum ſe gerere judi-
cem oporteret, Cicero tertio de officiis de-
claravit his verbis: „ At neque contra Rem-
„ publicam neque coatra jusjurandum, ac
„ fidem amici ſui cauſſa vir bonus faciet,
„ nec ſi judex quidem erit de ipſo amico,
„ Ponit enim perſonam amici, cum induit
„ judicis; tantum dabit amicitiæ, ut verum
C „ amici cauſſam eſſe malit, ut perorandæ li-
„ tis tempus, quo ad per leges liceat, ac-
„ commodet. Cum vero jurato dicenda ſen-
„ tentia ſit, meminerit Deum ſe adhibere
„ teſtem, id eſt, ut ego arbitror, mentem
„ ſuam, qua nihil homini dedit ipſe Deus
„ divinius. Itaque præclarum accepimus à
„ majoribus morem rogandi judicis, ſi eum
„ teneremus, quæ ſalva fide facere poſſit.

CAP. XXIX.

De ſententiæ latione.

D CAuſſa demum utrinque perorata poſt
meridiem ad ferendam ſententiam, quod-
cumque fuerit judicium, ventum eſt. Sic
enim ſcriptum erat in lege: (45) *Poſt meri-
diem præſenti litem addicito, ſi ambo præſentes.
Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto*. Supremam
autem nominat, quia poſt ſupremam jus di-
ci, aut cauſſa cognoſci non poterat. Quod
ſi judices cauſſam non intellexiſſent, dixe-
runt, *ſibi non liquere*; atque inde ſecunda
actio inſtituta eſt. Gellius libro XIV: *Ut ab-
ſolverem, inducere animum non quivi; juravi
mihi non liquere; atque ita judicatu illo ſolutus
ſum*. Cicero pro Cæcina: *Utrum recuperato-
res his teſtibus non credidiſtis, cum, quid li-
queret, non habuiſtis?* & in eadem: *Decemviri
E prima actione non judicaverunt*. Si vero in cauſſa
nihil obſcuritatis habuerunt, ſententiam tu-
lerunt.

Sententiæ porro ferendæ noa una omni-
um judicum, neque io omnibus cauſſis ratio
fuit. In nonnullis enim cauſſis, ut de liber-
tate, & de ventre cognoſcendo pronuncia-
runt; *ſibi videri hominem aut liberum, aut in-
ge-*

(45) In XII. tabb. ENDO VIAM REM UTI PAI-
CUNT ORATO.
NI ITA PAICUNT, IN COMITIO, AUT
IN FORO AB ORTU ANTE MERIDIEM
CAUSAM CONSCITO, CUM PERORANT
AMBO PRÆSENTES.
POST MERIDIEM PRÆSENTI STLITEM AD-
DICITO.
SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO.

genuum, *aut ſervum*, *aut libertum*, *aut filium eius eſſe*, *aut non*; Sic enim ſcribit Ulpianus D. de liberali cauſſa: *Pronunciare debebunt judices*, *ſervum illius non videri*. Item: *Cum non ingenuus pronunciatur*, *ſed ſervus non videri*. In actione vero injuriarum pronunciaruot, aut *jure feciſſe*, aut *Non jure feciſſe videri*. Hoc eſt apud Juſtinianum titulo de injuriis. *Injuria*, inquit, *eſt ἀδικία*, *id eſt*, *iniquitas*. *Itaque cum Prætor*, *vel Judex*, *Non jure*, *contra quem pronunciat*, *injuriam accepiſſe dicitur*. Hinc nota illa vox eſt Cincinnati dictatoris, *Sp. Mælium jure cæſum*, *pronunciare*; & Scipionis: *Sibi Gracchum jure occiſum videri*; & Tacitus libro XIV.: *Pronunciemus ultra Dominum occiſum videri*. Hoc cum ita ſit, tamen ſummi Juriſconſulti hanc ex verbis Juſtiniani ſententiam adhuc elicere non potuerunt. Siquidem *Non jure pronunciare*, interpretantur injuſtam ſententiam ferre, locumque corrigunt ita, ut pro injuriam accepiſſe reponant injuriam feciſſe, hoc ſenſu: Cum judex inique pronunciat, injuriam ei feciſſe dicitur, contra quem pronunciat, cum potius hic ſit. Cum judex, *Non jure videri feciſſe*, pronunciat contra quem, tum demum qui paſſus eſt injuriam, accepiſſe dicitur, id eſt, tum demum eſt injuria, cum judex judicavit, *Non jure factum eſſe*. Item in cauſſa exheredationis. Plinius libro quinto epiſtolarum: *Ego ex conſilii ſententia*, *videtur*, *inquam*, *Curiane mater tua juſtas habuiſſe cauſſas iraſcendi tibi*? In aliis cauſſis alterum condemnabant, alterum abſolvebant. Dicebant autem aut *Condemno*, aut *ille debet*, aut *Solve*, aut *Redde*. Macer D. quæ ſentent.: „ Si judex ita pronunciaverit: Cum conſtet, Titium Sejo ex illa ſpecie quinquaginta, item ex illa viginti quinque debere, idcirco Titium Sejo centum condemno. *Ulpianus D. de re judicata*: Si is, qui petit, ſummam expreſſerit, & judex ait, Solve quod petitum eſt, vel quantum petitum eſt, valet ſententia. *Plautus in Rudenti*: „ Quis me eſt mortalium miſerior, qui vivit alter hodie? Quem modo damnavit ad Recuperatores Pleuſidippus. Abjudicata à me eſt Paleſtra, perditus ſum. *Cicero in II. de finibus*: Privatarum litium judices ſumus, nihil enim poſſumus judicare, niſi quod eſt noſtri judicii, in quo fruſtra judices ſolent addere, ſi quid eſt noſtri judicii; *& ad fratrem in epiſtolis*: Prætor judicare ſolet deberi. Abſolvendi vero formula fuit: „ Secundum illum litem do. Cicero pro Q. Roſcio: „ Quo minus ſecundum eos lis detur, non recuſamus. Seneca controverſiarum libro ſeptimo: „ Centumviri dixerunt, dare ipſos ſecundum adverſarium Albutii ſi juraret. Neque vero illud præteriri oportet, quod eſt apud Juſtinianum, omnia judicia fuiſſe abſolutoria, quia ſi ante rem judicatam reus ſatisfaceret actori officio judicis conveniebat, eum abſolvere, licet in ea cauſſa fuiſſet judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet. Hinc Cicero in eadem: „ Veniſti domum Roſcii, ſatisfeciſti, quod temere commiſiſſes in judicium ut denunciares, rogaſti, ut ignoſceret; te affirmaturum negaſti, deberi tibi ex ſocietate nihil clamitaſti, judicii hic denunciavit, abſolutus eſt. Non tamen omnia judicia fuiſſe talia exiſtimaverim. Etenim in iis, quibus non res, ſed pœna repetebatur, reſtituta re non tamen abſolvebantur, ut Venulejus oſtendit, D. quæ in fraudem creditorum. *Hæc actio*, inquit, *rei reſtituendæ gratia*, *non pœnæ nomine datur*, *ideoque abſolvi debet reus ſi reſtituerit*.

In arbitriis præcipua aliqua obſervatio fuit. Arbitri primum pronunciarunt arbitrium, deinde, niſi reus arbitrio paruiſſet, ſententiam protulerunt, eumque condemnarunt. Arbitrium autem pronunciarunt ita: „ Arbitror, te hoc modo ſatisfacere actori debere. Sententiam vero pronunciarunt hoc modo, ut ſcribit Pomponius D. de arbitriis. „ Quantum ei debes, redde. Diviſioni veſtræ ſtari placet, pro ea parte, quam ſolviſti creditoribus, accipe. Paulus D. de dolo malo: „ Arbitrio judicis in hac quoque actione reſtitutio comprehenditur, &, niſi fiat reſtitutio, ſequitur condemnatio, quanti ea res eſt. Quod ſi reus arbitrio judicis non parebat, tum arbiter actori jusjurandum in litem deferebat, id eſt, jubebat illum jurare, quanti litem æſtimaret, ut reum non modo damnaret, quanti ea res erat, ſed etiam quanti actor æſtimaret. Ulpianus D. de rei vendicatione: „ Qui reſtituere juſſus judici non paret, contendens non poſſe reſtituere, ſiquidem habeat rem, manu militari officio judicis ab eo poſſeſſio transfertur, ſiquidem dolo fecit, quo minus poſſit, is quantum adverſarius in litem ſine ulla taxatione in infinitum juraverit, damnandus eſt. Si vero non poteſt reſtituere, nec dolo fecit, quominus poſſit, non pluris, quam quanti res eſt, id eſt, quanti adverſarii intereſt, condemnandus eſt. Hæc ſententia generalis eſt, & ad omnia ſive interdicta, ſive actiones in rem, ſive in perſonam ſunt, ex quibus arbitratu judicis quid reſtituitur locum habet. Eſt porro intelligendum, judicem in arbitriis liberiorem fuiſſe, quàm in iis, quæ ſtricti juris ſunt, quod in iis, neque pluris, neque minoris damnare poterat, quam quantum petebatur, in hoc quantum actori reſtitui oporteret, æſtimabat, in iis exquirebatur tantum, quod lingua nuncupatum eſſet, in his non tam quod in contrahendo dictum erat, quam quod bonæ fidei ratio exigebat, in iis compenſationis (46) rationem habere non licebat, in his licebat. Ut ſi quis peteret decem, & deberet quinque, judex in illis debitorem damnabat decem, in his quinque. Arbitros tamen Prætoris, & ipſius imperio fuiſſe ſubjectos, docet Ulpianus D. de receptis arbitriis ſcribens: „ Tamen etſi neminem Prætor cogat arbitrium recipere, quoniam hæc res libera, ac ſoluta eſt, & extra neceſſitudinem juriſdictionis poſita, attamen, ubi ſemel quis in ſe receperit arbitrium, ad curam, & ſollicitudinem ſuam hanc rem pertinere Prætor putat non tantum, quod ſtuderet, lites finiri, verum quoniam non deberet decipi, qui eum quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt. Finge enim poſt cauſſam jam ſemel, atque „ ite-

(46) Compenſatio nunquam excluditur, quoties crediti, & debiti contributio invenitur. Patet in tot. D., & C. tit. de compenſ. Et Paulus in L. 4. *ipſo jure ex omni contractu minus debetur*, *quod ex compenſatione retineri poſſit*.

Tom. V.

„ iterum tractatam, poſt nudata utriuſque A
„ intima, & ſecreta negotia aperte arbitrum
„ vel gratia dantem, vel ſordibus corrup
„ tum, vel aliqua de cauſſa nolle dicere,
„ quiſquam ne poteſt negare, æquiſſimum
„ fore, Prætorem interponere ſe debuiſſe, ut
„ officium, quod in ſe recepit, impleret?
Notavit etiam Aſconius in cauſſis levioribus
ſingulos judices ſententiam de tabula pro-
nunciaſſe.

CAP. XXX.

De in integrum reſtitutionibus.

JUdicio cauſſæ perfecto ſequuta ſunt tria B
illa judicia, unom de reo, alterum de
petitore, tertium de judice. Rei judicium
fuit duplex, unum pro reo, *Reſtitutio in
integrum* appellata; alterum contra reum,
Addictio. Petitoris autem judicium *Calumniæ*;
judicis, *Falſi* judicium eſt vocatum; dica
mus de ſingulis. Reſtitutio in integrum fuit
hujuſmodi. Quoniam fieri poterat, aliquis io
actione vel recuſanda, vel accipienda multis
modis lapſus eſſet, poſt ſententiam ſemel la
tam dabatur damnato poteſtas litis retractan-
dæ, atque ea dicebatur Reſtitutio in inte-
grum. Cujus rei monumenta extant multa
de in integrum reſtitutionibus: quorum
aliquot huc afferam. Paulus: „ Integri re C
„ ſtitutio eſt redintegrandæ rei, vel cauſſæ
„ actio. *Item*: Iotegri reſtitutio eſt actio præ
„ toria, qua rem certam, aut jus, aliamve
„ quamlibet cauſſam redintegrari poſtulamus,
„ cum quid per metum, vel dolum, vel ſta
„ tus permutationem, vel juſtum errorem,
„ vel oeceſſariam abſentiam, vel ætatis in
„ firmitatem geſtum eſt. *Ulpianus*: Utilitas
„ hujus tituli non eget commendatione; ipſa
„ enim ſe oſtendit. Nam ſub hoc titulo plu-
„ rifariam Prætor hominibus vel lapſis, vel
„ circumſcriptis ſubvenit, ſive metu, ſive
„ calliditate, ſive ætate, ſive abſentia inci-
„ derunt in captionem, ſive, ut addit Pau-
„ lus, per ſtatus mutationem, aut juſtum D
„ errorem. *Itaque in Edicto fuit*: Quod me
„ tus cauſſa geſtum erit, ratum non habebo;
„ *ubi notat Ulpianus, idem olim ita edici con-
„ ſueviſſe*: Quod vi, metuſve cauſſa, ſed po-
„ ſtea detractam eſſe vis mentionem, ideo
„ quia quodcunque vi atroci fit, id metu
„ quoque fieri videtur. *Item in eodem*: Quo
„ dolo malo facta eſſe dicuntur, ſi de his re
„ bus alia actio non erit, & juſta cauſſa
„ eſſe videbitur, judicium dabo. *Item*:
„ Quodcumque à minore viginiquinque
„ annis geſtum eſſe dicetur, uti quæque res
„ erit, animadvertam. *De quo Ulpianus*:
„ Hoc edictum prætor oaturalem æquitatem
„ ſecutus propoſuit, quo tutelam minorum E
„ ſuſcepit; nam cum inter omnes conſtet,
„ fragile eſſe, & infirmum ejus ætatis conſi-
„ lium, & multis captionibus ſuppoſitum,
„ multorum inſidiis expoſitum, auxilium
„ eis prætor hoc edicto pollicitus eſt, & ad-
„ verſus captiones opitulationem. *Item*: Qui,
„ quæve poſtea quam quid cum his actum,
„ contractumve ſit, capite diminuti, diminu-
„ tæ dicentur, in eos, in eaſve, perinde
„ quaſi id factum non ſit, judicium dabo.

In quod Ulpianus: „ Pertinet hoc Edictum
„ ad eas capitis diminutiones, quæ ſalva ci-
„ vitate contingunt; ceterum ſive libertatis,
„ ſive civitatis amiſſione cootiagat capitis
„ diminutio, ceſſabit Edictum; neque poſſunt
„ hi penitus conveniri; dabitur plane actio
„ io eos, ad quos bona pervenerint. *Item*:
„ Si cujus quid de bonis diminutum erit,
„ eom ia, metu, aut ſine dolo malo Reipu-
„ blicæ cauſſa abeſſet, ſive in vinculis, ſer-
„ vituteve eſſet, hoſtiumqoe eſſet poteſtate,
„ ſive cujus actionis eorum dies exiſſe dice-
„ tur. *Item*: Si qoid uſu ſuum feciſſet, aut
„ quod non utendo amiſit, eſt conſecutus,
„ actioneve qua ſolutus eſt, ob id, quod
„ dies exierit, cum abſens non defenderetur,
„ ſive in vincolis eſſet, ſecumve agendi po-
„ teſtatem oon faceret, aut cum eum invi-
„ tum in jus vocare oon liceret, neque de-
„ fenderetur, cumve magiſtratus de ea re
„ appellatus eſſet, ſive cui per magiſtratum
„ ſine dolo ipſius actio exempta diceretur,
„ earum rerum actionem intra annum, quo
„ primum de ea re experiuodi poteſtas erit,
„ dabo; item ſi qua alia mihi juſta cauſſa
„ eſſe videbitur, io integrum reſtituam, quo-
„ ad eis per leges, plebiſcita, Senatus con-
„ ſulta. Edicta, Decreta principum licebit.
Seneca Epiſtolatum libro VI.: „ Quid aliud
„ agitis, cum eum, quem interrogatis, ſcien-
„ tes in fraudem inducitis, quam ut formula
„ cecidiſſe videatur? ſed quemadmodum il-
„ lum Prætor, ſic hos philoſophia, in inte-
„ grum reſtituit.

CAP. XXXI.

De Addictione.

ADdictio inde, quæ fuit judicium contra
reum, bujus fuit generis. Poſt triginta
dies, quam quis debere judicatus fuerat, ite-
rum in jus rapiebatur, &, ni judicatum fa-
ceret, id eſt, pecuniam debitam ſolveret, à
Prætore creditori nexus addicebatur, oiſi
ſponſorem dediſſet; atque à creditore abdu-
ctus privatum in carcerem condebatur, do-
nec aut pecunia, aut opera ſatisfeciſſet. Ci-
cero pro Flacco: „ Iſte cum judicatum non
„ faceret, addictus Hermippo, & ab hoc
„ ductus eſt. *Gellius libro XX.*: Confeſſi
„ æris ae debiti judicatis XXX. dies ſunt
„ dari conquirendæ pecuniæ cauſſa, quam
„ diſſolverent, eoſque dies Decemviri juſtos
„ appellaveruot, veluti quoddam juſtitium,
„ id eſt, juris inter eus quaſi interſtitionem
„ quandam, & ceſſationem, quibus diebus
„ nihil cum his agi jure poſſet; poſt deinde
„ oiſi diſſolverant, ad Prætorem vocabantur,
„ & ab eo, quibus erant judicati, addiceban-
„ tur, oervo quoque aut compedibus viocie-
„ bantor; ſic eoim ſunt, opioor, verba le-
„ gis. Æris confeſſi, rebuſque jure judicatis
„ XXX dies juſti ſunto. Poſt deinde manus
„ injectio eſto; in Jus ducito: ni judicatum
„ faxit, aut quis pro eo endo jure vindex
„ ſit, ſecum ducito, viocito, aut nervo,
„ aut compedibus XV. pondo ne minore,
„ aut, ſi volet, majore, (47) vincito. Si vo-
„ let, ſuo vivito. Ni ſuo vivit, qui eum
„ vinctum habebit, libras farris in dies dato,
„ ſi

(47) Corrigitur iniquitas erroris tabulariorum: XV PONDO, NE MAJORE, AUT SI VOLET MINORE.

„ ſi volet, plos dato. Eret autem jus interea paeiſcendi. Ac niſi pacti forent, habebantur in vinculis dies LX. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in Comitium producebantur, quantæque pecuniæ judicati eſſent, prædicabatur; tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregre veonm ibant; ſed capitis pœnam ſanciendæ fidei gratia horrificam atrocitatis oſtentu, noviſque terroribus metuendam reddiderunt. Nam ſi plures forent, quibus reus eſſet judicatos, ſecare ſi vellent, atque partire corpus addicti ſibi hominis permiſerunt. Et quidem verba ipſa Legis dicam, ne exiſtimes, me invidiam iſtam forte formidare. Tertiis nondinis, inquit, partes ſecanto; ſi plus, minuſve ſecuerunt, ſine fraude eſto. Nihil profecto immitius, nihil immanius, niſi, ot re ipſa apparet, eo conſilio tanta immanitas pœnæ denunciata eſt, ne ad eam unquam perveniretur. Addici namque nunc, & vinciri multos videmus; quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt; diſſectum eſſe antiquitus neminem equidem neque legi, neque audivi, quoniam ſævitia juſta pœnæ contemni non quita eſt. Hinc Livius libro ſexto: „ An placere fœnore circumventam plebem, ni potius, quam ſortem, creditum ſolvat, corpus in nervum, & ſupplicium dare, & gregatim quotidie de foro addictos duci? & repleri vinctis nobilium domos? & ubicunque patricius habitet, ibi carcerem privatum eſſe? Hi vero addicti, & nexi vocati; addicti propter judicium prætoris, nexi propter vincula creditoris. Addictus eſt autem, ut inquit Quinctilianus, „ quem lex ſervire, donec ſolverit, jubet. Nexus, teſte Varrone „ liber, qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia, quam debet, dum ſolveret, dat. De quibus pluribus diximus in primo libro de jure Civium Romanorum, unde hæc repetenda fuerunt.

CAP. XXXII.

De judicio calumniæ.

JUdicium vero in petitorem fuit, ſi calumniatus fuiſſe argueretur. Erant autem calumniatores, qui accepta pecunia litem falſo intenderant, aut prætermiſerant. De iis Ulpianus D. de calumniatoribus: „ In eum, qui ut calumniæ cauſſa negotium faceſſeret, vel non faceſſeret, pecuniam accepiſſe dicetur, intra annum in quadruplum ejus pecuniæ, quam accepiſſe dicetur, poſt annum ſimpli in factum actio competit. Item: „ Hoc edicto tenetur, qui non depectus eſt.(48) Depectus autẽ dicitur turpiter pactus. Cicero pro Milone: „ Qui calumnia litium fundos alienos petebat. Gellius libro XIII. „ Is eum ſuis patronis clamitabat, probari apud judicem debere, pecuniam datam conſuetis modis, expenſi latione, menſæ rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obſignatione, teſtium interceſſione; ex quibus omnibus ſi nulla re probaretur, dimitti jam ſane oportere, & adverſarium de calumnia damnari.

CAP. XXXIII.

De judicio falſi.

ULtimum judicium fuit (49) in judicem: ſi ob judicandum pecuniam accepiſſet, de quo in XII. tabulis ſcriptum fuit. Unde Gellius libro XX.: „ Niſi duram eſſe legem putes quæ judicem arbitrumve datum, qui ob rem judicandam pecuniam accepiſſe convictus eſt, capite punit. Qui vero judex ſciens dolo malo injuſte judicabat, is litem ſuam facere dicebatur. Ulpianus D. de judiciis: „ Judex tunc litem ſuam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit; dolo autem malo videtur hoc facere, ſi evidens arguatur ejus vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes, ut veram æſtimationem litis præſtare cogatur. Is etiam videtur litem ſuam feciſſe, qui ad conſtitutum tempus in judicium non venit. Macrobius in oratione Titii de judicibus: „ inde ad comitium vadunt, ne litem ſuam faciant. Abrogata inde lege XII. tabularum, lege repetundarum de hoc crimine quæſitum eſt, quemadmodum, qui falſum teſtimonium dixerunt, lege de falſo poſtulati pœnas dederunt, ut mox oſtendemus. Ac de privatorum quidem judiciorum conſuetudine hæc hactenus.

(48) Corrige: *etiam is, qui depectus eſt*.
(49) Lex XII. tabb.: SI JUDEX ARBITERVE JURE DATUS OB REM DICENDAM PECUNIAM ACCEPSIT, CAPITAL ESTO.

Explicit Liber Primus.

CA-

CAROLI SIGONII DE JUDICIIS LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Quæ publica judicia fuerint.

SEquitur deinceps, ut de judiciis publicis agendum eſſe videatur. Judiciorum vero publicorum longe alia ratio fuit, quam privatorum: *Neque enim*, ut inquit Juſtinianus, *per actiones ordinata ſunt, neque omnino ſimile quidquam cum privatis judiciis habuerunt, magnaque diverſitas eorum fuit & in inſtituendo, & in intendendo*. Publica vero dicta ſunt, quod cuivis è populo actio permitteretur. Ceterum judicia publica fuerunt decreta, quæ de criminibus, quæſitore aliquo judicium exercente, judices ab eo dati fecerunt, prout leges de ſingulis criminibus cognoſcendis latæ juſſerunt. Quo conſtituto ſequitur, judiciorum publicorum perfectam haberi notitiam non poſſe, niſi & quæ crimina, & qui quæſitores, & qui judices, & quæ exercendæ quæſtionis ratio, ac demum quæ de quoque crimine leges fuerint, cognoſcamus. Quamobrem agamus primum de criminibus, deinde de quæſitoribus, tum de judicibus, inde de quæſtionum exercitionibus, atque ad extremum de legibus.

CAP. II.

De criminibus.

CRimina maleficia fuerunt, quæ aut adverſus Remp. commiſſa ſunt, aut populus Roman. adverſus Remp. commiſſa exiſtimavit, atque judicio legibus conſtituto pœna vindicanda putavit. Itaque non ſolum injuriæ factæ Senatui, aut Populo, aut Magiſtratibus, ſed etiam nonnullæ privatis illatæ publicorum judiciorum legibus comprehenſæ ſunt. Reipub. directo factæ dicuntur, ut ſi quis majeſtatem populi Rom. aut Magiſtratuum ejus minuiſſet, publicam, ſacramve pecuniam avertiſſet, populi ſuffragia honoris adipiſcendi gratia corrupiſſet, ſocios ſpoliaſſet, aut pecuniam ob judicandum cepiſſet, armis Magiſtratum, aut privatum coëgiſſet, quæ crimina appellarunt majeſtatis, peculatus, ambitus, repetundarum, & vis publicæ. Privatis factas ad ſe pertinere populus exiſtimavit, ſi quis hominem telo occidiſſet, ſi veneno necaſſet, ſi parentibus manum intuliſſet, ſi falſum teſtamentum, falſumve nummum feciſſet, ſi uxorem alterius corrupiſſet, ſi ſervum alienum aut celaſſet, aut vinxiſſet, aut emiſſet ſciens invito domino; unde hæc crimina nomen acceperunt, inter ſicarios, veneficii, parricidii, falſi, adulterii, plagii. Quin etiam quæcunque eum privatos attingerent, de iis quæſtionem publicam conſtitui lege aliqua voluerunt, ea pro criminibus habita ſunt, ut circumſcriptio A pupillorum lege Lætoria; de qua Cicero de natura deorum: *Inde judicium publicum rei privatæ lege Lætoria*. Ut autem non omnia rerum privatarum judicia privata fuerunt, ſic non omnia, in quibus crimen verſatum eſt, fuerunt publica, ſed ea demum, quæ legibus publicarum quæſtionum ſunt conſtituta. Sic enim ſcribit Macer libro primo de Judiciis publicis: „ Non omnia judicia, in „ quibus crimen vertitur, & publica ſunt, „ ſed ea tantum, quæ ex legibus judiciorum „ publicorum veniunt; ut Julia majeſtatis, „ Julia de adulteriis, Cornelia de ſicariis, B „ & veneficis, Pompeja parricidii, Julia „ peculatus, Cornelia de teſtamentis, Julia „ de vi privata, & publica, ambitus, repe- „ tundarum, annonæ. Quoniam autem cauſſæ publicæ crimen ferme complexæ ſunt, hinc nomen etiam criminalium invenerunt.

CAP. III.

De pœnis.

CRiminibus ipſis adjungi debet diſputatio de pœnis, quibus ipſa crimina vindicata C ſunt. Ceterum pœnarum genera ex auctoritate Tulii octo prodidit Iſidorus, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, ſervitutem, & mortem; quarum aliæ bona læſerunt, ut damnum, aliæ corpus, ut vincula, verbera, & talio; aliæ jus, ut ignominia, exilium, & ſervitus; aliæ vitam, ut mors.

Damnum alio nomine mulcta eſt dicta. Hæc Sabinum vocabulum fuit, eaque in ovibus & bubus æſtimandis conſtitit, quibus primis temporibus Italia abundavit. Itaque, ut ſcribit lib. XI. Gellius, „ ſuprema mulcta D „ erat duarum ovium, & triginta boum, pro „ copia ſcilicet boum, & penuria ovium. „ Sed cum ejuſmodi mulcta pecoris, armen- „ tique a Magiſtratibus dicta erat, adigeban- „ tur boves oveſque alias pretii parvi, alias „ majoris; eaque res faciebat in æqualem „ mulctæ punitionem; idcirco poſtea lege „ Ateria conſtituti ſunt in oves ſingulas æris „ deni, in boves æris centeni; minima vero „ mulcta fuit ovis unius. Quando autem à „ Magiſtratibus Populi Romani more majo- „ rum mulcta dicebatur vel minima, vel ſu- „ prema, obſervari ſolebat, ut oves generi E „ virili appellarentur; atque ita M. Varro hæc „ legitima verba, quibus minima mulcta „ diceretur, concepit: M. Terentio, quan- „ do citatus neque reſpondit, excuſatus eſt, „ ego ei unum ovem mulctam dico; ac niſi „ eo genere diceretur, negaverunt, juſtam „ videri mulctam. *Hæc, ut dixi, ex Varrone* „ *Gellius. Feſtus autem ita*: Mulctam Oſci di- „ ci putant pœnam quandam. M. Varro ait, „ pœnam eſſe, ſed pecuniariam, de qua in „ primo libro epiſtolicarum quæſtionum re- „ fert.

„ fert. Maximam mulctam dixerunt trium millium & viginti aſſium, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ovibus quenquam mulctare; æſtimabaturque bos centuſſis, ovis decuſſibus. Quam autem legem Ateriam vocavit Gellius, eam Tarpejam nominat Feſtus in voce peculatus, quod Aterius cum Tarpejo conſul eam tulerit. Pro mulcta vero ſæpe pecuniam dixerunt.

Vinculorum nomine complexi ſunt compedes, pedicas, manicas, cathenas, nervos, bojam & carcerem. Plautus in Aſinaria: *Qui adverſum ſtimulos, laminas, crucesque, compedesque, nervos, cathenas, carceres, numellas, pedicas, bojas*. De ceteris Nonius ſcripſit, & Feſtus. Carcerem ædificatum fuiſſe ab Anco rege ſcribit Livius imminentem foro ad terrorem creſcentis audaciæ omnia ad coërcendos, & conſtringendos homines comparata. Unde illa Ciceronis in VII. in Verrem: „ Quæret, quamobrem faſces Prætoribus præferantur, cur ſecures datæ, cur carcer ædificatus, cur tot ſupplicia more majorum in improbos conſtituta? Ceterum reorum cuſtodia duplex fuit, carcer, & privata domus. Ante confeſſionem in liberas cuſtodias tradere conſueverunt. (s) Liberæ autem cuſtodiæ dicebantur, cum apud Magiſtratus domi, aut apud privatos nobiles ponebantur cuſtodiendi, quemadmodum de indice Bacchanalium ſcripſit Livius, & de conjuratis Salluſtius. Poſt confeſſionem vero in vincula publica conjiciebantur. Venulejus D. de cuſtodia reorum: „ Reus confeſſus, donec de eo pronunciaretur, in publica vincula conjiciendus; *item Scævola*: Reus confeſſus ob ſolam confeſſionem conjici in vincula conſuevit. Fuit autem cuſtos quidam carceris, quem Commentarienſem vocat Plinius libro VII. cap. XXXVIII. qui in triumviro capitali, cujus ſumma carceris, & animadverſionis cura fuit, patebat; oſtendit Valerius libro V. ſcribens, cuſtodem carceris pietatem filiæ, quæ in carcere matrem lacte ſuſtentavit, ad Triumvirum detuliſſe.

Verbera inflicta ſunt virgis, & fuſtibus. Virgis uſi ſunt Magiſtratus, cum expeditis faſcibus lictores animadverterunt in terga: præceſſit autem verberatio extremum mortis ſupplicium. Fuſtigationem in caſtris adhibuerunt; ut in lib. de Jure civium Rom. oſtendimus, & privatim. Valerius libro VI *Metellus uxorem, quod vinum bibiſſet, fuſtim interemit*.

De Talione ſic Iſidorus: „ Talio eſt ſimilitudo vindictæ, ut taliter quis puniatur, ut fecit; hoc enim, & natura, & lege eſt inſtitutum, ut lædentem ſimilis vindicta ſequatur; unde & illud eſt legis: Oculum pro oculo, dentem pro dente. *Item Feſtus citat hæc verba legis*: Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio eſto. Permittit autem, *inquit*, lex parem vindictam. *Hinc Juſtinianus ſcripſit*: Pœna injuriarum per membrum ruptum talio erat. *Gellius autem libro XI. cap. I. addit*, reum habuiſſe facultatem paciſcendi, & non neceſſe habuiſſe pati talionem, niſi eam elegiſſet.

Ignominia fuit Infamia. Cicero libro IV. de Rep. teſte Nonio: „ Cenſoris judicium nihil fere damnato affert, niſi ruborem. Itaque quod omnis ea judicatio verſatur tantummodo in nomine, animadverſio iſta ignominia dicta eſt. Infames autem lege, & edicto Prætorio factos, & quare, apparet ex Digeſtis de iis, qui notantur infamia. Ceterum infamia jus munerum, honorumque civilium ferme ademit.

Exilium intellexerunt, cum aqua, & igni interdixerunt; ſiquidem conſuetudo loquendi obtinuit, ut omnes, quibus aqua, & igni interdictum eſſet, quoniam exilii cauſſa ſolum vertere cogebantur, exules appellarentur, ut eſt in Rhetoricis ad Herennium libro II. Exilium autem non nominabatur in irrogatione pœnæ, ſed aquæ, & ignis interdictio, quam neceſſario ſequebatur exilium; neque enim ſine aquæ & ignis uſu eſſe quiſquam in urbe poterat; quod docet Cicero pro Cæcina: „ Exilium non eſt ſupplicium, ſed perfugium, portuſque ſupplicii; nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem, eo ſolum vertunt, hoc eſt, locum, ac ſedem mutant. Itaque nulla in lege noſtra reperietur, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum exilio eſſe mulctatum; ſed cum homines vincula, neces, ignominiaſque vitant, quæ ſunt legibus conſtituta, confugiunt quaſi ad aram in exilium; qui ſi in civitate legis vim ſubire vellent, non prius civitatem, quam vitam

„ amit-

(s) Maximo hic certe captus eſt Sigonius errore, quod ante confeſſionem rei liberis cuſtodiis haberentur: poſt confeſſionem in publica vincula conjicerentur. Nam liberæ cuſtodiæ non erant laxiores publicis carceribus, ſed diligentiſſimæ omnium, arctiſſimæque, iiſque potius habebantur, qui atrociſſima Majeſtatis crimina commiſiſſent. Ceterum is ordo in judiciis obſervabatur. Dies dicebatur accuſato, iſque pro modo delicti, vel ad diem dimittebatur, vel in carceres duci jubebatur, vel vadum poteſtas fiebat. Tam dimiſſus, quam vadatus, ſi ad diem non adfuiſſet, neque excuſatus fuiſſet, dilatio ad prodeundum, novaque dies ſtatuebatur. Si eo die ſe defendiſſet, vel judicium fiebat, vel dies producebatur donec judicium factum fuiſſet: ſi non prodiſſet, citatuſque eo die non reſpondiſſet, pœna pronuntiabatur. Hæc omnia docet Liv. in judiciis præter alia Cæſonis Quinctii, M. Manlii, M. Poſthumii Pyrgenſis, & Scipionum. In publicos igitur carceres juxta ordinem omnes rei, qui viderentur, conjiciebantur. Si quis maximo crimine Majeſtatis, non accuſatus tantum, ſed aut confeſſus, aut convictus fuiſſet, ita ut ſupplicium de eo ſumendum fuiſſet, liberis cuſtodiis, ideſt, ſpectatiſſimis viris, aut Civitatibus tradebatur quam diligentiſſime adſervandus. Ita conjurati apud Salluſtium non ante confeſſionem liberis cuſtodiis habiti, ſed convicti jam atque ad ſupplicium ſumendum. Item Campani Senatores, aliique inſignes proditores fœderatis dati civitatibus, qui eos cuſtodirent. Explicat autem belliſſime hanc veterem rationem Ulp. in L. 1. D. de cuſt., & exhib. reor. *De cuſtodia reorum Proconſul æſtimare ſolet, utrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fidejuſſoribus committenda, vel etiam ſibi. Hoc autem, vel pro criminis, quod objicitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ, vel pro dignitate ejus, qui accuſatur facere ſolet.* Indices autem bacchanalium, non tam cuſtodiendi cauſa liberis cuſtodiis, quam tuendi a conjuratis dati ſunt. Reique non habebantur, quibus publica fides data eſſet; quinimo Ebutius innocens.

„ amitterent. (a) *Exilio autem cives jure civitatis nudati ſunt. Relegati autem dicti, teſte Feſto*, quibus ignominiæ, aut pœnæ cauſſa neceſſe ſuit, ab urbe Roma, aliove quo loco abeſſe, lege ſenatuſque conſulto, aut edicto Magiſtratus. De ſervitute autem, qua jus libertatis eſt violatum, & extremo ſupplicio, quo vita adempta, ut quæ horum judiciorum non ſint, poſt alio loco magis idoneo diſſeram. Quoniam autem has pœnas omnes duobus nominibus incluſerunt, pecuniæ, & capitis, ob id factum eſt, ut judicia publica alia capitalia fuerint, alia non fuerint. Quod etiam ſcripſit Paulus ad Edictum principis, his verbis, „ Publicorum „ judiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia; capitalia ſunt, ex quibus pœna mors, aut exilium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio; per has enim pœnas eximitur caput de civitate; nam cetera non exilia, ſed relegationes proprie dicuntur; tunc enim civitas retinetur. Non capitalia ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt. Ut autem non omnes cauſſæ criminales capitales fuerunt, veluti ſi majeſtatis reus mulctatus eſſet pecunia, ſic non omnes capitales crimen continuerunt; ut cauſſa Quinctii, quæ à Cicerone capitalis dicitur, (cum tamen ſit ſine crimine) quia infamiam afferebat. Quinctius autem vadimonium deſeruiſſe dicebatur. Modeſtinus D. de verborum ſignificatione: „ Licet capitalis Latine loquentibus „ omnis cauſſa exiſtimationis videatur, tamen appellatio capitalis mortis, vel amiſſionis civitatis intelligenda eſt. *Cicero pro Q. Roſcio*: Signa ſunt privata judicia ſummæ exiſtimationis, & prope dicam capitis, tria hæc ſunt fiduciæ, tutelæ, ſocietatis.

CAP. IV.

De Prætoribus quæſitoribus.

CRiminibus explicatis transeamus ad quæſitores; quæſitores dicti, qui judicium publicum exercuerunt, quam quæſtionem vocarunt. Huic autem rei operam dederunt primum Reges, deinde Conſules, poſt Magiſtratus ii, quos ei muneri Senatus, aut populus præfecit. De Regibus auctor eſt Dionyſius, qui Romulum regem delicta maxima cognoviſſe, minora Senatoribus permiſiſſe ſcribit; & Livius; qui cum Superbum regem ſcribat, ut metum populo incuteret, *cognitiones capitalium rerum ſine conſiliis per ſe ſolum exercuiſſe, propterque eam cauſſam occidere, in exilium agere, bonis mulctare potuiſſe*, non obſcure, quid ceteri ſuperiores reges ſervarint, oſtendit. De Conſulibus ex eo elicere poſſumus, quod in regum locum ſucceſſerunt; & quod Brutus primus Conſul de conjuratis ultimum ſupplicium cauſſa ipſa cognita ſumpſit. Verum eodem anno id jus lege Valeria de provocatione lata eſt imminutum; cautumque in poſterum, ne Conſul de capite civis Rom. injuſſu populi quæreret; verum ii demum, quos populus quæſtionibus publicis præfeciſſet; qui inde Quæſitores parricidii ſunt appellati; quos non multo poſt reges exactos inſtitutos eſſe, ex eo perſpicitur, quod eorum in lege XII. tabularum mentio fiebat. Sic enim ſcribit Pomponius D. de origine juris: „ Quoniam de capite civis Rom. injuſſu populi Rom. non erat permiſſum lege „ Conſulibus jus dicere, propterea quæſtores „ conſtituebantur à populo, qui capitalibus „ præeſſent, & appellabantur Quæſtores parricidii, quorum meminit lex XII. tabularum. Unde Feſtus ſcribit: „ Quæſtores parricidii „ appellatos, quos ſolebant creare cauſa rerum capitalium. Horum autem apud Livium ſæpius memoria celebratur, ut Coſſo, & Medullino Conſulibus anno CCCXL.: „ Senatus conſultum factum, ut de quæſtione „ Poſtumianæ cædis Tribuni pl. primo quoque tempore ad plebem ferrent; plebeſque „ præficeret quæſtioni, quem vellet, à plebe conſenſu populi Conſulibus negotium mandatur; Item anno CCCXLIX.: „ Cum omnia infida „ Romanis eſſent, Capuæ quoque occultæ „ principum conjurationes factæ, de quibus cum ad Senatum relatum eſſet, Dictatorem quæſtionibus exercendis dici placuit. C. Mævius dictus. Anno DLXVI.: „ Petillii Tribuni pl. rogationem ad plebem „ tulerunt: Velitis, jubeatis, ut quæratur, „ quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege „ Antiocho, quod æs publicum relatum non „ eſt, uti de ea Ser. Sulpicius Prætor urbanus ad Senatum referat, quem eam rem „ Senatus velit quærere, de iis, qui Prætores nunc ſunt, omnes tribus, Uti rogaſſet, „ juſſerunt. Ser. Sulpicio deinde referente, „ quem rogatione Petillii quærere vellent, „ Q. Terentium Culleonem patres juſſerunt. „ Ad hunc reus L. Scipio factus; & recepta „ nomina legatorum ejus, & quæſtoris. Damnato Scipione, & nullo veſtigio pecuniæ „ regiæ in bonis ejus invento, invidia vertit „ in Prætorem, & conſilium ejus, & accuſatores. Atque in hunc quidem modum uſque ad annum DCIV. quæſtiones publicæ exercitæ ſunt, ut quotieſcunque res poſceret, aut Conſules, aut Dictator, aut Prætor Senatus conſulto, aut lege quærere juberetur.

Anno autem ipſo DCIV. perpetuæ quæſtiones eſſe, ac proprium quæſitorem habere cœperunt. Legem enim L. Piſo Tribunus pl. tulit, qua quæſtionem repetundarum perpetuam fecit, ut ſcribit Cicero in Bruto his verbis: „ Carbone ſurum tenente plura judicia fieri cœperunt; nam & quæſtiones perpetuæ hoc adoleſcente conſtitutæ ſunt, quæ „ nullæ ante fuerant. L. enim Piſo Tribun. „ pl. legem primus de pecuniis repetundis „ Cenſorino & Manilio Coſſ. tulit; ii vero eo anno, quo dixi, Conſules fuerunt. Quæſtio vero perpetua facta intelligitur, cum Prætori in ſingulos annos mandatur; mandatur vero, cum hæc verba in lege de aliquo vindicando crimine lata ponuntur: *De ea re Prætoris quæſtio eſto*; item: *Prætor, qui ex hac lege quæret, facito ut*. Poſt quæſtionem de repetundis quæſtio inde de peculatu, de majeſtate, & de ambitu perpetua facta eſt; cum-

(a) Nolim confundi ſententiam. Exilium non erat pœna apud Romanos, ſed erat pœnæ devitatio, ut ait Cicero, & aquæ & ignis interdictionem multeties exilium conſequebatur, ut in judicio Pennanum Pyrgenſis; *Si M. Poſthumius ante Chalendas Majas non prodiiſſet, citatuſque eo die non reſpondiſſet, neque ex uſatus eſſet, videri eum in exilio eſſe: bonaque ejus venire, ipſi aqua, & igni placere interdici.*

cumque ſex tum crearentur in orbe Præto-
res, mutata eſt tota ratio ſortitionis Præto-
riæ. Ante enim Prætores bini ſingulas domi
juriſdictiones, ex S. C. ſortiebantur; urba-
nam, & peregrinam: reliqui quatuor provin-
cias foris gubernandas. Ab hoc vero tempo-
re duæ juriſdictiones, & quatuor quæſtiones
in ſortem ex S. C. à Prætoribus ſex conjici
cœptæ; Prætura vero Romæ acta provincias
ſortiti ſunt, in caſque pro Prætore profecti
ſunt. Demum L. Cornelius Sylla Dictator, ut
inquit Pomponius, *quæſtiones alias quatuor
publicas tulit, de ſicariis, veneficiis, falſo & par-
ricidio*, & propterea Prætores quoque qua-
tuor, ut de iis quærerent, addidit. Sic enim
exponit Cicero in Verrem: *Lex Cornelia te-
ſtamentaria, nummaria* (hæc eſt, quæ quæ-
ſtionem de falſo continet;) *ceteræ complures
in quibus non jus aliquod novum in populum
conſtituitur, ſed ſancitur, ut quod ſemper ma-
lum facinus fuerit, ejus quæſtio ad Prætorem
pertineret ex certo tempore*. Quoniam autem
numerus Prætorum, & ratio cognitionum
earum jam inde ab initio permiſſa erant ar-
bitrio Senatus, ob id factum eſt, ut raro,
aut fortaſſe nunquam, niſi octo Prætores,
quotannis ſint creati, ita ut cum eſſent octo
Prætores, & decem cognitiones, in iis defe-
rendis pro voluntate Senatus variatum ſit.
Ut enim ante aliquando binæ juriſdictiones,
& binæ provinciæ ſingulis ſunt tributæ, ſic
poſthac & binæ juriſdictiones, & binæ quæ-
ſtiones ſingulis, & juriſdictio cum quæſtione
uni, & una quæſtio duobus ex S. C. commiſ-
ſa eſt. Nam Catulo Lepidoque Coſs. L. Cor-
nelius Siſenna utramque juriſdictionem, &
C. Verres Prætor urbanam juriſdictionem
cum veneficii quæſtione, & M. Fannius inter
ſicarios, & parricidii, & M. Lætorius, ac C.
Flaminius quæſtionem inter ſicarios, Præto-
res omnes cum eſſent, ſortiti ſunt. Ita Craſ-
ſo & Pompejo primum Coſs., ut Cicero ſcri-
bit in Verrinis, cum Prætores deſignati ſor-
tirentur, M. Metello Prætori obtigit, ut de
pecuniis repetundis; Lepido vero & Tullo
Coſs. Q. Nafoni, ut de veneno quæſtionem
exerceret. M. vero Plætorius, & C. Flami-
nius inter ſicarios ſortiti ſunt. C. Orchinius
peculatus, M. Cicero de repetundis, C.
Aquillius de ambitu. Etenim cum in Cluen-
tiana dixiſſet, Q. Nafonem quæſtionem de
veneno gubernare, addidit: „Quid ergo eſt?
„ Hæc quæſtio ſola ita gubernatur? quid M.
„ Plætorii, & C. Flaminii inter ſicarios?
„ quid C. Orchinii de peculatu? quid mea
„ de pecuniis repetundis? quid C. Aquillii
„ de ambitu? quid reliquæ quæſtiones? Re-
liquarum autem quæſtionum nomine intelle-
xit quæſtionem de majeſtate, quam P. Caſſium
Prætorem eodem anno exercuiſſe in Corne-
lianam ſcribit Aſconius; & quæſtionem de
falſo, quam, ut veriſimile eſt, Prætor urba-
nus, aut peregrinus ſortitus eſt C. Antonius;
is enim in eum annum præturam geſſit. Nam
Q. Nafonem præter veneficii quæſtionem alteram
etiam juriſdictionum ſortitum eſſe, conjectura
ducor ad ſuſpicandum; ſiquidem paucis etiam
ante annis C. Verres Prætor urbanus quæ-
ſtionem de veneno exercuerat, ut Cicero
ſcribit. Parricidii autem quæſtio cum quæ-
ſtione de ſicariis à M. Fannio Prætore tracta-
ta eſt, ut idem docet in Roſciana. Cotta
vero & Torquato Coſs. L. Murena Prætor
urbanam juriſdictionem, Ser. Sulpicius quæ-

A ſtionem peculatus eſt ſortitus, eodem teſte in
oratione pro Murena.

Quanquam autem poſt annum DCIV.
Prætores primum quatuor, deinde ſex per-
petui ſingularum quæſtionum quæſitores ſunt
conſtituti, ut eas quotannis ſortirentur, non
tamen omnia judicia publica ab ordinariis il-
lis quæſitoribus facta ſunt; verum extra or-
dinem multæ quæſtiones, aut S. C. aut ple-
biſcito, ut ante, aut Conſulibus, aut aliis
Magiſtratibus, aut etiam privatis hominibus
mandatæ ſunt; ſive quia nulla dum lex de
iis conſtituendis erat lata, ſive quod lata erat
illa quidem, ſed pro rei atrocitate extra or-
dinem quærendum eſſe videbatur. Nam anno
B DCXI. P. Scævola Tribunus pl. tulit ad ple-
bem, vellentne quæri de L. Tubulo, qui Præ-
tor cum quæſtionem inter ſicarios exerceret,
ob rem judicandam pecuniam ceperat; eoque
plebiſcito quæſtio Cn. Cæpioni Coſ. decreta
eſt, ut inquit Cicero in II. de finibus. Anno
inde DCXV. D. Brutus & P. Scipio Coſs.
ex S. C. quæſtionem de cæde facta in ſylva
Scantia exercuerunt, ut idem ſcribit in Bru-
to; at vero anno DCXXXIX. eodem teſte,
Sex. Peduceus criminatus eſt L. Metellum
Pontificem maximum, totumque collegium
Pontificum male judicaſſe de inceſtu virgi-
num Veſtalium, quod unam modo Æmiliam
damnaverat, abſolverat duas, Muciam & Li-
C ciniam. Populus L. Caſſium creavit, qui
iiſdem de virginibus quæreret; iſque omnes
damnavit. Poſt annos quinque C. Mamilius
Limitanus legem tulit, ut quæreretur in eos,
qui cum Jugurtha pactiones feciſſent, & ut
tres quæſitores conſtituerentur; quod Sallu-
ſtius in Jugurthina, & Cicero in Bruto pro-
didere. Inde poſt aliquot annos Conſules
Piſo, & Meſſala ex S. C. rogationem pro-
mulgarunt de quæſtione in Clodium conſti-
tuenda de pollutis cæremoniis, ut Cicero
ſcribit ad Atticum; & poſt Cn. Pompejus
Conſul tertium anno DCCL. tulit, ut quæ-
reretur de cæde facta in via Appia, & quæ-
ſitor ex Conſularibus crearetur; ſuffragio po-
D puli creatus eſt L. Domitius; iſque quæſtio-
nem de cæde P. Clodii exercuit, teſte Aſco-
nio: *cum tamen*, ut inquit Cicero, *veteres
eſſent leges vel de cæde, vel de vi*.

Ac quæſitorum quidem, ſive ordinarii,
ſive extraordinarii eſſent, quanquam poteſtas
ab ea lege, qua creati erant, tota manaret,
tamen omnium in his rebus collocata fuit,
ut in foro, atque in tribunali, & in ſella
curuli ſedentes, judice quæſtionis aliquo
operam, fidemque navante, gladio, ut dixi,
poſito judicium exercerent, cum eis judici-
bus, qui eis obveniſſent, ſedentibus in ſuis
ſubſelliis, ſcribis vero, accenſis, præconibus,
lictoribus, aliiſque apparitoribus aſſiſtentibus.
E Unde Cicero in oratione pro Cluentio: *Quid
ſibi illi ſcribæ, quid lictores, quid ceteri, quos
apparere huic quæſtioni video, volunt?* & in
Bruto: *Volo hoc oratori contingat, ut cum au-
ditum ſit, eum eſſe dicturum, locus in ſubſelliis
occupetur, compleatur tribunal, gratioſi ſcribæ
ſint in dando, & cedendo loco?*

Ceterum quæſtio everſa Republica me-
rum eſt imperium appellata; ſunt enim tria
magiſtratuum imperia celebrata, merum,
non merum, & miſtum, merum fuit cogni-
tio rerum capitalium, non merum privata-
rum, quod proprie juriſdictio eſt appellata,
miſtum utrarumque. Indicat Ulpianus, cum
ſcri-

ſcribit D. de juriſdictione: „ Imperium aut „ merum eſt; aut miſtum; merum eſt imperium habere gladii poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos homines; miſtum „ eſt imperium, cui etiam juriſdictio ineſt, „ quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, juriſdictio eſt etiam judices dandi licentia; id eſt, merum imperium continet cauſſarum capitalium cognitionem; miſtum non ſolum cognitionem rerum capitalium, ſed etiam juriſdictionem, id eſt, privatarum cognitionem, quæ cum multis aliis in rebus verſetur, tum vel maxime in danda bonorum poſſeſſione, & dando judicio poſita eſt, ut ſupra oſtendimus; & Paulus de officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio: „ Mandata „ juriſdictione etiam imperium, quod non „ eſt merum, videtur mandari. Gladius autem, de quo dictum eſt, inſigne, opinor, fuit magiſtratus publicum judicium exercentis; de quo ſupra diximus, cum Prætores urbanos haſta, quæſitores gladio uſus eſſe oſtendimus. Itaque D. de officio Pro-conſulis dixit Ulpianus: „ Qui univerſas provincias re„ gunt, jus gladii habent, & in metallum „ dandi poteſtas eis permiſſa eſt.

Præterea vero hanc quæſtionem, ſive hoc merum imperium, publicive judicii cognitionem, aut exercitionem mandari alteri non potuiſſe, ſatis conſtat; niſi fortaſſe eadem lex, quæ de quæſtione erat lata, quæſtionem illam tranſmitti licuiſſe, ſanciverit; atque hoc eſt, quod ſcripſit Papinianus D. de officio ejus, ut ſupra etiam diximus: „ Quæcunque ſpecialiter lege, vel Senatus„ conſulto tribuuntur, mandata juriſdictione „ non transferuntur; quæ vero jure magi„ ſtratus competunt, mandari poſſunt; & „ ideo videntur errare magiſtratus, qui cum „ publici judicii habeant exercitionem lege, „ vel S. C. delegatam, veluti legis Juliæ de „ adulteriis, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles, ju„ riſdictionem ſuam mandant. Hujus rei „ fortiſſimum argumentum, quod lege Julia „ de vi nominatim cavetur, ut is, cui obti„ gerit exercitio, poſſit eam, ſi proficiſca„ tur, mandare; non aliter itaque mandare „ poterit, quam ſi abeſſe cœperit, cum alias „ juriſdictio etiam à præſente mandetur. Etſi „ à familia dominus occiſus eſſe dicetur, co„ gnitionem Prætor, quam ex S. C. habet, „ mandare non poterit. Qui mandatam ju„ riſdictionem ſuſcepit, proprium nihil ha„ bet, ſed & ejus, qui mandavit, juriſdi„ ctione utitur; verius eſt enim more majo„ rum juriſdictionem quidem transferri, ſed „ merum imperium, quod lege datur, non „ poſſe tranſire; quare nemo dicit, animad„ verſionem legatum Pro-conſulis habere „ mandata juriſdictione.

CAP. V.

De Judicibus quæſtionum.

EXceptis Prætoribus, quos ſummos quæſitores fuiſſe diximus, erant etiam Judices quæſtionum; de quibus diverſas eorum, qui hac ætate ſcripſerunt, invenio fuiſſe ſententias. Alii enim judicem quæſtionis eundem, ac Prætorem fuiſſe putarunt, alii non ſolum non Prætorem, ſed hominem omnino privatum. Neutra opinio mihi probatur. Non fuiſſe Prætorem hæc argumento

A ſunt, primum, quod in iiſdem cauſſis, in quibus judex quæſtionis verſatus eſſe dicitur, in iis etiam Prætor præfuiſſe invenitur; ut in cauſſa Oppianici Prætor Verres, judex quæſtionis C. Junius; in cauſſa Verris Prætor M' Glabrio, judex quæſtionis Q. Curtius; & in cauſſa Cluentii Prætor Q. Naſo, judex quæſtionis Q. Voconius: deinde, quod in legibus de judiciis publicis hæc verba fuerunt: *Magiſtratus quique, cum judicio publico præeſſet*. Item: *Magiſtratus, judexve quæſtionis*; ſcilicet nomine magiſtratus Prætorem intelligendo, atque à judice quæſtionis apertiſſime ſecernendo; item in aliis: *Prætor qui ex hac lege quæret; judex, qui eam rem quæſi-* B *verit; quive judex ex hac lege factus erit*; poſtremo, quod Quinctilianus ſcribit, Prætorem occupatum fuiſſe in iis, quæ eſſent imperii; judicem quæſtionis in iis, quæ eſſent cognitionis. Non fuiſſe autem privatum, hæc oſtendere poſſunt; primum, quod judex quæſtionis in Legibus *quæſiſſe*, & ab Aſconio *quæſitor fuiſſe, & quæſtionem exercuiſſe* dicitur; deinde, quod in lege Cornelia de veneficiis erat: „ Judex quæſtionis cum iis judi„ cibus, qui ei obvenerint, de ejus capite „ quærito, qui venenum fecerit; & Cicero, atque Aſconius judicem quæſtionis ſortitioni judicum operam dediſſe aperte ſcribunt; quæſtionem vero qui habuit, & judicum ſorti- C tionem exercuit, is privatus omnino eſſe non potuit; eſt enim quæſtio rei capitalis cognitio. Cum autem Judex quæſtionis à lege cognitionem accipiat, non à magiſtratu, magiſtratus eſt, ut apparet ex D. de officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio. His adde, quod idem fuit in judicio publico judex quæſtionis, atque in privato Decemvir litibus judicandis; at Decemvir fuit magiſtratus; ergo multo magis judex quæſtionis. Qui vero privatum eſſe dicunt, ii judicem faciunt; quod eſſe non potuit. Judex enim ſorte obvenit quæſitori, at judici quæſtionis ſorte judices obvenerunt, ex locis commemoratis. Si ergo ipſe ſortitus eſt judices, profecto non ut judex ſorte le- D ctus, ſed ut magiſtratus ſuffragio, creatus quæſivit. Ego vero cenſeo: judicem quæſtionis neque Prætorem fuiſſe, neque omnino privatum, ſed tamen cum poteſtate; eum vero magiſtratum captum eſſe poſt ædilitatem, ut poſt quæſturam capiebatur Decemviratus litibus judicandis. Hoc apparet ex C. Viſellio, quem ſcribit Cicero in Bruto, cum poſt ædilitatem curulem judex quæſtionis eſſet, mortuum eſſe; & ex vetere monumento C. Octavii, in quo ipſe item poſt ædilitatem, & ante Præturam judex quæſtionum vocatur:

C. OCTAVIVS C. F. C. N. C. PRON.
PATER AVGVSTI
E TR. MIL. BIS. Q. ÆDIL. PL. CVM TORANIO
IVDEX QVÆSTIONVM
PR. PRO COS. IMPERATOR APPELLATVS
EX PROVINCIA MACEDONIA;

His adde Cluentianam, in qua Cicero *C. Junium judicem quæſtionis, hominem ædilitium jam Prætorem opinionibus hominum conſtitutum* ſcribit; & Roſcianam, in qua ſic loquitur ad M. Fannium Prætorem judicium cum inter ſicarios exercentem: *Te quæſo M. Fanni, ut qualem te antea populo Rom. præbuiſti, cum huic eidem quæſtioni præeſſes, talem te hoc tempore impertias*. Quando enim ante alias M.

Fan-

Fannius, qui tum Prætor erat, præeſſe quæſtioni inter ſicarios potuit, niſi cum judex quæſtionis fuit? Adde Svetonium, qui Cæſarem inter Ædilitatem, & Præturam quæſtionem inter ſicarios exercuiſſe ſcribit, & eundem, cum eſſet Prætor urbanus, Novium quæſtorem in carcerem duci juſſiſſe; *quod ipſum Prætorem apud ſe compellare paſſus eſſet, majorem ſcilicet poteſtatem à minore*; ubi aperte Novium quæſitorem eum poteſtate, ſed minore fuiſſe oſtendit, non ita dicturus, ſi Novius Prætor id judicium, erat autem de majeſtate, exercuiſſet. Cum ergo Prætores omnibus prætoriis actionibus, quæ multæ erant, intereſſe non poſſent, Judices quæſtionum conſtituti ſunt, qui partes Prætorum implerent etiam Prætoribus abſentibus. Unde dixit Cicero in Varinium: *Diſturbato judicio judices quæſtionum de proximis ſubſelliis eſſe depulſos*, graviore ſine dubio verbo *Prætorum* uſurus, ſi Prætores in tribunalibus tum fuiſſent. At Aſconius eum *principem judicum* vocat; recte. Judex enim quæſtionis reſpectu majeſtatis, & imperii prætorii prope nihil habuit judiciis; at reſpectu judicum, cum & ipſe judex vocaretur, magiſtratus, ut princeps judicum exiſtimaretur. Nam Prætor dabat actionem, & negabat, cogebat judices, & dimittebat; Judex quæſtionis datam actionem exercebat, judices ſortiebatur, teſtes audiebat, quæſtiones habebat, tabulas inſpiciebat; quæ Prætor fere propter occupationes, aut propter dignitatis faſtigium non curabat.

CAP. VI.

De Judicibus.

POſtremi ad cognoſcendum ſunt judices. Judices vero dicti ſunt, qui ex lege ad judicandum adhibiti ſunt; quorumque ſententiam Prætor ipſe pro tribunali pronunciavit. Horum autem legendorum diligens admodum ratio fuit. Primum enim cautum eſt, ex quibus ordinibus eſſent legendi, deinde quo numero in ſingulos annos, inde qua conditione, & qua ætate. De ordinibus ſi quærimus, ut in libris de jure civium Romanorum oſtendimus, primum lecti ſunt ex ordine Senatorio, antiquo, ac regio inſtituto; deinde ex equeſtri lege Sempronia C. Gracchi, tum ex utroque lege Servilia Cæpionis; deinde ex equeſtri lege Servilia Glauciæ; deinde iterum ex Senatorio tantum lege Livia Druſi, tum ex tribus ordinibus, Senatu, equeſtri ordine, plebe, lege Plautia Silvani; tum ad Senatores ſolos res traducta lege Cornelia Syllæ; inde ad tres ordines, Senatum, equites, Tribunos ærarios; hi enim erant è plebe, lege Aurelia Cottæ: poſtremo redacta ad Senatores, & equites lege Julia Cæſaris. Numerus autem eorum à legibus ipſis præſcribebatur; ut à lege Servilia Glauciæ quadringentorum quinquaginta. Itaque non idem ſemper fuit. Ætatis item non eadem ab omnibus habita fuit ratio. Nam lege Servilia Glauciæ cautum eſt, ne minor annis triginta, major ſexaginta legeretur. Cum autem aliis legibus triginta quinque præſcripti eſſent, Auguſtus ad triginta redegit. Siquidem Svetonius ita ſcribit: „ Judices Auguſtus à triceſimo ætatis anno allegit, id eſt, quinquennio maturius, quam ſolebat. (3) Ea vero lectio per Prætorem urbanum, aut peregrinum juratum celebrabatur, prout lege ſancitum fuerat, iique ſelecti judices appellati. De urbano agitur in lege Cornelia, ubi eſt: „ Prætores urbani, „ qui juratos optimum quemque in ſelectos „ judices referre debent. De peregrino in lege Servilia Glauciæ, in qua eſt: „ Prætor, „ qui jus dicet inter peregrinos, CDL. viros „ legat, dum ne quem legat, qui in magiſtratu ſit, aut fuerit, aut Senator ſit, aut „ fuerit, eoſque in concione pronunciet, jureque ſe eos dolo malo ſcientem non legiſſe. Quotannis autem lectos indicat Cicero in Verrem: „ Nunc judicem ex Kal. Januariis „ non habebimus. Munera vero judicum fuerunt, ut in legem jurarent, citati à Prætore judicium exercente adeſſent, in ſubſelliis, quæ ſubjecta tribunali erant, ex lege ſederent, ne inter ſe diſputarent, poſtremo jurati ſententias ferrent.

CAP. VII.

De exercitione Actionis, ſive de Actione inſtituenda.

CRiminibus, quæſtionibus, & judicibus cognitis, deinceps de exercitione quæſtionis, ſive de inſtituenda actione, atque tota apud Prætorem agendi ratione diſſerendum eſt. Ordo vero agendi talis fuit. Privatus civis, qui privati nomen deferre in animo habuit, eum in Jus vocavit, & Prætorem in foro adiens, qui de crimine illo cognoſcebat, quod ipſe deferre volebat, dicendi poteſtate accepta, poſtulavit, ut ſibi nomen ejus deferre liceret: qua re impetrata nomen detulit. Nominis recepto, atque à ſcribis juſſu Prætoris in tabulas relato, ille reus eſt dictus. Ita primum præceſſit in Jus vocatio, deinde poſtulatio, tum nominis delatio, ad extremum inde ſecuta eſt accuſatio. His de rebus in univerſum agendis præter antiqui moris obſervationem duæ leges celebrantur, vetuſtior una Memmia, quam volunt eandem eſſe cum ea, quæ in Pandectis Remnia dicitur, quam commemorat Valerius; alteram recentiorem Juliam Auguſti, quæ in Pandectis Julia publicorum Judiciorum vocatur. Agamus ordinatim de ſingulis.

CAP.

(3) Contra Svetonium ſtare videtur Calliſtratus in L. 43. D. de recept., qui arb. recep., & alii Juriſconſulti. Dicit enim Calliſtratus: Lege Julia caveri, hæc autem lex Auguſti: *ne minor viginti annis judicare cogatur: majori tamen viginti annis, ſi minor vigintiquinque annis ſit ex hac cauſa ſuccurrendum, ſi temere auditorium receperit*. Poſſe ergo Lege ipſa Julia minorem non tantum triginta, vel vigintiquinque, verum etiam viginti annis judicem eſſe. Quinimo & an ſententia Judicis minoris decem & octo annis valeat diſputat Ulp. in L. 57. D. de re jud. Solvit Cujacius per Principem poſſe dari judicem minorem partibus ſcientibus, & conſentientibus, ut ibi quoque inſinuare videtur Ulpianus. Leges igitur Juliæ ſententia alia. Sed Svetonius non legem retulit, ſed morem Auguſti.

CAP. VIII.

De in Jus vocatione.

CEterum in jus vocatio ita locum habuit, ſi ille, cui negotium parabatur, in urbe fuit. Habuit enim, ut puto, prehenſionem, & eductionem perinde, atque in privato judicio. Quod oſtendit Seneca libro IV. controverſiarum: *Subinde nactus eum, in Jus ad Prætorem voco, & poſtulavi, ut Prætor nomen ejus reciperet, lege inſcripti maleficii; ad alterum Prætorem eduxi, & Ingrati poſtulavi*. Item in Ludo: *Ducit illum ante Tribunal Æaci; is lege Cornelia, quæ de ſicariis eſt, quærebat*. Indicat etiam Macer D. de accuſationibus, cum ſcribit: *qui ſunt in Magiſtratu accuſari non poſſe, quia ſine fraude in Jus evocari non poſſunt*. In ipſa vero vocatione eadem obſervata eſſe in judicio publico, quæ in privato ſervata ſunt, videtur veriſimile.

CAP. IX.

De poſtulatione.

UT autem in judicio privato adverſario in Jus vocato poſtulabatur à Prætore, ut ſibi liceret actionem intendere, ſic in publico poſtulabatur, ut ſibi liceret nomen deferre. Teſtis eſt Cœlius ad Ciceronem: *Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem, & nominis delationem uxor à Dolabella diſceſſit*; & Cicero in Divinatione: *L. Piſo delationem nominis in P. Gabinium poſtulavit, & contra Cæcilius petiit*; & ad fratrem: *Cum de ambitu Gabinium vellet poſtulare, neque Prætores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerent, in concionem aſcendit*. Item Seneca in Ludo: *Ducit illum ante Tribunal Æaci; is lege Cornelia, quæ de ſicariis eſt, quærebat; poſtulat nomen ejus recipi*. Poſtulatio vero fiebat non ſolum præſente, ſed etiam abſente illo, in quem fiebat; ut Cicero oſtendit ſcribens ad fratrem, cum Gabinium, poſtquam acceſſit ad urbem, nec dum ingreſſum, à Lentulis de majeſtate poſtulatum nunciat; item Cœlius ad Ciceronem: „ Appius à Dolabella
„ reus factus, ſane quam non ea, qua exiſtimaveram, invidia; neque enim ſtulte Appius, qui ſimul atque Dolabella acceſſit ad Tribunal, introierat in urbem, triumphique poſtulationem abjecerat. Item M. Antonium Valerius libro III. poſtulatum ſcribit, cum eſſet Brunduſii.

Neque vero leges poteſtatem temere conceſſerunt, ut quicumque poſtulare, aut quicumque poſtulari poſſent. Scribit Macer D. de accuſationibus: „ Qui accuſare poſſunt, intelligemus, ſi ſciverimus, qui non poſſunt. Itaque prohibentur accuſare alii propter ſexum, vel ætatem, ut mulier, ut pupillus; alii propter ſacramentum, ut qui ſtipendium merent; alii propter magiſtratum, poteſtatemve, in qua agentes ſine fraude in Jus evocari non poſſunt; alii propter delictum proprium, ut infames; alii propter turpem quæſtum, ut qui duo judicia ad verſus duos reos ſubſcripta habent, nummoſque, ob accuſandum vel non accuſandum acceperint; alii propter conditionem ſuam, ut libertini contra patronos. Quod autem ſcriptum eſt de muliere, idem tradidit eodem titulo Pomponius, ſed cum aliqua exceptione. „ Non eſt permiſſum mulieri publico judicio quemquam reum facere, niſi ſcilicet parentum, liberorumque, & patroni, & patronæ, & eorum filii, filiæ, nepotis mortem exequantur. Item de pupillis Papinianus: „ Pupillis ex conſilio tutorum patris mortem, item pupillæ avi ſui mortem exequi conceſſum eſt.

Quæ vero de iis, qui accuſare non potuerunt, à Juriſconſultis ſcripta ſunt, ea ex legibus ſingulis de quoque crimine ſumpta ſunt. Neque vero ſolum leges præſcripſiſſe videntur, qui poſtulare non poſſent, ſed etiam ipſi Prætores pro poteſtate multos à poſtu-
B latione videntur repuliſſe; ut Quæſtores, ne Prætorum ſuorum nomina deferrent, propter neceſſitudinem, quæ inter illos intercedebat; ſiquidem dixit Cicero in Divinatione: „ L. Philoni in C. Servilium nominis deferendi poteſtas non eſt data, neque Scauro in Flaccum, neque Pompejo in Albutium; ne libido violandæ neceſſitudinis auctoritate judicum comprobaretur. Eadem ratione non omnes poſtulari poterant; primum non Magiſtratus; deinde non ii, qui Reipublicæ cauſſa abſunt. De Magiſtratibus notum eſt illud libro XLV. apud Livium, ubi Servilius reprehendit Galbam, quod ſi nocere Paulo voluit, non poſtridie, quam triumphavit,
C cum primum eum privatum viſurus eſſet, legibus interrogarit. De iis, qui Reipublicæ cauſſa abeſſent, lex Memmia ſanxit, cujus Valerius libro tertio meminit: „ M. Antonius Quæſtor proficiſcens in Aſiam Brunduſium jam pervenerat, ubi literis certior factus inceſti ſe poſtulatum apud L. Caſſium Prætorem, cum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui Reipublicæ cauſſa abeſſent, recipi nomina vetabat, in urbem tamen recurrit.

Satis etiam conſtat, apud Romanos accuſationis munus probro fuiſſe. Laudem tamen attuliſſe iis, qui, ut inquit Cicero in ſecundo de Officiis, aut Reipublicæ cauſſa,
D aut patrocinii gratia, aut paternarum, aut propriarum inimicitiarum cauſſa ad accuſationem accederent; eamque rem ſummo honori adoleſcentibus fuiſſe; quod etiam in Lucullo ſcripſit Plutarchus.

Jam vero in cauſſa repetundarum illud præcipue obſervatum eſt, ut populi, qui repeterent pecuniam, ac ſpoliatos ſe per legatos quererentur, patronos quoque nominandi poteſtatem poſtularent. Livius libro XLIII.: „ Anno DCLXXXIII. L. Canulejo Prætori, qui Hiſpaniam ſortitus erat, negotium datum eſt, ut in ſingulos, à quibus Hiſpani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine Senatorio daret, patronoſque,
E quos vellent, ſumendi poteſtatem faceret. Vocatis in curiam legatis recitatum eſt S. C. juſſique nominare patronos, quatuor nominaverunt. Et Cicero in primo de Oratore: „ Ut ille Siculus, cui Scipio Prætor dabat patronum cauſſæ hoſpitem ſuum. Itaque in Legibus de pecuniis repetundis præcipue ſanctum eſt de patronis dandis, & repudiandis. Hi vero, qui ſociorum patroni fuerunt, reorum accuſatores extiterunt.

Sæpe etiam evenit, ut duo, aut plures non ſolum in cauſſa repetundarum, ſed etiam ambitus, & aliorum criminum accuſationem ſibi depoſcerent. Quod cum accidit, tum ju-

dicum

A dicium factum eſt, uter deberet nomen deferre. Quod Ulpianus oſtendit D. de accuſationibus: „ Si plures exiſtant, *inquit*, qui in judiciis publicis accuſare volunt, Judex eligere debet eum, qui accuſet; cauſſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel de dignitate, vel ex eo, quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia juſta de cauſſa. Hoc autem judicium *Divinationem* dixerunt. Divinatio porro dicta eſt, teſte Aſconio, „ quia non de facto quæritur, ſed de futuro, uter debeat accuſare; alii putant divinationem dici, quod injurati judices in hac cauſſa ſedeant, & quod velint præſentire de utroque poſſint; alii, quod
B res agatur ſine teſtibus, & ſine tabulis, & his remotis argumenta ſola ſequantur judices, & quaſi divinent. Gellius autem libro II. ita ſcribit: „ Cum de conſtituendo accuſatore quæritur, judiciumque ſuper ea re redditum, cui nam potiſſimum ex duobus pluribuſve accuſatio, ſubſcriptiove in reum permittatur, ea res, atque Judicum cognitio Divinatio appellatur. Baſſus Divinatio, *inquit*, judicium appellatur, quoniam divinare quodammodo judicem oporteat quam ſententiam ſe ſe ferre par ſit; & quæ ſequuntur. Quale autem hoc judicium fuerit, facile ipſa Ciceronis in Verrem Divinatio, in qua cum Cæcilio diſputat, poteſt
C docere. Meminit item Divinationis Aſconius in Milonianam: „ Divinatio de ambitu accuſatorum facta eſt quæſitore A. Torquato.

Ex multis autem accuſatoribus, qui primas egit, is accuſator eſt dictus; qui ſecundas, & tertias, Subſcriptor. Hic vero, ut inquit Aſconius, *accuſatorem adjuvare eſt ſolitus*. Horum autem meminit Nepos in vita Attici: „ Neminem neque ſuo nomine, neque ſubſcribens accuſavit. Aſconius in Cornelianam: „ Cornelium reum duo fratres Cominii lege Cornelia de majeſtate fecerunt; detulit nomen Publius, ſubſcripſit Cajus; item in Scaurianam: „ M. Scaurus à P. Valerio poſtulatus eſt apud M. Catonem Prætorem
D repetundarum; ſubſcripſerunt Triario in Scaurum L. Marius, & Pacuvii fratres. Cicero in Verrem: „ Ei, qui illius Quæſtor fuiſſet, non modo deferendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem, cum id poſtularet, fecerunt poteſtatem. *Item*: Quartum ſubſcriptorem quem ſit habiturus, non video, niſi quem forte ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicunque vos delationem dediſſetis. Plutarchus etiam in Catone majore ſcribit, legem fuiſſe, ut reus accuſatori daret cuſtodem ad obſervandam accuſationem ejus. Tamen cum Cicero dixiſſet de Cæcilio, *Cuſtodem Tullio me apponite*, Aſconius interpretatus eſt, *cuſtodem* accuſationis ſubſcriptorem.
E

CAP. X.

De nominis delatione.

Die inde conſtituta venerunt in Jus accuſator, & is, cui accuſatio parabatur, ac præſente Prætore delatio nominis facta eſt. Primum autem accuſator calumniam juravit, deinde nomen detulit. Jurare calumniam fuit, ſolemne jusjurandum concipere, ſe non calumniandi cauſſa nomen delaturum eſſe. Livius libro XLIV.: „ Si velut accuſatores calumniam in eum jurarent, nomenque deferrent. *Cœlius*: De divinatione Appius, cum calumniam juraſſet, contendere auſus non eſt, Pilioque ceſſit. Aſconius in Cornelianam: „ Metellus bis juravit, Curionem accuſaturum, ſemel adactus à patre, iterum lege, tum cum calumniam juravit. Hoc in lege Servilia dejurare calumniam dicitur.

Quoniam autem idem eſt Delatio nominis in judicio publico, quod in privato Intentio litis, veriſimile eſt, eaſdem formulas actionum, quo ad res paſſa eſt, obſervatas. Nempe qui vadimonium promiſerat, dixit: *Ecce me, ſiſto me, & tu ſiſte te; quid ais?* cui accuſator reſpondit: *Ajo, te peccaſſe contra legem hanc, vel illam*. Hoc innuit Livius libro IV.: „ Vocat te, *inquit*, Dictator. Cum ille quæreret, quid vellet? Servilius, cauſſam ei dicendam eſſe propoſuit, crimenque à Minucio delatum diluendum. Formula vero intentionis eadem fere in omnibus criminibus fuit. In crimine certe repetundarum talis fuit: „ Ajo, te in Prætura ſpoliaſſe Siculos contra legem Corneliam, atque eo nomine ſeſtertium millies à te repeto; ſic enim inquit Cicero: „ Sicilia tota, ſi una voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, ſedibus, delubris fuit, quod jus in unaquaque re beneficio Senatus, populique Romani habui, id mihi tu C. Verres eripuiſti, atque abſtuliſti; quo nomine abs te ſeſtertium millies ex lege repeto; quoniam id non poteſt, harum rerum actorem, quem idoneum eſſe arbitrata eſt, ipſa delegit. In peculatu ita: „ Ajo te pecuniam publicam cum quæſtor eſſes averiiſſe, & falſas rationes ad ærarium retuliſſe; atque eo nomine ſeſtertium quingenties à te repeto. In ambitu ita: „ Ajo te in petendo Conſulatu pecuniam dediſſe tribubus, prandia, locum gladiatoribus contra legem Tulliam, atque pœnam, quæ lege continetur, à te repeto. Quod ſi ille aut tacuiſſet, aut confeſſus eſſet, tum in repetundarum crimine lis æſtimabatur, ut victo; aut pœna repetebatur: ſi inficiatus eſſet, poſtulabatur, ut nomen inter reos reciperetur, ac delatio nominis ſcribebatur, & tempus inquirendi poſtulabatur. Qui vero hoc faciebat, is dicebatur, Reum facere, & legibus interrogare. Aſconius: „ Reum fieri, *inquit*, eſt apud Prætorem legibus interrogari; cum in jus ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reo: Ajo, te Siculos ſpoliaſſe; ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, ut victo; ſi negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum ejus criminum, & inſtituebatur accuſatio. Cicero pro domo: „ Quis me unquam ulla lege interrogavit? quis poſtulavit? & Salluſtius: „ Autronius, & Sylla legibus ambitus interrogati ſunt. *Item*: ipſe Plautia lege interrogatus erat ab L. Paulo; & Livius libro XLV.: „ Cur non poſtero die, quam triumphaſſet, cum privatum eum viſurus eſſet, nomen deferret, & legibus interrogaret? Ut autem in judicio privato petere, & repetere pecuniam dicebatur actor, ſic in publico petere, & repetere mulctam, & pœnam accuſator. Cicero pro Cluentio: „ Uno judicio mulcta petita eſt, quod judex ex lege non ſediſſet; & in III. in Verrem: „ Petita mulcta eſt apud iſtum Prætorem

„ rem à Q. Opimio, quod, cum eſſet Tribu- A
„ nus pleb interceſſiſſet contra legem Cor-
„ neliam. Itaque intentio tum his verbis
formari potuit: „ Ajo, te, cum eſſes Tribu-
„ nus pleb. interceſſiſſe contra legem Corne-
„ liam, & eo nomine à te mulctam talem peto.
In libris etiam de inventione dixit pœnas ab
reo petere, & in legibus: „ Plus pœnarum
„ habui, quam petivi. Inde fluxit, ut repe-
tere pœnas ab inimicis dicamus, cum eos
ulciſcimur, translatione è judicio derivata.
Ubi vero voce res peracta erat, tum vero
ad ſcriptum veniebatur, ac crimen, quod
objiciebatur, libello ſubſcriptum relinqueba-
tur. Subſcriptionem autem libelli ita con
ceptam docet Ulp. D. de accuſatoribus: „ Si B
„ cui crimen objiciatur, præcedere debet in
„ crimen ſubſcriptio; quæ res ad id inventa
„ eſt, ne facile quis proſiliat ad accuſatio
„ nem, cum ſciat inultam ſibi accuſatio
„ nem non futuram; caveant itaque ſinguli,
„ quod crimen objiciant. *Item Paulus*: Con-
„ ſul, & dies apud illum Prætorem. L. Ti-
„ tius profeſſus eſt, ſe Mæviam lege Julia
„ de adulteriis deferre, quod dicat eam cum
„ C. Sejo in civitate illa, domo illius, menſe
„ illo, Conſulibus illis adulterium commiſiſſe.
Hinc Aſconius in Milonianam: „ Apud
„ Conſidium quæſtorem lege Plautia de
„ vi accuſarat ſubſcriptione ea, quod loca
„ occupaſſet, & cum telo fuiſſet antesi C
„ gnanus operarum Milonis; & Cicero pro
Cluentio: „ In compluribus reis, quos con
„ tra leges pecunias accepiſſe ſubſcriptum eſt.
Ex quibus intelligitur, accuſatorem & voce,
& libello omnia, & ſingula, quibus reus le-
gem illam, quam nominaſſet, tranſgreſſus
eſſet, eſſe complexum; ut in pecuniis repe
tundis, abſtuliſſe, inique judicaſſe, ſupplicia
de civibus Rom. ſumpſiſſe, aut alia, quæ ſe
probare adverſus illum poſſe confideret.

Ubi vero nomen ejus hoc modo detule-
rat, poſtulabat, ut reciperetur, id eſt, ut in
tabulas inter reos referretur. Prætor enim
hoc jus habebat, ut recipere, & non recipere
poſſet. Seneca in Ludo: „ Poſtulat nomen D
„ recipi, edit ſubſcriptionem, occiſos Se-
„ natores triginta. Cœlius ad Ciceronem:
„ Nec Laterenſis Prætor poſtulante Pauſa-
„ nia, quo ea pecunia perveniſſet, nomen
„ recipere voluit. Erant autem crimina quæ
dam, quæ propter atrocitatem, ac magnitu
dinem ſuam extra ordinem accipiebantur, ut
parricidii, & de vi. Cicero in Rhetoricis:
„ Cum venefici cujuſdam nomen eſſet dela-
„ tum, & quia parricidii cauſſa ſubſcripta
„ eſſet, extra ordinem eſſet acceptum;
& pro Cœlio inquit: „ Legem Plautiam de
„ vi quæri quotidie voluiſſe. Ex quo appa-
ret, nomen etiam rei de vi extra ordinem
acceptum eſſe. Unde dixit Cœlius: „ Tuc- E
„ cius Rufum accuſatorem ſuum poſt ludos
„ Romanos reum fecit lege Plotia de vi,
„ hoc conſilio, quod videbatur, ſi extraor
„ dinarius nemo reus acceſſiſſet, ſibi hoc an-
„ no cauſſam eſſe dicendam; id eſt, ne cauſ-
ſam diceret hoc anno, quo reus erat factus,
accuſavit de vi accuſatorem ſuum, id eſt,
ejus criminis fecit reum, quod quamvis poſt
ſe eſſet delatum, tamen quia extra ordinem
eſſet acceptum, etiam extra ordinem, nimi-
rum ante ſuum judicium, eſſet cognoſcen-
dum.

Recepto autem vel ordine, vel extra
A ordinem rei nomine Prætor certam diem,
qua accuſator, & reus ad judicium adeſſent,
conſtituebat. Is dies in aliis legibus deci-
mus, in aliis triceſimus fuit. Aſconius in
Cornelianam: „ Detulit nomen Publius ſub-
„ ſcripſit Cajus; &, cum L. Caſſius Prætor
„ decimo die, ut mos eſt, adeſſe juſſiſſet.
Cicero in Vatinium: „ Quæro de te, poſtu-
„ latus ne ſis lege Licinia, Junia? edixerit
„ ne C. Memmius Prætor ex ea lege, ut
„ adeſſes die triceſimo? In crimine autem
repetundarum accuſator diem longiorem ad
inquirendum popoſcit. Unde Aſconius:
„ Cicero cauſsâ Verris ad ſe traductâ inqui-
„ ſitionis adverſus Verrem tempus poſtulavit
B „ dies centum decem. *Item*: Pacuvii accu-
„ ſatores in Scaurum inquiſitionem in Sardi-
„ niam, itemque in Corſicam inſulas dies
„ tricenos acceperunt. *Item*: Scaurus Cæpio-
„ nem contra reum detulit, & breviore die
„ inquiſitionis accepta effecit, ut ille prior
„ cauſſam diceret.

His rebus actis reus veſtem mutavit, &
patronos conquiſivit. De veſte hæc ratio
fuit. Toga alba depoſita atram induit, &
barbam, capillumque promiſit, ſqualorem-
que contraxit. Narrat Gellius libro III.:
„ Scipionem Æmilianum, cum eſſet reus,
„ neque barbam deſiiſſe radi, neque non
„ candida veſte uti, neque fuiſſe ſolito cultu
C „ reorum. Plutarchus idem ſcribit, Marcum,
cum ſe putaret abſolutum, veſtem reſumpſiſſe,
& caput raſiſſe. Valerius libro VI., Rutilium
reum ait, neque obſoletam veſtem induiſſe,
nec inſignia Senatoris depoſuiſſe, nec ſuppli-
ces ad genua judicum manus tetendiſſe.

De patronis hæc accepimus. Scribit Aſco-
nius, ante bellum civile Cæſaris raro unquam
quam pluribus, quam quatuor patronis eſſe
uſum; poſt bella vero civilia ante legem Ju-
liam uſque ad duodenos patronos eſſe per-
ventum. Defenſorum porro idem, ut ſupra
diximus, quatuor genera facit, quorum pa-
tronum eum vocat, qui orator eſſet, & voce
cauſſam orandam ſuſciperet, & ſeſe accuſa-
D tori opponeret. In his judiciis non licuiſſe
Tribunos plebis appellare, ſignificat Cicero
in Vatiniana: „ Quæro, poſtulatus ne ſis le-
„ ge Licinia, & Junia? edixerit ne C. Mem-
„ mius Prætor ex ea lege, ut adeſſes die
„ triceſimo? cum is dies veniſſet, feceris
„ ne, quod in hac Republica non modo fa-
„ ctum ante nunquam, ſed in omni memoria
„ ſit inauditum, appellaris ne Tribunos pleb.
„ ne cauſſam diceres?

CAP. XI.

De citando accuſatore, & reo.

E QUoniam autem ſæpe accidit, ut perfi-
ciendi judicii cauſſa accuſator, & reus
citandus fuerit, deinceps antequam ad
alia veniamus, quid in ea re obſervatum ſit,
videamos. Quoties igitur dies conſtituta ali-
cui actioni à Prætore acceſſit, ſi Prætor
adeſſe non potuit, rem in alium diem diffe-
rendi jus habuit. Aſconius: „ Cum Caſſius
„ Prætor decimo die, ut mos eſt, adeſſe juſ-
„ ſiſſet accuſatores, eoque die ipſe non affuiſ-
„ ſet, ſeu avocatus propter frumenti publici
„ curam, ſeu gratificans reo, circumventi
„ ſunt accuſatores ante tribunal ejus. Si
affuit, accuſatores, & reum, & patronos ci-

tari

tari per præconem juſſit. Tum vero, ſi accuſatores non affuerunt, nomen rei ex reis exemptum eſt, ſi reus non acceſſit, abſens damnatus eſt. Aſconius eodem in loco: „ Poſtero die, cum Caſſius aſſediſſet, & citati accuſatores non adeſſent, exemptum eſt nomen de reis Cornelii. *Cicero in Verrem*: Omnis mea feſtinatio fuit ob eam cauſſam, ne tu ex reis eximerere, ſi ego ad diem non affuiſſem. *Aſconius in Milonianam*: Milo poſtero die factus reus ambitus apud Torquatum abſens damnatus eſt.

Etiam illa cauſſa cognitionis differendæ fuit, ſi extraordinarius aliquis reus eſſet delatus; de qua paulo ante diximus. Item ſi qua cauſſa cum ea, quæ agebatur, conjuncta in judicium eſſet adducta; nam propter conjunctionem, & quaſi affinitatem eam ante ordinarias peragi voluerunt; ut Cicero pro Cluentio: „ Fabricium ſtatim reum fecit, atque ut ei locus primus conſtitueretur propter cauſſæ conjunctionem, impetravit.

CAP. XII.

De judicibus legendis.

UBi vero Prætor aſſederat, & accuſatores, reus, & patroni prodierant, de judicibus legendis agebatur; quod munus plerumque Judici quæſtionis aſſignabatur. Numerus autem judicum legebatur, qui a lege erat præſcriptus, qua judicium illud exercebatur & quo modo erat præſcriptum. Modus autem fuit duplex, ſortitio, & editio. Sortitio fuit ejuſmodi. Prætor, aut judex quæſtionis in urnam conjiciebat omnes judices ſelectos, id eſt, qui ad judicia ejus anni à Prætoribus ex lege fuerant delecti, ac ſorte eum numerum educebat, quem lex ipſa præſcribebat. Quo facto dabatur poteſtas reo, & accuſatori rejiciendi, quos parum ſibi putarent idoneos; in locum vero rejectorum alios ſive Prætor, ſive Judex quæſtionis ſubſortiebatur. Quem morem his verbis exponit Aſconius: „ Cum multi judices in conſilio cum Prætore ſuo judicaturi eſſent, qui quæſitor fuiſſet in cauſſa publica, neceſſe fuerat, eos primum de curia ſenatoria conſcribi, cum ſenatus judicaret; deinde in urnam mitti, ut de pluribus neceſſarius numerus ſortito confici poſſet; tertio permitti accuſatori, & reo, ut ex illo numero rejiciant, quos putaverint, ſibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore. Rejectione celebrata, in eorum locum, qui rejecti fuerant, ſubſortiebatur Prætor alios, quibus ille judicum numerus legitimus compleretur; *& alibi*: Sortitus erat judices Prætor Verres in eorum locum, ut mos eſt, alios. Quibus verbis oſtendit, hanc lectionem multarum adeo legum, ac quæſtionum fuiſſe, ut more facta dicatur. In hac tamen re variatum eſſe vi legum, ſatis poſtea apparebit. Rejectionis item meminit Cicero pro Sylla: „ Vos re interpoſita nihil ſuſpicantibus nobis repentini in nos judices conſediſtis ab accuſatoribus delecti ad ſpem acerbitatis. *Item*: Veſtræ virtutis eſt, declarare, non eſſe eos nos, ad quos potiſſimum interpoſita rejectione devenire convenerit. Sed de rejectione Cicero plura in tertia in Verrem. De editione mentio fit in lege Servilia Glauciæ qua jubetur, ut actor ex CDL. judicibus centum edat, reus ex centum edat quinquaginta; ſic autem ſcriptum eſt: „ Prætor, ad quem nomen delatum erit, facito, ut in die viceſimo ex eo die, quo cujuſque quiſque nomen detulerit, centumviros ex eis, qui ex hac lege quadringenti quinquaginta viri in eum annum lecti erunt, legat, edatve. Quo is centumviros ex hac lege ediderit, de eis ita facito, juret palam apud ſe coram, ſe eos ſcientem dolo malo non legiſſe; ubi is ita Centumviros ediderit, jurariteque, tum eis facito, ut is unde petetur, die viceſimo, poſtquam nomen ejus delatum erit, quos eorum is, qui petet, ex hac lege ediderit, de eis judices quinquaginta legat, edatve. Eadem ratione lex Licinia de ſodalitiis poteſtatem dedit accuſatori edendi judices reo, verum non ex delectis ad judicandum, ſed ex univerſo populo. Qua de re conqueritur Cicero pro Plancio: „ Nos neque ex delectis judicibus ad judicandum, ſed ex omni populo, neque editos ad rejiciendum, ſed ab accuſatore conſtitutos judices ita feremus, ut neminem rejiciamus?

Hac re tranſacta judices lecti citabantur, quique adeſſe non poterat, excuſationem afferebat. Cicero in V. Philippica: „ Quæro, ſi Lyſiades citatus judex non reſponderit, accipiet ne excuſationem is, qui quæſtioni præerit: Qui vero accedebant, & judicium accipiebant, ii jusjurandum ſuſcipiebant, atque eorum nomina inſcripta in arcis reponebantur. Ex quo ſcripſit Aſconius: „ Subſcriptione perfecti jurabant in leges judices, ut obſtricti religione judicarent. Cum juraſſent omnes præter ipſum Prætorem, nomina eorum libellis conſignabantur, ne pro ſelectis judicibus, ut fit in multitudine, aliqui ſuppoſiti corruptiſſime judicarent. *Addit vero alibi*: Facile vero pro veris judicibus improbi ſupponi poterant, volente hoc judice quæſtionis, & illis patientibus, qui non veri judices erant, quia niſi citati non conſidebant; & grave onus erat, & incommodum judicare. Juraſſe autem eo modo, quo judices privatarum cauſſarum, facile exiſtimaverim.

CAP. XIII.

De prima actione.

HIs actis inde cognoſcendæ cauſſæ opera dari eſt cœpta. Cognitio vero ferme omnis in duas actiones diviſa fuit; primam, & ſecundam; quarum ſecunda à comperendinatione manavit in iis cauſſis, in quibus comperendinatio eſt permiſſa, utraque vero actio accuſationem, & defenſionem complexa eſt. Quoniam autem accuſatio teſtimoniis maxime nitebatur, propterea prius de teſtimoniorum ratione, deinde de accuſatione, agamus.

Teſtimoniorum nomine omnes probationes extrinſecus ſumptæ ſunt appellatæ, quæ etiam expertes artis ab iis, qui de artificio oratorio ſcripſerunt, ſunt dictæ. Hæc vero in tres potiſſimum partes tributa ſunt, quæſtiones, teſtes, & tabulas. De quibus ſingulis ſeparatim eſt diſputandum. Nam in his maxime ſtudium accuſatoris fuit collocatum; atque earum, & ejuſmodi rerum parandarum gra-

A gratia dies aliquot poſt nominis delationem ad inquirendom ſumpſerunt; quod maxime in lege repetundarum eſt obſervatum. Quanquam non omnia crimina iiſdem teſtimoniis confirmata ſunt. Nam cædes quæſtionibus, & teſtibus probata eſt, tabularum fidem non deſideravit; repetundæ, & peculatus teſtes, & tabulas popoſcerunt; quæſtiones repodiarunt; majeſtas autem, & ambitus ſolis etiam teſtibus fuit contenta.

CAP. XIV.

De quæſtionibus.

B QUæſtiones (4) fuerunt teſtimonia ſervorum vi tormentorum expreſſa. Itaque propria accuſatoris fuerunt, ut reum ex dictis ſervorum convinceret. Itaque accuſator, ubi primum quæſitor cum judicibus aſſedit, ſervos rei in quæſtionem poſtulare conſuevit, & ab eo datos in tormentis habere. Aſconius: „ Domitius quæſitor Milonem de vi reum „ adeſſe juſſit apud Domitium. Appius accu„ ſator poſtolavit à Milone ſervos exiberi „ numero LIV. & com ille negaret, eos, „ qui nominabantur, in ſua poteſtate eſſe, „ Domitius ex ſententia judicum pronuncia„ vit, ut ea ſervorum eorum numero, ac„ cuſator, quot vellet, ederet. Ceterum

C ſervi contra dominos torqueri non poterant, excepta cauſſa inceſtus, & conjurationis. Cicero pro Dejotaro: „ Cum more majorum „ de ſervo in dominum ne tormentis quidem „ quæri liceat, exortus eſt ſervus, qui quem „ in eculeo appellare non poſſet, eum ac„ cuſet ſolutus; *& in Partitionibus.* Noſtri „ majores cum de ſervis in dominos quæri „ noluiſſent, de inceſtu tamen, & conju„ ratione, quæ facta me conſule eſt, quæ„ rendum putarunt. Ob eam cauſſam Minucia virgo Veſtalis probri inſimulata, teſte Livio libro IIX. decreto Pontificis juſſa eſt, „ ſacris abſtinere familiamque in poteſtate „ habere; nimirum, quod in cauſſa inceſtus

D ſervi torqueri in caput domini poſſent. Ceterum ratio quærendi qualis fuerit, pro Cluentio Cicero oſtendit: „ De Stratone, *inquit*, „ & de aſſecla quodam ſervo ſuo quæſiturum „ ſe dixit; præterea ſervum illum Nicoſtra„ tum ab Oppianico in quæſtionem poſtula„ vit; hic, cum eſſet illo tempore puer, „ nihil auſus eſt recuſare; advocantur amici „ Oppianici, & ipſius mulieris; tormentis „ omnibus vehementiſſime quæritur; cum „ eſſent animi ſervorum, & ſpe, & metu „ tentati, ut aliquid in quæſtione dicerent, „ tamen auctoritate advocatorum, & vi tor„ mentorum adducti in veritate manſerunt; „ nec ſe quidquam ſcire dixerunt; quæſtio

E „ illo die de amicorum ſententia dimiſſa eſt; „ ſatis longo intervallo jam iterum advoca„ tur; habetur de integro quæſtio; nulla vis „ tormentorum acerrimorum prætermittitur;

A „ averſari advocati, & jam vix ferre poſſe; „ cum jam tortor, atque ipſa eſſent tormen„ ta defeſſa, quidam ex advocatis intelligere „ ſe dixit, non id agi, ut verum invenire„ tur, ſed ut aliquid falſi dicere cogerentur; „ (5) hoc poſtquam ceteri comprobarunt, „ ex omnium ſententia conſtitutum eſt, ſatis „ videri eſſe quæſitum. *Item pro Milone:* Sed „ quæſtiones urgent: Milonem, quæ ſunt „ habitæ in atrio Libertatis; quibuſnam de „ ſervis? rogas? de P. Clodii; quis eos po„ ſtulavit? Appius; quis produxit? Appius; „ unde? ab Appio; dii boni, quid poteſt agi „ ſeverius? age vero, quæ erat, aut qualis „ quæſtio? heus ubi Ruſcio, ubi Caſca? Clo-

B „ dius inſidias fecit Miloni? fecit, certa „ crux; nullas fecit, ſperata libertas; quid „ hac quæſtione certius? ſubito arrepti in „ quæſtionem tamen ſeparantur à ceteris, & „ in arcas conjiciuntur, ne quis cum eis col„ loqui poſſet; hi centum dies penes accuſa„ torem cum fuiſſent, ab eo ipſo accuſatore „ producti ſunt; quid hac quæſtione dici po„ teſt integrius? Quæſtione habita, & in tabulas relata, tabulæ obſignabantur, ut ibidem dixit Cicero: „ Nam tabellæ quæſtionis „ plures proferuntur, quæ recitatæ, vobiſ„ que editæ ſunt illæ ipſæ, quas tum obſi„ gnatas eſſe dixi. Quæſtio autem habita eſt in eculeo; de quo poſt dicam.

C

CAP. XV.

De teſtibus.

QUæſtionibus cognitis teſtes ſunt attingendi. Hi liberi homines fuerunt, qui teſtimonium extra tormenta dixerunt. Quoniam autem non omnibus dicere teſtimonium licuit, propterea ante de teſtium conditione quærendum eſt. Calliſtratus D. de Teſtibus: „ Teſtium fides diligenter examinanda eſt; „ ideoque in perſona eorum exploranda „ erunt in primis conditio cujuſque, utrum „ quis decurio, an plebejus ſit, & an hone-

D „ ſtæ, & inculpatæ vitæ, an vero notatus, „ & reprehenſibilis, an locuples, vel egens „ ſit, ut lucri cauſſa quid facile admittat, „ vel an inimicus ei ſit, adverſus quem te„ ſtimonium fert, vel amicus ei ſit, pro quo „ teſtimonium dat; nam ſi careat ſuſpicione „ teſtimonium, vel propter perſonam, a „ qua fertur, quod honeſta ſit, vel propter „ cauſſam, quod neque lucri, neque gratiæ, „ neque inimicitiæ cauſſa ſit, dimittendus eſt. „ *Arcadius ibidem:* Teſtimoniorum uſus fre„ quens, ac neceſſarius eſt, & ab iis præci„ pue exigendus, quorum fides non vacillat. „ Adhiberi quoque teſtes poſſunt non ſolum „ in criminalibus cauſſis, ſed etiam in pe-

E „ cuniariis litibus, ſicubi res poſtulat, & ii, „ quibus non interdicitur teſtimonium, nec „ ulla lege à dicendo teſtimonio excuſantur; „ *item Papinianus:* Quæſitum ſcio, an in pu„ bli-

(4) A quæſtionibus incipit Sigonius, cum imo ultimæ eſſent in ordine probationum. Ita enim Ulp. in L. 1. D. eod.: *In criminibus eruendis quæſtio adhiberi ſolet: ſed quando, vel quatenus videamus. Et non eſſe à tormentis incipiendum, & D. Auguſtus conſtituit, neque adeo fidem quæſtioni adhibendam. Sed & epiſtola D. Adriani ad Sennium Sabinum continetur. Verba reſcripti ita ſe habent. Ad tormenta ſervorum ita demum veniri oportet, cum ſuſpectus eſt reus, & aliis argumentis ita probationibus admovetur, ut ſola confeſſio ſervorum deeſſe videatur.*

(5) In hanc rem idem Ulp. l. 1. *Quæſtioni fidem non ſemper, nec tamen nunquam habendam Conſtitutionibus declaratur. Etenim res eſt fragilis, & periculoſa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique patientia, ſive duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo poſſit. Alii tanta ſunt impatientia, ut potius mentiri, quam pati tormenta velint.*

„ blicis judiciis calumniæ damnati teſtimo„ nium perhibere poſſint; ſed neque lege„ Remnia prohibentur, & lex Julia de vi, „ repetundarum, & peculatus eos homines „ teſtimonium dicere non vetuerunt. De iis, qui teſtimonium dicere non potuerunt, lex XII. tabularum loquuta eſt; verba quædam ſunt apud Gellium libro XV. cap. XIII: „ Quæ ſi teſtatior (6) erit, libripenſve fue„ rit, ne teſtimonium feriatur, improbus, „ inteſtabiliſque eſto. Quorum verborum prima adeo lacera ſunt, ut ſanari non poſſint; ſunt qui ita emendent: „ Qui ſe ſcierit „ teſtarier, libripenſve fuerit, ni teſtimo„ nium feratur, improbus, inteſtabiliſque „ eſto. Quo loco teſtari volunt eſſe teſtem adhiberi; poſteriora vero declarantur ab eodem libro VI. cap. VII: „ Tarratiam, *inquit*, „ virginem Veſtæ fuiſſe, lex Horatia teſtis „ eſt, quæ ſuper ea ad populum lata; qua „ lege ei plurimi honores fiunt, inter quos „ jus quoque teſtimonii dicendi tribuitor; te„ ſtabiliſque una omnium fœminarum ut ſit, „ datur id verbum eſt ipſius legis Horatiæ; „ Contrarium eſt in XII. tabulis ſcriptum. „ Improbus, inteſtabiliſque eſto. Inteſtabilis autem eſt, ut inquit Cajus, & qui lege jubetur, ne ejus teſtimonium recipiatur, neve ipſi dicatur teſtimonium. Teſtium porro illa diviſio fuit, ut alii teſtimonium ſponte dicerent, alii inviti; his lex jubebat, ut teſtimonium denunciaretur ab accuſatore, qui uti eorum teſtimonio cupiebat; quam intellexit Valerius libro octavo: „ Scaurus, *inquit*, „ adeo perditam defenſionem in judicium attulit, ut accuſator diceret, lege ſibi centum atque viginti hominibus denunciare „ teſtimonium licere; *& Cicero in Verrem*: „ Non putaſti, me in hanc rem tuis familia„ riſſimis teſtimonia denunciaturum. *Paulus* „ *D. de Teſtibus*: Lege Julia judiciorum pu„ blicorum cavetur, ne invito denuncietur, „ ut teſtimonium dicat adverſus ſocerum, „ generum, vitricum, privignum, ſobrinum, „ ſobrino natum, eoſque qui propiore gradu „ ſunt, item ne liberto ipſius, liberorum „ ejus, parentum, viri, uxoris, item pa„ troni, patronæ, & ne patroni, patronæ adver„ ſus libertos, neque liberti adverſus patronum „ cogantur teſtimonium dicere. *Papinianus D.* „ *de accuſationibus*: Certis de cauſſis conceſſa eſt „ mulieribus publica accuſatio, veluti ſi mortem

„ exequantur eorum, earumque, in quos le„ ge publicorum teſtimonium invitæ non di„ cunt. De his teſtibus, ſi teſtimonium di„ cere reſpuiſſent, ſic ſcriptum erat in XII: „ Cui teſtimonium defuerit is tertiis diebus „ ob portum obvagulatum ito; Id eſt, ſi quis, cui teſtimonium denunciatum ſit, ipſum teſtimonium deſeruerit, tum ad ædes ejus ad dicendum convicium ito. (7) *Portus* enim ibi eſt domus, *obvagulare* convicium dicere, teſte Feſto. Quoniam vero teſtes protulit & accuſator, & defenſor, invitos quidem accuſator, voluntarios uterque, diligenter, quemadmodum eos interrogarent, animadvertere debuerunt; fuit enim in interrogando teſte ſumma induſtriæ oratoriæ laus poſita. Itaque Quinctilianus ſic ſcripſit, ubi agit de Teſtibus: „ Quoniam duo genera (8) ſunt „ teſtium, unum voluntariorum, alterum „ eorum, quibus judex in publicis judiciis „ lege denunciare ſolet; quorum altero utra„ que pars utitur; alterum accuſatoribus tan„ tum conceſſum eſt; qui voluntarium pro„ ducit, ſcire, quid is dicturus ſit, poteſt, „ ideoque faciliorem videtur habere in ro„ gando rationem. Sed hæc quoque pars acu„ men, & vigilantiam poſcit; providendum„ que, ne timidus, ne inconſtans, ne im„ prudens ſit teſtis; turbantur enim, & à „ patronis diverſæ partis inducuntur in la„ queum; *& poſt multa*: At in eo, qui ve„ rum invitus dicturus eſt, prima felicitas „ interrogantis eſt, extorquere quod is no„ luerit. Hoc non alio modo fieri poteſt, „ quam longius interrogatione repetita; re„ ſpondebit enim, quæ nocere cauſſæ non „ arbitrabitur. Ibique de tota ratione interrogandorum ab utraque parte teſtium pluribus, ac ſubtilius agit. In eandem vero etiam ſententiam hæc ſcripta ſunt ab Aſconio: „ Tenere debemus interrogationes teſtium & „ accuſatoris, & defenſoris fuiſſe, & ejus, „ qui producit, & ejus, contra quem produ„ cuntur. *Item à Cicerone pro Flacco*: An quiſ„ quam eſſe teſtis poteſt, quem accuſator „ ſine cura interroget, nec metuat, ne ſibi „ aliquid, quod ipſe nolit, reſpondeat: ubi „ eſt igitur illa laus oratoris, quæ vel in „ accuſatore antea, vel in patrono ſpectari „ ſolebat? Bene teſtem interrogavit, callide „ acceſſit, reprehendit, quò voluit, adduxit; „ convicit, & elinguem reddidit: *Item*: In„ vi-

(6) Lex ita ſe habebat: QUI SE SIRIT TESTARIER, LIBRIPENSVE FUERIT, NI TESTIMONIUM FARIATUR, IMPROBUS, INTESTABILISQUE ESTO. Quæ ita explicatur: ſi quis teſtis, libripenſve fuerit, doloque nolit teſtimonium ferre, infamis eſto, amplius ad teſtimonium non admittitor, neque ei dicitor.

(7) Aliter hanc legem interpretantur Gothofredus, Ravardus, Ritterſhuſius, & Gravina. Ea fuiſſe dicitur in tab. de judiciis, & furtis, quam furto attribuunt, itaque explicant: Si quis teſtibus ad rem ſuam repetendam deſtituitur tertiis diebus ad domum rei exprobratum ito. Ut habitis teſtibus trium exprobrationum, item rem ſuam in judicio repeteret. Ita enim explicanda ea eſſe videtur ex Plauto, qui coquum inducens ab Euclione vaſa ſua repetentem, ni ea ſibi reſtituit, ante ædes clamores ſuos prænunciat.

„ Ita me bene amet Laverna, te
„ Jam niſi reddi mihi vaſa jubes,
„ Pipulo hic differam ante ædes.

Pipulum enim pro convicio apud veteres dictum Plauti allato explicat Non. Marcell. in verb. pipulo.

(8) Ex XII tabb. nemo invitus teſtimonium dicere cogebatur. Teſtis qui quondam fuiſſet ad teſtamentum, aut ad mancipationem, tenebatur ſub infamiæ nota teſtimonium dicere: multis tamen, pignoribuſque cogi non poterat: pœnam quoque ſubibat, ne in teſtem amplius reciperetur, neve ſibi teſtimonium diceretur. Poſtea variis legibus teſtes coacti ſunt in publicis judiciis: item edictis Prætorum: Probus in notis: *quanti ea res erit, tanti pœnæ judicium recuperatorium dabo, teſtibus publicis dumtaxat decem denunciandi poteſtatem faciam*. Poſtea Lege Julia judiciorum in omnibus cauſis criminalibus inviti omnes, præter nonnullos qui excipiebantur, ex iiſque quorumdam meminit hic Sigonius, teſtimonium dicere compellebantur, ut in tit. juris de teſtibus. Demum Juſtinianus in quadam Græca Conſtitutione etiam in cauſis pecuniariis teſtes compelli ad teſtimonium dicendum conſtituit, cujus Conſtitutionis meminit in L. 15. C. eod.

„ vidiſti ingenio ſubſcriptoris tui, quod or- A
„ nabat facile locum, quem prehenderat, &
„ acute teſtes interrogabat; Formula vero
„ interrogandi teſt · fuit: Quæro de te arbi-
„ treris ne · *Titium*: Sexte Tempani, quæro
„ de te, arbitreris ne, C Sempronium con-
„ ſulem in tempore pugnam iniſſe? Ipſi vero
teſtes reſpondebant jurati, reſpondentes que
dicebant: *Arbitror*. Aſconius: „ Religione
„ adducti teſtes à Cicerone dicuntur, quia
„ jurati teſtes produci ſolent, non ſolum ne
„ falſa dicant, verum etiam, ne quæ vera
„ ſint, taceant. *Cicero in Lucullo*: Majores
„ noſtri voluerunt, ut qui teſtimonium di-
„ ceret, arbitrari ſe diceret etiam, quod ip
„ ſe vidiſſet; *& pro Fonteio*: Primum illud B
„ verbum conſideratiſſimum noſtræ conſue-
„ tudinis, Arbitror, quo nos etiam tunc
„ utimur, cum ea dicimus jurati, quæ com-
„ perta habemus, quæ ipſi vidimus, ex toto
„ teſtimonio ſuſtulit. Ceterum interrogatio
teſtium ipſam accuſationem præceſſit; id quod
cum aliis legibus cautum eſt, tum Pompeja
de vi; de qua Aſconius in Milonianam:
„ Apud Domitium quæſitorem de vi Appius
„ accuſator poſtulavit à Milone ſervos exhi-
„ beri numero quatuor & quinquaginta; &
„ cum ille negaret, eos, qui nominabantur,
„ in ſua poteſtate eſſe, Domitius ex ſenten
„ tia judicum pronunciavit, ut ex ſervorum
„ eorum numero accuſator, quot vellet, ede- C
„ ret; citati deinde teſtes ſecundum legem,
„ quæ jubebat, ut prius, quam cauſſa agere
„ tur, teſtes per triduum audirentur, dicta
„ eorum judices conſignarent, quarta die
„ adeſſe omnes in poſterum juberentur; pri
„ mo die datus erat in Milonem teſtis Caſſi-
„ nius; quem cum interrogare M. Marcellus
„ cœpiſſet, tumultu Clodianæ multitudinis
„ exterritus eſt; teſtimonium aliis diebus di-
„ xere alii; dimiſſum judicium eſt. Aliæ le-
ges poſt cauſſam actam teſtes dari voluerunt,
ut lege Cornelia de repetundis in Verrem
Cicero. Addit Quinctilianus, teſtimonia aut
à præſentibus dicta, aut per tabulas: ſimpli
ciorem fuiſſe contra tabulas pugnam. „ Nam D
„ & minus videtur, *inquit*, obſtitiſſe pudor
„ inter paucos ſignatores, & pro diffidentia
„ premitur abſentia; ſi reprehenſionem non
„ capit ipſa perſona, infamare ſignatores licet.
Adjicit illud etiam, ſæpe contigiſſe, ut teſtes
laudare opus eſſet; cujus rei ratio ex artifi
cio oratorio repetenda fuit. Non omitten-
dum eſt illud etiam, quod eſt apud Iſidorum
de teſtibus allegatis: „ Teſtes ſunt, *inquit*,
„ à quibus quæritur veritas in judicio, quos
„ quiſque ante judicium ſibi placitis allegat,
„ ne cui ſit poſtea liberum, aut diſſimulare,
„ aut ſubtrahere ſe, & allegati appellantur.
Itaque Cicero ſcripſit ad fratrem: „ Nerius
„ judex edidit ad allegatos, Cn. Lentulum E
„ & C. Cornelium.

CAP. XVI.

De tabulis.

TAbularum vero nomine omne genus
ſcripturarum appellabant, quo cauſſam
confirmare ſuam poſſent. In primis autem
erant tabulæ dati, & expenſi, quas accuſa-
tor à reo poſtulabat in certis cauſſis, ut re-
petundarum, & peculatus; de quibus ſic
Aſconius: „ Moris fuit, unumquemque do-
„ meſticam rationem ſibi totius vitæ ſuæ per
„ dies ſingulos ſcribere, ex qua appareret,
„ quid quiſque de redditibus ſuis, quid de
„ arte, fœnore, lucrove ſepoſuiſſet, quoque
„ die, & quid item ſumptus, damnive feciſ-
„ ſet; ſed poſtquam obſignandis literis reo-
„ rum ex ſuis quiſque tabulis damnari cœ-
„ pit, ad noſtram memoriam tota hæc con-
„ ſuetudo ceſſavit. Dicit igitur Tullius, ha-
„ bere ſe & patris ejus tabulas, quoad vixit,
„ & ipſius Verris, quoad confeciſſe dixit;
„ ex quibus proditor, quam multæ tabulæ
„ pictæ, quot ſigna apud eum nulla emptio-
„ nis origine furto capta noſcantur. *Hinc*
„ *Cicero*: Cum ab eo tabulas poſtularemus,
„ uſque ad M. Terentium, & C. Caſſium
„ Conſules, reſpondit confeciſſe, poſtea de-
„ ſtitiſſe. *Item*: Negabat opus in acceptum
„ referre poſſe, & cauſſam in me confere-
„ bat, quod tum codicem obſignaſſem; *& pro*
„ *Balbo*: Cum Q. Metellus cauſſam de pecu-
„ niis repetundis diceret, & ipſius tabulæ
„ circumferrentur inſpiciendi nominis cauſſa,
„ audivi fuiſſe judicem ex illis equitibus
„ Roman. qui removeret oculos, & ſe to-
„ tum averteret, ne forte quod ille in tabu-
„ las publicas retuliſſet, dubitaſſe quiſquam,
„ verum ne, an falſum eſſet, videretur.
Fuerunt etiam tabulæ auctionariæ, in quibus
argentarii, quarum rerum auctio futura eſſet,
perſcripſerant. Cicero in Catilinam: „ Meo
„ beneficio tabulæ novæ proferuntur, ſed
„ auctionariæ. *Quinctilianus libro XI.*: Hor-
„ tenſius auctione dimiſſa, quod cuique ven-
„ didiſſent, teſtibus argentariorum tabulis
„ reddidit. Fuere etiam pactionales, in quas
obſignatas pacta referebantur. Cicero in pri-
mo de oratore: „ Tu mihi cum in circulo
„ decipiare adverſarii ſtipulatiuncula, & cum
„ obſignes tabellas clientis tui, quibus in ta-
„ bellis illud ſit ſcriptum, quo ille capiatur,
„ ego tibi ullam cauſſam majorem commit-
„ tendam putem? Quin etiam literæ, & ſyn-
graphæ omnes uno tabularum nomine com-
prehenduntur, eæque ab accuſatore inquiſi-
tæ, & obſignatæ, ne corrumperentur, ad
Prætorem delatæ ſunt, ut ſcribit Cicero pro
Flacco; & in Tuſculana V.: „ Tu quidem
„ obſignatis tabellis agis mecum, & teſtifi-
„ caris quid dixerim aliquando, aut ſcripſerim.
Item tabulæ rationum relatarum, de quibus
Feſtus: „ R. R. duobus in complutibus ora-
„ tionibus, cum de actis diſſeritur, præſcri-
„ bi ſolet, id eſt, rationum relatarum; quod
„ iis tabulis docentur judices, quæ publice
„ data, atque accepta ſint.

CAP. XVII.

De Accuſatione.

QUæſtionibus, teſtibus, tabuliſque, quæ
ad accuſationem afferebantur, expli-
citis, deinceps ipſam accuſationem
aggrediamur. Cum igitur die cognitionis
Prætor conſilium advocaſſet, atque citatus
accuſator, & reus adeſſet, tum accuſator di-
cendi poteſtate accepta actionem inſtituit;
quippe primis diebus crimina ſingula expo-
ſuit, atque ad extremum ea producendis te-
ſtibus confirmavit. Itaque tota illa inter-
rupta oratio fuit; deinde productis teſtibus
alteram alio die orationem habuit, quæ per-
petua fuit. Priorem orationem Cicero in
Ver-

Verrem dixit, ſed ad ſingula crimina teſtes produxit, atque interrogavit; ſic enim inquit: „ Faciam hoc non novum, ſed ab iis, qui „ nunc principes civitatis ſunt, ante factum, „ ut teſtibus utar ſtatim; illud à me novum „ judices cognoſcetis, quod ita teſtes conſti „ tuam, ut crimen totum explicem; ubi id „ argumentis, & ratione firmavero, tum te- „ ſtes interrogando ad crimen accommodem; „ ut nihil inter illam uſitatam accuſationem, „ atque hanc novam interſit, niſi quod in „ illa tunc, cum omnia dicta ſunt, teſtes „ dantur, hic in ſingulas res dabantur, ut „ illis quoque eadem interrogandi facultas, „ argumentandi, dicendique ſit; ſi quis erit, „ qui perpetuam orationem, accuſationemque „ deſideret, altera actione audiet; atque hanc orationem ille Teſtium interrogationem vo cavit; eſt autem ea, quæ proxime Divinationem ſequitur. Poſteriorem vero, qua alio die accuſator eandem cauſſam retractabat, ac perpetua oratione declamatorio more reum inſequebatur, criminaque teſtimoniis confirmata oratorie amplificabat, Cicero prætermiſit; quod Verres, & patronus ejus Hortenſius teſtium multitudine territi defenſionem ſui reliquiſſent. Aſconius: „ Cicero, cum „ videretur id agi, ut à Glabrione Prætore, „ & ab iis judicibus, qui tunc erant, ad „ alium annum aliumque Prætorem res tota „ tranſiret, eripereturque ſibi reus patroci- „ nio Hortenſii, ac Metelli, qui tunc Con- „ ſules futuri erant, hoc commentus eſt ra- „ tionis, ut orationem longam prætermitte- „ ret, neque in criminibus declamatione cu- „ mulandis tempus abſumeret, ſed tantum- „ modo citaret teſtes ad unumquodque cri- „ men expoſitum, & eos Hortenſio interro „ gandos daret; qua arte ita eſt fatigatus „ Hortenſius, ut nihil contra, quod diceret, „ inveniret; ipſe etiam Verres deſperato pa „ trocinio ſua ſponte diſcederet in exilium. Hæc igitur & longa, & perpetua oratio Accuſatio dicta eſt; de qua pro Cœlio: „ Ac „ cuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, „ hominem ut notet, argumento probet, te- „ ſte confirmet; quam non unus accuſator peregit, ſed partitis inter ſe muneribus mul ti. Eadem procemia habuit ad odium, & invidiam inflammandam compoſita. Narratio inde, ſi incidebat (neque enim omne cri men, ut ambitus, narrationem admiſit) ad confirmationem fuit appoſita; utraque vero, ut ad eum, qui jam rem teneret, accommo dabatur. Contentio non crimen illud ſolum, quod intendebatur, ſed totius præteritæ vitæ criminationem complexa eſt. Itaque non ſolum teſtimonia adhibuerunt, ſed etiam argumenta, id eſt, ex ipſa re, & vita rei ſu periore ſumptas conjecturas, ſuſpiciones, & ſigna; omnemque eo induſtriam ſuam intenderunt, ut factum fuiſſe, quod intendebatur, oſtenderent; id enim erat, in quo lex violata objiciebatur, contentioni inde peroratio gravis, & vehemens erat ſubjecta. Itaque Accuſatio omnino nihil aliud fuit, quam perpetua oratio ad crimina inferenda, atque augenda, artificioſe compoſita. (9) Dixit autem accuſator, quæ voluit, & per quot dies legis permiſſu voluit. Cicero pro Cluentio: *Quo jure Actius*, nempe accuſator, *quæ voluit, dixit? opinor, lege*. Aſconius etiam viginti dies datos ad accuſandum, & viginti ad defendendam lege, opinor, Cornelia, ſcripſit.

CAP. XVIII.

De Defenſione.

Accuſatione perfecta patroni defenſionem aggrediebantur, eo die, qui eſſet ex lege à Prætore conceſſus; ut pro Cluentio: „ Citatur reus, agitur cauſſa, paucis „ verbis accuſat ut de re judicata Canutius; „ incipit reſpondere Canuſius. Ceterum ut accuſatores crimina inferenda, ſic patroni diluenda partitis inter ſe muneribus ſuſceperunt; & quoniam tres erant defenſionis arces, aut factum negare, aut nomen facti, aut jure factum probare; ſi, quod firmius videbatur, factum negaſſent, ferme teſtes non dabant, ſed orationem adhibebant, qua aut teſtes, tabulaſque poſcebant, aut qui producti erant, refutabant. Hoc docet Aſconius cum inquit: „ Teſtes tabulæque facti dare „ ſolent; ergo nihil proſunt à parte defenſo- „ ris; quid ergo fuit pro defenſore; oratio „ ſcilicet; cujus poteſtatem non habuit Hor- „ tenſius tacente accuſatore. *Cicero pro Fon- „ tejo:* Flagito teſtes; plus ego in hac cauſſa „ laboris conſumo in poſcendis teſtibus, „ quam ceteri defenſores in refutandis; *item:* „ cur eorum tabulæ nullæ proferuntur? Quin etiam contra teſtes dixit in eadem, & pro Flacco, & pro Cornelio, & pro teſtibus contra tabulas pro Archia; contra quæſtiones pro Milone; quanquam locus erat communis, atque anceps; extat etiam oratio in Vatinium, qua teſtem Vatinium ut inconſtantem, & levem inſectatus eſt in cauſſa Sextii; quæ interrogatio dicta eſt. Ut autem accuſatori teſtimonia, ſic defenſori argumenta aptiora fuerunt, quæ rhetores in veriſimilia, & ſigna diſtribuerunt; cujus rei clariſſimum exemplum Miloniana ſuppeditabit; quod ſi de nomine facti, aut de jure controverſia fuit, tum aut ſubtilibus definitionibus, aut eruditis de jure ſive abſoluto, ſive aſſumptivo diſputationibus negocium confecerunt. Erant autem quædam cauſſæ, quæ commodiſſime inficiatione defendebantur, ut repetundarum, & ambitus; aliæ quæ definitione, ut majeſtatis; quædam jure, ut cædes; primarum exemplum erit defenſio Fontejı, Flacci, Murenæ,

(9) Hæc omnia complexus eſt Cicero in Divinatione ad Cæcilium: *Tu ipſe quemadmodum exiſtimas, vide etiam, atque etiam: & tu te collige: & qui ſis, & quæ facere poſſis conſidera. Putas ne te poſſe de maximis, acerbiſſimiſque rebus, cum cauſam ſociorum, fortunaſque provinciæ, jus Populi Romani, gravitatem judicii, legumque ſuſcepero, tot res tam varias, voce, memoria, conſilio, ingenio ſuſtinere? putas ne te poſſe, quæ C. Verres in Quæſtura, quæ in Legatione, quæ in Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ in Achaja, Aſia, Pamphyliaque patrarit, ea quemadmodum locis, temporibus diviſa ſint, ſic criminibus, & oratione diſtinguere? putas ne poſſe, id quod in ejuſmodi reo maxime neceſſarium eſt, facere, ut quæ ille libidinoſe, quæ crudeliter fecerit, ea æque acerba, & indigna videantur eſſe iis, qui audient, atque illis viſa ſunt, qui ſenſerunt? Magna ſunt ea, quæ dico, mihi, mihi crede, noli hæc contemnere; dicenda, demonſtranda, explicanda ſunt omnia. Cauſa non ſolum exponenda, ſed etiam graviter, copioſeque agenda eſt: perficiendum eſt, ſi quid agere, aut perficere vis, ut homines te non ſolum audiant, verum etiam libenter, ſtudioſeque audiant.*

renæ, & Plancii; ſecundarum Cornelii; tertiarum Miloniana. Quin etiam Gracchi, & Saturninus jure cæſi fuiſſe defenſi ſunt. Principia adhibebant ea, quibus incendium odii ab accuſatore conflati reſtinguerent, & amorem judicum reo reconciliarent; narrationes, cum inciderent, ad defenſionis rationes accommodabant, eiſque futuræ fidei ſeminarium ſtatuebant. In contentione aut vitam rei, ſi probris affecta fuiſſet, purgabant, aut ſi hominum opinione probata fuiſſet, pro argumento innocentiæ proponebant; atque in de partibus accuſationis ſingulis occurrebant, & vulnera ab accuſatore facta ſanabant. Perorationes vero ejuſmodi adhibebant, ut iis miſericordiam commovere contenderent. Cum autem multi dicerent, cauſſa non uno die peragi poterat, ſed ad multos traducebatur. Cicero quidem ſcribit, ſe per tres amplius dies Verrem accuſaſſe, eundem vero Cornelium per quatriduum defendiſſe, tradit Aſconius. Erant autem dies epilogorum, in quibus ad concitandam miſericordiam parvuli etiam filii reorum producebantur; unde ſcripſit Aſconius: „ Reprehendunt homines ſtultiſſimi Tullium, quod in filio Verris innoxiam lædat ætatem, ignorantes illum accuſatoria arte providere, ne in epilogis productus ab Hortenſio concilies miſericordiam judicum patri. De productione vero infantium in epilogis plura Quinctilianus egregie.

CAP. XIX.

De Laudatione.

MOria etiam fuit, ut rei præter patronos laudatores etiam adhiberent. Hi fuere aut cives ſumma auctoritate viri, qui in periculo capitis vitam rei in judicio laudarunt; aut municipes rei, quos municipia ſuo publico nomine ejus officii cauſſa Romam miſerunt; aut homines provinciales, quos ſingulæ provinciarum civitates ab eo adminiſtratæ cum publica laudatione ad ſublevandum rei periculum miſerunt. Hi minimum decem dari dicuntur. Unde Cicero in Verrem: „ Quis eſt veſtrûm Judices, qui non intelligat, ut in Judiciis, qui decem laudatores dare non poteſt, honeſtius eſt ei, nullum dare, quam illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non explere; *& in ſecundo de oratore*: Noſtræ laudationes, quibus in foro utimur, teſtimonii brevitatem habent nudam. Hæc autem laudatio aliquando defenſioni præpoſita eſt; aliquando in ea inſerta, nonnunquam etiam ipſam eſt defenſionem ſubſequuta; præceſſit, ut pro Flacco; ſic enim defendens Flaccum inquit Cicero: „ Idem laudationem, quam nos ab Æmonenſibus Flacco datam proferebamus, falſam eſſe dicebat. *Intexta eſt in defenſione Cluentii*: Municipes Larinates cum verbis publice laudant, ut non ſolum teſtimonium ſuum, judiciumque ſignificent, verum etiam curam animi, ac dolorem, quæ dum laudatio recitatur, vos quæſo, qui eam detuliſtis, aſſurgite; *poſt defenſionem, ut de Scauro Aſconius*: Laudaverunt Scaurum conſulares novem; inter quos Pompejus quoque, unus præterea adoleſcens laudavit Fauſtus Cornelius; is in laudatione multa humiliter loquutus non minus audientes permovit, quam Scaurus ipſe permoverat; *& pro Cœlio*: Puteolani municipes equites Rom. cum legatione ad hoc judicium, & cum graviſſima, atque ornatiſſima laudatione miſerunt.

His actis, ſi judicibus ſententiæ latio permiſſa eſſet, ii primo cœtu, & primo indicaſſe dicti ſunt. Ad Herennium: „ Vos veriti eſtis, ſi primo cœtu condemnaſſetis, ne crudeles exiſtimaremini; *tertia in Verrem*: Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus, antea vel judicari primo poterat, vel amplius pronunciari; *& mox*: Ut etiamſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo judicare.

CAP. XX.

De ſecunda Actione, quæ Comperendinatio dicta eſt.

QUod ſi lex comperendinationem haberet, prima actione perfecta poſt tertium diem ſecunda eſt inſtituta, quæ Comperendinatio dicta eſt. Comperendinatio vero dicta eſt, quod perendino die ageretur. Hanc Aſconius definivit *partis utriuſque recitationem*, id eſt, ut ego interpretor, novam accuſatoris, & rei citationem. In hac vero actione contra factum eſt, atque in ſuperiore. Ibi enim accuſator priore loco dixit, defenſor poſteriore; hic contra prius defenſor, poſterius vero iterum actor. Cicero in Verrem: „ Adimo comperendinatum, quod habet in ſe lex moleſtiſſimum, bis ut cauſſa dicatur. Comperendinatio propter accuſatorem magis, quam propter defenſorem eſt inſtituta, aut non magis propter illum, quam propter hunc; ſi enim numerum dicendi conſideres, ex æquo res eſt; ſi ordinem, accuſator eſt prior, & ultimus; nam ſimul atque accuſator dixerit, reſpondet prima actione defenſor, & defenſionem tamquam duplicem in medio poſitam obruit ultimus accuſator; *& alibi*: Ergo cum prima actione accuſatus ſit, ac defenſus Verres, nunc velut defenſus iterum, ſic enim mos erat in altera actione, accuſatur ad ultimum rurſus oratione perpetua. Cum igitur in Comperendinatione defenſio præcederet accuſationem, ſane intelligendum eſt, in ceteris eandem fuiſſe rationem, atque ſuperiorum fuit, probationum, atque argumentationum. Accuſationis hujus ſecundæ exemplo ſint quinque libri in Verrem, quorum unus de prætura urbana inſcribitur, alter de juriſdictione Sicilienſi, tertius de re frumentaria, quartus de ſignis, quintus de ſuppliciis.

CAP. XXI.

De officio quæſitoris, dum cauſſa agebatur.

HÆc autem omnia quæſitoris prudentia regebantur; ſiquidem ſcriptum eſt in Rhetoricis ad Herennium: „ Accuſatoris officium eſſe inferre crimina, defenſoris diluere, teſtis dicere, quæ ſcierit, quæſitoris unumquemque eorum in officio continere. Interim vero dum cauſſa agebatur, quæſitor, & dimittere judices, & invitos retinere pro poteſtate potuit. Cicero in Bruto: „ Intelligens dicendi exiſtimator videt judi-

„ cem-

„ cem oſcitantem, loquentem cum altero, „ mittentem ad hortas, quæſitorem ut dimit- „ tat rogantem; *& libro primo de oratore*: „ Adoleſcentulus ſic initio Accuſationis exa- „ nimatus ſum, ut hoc ſummum beneficium „ Q. Maximo debuerim, quod continuo „ conſilium dimiſerit; ſimul ac me fra- „ ctum metu viderit; *& pro Murena de quæ- „ ſitore peculatus*: Cogendi judices, inviti „ retinendi. Cuſtodiebat etiam urnas in tri- bunali paratas ſive ad ſortes ducendas, ſive ad ſententias judicum, quæ in tabellis ſcrip tæ erant, recipiendas; in Vatinium: „ Quæ „ ro de te, num quis reus in tribunal ſui „ quæſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, „ ſubſellia diſſiparit, urnas dejecerit, eas de „ nique omnes res in judicio diſturbando com „ miſerit, quarum rerum cauſſa judicia ſunt „ conſtituta? Itaque huc alludens Virgilius dixit:

Quæſitor Minos urnam movet; ille ſilentum
Conciliumque vocat, vitaſque, & crimina diſcit.

CAP. XXII.

De latione ſententiæ.

POſtquam autem aut prima, aut ſecunda actio perfecta fuit, tum uterque orator, ſe dixiſſe ſignificavit; quo audito præco eos dixiſſe pronunciavit; Prætor vero judicibus tabellas dedit, & ut ſententias ferrent, in conſilium miſit. Prioris moris meminit Aſco nius. „ Moris, *inquit*, fuit veterum, cum „ ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hanc ſibi „ neceſſitatem finiendæ orationis imponere, „ ut dicerent ad ultimum, Dixi, quod ab „ utraque parte oratione conſumpta, ut ju „ dices in conſilium mitterentur, præco ſo „ leret pronunciare, Dixerunt; *& alio loco*: „ Præco dixiſſe pronunciat; *& pro Flacco* „ Cum tabella vobis judices de Flacco da „ bitur. Mittere autem, aut dimittere in Conſilium judices erat jubere illos ad urnas ire, atque in eas tabellas ſententiam conti- nentes conjicere. Hoc docet Aſconius, in quiens: „ Mittere judices in conſilium, eſt „ dimittere judices ad ſententiam dicendam, „ ubi allegatis omnibus argumentis orator „ dixerit, Dixi. *Cælius*: Mittit in conſilium „ eoſdem illos, qui litem æſtimarant, judices. Tum vero conſurgentes judices in Conſilium ibant. Pro Cluentio: „ Conſurgitur in conſilium. Item cum Cicero dixiſſet in Divinatione: „ Non ſingulos judices ferre ſententiam, „ ſed univerſos conſtituere, *expoſuit Aſconius*, „ ſingulos ſententiam de tabula pronunciaſſe „ in levioribus cauſſis; & ob id neque nota, „ neque cuſtode opus fuiſſe; Conſtituere au- „ tem fuiſſe, tabulas in ciſta ponere. Rurſus pro Cluentio: „ Cum in Conſilium iri opor- „ teret, quæſivit ab eo quæſitor ex lege „ Cornelia, clam an palam de ſe ſententiam „ ferri vellet; reſponſum eſt, clam velle „ ferri; itum eſt in Conſilium; omnibus ſen- „ tentiis Scamander condemnatus eſt; *item*: „ Magni hominis eſt & ſapientis, cum illam „ judicandi cauſſa tabellam ſumpſerit, non „ ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi quodcun- „ que concupiverit, licere, ſed habere in con- „ ſilio legem, religionem, æquitatem, fidem. Scribit autem Plutarchus in Cicerone: „ Eun- „ tibus ad tabellam judicibus Mactum reum „ domum ſe recepiſſe, cum ſe pro certo ab- „ ſolutum putaret, ac veſtem albam reſum- „ pſiſſe. Urnæ vero, ſive ciſtæ tot fuerunt, quot judicum ordines qui judicarunt; tres (10) quidem, cum omnes adhibiti ſunt, una Se- natorum, altera Equitum, tertia Tribunorum ærariorum. Tabellæ vero, quæ datæ erant judicibus, quarum unam in urnam mitterent, erant tres, una abſolutionis, altera condem- nationis, tertia ampliationis, eæque ceratæ erant.

AMpliatio vero, in quibus cauſſis adhibe- batur, neque enim omnes eam leges admiſerunt, erat, quoties judices ſignifica- bant, rem ſibi non liquere, & ſecundam actionem inſtituendam eſſe; & Prætor ex Conſilii ſententia pronunciabat: *Amplius co- gnoſcendum eſſe*. Itaque ut nota Abſolutionis in tabula fuit A, Condemnationis C, ſic Am- pliationis N. L. id eſt: *Non liquere*. Harum rerum hæc teſtimonia habemus. Aſconius: „ Mos veterum hic fuerat, ut ſi abſolvendus „ quis eſſet, ſtatim abſolveretur; ſi damnan- „ dus, ſtatim damnaretur; ſi cauſſa non eſ- „ ſet idonea ad damnationem, abſolvi tamen „ non poſſet, Amplius pronunciaretur. *Item*: „ Ante legem Glauciæ de comperendinatio- „ ne in repetundarum judicio aut ſtatim ſen- „ tentia dicebatur, aut *Amplius* pronuncia- „ batur, cum dixiſſent judices, *Non liquet*, „ hoc eſt, obſcura cauſſa eſt. Itaque ea pars „ interpoſita dilatione dicebat, in cujus per- „ oratione videbatur obſcuritas. Cicero in Verrem: „ Teſtibus editis ita mittam in Con- „ ſilium, ut etiam ſi lex ampliandi faciat „ poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſti- „ ment, non primo judicare. *Pro Cæcina*: In „ eum quid dicam, niſi id, quod ipſe negare „ non poſſit, veniſſe in Conſilium publicæ „ quæſtionis, cum ejus conſilii judex non eſ- „ ſet, & in eo conſilio cum cauſſam non au- „ diſſet, & poteſtas eſſet ampliandi, dixiſſe „ ſibi liquere; dum incognita re judicare vo- „ luiſſet, maluiſſe condemnare, quam abſol- „ vere. *Pro Cluentio*: In conſilium erant ituri „ judices triginta duo; ſententiis decem & „ ſex abſolutio confici poterat. Homines ſa- „ pientes, qui neque abſolvere hominem no- „ centiſſimum poſſent, neque re incognita „ primo condemnare vellent, Non liquere „ dixerunt. *Et ad fratrem*: Senatorum urna „ copioſe abſolvit, equitum adæquavit, tri- „ buni ærarii condemnarunt. *Ad Herennium*: „ Quid fuit judices, quare in ſententiis fe- „ rendis dubitaveritis? aut iſtum hominem „ nefarium ampliaveritis? non apertiſſime „ res erant crimini datæ? non omnes hæ te- „ ſti-

(10) Hinc error Laterenſis Prætoris in cauſa repe- tundarum Servilii apud Cic. in ep 7 lib. 8. fam.; *cum æquo numero ſententiæ fuiſſent, La- terenſis leges ignorans pronuntiavit quid ſinguli ordines judicaſſent; & ad extremum, ut ſolent,* NON REDIGAM. *Poſtquam diſceſſit, & pro abſoluto Servilius haberi cœptus; legiſque unum & centeſimum caput legit, in quo ita erat;* *QUOD EORUM JUDICUM MAJOR PARS JUDICARIT, ID JUS, RATUMQUE ESTO in Tabulas abſolutum non retulit, ordinum ju- dicia perſcripſit. Poſtulante rurſus Appio, cum L. Lollio tranſegit, & ſe relaturum dixit. Sic nunc, neque abſolutus, neque damnatus Servilius de repetundis, ſaucius Piſoni tradetur.*

ſtibus comprobatæ? non contra teneriter, & negatorie reſponſum; hos vos veriti eſtis, ſi primo cœtu condemnaſſetis, ne crudeles exiſtimaremini. *Livius libro XLIII.* Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus; *item*: Graviſſimis criminibus accuſati ambo, cum dicenda de integro cauſſa eſſet, excuſati exilii cauſſa ſolum vertiſſe, Furius Præneſte, Matienus Tibur exulatum abiere. *Valerius*: Scipio L. Cottam ad Prætorem accuſavit; cujus cauſſa quanquam graviſſimis criminibus erat confoſſa, ſepties ampliata, & ad ultimum octavo judicio abſoluta eſt. Hoc loco Prætor gratificari potuit reo, ut C. Licinius M. Popillio; de quo Livius libro XLII.: „ M. Popillius apud C. Licinium Prætorem bis cauſſam dixit; tertio Prætor precibus victus Idibus Martiis adeſſe reum juſſit; quo die novi magiſtratus inituri erant honorem, ne diceret jus, qui privatus futurus eſſet. Moris autem fuit, ut dum judices ſententiam ferrent, rei ad pedes eorum ſe projicerent. (11) Aſconius in orationem pro Scauro: „ Ad genua judicum, cum ſententiæ ferrentur, bifariam ſe diviſerunt, qui pro eo rogabant. Valerius de judiciis publicis: „ Per id tempus, quo triſtes de Piſone ſententiæ ferebantur, repentina vis nimbi incidit: cumque proſtratus humi pedes judicum oſcularetur, os ſuum cœno replevit. Conjectæ inde in urnas tabellæ promiſcue dirimi ſolebant, ut numerus abſolventium, & condemnantium, & ampliantium judicum enciperetur. Cicero in Piſonem: „ An ego expectem, dum de te quinque & ſeptuaginta tabellæ dirimantur, de quo jam pridem omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum judicaverunt: *& ad fratrem*: Cato diremptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. Poſtquam autem diremptis tabellis Prætor judicium cognovit judicum, tum id pronunciavit. Moris autem fuit, ut ſi condemnatum pronunciaturus eſſet, prætextam poneret, ut inquit Plutarchus in Cicerone.

Formula vero pronunciandæ condemnationis fuit: „ Videtur feciſſe, *aut*, Non jure videtur feciſſe. *Abſolutionis*: Non videtur feciſſe, *aut*: Jure videtur feciſſe. *Ampliationis*: Amplius cognoſcendum. *Feſtus*: Patraviſſe videri, pronunciat magiſtratus, cum de conſilii ſententia aliquem capitis condemnaturus eſt. *Cicero in Lucullo*: Majores, quæ jurati judices cognoviſſent, voluerunt, ut ea non eſſe facta, ſed ut Videri pronunciarent. *In Verrem*: Feciſſe videri pronunciant; *libro IV. ad Atticum*: Druſus, Scaurus Non feciſſe videntur, *id eſt, abſolvuntur*; *in Verrem*: Verres Prætor pronunciat, Sthenium literas publicas corrupiſſe videri; *in Piſonem*: Tum tu ipſe de te Feciſſe videri, pronunciaſti. *Livius libro IV.*: Cincinnatus Dictator Sp. Mælium jure cæſum pronunciat. (12) Addo illud, in formula condemnationis non ſolum crimen commiſſum, ſed etiam pœnam ſumendam comprehenſam eſſe; exempli gratia: „ Videtur, vim feciſſe, atque eo nomine aqua, & igni illi interdico. Videtur, provinciam ſpoliaſſe, atque eo nomine litem ei æſtimandam eſſe. *Siquidem D. de Interdictis, Pomponius ſic ſcribit*: Iis, qui relegantur, dies excedendi dari à Præſidibus ſolet; etenim moris eſt, ita pronunciari: Illum provincia illa relego. Fieri tamen etiam potuit, ut de pœna reticuerit, & ad legem rem rejecerit. Marcianus D. ad S. C. Turpillianum ſcribit: „ Si pronunciavit, Calumniatus es, condemnavit eum; & quamvis de pœna nihil ſubjecerit, tamen legis poteſtas adverſus eum exercebitur. *De ampliatione Cicero in Bruto*: Cum Conſules re audita Amplius de conſilii ſententia pronunciaſſent, paucis interpoſitis diebus iterum dixit Lælius, iterumque eodem modo à Conſulibus res eſt prolata.

Diverſa vero fuit Ampliatio à Comperendinatione; quod Comperendinatio facta eſt, etiam ſi judices primo cœtu non judicaſſent; Ampliatio vero ex incerta judicum ſententia nata eſt. Ampliatio ex arbitratu Prætoris quocunque die, ampliatio ex præſcripto legis tertio die. Ex cauſſa comperendinationis bis tantum cauſſa dicta eſt, ex cauſſa ampliationis ſæpiſſime dici potuit. In comperendinatione potuit eſſe ampliatio, in ampliatione nequaquam comperendinatio. In comperendinatione defenſor primum dixit, deinde accuſator; in ampliatione primum accuſator, deinde defenſor; ſi autem per ampliationem iterum acta eſt, non minus ſecunda actio dicta eſt, quam ſi per comperendinationem, ut ſcribit Aſconius. His actis Prætor reum aut abſolutum, aut condemnatum referebat in tabulas. Cœlius: „ Mittit in Conſilium eoſdem illos, qui lites æſtimarant, judices; cum æquo numero ſententiæ fuiſſent, Laterenſis Prætor leges ignorans pronunciavit, quid ſinguli ordines judicaſſent; & ad extremum, ut ſolet, ait, Referam. (13) Poſtquam diſceſſit, & pro abſoluto Servilius haberi cœptus, legiſque unum & centeſimum caput

(11) Fortiſſimi tamen ab hac ratione abhorruerunt, ut Ap. Claudius Xviri pater: M. Marcellus, & alii apud Populum: P. Rutilius, de quo ſic Cicero 1. de Orat.: *Non modo ſupplex judicibus eſſe noluit, ſed ne ornatius quidem, aut liberius cauſam dici ſuam, quam ſimplex ratio veritatis ferebat.* „ Nemo ingemuit: nemo inclamavit patronum: nihil cuiquam doluit: nemo eſt queſtus: nemo Rempublicam imploravit: nemo ſupplicavit. Quid multa? pedem nemo in illo judicio ſuppoſuit. Et Valerius lib. 6. cap. 4.: „ Reus factus, nec obſoletam veſtem induit, nec inſignia Senatoris depoſuit, nec ſupplices ad genua judicum manus tetendit, nec dixit quicquam ſplendore præteritorum annorum humilius; effecitque, ut periculum illud non impedimentum gravitatis ejus eſſet, ſed experimentum.

(12) Adverte tamen quod hæc pronunciatio tum talis habebatur, cum in tabulas referebatur, ut ex Cœlio apud Cic. ubi ſupra, & de neceſſitate id fuiſſe traditur in Cod. tit. de ſent. ex peric. recit. in quam rem ornatiſſime Cujacius.

(13) *Non redigam*, legitur in omnibus exemplis. Quæreus autem planutius quid hoc eſſet, negat adhuc exploratum habuiſſe. Interpretatur tamen id abſolutionem ſignificaſſe ex tota rei textura. Interpretari ego audeo: *non iterum agi ſinam*. Nec cenſeo ſpernendum, cum eam formulam omnium ſententiarum fuiſſe ex illis verbis appareat: *& ad extremum, ut ſolet*. Definitiva enim ſententia non ſinit amplius eadem de re agi. Atque cum Romani omnia formulis haberent perſcripta, eam definitivarum ſententiarum cenſeo fuiſſe. *Redigere* enim, & renovare, iterum excitare eſt: Plaut. in Amph. *Alcmenam redigет antequam in concordiam conjuges.* Liv. lib. 1. *hoſtem fuſum, fugatumque in caſtra redegit*; & lib. 26. *mulctati virgis, manibuſque pragſis Capuam redigantur.*

„ put legis, in quo ita erat; Quod eorum „ judicum major pars judicavit, id jus, ratumque eſto, in tabulas abſolutum non „ retulit, ordinum judicia perſcripſit. Jus autem, ratumque id erat, quia ab his judiciis provocatio non erat. Declaravit lex Antonii, qui, teſte in Philippicis Cicerone, ad extremum tulit, ut damnatis de majeſtate & de vi eſſet provocatio ad populum.

CAP. XXIII.

De Æſtimatione litis.

Condemnatum inde reum duæ res ſequebantur, æſtimatio litis, & animadverſio. Æſtimatio litis præcipue erat in cauſſa repetundarum, & peculatus. Erat autem judicium: quo lis ei æſtimabatur, id eſt, furtorum omnium ratio inibatur, atque inde pecunia reddebatur cui erepta dicebatur. Aſconius: „ Lis æſtimata, eſt pecunia, de „ qua lis fuit, propter quam condemnatus „ eſt, in ſummam redacta, quæ de rei rebus „ exigatur; duæ enim res conſequebantur (nempe lege Cornelia) „ damnationem; „ altera redditio pecuniæ iis, ad quos pertinebat, in quo vel ſimpli, vel dupli, vel „ quadrupli ratio ducebatur; altera exilii. Item: „ Repetundarum cauſſa ita ſe habet, „ ut ſi convictus reus ſit, atque damnatus, „ pecuniam reddat æſtimata lite, hoc eſt, in „ precium redactis omnibus furtis; quam „ ſummam pecuniæ proſcriptis ejus bonis „ ſectores curabant. Cicero pro Cluentio: „ Hic profertur id, quod judicium „ appellari non oportet. P. Septimio litem „ eo nomine eſſe æſtimatam; nunquam enim „ ea diligentia quæ ſolet adhiberi in ceteris „ judiciis, eadem reo damnato adhibita eſt. „ In litibus æſtimandis fere judices aut quod „ ſibi eum, quem ſemel condemnarunt, inimicum putent eſſe, ſi qua in eum lis capitis illata eſt, non admittunt, aut quod „ ſe perfunctos jam eſſe arbitrantur, cum de „ reo judicarunt, negligentius attendunt cetera. Itaque & majeſtatis abſoluti ſunt „ permulti, quibus damnatis de pecuniis repetundis lites eſſent æſtimatæ, & hoc quotidie fieri videmus, ut reo damnato de „ pecuniis repetundis, ad quos pecunias perveniſſe in litibus æſtimandis ſtatutum ſit, „ eos illi judices abſolvant; quod cum fit, „ non judicia reſcinduntur, ſed hoc ſtatuitur, æſtimationem litium non eſſe judicium. In Verrem: „ P. Septimio Senatore damnato „ Q. Hortenſio Prætore de pecuniis repetundis lis æſtimata eſt eo nomine, quod ille „ ob rem judicandam pecuniam accepiſſet; & pro Poſtumio: „ Lites, quo ea pecunia „ pervenerit, non ſuis propriis judiciis, ſed „ in reum factis condemnari ſolent.

CAP. XXIV.

De Animadverſione.

Animadverſio vero fuit mulctæ, pœnæve legitimæ perſecutio, quæ Prætoriæ curæ mandata eſt.

In mulcta ſic acta res eſt. Pecunia per magiſtratum exigebatur; quod ſi ille ſolvendo non eſſet, bona auctioni ſubjiciebantur; ea qui emiſſent, ſectores vocati ſunt. Livius libro II.: „ Pecunia à patre Cæſonis exacta crudeliter; & libro XXXVIII.: „ In bona Scipionis poſſeſſum publice quæſtores Prætor miſit, neque in iis non modo veſtigium ullum comparuit pecuniæ regiæ, ſed nec tantum redactum eſt, quantæ ſummæ damnatus fuerat. Aſconius in Verrinas: „ Repetundarum cauſſa „ ita ſe habet, ut ſi convictus reus ſit, atque „ damnatus, pecuniam reddat æſtimata lite, „ hoc eſt, in precium redactis omnium furtis; quam ſummam pecuniæ proſcriptis „ ejus bonis ſectores curabant. Sectores autem dicti ſunt, qui ſpem lucri ſui ſequuti „ bona condemnatorum ſimul auctionabantur, pro iiſque pecunias penſitabant ſingulis, ac poſtea pro compendio ſuo ſingulas „ quaſque rex pecunia populo venditabant; & alibi: „ Quæſitoris cura eſt, ut ſociis omnia rapta reddantur. Quæſtor eſt, ad quem „ rediguntur pecuniæ ex proſcripti bonis, & „ à quo ſociis annumerantur. Sector autem „ eſt æſtimator, redemptorque bonorum „ damnati, atque proſcripti; qui ſpem ſectatus lucri ſui, id eſt, ſecutus ſpem æſtimationis ſuæ bona omnia auctione vendit, & „ ſimul infert pecuniam vel ærario, vel ſociis. Cicero in Verrem: „ Cum videret, te jam „ non contra accuſatorem tuum, ſed contra „ quæſtorem, ſectoremque pugnare; id eſt, in te jam damnatum animadverti.

Verberatio, coërcitio, & talio per lictores magiſtratus ejus ſunt facta, cujus fuit illa judicatio. Plautus in Amphitryone: „ Quid „ faciam nunc, ſi Treſviri me in carcerem „ compegerint, Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum. Ita quaſi incudem „ me miſerum homines octo validi cædant. In Aſinaria: „ Ubi cauſſam ſæpe dixeris pendens adverſus octo aſtutos audaces viros, „ valentes virgatores. Scribit etiam Aſconius, fures, & ſervos nequam apud Triumviros capitales ad columnam Mæniam puniri ſolitos.

Infamium cura mandata fuit cenſoribus, ne eos paterentur in Republica munera illa, quibus per infamiæ notam privati erant, obire.

Exilii obeundi exemplum ſit Marcius Coriolanus, de quo ſic libro VII. Dionyſius: „ Marcius damnatus cum multorum lacrymis „ domum reductus eſt; ipſe ad eum caſum „ nec gemitum, nec dictum, geſtumve ullum „ magnanimo viro indignum edidit. Ingreſſus autem ædes cum videret uxorem, matremque lugentes, & ut in cariſſimorum „ digreſſu vociferantes, nihil permotus valere eas dixit, ac filiis commendatis ac viatico quidem ſumpto ad portam contendit.

CAP. XXV.

De judicio calumniæ, & prævaricationis.

Reo verò abſoluto duo relinquebantur judicia, contra accuſatorem ambo inſtituta, unum calumniæ, alterum prævaricationis: calumniæ, ſi falſum crimen intuliſſe conſtaret; prævaricationis, ſi cum defenſore colluſiſſet, & vera crimina occultaſſet. De calumniatore ſic Marcianus titulo ad S. C. Turpilianum: „ Calumniari eſt falſa crimina „ intendere. Calumniatoribus pœna lege „ Remnia irrogatur, ſed non utique qui non „ probat, quod intendit, protinus calumnia-

„ ri videtur; nam cjus rei inquiſitio arbitrio A
„ cognoſcentis permittitur, qui reo abſoluto
„ de accuſatoris incipit conſilio quærere,
„ qua mente ductus ad accuſationem proceſſit;
„ & ſiquidem iſtum ejus errorem repererit,
„ abſolvit eum; ſi vero in evidenti calumnia
„ eum deprehenderit, legitimam pœnam ei
„ irrogat; quorum alterutrum ipſis verbis
„ pronunciationis manifeſtatur; nam ſiqui-
„ dem ita pronunciaverit, *Non probaſti*,
„ pepercit ei; ſin autem pronunciavit, *Ca-*
„ *lumniatus es*, condemnavit eum; & quam-
„ vis de pœna nihil ſubjecerit, tamen legis
„ poteſtas adverſus eum exercebitur. Hinc
Aſconius in Scaurianam: „ Cato Prætor cum
„ abſoluto Scauro vellet de accuſatoribus in B
„ conſilium mittere, multique è populo ma
„ nus in accuſatores intenderent, ceſſit im-
„ peritæ multitudini, ac poſtero die in con-
„ ſilium de calumnia accuſatorum miſit.
„ C. Triarius nullam gravem ſententiam
„ habuit, ſubſcriptores ejus Pacuvii denas,
„ & Marius tres graves habuerunt. Cicero
pro Cluentio: „ Nec tibi alio accuſatore
„ poterat Albius, nec ſine ignominia calum-
„ niæ relinquere accuſationem Cluentius.
Cœlius ad Ciceronem: „ C. Sempronius ca-
„ lumniam maximo plauſu tulit, cum M.
„ Tuccium accuſatorem ſuum lege Plotia
„ de vi feciſſet. In declamatione contra
Salluſtium: „ Eſt quædam calumnia, quam C
„ unuſquiſque noſtrûm teſtatur animo ſuo
„ fert de eo, qui falſum crimen bonis obje
„ ctat. Pœnam calumniæ frontis inuſtionem,
& notam fuiſſe, ſignificat Plinius in Panegy-
rico, cum ſcribit: „ Neque, ut antea, exan-
„ guem illam, & ferream frontem ne-
„ quicquam convulnerandam præbeant pun-
„ ctis, & notas ſuas rideant, ſed ſpectent
„ paria damno præmia; quod intellexiſſe
quoque videtur Cicero, cum in Roſciana ca-
lumniatores dixit literam calumniæ ita odiſſe,
ut omnes literas oderint; eamque literam ju
dices ad caput affixuros: „ Sed ſi hos judi-
„ ces bene novi, literam illam, cui vos uſque
„ eo inimici eſtis, ut etiam alias omnes ode- D
„ ritis, ita vehementer ad caput affigent,
„ ut poſtea neminem alium niſi fortunas
„ veſtras accuſare poſſitis. Papinianus D. de
teſtibus: „ Calumniæ damnatis judicio publi
„ co teſtimonium dicere licet. Hæc de ca-
lumnia.

Quid vero Prævaricatio fuerit, docet
idem Marcianus eodem loco: „ Prævaricari,
„ *inquit*, eſt vera crimina abſcondere. Præ-
„ varicator eſt, qui colludit cum reo, &
„ tranſlatitio munere accuſandi defungitur;
„ & qui proprias rationes diſſimularet, falſas
„ vero rei excuſationes admitteret. Item Ul-
pianus de verborum ſignificatione: „ Præva-
„ ricatores eos appellamus, qui cauſſam ad- E
„ verſariis ſuis donant, & ex parte actoris
„ in partem rei conceduntur. Ceterum ut de
calumnia, ſic de prævaricatione judicium
conſtitutum fuiſſe, oſtendit Cicero in Parti

tionibus, in exemplo prævaricatoris præ-
cepta locorum oratoriorum exercens: „ De-
„ fenſor teſtatur conſuetudinem ſermonis,
„ verbique vim ex contrario reperiet quaſi
„ ex vero accuſatore, cui contrarium eſt
„ nomen prævaricatoris; ex conſequentibus
„ quod ea litera de accuſatore ſoleat dari
„ judici; ex nomine ipſo, quod ſignificat
„ eum, qui in contrariis cauſſis quaſi varie
„ eſſe poſitus videatur. Plinius libro III.
epiſtolarum: „ Lege cautum erat, ut reus
„ ante perageretur, poſtremo de prævarica-
„ tore quæreretur, videlicet, quia optime
„ ex accuſatione ipſa accuſatoris fides æſti-
„ matur; *& poſt*: In dubiis, atque incertis
„ quoque probationibus accuſator prævarica-
„ ri poteſt; reus vero non aliis, quam cer-
„ tis, & manifeſtis argumentis condemnari
„ debet; præterea ut de aliquo pronuncie-
„ tur, Videri hunc prævaricatum eſſe, ſuffi-
„ cere, ſi doceatur, inſtrumenta corrupiſſe,
„ quæ ad accuſationem pertinebant, ſed reus
„ contra peragi non poteſt, niſi quid omni-
„ no inſtrumentis his, aut teſtimoniis cor-
„ ruptis contineretur, liquido appareat. De-
mum Cicero ad fratrem: „ Quo die hæc
„ ſcripſi, Druſus de prævaricatione à Tribu-
„ nis ærariis abſolutus in ſumma quatuor ſen-
„ tentiis, cum Senatores, & equites damnaſſent;
& de aruſpicum reſponſis: „ Clodius à Catilina
„ pecuniam accepit, ut turpiſſime prævarica-
„ retur. *Aſconius*: Hoc judicio abſolutus eſt
„ Catilina infamia judicum, ut & Clodius
„ infamis fuerit, quippe qui prævaricatus
„ eſt; nam & rejectio judicum ad arbitrium
„ rei videbatur eſſe facta. (14)

CAP. XXVI.

De legibus judiciorum publicorum.

ATque hæc quidem in univerſum de judi-
ciis publicis diſputata ſint. Quoniam
autem in ſingulis præcipua quædam ratio
agendi, quærendi, cognoſcendique ſervata
eſt, eaque tota à legibus, quæ de quoque
judicio, ac maleficio latæ ſunt, ut diximus,
eſt profecta; ſequitur, ut quænam hæc fuerit,
ex veteribus cujuſque legibus eruamus.
Cauſſa vero legum de uno crimine ſæpius
ferendarum fuit, quod aut primæ vetuſtate
obſoleſcerent, aut pœnæ levitate negligeren-
tur, aut aliqua ex parte gliſcente hominum
libidine & ipſæ eſſent augendæ. Primis au-
tem legibus crimen tantum, ac pœna vide-
tur eſſe comprehenſa; de ratione exercendæ
quæſtionis nihil præcipue videtur eſſe cau-
tum, cum id aut legibus de quæſtionibus
ſingulis pro re nata conſtituendis, aut more
ipſo majorum fieret. Itaque in iis legibus,
hæc tum, ut puto, fuerant verba: „ Uti
„ quæſitor à populo, aut à Senatu lectus
„ cum conſilio, quod ei obtigiſſet, quæreret.
Poſt quæſtiones autem perpetuas inſtitutas,
id eſt, poſt annum DCIV., hæc fuerunt:
„ Uti

(14) Succeſſit calumniæ, & prævaricationi aliud de-
lictum in tractatione publicorum judiciorum,
quod eſt tergiverſatio ex L. Petronia, ſeu Se
natuſconſulto Turpilliano, quorum auctor
fuiſſe dicitur Petronius Turpillianus ſub im-
perio Neronis. *Tergiverſari*, dicit Marcianus
in L. 1 D. ad S. C. Turpill., *eſt in univerſum ab*
accuſatione deſiſtere. *Deſtitiſſe autem*, Paulus in
L. 6 D. eod., *cum accipimus, qui extra præfi-*
nitum accuſationis tempus, reum ſuum non per-
egit. Et Ulp. in L. 10. D. de jud. *Deſiſtere*
eſt de negotio abſtinere, quod calumniandi animo
quis inſtituerat. Ejus pœna ordinaria quæ fue-
rit ex legibus, non conſtat: nam tradit idem
Ulp. in L. 2. D. de prævaric., quod in hujuſ-
modi delictis pœna injungitur extraordinaria.
Hoc autem ſupereſt, quod prævaricatores,
& tergiverſatores poſtea ab accuſando repel
luntur: L. 5. D. de prævaric. L. 2. D. ad S. C.
Turpill.

„ Uti prætor, ſive judex quæſtionis, cui ea obtigiſſet, aut qui in eum annum judex factus ex ea lege eſſet, quæreret, hoc, aut illo modo. Quod oſtendit Cicero in Cluentiana de lege Cornelia Veneficiorum loquens: „ Jubet ea lex, qua lege hæc quæſtio eſt conſtituta, judicem quæſtionis eum iis judicibus, qui ei obvenerint, quærere de veneno. *Item*: Eſt ſapientis judicis animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur; item in aliis hæc verba ſæpe repetita: „ Prætor, qui ex hac lege quæret, facito, uti. Neque vero ſolum criminum capita ſingula, ac pœnarum comprehendebantur, ſed etiam actionis partes ſingulæ, de patronis dandis, Judicibus legendis, teſtibus audiendis, atque citandis, de comperendinando, aut ampliando reo; quin etiam de prævaricatione, ac calumnia accuſatorum, quid præcipue in quoque exercendo judicio ſervari oporteret, præſcribebatur; quanquam multa ex una in alteram legem iiſdem verbis transferebantur, unde etiam translatitia dicta ſunt. Poſtremæ autem omnium leges fuere Corneliæ, Pompejæ, & Juliæ. Cornelias tulit L. Cornelius Sylla in dictatura; Pompejas Cn. Pompejus maxime in tertio conſulatu; Julias alias C. Julius Cæſar Conſul, & Dictator, alias C. Cæſar Octavianus Imperator. Quæ cauſſa eſt, ut harum tantummodo in Pandectarum libris memoria celebretur, quod reliquæ ſuperiores his unis obſervatis obliteratæ eſſent; neque enim poſt Cæſarem Octavianum leges ullæ ſunt latæ, (15) cum comitia populi ad Senatum traducta ſint.

CAP. XXVII.

De legibus de pecuniis repetundis.

Diſputaturi autem de ſingulis legibus judiciorum agemus primum de pecuniis repetundis, quod hæc quæſtio prima perpetua facta ſit, & Prætorem certum habuerit. Repetundæ pecuniæ dictæ ſunt, quas ſive ſocii, ſive cives privati à magiſtratibus, aut judicibus, aut publicis curatoribus judicio repetiverunt; quas illi aut in provincia, aut in urbe, aut ob jus dicendum, aut ob judicandum, aut ob aliud aliquid publice curandum cepiſſent. Quod genus furti cum exprimere vellent, *pecuniam ablatam*, *captam*, *coactam*, *conciliatam*, *averſam* dixerunt; quas voces cum Cicero in accuſatione Verris repetundarum rei, tum legum veterum fragmenta celebrant. Ac repetundarum quidem quæſtio primum conſtituta videtur ſociorum, & provinciarum cauſſa adverſus Prætores, quæſtores, legatos, ceteroſque, qui in provinciis cum imperio, aut poteſtate verſarentur; deinde ad urbanos etiam magiſtratus, judices, curatoreſque translata, qui aliquid pecuniæ à privatis cepiſſent. Video enim legem repetundarum *legem ſocialem* à Cicerone vocari in Verrem. „ Civibus, *inquit*, cum ſunt ereptæ pecuniæ, civili fere actione, & privato jure repetuntur; lex repetundarum ſocialis eſt. Primus autem, quod compererim, M. Porcius Cato, cum ex prætura Sardiniam obtineret, ſumptus provincialium in Prætores coërcuit, anno quingenteſimo ſexto; de quo Livius: „ Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat; fugati ex inſula fœneratores, & ſumptus, quos in cultum Prætorum ſocii facere ſoliti erant, circumciſi, aut ſublati. In vetere etiam plebiſcito de Thermenſibus ſupra prolato nominatur lex Porcia, qua juberetur, quid quenque dare præbere oporteret; quæ neſcio an ad hunc Porcium pertineat: „ Ne quis magiſtratus, prove magiſtratu, legatus, nen quis alius facito, neive imperato, quo quid magis ii dent, præbeant, ab iiſve auferatur; niſi quod eâ; S. ex lege Porcia dare præbere oporteret, oportebit. Per ea vero tempora, cum nullis adbuc legibus hoc crimen vindicatum eſſet, hæc cauſſa privata fuit, & extra ordinem ex Senatus conſulto à recuperatoribus cognita eſt; ut anno DLXXXIII. quemadmodum narrat Livius libro XLII.: „ Hiſpaniæ utriuſque legati aliquot populorum in Senatum introducti. Hi de magiſtratuum Romanorum avaritia, ſuperbiaque conqueſti, nixi genibus ab Senatu petierunt, ne ſe ſocios fœdius ſpoliari, vexarique, quam hoſtes, patiantur; cum & alia indigna quererentur, manifeſtem autem eſſet, pecunias captas, L. Canulejo Prætori, qui Hiſpaniam ſortitus erat, negotium datum eſt, ut in ſingulos, à quibus Hiſpani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine Senatorio daret, patronoſque, quos vellent, ſumendi poteſtatem faceret; vocatis in curiam legatis recitatum eſt S. C. juſſique nominare patronos; quatuor nominaverunt, M. Catonem, P. Scipionem, L. Paullum, C. Gallum. Cum M. Titinio primum, qui Prætor M. Manlio, M. Junio Conſulibus in citeriore Hiſpania fuerat, recuperatores ſumpſerunt; bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus; diſſenſio inter duarum provinciarum legatos eſt orta. Citerioris Hiſpaniæ populi Catonem, & Scipionem, ulterioris Paullum, & Gallum patronos ſumpſerunt, ad recuperatores adducti à citerioribus populis P. Furius Philus, ab ulterioribus M. Matienus. Graviſſimis criminibus accuſati ambo, ampliatique, cum dicenda deintegro cauſſa eſſet, excuſati exilii cauſſa ſolum vertiſſe, Furius Præneſte, Matienus Tibur exulatum abierunt. Narrat idem Livius, ante L. Poſtumium Albinum Conſulem, qui ante triennium fuerat, neminem unquam ſociis in ulla re oneri, aut ſumptui fuiſſe. „ Ideo magiſtratus, *inquit*, mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis, privata hoſpitia habebant; ea benigne, comiterque colebant; domuſque eorum Romæ hoſpitibus patebant apud quos ipſis diverti mos „ eſ-

(15) Magnæ diſputationis hoc eſt, cum Petronia nimirum lex, qua de mentio fit in L. 11. D. ad L. Corn. de Sicar., & in L. 16. C. ad L. Jul. de adult. Imperante Nerone lata communiter dicitur, & alias poſteriores Leges habemus. Comitia ad Senatum a Tiberio Magiſtratuum creandorum cauſa translata. Progreſſu quidem temporis & legum condendarū, ſed forte non ante Veſpaſianum. Cum nomen legis Petroniæ, tum tempus ejus lationis a quodam recentiſſimo Scriptore impugnari, viſis, perlectiſque certis ejus codicillis. Si ad nos tempore liber perveniſſet diligentiſſime examinaviſſemus, & quæ fuiſſet noſtra ſententia prompſiſſemus. Quia copiam ejus habere non potuimus nihil in eam diſputationem dicere poſſemus. In futuro meo libro nonnihil me ſpero dicturum.

„ eſſet. Legatis, qui repente aliquò mitterentur, ſingula jumenta per oppida, iter „ quà faciendum erat, imperabant; aliam „ impenſam ſocii in magiſtratus Romanos „ non faciebant. Huc autem pertinent illa, quæ Cicero in ſexta in Verrem de cultu eorum, qui in provincias cum imperio, aut poteſtate mitterentur à majoribus, antequam peccari cœptum eſſet, conſtituta ſcribit: „ Videte majorum diligentiam, qui nihil „ dum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabantur; verumtamen ea, quæ parvis in rebus accidere „ poterant, providebant; neminem, qui cum „ poteſtate, aut legatione in provinciam eſſet „ profectus tam amentem fore putarunt, ut „ emeret argentum; dabatur enim de publi„ co: ut veſtem; præbebatur enim legibus; „ mancipium putaverunt, quo & omnes uti„ mur, & non præbetur à populo; ſanxe„ runt, ne quis emeret mancipium, niſi in „ demortui locum.

LEX CALPURNIA. His autem ita conſtitutis, creſcente in dies magis magiſtratuum in provinciis libidine, L. Calpurnius Piſo Tribunus plebis anno, ut dixi DCIV. Manilio, & Cenſorino Coſs. extitit, qui legem tulit, qua non ſolum pœna graviore, ut veriſimile eſt, hoc crimen vindicandum ſanxit, ſed etiam, ut certum hæc quæſtio poſthac haberet Prætorem, inſtituit, ita ut nova lege opus non eſſet ſociis, ſed certum, ad quem confugerent, Prætorem haberent. Hoc autem docet Cicero in II. de officiis, his verbis: „ Caput in omni procuratione nego„ tii, & muneris publici, ut avaritiæ tolla„ tur etiam minima ſuſpicio; modo hoc ma„ lum in Rempublicam invaſit; nondum „ centum & decem anni ſunt, cum de pe„ cuniis repetundis à L. Piſone lata lex eſt, „ nulla cum antea fuiſſet; at vero poſtea tot „ leges, & proximæ quæque duriores, tot „ rei, tot damnati, tanta ſublatis legibus, „ judiciiſque expilatio, direptioque ſociorum, „ ut imbecillitate aliorum, non virtute no„ ſtra valeamus; *& in Bruto*: C. Carbone „ ſorum tenente plura judicia fieri cœperunt; „ nam & quæſtiones perpetuæ hoc adoleſcen„ te conſtitutæ ſunt, quæ ante nullæ fue„ runt; L. enim Piſo Tribunus pl. legem „ primus de pecuniis repetundis tulit, Cenſo„ rino, & Manilio Conſulibus. Eodem autem tempore nominatur à Valerio lex Cæcilia libro V., cum ſcribit: „ L. Lentulus „ Conſularis lege Cæcilia repetundarum cri„ mine oppreſſus cenſor cum L. Cenſorino „ creatus eſt. Etenim, cum Lentulus, ut eſt in faſtis, cenſor fuerit anno ipſo DCVI., id eſt, biennio, quam Piſo legem tulit, fit, ut anno ipſo DCV. ſit damnatus; ut mirer, quo modo lege nova tam citu opus fuerit. Itaque aut Cæciliam eandem eſſe cum Calpurnia velim, ut à duobus Tribunis lata, modo hoc, modo illo nomine appelletur, aut apud Valerium Calpurniam pro Cæcilia oportere legi. Neque enim Calpurniæ Cæcilia, ſed Junia eſt ſubſtituta; hac autem lege litis æſtima-

A tionem, non item aquæ, & ignis interdictionem, id eſt, exilium eſſe propoſitum, apparet ex eo, quod Lentulus damnatus altero anno cenſor ſit factus. Neque vero hæc lex ad urbanos magiſtratus, judiceſque, qui pecuniam ob judicandum cepiſſent, videtur pertinuiſſe; quia anno DCXII. quæſtio pecuniarum ob judicandum captarum Conſuli extra ordinem à Senatu commiſſa, non autem à Prætore, qui ex ea lege quæreret, cognita ſit; ut Cicero in II. de finibus demonſtravit, cum ait: „ L. Tubulus, cum prætor quæ„ ſtionem inter ſicarios exercuiſſet, ita aper„ te cepit pecunias ob rem judicandam, ut „ anno proximo P. Scævola Tribunus pleb. B „ ferret ad plebem, vellent ne de ea re quæ„ ri; quo plebiſcito quæſtio decreta à Senatu „ eſt Cn. Cæpioni Conſuli. Quin etiam eodem anno, quantum ex epitoma Livianorum quinquageſima quarta intelligi poteſt, ſocialis cauſſa ad Senatum, non ad Prætorem eſt delata; ſic enim ibi ſcriptum eſt: „ Cum Ma„ cedonum legati conqueſtum veniſſent de „ Junio Silano Prætore, quod acceptis pecu„ niis provinciam ſpoliaſſet, ac Senatus de „ querelis eorum vellet cognoſcere, T. Man„ lius Torquatus Silani pater petiit, impe„ travitque, ut ſibi ejuſmodi cognitio man„ daretur; & domi cauſſa cognita filium „ condemnavit; & in primo de finibus apud C Ciceronem: „ T. Torquatus illam ſeverita„ tem in filio adhibuit, quem in adoptionem „ D. Silano emancipaverat, ut eum, Mace„ donum legatis accuſantibus, quod pecunias „ Prætorem in provincia cepiſſe arguerent, „ cauſſam apud ſe dicere juberet, reque ex „ utraque parte audita, pronunciaret, eum „ non talem videri fuiſſe in imperio, quales „ ejus majores fuiſſent. Eodemque tempore P. Scipio Æmilianus, poſtquam Numantiam delevit, teſte pro Murena Cicerone, L. Cottam virum Conſularem ad Prætorem accuſavit; cujus cauſſa, ut ſcribit Valerius libro XIII. „ quanquam graviſſimis criminibus „ erat confuſſa, ſepties ampliata, & ad ulti- D „ mum octavo judicio abſoluta eſt.

LEX JUNIA. Legem Calpurniam ſubſequuta eſt Junia, quam tulit, ut arbitror, M. Junius Pennus, qui Tribunus pl. teſte in Bruto Cicerone, fuit Lepido, & Oreſte Conſulibus, anno DCXXVII. hac autem lege præter litis æſtimationem exilium etiam damnato eſt irrogatum. (16) Itaque C. Cato, qui Conſul fuit anno DCXXXIX. ea, ut puto, lege Macedonibus accuſantibus utrâque pœnâ mulctatus eſt; de quo ſic Vellejus libro II.: „ Mandetur memoriæ ſeveritas judiciorum; „ quippe Cato Conſularis repetundarum ex „ Macedonia damnatus eſt; cum lis ei IV. „ millia æſtimaretur; & Cicero in Ver- E rem: „ C. Catone Conſulari damnato, tum „ cum ſevera judicia fiebant, ſeſtertium quin„ que millia lis æſtimata eſt. Eundem autem exulaſſe Tarracone, ſcribit idem in oratione pro Balbo. Hanc autem legem ego Juniam eſſe puto, quod in ſequenti lege Servilia repe-

(16) Licet hic Sigonius exilium ponat pro aquæ, & ignis interdictione, non tamen hanc pœnam ante Imperatores repetundarum legibus eſſe conſtitutam. Si qui in exilium profecti ſunt, ut a judicio ſe ſubtraxiſſent. Poſt Imperatores etiam exilio, & capite puniti ſunt. Macer in L. 7. D. de L. Jul. repetund. *Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur, & plerumque, vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerint. Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem, vel quem punire non debuerant? capite plecti debent; vel certe in inſulam deportari, ut plerique puniti ſunt.*

TERVM.

NAPOLI

Digitized by Google

MENTVM VNVM.

.V. . PRIMVS. SCIVIT. DIC. COS. PR. MAG. EQ. CENS. QVEI. QVOI. CEIVI. RO. SOCIVMVE.
ATV. DICIONE. POTESTATE. AMICITIA. VE.
L EA. RE. EIVS. PETITIO. NOMINISQVE. DELATIO. ESTO. PR. QVAESTIO. ESTO.
rum. quoius. erit. quoius pater ſenator ſiet. in annos ſingolos pequniae quod ſiet amplius *aureorum centum dono munere ab aliquo privato acceperit. quodque.*
m aueiſumue. ſiet. de. ea. re. eius. petitio. nominiſque. delatio. eſto. Pr. quaeſtio. eſto *ioudicium. ioudicatio litiſque. aeſtumatio. queiquomque iudicium*
ieium. ioudicatio. litiſque. aeſtimatio. queiquomque. iudicium. *ex. H. L. erunt. eorum, H L eſto.*
n. ex. H. L. ex. reis. exemptum. erit. ſei. quis. eius. nomen. *apud Pr. detulerit eius nomen Pr. recipito. quodque.*
. ex. H. L. erunt. eorum. H. L. eſto. is. eum. unde. petet. in. ious. *educito. nomenque deferto.*
rum. eo. ioudicio. condemnatus. erit. quanti. eios. rei. ſlis. *aeſtumata fuerit tanti reddere. damnas. eſto.*
sum. habebunt. ioudicium. non. ſiet. Die. Coſ. Pr. Mag. Eq. *Cenſ. Aed. Tr. Pl. Q. III. vir. A. D. A. Tr. Mil. L. IIII. Primis.*
m. ex. H. L. ante K. Sept. petitio. erit. ſei. eis. volet. ſibei. patronos in eam rem. daret. Pr ad quem. *ejus nomen delatum erit facito utei det dum nequem eorum det.*
, conlegio. ſiet quaiaue. in. fide. is. erit. maioreſue. in. meiorum. fide fuerint. *neive quei. quaeſtione iudicioque publico condemnatus ſiet.*
patrono. repudiando. Quei. ex. H. L. patronus. datus. erit. ſei. is. morietur. *Pr. quei ex H. L. quaeret. alium patronum eivi. quem. poterit. dato.*
ss. H. L. populus. plebeſue. iouſerit facito. utei. CDLuiros. legat. quei. in. hac. ciuitate *iudicent. dum neque eorum. legat. sciens. dolo.*
a. annos. LX gnatus. ſiet. queiue. in. urbe. Roma propiusue. *urbem Romam V. mill. paſſ. non habitet queive. Tr. Pl. Q. III. vir. Cap. III. vir. A. D. A.*
omnia. omnia. in. albo. atramento. ſcriptos. patrem. tribum. cognomenque. tributimque. deſcriptos habeto *eoſque propoſitos. ſus.*
eis. publiceis. ſcriptos. in. perpetuo. habeto. De. CDLuireis. quotannis. *legundeis. Pr. quei poſthac. inter. peregrinos. ious. dicet.*
.. IIII. primis. aliqua. earum. Triumuir. A. D. A. ſiet. fueritue. queiue. in. Senatu. ſiet fueritue. queiue *mercator ſiet. fueritue.*
uos. legerit. eos patrem. tribum. cognomenque. ioudices. queiue. ex. H. L. *in eum annum ſient. in. tabuleis. publiceis ſcriptos habeat.*
facito. in. contione. recitentur iouratoque. ſese. eos. ex. H. L. legiſſe. de. quibus. ſibei. conſul. . . . . . *De. nomine deferundo.*
cito. nomenque. eius deferto ſi deiuraverit calumniae causa. non. *poſtulare. De nomine recipiendo. Pr. ad quem in ious aditum erit facito. eius.*
ei. ſodalis. ſiet. queiue. in. eodem. conlegio. ſiet. facitoque. coram. *apud ſe iuret palam ſe calumniae cauſſa. nomen. eius. non. deferre.*
uei. ex. H. L. CDLuirei. in eum. annum. lectei. erunt. quei. unum. legat. *edatue dum nequem eorum legat edatue. quei iudex ſiet quisque. et. quei petet. gener.*
fueriſue. queiue. in. ſenatu ſiet. fueritue. queiue mercator. ſiet. *fueritue quesque urbe aberit. queive trans. mare. erit. neuve amplius. de. una. familia unum. neive quei.*
omen *delatum ſiet.* quos. is C. viros. ex. H. L. ediderit. de. eis. ita. facito iouret palam. apud. ſe. coram *ſe eos ſcientem D M non. legiſſe.*
m. erit quos C. is. quei. petet. ex. H. L. ediderit. de. eis. iudices. *L legat. edatue. dum nequem. eorum. legat. edatue quei ſibei ſocer gener. utricus privignuſue.*
edanturus ſi is quei nomen ex. H. L. detulerit. C. virei. H. L. non. legerit. ediderit ue ſeius. eius quoium nomen ex. H. L. delatum. erit. L. iudices H. L. non legerit ediderit ue.
petet. ei. unde. petetur ex. H. L. legerint. ediderint. eoſque patronos. *quos. quei petiverit. et. unde petitum erit. quei. eorum volet. ex. tabuleis. publicis. deſcriptos. habeat.*
n. eis. iudices. lectei. erunt. *ii. eam in perpetuum. iudices. ſunto.*
Pr. quei. ex. H. L. *quaeret facito utei.*
iam pervenisse. conſiterit. Pr. utei. iudicium. exerceat. Pr. quei. ex. H. L. quaeret. quoium. nomen. ex H. L. ad ſe. delatum erit. facito. utei ioudicium publicum. exerceat

facito. utei.
teſtimonio. *deicienda. et. utei. teſtium. quei. in. eam. rem. erunt. verba. audiat. ubei. audierit. quod eius. rei. quaerendae. cauſſa. conſtant. referre.*
:. tabuleis proferendis.
ut. oportuerit.

. . . .

t. ious. ſiet. . . . .

. . . .

NAPOLI

Digitized by Google

petundarum mentio fiat Calpurniæ, & Juniæ A
legis, ut earum, quæ ſe inter ſe conſequutæ
ſint; verba legis Serviliæ ſunt hæc: „ Aut
„ quod lege Calpurnia, aut lege Junia ſacra-
„ mento actum fiet; aut quod hac lege no-
„ men delatum fiet. Calpurnia certe lege
damnari Cato non potuit, quod exilium nul-
lum damnato irrogavit.

LEX SERVILIA. Poſt annos inde
XXIV. lex Servilia lata eſt à C. Servilio
Glaucia Prætore, C. Mario ſextum Conſule
anno DCLXIII. Cujus fragmentum ego, cum
Patavii profiterer, reperi in nobiliſſimo Petri
Bembi Cardinalis muſæo in æneis tabulis ve-
tuſtiſſimis inciſum; quod à me magno multis
in locis propter exeſas, conſumptaſque lite B
ras cum labore lectum, atque deſcriptum in
hunc librum eſſe putavi conjiciendum, addi
tis, ne fructus ejus inanis eſſet, ſupplemen-
tis, quæ ego ad eliciendam ſententiam mino
ribus, ut internoſcerentur, literis effingenda
curavi. Quorum pleraque ex altero ejuſdem
legis fragmento item æneo ſumpſi. Hanc au
tem Serviliam legem eſſe Glauciæ, non levi-
bus ad ſuſpicandum conjecturis adducor,
primum quod cum legi Calpurniæ, & legi
Juniæ hæc lex ſubjecta proxime ſit, neque
Juniæ alia, quam Servilia, ſubjecta reperia-
tur; deinde quod judices CDL. viros in per
petuum legi ſtatuit, qui in Senatu non eſ-
ſent, neque fuiſſent. Diximus autem Servilia C
lege Glauciæ judicia ſolis equitibus data.
His adde, quod capita, quæ legis Serviliæ
apud ſcriptores extant, eadem in hac etiam
lege, quanquam valde debilitata, viſuntur;
ſunt autem hæc:

„ Qui Prætor ex hac lege quæret, de
„ iis quærito, qui Conſules, Prætores, Di-
„ ctatores, Magiſtri equitum, aut in alio
„ magiſtratu pecuniam ab aliquo privato ab
„ ſtulerint, ceperint, coëgerint, conciliâ
„ rint, averterint, Judicum, qui ex hac lege
„ facti erunt, judicatio, litiſque æſtimatio eſto.

„ De hiſce, dum magiſtratum, aut im
„ perium habebunt, eorum nomen deferri
„ non liceto. D

„ Prætor, qui ex hac lege quæret ei,
„ qui petet, patronos ſumendi, & repudian-
„ di dato.

„ Prætor, qui jus inter peregrinos di-
„ cet, CDL. viros in perpetuum legito, qui
„ in hac civitate judicent. Idem facito, uti
„ CDL. viros legat, qui quotannis de pecu-
„ niis repetundis judicent.

„ Qui ex hac lege pecuniam petet, ad
„ eum Prætorem, qui ex hac lege factus
„ erit, eum unde petet, in jus educito, no-
„ menque deferto.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, faci-
„ to, ut is, qui nomen detulerit, die viceſi-
„ mo ex CDL. viris, qui in eum annum fa- E
„ cti erunt, centum adverſario ſuo legat,
„ edatve. Quos vero is ediderit, ex iis is
„ unde petetur, quinquaginta edito, legito-
„ ve, qui judicent.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, faci-
„ to, ut judicum, & patronorum nomina in
„ tabulis ſcripta habeat.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, faci-
„ to, ut qui ita lecti erunt judices in eam
„ rem, ejus perpetuo judices ſint.

„ Si is, unde petetur, prius urbe ceſ-
„ ſerit, & in exilium abierit, quam ea res
„ judicata erit: Prætor ab iis item quærito

„ ad quos eam rem perveniſſe conſtiterit.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, faci-
„ to, uti teſtes audiantur, ac citati omnes
„ adſint teſtimonio dicendo.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, faci-
„ to, uti teſtes interroget, judices pronun-
„ ciet; nequia judex diſputet.

„ Prætori, qui ex hac lege quæret, ju-
„ dicium in alium diem proferra jus ſit.

„ Si Prætor, qui eam rem quæret ex
„ hac lege, cauſſam non noverit, ei amplius
„ pronunciare jus ſit.

„ Prætor, qui ax hac lege quæret, cauſ-
„ ſam ſemel à reo dictam in tertiam diem
„ differto.

Legis autem verba, unde hæc ſummatim
hauſimus, hæc cum ſupplementis ſunt.

LEGIS SERVILIÆ FRAGMENTA DUO

*Ex æneis Tabulis prope vetuſtate conſumptis
exſcripta, & ſuppleta, heic è regione
impreſſa Lector invenies.*

Neque vero dubium eſt, quin multo
plura capita in his legibus fuerint, quam,
quæ ego judicavi, quorum partim veſtigia
æneis in tabulis extant, partim non extant.
Sed ea conjectu difficillima ſunt, niſi ſi divi-
natione potius; quam conjectura ſtare veli-
mus. Hac vero lege interpretatur Cicero ſo-
los Senatores alligatos, quia dicat: „ Qui
„ Dictator, Conſul, Prætor, Magiſter equitum;
ſic enim inquit pro Poſtumo: „ Glaucia ſo-
„ lebat populum monere, ut cum lex aliqua
„ recitaretur, primum verſum attenderet; ſi
„ eſſet Dictator, Conſul, Prætor, Magiſter
„ equitum, ne laboraret, ſciret, nihil ad ſe
„ pertinere; ſin autem, Quicunque poſthac
„ legem, videret, ne qua nova quæſtione
„ alligaretur. Non ſolum autem litis æſti-
mationem, ſed etiam exilium lege Servilia
eſſe irrogatum, oſtendit idem in oratione
pro Balbo; & Livius in epitoma LXX. de
quo illud eſt in lege: „ Si prius urbe ceſſe-
„ rit, aut in exilium abierit. De perſequen-
dis autem pecuniis ab iis, ad quos pervene-
rint, Cicero pro Poſtumo: „ Jubet lex Julia
„ perſequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam
„ is ceperit, qui damnatus ſit, pervenerit;
„ quod totidem verbis translatum caput eſt
„ non modo in Cornelia, ſed etiam ante in
„ lege Servilia. Quod autem ſcriptum eſt,
petitorem die viceſimo, poſtquam nomen
detulerit, judices edere adverſario debere,
& reum die viceſimo ſuos, idem ſcribit di-
ſerte Aſconius: „ Viginti dies accuſatori ad
„ agendum, totidemque reo ad defenden-
„ dum datos. De comperendinatione rei idem
eſt apud Ciceronem in tertia in Verrem:
„ Verum, ut opinor, *inquit*, Glaucia primus
„ tulit, ut comperendinaretur reus; antea
„ vel judicari primo poterat, vel amplius
„ pronunciari.

Ceterum hac lege poſtulatos eſſe M'.
Aquillium Conſularem, P. Rutilium Quæſto-
rem, M. Scaurum Conſularem, & Q. Me-
tellum Numidicum invenio. De Aquillio ſic
in epitoma LXX.: „ M'. Aquillius cum de
„ pecuniis repetundis cauſſam diceret, ipſe
„ rogare judices noluit. Antonius, qui pro
„ eo perorabat, tunicam à pectore ejus di-
„ ſcidit, ut honeſtas cicatrices oſtenderet;
„ quibus conſpectis indubitanter abſolutus eſt.
Unde Cicero in II. de oratore Antonium ita
fecit dicentem: „ Nolite exiſtimare, cum

„ mihi M'. Aquillius in civitate retinendus eſſet, quæ in illa cauſſa peroranda feceſim, ſine magno dolore feciſſe. De P. Rutilio ita in eadem epitoma: „ P. Rutilius, qui legatus Q. Mucii pro-Cos. a publicanorum injuriis Aſiam defenderat, repetundarum damnatus in exilium miſſus eſt. Cicero in Verrem: „ Q. Mucii Scævolæ quæſtor Rutilius damnatus, quod cum Prætore conſenſerit ſuo, ne publicani aliquid agerent in provincia ſua; eundem Smyrnæ exulaſſe ſcribit idem pro Balbo. De M. Scauro ſic ille idem pro Scauro: „ M. Scaurus pater reus factus eſt à Q. Servilio Cæpione lege Servilia, cum P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur, ut non timeret; & in ea verba Aſconius: „ Q. Servilius Cæpio ob legationis Aſiaticæ invidiam, & pecuniarum contra leges captarum reum fecit lege repetundarum, quam tulit Servilius Glaucia. De Metello pro Balbo: „ Q. Metello cauſſam de pecuniis repetundis dicente, cum ipſius tabulæ circumferrentur inſpiciendi nominis cauſſa, fuit judex ex illis equitibus Romanis nemo, quin removeret oculos.

LEX ACILIA. Deinde poſt Serviliam legem lata eſt Acilia à M'. Acilio Glabrione, in qua illud fuit novi: „ Ut neque ampliari neque comperendinari reus poſſet. Cujus meminit Cicero in Verrem loquens ad M'. Acilium Glabrionem Prætorem repetundarum ejus filium, qui legem Aciliam tulerat: „ Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, qua lege populus Roman. de pecuniis repetundis optimis judiciis, ſeveriſſimiſque judicibus uſus eſt; & in eam Aſconius: „ Acilius Glabrio legem Aciliam tulit de pecuniis repetundis ſeveriſſimam, ut qua ne comperendinari quidem reum liceret; & alibi Cicero: „ Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua lege multi accuſati ſemel dicta cauſſa, ſemel auditis teſtibus condemnati ſunt; & ibi Aſconius: „ Acilia lex Glabrionis patris hujuſce Prætoris neque comperendinationem, neque ampliationem habet.

LEX CORNEL. Aciliam inde Cornelia ſubſequuta eſt à L. Cornelio Sylla Dictatore lata; qua lege judicia omnia de repetundis uſque ad primum Cæſaris Conſulatum peracta ſunt, ut Cn. Dolabellæ, Cn. Piſonis, C. Verris, quem ædilis accuſavit Cicero, C. Macri, quem damnavit Prætor, M. Fonteji, & L. Flacci, quos Prætorius, & Conſularis defendit; capita vero legis hæc fuiſſe videntur, quantum intelligi ex monumentis ſcriptorum licet.

„ Qui Prætnr ex hac lege quæret, de eo quærito, qui Dictator, Conſul, Prætor, Magiſter equitum pecuniam dono ceperit, abſtulerit, coegerit, conciliarit, averterit, nec ſolum avare, ſed etiam libidinoſe, ſuperbe, crudeliter ſe in provincia geſſerit.

„ Item de eo, qui judex non ſuæ decuriæ munere functus erit, aut non perpetuo ſederit, aut ob judicandum pecuniam ceperit.

„ Item de eis, ad quos ea pecunia pervenerit.

„ Facitoque uti viginti dies accuſatori det, totidemque defenſori. Item de eis, qui pro-Cos. rationes ad ærarium non retulerint; aut qui pro Cos. privatim aliquò profecti fuerint, aut trans marinas res acceſſiverint.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, judices ex Senatoribus ſortiatur, reo, & accuſatori rejectionem permittat, atque in eorum locum ſubſortiatur. Item facito, uti accuſatori viginti dies, totidemque reo concedat.

„ Si cauſſam non noverit, ei comperendinare, & ampliare reum, jus ſit.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, facito, ut reo damnato lis æſtimetur, & aqua, & igni interdicatur. Qui in reatu deceſſerit, ei ne lis æſtimetur.

Atque hæc quidem, quæ dixi, hac lege eſſe judicata, una Verris accuſatio teſtis eſſe poteſt, quem Cicero pecunias ob jus dicendum ita Siculis eripuiſſe arguit, ut omnia genera furtorum perſequutus ſit, *pecuniæ captæ, coactæ, ablatæ, conciliatæ, averſæ* in quarta; in quinta frumenta; in ſexta ſigna ſurrepta; in ſeptima ſupplicia iniqua oſtenderit. Item Salluſtius, qui dixit: „ Cn. Piſo propter Tranſpadani injuſtum ſupplicium de repetundis accuſatus eſt. De quæſtione autem eorum, ad quos pecunia perveniſſet, quod etiam in Servilia lege fuit, ſic Cicero pro Cluentio: „ Hoc quotidie fieri videmus, ut damnato de pecuniis repetundis, ad quos perveniſſe pecunias in litibus æſtimandis ſtatutum ſit, eos illi judices abſolvant; quod cum fit, non judicia reſcinduntur, ſed hoc ſtatuitur, æſtimationem litium non eſſe judicium. De itinere privato pro-Conſulum, & rebus in provincia emendis idem ita in ſeptima in Verrem: „ Privatim nec proficiſci quòquam potes, nec accerſere res tranſmarinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari nihil licet; deinde cur quidquam contra leges paraſti? De judice, qui non ſuo officio functus ſit, elicitur ex Cluentiana. „ C. Fidiculanius judex, *inquit*, cauſſam dixit, & bis dixit; uno judicio mulcta ab eo eſt petita, quod non ſuæ decuriæ munere, neque ex lege ſediſſet; prima actione facillime eſt abſolutus; non numero hanc abſolutionem; nihilo minus enim poteſt, ut illam mulctam non commiſerit, accepiſſet tamen ob rem judicandam pecuniam, quam captam nuſquam Stalenus eadem lege dixit, proprium crimen illius quæſtionis non fuit. Fidiculanius quid feciſſe dicebatur? accepiſſe à Cluentio ſeſtertium CD. cujus erat ordinis? Senatorii, qua lege in eo genere à Senatore ratio repeti ſolet de pecuniis repetundis, ea lege accuſatus, honeſtiſſime eſt abſolutus; adducti judices ſunt, non modo potuiſſe honeſte ab eo reum condemnari, quod non perpetuo ſediſſet, ſed ſi aliud is judex nihil ſciſſet, niſi quæ præjudicia de eo facta eſſe conſtaret, audire præterea nihil debuiſſe. De ſortitione judicum, rejectione, & ſubſortitione auctor eſt Aſconius in Verrinas. Neque vero Cornelia lex edi judices ab accuſatore, & reo, ut Servilia, voluit, ſed rem ſorti permitti; quod ex eo apparet, cum in cauſſa Verris ita factitatum ſit, quæ lege Cornelia agebatur. Aſconius autem ita: „ Cum multi judices in conſilio cum Prætore ſuo judicaturi eſſent, qui quæſitor conſtitutus fuiſſet in cauſſa publica, verbi gratia repetundarum, ambitus, majeſtatis, ne-

„ ceſſe

„ ceſſe fuerat eos primum de curia Senatoria conſcribi, cum Senatus judicaret; deinde in urnam mitti, ut de pluribus neceſſarius numerus ſortito confici poſſet; tertio permitti accuſatori, ac reo, ut ex illo numero rejiciant, quos putaverint ſibi aut iniquos, aut ea aliqua re incommodos fore; rejectione celebrata, io eorum locum, qui rejecti fuerant, ſubſortiebatur Prætor alios, quibus ille judicum legitimus numerus compararetur; his perfectis jurabant in leges judices, ut obſtricti religione judicarent; cum juraſſent omnes præter ipſum Prætorem, nomina eorum libellis conſignabantur, & ubique habebantur, ne pro ſelectis judicibus aliqui ſuppoſiti corruptiſſime judicarent. De comperendinatione, & ampliatione reſtituta Cicero in Verrem tertia, cum defenſores Verris Corneliam legem, quæ comperendinatum dabat, accuſatori Ciceroni utilem eſſe jactarent, ſic reſpondit: „ Adimo comperendinatum quod habet lex in ſe moleſtiſſimum, ut bis cauſſa dicatur; ego tibi illam Aciliam legem reſtituo; qua lege multi ſemel accuſati, ſemel dicta cauſſa, ſemel auditis teſtibus condemnati ſunt; puta te, non hac tam atroci (nempe Cornelia) „ ſed illa mitiſſima, (nimirum Acilia) „ cauſſam dicere accuſabo, reſpondebis; teſtibus editis ita mittam in conſilium, ut etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo judicare. Quo in loco Aciliam mitiſſimam, Corneliam atrocem non ex ſuo, ſed ex adverſariorum judicio vocat; ſeque Acilia cauſſam acturum libentius profitetur, comperendinatione, & ampliatione ſublata; quàm Cornelia, quæ utriuſque rei dat poteſtatem. Hinc eſt, quod Fontejum repetundarum reum lege Cornelia duabus actionibus accuſatum ſcribit: „ M. Fontejus, *inquit*, ita duabus actionibus accuſatus eſt, ut objectum nihil ſit, quo ſignificari veſtigium libidinis, petulantiæ, crudelitatis, audaciæ poſſit; & in III. in Verrem dat de Dolabella repetundarum reo: „ Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellæ ſpiritus proferam? Poſtremo de iis, qui in reatu deceſſiſſent, Valerius ita: „ C. Licinius Macer repetundarum reus, dum ſententiæ dicerentur, in Mænianum conſcendit, deinde M. Ciceronem, qui id judicium cogebat, prætextam ponentem cum vidiſſet, miſit ad eum, qui diceret, ſe non damnatum, ſed reum periiſſe; nec ſua bona haſtæ poſſe ſubjici; ac protinus ſudario, quod forte in manu habebat, ore, & faucibus coarctatis incluſo ſpiritu pœnam morte præcurrit; qua cognita re Cicero de eo nihil pronunciavit.

LEX JULIA. Poſtremo C. Julius Cæſar legem de pecuniis repetundis tulit, quæ uſque ad extremum ſervata etiam num in Pandectis celebratur; latam autem eſſe in primo Conſulatu ejus, colligitur ex oratione Ciceronis in Vatinium, qui Cæſare Conſule Tribunatum plebis geſſit: „ Quæro ex te, ſiſne ex pauperrimo dives factus illo ipſo anno, quo lex lata eſt de pecuniis repetundis acerrima; ut omnes intelligere poſſent, amiciſſimi tui legem eſſe contemptam? & ea oratione pro Sextio, cum in Clodium ita agit: „ Etiam ne ejus, quem ſua lege, ſuo beneficio ornatum, munitum, armatum ſolet gloriari, C. Cæſaris de pecuniis repetundis legem non putat eſſe legem. Hujus legis hæc capita reperiuntur:

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, de eo quærito, qui cum aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob judicandum, decernendumve acceperit, vel quo magis aut minus quid ea officio ſuo faceret. Item de eo, qui comes judicum pecuniam ceperit. Qui ob denunciandum, vel non denunciandum teſtimonium pecuniam acceperit, cui damnato teſtimonium publice dicere, aut judex eſſe, poſtulareve non liceat. Item de eo, qui ob militem legendum, mittendumve æs acceperit, quive ob ſententiam in Senatu, conſiliove publico dicendam pecuniam acceperit, vel ob accuſandum, vel non accuſandum. Item de iis, qui magiſtratus urbani plus domi muneris in anno acceperint, quam quod ſit aureorum centum. Item de eo, qui ob judicem arbitrumve dandum, mutandum, jubendumve, ut judicetur; quive ob non dandum, non mutandum, jubendumve, ut judicet; quive ob hominem in vincula publica conjiciendum, vinciendum, vincirive jubendum, exve vinculis dimittendum; quive ob hominem condemnandum, abſolvendumve; quive ob litem æſtimandam, judiciumve capitis, pecuniæve faciendum, vel non faciendum aliquid acceperit. Qui in acceptum tulerit opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita lege erunt. Quod contra hanc legem pro-Conſuli, vel Prætori donatum erit, non liceat uſucapi. Venditiones, locationes ejus rei cauſſa pluris, minoriſve factæ irritæ ſunto, neque uſucapio eſto prius quam in poteſtatem ejus, à quo profecta res ſit, heredisve ejus veniat. Item de eis, qui munus publice mandatum accepta pecunia ruperunt. Item de eo, qui ob negotium faciendum, aut non faciendum per calumniam pecuniam acceperit. Atque hæc quidem ſunt in Pandectis D. ad legem Juliam de repetundis, & D. de calumniatoribus. Apud Ciceronem vero, & alios hæc præterea inveniuntur:

„ Prætor, qui ea hac lege quæret, de eo quærito, qui pro-Cos. aut pro Pr. cædes, adulteria, & ſtupra in provincia fecerit. Qui jus in liberos populos de pecuniis creditis dixerit. Qui de provincia exierit, aut exercitum eduxerit, & ſua ſponte bellum geſſerit. Qui modum in imperato, & æſtimato frumento exigendo exceſſerit. Qui libertatem ſociis non conſervaverit. Qui aurum coronarium aut imperaverit, aut acceperit ſine Senatus-conſulto. Qui quidquam à ſociis præter fœnum, & quatuor lectos, & ligna acceperit. Qui rationes in provincia apud duas civitates non reliquerit, & eaſdem totidem verbis ad ærarium non retulerit, & ultra triginta dies comites in beneficiis detulerit. Ut Prætor quærat ab iis, ad quos pecunia pervenerit. Quod eorum judicum major pars judicarit, id jus, ratumque eſto. Horum criminum pleraque objecit Piſoni Macedoniæ pro-Conſuli Cicero in oratione in eum habita: „ Notata nobis ſunt, *inquit*, prima illa ſcelera in adventu, cum accepta pecunia à Dyrrachinis ob necem hoſpitis tui

„ Pla-

„ toris ejus ipſius domum evertiſti, & Pleu-
„ ratum comitem ejus necaviſti. A te Jovis A
„ Velſuri ſanum ſanctiſſimum direptum eſt.
„ Non ne ſeſtertium centies & octogies, ex
„ ærario tibi attributum Romæ in quæſtu re-
„ liquiſti; non ne cum CC. talenta tibi Apol-
„ loniatæ Romæ dediſſent, ne pecunias cre-
„ ditas ſolverent, ultro Fufidium Equitem
„ Rom. debitoribus ſuis addixiſti? non ne
„ cum hyberna legato, præfectoque tradidiſ-
„ ſes, evertiſti miſeras funditus civitates?
„ Qui modus tibi fuit frumenti æſtimati? qui
„ honorarii? ſiquidem poteſt vi, & metu ex-
„ tortum honorarium nominari. Quid ego
„ rerum capitalium quæſtionea, reorum pa-
„ ctiones, redemptiones, acerbiſſimas damna- B
„ tiones, libidinoſiſſimas liberationes, profe-
„ ram? quid vectigalem provinciam ſingulis
„ rebus, quæcunque venirent, certo portorio
„ impoſito ſervis tuis publicanis à te factam
„ eſſe non meminiſti? quid centuriatus palam
„ venditos, quid per tuum ſervulum ordines
„ aſſignatos? quid ſtipendium militibus per
„ omnes annos à civitatibus menſis pro-
„ poſitis numeratum? omitto aurum coro-
„ narium; lex enim generi tui (Cæſarem
ſignificat) „ & decerni, & accipere vetabat,
„ niſi decreto triumpho; mitto diplomata
„ tota in provincia paſſim data; mitto nume-
„ rum navium, ſummamque prædæ; mitto
„ rationem exacti, imperatique frumenti; C
„ mitto ereptam libertatem populis, ac ſin-
„ gulis, qui erant affecti præmiis nominatim;
„ quorum nihil eſt, quod non ſit in lege Ju-
„ lia, ne fieri liceat, ſancitum diligenter;
„ exercitum dimiſiſti, neque ullam pœnam,
„ quæ tanto facinori deberetur, non maluiſti
„ ſubire, quam numerum tuorum militum,
„ reliquiaſque cognoſcere. Et in eadem de
Gabinio Syriæ pro Conſule loquens: „ Edu-
„ xit exercitum è Syria; qui licuit extra pro-
„ vinciam? tribuit ſe mercenarium comitem
„ regi Alexandrino; quid hoc turpius? Hic
„ ſi ſanæ mentis eſſet, auſus eſſet, mitto exi-
„ re de provincia, educere exercitum, bel-
„ lum ſua ſponte gerere, in regnum injuſſu D
„ populi, aut Senatus accedere? quæ cum
„ plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia
„ majeſtatis, Julia de pecuniis repetundis pla-
„ niſſime vetant. Idem Ciliciæ pro-Conſul
ſcribit ad Atticum: „ De me ſcire fortaſſe
„ mavis; hæc ſunt. Adhuc ſumptus nec in
„ me aut publice, aut privatim, nec in quen-
„ quam comitum nihil accipitur lege Julia.
Item: „ Levantur miſeræ civitates, quod nul-
„ lus ſumptus fit in eos, neque in legatos,
„ neque in quæſtorem, neque in quenquam.
„ Scito non modo non fœnum, aut quod
„ dari lege Julia ſolet, nos accipere, ſed ne
„ ligna quidem; nec præter quatuor lectos,
„ & tectum quenquam accipere quidquam; E
& alibi: „ Cave putes, quidquam homines
„ magis unquam eſſe miratos, quam nullum
„ teruncium, me obtinente provinciam,
„ ſumptus eſſe factum nec in me, nec in
„ quenquam meorum. De rationibus referen-
dis, & comitibus deferendis ſcribit ad Ru-
ſum libro quinto epiſtolarum. De pecunia
perſequenda ab iis, ad quos pervenerit, in
oratione pro Poſtumo: „ Jubet lex Julia
„ perſequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam
„ is ceperit, qui damnatus ſit, pervenerit;
„ ſi hoc eſt, novum in lege Julia, ſicut mul-
„ ta ſunt ſeverius ſcripta, quam in antiquis
„ legibus, & ſanctius judicata, ſane etiam
„ conſuetudo hujus generis judiciorum nova;
„ ſin hoc totidem verbis translatum caput
„ eſt, quot fuit non modo in Cornelia, ſed
„ etiam ante in Servilia, quem hunc morem
„ novorum judiciorum in Remp. inducimus?
& Cœlius: „ Poſtquam legis unum & cen-
„ teſimum caput legit in quo ita erat: quod
„ eorum judicum major pars judicarit, id
„ jus, ratumque eſto, in tabulas abſolutum
„ non retulit, ordinum judicia perſcripſit.

CAP. XXVIII.

De legibus peculatus, pecuniarum reſiduarum, & ſacrilegii.

PEculatus dictus eſt furtum pecuniæ publicæ; & peculator, qui furtum pecuniæ publicæ fecit, teſte Aſconio. Nomen autem accepit, ut ſcribit Feſtus, à pecore, quia ab eo initium ejus fraudis eſſe cœpit; ſiquidem ante æs, aut argentum ſignatum ob delicta pœna graviſſima erat duarum ovium, & triginta boum. Ut autem ceteræ quæſtiones, ſic etiam peculatus primis temporibus certum Prætorem, aut Quæſitorem non habuit, ſed lege, prout uſus incidebat, Prætoribus, aut etiam Conſulibus mandabatur. Sit exemplo judicium L. Scipionis Africani fratris factum anno DLXVI. de quo in hunc modum Livius:
„ Q. Petellius Tribunus pl. ad plebem tulit,
„ Velitis, jubeatis, quæratur, quæ pecunia
„ capta, ablata, coacta ab rege Antiocho eſt,
„ quique ſub ejus imperio fuerunt, quod ejus
„ in publicum relatum non eſt, uti de ea
„ Ser. Sulpicius Prætor urbanus ad Senatum
„ referat, quem eam rem velit Senatus quæ-
„ rere de iis, qui Prætores nunc ſunt; om-
„ nes tribus, Uti rogas juſſerunt. Ser. Sulpi-
„ cio deinde referente, quem rogatione Pe-
„ tillia quærere vellent, Q. Terentium Cul-
„ lionem patres juſſerunt; ad hunc Præto-
„ rem reus ex templo factus L. Scipio; ſimul
„ & delata, & recepta nomina legatorum
„ ejus, & quæſturis, & ut omnia contacta
„ ſocietate peculatus viderentur, ſcribæque
„ que duo, & accenſus. Ut autem intelli-
gatur, quæ jam tum fuerit hujus judicii, & quæſtionis forma, paucis agamus. Crimen objectum eſt L. Scipioni pro Conſuli, quod quo commodior pax Antiocho daretur, ipſe ſex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepiſſet, quam in ærarium retuliſſet. A. Hoſtilius legatus octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria, Furius quæſtor auri centum triginta, argenti viginti pondo. Accuſati autem prædes dabant, aut in carcerem trudebantur, lis æſtimabatur, in bona damnatorum quæſtores mittebantur; ſiquidem inquit Livius: „ Judi-
„ ciis à Prætore perfectis, Hoſtilius, & Fu-
„ rius damnati prædes eodem die quæſtori-
„ bus urbanis dederunt. Scipio cum conten-
„ deret, omnem, quam accepiſſet, pecuniam
„ in ærario eſſe, nec ſe quidquam publici ha-
„ bere, in vincula duci cœptus eſt. In bona
„ L. Scipionis poſſeſſum publica quæſtores
„ Prætor miſit.

LEX VETUS PECULATUS. Poſtquam autem quæſtio repetundarum perpetua conſtituta proprium Prætorem eſt nacta, tum vero quæſtio etiam peculatus præcipuo Prætori eodem modo mandata eſt; id vero ante di-
ctatu-

A ctaturam L. Syllæ, id eſt, ante annum DCLXXI. Qua tamen lege acceperit, adhuc invenire non potui. A Sylla vero non accepiſſe, apparet, quia Pomponius D. de origine juris ſcribit, Syllam tuliſſe tantum de ſicariis, veneficiis, parricidio, & falſo, & propterea quatuor Prætores adjeciſſe, nunpræetermiſſurus crimen peculatus, ſi à Sylla ad certum Prætorem eſſet redactum. Poſt Syllam vero habuiſſe, multa ſunt argumenta, ſed maxime inſignia tria; unum, quod Cicero M. Craſſo, Cn. Pompejo Conſulibus anno DCLXXXIII. minatur Verri, quem de pecuniis repetundis reum agebat, judicium peculatus; & quod Cluentium defendens Lepido, & Tullo Conſulibus anno DCLXXXVII B inquit, ſe Prætorem de pecuniis repetundis quærere, C. Orchinium de peculato; & ſequenti anno in defenſione Murenæ, L. Murenam Prætorem urbanam juriſdictionem eſſe ſortitum, Ser. Sulpicium quæſtionem peculatus. Quæ autem in lege peculatus hæc fuerint, qua Verri judicium comminatur, operæ pretium eſt ex ipſius verbis accipere: „ Reperiemus, *inquit*, quibus probemus, iſtum „ in quæſtura pecuniam publicam Cn. Carboni Conſuli datam avertiſſe, iſtum alieno „ nomine à quæſtoribus urbanis pecuniam „ abſtuliſſe; erunt qui & in eo quoque audaciam ejus reprehendant, quod aliquot no„ minibus de capite frumenti decumani de- C „ traxerit; erunt etiam fortaſſe judices, qui „ illum ejus peculatum vel acerrime vindicandum putent; quod iſte M. Marcelli, & „ P. Africani monumenta, quæ nomine illorum, re vera populi Rom. erant, ex fanis „ ſociorum abſtulerit. Item de ratione judicii ex oratione pro Murena: „ Ser. Sulpicii „ ſors triſtis, atrox, quæſtio peculatus; ex „ altera parte lacrymarum, & ſqualoris, ex „ altera plena cathenarum, & judicum; co„ gendi judices inviti, retinendi contra vo„ luntatem; ſcriba damnatus; ordo totus „ alienus; Syllana gratificatio reprehenſa; „ multi viri fortes, ac major pars civitatis D „ offenſa eſt; lites ſevere æſtimatæ.

Ad quæſtionem porro peculatus adjuncta eſt quæſtio de pecuniis reſiduis. De quibus ſic Aſconius in Cornelianam: „ Quia deſuerat ſuperioribus temporibus in ærario pe„ cunia publica, multa & ſæpe ejus rei re„ media erant quæſita, in quibus hoc quo„ que, ut pecuniæ publicæ, quæ reſiduæ „ apud quemque eſſent, exigerentur; id au„ tem maxime pertinebat ad Cornelium Fau„ ſtum Dictatoris filium, quia Sylla per mul„ tos annos, quibus exercitibus præfuerat, „ & Rempublicam tenuerat, ſumpſerat pe„ cunias ex vectigalibus, & ex ærario populi „ Rom. eaque res ſæpe erat agitata, ſæpe E „ omiſſa; partim propter Syllanarum partium „ potentiam; partim, quod iniquum videba„ tur, poſt tot annos quàm quiſque pecuniam „ acceperat, ejus reddere rationem. Videtur autem de ea re C. Cornelius Trib. pl. legem tuliſſe, cum dicat in defenſione ejus Cicero: „ Idem, niſi hæc ipſa lex, quam C. Cornelius tulit, obſtitiſſet, decreviſſem Senatui non „ placere, id judicium de Syllæ bonis fieri; & pro Cluentio: „ Nuper apud C. Orchinium „ collegam meum peculatus quæſtorem locus „ ab judicibus Fauſto Syllæ de pecuniis reſi„ duis non eſt conſtitutus; non quo illi aut „ exlegem eſſe Syllam, aut cauſſam pecuniæ „ publicæ contemptam putarent, ſed quod „ accuſante Tribuno plebis conditione æqua „ diſceptari poſſe non putaverunt.

LEX JULIA. Poſtremo C. Julius legem tulit, qua peculatum, ſacrilegium, & reſiduas pecunias eſt complexus. Ejus legis capita in Digeſtis hæc extant:

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, de „ eo quærito, qui ex pecunia ſacra, religioſa „ abſtulerit, interceperit, in ſuam rem ver„ terit, aut quo quis auferat, intercipiat, vel „ in rem ſuam vertat, fecerit. Qui in aurum, „ argentum, æs publicum quid indiderit, „ immiſcuerit, aut quo quid indatur, immi„ ſceatur, fecerit dolo malo, quo id pejus „ fiat. Quique tabulam æream legis, for„ mamve agrorum, aut quid aliud continen„ tem refixerit, vel quid inde immutaverit, „ ei aqua, & igni interdicatur; atque pecu„ nia ab herede repetatur. Quique publicam „ pecuniam delegatam in uſum aliquem reti„ nuerit, neque in eam rem conſumpſerit. „ Item de eo, apud quem ex locatione, em„ ptione, alimentaria ratione ex pecunia, „ quam accepit, aliave qua pecunia reſedit, „ is damnatus amplius tertia parte, quam „ debeat, ſolvat.

CAP. XXIX.

De legibus majeſtatis.

OMnium criminum graviſſimum, atque antiquiſſimum fuit, cum populi Rom. eſt imminuta majeſtas. Itaque Ulpian. Majeſtatem ſic definivit: „ Majeſtas eſt crimen „ illud, quod adverſus populum Rom aut „ ſecuritatem ejus committitur; id eſt, in quo læditur aut dignitas, aut ſecuritas ejus. De dignitate idem quoque expreſſit Cicero in Rhetoricis, cum dixit: „ Majeſtatem mi„ nuere eſſe de dignitate, aut amplitudine, „ aut poteſtate populi, aut eorum, quibus „ populus poteſtatem dedit, aliquid derogare. De ſecuritate ex iis, quæ dicentur, facile cognoſcetur. His ergo conſtitutis ſequitur, ut quæcunque aut populo, aut magiſtratibus ejus directo injuriæ factæ ſint, ad majeſtatis crimen pertineant.

LEX XII. TABULARUM. De majeſtate vero primus Romulus tulit tum cum legem de proditione ſanxit, cujus Dionyſius meminit. (17) Neque vero aut ipſum, aut ceteros, qui conſequuti ſunt, reges ulli rei prius conſuluiſſe, veriſimile eſt, quam ei, quæ regiam ipſam rationem, & totius populi, ac Reipublicæ contineret. L. autem Brutus judicium majeſtatis tum exercuit, cum filios,

(17) Quæ eſſet lex proditionis Dionyſius non refert, quamvis enunciet. Ejus meminit ad inſtitutionem patrocinii. *Commune*, inquit, *erat patronis, clientibus, ut neque pium, neque fas eſſet alteris alteros in judiciis accuſare, aut teſtimonium adverſum dicere, aut ſuffragium contrarium ferre, aut inter inimicos cenſeri. Quod ſi quis in aliquo hujuſmodi facinore deprehenſus fuiſſet, proditionis lege, quam Romulus ſanxerat, tenebatur. Et eum qui ejus criminis fuiſſet convictus, turvis, ut Diti Sacrum, interficere licebat*. Ceterum, ſi Dionyſius eam legem intellexit, quæ de fraude patrocinii erat, quod mihi non videtur, cum ea de patronis tantum loquatur, hæc fertur: PATRONUS SI CLIENTI FRAUDEM FAXIT, SACER ESTO.

filios, qui adverſus patriam conjuraverant, & de ea regibus prodenda conſilia agitaverant, ultimo ſupplicio affecit. In XII. etiam tabulis ſancta majeſtas videtur; ſiquidem Marcianus ad legem Juliam majeſtatis, ſcribit: „ legem XII. tabularum juſſiſſe, eum, qui „ hoſtem concitaſſet, quique civem hoſti tradidiſſet, capite puniri. (18) In declamatione quoque Latronis contra Catilinam ſic ſcriptum eſt: „ Primum XII. tabulis cautum „ eſſe cognoſcimus, ne quis in urbe cœtus „ nocturnos agitaret. Ex quo apparet, eos cœtus nocturnos qui celebrarunt, eos majeſtatem, id eſt, ſecuritatem populi imminuiſſe.

LEX GABINIA. Ex legibus autem poſt XII. tabulas, quibus defenſa majeſtas ſit, vetuſtiſſima Gabinia fuit, ne quis coitiones clandeſtinas conflaret; qui feciſſet, capitali ſupplicio plecteretur. Cujus in eadem declamatione mentio eſt: „ Primum XII. tabulis cautum eſſe cognoſcimus, ne quis in „ urbe cœtus nocturnos agitaret; deinde le„ ge Gabinia promulgatum, qui coitiones „ ullas clandeſtinas in urbe conflaviſſet, mo„ re majorum capitali ſupplicio mulctaretur. Hæc autem judicia ſero proprium Prætorem adepta ſunt, ſed à populo huic, aut illi pro re nata commiſſa ſunt. Livius libro IX.: „ Capuæ multæ principum conjurationes pa„ tefactæ, de quibus cum ad Senatum rela„ tum eſſet, quæſtiones decretæ, Dictato„ remque quæſtionibus exercendis dici pla„ cuit. C. Mænius dictus. Ut quæſtioni Cam„ panæ materia deceſſit, verſa Romam in„ terpretando res; non nominatim qui Ca„ puæ, ſed in univerſum, qui uſquam coiiſ„ ſent, conjuraſſentve adverſus populum „ Rom. quæri Senatum juſſiſſe; & coitiones „ honorum adipiſcendorum cauſſa factas ad„ verſus Rempublicam eſſe. Idem libro XXXIX. prodidit, extra ordinem de iis, qui ſacrorum cauſſa coiiſſent, à Conſulibus eſſe quæſitum. Poſt annum inde DCIV. leges quatuor de majeſtate latæ, Appuleja, Varia, Cornelia, & Julia.

LEX APPULEJA. Appulejam tulit, ut opinor, L. Appulejus Saturninus, qui Tribunatum geſſit anno DCLI., C. Mario quintum Conſule, eumque in inſequentem annum continuavit, in quo eſt interfectus. Hac lege C. Norbanus eſt poſtulatus; quem M. Antonius cenſorius defendit, ut in II. de oratore ſcribit Cicero. Antonius autem cenſuram biennio poſt geſſit. Ea vero lege vim in urbe, ac ſeditionem vindicatam eſſe, apparet ex verbis Antonii apud Ciceronem de oratore, quem ita cum Sulpicio accuſatore loquentem inducit: „ Habueras tu omnia in „ cauſſa ſuperiora; vim, fugam, lapidatio„ nem, crudelitatem Tribuniciam in Cæpio„ nis gravi, miſerabilique caſu in judicium „ vocabas; deinde principem & ſenatus, & „ civitatis M. Æmilium lapide percuſſum „ eſſe conſtabat; vi pulſum ex templo L. „ Cottam, & T. Didium, cum intercedere „ vellent rogationi, nemo poterat negare; & addit: „ In illa omni defenſione, quod „ eſſe in arte poſitum videbatur, ut de lege „ Appuleja dicerem, ut quid eſſet minuere „ majeſtatem, explicarem, perquam breviter „ perſtrinxi. Atque hac quidem lege ego quæſtionem de majeſtate perpetuam conſtitutam putarim.

LEX VARIA. Legem Variam Q. Varius Tribunus pl. tulit anno DCLXII. de qua ſic Valerius: „ Q. Varius propter ob„ ſcurum jus civitatis Hybrida cognomina„ tus, Tribunus pl. legem adverſus inter„ ceſſionem collegarum perrogavit; qua ju„ bebat quæri, quorum dolo malo ſocii ad „ arma ire coacti eſſent; & Aſconius in Scaurianam: „ Italico bello exacto cum ob „ ſociis negatam civitatem nobilitas in invi„ dia eſſet, Q. Varius Tribunus pl. legem „ tulit, ut quæreretur de iis, quorum ope„ ra, conſiliove ſocii contra populum Rom. „ arma ſumpſiſſent. Scribit autem in Cornelianam lege Varia multos damnatos; quod innuit etiam Cicero in Bruto, cum ait: „ Exercebatur una lege judicium Varia; & pro C. Cornelio: „ Memoria teneo, cum „ primum Senatores cum equitibus Romanis „ lege Plotia judicarent, Cn. Pompejum „ cauſſam lege Varia de majeſtate dixiſſe.

LEX CORNELIA. Non multis inde poſt annis L. Sylla Dictator legem de majeſtate retulit, qua populus Rom. uſque ad Cæſarem Dictatorem eſt uſus. Hujus legis hæc capita apud ſcriptores diſperſa leguntur:

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, de „ eo quærito, qui interceſſionem ſuſtulerit, „ aut magiſtratui, quominus munere ſuo „ fungatur, impedimento fuerit. Qui exer„ citum è provincia eduxerit, aut ſua ſpon„ te bellum geſſerit. Qui exercitum ſolicita„ verit. Qui ducibus hoſtium captis igno„ verit, aut pecunia liberarit. Qui ducibus „ prædonum captis ignoverit. Qui poteſta„ tem ſuam in adminiſtrando non defende„ rit. Qui civis Romanus apud regem ex„ terum verſatus fuerit. Mulieris teſtimo„ nium accipiatur. Calumniatoribus nulla „ pœna ſit. His damnatis pœna aquæ, & „ ignis interdictio ſit.

Hæc autem capita ex his, quæ proferam, locis ſumpta ſunt. Cicero in Piſonem loquens de Gabinio Syriæ pro-Conſule: „ Exercitum eduxit è Syria; qui licuit extra „ provinciam? tribuit ſe mercenarium comi„ tem regi Alexandrino, in Ægyptum ve„ nit, ſigna contulit; hic ſi mentis ſanæ eſ„ ſet, auſus eſſet, mitto exire de provincia, „ educere exercitum, bellum ſua ſponte ge„ rere, in regnum injuſſu populi, aut Sena„ tus accedere; quæ cum plurimæ leges ve„ teres, tum lex Cornelia majeſtatis, Juliæ „ de pecuniis repetundis planiſſime vetant; & in oratione pro Cluentio, quam cauſſam egit multis poſt Syllæ dictaturam annis: „ At Bulbus eſt condemnatus; adde majeſta„ tis; legionem ab eo ſolicitatam in Illyri„ co, multorum teſtimoniis planum factum „ eſt; quod crimen erat proprium illius quæ„ ſtionis, & quæ res lege majeſtatis teneba„ tur. Scribit porro Aſconius, C. Cornelium lege Cornelia majeſtatis eodem tempore reum factum, quod cum legem Tribunus plebis ferret, contra collegarum interceſſionem legis codicem recitarat, atque interceſſionem ſuſtulerat; & Cicero, cum majeſtatis judicium

(18) Verba XII. tabb. hæc feruntur:
SI QUI IN URBE COETUS NOCTURNOS AGITASSIT, CAPITAL ESTO,
SI QUI PERDUELLEM CONCITASSIT, CIVEMVE PERDUELLI TRANSDUIT, CAPITAL ESTO,

cium intentat Verri, ſic loquitur: „ Meditetur de ducibus hoſtium, quos accepts pecunia liberavit; videat, quid de illis reſpondeat, quos in eorum locum ſubditos domi ſuæ reſervavit, memioerit, ſe confeſſum eſſe, duces à ſe prædonum ſecuri non eſſe percuſſos, fateatur, ſe privatum hominem prædonom duces vivos, atque incolumes domi ſuæ tenuiſſe; hoc in illo majeſtatis judicio ſi ſibi licuiſſe oſtenderit, ego oportoiſſe concedam. Aſconius in III. in Verrem: „ Qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defenderit, immioori magiſtratus, velnti majeſtatis læſæ, reus eſt. Svetonius io Claudio: „ Quendam, quod comes tegis io provincia fuiſſet, damnavit, referens majorum temporibus Rabirio Poſtumo Ptolemæum Alexandriam crediti ſervandi cauſſa ſequuto majeſtatis crimen apud judices motum. Quin etiam mulieris teſtimonium in conjuratione Catilinæ ex lege Cornelia de majeſtate valuiſſe, ſcriptum eſt D. ad legem Juliam majeſtatis. Omnino autem Sylla pœnam calumniatoribus io hoc crimine deferendo nullam propoſuiſſe videtur. Siquidem Cicero ſcribit ad Appium majeſtatis reum: „ Majeſtas eſt, ut Sylla voluit, ut in quovis impune declamari liceret. Hoc crimine accuſatus eſt Gabinius; unde idem in III. ad fratrem: „ Hodie Gabinius, cum hora octava edicto C. Alfii de majeſtate adeſſe oporteret, concurſu magno populi pene afflictus eſt; *& poſt*: Gabinius abſolutus eſt; omnino oihil illo accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribuſque ejus infantius; oihil illo conſilio ſordidius; quid plura de judicibus? duo Prætorii ſederunt, Domitius Calvinus, is aperte abſolvit, ut omnes viderent; & Cato, is diremptis tabellis de circulo ſe ſubduxit.

LEX JULIA CÆSARIS. Legem Corneliam ſequuta eſt Julia à C. Julio Cæſare item Dictatore lata; cujus mentio eſt apud Ciceronem in prima in Antonium. Nam eum Antonius Conſul poſt mortem Cæſaris legem promulgaſſet, ut de vi, ac de majeſtate damnatis ad populum provocatio non eſſet, dixit Cicero legibus Cæſaris obrogari, qui tulerat, ut de vi, & de majeſtate damnatis aqua, & igni interdiceretur.

LEX JULIA AUGUSTI. Ad extremum C. Julius Cæſar Auguſtus alteram Juliam tulit; cujus hæc capita extant apud Ulpianum, Marcianum, Scævolam, Venulejum, Modeſtinum, Papinianum, Hermogenianum D. ad legem Juliam majeſtatis.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, de eo quærito, Cujus opera, dolo malo conſilium initum erit, quo obſides injuſſu principis interciderent, quo armati homines cum telis lapidibuſve in urbe ſint, conveniantve adverſus Rempublicam locave occupentur, vel templa; quove cœtus, conventus fiat, hominesve ad ſeditionem convocentur; cujuſve opera, conſilio, dolo malo conſilium initum erit, quo quis magiſtratus populi Rom. quive imperium, poteſtatemve habet, occidatur, quove quis contra Rempublicam arma ferat, quive hoſtibus populi Rom. nuncium, literaſve miſerit, ſignumve dederit, feceritve dolo malo, quo hoſtes populi Rom. juventur adverſus Rempublicam, quive milites ſollicitaverit, concitaveritve, quo ſeditio, tumultuſve adverſus Rempublicam fiat.

„ Item de eo, qui in bellis ceſſerit, aut arcem non tenuerit, aut caſtra conceſſerit.

„ Qui injuſſu principis bellum geſſerit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, quive, cum ei in provincia ſucceſſum eſſet, exercitum ſucceſſori non tradidit, qoive imperium, exercitumve populi Rom. deſeruerit, quive privatus pro poteſtate, magiſtratuve quid ſciens dolo malo geſſerit, quive quid eorum, quæ ſupraſcripta ſunt, facere curaverit. Cujuſve dolo malo jurejurando quis adactus eſt, quo adverſus Rempublicam faciat, cujuſve dolo malo exercitus populi Rom. in inſidias deductus, hoſtibuſve proditus erit; factumve dolo malo cujus dicitur, quo minus hoſtes in poteſtate populi Rom. veniant, cujuſve opera dolo malo hoſtes populi Rom. commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re adjuti erunt, ut ne ex amicis hoſtes populi Rom. fiant, cujuſve dolo malo factum erit, quo rex exteræ nationis populo Rom. minus obtemperet, cujuſque opera dolo malo factum erit, quo magis obſides, pecunia, juramenta hoſtibus populi Rom. dentur adverſus Rempublicam.

„ Item de eo quærito, qui confeſſum in judicio reum, & propter hoc in vincula conjectum emiſerit; item cujus ope, conſilio, dolo malo provincia, vel civitas hoſtibus prodita eſt. Qui ſtatuas, aut imagines imperatoris jam conſecratas conflaverint, aliudve quid ſimile admiſerint. Qui famoſos libellos ſcripſerint. Famoſi, qui jus accuſandi non habent, ad hanc accuſationem admittantur, itemque milites. Servi deferentes audiantur, & quidem dominos ſuos, & liberti patronos. Itemque mulieres accipiantur. Qui in reatu majeſtatis deceſſerit, niſi à ſucceſſoribus purgetur, hereditas fiſco vindicetur. Qui ex alia cauſſa legis Juliæ majeſtatis reus eſt, quam perduellionis, mortis crimine liberetur, qui perduellionis, capite puniatur.

Perduellionis autem reum Ulpianus interpretatur, hoſtili animo adverſus Rempublicam vel principem animatum; ita ut perduellionis crimen graviſſimum inter majeſtatis crimina videatur, & perduellio nunc non pœna graviſſima, ſed crimen graviſſimum ſit. Atque ex his quidem omnia ſunt apud eos, quos dixi, Juriſconſultos; de famoſis autem libellis apud Tacitum libro primo: „ Primus, *inquit*, Auguſtus cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis de majeſtate tractavit, commotus Caſſii Severi libidine, qua viros, fœminaſque illuſtres procacibus dictis diffamaverat; mox Tiberius conſultante Pompejo Macro Prætore, an judicia majeſtatis redderentur, exercendas leges eſſe reſpondit. *Item*: Legem Tiberius majeſtatis reduxit; cui nomen apud veteres idem, ſed alia in judicium veniebant; ſi quis proditione exercitum, aut plebem ſeditionibus, denique male geſta re majeſtatem populi Rom. minuiſſet; facta arguebantur, dicta impune erant. *Item Svetonius*: Sub idem tempus Tiberius conſulente Prætore, an judicia majeſtatis cogi juberet, exercendas eſſe leges reſpondit, & atrociſſime exercuit. Statuæ quidam Auguſti caput

„ dem-

„ dempſerat, ot alterius imponeret; acta res in Senatu, & quia ambigebatur, per tormenta quæſitom eſt; damnato reo paulatim hoc genus calumniæ eò proceſſit, ut hæc quoque capitalia eſſent, circa Auguſti ſimulachrum ſervum cecidiſſe, veſtem mutaſſe, nummo, vel annulo effigiem impreſſam latrinæ, aut lupanari intuliſſe; dictum ullum, factumve ejus exiſtimatione aliqua læſiſſe. Periit denique & is, qui honores in colonia ſua eodem die decerni ſibi paſſus eſt, quo decreti & Auguſto olim erant.

CAP. XXX.

De legibus ambitus.

AMbitum aotem appellarunt crimen illud, quo quis ſe in ambiendo magiſtratu obſtrinxit. Ambire vero erat petere, verum ſtudioſius impenſiuſque, quam mores, legeſque civitatis ferebant. Quoniam autem multis modis ambitus committi, legeſque in petendo magiſtratu poterant violari, propterea videtur faciendum, ut antequam leges latas de ambitu exponamus, partes ipſius ambitus eaquiramus. eaſque diſtinguere contendamus.

DE PARTIBUS ambitus. Eſt igitur intelligendum, omnem petitionis rationem poſitam fuiſſe in amicorum, & populi voluntate concilianda. Amicorum nomen latius in hoc genere patuit, quam in reliquæ vitæ conſuetudine; nam & propinqui, & neceſſarii, & omnino, qui aliquid voluntatis oſtenderunt, inter amicos habiti ſunt; popularis autem ratio quatuor habuit partes, nomenclationem, aſſiduitatem, blanditiam, & benignitatem. Utrunque eſt apud Q. Ciceronem in libro de petitione conſulatus: „ Petitio magiſtratuum, *inquit*, diviſa eſt in duarum rationom diligentiam, quarum altera in amicorum ſtudiis, altera in populari voluntate ponenda eſt. Hoc nomen amicorum in petitione latius patet, quam in reliqua vita; quiſquis eſt enim, qui oſtendat in re aliquid voluntatis, qui colat, qui domum ventitet, is in amicorum numero eſt habendus; ſed tamen qui ſunt amici ex cauſſa honeſtiore cognationis, aut affinitatis, aut ſodalitatis, aut alicujus neceſſitudinis, his carum, & jucundum eſſe maxime oportet; *& poſt*: Popularis autem ratio deſiderat nomenclationem, blanditiam, aſſiduitatem, & benignitatem; de quibus ſingulis exponamus. AMICOS igitur primum in petitione colendos exiſtimat; amicos autem vocat propinquos, neceſſarios, & qui aliquid oſtendunt voluntatis. Propinqui fuere, qui aut cognatione, aut affinitate conjuncti fuere. Neceſſarii, quos non ſanguis, ſed conſuetudo vitæ conjunxit, ut familiares, vicini, tribules, clientes, municipes, ejuſdem ſodalitatis, collegii, ſocietatis, & ordinis. Ac qui ceteri quidem fuerint, liquet. Sodalitates autem fuerunt, de quibus Cato apud Ciceronem loquitur: „ Primum habui ſemper ſodales. Sodalitates autem me quæſtore conſtitutæ ſunt ſacris Idæis Magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modice. Collegia vero opificum, artificumque ſodalitia dicta ſunt; quæ Numa rex inſtituit, ut in libris de jure civium Roman. eſt demonſtratum. Quia etiam collegia fuerunt Augurum, & Pontificum, & ejuſmodi Sacerdotum. Societates autem cœtus publicanorum fuerunt, qui in ſocietates diviſi vectigalia populi Rom. conduxerunt. Ordines autem fuere ſenatorius, equeſter, & plebis. Horum autem omnium ſtudia plurimum ad petitionem valuiſſe ſæpiſſime Cicero docuit. Qui vero aliquid voluntatis oſtenderunt, ii ferme aut ſalutatores, aut deductores, aut ſectatores, aut ſuffragatores fuerunt. De quibus item Quinctus hoc modo: „ Affectationis tres partes ſunt, una ſalutatorum, com domum veniunt, altera deductorum, tertia ſectatorum. In ſalutatotibus hoc efficiendum eſt, ut hoc ipſum minimum officium eorum tibi gratiſſimum eſſe videatur. Deductorum autem officium, quod majus eſt, quam ſalutatorum, hoc gratius tibi eſſe ſignificato, & quoad ejus fieri poſſit, certis temporibus deſcendito; magnam affert opinionem, magnam dignitatem quotidiana in deducendo frequentia. Tertia eſt ex hoc genere aſſidua ſectatorum copia; in ea, quos voluntarios habebis, cura, ut intelligant, te ſibi in perpetuum ſummo beneficio obligari; qui autem tibi debent, ab iis plane hoc munus exige, qui per ætatem, ac negotium poterunt, ipſi tecum ut aſſidui ſint; qui ſi ſectari non poterunt, neceſſarios ſuos in hoc munere conſtituant. Quibus ex verbis apparet, ſalutatores fuiſſe, qui prima hora domum petitoris venirent, ut ſalute dicta inde diſcederent; dedoctores, qui præterea tantiſper expectarent, dum illum domo exeuntem in forum deducerent, qui etiam obſervare dicebantur; ſectatores, qui aſſidui cum eo omnibus horis eſſent, ejuſque latera ſtiparent. Ac petitorum quidem morem fuiſſe, ut ſummo mane domi inambularent, ac ſui copiam ſalutatotibus facerent, ſignificat Cicero in ſexto epiſtolarum ad Atticum, cum inquit: „ Aditus ad me minime provinciales; nihil per cubicularium; ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. Sectatores autem homines obſcuros, ac tenues fuiſſe, indicat idem in oratione pro Murena diſputans contra Catonem: „ Noli, *inquit*, eripere hunc inferiori generi hominum fructum officii Cato; ſine eos, qui omnia à nobis ſperant, habere ipſos quoque aliquid, quod nobis tribuere poſſint; ipſi, ut ſolent loqui, non dicere pro nobis, non ſpondere, non vocare domum ſuam poſſunt; atque hæc à nobis petunt omnia; neque ulla alia re, quæ à nobis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari putant poſſe. Itaque legi Fabiæ, quæ eſt de numero ſectatorum, reſtiterunt.

NOMENCLATIO vero, quæ præcipua popularis rationis pars fuit, eam habuit vim, ut petitor ſuo queaque civem nomine appellaret, ac ſalutaret. Unde Quinctus ſcripſit: „ Primum ut homines noris, ſignifica, ut appareat, & auge, ut quotidie melius fiat. Fuit ergo illud in primis petitori elaborandum, ut ſingulos cives noſſet, eorumque nomina teneret; ſiquidem qui aut non tenet, aut oblitus eſt nomen alterius, is parum ejus rationem videtur ducere, teſte in Rhetoricis Ariſtotele. Quare cum Ap. Claudius Scipioni Æmiliano ſuo in cenſura competitori objiceret, quod is neminem civium noſſet, reſpondit Scipio, non mirandum id videri; ſe

Google

ſe enim dediſſe operam, ut à civibus ſuis A cognoſceretur, non ut ipſe eos cognoſceret. Unde dixit Quinctus: „ Quin incipiat Antonius homines adjungere, atque invitare „ ad amicitiam, quos per ſe ſuo nomine appellare non poſſit? mihi quidem ſtultius „ nihil videtur, quam exiſtimare, eum ſtudioſum tui, quem non noris. Sed quoniam in tanto populo, & tantis vitæ occupationibus fieri non poterat, ut æque omnes cogniti eſſent, hinc miniſtrum inſtituerunt, qui petitori nomina civium, ut quiſque occurrebat, ſuggereret, eumque nomenclatorem vocarunt. Eundem vero Cicero pro Murena monitorem appellat: „ Quid quod habes, „ *inquit*, Cato nomenclatorem? in eo qui- B „ dem fallis, ac decipis; nam ſi nomine ap„ pellari abs te cives tuos, honeſtum eſt, „ turpe eſt, eos notiores eſſe ſervo, quam „ tibi. Sin, ſi etiam noris, tamen per mo„ nitorem appellandi ſunt, cur non ante pe„ tis quam inſuſurravit? aut quid cum ad„ moneris, tamen quaſi tute noris, ita ſa„ lutas? Feſtus autem fartorem dictum tradit, quia clam veluti infarciret in aures candidati nomina ſalutandorum civium. Ceterum hunc his verbis deſcripſit Horatius:

Si fortunatum ſpecies, & gratia præſtat,
Mercemur ſervum, qui dictet nomina, lævum
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram C
Porrigere; hic multum in Fabia valet, ille Velina.
Cuilibet hic faſces dabit, eripietque curule
Cuilibet importunus ebur.

Suadet igitur, ut qui honoribus ſtudet, paret ſervum, qui dictet civium nomina, & lævo latere fodiendo admoneat petitorem officii ſui; nimirum cogat trans pondere dextram porrigere, id eſt, trans togam, quam ſcimus brachium cohibuiſſe, teſte in Vatinium Cicerone. Dum enim irent lentius dextris pondere togæ gravatis, admonebat eos nomenclator, ut dextra è toga exerta prenſarent; quod cum aliquo incommodo faciebant.

Jam vero quam BLANDITIAM in peti- D tione deſiderat Quinctus, idem ipſe declarat, cum ita præcipit fratri: „ Deinde, quod na„ tura non habes, induc in animum, ita ſi„ mulandum eſſe, ut natura facere videare; „ opus eſt magnopere blanditia, quæ etiam „ ſi vitioſa eſt, & turpis in cetera vita, ta„ men in petitione neceſſaria; tibi enim cum „ deteriorem aliquem aſſentando facit, im„ proba eſt, cum amiciorem, non tam vitu„ peranda, petitori vero neceſſaria eſt, cujus „ & frons, & vultus, & ſermo ad eorum, „ quoſcunque convenerit, ſenſum, & vo„ luntatem commutandus eſt. Blande autem appellare eſt non proprio nomine, ſed bone- E ſtiore ſalutare, ut patrem, aut fratrem, aut patronum; quod loco ſuperiore declaravit Horatius addens:

Frater, pater adde,
Ut cuique eſt ætas, ita quemque facetus adopta.

Hinc Auſonius ad Gratianum de conſulatu ab eo accepto: „ Conſul ego Imperator Auguſte „ munere tuo non prenſavi manus, non cum „ ſalutantium confuſus occurſu aut ſua ami„ cis nomina reddidi, aut aliena impoſui, „ tribus non circui, centurias non adulavi.

ASSIDUITATIS inde vis qualis fuerit, declarat idem Quinctus, cum ſubjicit: „ Aſſi„ duitatis nullum præceptum eſt, verbumque „ ipſum docet, quæ res ſit; prodeſt quidem „ vehementer nunquam deeſſe. Sed tamen „ hic fructus eſt aſſiduitatis, non ſolum eſſe „ Romæ, atque in foro, ſed aſſidue petere, „ ſæpe eoſdem appellare; non committere, „ ut quiſquam poſſit dicere, quod ejus fit, „ conſequi poſſis, ſi abs te non ſit rogatum, „ ac valde ac diligenter rogatum. Ex quo apparet, ad aſſiduitatem pertinere ambire, prenſare, ac rogare. Ambire erat circuire; unde ambitio, & ambitus nata ſunt, quod petitores, ut inquit Feſtus, *circum forum irent*; unde ſcripſit Valerius capite de verecundia: „ Conſulatum petens L. Craſſus cum „ omnium candidatorum more circum forum „ ſupplex populo ire cogeretur. Neque vero Romæ ſolum, & in foro ambibant, ſed etiam in conciliabulis Italiæ, in quibus cives multi negotiandi cauſſa verſari ſolebant. Prenſare autem erat rogandi cauſſa ſingulorum dextram prehendere; quod oſtendit idem, qui ſcripſit, Scipionem Naſicam ædilitatis repulſam tuliſſe, quod cum ruſtici cujuſdam manum ruſtico opere duratam prehendiſſet, quæſiverit, an manibus ambularet; & Plutarchus, qui in Coriolano prodidit, morem fuiſſe magiſtratum petentibus δεξιοῦσθαι τοὺς πολίτας, id eſt, dextram civium attingere; & Craſſus apud Ciceronem: „ Equidem cum peterem magi„ ſtratus, ſolebam in prenſando dimittere à „ me Scævolam, cum ei ita dicerem, me „ velle eſſe ineptum id quod erat petere „ blandius; quod niſi inepte non fieret, bene „ non poſſet fieri. Hinc Livius de Tarquinio Superbo rege cum peteret regnum, *circuiſſe, prenſaſſe minorum maxime gentium patres*; & de Decemviris: „ Tanta exarſit „ ambitio, ut primores quoque civitatis „ prenſarent homines honorem ſuppliciter „ petentes. Rogare porro erat precibus petere, ac beneficium repoſcere. De precibus teſtis eſt Cicero pro Plancio: „ Si populus „ tecum congrediatur, hæc dicat: Ego tibi „ Laterenſis Plancium non anteipoſui; ſed „ cum eſſetis æque boni viri, meum benefi„ cium potius ad eum detuli, qui à me con„ tenderat, quam ad eum, qui mihi minus „ ſummiſſe ſupplicarat; ſemper ſe dicet ro„ gari voluiſſe. De commemoratione beneficii Livius, qui inquit, Superbum regnum petentem *patres admonuiſſe paterni beneficii*. Atque in hoc quidem munere ſupplicationis, aut admonitionis aut ipſi verſabantur, aut alios claros viros adhibebant, qui vices ſuas ſuſtinerent, qui ſuffragatores dicti ſunt. Hi vero cum virtutes petitorum populo commemorabant, tum vero beneficia accepta exponebant; quod indicat Cicero pro Murena: „ In Conſule declarando multum „ apud univerſum populum Rom. auctorita„ tis habet ſuffragatio militaris; quare gra„ vis eſt illa oratio, me ſaucium recreavit, „ me præda donavit, hoc duce caſtra cepi„ mus, ſigna contulimus; & pro Plancio, cum ſe ei petenti affuiſſe ſcribit: „ Aliquid „ præterea non opibus, non invidioſa gra„ tia, ſed commemoratione beneficii, ſed „ precibus aliquid attulimus etiam nos; ap„ pellavi populum; tribubus ſubmiſi me, & „ ſupplicavi; ultro mehercules ſe mihi etiam „ offerentes, ultro pollicentes rogavi; valuit „ cauſſa rogandi, non gratia; neque ego ſic „ rogabam, ut petere viderer, quia familia-

„ ris eſſet meus, quia vicinus, quia parente „ ejus ſemper plurimum eſſem uſus, ſed ut „ quaſi parenti, & cuſtodi meo. Sic accepimus à Livio, Ap. Claudium conſularem rogaſſe pro P. Claudio fratre, L. Flamininum pro Tito, P. Naſicam pro Africano patruele, Catonem pro Flacco cenſorem competitore; apud Plutarchum vero legimus P. Scipionem pro C. Lælio, C. Gracchum pro C. Fannio; apud Ciceronem Q. Metellum Pium pro Q. Callidio. Idem ſcribit Valerius: „ Ciccrejus, „ *inquit*, ut vidit omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri, templo deſcendit, abjectaque candida toga competitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit.

Attulit etiam aliquid ad hanc rationem TOGA CANDIDA, quam induiſſe petitores perſpicuum eſt, unde ipſi candidati vocati. Docet hoc præter cæteros Macrobius: „ Mos „ fuit, *inquit*, petitoribus, ut ſumpta can„ dida toga nundinis in Comitium venirent, „ & in colle conſiderent, unde coram poſ„ ſent ab univerſis videri. Narrat etiam Plutarchus in Coriolano, petitores, cum in campum deſcenderunt, tunicam depoſuiſſe, ſive, quemadmodum idem inquit in Quæſtionibus, ne in ſinu pecuniam geſtare poſſent, qua ſuffragia emerent, ſive ut cicatrices adverſo pectore acceptas commodius poſſent oſtendere omnibus, qui occurrerent, aut quemadmodum prenſationibus, & ſupplicationibus, ſic etiam habitu, & nudatione corporis ſe deprimerent.

Sequitur BENIGNITAS, quæ poſita fuit in conciliando populo, congiariis dandis, prandiis præbendis, gladiatoribus exhibendis, locis parandis, & pecuniis dividendis. De congiariis teſtis eſt Livius, ubi loquitur de comitiis cenſoris M. Acilii Glabrionis: „ In hunc maxime, quod multa con„ giaria habuerat, quibus magnam partem ho„ minum obligarat, favor ſe populi inclinatat. De conviviis ſic Quinctus: „ Benignitas late „ patet, & eſt in re familiari, quæ quan„ quam ad multitudinem pervenire non po„ teſt, tamen ab amicis laudatur, & multi„ tudini grata eſt, eſt in conviviis, quæ fa„ cere abs te & amicis tuis concelebrentur, „ & paſſim, & tributim. De muneribus gladiatorum extat teſtimonium in oratione pro Muræna, in qua orator gladiatores datos populo à Muræna, à Sulpicio neglectos plurimum Murænæ ad conſulatum profuiſſe, Sulpicio obfuiſſe contendit. Quin etiam in iis muneribus dandis multos conſumpſiſſe patrimonia conſtat, ut de Milone, & Q. Gallio ſcribit Aſconius. Fuiſſe etiam multos, qui locis tribulibus ſuis, cum gladiatores darentur, in foro commodandis gratiam eorum quæſiverint, poſt apparebit. Quin etiam poſtremis temporibus conſuetudo obtinuit, ut præſenti pecunia populi ſuffragia emerentur, ad eamque rem miniſtri adhiberentur, nempe interpretes, ſequeſtres, & diviſores. Interpretes, teſte Aſconio, erant, per quos pactio inducebatur; ſequeſtres, apud quos pecunia deponebatur; diviſores, qui ſingulis nummos diſtribuebant. Unde dixit Quinctus: „ Si ſequeſtribus metum in„ jicimus, diviſores ratione aliqua coerce„ mus, perfici poteſt, ut largitio nulla fiat; & Marcus contra Verrem: „ Unum illud „ ex hominibus certis reperiebam, fiſcos „ complures cum pecunia Siciliensi à quo„ dam Senatore ad equitem Rom. eſſe trans„ latos; ex his quaſi decem ad Senatorem „ illum relictos eſſe comitiorum meorum „ nomine; diviſores omnium tribuum noctu „ ad iſtum vocatos; ex quibus quidam, qui „ ſe omnia mea cauſſa debere arbitrabatur, „ eadem illa nocte ad me venit; demonſtrat „ qua oratione iſte uſus eſſet, commemoraſſe „ iſtum, quam liberaliter eos tractaſſet, etiam „ ante cum iſte præturam petiiſſet, & pro„ ximis Conſularibus, Prætoriiſque comitiis; „ deinde eſſe pollicitum, quantum vellet pe„ cuniæ, ſi me ædilitate dejeciſſent; hoc „ alios negaſſe audere, alios reſpondiſſe, non „ putare id perfici poſſe; inventum tamen „ eſſe fortem amicum ex eadem familia Q. „ Verrem Romilia, ex optima diviſorum „ diſciplina, patris iſtius diſcipulum, qui „ ſeſtertium quingentis millibus depoſitis id „ ſe perfecturum polliceretur; & Antonius ad Gratianum de Conſulatu ſuo: „ Nihil „ cum ſequeſtre depoſui, cum diſtributore „ nihil pepigi.

Præter profuſam benignitatem adhibita eſt in comitiis, ultimis præſertim Reipublicæ temporibus, quaſi vis quædam, quæ quia ſodalibus contractis adhibebatur, proprio nomine SODALITIORUM eſt appellata. Sodales autem hoc in loco erant quaſi ejuſdem factionis, & coitionis. Si quis autem tribules decuriaſſet, & conſcripſiſſet, ut corrumperet populum, quoniam multitudine cogere videbatur, vis videbatur, quoniam pecunia contendebat, ad ambitum pertinebat; erant tamen ſodalitia ab ambitu diverſa; nam in ſodalitiis per ſodales decuriatos, & conſcriptos res agebatur, in ambitu per ſequeſtres, & diviſores. Itaque ſcriptum eſt apud Aſconium, Milonem eodem tempore de ambitu, & de ſodalitiis apud diverſos quæſitores, & à diverſis accuſatoribus eſſe poſtulatum, & Mamertinus dixit ad Julianum Imperatorem: „ An vero ſi centuriatis comitiis Conſul „ creatus eſſem, glorioſius mihi univerſi po„ puli ſuffragiis declaratus viderer? minime; „ ſiquidem etiam illis priſcis temporibus „ multorum ambitu fuit campus infamis; „ nota diviſorum flagitia, notæ libellorum „ præſtigiæ, tum operatum ad vim, & ſedi„ tionem manus emptæ. Sodalitates etiam ad ambitum pertinere, oſtendit Cicero pro Plancio, cum inquit: „ Hoc igitur ſenſi„ mus, cujuſcunque tribus largitor eſſet, & „ per conſenſionem magiſtrorum, quam„ quiſque tribum turpi largitione corrumpe„ ret, eum maxime iis hominibus, qui ejus „ tribus eſſent, eſſe notum; magiſtros autem vocat diviſores, quos Plautus, teſte Aſconio, magiſtros curiarum vocavit; ad vim autem ſpectaſſe, cum addit: „ Decuriatio tribu„ lium, deſcriptio populi, ſuffragia largi„ tione devincta ſeveritatem Senatus, & „ bonorum omnium vim, ac dolorem exci„ tarunt; doce decuriaſſe Plancium, con„ ſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronunciaſſe, „ diviſiſſe. Præclare. Decuriatio enim, & deſcriptio populi ad vim adhiberi ſolebat; ut pro Sextio: „ Homines vicatim deſcri„ bere, ac decuriare; *& pro domo*: Cum de„ ſperatis ducibus decuriatos, & deſcriptos „ haberes exercitus perditorum; *& in II. „ Philippica*: Cujus etiam familia res de vi „ condemnati ſunt, quod tui nimis ſtudioſi „ fuiſſent; *& pro Plancio*: Ego Plancium

„ ha-

„ habuiſſe in petitione multos cupidos ſui „ gratioſos dico, quos tu ſi ſodales vocas, „ officioſam amicitiam nomine inquinas cri- „ minoſo; Jam, ut ego doceo, gratioſum „ eſſe tribulibus Plancium, ſic tu doce, ſe- „ queſtrem fuiſſe, largitum eſſe, conſcripſiſſe, „ tribules decuriaviſſe. Ac de ambitu qui dem, & partibus ejus hactenus.

LEX DE AMBITU VETUS. Leges autem, quibus ejuſmodi crimen eſt vindicatum, multæ fuerunt. Primæ legis, quæ ad ambitum pertineret, mentio eſt apud Li vium libro IV., L. Pinario, L. Furio Tri bunis militum Conſulari poteſtate anno CCCXXII. qua togæ candidæ uſus eſt inter dictus: „ Placuit, *inquit*, Senatui tollendæ „ ambitionis cauſſa Tribunos legem promul „ gare, ne cui album inveſtimentum addere „ petitionis cauſſa liceret; vicerunt Tribuni, „ ut legem perferrent. Hanc tamen legem obſervatam non eſſe, ſatis conſtat.

LEX POETELIA. Livius tamen de am bitu primum latum eſſe C. Fabio, & C. Plautio Coſs. ſcribit anno CCCXCVIII. ad verſus eos, qui nundinas, & conciliabula prenſandi cauſſa obirent: „ De ambitu, *in- „ quit*, à C. Pœtelio Tribuno pl auctoribus „ patribus tum primum latum ad populum „ eſt; eaque rogatione novorum maxime ho- „ minum ambitionem, qui nundinas, & con- „ ciliabula obire ſoliti erant, compreſſam „ credebant. Verum & hanc legem tacito poſt conſenſu abrogatam exiſtimare poſſumus, quippe cum petitores magiſtratuum etiam in provincias ad coloniarum, & municipiorum gratiam colligendam, accurriſſe conſtet; anno inde CDXXXIX. C. Mænium Dictatorem quæſtiones exercuiſſe ſcribit adverſus eos, qui magiſtratuum petendorum cauſſa coitio nes feciſſent, quod adverſus Rempublicam eſſent.

LEX BÆBIA, ÆMILIA. Poſt autem anno DLXXI. lex de ambitu lata eſt à M. Bæbio, L. Æmilio Coſs. ut ſcribit Livius; verum cujus ſententiæ eæ fuerint, neque ipſe addit, neque ego affirmare poſſum. Fieri au tem poteſt, ut Æmilius tuliſſet legem adverſus ſuffragationes, & coitiones. Nam triennio ante Ap. Claudius conſul ſuffragatorem ſe Publio fratri novo exemplo addiderat, & poſtero anno magnæ in cenſuræ petitione contentiones, & coitiones exarſerant. Lex autem Bæbia præcipue adverſus largitores videtur lata; ſiquidem Cato in ea oratione, qua legem Bæbiam defendit, teſte Nonio, ſic dixit: „ Pecuniam, inlargibo tibi; *& Feſtus*: „ Cato in diſſuaſione ne lex Bæbia derogare- „ tur: Hoc potius agam, quod hic rogat.

LEX CORNELIA, FULVIA. Anno inde DXCIV. lex de ambitu lata eſt Conſulibus Cn. Cornelio Dolabella, & M. Fulvio Nobiliore, teſte Livio in epitomis. Puto vero hac primum lege capitali pœna cautum eſſe, ne ſuffragia donis, ac pecuniis emerentur. Scribit tamen Plutarchus in Coriolano, ſe neſcire, quis primus populum largitione corruperit; ſero tamen largitionem factitatam, ſatis conſtare. Itaque ad eadem tempora illud pertinet Polybii, qui ſcribit, ætate ſua ambitum capitalem fuiſſe, id eſt, exilii pœna vindicatum eſſe; & quod eſt apud Plinium libro XXXV. Q. Coponium ambitus damnatum, quod vini amphoram dediſſet ei, cui ſuffragii latio erat.

LEGES ALIÆ INCERTÆ. Poſtquam autem populus in mandandis magiſtratibus uti tabella cœpit, quod lege Gabinia fieri cœptum eſſe anno DCXIV. alio loco docuimus, tum leges illæ latæ ſunt, quarum Cicero meminit in tertio de legibus: „ Ne quis „ tabellam inſpiceret, ne rogaret, ne appel- „ laret; quibus legibus ſtudia ſuffragatorum „ ſublata eſſe; inquit, qui eam ſedulitatem in campum afferebant, ut quos rogarent, eorum etiam tabellam, ne forte deciperentur, vellent inſpicere.

LEX MARIA. C. inde Marium Tribunum plebis legem tuliſſe de ambitu anno DCXXXIV., ex Plutarcho elicitur. Ea lex, ut ibidem ſcribit Cicero, pontes in comitiis fecit anguſtos, nempe ne cui ſuffragatori ad rogandum locus in iis pateret. Ceterum qua lege quæſtio ambitus perpetua conſtituta, & proprium Prætorem adepta ſit, eſt obſcurum. Latam autem per hæc tempora facile crediderim. Siquidem an. DCXXXIX., cum una petiiſſent Conſulatum P. Rutilius, & M. Scaurus, ut eſt in Bruto, non Rutilius ſolum, qui repulſam tulerat, accuſavit ambitus deſignatum competitorem, ſed Scaurus etiam abſolutus Rutilium. Nec multo poſt C. Marius, ut addit Plutarchus, cum in præturæ petitione repulſus eſſet, accuſatus eſt de ambitu, quia Caſſius Sabaconis amici ſervus intra ſepta conſpectus eſſet inter eos, qui ſuffragium ferrent. Marius autem excuſavit, ſe frigidam, cum æſtuaret, ab eo petiiſſe bibendi cauſſa. Quin etiam idem narrat, ſextum ab eo Conſulatum pecunia eſſe emptum, & L. Syllam in prætura repulſam paſſum, poſt, corruptis pecunia tribubus, eam eſſe adeptum.

LEX FABIA. Per hæc etiam tempora lex Fabia promulgata eſt de numero ſectatorum, eaque à populo repudiata. Itaque Cicero pro Murena dixit: „ Teoutores legi Fa- „ biæ de numero ſectatorum reſtiterunt.

LEX ACILIA, CALPURNIA. Anno inde DCXCVII., M'. Acilio Glabrione, & C. Calpurnio Piſone Coſs. lex alia eſt lata; de qua ſic ſcribit Dio: „ Lex ab Acilio Gla- „ brione promulgata eſt de ambitu, ut qui „ ejus damnati eſſent, iis neque magiſtratum „ capere, neque in Senatum legi liceret, & „ pecunia multarentur; nam poſt Tribuni- „ ciam poteſtatem reſtitutam, cum multi Se- „ natu moti à cenſoribus eum ordinem re- „ cuperare cuperent, de omnibus magiſtrati- „ bus varias coitiones, & conſpirationes fa- „ ciebant; legem autem promulgarunt Con- „ ſules, non quod ab ambitu alieni eſſent, „ ſiquidem & ipſi alieno ſtudio, & magna „ contentione magiſtratum eum adepti erant; „ & Piſo ambitus accuſatus vix evaſerat, ſed „ à Senatu coacti, quia C. Cornelius Tribu- „ nus pl. acerbiſſimas ambitus reis pœnas „ conſtituere cogitarat, idque maxime popu- „ lo approbante. Senatus autem intelligebat, „ immodicarum pœnarum denunciatione ho- „ minibus terrorem injici, ſed neque qui ac- „ cuſarent, neque qui condemnarent, reper- „ tum iri; modicis autem pœnis propoſitis „ neque accuſatores, neque judices defuturos. Itaque cum ante comitia lex nulla „ ferri poſſet, atque interea candidati multa „ facinora perpetraſſent, ut ne à cædibus qui- „ dem abſtinerent, decreverunt, ut contra „ hos etiam lex ferretur; denique tanta cura

„ ca-

„ caverunt, nequis largitionibus ſe corrumpi
„ fineret, ut præter pœnas alias, quas dam-
„ natis conſtituebant, accuſatoribus etiam
„ honores proponerent. Hæc Dio; quæ etiam
confirmantur ab aliis. Nam Cicero defendens
Cornelium, inquit: „ Cum ambitum videret
„ populus Rom. & à Tribunis pl. doceretur,
„ niſi pœna acceſſiſſet in diviſores, extingui
„ nullo modo poſſe, legem hanc Cornelii
„ flagitavit, illam, quæ ex S. C. ferebatur,
„ repudiavit; *& alio loco*: At enim extremi,
„ ac difficillimi temporis vocem illam C.
„ Corneli Conſulem mittere coëgiſti, qui
„ Rempublicam ſalvam eſſe vellent, ut ad
„ legem accipiendam adeſſent. Quæ verba
exponens Aſconius inquit: „ C. Piſo, qui
„ Conſul eodem anno fuit, quo Cornelius
„ Tribunus pl. erat, cum legem de ambitu
„ ex S. C. graviorem, quam antea, ferret,
„ & propter multitudinem diviſorum, qui
„ per vim adverſabantur, è foro ejectus eſ-
„ ſet, edixerat, id quod Cicero ſignificat;
„ & majore manu ſtipatus ad legem perfe-
„ rendam acceſſerat; *& alibi*: Legem tulit
„ C. Calpurnius Piſo Conſul, in qua præter
„ alias pœnas pecuniaria quoque erat adjecta;
& pro Murena: „ Legem ambitus flagitaſti,
„ quæ tibi non deerat; erat enim ſeveriſſime
„ ſcripta Calpurnia. Honores autem, quos
accuſatoribus conſtitutos ſcribit Dio, hi ſunt;
primum ille, de quo Cicero in Cluentiana,
quam habuit anno ſequenti: „ P. Popillius,
„ & T. Gutta, qui cauſſam de ambitu dixe-
„ runt, qui accuſati ſunt ab iis, qui erant
„ ipſi ambitus condemnati; quos ego non
„ iccirco eſſe arbitror in integrum reſtitutos,
„ quod planum fecerint, illos ob rem judi-
„ candam pecuniam accepiſſe, ſed quod ju-
„ dicibus probarint, quod in eodem genere,
„ in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſ-
„ ſent, ſe ad præmia legis venire oportere;
& ibidem: „ Deinde ſi tanta vis fuit iſtius
„ criminis, ut qua quiſque lege ex illis judi-
„ cibus reus factus eſſet, tamen hac plaga
„ periret, cur in tanta multitudine accuſato-
„ rum, tantis præmiis ceteri rei facti non ſunt?
Deinde alter ille in Corneliana Balbi: „ Ob-
„ jectum eſt etiam, quod in tribum Cruſtu-
„ minam pervenerit; quod hic aſſecutus eſt
„ legis de ambitu præmio. Neque vero ac-
cuſatores hujus legis præmio magiſtratum
eorum, quos damnaſſent, adepti ſunt; exem-
plo ſunt Torquatus, & Cotta, qui in Autro-
nii, & Syllæ Conſulum deſignatorum locum
facti ſunt, cum illi de ambitu eſſent damna-
ti; non enim T. Torquatus, qui Conſul fa-
ctus eſt, accuſavit, ſed filius ejus Lucius;
ſic enim ſcribit Cicero de finibus II. „ L.
„ Torquatus adoleſcentulus eripuit P. Syllæ
„ Conſulatum, eumque ad patrem ſuum
„ retulit. Hac ergo Calpurnia lege damna-
tus fuit P. Sylla, Lepido, & Tullo Coſs. ut
Cicero pro Sylla docuit: „ Abfuit ab oculis
„ veſtris, & cum lege retineretur, ipſe ſe
„ exilio pæne multavit.

LEX TULLIA. Deinde L. Cæſare, C.
Figulo Coſſ. cum in dies licentia ambitus
augeretur propter præcipuam Catilinæ, &
Antonii audaciam, cenſuit Senatus ut lex
ambitus etiam cum pœna ferretur, eique
rei Q. Mucius Oreſtinus Tribunus pl. inter-
ceſſit, auctore Aſconio in orationem in toga.
Quod neſcio an ſenſerit Cicero, cum pro
Muræna dixit: „ Itaque tenuiores & legi
„ Bæbiæ, quæ eſt de numero ſectatorum, &
„ Senatus-conſulto, quod eſt L. Cæſare Con-
„ ſule factum, reſtiterunt. Cicerone inde,
Antonioque Conſulibus commemoratur Sena-
tus-conſultum, & lex Tullia lata de ambitu;
Senatus-conſultum in oratione pro Muræna:
„ Dixiſti, Senatus conſultum me referente
„ eſſe factum, ſi mercede conducti obviam
„ candidatis iſſent, ſi conducti ſectarentur,
„ ſi gladiatoribus vulgo locus tributus, &
„ item prandia ſi vulgo eſſent data, contra
„ legem Calpurniam factum videri. Lex ve-
ro in oratione in Vatinium: „ Cum mea
„ lex dilucide vetet, biennio, quo quis pe-
„ tat, petiturusve ſit, gladiatores dare, niſi
„ ex teſtamento præſtituta die, quæ tanta in
„ te eſt amentia, ut in ipſa petitione gladia-
„ tores audeas dare? Hac vero lege damna-
tis etiam exilium fuit intentatum; ut ſcribit
Dio inquiens: „ Cum Catilina Conſulatum
„ peteret; ejuſque aſſequendi cauſſa nihil in-
„ tentatum relinqueret, ex auctoritate Sena-
„ tus latum, ut qui de ambitu condemna-
„ rentur, ii præter aliam pœnam decennali
„ exilio (19) multarentur: Cicerone Conſule
auctore. Itaque Cicero ipſe contra Sulpicium
dixit: „ Legem ambitus flagitaſti, quæ tibi
„ non deerat; erat enim ſeveriſſime ſcripta
„ Calpurnia; mos eſt geſtus dignitati, & vo-
„ luntati tuæ; pœna gravior in plebem tua
„ voce efflagitata eſt, exilium in noſtrum
„ ordinem; conceſſit Senatus poſtulationi
„ tuæ, morbi excuſationi pœna addita eſt;
„ voluntas offenſa multorum, quibus aut con-
„ tra valetudinis commodum laborandum
„ eſt, aut incommodo morbi etiam reliquæ
„ vitæ fructus relinquendi. Eadem vero in
lege continebantur etiam diviſorum indicia,
pecuniæ deprehenſæ, ſectatorum multitudo,
prandia data, centuriæ deſcriptæ, locus gla-
diatoribus datus; quando quidem hæc ut Mu-
rænæ ambitus reo objecta purgat Cicero; ſic
enim inquit: „ Senatus num obviam prodire
„ crimen putat? non, ſed mercede; num ſe-
„ ctari multos? non, ſed conductos; num
„ locum ad ſpectandum dare? aut ad pran-
„ dium invitare? minime; ſed vulgo paſſim;
„ quid eſt vulgo? univerſos. Non igitur ſi
„ L. Natta in equitum centuriis voluit eſſe
„ gratioſus, idem erit ejus vitrico fraudi,
„ aut crimini; aut ſi virgo Veſtalis hujus
„ propinqua locum ſuum gladiatorium con-
„ ceſſit huic, non & illa pie fecit, & hic à
„ culpa remotus eſt?

LEX AUFIDIA. Biennio inde poſt, Meſ-
ſalla, & Piſone Coſs. lex ab Aufidio Lurco-
ne Tribuno pleb. promulgata eſt, ſeverior
etiam, quam Tullia. Ejus meminit Cicero
in epiſtolis ad Atticum, de Afranio loquens,
cui Pompejus Conſulatum emerat, teſte in
Catone minore Plutarcho: „ Nunc eſt expe-
„ ctatio comitiorum, in quæ omnibus invi-
„ tis trudit noſter Magnus Afranium, atque
„ in eo neque auctoritate, neque gratia pu-
„ gnat, ſed quibus Philippus omnia caſtella
„ expugnari poſſe dicebat, in quæ modo
„ aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere; Con-
„ ſul autem ſuſcepiſſe negotium dicitur, &
„ domi diviſores habere; quod ego non
„ credo; ſed Senatus conſulta jam duo facta
„ ſunt

(19) Tum primum exilium inter pœnas Romanas receptum.

„ ſunt odioſa, quod in Conſulum ſacta pu- A
„ tantur, Catone, & Domitio poſtulante,
„ unum, ut apud magiſtratus inquiri liceret,
„ alterum, qui domi diviſores haberent, ad-
„ verſus Rempublicam videri facere. Lurco
„ autem Tribunus pl. ſolutus eſt Ælia &
„ Fuſia, ut legem de ambitu ferret, quam
„ ille promulgavit; novi eſt in lege hoc, ut
„ qui nummos in tribu pronunciaverit, ſi
„ non dedit, impune ſit; ſin dederit, ut quo
„ ad vivat, ſingulis tribubus ſeſtertium
„ XXX. debeat. Sequenti tamen anno Afra-
nio, & Metello Coſs. *C. Cæſar*, ut inquit
Svetonius, *è duobus Conſulatus competitoribus*
L. Lucceji, Marcoque Bibulo, Lucceium ſibi ad-
junxit, pactus ut is, quoniam inferior gratia B
eſſet, pecuniaque polleret, nummos de ſuo com-
muni nomine pronunciaret; qua re cognita opti-
mates, quos metus ceperat, nihil non auſurum
eum in ſummo magiſtratu, & conſentiente col-
lega, auctores Bibulo fuerunt tantundem polli-
cendi, ac plerique pecunias contulerunt, ne Ca-
tone quidem abnuente, eam largitionem è Repu-
blica fieri.

LEX LICINIA. Lex inde lata eſt Lici-
nia de ſodalitiis Cn. Pompejo, & M. Licinio
Craſſo Conſulibus anno DCXCVII. Hanc
autem rem his ego conjecturis elicio. Priore
anno, nempe Philippo & Marcellino Con-
ſulibus, Cicero ſic ſcribit ad fratrem: „ IV.
„ Idus Februarias Sextius ab indice Cn. Ne- C
„ rio de ambitu poſtulatus, & à quodam M.
„ Tullio de vi; eo die S. C. factum, ut ſo-
„ dalitates, decuriatique diſcederent, lexque
„ de iis ferretur, ut qui non diſceſſiſſent, ea
„ pœna, quæ eſt de vi, tenerentur. Sequen-
ti vero anno Cn. Pompejus, & M. Licinius
Craſſus, ut ſcribit Dio, pœnam graviorem
conſtituerunt adverſus eos, qui largitionem
feciſſent; quaſi vero ipſi minus deliquiſſent,
quod non pecunia, ſed vi magiſtratum ade-
pti eſſent. Hac lege cauſam dixit poſtero an-
no L. Plancius. Itaque cum in defenſione
ejus dixit Cicero: „ Comitia Plancii ædili-
„ tatem petentis primum habere cœpit Con-
„ ſul harum ipſarum legum ambitus auctor; D
Conſulem legum ambitus auctorem intelligit
M. Licinium Craſſum. Poſt Plancium inde
M. Cœlius, de quo in oratione: „ Haud
„ ſcio an de ambitu, an de criminibus iſtius
„ ſodalium, ac ſequeſtrium ſimiliter reſpon-
„ dendum putem; & ſequenti anno Milo, de
quo Aſconius: „ Milo de ambitu ab Appiis,
„ de vi à L. Cornificio, de ſodalitiis à Ful-
„ vio poſtulatus eſt; erat autem poſtulatus
„ de ſodalitiis, & ambitu ea ſpe, quod pri-
„ mum judicium de vi futurum apparebat,
„ quo eum damnatum iri confidebat, nec
„ poſtea reſponſurum; ſodalitia vero ſupra
diximus tribules decuriatos, populum deſcri-
ptum, & ſodales ad vim faciendam paratus E
eſſe complexa; quin etiam coitionem cum
petitoribus comprehendiſſe, oſtendit Cicero
pro Plancio, cum inquit: „ Dubitabitis,
„ quin coitio facta ſit, cum tribus pleraſque
„ cum Plotio tulerit Plancius? & nummo-
rum diviſionem, cum addit: „ Illud vero
„ crimen de nummis, quos in circo Flami-
„ nio deprehenſos eſſe dixiſti, caluit re re-
„ centi, nunc in cauſſa refrixit: neque enim
„ qui illi nummi fuerint, nec quæ tribus,
„ nec qui diviſor, oſtenderis; & exilii pœ-
nam, cum addit: „ Nunc poſtulatur à vobis,
„ ut ejus exilio, qui creatus ſit, judicium

„ populi Rom. reprehendatis. Quin etiam
eadem lex ipſos judices edi ab accuſatore
ſine rejectione voluit; ſic enim idem agit:
„ Veniamus ad cauſſam, in qua tu nomine
„ legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitiis, om-
„ nes ambitus legis complexus es; neque
„ enim quidquam aliud in hac lege, niſi edi-
„ titios judices es ſequutus, quod genus ju-
„ diciorum, ſi eſt æquum, nulla in re, niſi
„ hac tribuaria, non intelligo, quamobrem
„ Senatus hoc uno in genere tribus edi vo-
„ luerit ab accuſatore, neque eandem editio-
„ nem tranſtulerit in ceteras cauſſas; de ipſo
„ denique ambitu, rejectione fieri voluerit
„ judicium alternorum; cumque nullum ge-
„ nus acerbitatis prætermitteret, hoc tamen
„ unum prætereundum putarit. Quorum
verborum hæc videtur ſententia: Lex Lici-
nia in eos erat lata, qui ſodalitia, & qui
ambitum commiſiſſent: de ſodalitiis judices
edi ab accuſatore voluerat ſine rejectione; de
ambitu judices ſorte legi, rejectione reo, &
accuſatori permiſſa. Inquit ergo: Tu nomine
legis Liciniæ de ſodalitiis complecteris om-
nes ambitus, qui in lege Liciniæ continentur,
nec de ſodalitiis quidquam attingis, niſi edi-
tos judices, qui edititii judices ſi non conve-
niunt, niſi cum tribus corruptæ ſunt, non
intelligo, cur magis judices edi voluerit Se-
natus, cum corruptæ ſunt à ſodalibus, quam
cum corrumpuntur à diviſoribus, & cur in
ſodalitiis rejici judices noluerit, in ambitu
vero de rejectione judicum fieri voluerit al-
ternorum, id eſt, accuſatoris, & rei, & cum
nullum genus acerbitatis permitteret, quo
ambitum caſtigaret, hoc tamen prætermiſe-
rit? Itaque paullo poſt ita invehitur: „ Tu
„ deligas ex omni populo aut amicos tuos,
„ aut inimicos meos; deinde effundas repen-
„ te, ut ante conſeſſum eorum videam, quam
„ potuerim, qui eſſent futuri, ſuſpicari, apud
„ eoſque me ne quinque quidem rejectis,
„ quod in proximo reo de conſilii ſententia
„ conſtitutum eſt, cogas cauſſam de fortunis
„ omnibus dicere? an vero nuper clariſſimi
„ cives nomen editi judicis non tulerunt,
„ cum ex centum viginti quinque judicibus
„ principibus equeſtris ordinis, quinque &
„ ſeptuaginta reus rejiceret, quinquaginta
„ referret, omniaque potius permiſcuerunt,
„ quam ei legi, conditionique parerent, nos
„ neque ex delectis judicibus, ſed ex omni
„ populo, neque editos ad rejiciendum, ſed
„ ab accuſatore conſtitutos judices ita fere-
„ mus, ut neminem rejiciamus?

LEX POMPEJA. Verum ne lex quidem
Licinia profuiſſe quidquam ad coërcendum
ambitum videtur. Siquidem Domitio &
Claudio Coſs. id eſt, proximo ſecundum
Craſſum, & Pompejum Conſules anno ſcribit
Cicero ad fratrem: „ Ambitus redit imma-
„ nis; nunquam fuit par. Idibus Quinctilis
„ fœnus fuit ZZ ex Z coitione Memmii
„ quam cum Domitio habuit, & quæ ſe-
quuntur; & poſt: „ De ambitu poſtulati
„ ſunt omnes, qui Conſulatum petunt, à
„ Memmio Domitius, à Q. Curtio Mem-
„ mius, à Q. Pompejo Meſſalla, à Triario
„ Scaurus; magna res in motu eſt, propte-
„ rea quod aut hominum, aut legum interi-
„ tus oſtenditur; opera datur, ut judicia ne
„ fiant. Satis etiam conſtat, poſtero anno
magnam inter Conſulatus competitores Sci-
pionem, Hypſæum, & Milonem contentio-

nem fuiſſe, cum non ſolum largitione profuſa, ſed etiam factionibus armatorum ſuccincti peterent, ut inquit Aſconius. Quo anno comitiis extractis, eum Kal. Januariis nulli eſſent Conſules, inde V. Kalendas Martias per interregem Cn. Pompejus ſolus Cunſul creatus ſtatim iniit, & poſt diem tertium de legibus novis ferendis retulit; duas ex Senatus-conſulto promulgavit, unam de vi, alteram de ambitu; pœnam graviorem, & formam judiciorum breviorem; utraque enim lex teſtes prius dari, deinde uno die, atque eodem ab accuſatore, & ab reo perorari jubebat, ita ut duæ horæ accuſatori, tres reo darentur. Addit præterea Dio, Pompejum legiſſe omnes homines, ex quibus judices ſorte ducendi eſſent, & certum patronorum numerum ſtatuiſſe utrique parti, & laudatores ſuſtuliſſe; adverſus autem eos, qui ambitum feciſſe arguerentur; eos quoque, qui ſimili de cauſſa poſtulati fuerant, accuſarores conſtituiſſe magno præmio propoſito; nam quicunque duos reos feciſſent, atque unum damnaſſent, ei impunitatem dediſſe. Unde ſcripſit Aſconius: „ Milo factus reus ambitus apud Torquatum abſens damnatus eſt; „ illa quoque lege accuſator fuit ejus Ap. „ Claudius, & eum ei præmium lege daretur, negavit; poſt paucos quuque dies Milo apud Favonium quæſtorem de ſodalitiis „ damnatus eſt, accuſatore P. Fulvio, cujus „ lege præmimm datum eſt. Plutarchus item latum à Pompejo ſcribit, ne laudatores darentur, & numerum judicum centum ſexaginta prodit. At Aſconius inquit, Pompejum trecentos ſexaginta ax ampliſſimo cenſu legiſſe, ex quibus ſorte ducendi erant in quaque quæſtione. Eodem anno ob eam cauſtam S. C. factum narrat Dio, ne quis Conſularis, aut Prætorius provincias obtineret, niſi poſt quinquennium, quam magiſtratum geſſiſſet.

LEX JULIA CÆSARIS. C. inde Julius Cæſar Dictator ambitus flammam reſtinxit, cum comitia magiſtratuum alia ſibi reſervaſſet, alia populo conceſſiſſet, ſiquidem ſcribit Svetonius: „ Cæſar comitia cum populo partitus eſt, ut exceptis Conſulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum „ pro parte dimidia, quos populus vellet, „ pronunciaretur, pro altera parte, quos ipſe „ dediſſet; & edebat per libellos circum tribus miſſos, ſcriptura brevi. Cæſar Dictator illi tribui. Commendo vobis illum, & „ illum, ut veſtro ſuffragio ſuam dignitatem „ teneant. Eodem tempore, cum viveret, M. Varro ſcripſit in libris de vita populi Rom. teſte Nonio: „ Tanta invaſit honorum cupiditas pleriſque, ut vel cœlum ruere, dummodo magiſtratum adipiſcantur, exoptent; de lingua vero Latina: „ Qui populum candidatus circumit, ambit; qui aliter facit, „ ex ambitu cauſam dicit. Huc etiam pertinent illa ex declamatione contra Salluſtium: „ Sed ſi fuerim in honoribus petendis nimis „ ambitioſus, non hanc dico popularem ambitionem, cujus me principem confiteor, „ ſed illam pernicioſam contra leges, cujus „ primos ordines Salluſtius duxit.

LEX JULIA AUGUSTI. Poſtremo C. Julius Auguſtus comitiorum jus priſtinum reduxit, ac multiplici pœna coërcito ambitu Fabianis, & Scaptienſibus tribulibus ſuis die comitiorum, ne quid à quoquam candidato deſiderarent, ſingula millia nummûm à ſe diviſit, ut Svetonius prodidit. Adjicit Dio libro LIV. Auguſtum ſtatuiſſe, ut qui largitionibus magiſtratum petiſſent, quinquennio vacarent. Deinde vero cum Tiberii tempore comitia ad Senatum & à Senatu ad principem eſſent translata, ambitus omnis ceſſavit; atque ita lex Julia, de qua ſcriptum eſt in Pandectis, teſte Modeſtino, neceſſaria non fuit. (20)

CAP. XXX.

De legibus inter ſicarios, & veneficii & parricidii.

NUllum eſt crimen, quod aut legibus, aut judiciis vetuſtioribus vindicatum ſit, quàm cædes hominis. Id vero maleficii genus primo parricidium dictum; teſtis eſt Plutarchus, qui ſcribit, Numam regem *homicidium quodcunque nomine parricidii eſſe complexum*; item Feſtus, qui parricidam vocatum eſſe ait à Numa rege, quicunque hominem occidiſſet. „ Parricida, *inquit*, non utique is, qui patrem occidiſſet, dicebatur, „ ſed qualemcunque hominem. Id autem „ fuiſſe indicat lex Numæ Pompilii regis his „ compoſita verbis: ſi quis hominem liberum „ dolo ſciens morti duit, parricida eſto.

Poſtremo autem ſi cædes facta eſſet ferro, aut telo, crimen illud inter ſicarios dictum eſt; ſi veneno, veneficium; ſi parentibus, aut propinquis nex allata, proprie parricidium. Sicarii à ſica dicti. Sicam ferreum cultrum fuiſſe, ſcribit Juſtinianus libro IV. Inſtitutionum. Qualis vero gladius fuerit, deſcribit Joſephus antiquitatum Judaicarum libro XX.: „ Sicarii, *inquit*, latrones ſunt „ cultellis utentes magnitudine ſimilibus acinacibus Perſicis, recurvis, & ſimilibus iis, „ quæ à Romanis ſicæ dicuntur; unde & qui „ latrocinantur nomen ſumpſerunt. Hi gladii breves erant, ita ut occultari ſinu veſtis poſſent, & facile nec opinantes confodi, & maxime in turba poſſent. Itaque odio hominibus erant, & nomen homicidio dederunt; ut idem in ſecundo de bello Judaico ſcripſit. Antiquis porro legibus cultrum habere non licuiſſe, apparet ex Aulularia Plauti: „ Ad treſviros jam ego deferam „ tuum nomen. C. quamobrem? E. quia „ cultrum habes. C. coquum decet. Itaque qui cultrum habebat non occidendi hominis cauſſa, ejus nomen tempore Plauti ad Triumviros capitales deferebatur.

LEX INCERTA INTER SICARIOS, ET VENEFICII. Quæſtionis vero inter ſicarios meminit Cicero in II. de finibus, quæ exer-

(20) *Modeſtini verba in L. unic. D. ad L. Jul. de amb ſunt*: *Hæc lex in urbe hodie ceſſat, quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi favorem. Quod ſi in municipio contra hanc legem Magiſtratum, aut Sacerdotium quis petierit: per Senatusconſultum centum aureis cum infamia punitur. Qua lege damnatus, ſi alium convicerit, in integrum reſtituitur; non tamen pecuniam recipit. Item is, qui novum vectigal inſtituerit, ex Senatusconſulto hac pœna plectitur. Et ſi quis reus, vel accuſator domum judicis ingrediatur: per legem Juliam judiciariam in legem ambitus committit, id eſt aureos centum fiſco inferre jubetur.*

exercita eſt extra ordinem poſt annum DCIV. ſic enim inquit: „ L. Tubulus Prætor cum quæſtionem inter ſicarios exerceret, aperte cepit pecunias ob rem judicandam. Item in Bruto: „ De cæde facta in ſylva Scantia Senatus decrevit, ut Conſules quærerent, P. Scipio, & D. Brutus. Hi vero anno DCXV. Conſulatum geſſerunt. A

DE VENEFICIIS vero ſæpe quæſitum ſuperioribus temporibua eſſe, docet Liviua libro VIII., & lib. XL., & XLVIII. ſemper de mulieribua, quæ viros ſuoa necaverant; in epitoma etiam libri LXVIII.: „ De veneficiis quæſitum. Poblicia, & Licinia nobiles fœminæ, quæ viros ſuos Conſolares necaſſe inſimulabantur, cognita cauſſa eum Prætori præ ies, vadeſque dediſſent, cognatorum decreto necatæ ſunt. Verum hoc ante annum ſexcenteſimum quartum, id eſt, antequam quæſtiones publicæ inſtituerentur. B

LEX CORNELIA. Sylla vero Dictator anno DCLXXI., ut diximus de ſicariis, veneficiis, parricidio, & falſo tulit, & propterea quatuor Prætores adjecit, eaſque perpetuas poſthac eſſe quæſtiones voluit. Docet, ut jam ſæpe ſcripſi, Cicero in Verrem: „ Lex teſtamentaria, nummaria. ceteræ complures, in qoibus non jus aliquod novum in populum conſtituitur, ſed ſancitur, ut quod ſemper malum facinua fuerit, ejus quæſtio ad Prætorem pertineat ex certo tempore; ceterum capita legis Corneliæ de ſicariis, & veneficis, qoæ extant, hæc ſunt: C

„ Judex quæſtionia cum iis judicibus, qui ei obvenerint, de ejus capite quærito, qui hominem occiderit, cujuſve dolo malo incendium factum erit, quique hominis occidendi, furtive faciendi cauſſa cum telo ambulaverit.

„ Judex quæſtionis cum iis judicibua, qui ei obvenerint, de ejus capite quærito, qui venenum malum hominis necandi cauſſa fecit, fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Deque ejus capite quærito, qui Tribunus militum legionibus quatuor primis, quivn quæſtor, Tribunus pl. Triumvir capitalis, Triumvir agris dandis, aſſignandis, Conſul, Dictator, Prætor, Magiſter equitum, quive magiſtratum habuerit, quive in Senatu ſententiam dixit, dixerit; qui eorum coit, coierit, convenit, convenerit, conſenſit, conſenſerit, quo quia falſum indicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur, judicio publico condemnaretur. Deque ejus capite quærito, qui teſtimonium dolo malo dixerit, quo quis publico judicio rei capitalis damnaretur, quive magiſtratus, judexque quæſtionis ob capitalem cauſſam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. Qui contra hanc legem fecerit, is in inſulam deportetur, & bonis omnibus ſpolietur. D E

Capita, quæ ſunt de cæde hominia, de incendiis, de ambulatione cum telo, de falſo teſtimonio, de pecnuia ob rem capitalem acceptа extant apud Marcianum D. ad legem Corneliam de ſicariis; & apud Theophilum, qui ſcripſit, dominum occiſi ſervi lege Cornelia de ſicariis agere potuiſſe. Reliqua de veneno, & de coitionibua ſunt & apud illum, & apud Ciceronem in Cluentiana. Sic autem ſcribit Cicero: „ Jubet lex ea, qua lege hæc eſt quæſtio conſtituta, judicem quæſtionis cum iis judicibus, qui ei obvenerint, quærere de veneno in eum, quicunque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit; & ſtatim adjungit: „ Deque ejus capite quærito, qui Tribunus militum legionibus IV. primis, quive Quæſtor, Tribunus plebis, deinceps omnes magiſtratus nominavit, quive magiſtratum habuerit, quivn in Senatu ſententiam dixit, dixerit, qui eorum coit, coierit, convenit, convenerit, quo quis judicio publico condemnaretur; *& poſt*: „ Hanc ipſam legem, ne quis judicio circumveniretur, C. Gracchus tulit; eam legem pro plebe, non in plebem tulit; poſtea L. Sylla homo à populi cauſſa remotiſſimus, tamen cum ejus rei quæſtionem hac ipſa lege conſtitueret, populum Rom. alligare novo quæſtionis genere auſus non eſt; *& poſt*: Viden, quam infinita quæſtio tentetur ab accuſatoribus, cum eam legem, quæ in noſtrum ordinem ſcripta ſit, in populum Romanum transferre conentur. Qua in lege eſt, Qui coierit. Quod quam late pateat, videtis; convenerit; æque infinitum, tum obſcurum, & occultum eſt; falſumvn teſtimonium dixeris; quis de plebe Rom. falſum teſtimonium dixit unquam? In hac lege notandum eſt, quod hæc quæſtio judici quæſtionis mandatur, non qood Prætor excludatur, ſed ut in univerſum quicunque perpetuus quæſitor notetur. Unde Cicero de veneficio egit pro Cluentio apud Q. Naſonem judicem quæſtionis. Quod ait lex, *cum iis judicibus, qui ei obvenerint*, eos ſorte duci, non edi oportere ſignificat. *Adjectio autem veneni mali*, ut inquit Marcianus, *oſtendit eſſe quædam & non mala venena; ergo nomen medium eſt, & tam id, quod ad ſanandum, quam id quod ad occidendum paratum eſt, continet; ſed & id, quod amatorium appellatur. Sed hoc ſolum notatur in lege, quod hominis necandi cauſſa habet.* Poſt legem Syllæ Cicero Varenum de cæde reum defendit; quem Quinctilianus reum factum ſcribit lege de ſicariis. Scribit etiam Svetonius, Cæſarem ædilem in exercenda de ſicariis quæſtione eos quoque in numerum ſicariorum habuiſſe, qui proſcriptione ob relata civium capita pecunias ex ærario acceperunt, quanquam exceptos Corneliis legibus. Refert etiam Cicero in oratione pro Cluentio, ſe Prætore de pecuniis repetundis quærente C. Orchinium, & C. Flaminium de ſicariis quæſtionem exercuiſſe; & Aſconius, Cæſare & Figulo Conſulibus poſt effecta comitia Conſularia, & Catilinæ repulſam, Catilinam reum inter ſicarios factum a L. Lucullo; & Cicero in Antonium: „ Cupio ſcire quemadmodum eos inter ſicarios ſis defenſurus.

LEX VETUS PARRICIDII. Parricidii nomine Romulus, ut inquit Plutarchus, cujuſcunque hominis cædem eſt complexus; de cæde parentum præcipue nihil tulit, quod neminem tam nefarium eſſe arbitraretur, qui tanto ſcelere ſe obſtringeret. Quinetiam ſero admodum Romæ tale facinus eſt patratum, ſiquidem primus L. Hoſtius patrem interfecit poſt bellum Annibalis.

Tum vero admoniti flagitii novitate Romani aliquid ad deterrendos ceteros tuliſſe videntur. Lex autem fuiſſe videtur ejuſmodi: „ Si quis parentes occiderit, aut verberave-

„ rit,

„ rit, ei damnnto obvolvatur os folliculo „ lupino, ſoleæ ligneæ pedibus inducantur, „ & in carcerem ductus ibi ſit tantiſper dum „ paretur culleus, in quem conjectus in pro- „ fluentem præcipitetur. Itaque cum bello Cimbrico anno DCXL. Poblicius Malleolus matrem necaſſe judicatus eſt, hoc ſupplicio affectus eſt. Sic enim de eo ſcriptum eſt in epitoma libri LXVIII. Liviani: „ Poblicius „ Malleolus matre interempta primus omnium „ inſutus culleo in mare præcipitatus eſt; & in Rhetoricis ad Herennium: „ Malleolus „ judicatus eſt, matrem necaſſe; ei damnnto „ ſtatim folliculo lupino os obvolutum eſt, „ dum culleus, in quem conjectus profluen „ tem deferretur, compararetur. Plautus Vidularia, teſte Nonio: „ Jube hunc inſui „ culleo, atque in altum deportari, ſi vis „ annonam bonam. (11)

LEX CORNELIA. Cum autem hæc quæſtio proprium non haberet quæſtorem, Sylla eam legem retulit, ac certum, & perpetuum habere Prætorem voluit; atque eadem de cauſſa numerum Prætorum, ut dixi, adauxit. Eſt tamen propter affinitatem quæſtio parricidii conjuncta cum quæſitione de ſicariis; eaſque modo unus, modo duo Prætores ſortiti ſunt; ſiquidem ipſo vivente Sylla M. Fannius Prætor idem de ſicariis, & de parricidis quæſivit; & Cicerone Prætore M. Plætorios, & C. Flaminius ambo inter ſicarios quæſiverunt. Sylla vero nihil ad veterem legem addidiſſe videtur; tantum, ut ſignificat Cicero, eam Prætori certo commiſiſſe exiſtimatur. Itaque cum apud M. Fannium defenderet Sex. Roſcium lege Cornelia parricidii reum, de pœna eadem, quæ ſupra dicta ſunt, retulit. „ Quid eſt, inquit: „ tam „ commune, quam ſpiritus vivis, terra mor- „ tuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? ita „ vivunt, dum poſſunt, ut ducere animum „ de cœlo non queant; ita moriuntur, ut „ eorum oſſa terram non tangant; ita jactan- „ tur fluctibus, ut nunquam alluantur; ita „ poſtremo ejiciuntur, ut ne ad ſaxa quidem „ mortui conquieſcant.

LEX POMPEJA. Poſt Syllam inde Cn. Pompejus Coolul legem Pompejam tulit de parricidis talem.

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, de „ ejus capite quærito, qui patrem, matrem, „ avum, aviam, fratrem, ſororem, patrue- „ lem, matruelem, patruum, avunculum, „ amitam, (materteram,) conſobrinum, „ coolubrinam, uxorem, virum, generum, „ ſocrum, vitricum, (novercam,) privi- „ gnum, privignam, patronum, patronam, „ occiderit, cujuſve dolo malo id factum „ erit, ſive conſcius fuerit; deque ejus ma- „ tris capite quærito, quæ filium, filiamve „ occiderit, & avi ejus, qui nepotem occi- „ derit, ejuſque, qui emit venenum, ut pa- „ tri daret, quamvis non potuerit dare; is ſi „ confeſſus erit, virgis ſanguineis verbera- „ tus, deinde culleo inſuitur cum cane, „ gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, dein- „ de in mare profundum culleus jactetur. Quod autem Marcianus ait, qui hoc commiſerint, pœna ea teneri, quæ eſt lege Cornelia de ſicariis; Modeſtinus vero culleum, gallum, viperam, & ſimiam nominat, id videtur exponi à Juſtiniano: cujus de lege Pompeja parricidii hæc verba ſunt lib. IV. Inſtitutionum: „ Lege Pompeja de parrici- „ dio cavetur, ut ſiquis parentis, aut filii, „ aut omnino affinitatis ejus, quæ nuncupa- „ tione parentum continetur, fata prærepa- „ verit, ſive clam, ſive palam id auſus fue- „ rit, nec, is cujus dolo malo id factum eſt, „ vel conſcius criminis exſtitit, licet extra- „ neus ſit, pœna parricidii puniatur, & ne- „ que gladio, neque ignibus, neque ulli alii „ ſolemni pœnæ ſubjiciatur, ſed inſutus cul- „ leo cum cane, & gallo gallinaceo, vipe- „ ra, & ſimia, & inter eas ferales anguſtias „ comprehenſus, ſecundum quod regionis „ qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel „ in amnem projiciatur; ſi quis autem alius „ cognatione, vel affinitate conjunctas per- „ ſonas necaverit, pœnam legis Corneliæ de „ ſicariis ſuſtinebit. Addit Venulejus, D. de accuſationibus: „ Lex Pompeja parricidii „ ſervis non convenit; quoniam caput pri- „ mum eos adprehendit, qui parentes, co- „ gnatos, aut patronos occiderint; quæ in „ ſervos, quantum ad verba pertinet, non „ cadunt: ſed cum natura ſit communis, „ ſimiliter & in eos animadvertetur. Svetonius: „ Auguſtus manifeſti parricidii reum, „ ne culleo inſueretur, quod non niſi con- „ feſſi afficiebantur hac pœna, ita fertur in- „ terrogaſſe: certe patrem tuum non occidiſti? Seneca libro de clementia primo: „ Augu- „ ſtus non culleum, non ſerpentes, non car- „ cerem decrevit.

CAP.

(11) Et contra Sicarios alias leges invenio præter memoratas, & parricidii, idest patris, matriſque, atque parentum. De parentibus hæ promuntur & ex Regiis, & ex XII. tabb.:
SEI PARENTEM PUER VERBERIT, AST OLOE PLORASSIT, PUER DIVEIS PARENTUM SACER ESTO.
SEI NURUS SACRA DIVEIS PARENTUM ESTO.
QUI PARENTEM NECASSIT, CAPUT OBNUBITO, CULEOQUE INSUTUS IN PROFLUENTEM MERGITOR.
De Sicariis: SI QUI HOMINEM LIBERUM DOLO SCIENS MORTI DUIT;
QUI MALUM CARMEN INCANTASCIT, MALUMVE VENENUM FAXIT, DUITVE, PARRICIDA ESTO.
Præter has leges, invenio illam apud Livium lib. 1.: DUUMVIRI PERDUELLIONEM JUDICENT. SI A DUUMVIRIS PROVOCARIT, PROVOCATIONE CERTATO. SI VINCENT, CAPUT OBNUBITO: INFELICI ARBORI RESTE SUSPENDITO: VERBERATO VEL INTRA POMOERIUM, VEL EXTRA POMOERIUM. Hanc enim legem niſi de homicidio armis commiſſo intelligere non poſſum. Nam perduellio, quæ majeſtatis imminutio eſt, ad eam rem pertinere non poterat. Fuit enim bellum à duello, Cic. in Orator., ideſt, quod inter duos gereretur; unde & nos adhuc duellum dicimus, pugnam duorum. Cum autem duellum inter cives iniquum, atque ſceleſtum, quod cum hoſtibus gerebatur duellum, ſeu duelſum, inde bellum nominatum. Item perduellis hoſtis: perduellio majeſtatis imminutio, ſeu in patriam conjuratio. Primus autem, qui apud Romanos culeo in puniendo uſus eſt, fertur, L. Tarquinius Superbus, qui M. Tullium duumvirum, quod librum ſecreta civilium ſacrorum continentem cuſtodiæ ſuæ commiſſum corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abjici juſſit. Valerius lib. 1. cap. 1.

CAP. XXXII.

De legibus falſi.

CRimen Falſi latiſſime patuit; nam omnia, quæ falſo dicta, aut ſcripta, aut facta in alterius damnum eſſent, hoc nomine complexi ſunt. De falſo antiquæ fuere leges, ſed certos non habuere Prætores.

LEX CORNELIA. Sylla relatis legibus certum etiam Prætorem ei crimini addidit. Docet hoc, ut dixi, Cicero, cum inquit: „ Lex Cornelia teſtamentaria, nummaria, „ ceteræ complures, in quibus non jus ali „ quod novum populo conſtituitur, ſed ſan „ citur, ut quod ſemper malum facinus fue„ rit, ejus quæſtio ad Prætorem pertineat „ ex certo tempore. Teſtamentariam vero nummariam vocat, quia præcipue de falſis teſtamentis, nummiſque ſtatuit; ut ex D. ad legem Corneliam de falſo intelligitur, unde hæc præcipue capita hauſimus:

„ Prætor, qui ex hac lege quæret, de „ ejus capite quærito, qui teſtamentum amo „ verit, celaverit, eripuerit, deleverit, in„ terleverit, ſubjecerit, reſignaverit, quique „ teſtamentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, „ recitaverit dolo malo, cujuſve dolo malo „ id factum erit. Qui ſibi legatum fidei „ commiſſumque aſcripſerit. Qui nomine „ Prætoris literas falſas reddiderit, edictum„ que falſum propoſuerit. Deque ejus capite „ quærito, qui ob falſas teſtationes facien„ das, teſtimoniave falſa invicem dicenda „ dolo malo coierit, quique judicem corru„ perit, corrumpendumque curarit.

„ Deque ejus capite quærito, qui num„ mos aureos partim raſerit, partim tinxe„ rit, vel finxerit, qui in aurum vitii quid „ indiderit, qui argenteos nummos adulteri„ nos flaverit, qui cum prohibere tale quid „ poſſet, non prohibuit. Qui nummos ſtan„ neos, plumbeos emerit, vendiderit dolo „ malo; eique damnato aqua, & igni inter„ dicito.

Meminit etiam hujus legis Cicero de natura deorum tertio: „ Tum hæc quoti„ diana, *inquit*, ſicæ, venena, peculatus, „ teſtamentorum lege nova quæſtiones. Meminit quoque Svetonius: „ Auguſtus, cum „ de falſo teſtamento ageretur, omneſque „ Senatores lege Cornelia tenerentur, non „ tantum duas tabulas damnatoriam, & ab„ ſolutoriam ſimul cognoſcentibus dedit, „ ſed tertiam quoque, qua ignoſcebatur iis, „ quos fraude ad ſignandum, vel errore in„ ductos conſtitiſſet.

CAP. XXXIII.

De legibus de vi.

JUdicium de vi legibus antiquis conſtitutum fuiſſe, probabile conjectura eſt; neque enim quidquam ſæpius in civitate factum eſt, quam vis ſive in urbe, ſive in agro, ſive armatis hominibus, ſive inermibus. Tamen, ſi quæras, non ſolum nullam legem latam, ſed nullam etiam quæſtionem exercitam invenias. Ferme enim quæ poſt ad vim tranſlata ſunt, ea legibus de majeſtate, & de ſicariis comprehenſa erant. Ultimis autem temporibus tres leges latæ ſunt, Plau-

A tia, Julia Cæſaris, & Julia Auguſti.

LEX PLAUTIA. Lex Plautia Catulo, & Lepido Conſulibus lata eſt; cum enim mortuo eo anno Sylla, Lepidus Marianarum partium aſſertor cum Catulo Syllano de actis Syllæ contendere cœpiſſet, ingens ſeditio concitata eſt, victorque pulſo Urbe, & in Sardinia interfecto Lepido Catulus hanc legem tulit una cum P. Plautio Tribuno pl. unde etiam nomen accepit, ut in oratione pro Sextio dixit Cicero: „ De vi quæritis, „ quam legem Q. Catulus armata diſſenſione „ civium, Reipublicæ pæne extremis tempo„ ribus tulit; & Gellius lib. XIII., una cum Svetonio narrat, Cæſarem legem Plotiam B ſuaſiſſe, cum ex Cilicia Syllæ morte comperta rediſſet. Hac autem lege judicia de vi omnia facta ſunt uſque ad Cæſarem Dictatorem, eâque multa capita legis de ſicariis, & de majeſtate comprehenſa ſunt; & mandata quæſtio videtur in hunc modum.

„ Is, cujus hæc quæſtio erit, de ejus „ capite quærito, qui adverſus Rempublicam „ conjuravit, inſidias Senatui fecerit, magi„ ſtratibus vim attulerit, qui cum telo in „ publico fuerit, aut ſeditionis cauſſa loca „ ſuperiora occuparit, alienaſve ædes ſaxis, „ ignibus, aut ferro occuparit; deque iis „ quotidie quærito. Itemque de ejus capite „ quærito, qui poſſeſſorem è fundo homini- C „ bus armatis dejecerit dolo malo, aut ar„ matis objectis, ut inde profugerent, cauſ„ ſam attulerit, prohibetoque, ne prædium „ unde dejectus poſſeſſor ſit, uſucapiatur; „ eis damnatis aqua, & igni interdicito.

Judicia porro, quæ deinceps hac lege facta ſunt, unde legis ſententia colligi poteſt, hæc fuerunt. Svetonius: Cæſar victo Sertorio in Conſulatu primo Pompeji, „ L. Cinnæ uxoris fratri, & qui cum eo ci„ vili diſcordia poſt necem Lepidi ad Serto„ rium confugerant reditum in civitatem „ lege Plotia confecit, habuitque & ipſe „ ſuper ea re concionem; nimirum ſignificat, Cæſarem docuiſſe legem Plotiam adver- D ſus Lepidianos non eſſe ſcriptam, ſed pro Lepidianis, quanquam ſeditionis cauſſa ad Sertorium poſt Lepidi necem confugiſſent. Narrat item Salluſtius, Catilinam patefacta conjuratione à L. Paullo lege Plautia, interrogatum; idque judicium de vi vocat Dio libro XXXVII. Quin etiam reliquos ejus conjurationis ſocios eadem lege poſtulatos, elicitur ex oratione Salluſtii in Ciceronem: „ Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, „ quæ poſt Conſulatum cum Terentia uxore „ de Republica conſuluiſti, cum legis Plau„ tiæ judicia domi faciebatis; ex conjuratis „ alios pecunia condemnabas, cum tibi alius „ Tuſculanam, alius Pompejanam villam E „ ædificabat, alius domum emebat; qui ve„ ro nihil poterat, is erat calumniæ proxi„ mus; is aut domum tuam oppugnatum ve„ nerat, inſidias Senatui fecerat. Cicero etiam pro Sextio inquit, hanc legem fumantes reliquias conjurationis ſuæ extinxiſſe. Addo etiam, Milonem hac lege de vi Clodium poſtulaſſe. Ejus judicii meminit Dio libro XXXIX.: „ Lentulo, & Metello Con„ ſulibus P. Clodius ædilitatem petebat, „ tanquam judicium de vi declinaturus; nam „ ipſum Milo reum fecerat, ſed non pere„ gerat: neque enim quæſtores, per quos „ ſortitionem judicum fieri opus erat, deſi-

Ooooo „ gnati

„ gnati fuerant, & Metellus Conſul Prætori
„ interdixerat, ne cujus nomen acciperet,
„ antequam judicum ſortitio facta eſſet; opus
„ autem erat, ædiles ante quæſtores creari.
Item Cicero ad fratrem: „ Marcellinus cum
„ graviter de Clodianis incendiis, trucida-
„ tionibus, lapidationibus queſtus eſſet,
„ ſententiam dixit, ut ipſe judices Præ-
„ tor urbanus ſortiretur; judicium ſorti
„ tione facta comitia haberentur; & pro
Milone: „ Clodius dum vixit, reus Milonis
„ de vi lege Plotia fuit. Clodius autem do
mum Ciceronis oppugnarat. Item de aruſpi-
cum reſponſis: „ Decrevit Senatus, ut qui
„ vaſtitatem meis ædibus intuliſſet, lege de
„ vi, quæ eſt in eos, qui Rempublicam op-
„ pugnaſſent, teneri. Eodem etiam tempore
P. Sextius, qui pro Cicerone reſtituendo
cum armatis contra Clodium ſteterat, de vi
accuſatus eſt. Cum autem Cicero dicat, *lege,
quam Q. Catulus tulit*, mihi interpretandum
videtur, lege Plotia ex auctoritate Conſulis
Catuli lata; ſiquidem ſupra dictum eſt, lege
Plotia in conjuratos vindicatum eſſe, & le
gem Catuli fumantis conjurationis reliquias
extinxiſſe; & ipſe in epiſtolarum ad Atticum
quarto de judicio Sextiano loquens inquit:
„ Non puto, te de judiciis, quæ Plautia
„ lege fiunt, quærere. Hac vero lege quo-
tidie quæri potuiſſe, ſignificat in oratione
pro Cœlio, cum ait: „ Lex eſt, quæ de ſe-
„ ditioſis, conſceleratiſque civibus, qui ar
„ mati Senatum obſederint, magiſtratibus
„ vim attulerint, Rempublicam oppugnarint,
„ quotidie quæri jubet.
Cn. inde Pompejus in tertio Conſulatu
legem tulit de vi, qua nominatim cædem in
Appia via factam, & incendium curiæ, &
domum M. Lepidi interregis oppugnatam
comprehendit, & pœnam graviorem, & for-
mam judicii breviorem; quam legem, quia
non in univerſum lata erat, ſed nominatim
certum crimen continebat, in hunc numerum
non debemus referre. Quod reprehendit Ci
cero pro Milone orans: „ Erant veteres
„ quæſtiones vel de cæde, vel de vi; nec
„ erat neceſſe, ut nova quæſtio conſtitueretur;
& in Antonium: „ Quid attinebat nova lege
„ quærere de eo, qui hominem occidiſſet,
„ cum eſſet legibus quæſtio conſtituta? Lege
autem Pompeja quæſitor à populo creatus eſt
extra ordinem, qui de vi in Appia via facta
quæreret. Itaque lex etiam Plautia eodemmet
anno in eodem reo eſt obſervata. Nam Milo
idem, qui apud Domitium quæſitorem reus
factus eſt de vi lege Pompeja, factus eſt
etiam apud L. Fabium quæſitorem lege Plau-
tia de vi, & M. Sauſejus ſocius ejus apud
Conſidium quæſtorem lege Plautia de vi, ſub-
ſcriptione ea, quod loca occupaſſet, & cum
telo fuiſſet anteſignanus operarum Milonis.
Hos vero quæſtores credo eoſdem fuiſſe, ac
judices quæſtionum. Quoniam enim ſæpe his
temporibus contra hanc legem peccabatur,
propterea præter Prætorem multis aliis quæ
ſitoribus erat opus. Quod ſi alicui Prætori
aliarum quæſtionum quæſitori hæc quæſtio
commiſſa eſſet, tum vero eam vim habebat,
ut cogeret, illum propriam quæſtionem re-
linquere, & hanc ſubito cognoſcere; ſiquidem
quotidie lex quæri volebat, ne diebus qui-
dem feſtis omiſſis; cumque is reus extraordi-
narius diceba͏tur. Cœlius: „ Rufus M. Tu
„ tium accuſatorem ſuum poſt ludos Rom.

A „ reum lege Plotia de vi fecit; quia videbat,
„ ſi nemo extraordinarius reus acceſſiſſet,
„ cauſſam ſibi eo anno eſſe dicendam. Exi-
lium porro ea lege indictum, ex cauſſis ſu-
perioribus omnibus intelligitur. Quæ vero
dixi de dejectione è fundo armatis homini-
bus dolo malo, ea eliciuntur ex oratione pro
M. Tullio, quæ eſt de vi; in qua hæc verba
ſunt: „ Dico vim factam à Fabii familia;
„ adverſarii non negant; damnum datum eſſe
„ M. Tullio, concedunt; vici unam rem; vi,
„ hominibus armatis; non negas; vici alte-
„ ram; dolo malo; factum negas; de hoc
„ judicium eſt; item ex Juliano D. de uſu-
capionibus: „ Si dominus fundi homines ar-
B „ matos venientes extimaverit, atque ita
„ profugerit, quamvis nemo eorum fundum
„ ingreſſus ſit, vi dejectus videtur. Sed ni-
„ hilominus id prædium etiam, antequam
„ in poteſtatem domini redeat, à bonæ fidei
„ poſſeſſore uſucapitur; quia lex Plautia, &
„ Julia ea demum vetuit longa poſſeſſione
„ capi, quæ vi poſſeſſa fuiſſent, non etiam
„ ex quibus vi quis dejectus fuiſſet.
LEX JULIA CÆSARIS. Poſt legem
Plautiam Julia lata eſt à Cæſare Dictatore;
cujus tenuis memoria extat; unus enim tan-
tum meminit Cicero; qui in prima in Anto-
nium inquit, lege, quam Antonius Conſul
poſt mortem Cæſaris promulgarat, ut de vi
C damnati ad populum provocarent, obrogari
legi Cæſaris, quæ jubet, ei, qui de vi dam-
natus ſit, aqua, & igni interdici; quam pœ-
nam non à Cæſare primum irrogatam eſſe
conſtat. Neque vero lex Antonii inter leges
eſt referenda, quia tantum ſit promulgata,
non lata. Poſtero autem anno Q. Pedius cum
C. Octavio Conſul legem tulit nominatim de
Cæſaris interfectoribus, quæ ſive de vi, ſive
de ſicariis, ſive de majeſtate dicatur, pro le-
ge non eſt habenda, cum, neque in univer-
ſum, neque in futurum ſit lata. Hujus me-
minit Vellejus libro II: „ Lege Pedia, quam
„ Conſul Pedius collega Cæſaris tulerat,
„ omnibus, qui Cæſarem patrem interfece-
D „ rant, aqua, ignique damnatis interdi-
„ ctum eſt.
LEX JULIA AUGUSTI. Demum C.
Cæſar Auguſtus leges tulit de vi publica; &
de vi privata: publicam appellans, ut inquit
Juſtinianus, quæ armis; privatam, quæ ſine
armis eſſet facta. Prioris legis hæc capita
fuerunt.
„ Qui arma, tela domi ſuæ, agrove in
„ villa præter uſum venationis, vel itineris,
„ vel navigationis coëgerit, præter ea quæ
„ quis promercii cauſſa habuerit, hereditate-
„ ve ei obvenerint. Qui turbæ ſeditioniſve
„ faciendæ conſilium inierint, ſervoſque aut
„ liberos homines in armis habuerint. Qui
E „ pubes cum telo in publico fuerit. Qui peſ-
„ ſimo exemplo convocatu, ſeditione villas
„ expugnaverint, & cum telis, & armis bo-
„ na rapuerint. Qui ex incendio rapuerit
„ aliquid præter materiam. Qui puerum, vel
„ fœminam, vel quenquam per vim ſtupra-
„ verit, qui in incendio cum gladio, aut telo
„ rapiendi cauſſa fuit, vel prohibendi domi-
„ num res ſuas ſervare. Qui hominibus ar-
„ matis poſſeſſorem domo, agrove ſuo, aut
„ navi ſua dejecerit, expugnaverit concurſu,
„ utque id ſtaret, homines commodaverit.
„ Qui cœtu, concurſu, turba, ſeditione in-
„ cendium fecerit, quique hominem dolo
„ malo

„ malo incloſerit, obſederit, quive fecerit, A
„ quo minus ſepeliatur, quo magis funus
„ diripiatur, diſtrahatur, quive per vim tibi
„ obligaverit. Qui cum imperium, poteſta-
„ temve haberet, civem Rom. adverſus pro
„ vocationem necaverit, verberaverit, juſſe-
„ ritque quid fieri, aut quid in collum inje-
„ cerit, ut torqueatur; ſi legatorum, orato-
„ rum, comitumque quem pulſaverit, ſive
„ injuriam fecerit. Qui reum vinxerit, im-
„ pedieritve, quo minus intra certum tem-
„ pus adſit. Qui dolo malo fecerit, quo mi-
„ nus judicia tuto exerceantur, aut judices,
„ ut oportet, judicent; velis, qui poteſta-
„ tem, imperiumve habebit, quam ei jus
„ erit, decernat, imperet, faciat. Qui ludos,
„ pecuniamve ab aliquo invito poblice, pri-
„ vatimve per iojuriam exegerit. Qui cum B
„ telo dolo malo in concione fuerit, aut ubi
„ judicium publice exercebitur, præter eum
„ qui propter venationem habeat homines,
„ qui cum beſtiis pugnent. Qui convocatis
„ hominibus vim fecerit, quo quis verbere-
„ tur, & pulſetur, neque occiſus homo ſit.
„ Qui ædes alienas, aut villas expilaverit,
„ effregerit, expugnaverit, ſiquidem in tur-
„ ba cum telo fecerint. Qui nova vectigalia
„ exercuerint. Prætori, cui exercitio hac
„ lege obvenerit, eam, ſi proficiſcatur, man-
„ dare liceto. Damnatis de vi publica aquæ,
„ & ignis interdictio eſto.

Hæc autem capita omnia ſunt in Digeſtis ad legem Juliam de vi publica, ex Marciano, Scævola, Ulpiano, Mæciano, & Paullo. Addit Paullos, armatos non utique eos intelligendos eſſe, qui tela habuerunt, ſed etiam, qui quid aliud, quod nocere poteſt; & telorum appellatione omnia, ex quibus ſinguli homines nocere poſſunt, accipi. Ceterum qui telum tutandæ ſalutis ſuæ cauſſa gerunt, non videri hominis occidendi cauſa portare. Juſtinianus autem in qu[illegible] Inſtitutionum, pœnam hac lege fuiſſe deportationem interpretatur, quod in locum interdictionis ſucceſſerit. De mandanda vero quæſtiooe eſt in titulo de officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio: „ Lege Julia de vi no-
„ minatim cavetur, ut is, coi obtigerit exer-
„ citio, poſſit mandare, ſi proficiſcatur, non
„ aliter itaque mandare poterit, quam ſi
„ abeſſe cœperit, cum alias etiam juriſdictio
„ à præſente maodetur.

Capita vero legis de vi privata hæc fuerunt: „ Qui cœtum, & concurſum fecerit,
„ quo minus quis in jus producatur, quive
„ quæſtionem de alterius ſervo habuerit. Qui
„ quem ex agro ſuo hominibus congregatis
„ ſine armis dejecerit. Qui creditor ſine au-
„ ctoritate judicis res debitoris occuparit.
„ His damnatis tertia pars bonorum publice-
„ tor, neque Senator, neque Decurio ſit, aut
„ ullum honorem capiat, neve in eum ordi-
„ nem ſedeat, neve judex ſit. Hæc ex Scævola, Paullo, Ulpiano, Modeſtino Digeſtis ad legem Juliam de vi privata. Atque hæc quidem de judiciis publicis dicta ſint. Nunc ut totum negotium judiciale conficiamos, de judiciis populi, quæ invenerimus, afferamus.

Explicit Liber Secundus de Judiciis.

CA-

CAROLI SIGONII DE JUDICIIS

LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

Quæ fuerint judicia populi.

EXplicatis jodiciis, quæ juſſu populi à magiſtratibus exercita, & à judicibus diſceptata ſunt, ſequitur, ut de iis agamus, in quibus populus ipſe diſceptator, & judex fuit. Hæc autem non aliter, ac ſuperiora, & privata, & publica fuerunt. Privata dico, quæ de controverſiis aut ad res, aut ad perſonas, aut ad obligationes pertinentibus conſtituta ſunt; publica, quæ de criminibus. Privatorum unicum eſt exemplum, plurima publicorum. Livius lib. III. „ Victoriam honeſtam ex hoſtibus partam turpe domi de finibus ſociorum judicium populi deformavit. Aricini, atque Ardeates de ambiguo agro cum ſæpe bello certaſſent, ad Romanos ſe contulerunt; concilio populi à magiſtratibus dato magna contentione actum, jamque editis teſtibus cum tribus vocari, & populum inire ſuffragia oporteret, conſurgit P. Scaptius, &, Si licet, inquit, Conſulea de Republica dicere, errare ego populum in hac cauſſa non patiar; data dicendi poteſtate, dixit, agrum, de quo ambigebatur, finium Coriolanorum fuiſſe, captiſque Coriolis jure belli publicum populi Rom. factum, Conſules, cum Scaptium non ſilentio modo, ſed cum aſſenſu etiam audiri, animadvertiſſent, deos homineſque teſtantes flagitium ingens fieri, patrum primores acceſſunt; cum his circumire Tribunos, orare, ne peſſimum facinus pejore exemplo admitterent, judices in ſuam rem litem vertendo. Vocatæ tribus judicaverunt, agrum publicum populi Romani eſſe. Nec abnuitur ita fuiſſe, ſi ad judices alios itum foret.

De publicis vero, quæ ſubtilior eſt diſputatio, hæc accepimus. Populus Rom. judicandi poteſtatem jam inde à Romulo rege acceptam uſque ad Auguſtum Imperatorem retinuit; verum non iiſdem ſemper comitiis; nam curiatis quidem tantum ſub regibus, centuriatis autem, & tributis Republica dominatu regio liberata. Judicavit autem de criminibus, & pœnis criminum omnibus, quæ ad ſe à magiſtratu eſſent delata. Neque enim, quod in judiciis Prætoriis evenit, de iis tantum criminibus cognovit populus, quæ aliqua lege continerentur, ſed de omnibus, quæ magiſtratus ad ſe detuliſſet, & de omnibus pœnis, quas ille irrogaſſet, ſed tamen ea forma actionis, quæ legibus, & moribus contineretur; neque enim ut illa duo arbitrio, & juri magiſtratuum, ſic etiam agendi ratio fuit permiſſa. Quamobrem judicia populi publica tractaturi primum de criminibus, deinde de pœnis, tum de forma actionis, poſtremo de animadverſione dicemus;
A ſiquidem hæc tria magiſtratui ad populum data ſunt, cognitio, irrogatio, animadverſio. Unde queritur Cicero, dari Decemviris agrariis à Rullo cognitionem ſine conſilio, pœnam ſine provocatione, animadverſionem ſine auxilio.

CAP. II.

De Criminibus.

CRimina, ut dixi, maleficia fuerunt. Quæ vero maleficia ad populi judicium à
B magiſtratibus adducta ſunt, ea potiſſimum duo fuerunt, majeſtas, & peculatus; quorum in illo dignitas, in hoc fortunæ Reipublicæ actæ ſunt. Ad majeſtatem autem pertinere exiſtimatum eſt, ſi quis tyrannidis, aut regni occupandi conſilia habuiſſet; ſi adverſus Rempublicam conjuraſſet; ſi hoſtes ad bellum Reipublicæ faciendum concitaſſet, aut juviſſet; ſi magiſtratum populi Romani in ordinem coëgiſſet; ſi ſacra imminuiſſet, cives Roman. aut carcere, aut morte indicta cauſſa affeciſſet; male ſua culpa pugnaſſet, plebis commodis adverſatus eſſet, populo Romano
C maledixiſſet. Quorum quæ prodita literis fuerunt, hæc fere, ut quidque deinceps actum eſt, exempla ſunt. Nam Coriolano dies dicta eſt, quod plebis commodis reſtitiſſet; Sp. Caſſio, quod tyrannidem affectaſſet; T. Menenio, quod Cremeræ præſidium amiſiſſet; Sp. Servilio, quod male cum Tuſcis pugnaſſet; Ap. Claudio, quod legem agrariam oppugnaſſet; Cæſoni Quinctio, quod legi agrariæ reſiſtens Tribunos pl. de foro pepuliſſet; M. Poſtumio, quod cum Vejentibus male pugnaſſet; M'. Sergio, quia ad Vejos fugiſſet; P. Virginio, quia collegam prodidiſſet; M.
D Manlio ob affectati Regni ſuſpicionem, P. Manlio Imperioſo, ob acerbitatem in delectu adhibitam; Tuſculanis, quòd ipſorum conſilio, atque ope Veliterni populo Romano bellum feciſſent; Claudiæ, quod preſſa in turba dixiſſet: *Utinam P. Claudius frater meus viveret, atque iterum claſſem duceret*; Cn. Fulvio, quòd male bello Punico ſecundo pugnaſſet; C. Claudio, & Ti. Sempronio Cenſoribus, quòd concionem à Tribuno pl. avocaſſent, Ser. Galbæ, quòd Luſitanos contra fidem datam trucidaſſet, P. Popillio Lænati, quòd indicta cauſſa cives Rom. necaſſet; L.
E Opimio, quòd eoſdem in carcerem conjeciſſet; M. Scauro, quòd ejus opera ſacra multa populi Romani eſſent diminuta; M. Junio Silano, quòd bellum cum Cimbris injuſſu populi geſſiſſet: Metello Numidico, quòd in legem Saturnini agrariam jurare noluiſſet; P. Furio, quòd Numidici reſtitutioni obſtitiſſet; M. Ciceroni, quòd falſum Senatuſconſultum de civibus indicta cauſſa necandis retuliſſet. Quæ omnia judicia de majeſtate fuerunt, quanquam majeſtaria imminutæ nomen nul-

oullum reis objectum ſit, præterquam Claodiæ, auctore Svetonio in Tiberio. Peculatus autem exempla ſunt judicium M. Camilli propter prædam Vejentanam, M'. Curii propter interverſam Samnitium pecuniam, M. Livii Salinatoris propter Illyricam prædam non æqualiter militibus diviſam, P. Africani propter Antiochinam, M. Poſtomii propter ementitum cum detrimento populi Romani naufragium, Catuli propter Capitolii reſtitutionem. Quin etiam cædis, falſi, repetundarum, adulterii, tentatæ pudicitiæ, & vis illatæ crimina in judicium populi eſſe vocata invenio. Siquidem P. Horatius de cæde ſororis populi judicium ſubiit; P. Seſtius, quod apud eum effoſſum cadaver eſſet; Ap. Claudius, quod vindicias in ſervitutem ab libertate contra leges dediſſet; C. Lucretius, quod provinciam ſpoliaſſet; C. Scantinius, quod puerum de ſtupro appellaſſet; Cn. Sergius Silus, quod matri familias nummos promiſiſſet; T. Milo, quod vim armatam feciſſet. Ex quibus apparet, omnia crimina, quæ aut directo, aut non directo Rempublicam ipſam attigerunt, ad populi judicium pro magiſtratus arbitrio eſſe adducta, aut ab ipſo cognita, & damnata, poſt per provocationem ad populum eſſe tranſlata.

CAP. III.

De pœnis.

POEnarum autem genera in his judiciis fuerunt damnum, exilium, ſervitus, & mors. Hæc vero in duo nomina diviſerunt, mulctam, & caput. Quos enim damno affecerunt, id eſt, pecunia condemnarunt, in iis mulctæ nomen uſurparunt; unde illa, *pecunia judicare*, *pecunia anquirere*, *mulctam dicere*, *& mulctam irrogare*, ſunt nata; quem exilio, ſervitute, morteve affecerunt, in eo nomen capitis factitarunt. Ex quo illa profecta *diem rei capitalis dicere*, *capitis judicare*, aut *anquirere*, *rei capitalis accuſare*; pro quibus etiam *perduellionem judicare*, *& perduellionis actionem intendere* poſuerunt; atque ipſi mulctæ ut capitis, ſic perduellionis nomen tanquam idem valens oppoſuerunt; ut Livius: „ Bis pecunia anquiſitum eſt; tertio cum capitis ſe anquirere diceret, Tribuni plebis „ permiſerunt, ut aut capitis, aut pecuniæ judicaret privato; ille perduellionem judicavit; item Cicero: „ Diem, credo, dixerat, mulctam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. Nomen vero perduellionis & crimen, & pœnam ſignificavit; ſi crimen, quod erat graviſſimum inter crimina, nempe imminutæ majeſtatis; ſi pœnam, quæ erat acerbiſſima, nempe mortis; ut in P. Horatio, Sp. Caſſio, M. Manlio, C. Rabirio; quorum Horatio, & Rabirio crux, Caſſio, & Manlio ſaxum fuit propoſitum. Livius tamen etiam, cum de judicio M. Poſtumii, Cn. Fulvii, Gracchi, & Claudii, quibus aqua, & igni interdicebatur, nomen perduellionis uſurpavit. Ceterum de mulcta, & exilio ſupra dictum eſt.

Pœna ſervitutis lege Ser. Tullii regis, teſte Livio, & Dionyſio, propoſita fuit iis, qui nomen ſuum in cenſum non detuliſſent, itemque, qui citati nomen in militiam non dediſſent. Nam Cicero in oratione pro Cæcina de hac re loquens captioſe (1) potius, quam vere ita dixit: „ Populus cum vendit „ eum, qui miles factus non eſt, non adimit ei libertatem, ſed judicat, non eſſe „ eum liberum, qui ut liber ſit, adire periculum noluit; cum autem incenſum vendit, hoc judicat, cum ii, qui in juſta ſervitute fuerint, cenſu liberentur, eum, qui „ cum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum „ ſibi libertatem abjudicaviſſe.

Mortem autem attulerunt, aut ſecuri percutiendo, aut arbori infelici ſuſpendendo, id eſt, in crucem agendo; quorum utrunque verberatio præceſſit, aut de Saxo Tarpejo, aut de Robore præcipitando, aut in culleo inſutum in profluentem projiciendo, aut denique laqueo gulam frangendo; de quibus ſuppliciis poſt agam pluribus, cum de animadverſione diſputabo.

Atque de his quidem criminibus magiſtratus ad populum privatos homines accuſarunt, atque has pœnas pro arbitrio irrogarunt; aut certe mulctâ pœnâve prius pro jure magiſtratus indictâ, cum parem, majoremve poteſtatem appellaſſent, & ad populum provocaſſent, eos reos ad populum pertulerunt; populus autem mulctam, pœnamve aut juſſit, aut remiſit; ſed ut dixi, ſub regibus comitiis curiatis, poſt exactos reges centuriatis, & tributis.

CAP. IV.

De judiciis curiatis.

CEterum de ratione judiciorum curiatorum vix habemus, quid dicamus, quod unicum tantum extet P. Horatii judicium curiatis comitiis factum; id quod primum, ut inquit pro Milone Cicero, Romæ capitis judicium fuit. P. autem Horatius tum de parricidio interrogatus eſt lege Numæ, quæ fuit; „ ſi quis hominem liberum dolo ſciens morti „ duit, parricida eſto; parricidam ſcilicet vocavit, auctore Feſto, non qui parentem occidiſſe diceretur, ſed qualemcunque hominem; atque hac lege interrogatum eum tradunt Feſtus, & Dionyſius, & Cicero, cum dixit pro Milone: „ Romana civitas primum judicium de capite vidit P. Horatii, „ qui nondum libera civitate, tamen populi „ Romani comitiis liberatus, cum ſua manu „ ſororem interfectam eſſe fateretur. Actio tamen inſtituta eſt ex lege, quam tum Rex Tullus tulit; (2) qua lege creati Duumviri ſunt,

(1) Non captioſe, ſed ſcitiſſime. Nam libertas ſine civitate ſtare non poterat, civitaſque ſua cujuſque erat forma libertatis. Ita civitas Romana trecentis equitibus Campanis poſt captam Capuam dari non potuit antequam illi alicujus civitatis cives facti fuiſſent, ut Cumani prius facti fuerant: Liv. lib. 3.

(2) Hanc legem perduellionis non tulit tum ille Rex, ſed jam ante ea erat. *Tullus enim, ne tam triſtis, ingratique ad vulgus judicii, ac ſecundum judicium ſupplicii author eſſet, concilio populi advocato: Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent ſecundum legem facio.* Ex lege igitur jam lata, a qua ferenda, ſicut a judicio, quod ex illa conſecuturum fuiſſet, faciendo, abhorruiſſet. Eam legum tribuo Romulo, qui author optimorum inſtitutorum, & duumviros inſtituiſſe veriſimile eſt, & ne in tanta omnium gentium colluvie cædes fierent eam legem tuliſſe. Eamque de cædibus intelligo: Legem Numæ de homicidio per fraudem.

ſunt, ut perduellionem, id eſt, rem capitalem, & mortis pœnam, judicarent, &, ſi reus ad populum provocaſſet, ad eum de provocatione certaretur. Verba legis, teſte Livio, hæc fuerunt: „ Duumviri perduellionem judicent; ſi à Duumviris provocarit, „ provocatione certato; ſi vincet, caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito, verberato vel intra pomœrium, vel extra pomœrium. Res autem acta ſic eſt: Rex concilio populi advocato *Duumviros, qui P. Horatio perduellionem judicent*, inquit, *facio ſecundum legem*. Duumviris creatis tum alter ex his inquit: *P. Horati perduellionem tibi judico. Lictor colliga manus*; acceſſit lictor, injecitque laqueum; tum Horatius, auctore rege, *provoco*, inquit. Ita de provocatione certatum ad populum eſt; populus abſolvit. Ex quibus apparet, crimen in hoc judicio fuiſſe parricidium, id eſt, cædem ſororis, pœnam perduellionem, (3) id eſt, mortem in cruce; Duumviros creatos primum judicaſſe, deinde de eorum judicio certatum, ac populum eorum judicium infirmaſſe. Atque hoc quidem modo curiatis judicatum comitiis eſt.

CAP. V.

Quorum judiciis tributis, & centuriatis actio fuerit.

EXactis autem regibus idem populus, cum jam jus centuriatim conveniendi, ac ſciſcendi lege Ser. Tullii regis haberet, judiciorum poteſtatem adeptus eſt multis legibus. Nam & anno primo à P. Valerio Conſule, teſte Dionyſio, latum eſt, ut populus Conſulum decretum irritum facere poſſet, ſi quis à Conſulibus condemnatus ad populum provocaſſet; & ſextodecimo poſt anno Senatus-conſultum in M'. Valerii ſententiam eſt factum, ut populus judiciorum poteſtatem haberet, & maxime ſi quis Rempublicam læſiſſe aut ſeditione conflanda, aut tyrannide paranda, aut civitate hoſtibus prodenda, aut aliquo ejuſmodi facinore patrando argueretur; atque hæc judicia comitiis centuriatis facta eſſe intelligendum eſt, cum nondum eſſent tributa; nam judicium Coriolani, (4) quod tributis comitiis per ea tempora factum eſt, extraordinarium fuit; quippe cum nulla lege, aut more tum primum plebs tributis comitiis judicarit. Sacratis autem legibus, quæ anno ab exactis regibus ſextodecimo latæ ſunt, & XII. tabularum, quæ poſt annum quinquageſimum ſextum promulgatæ ſunt, ſcitum eſt, ne de capite civis Rom. niſi centuriatis comitiis agi poſſet; quod Cicero in oratione pro Sextio, & in ſecundo Legum ſcriptum reliquit. Unde in tertio addidit: „ Vere L. Cottam dixiſſe, nihil omnino „ actum eſſe de ſe à Clodio, quia tributis „ comitiis de capite ſuo egiſſet, quæ rata „ eſſe non poſſent. Quocirca poſt ea tempora de multa civis Rom. ſemper actum eſt tributis, de capite centuriatis. Quam legem fortaſſe obſoleſcentem retulit C. Gracchus anno DCXXX. ſiquidem ſcribit Cicero pro Rabirio: „ C. Gracchus legem tulit, ne de „ capite civium Roman. injuſſu veſtro judi„ caretur. Nam *injuſſu veſtro* cum dixit, populi, non plebis intellexit; etenim Cicero tum agebat ad populum centuriatim convocatum in judicio perduellionis. Tributis autem comitiis ſoli minores magiſtratus egerunt, ut Tribuni pl. ædiles curules, & Ædiles pl. De Tribunis omnes loquuntur. De Ædilibus curulibus docet Valerius capite de pudicitia, cum inquit: „ M. Marcellum „ Ædilem curulem C. Scantinio Tribuno pl. „ diem ad populum dixiſſe, quod filium „ ſuum de ſtupro appellaſſet; & P. Clodium Ædilem curulem Miloni de vi ad populum diem dixiſſe, Cicero teſtis eſt. De Ædilibus plebis Livius libro II., qui Veturio, poſtquam Conſulatu abiit, ab C. Alieno Ædili plebis diem dictam, eumque decem millibus æris damnatum ſcribit; & Gellius, qui *Claudiæ à C. Fundanio, & Ti. Sempronio ædilibus pl. multam æris gravis XXV. millium dictam* ex Capitone refert. Comitiis autem centuriatis egerunt Conſules, Prætores, & Quæſtores. De primis nota res eſt. De Quæſtoribus auctor eſt Livius; quos diem dixiſſe Sp. Caſſio ob affectatam tyrannidem ſcribit libro ſecundo. Quin etiam idem libro ſexto auctor eſt, Tribunos pl. accuſaſſe T. Manlium populo centuriatim in campo citato; verum intelligendum eſt; petita à Conſulibus poteſtate; quemadmodum idem libro XXVI. aperte explicuit.

Atque ordine quidem privati tantum in judicium adducti ſunt. Itaque T. Menenius, Sp Servilius, Ap. Claudius, C. Sempronius, poſtquam Conſulatu, aut Decemviratu abiiſſent, judicio à Tribunis pl. oppugnati ſunt, extra ordinem autem etiam magiſtratus tentati, ut Scantinius Tribunus pl. à Marcello Ædili curuli apud Valerium; & L. Flacco Ædili curuli Decianus Trib. pl. diem dixit apud Ciceronem in oratione pro Flacco; & Claudio, Gracchoque cenſoribus Tribuni pl. apud Livium libro XLV. Ex quo declaratur, hoc arbitrio magiſtratus permiſſum, ut privatum, & magiſtratum apud populum accuſarent.

CAP. VI.

Quo ordine comitiis centuriatis, aut tributis actum ſit.

CEterum ordo agendi ſive tributis, ſive centuriatis comitiis, legibus, aut moribus conſtitutus hic fuit. Magiſtratus qui reum facere, aut accuſare voluit, in Roſtra aſcendit, & populo per præconem advocato diem ei, quem reum facere cogitaverat, ad accu-

(3) Perduellio non erat pœna, ſed nomen, ſive titulus delicti; unde Rex: *Duumviros facio, qui Horatio perduellionem judicent.*

(4) Accuſatio Coriolani fuit affectatæ tyrannidis ſecundum Dionyſium. Livius titulum delicti non explicat. Item Livius damnatum refert Coriolanum abſentem, atque in Volſcos exulatum abitum. Præſentem, variiſque actionibus defenſum refert eum Dionyſius. Agitatum in Senatu an populo judicium permittendum. Secundum Valerii ſententiam Senatuſconſultum factum, ut ſeditionis, affectatæ tyrannidis, proditionis, aut hujuſmodi violatæ Reipublicæ ſcelere judicium populi eſſet. Diſputatum quoque de Comitiis: nam Patritii centuriata, Tribuni tributa jam comitia paraverant. Obtinuerant Tribuni, quia in iis à tenuioribus Martio damnatum iri eum ſperabant. Siquidem tributis comitiis omnium ſuffragia æquabantur.

accuſationem audiendam prædixit. Ubi vero A prædicta dies venit, item è Roſtris reum per præconem citavit, atque accuſationem inſtituit, eamque ter intermiſſa die peregit. Ubi vero ter accuſavit, tum rogationem per trinas nundinas promulgatam habuit, in qua crimen, & pœnam criminis comprehendit, ac tertiis nundinis quartam accuſationem intulit, ac reo cauſſæ dicendæ poteſtatem fecit; atque inde diem prædixit, qua die ad populum de pœna certandum erat. Quod ſi qua res illum diem aut auſpiciis, aut excuſatione ſuſtuliſſet, judicium ſublatum erat. Qui citati ad diem non affuiſſent, neque excuſati eſſent, iis exilium jubebatur. Inde rogatio ad populum ferebatur, deque ea popu- B lo ſuffragium permittebatur. Hæc fere Dionyſius libro VII. ſcribit obſervata eſſe in judicio Marcii Coriolani. Quæ vera eſſe etiam Ciceronis teſtimonio in oratione pro domo cognoſcitur, in qua ita eſt: „ Moderata populi judicia à majoribus ſunt conſtituta; „ primum ne pœna capitis cum pecunia conjungatur; deinde ne niſi prædicta die quis „ accuſetur; ut ter ante magiſtratus accuſet „ intermiſſa die, quam mulctam irroget, aut „ judicet; quarto ſit accuſatio trinum nundinum prodicta die, qua die judicium ſit „ futurum; multa etiam ad placandum, atque ad miſericordiam reis conceſſa ſunt; „ deinde exorabilis populus, facilis ſuffraga- C tio pro ſalute; denique etiam ſi qua res „ illum diem aut auſpiciis, aut excuſatione „ ſuſtulit, tota cauſſa, judiciumque ſublatum eſt. His ſummatim expoſitis nunc ſeparatim dicamus de partibus ſingulis.

CAP. VII.

De die accuſationi dicenda.

QUicunque igitur magiſtratus alterum reum ad populum facere cogitavit, in Roſtra, ut dixi, aſcendit; ac concione advocata palam teſtatus eſt, ſe certa, quam nominabat, die, de certo, quod nomi- D nabat, crimine, certum, quem nominabat, hominem accuſaturum eſſe, ac proinde ei, ut ad audiendam ſui accuſationem adeſſet, denunciavit. Hæc autem actio diei dictio, & qui ita agebat, diem dicere, dicebatur. Hinc livius libro XXXVII: „ Gracchus, & „ Rutilius Tribuni pl. M'. Acilio Glabrioni „ diem dixerunt, quod pecuniæ regiæ, prædæque aliquantum captæ in Antiochi ca„ ſtria, neque in triumpho tuliſſet, neque in „ ærarium detuliſſet; *& libro XLIII.*: Tribu„ nus pl. Claudio diem dixit, quod concio„ nem à ſe avocaſſet; *& libro II.*: A. Virgi„ nius Tribunus pl. Cæſoni diem capitis dixit; id eſt, ſe certo die illum accuſaturum eſſe E de crimine capitali denunciavit; & paulo poſt: „ Cui rei capitalis dies dicta ſit, & de quo „ futurum propediem judicium, indicta „ cauſſa non debere violari. *Item*: Appio in „ carcerem conjecto Tribunus pl. Virginius „ ei diem prædixit; priuſquam dies prædicta „ adeſſet, Appius ſibi mortem conſcivit; *&* „ *alibi*: Tribuni plebis omiſſa mulctæ certa„ tione rei capitalis diem M. Poſtumio di„ xerunt. Videtur autem diei dicendæ formula hæc fuiſſe: „ Ap. Claudi huc ad me „ Nonis Septembris adeſto, ut te accuſati „ audias, quod vindicias contra libertatem „ dederis.

Dicta in hunc modum die in rebus capitalibus vades, in mulcta prædes ab reis poſcebant. Hi erant locupletes ſponſores rei in judicio ad diem dictam ſiſtendi, aut mulctam, qua damnatus eſſet, ſolvendi. Qui ſi dati non eſſent, reos in carcerem conjiciebant, atque ibi eos uſque ad diem judicii aſſervabant. De vadibus ſcribit Livius libro II.: „ Virginius Tribunus pl. arripi jubet Cæſo„ nem, cui diem capitis dixerat, & in vin„ cula duci; pater clamitabat, cui reo dies „ rei capitalis ſit dicta, & de quo futurum „ propediem judicium, eum indemnatum in„ dicta cauſſa non debere violari; Tribunus „ negat ſupplicium ſumpturum de indemna„ to, ſervaturum tamen in vinculis eſſe uſque „ ad judicii diem; ut qui hominem necave„ rit, de eo ſupplicii ſumendi copia populo „ Rom. fiat; appellati Tribuni medio decre„ to jus auxilii ſui expediunt, in vincula con„ jici vetant. Siſti reum, pecuniamque niſi „ ſiſtatur, populo promitti placere pronon„ ciant. Vades dare Senatui placuit; vadem „ unum tribus millibus obligarunt; quot da„ rentur, permiſſum Tribunis; eſt decem fi„ nierunt; tot vadibus accuſator vadatus eſt „ reum; ac primus vades publicos dedit; & de M. Poſtumio: „ Tribuni pl. omiſſa „ mulctæ certatione rei capitalis diem Poſtu„ mio dixerunt; ac, ni vades daret, prehen„ di à viatore, atque in carcerem duci juſſe„ runt. Poſtumius vadibus datis non affuit. De prædibus Gellius libro VII., ea vetere hiſtoria ita ſcribit: „ L. Scipioni M. Minu„ cius Augurinus Tribunus pl. mulctam irro„ gavit, eamque ob cauſſam prædes popoſcit; & poſt: „ Augurinus Tribunus pleb. Scipio„ nem prædes non dantem prehendi, & in „ carcerem duci juſſit.

CAP. VIII.

De citatione rei.

POſtquam autem dies dicta venit, accuſator in Roſtra aſcendens reum per præconem ex Roſtris citavit. Hoc oſtendit Livius, ubi de judicio P. Scipionis agit: „ Ubi „ dies, *inquit*, dicta venit, Tribuni in Ro„ ſtris prima luce conſederunt; citatus reus; & paulo poſt: „ Scribæ viatoreſque Tribu„ nos reliquerunt, nec cum iis præter ſervi„ lem comitatum, & præconem, qui reum „ ex Roſtris citabat, quiſquam fuit. Potuit autem aut major, aut par magiſtratus intercedere ne citaretur; & ſi abſens fuit, potuit excuſari. Quod ſi citatus, neque excuſatus non affuiſſet, pro arbitrio magiſtratus potuit ei pœna irrogari. Varro: „ M. Terentio, quan„ do citatus neque reſpondit, neque excu„ ſatus eſt, ego ei unum ovem mulctam dico; Aſconius: „ Q. Varius Trib. pleb. belli con„ citati crimine adeſſe apud ſe Scaurum juſſit; „ ille per viatorem accerſitus, proceſſit in „ forum.

CAP. IX.

De triplici accuſatione.

UBi vero primum adeſſe juſſus, deinde ſecunda actione citatus affuit, tum vero accuſari eſt cœptus. Cicero pro domo, ubi agit de judicio ſuo: „ Hæc cum ita ſint in„ re,

A „ re, obi erimen eſt? ubi teſtes? quid indi„gnius, quam qui neque adeſſe ſit juſſus, „ neque citatus, neque accuſatus, de ejus „ capite, liberis, fortunis omnibus ſuffra„gium ferre? Accuſatio vero triplex fuit; ſiquidem intermiſſis diebus ter eſt habita. Ea vero eodem artificio confecta eſt, quo ſuperiores, de quibus diſſeruimus; quippe accuſator crimen certum attulit, idque teſtibus, & argumentis probavit; unde dixit paulo ante Cicero: „ Ubi crimen eſt, ubi accuſator, „ ubi teſtes? Et de teſtibus quidem inſignis eſt locus in VII. in Verrem, ubi ſe accuſaturum Verrem ad populum de majeſtate minatur. „ Mihi credite, *inquit*, arctioribus ad B „ populum laqueis tenebitur; credet iis equi„tibus Rom. populus Rom. qui ad vos an„tea producti teſtes ipſis inſpectantibus ab „ iſto civem Roman. ſublatum in crucem „ eſſe dixerunt; credent omnes quinque & „ triginta tribus M. Annio, qui ſe præſente „ civem Rom. ſecuri percuſſum dixit; & alter apud Livium libro XXXVII.: „ M. Cato „ teſtis quæ vaſa aurea, atque argentea ca„ptis caſtris inter aliam prædam vidiſſet, ea „ ſe in triumpho negabat vidiſſe.

CAP. X.

De anquiſitione.

C Um autem ter accuſaret, in ſingulis accuſationibus perorandis mulctam, pœnamve pro arbitratu dicebat, eaque Anquiſitio dicebatur. Erat autem ejus hæc formula: „ Quando igitur hæc, & illa, quæ dixi, fe„ciſti, ob eas res ego mulctam tibi hanc dico, „ vel pecuniam hanc, ſive perduellionem tibi „ judico; *Livius libro primo*: P. Horati per„duellionem tibi judico. *Varro*: M. Teren„tio, quando citatus non affuit, unum „ ovem mulctam dico. *Cicero pro Scauro*: „ Subiit etiam judicium populi anquirente „ Cn. Domitio Tribuno pleb. *Dionyſius libro* „ *ſeptimo*: In extremo accuſationis poſuit, ſe „ Marcio mortem καταψηφίζειν, *id eſt*, *capi*„*talem pœnam dicere*, quod Ædiles prehende„re juſſos violaſſet. Sæpe autem evenit, ut cum in prioribus accuſationibus pecuniæ judicaſſent, in tertia capitis anquirerent, aut cum in primis capitis anquiſiſſent, in tertia pecuniæ judicarent. Livius de judicio Cn. Fulvii: „ Sempronius, *inquit*, Tribunus pl. „ die dicta Cn. Fulvium ob exercitum in „ Apulia amiſſum in concionibus vexabat, „ multa temeritate, atque inſcitia, exerci„tum in locum præcipitem produxiſſe dicti„tans. Reus ab ſe culpam in milites transfe„rebat. Bis eſt accuſatus; pecuniaque anqui„ſitum; tertio teſtibus datis, cum jurati „ permulti dicerent, fugæ initium à Præto„re ortum; tanta ira accenſa eſt, ut capite „ anquirendum concio acclamaret. Item de eodem: „ Cum Sempronius Tribunus pl. bis „ pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anqui„rere diceret, Trib. pl. appellati, cum col„legæ negarent, ſe in mora eſſe, quo minus „ quod ei more majorum permiſſum eſſet, „ ſeu legibus, ſeu moribus mallet, anquire„ret, quoad capitis vel pecuniæ judicaſſet „ privato, tum Sempronius perduellionis ſe „ judicare Cn. Fulvio dixit; & de T. Mænenio: „ In mulcta temperarunt Tribuni; „ cum capitis anquiſiſſent, duo millia æris „ damnato mulctam dixerunt. *Item*: Mulcta „ Duumviro dicta à Pontifice, deque ea, „ cum provocaſſet, certatum ad populum. „ *Item*: Tribuni pl. ducentum millium æris „ mulctam M. Poſtumio dixerunt. Dum autem accuſator agebat, reus ſub Roſtris abjectus adoleſcentum conviciis expoſitus ſtabat. Livius: „ Gracchus Tribunus pl. decrevit, „ ſe Scipionem abſentem accuſari non paſſu„rum, & ſi affuerit, & ſe appellet, auxilio „ ei futurum, ne cauſſam dicat. P. Scipio„nem ſub Roſtris ſtare, & præbere aures B „ adoleſcentum conviciis, populo Rom. ma„gis deforme, quam ipſi eſſe. Ex quo apparet, magiſtratus non minus accuſationi, quam citationi rei intercedere potuiſſe.

CAP. XI.

De mulctæ pœnæve irrogatione.

P Oſtquam autem accuſator tertiam accuſationem perfecerat, tum rogationem ſcriptam promulgabat, in qua crimen & pœnam, mulctamve comprehendebat. Erat autem lege vetitum, ut inquit Cicero pro domo, *ne pœna capitis cum pecunia conjungeretur*, duabus, ut puto, de cauſſis; una, quod de C capite centuriatis comitiis agebatur, de mulcta tributis; altera, ne populo neceſſitas imponeretur, ut aut utramque juberet, aut utramque repudiaret. Rogatio vero per trinas nundinas promulgata manebat, ut populo nota fieret, antequam de ea judicaret. Hæc actio accuſatoris, mulctæ pœnæve irrogatio; judicatio populi, mulctæ pœnæve certatio dicta eſt. Cicero libro III. de legibus: „ Cum magiſtratus judicaſſit, irrogaſſitve, „ per populum mulctæ pœnæ certatio eſto. Svetonius in Tiberio: „ Salinator tribus Ro„manas in cenſura notavit, quod cum ſe „ poſt priorem Conſulatum mulcta irrogata „ condemnaſſent, Conſulem iterum feciſſent. D Aſconius: „ Diem ei dixit ad populum, mul„ctamque irrogavit, quod ejus opera multa „ ſacra populi Rom. diminuta eſſe diceret; pro Milone: „ Diem mihi credo dixerat, „ mulctam irrogarat, actionem perduellionis „ intenderat; *pro Rabirio*: Quid ego ad id „ longam orationem comparem, quod eſt in „ eadem mulctæ irrogatione perſcriptum, „ hunc nec ſuæ neque alienæ pudicitiæ pe„perciſſe. Rogatio autem dicebatur, quod de ea rogandus erat populus; irrogatio, quod adverſus reum conſcripta eſſet. Unde Cicero pro domo: „ Privilegium pertimui, ne mihi „ præſenti ſi mulcta irrogaretur, nemo in„tercederet. Idem autem etiam erat dicere E mulctam. Livius de M. Poſtumio: „ Tribu„ni pl. ducentum millium æris mulctam M. „ Poſtumio dixerunt; cujus certandæ cum „ dies advenisset. *Cicero in Antonium*: Craſ„ſus Conſul Flacco collegæ mulctam dixit, „ quam mulctam populus Romanus remiſit. Erat autem formula irrogationis eadem, atque anquiſitionis; nam utraque & crimen, & pœna comprehendebatur; ſed in anquiſitione res verbo peragebatur, in irrogatione ſcripto. (5)

CAP.

(5) Ego cenſeo utraque actione, tam multæ, quam cujuſque pœnæ etiam capitalis, quinimo & multo magis, Scriptura ſemper opus fuiſſe, quod indicat etiam Dionyſius in judicia ni-

mirum

CAP. XII.

De quarta accuſatione, & defenſione.

CUm igitur irrogatio per tres nundinas promulgata manſiſſet, tum tertius ipſis nundinis accuſator rurſus in Roſtra conſcendit, ac rurſus citato reo quartam accuſationem inſtituit; quam Cicero pro domo quartam accuſationem trinum nundinum appellavit; eaque perfecta poteſtatem reo ad cauſſam dicendam fecit. Unde Dionyſius ſcripſit: „ Dies à Tribuno pl. Marcio reo ad cauſſam dicendam tertiæ nundinæ præfinitæ. Ubi vero reus cauſſam dicturus, atque accuſationi reſponſurus erat, tum aut ipſe, aut patronus ejus permiſſu accuſantis magiſtratus in Roſtra aſcendebat, atque inde agebat. Ex quo memorabile illud in Cæſare Prætore, de quo Cicero ad Atticum: „ Cæſar, qui olim, Prætor cum eſſet, Q. Catulum ex inferiore loco juſſerat dicere, Vectium in Roſtra produxit. Reus autem, aut rei patronus non ſolum crimina diluere oratorio artificio contendit, ſed etiam cauſſam ſuam populo virtutibus ſuis commemorandis commendavit. Eliciuntur hæc ex judicio M. Manlii, & P. Scipionis apud Livium: „ Cum dies venit, *inquit*, quæ præter cœtus multitudinis, ſeditioſaſque voces, & largitionem, & fallax indicium pertinentia proprie ad regium crimen ab accuſatoribus objecta ſunt reo, apud neminem auctorem invenio. Manlius homines prope quadringentos produxiſſe dicitur, quibus ſine fœnore expenſas pecunias tuliſſet; quorum bona venire quos duci addictos prohibuiſſet: ad hæc decora quoque belli non commemoraſſe tantum, ſed etiam protuliſſe conſpicienda ſpolia hoſtium cæſorum ad triginta, dona imperatorum ad triginta, & quæ ſequuntur. Item: „ Ubi dies dicendæ cauſſæ venit, Scipio juſſus dicere cauſſam ſine ulla criminum mentione orationem magnificam de rebus à ſe geſtis eſt exorſus; Tribuni pl. vetera luxuriæ crimina Syracuſanorum hibernorum, & Locris Pleminianum tumultum cum ad fidem præſentium criminum retuliſſent, ſuſpicionibus magis, quam argumentis pecuniæ captæ reum accuſarunt. Eodem modo Cicero in ſecundo de oratore C. Carbonem Conſulem cauſſam L. Opimii defendiſſe ſcribit, ac jure C. Gracchum cæſum contendiſſe. Extat præterea oratio, quo idem C. Rabirium perduellionis reum defendit, ex qua quæ ratio defenſionum ad populum fuerit, eluceſcit. *Aſconius*: „ Q. Varius Tribunus pl. belli concitati crimine adeſſe apud ſe Scaurum juſſit anno LXXII. ille per viatorem accerſitus proceſſit in forum; deinde accepto reſpondendi loco dixit: Q. Varius Hiſpanus M. Scaurum principem Senatus ſocios in arma ait concitaſſe. M. Scaurus princeps Senatus negat; teſtis nemo eſt; utri vos Quirites convenit credere? qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipſo etiam Tribuno dimitteretur.

CAP. XIII.

De die judicio indicendo & auxiliis reorum.

QUarta inde accuſatione abſoluta magiſtratus accuſator diem comitiis edixit, quibus rogationem, quam per tres nundinas promulgatam habuerat, ferret. Ea vero res acta eſt in hunc modum. Si Tribuni pleb. mulctam irrogarant, diem comitiis tributis dicebant, quod ipſi pro poteſtate poterant, ſi perduellionem, diem centuriatis comitiis à Prætore urbano poſcebant. Unde Cicero pro domo: „ Cæſo ille Quinctius, & M. Furius Camillus, & C. Servilius Ahala damnati comitiis centuriatis, cum in exilium profugiſſent, ab eodem populo in ſuam priſtinam dignitatem ſunt reſtituti. Hos vero ſatis conſtat, reos à Tribunis pleb. eſſe factos. Livius libro XLIII.: „ Tribunus pleb. utrique cenſori perduellionem ſe judicare pronunciavit; diemque comitiis à C. Sulpicio Prætore urbano petiit; & Antias libro XLV., teſte Gellio libro VI.: „ Licinius Tribunus pl. perduellionis ei diem dixit, & comitiis diem à Q. Marcio Prætore popoſcit. Sin autem Conſul, atque Prætor mulctam irrogarunt, tributa comitia; ſi perduellionem, centuriata indixerunt: quanquam harum actionum rara exempla ſunt.

Interea vero dum hæc ad rei exitium parabantur, multa auxilia ipſe ſibi quærere poterat; quorum unum à magiſtratibus, alterum à populo, tertium à lege, quartum ab ipſo accuſatore profectum eſt. A magiſtratibus auxilium latum eſt, ſi Tribuni pleb. aut collegæ accuſatori, aut alteri magiſtratui interceſſiſſent, ne reum citaret, ne in carcerem duceret, ne accuſaret, ne pœnam irrogaret, ne comitia ei judicio haberet, aut ſi ei diem accuſationis, & judicii produxiſſent; hæc enim omnia facere pro arbitratu potuerunt. Livius de Scipione: „ Tribuni pl. appellati ita decreverunt, ut ſi morbi cauſſa excuſaretur, ſibi placere, accipi eam cauſſam, diemque à collega produci. Gracchus Tribunus pl. decrevit, ſe Scipionem abſentem accuſari non paſſurum, & ſi aſſuerit, & ſe appellet, auxilio ei futurum, ne cauſſam dicat; *& de Fulvio*: Tribuni pl. appellati, cum collegæ negarent, ſe in mora eſſe quominus, quod ei more majorum permiſſum eſſet, ſeu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret, *& Cicero pro domo*: Pertimui: ne mihi præſenti, ſi mulcta irrogaretur, nemo intercederet. Decretum Gracchi, cujus meminit Livius, eſt apud Gellium libro VII., hoc modo: „ P. Scipio Africanus poſtulavit pro L. Scipione Aſiatico fratre, cum contra leges, contraque morem majorum Tribunus pl. hominibus acciris per vim inauſpicato ſententiam de eo tulerit, mulctamque nullo exemplo irrogaverit, prædeſque eum ob eam rem dare cogat, aut ſi non det, in vincula duci jubeat, ut eum

mirum Coriolani. Nam cum is ageret in Senatu, an judicium populo eſſet permittendum, ita loquitur Patres: *Sed ut vos qui Senatuſconſultum ſcribitis, ſciatis quibus de cauſis plebi ſitis me dedituri, & ego minime ignorem, qua de re in judicio ſim certaturus, jubete Tribunos coram vobis dicere, quod nam ſit illud crimen, cujus me ſunt accuſaturi: & quonam nomine DICAM mihi ſunt PRODITURI.* Præterea Scribæ, Ædileſque plebis ad acta inſtituti, cur nullius opera in non levibus hujuſmodi negotiis?

„ eum à collega vi prohibeamus; &, Quod A
„ contra collega poſtulavit, ne ſibi interce-
„ damus, quominus ſuapte poteſtate uti li
„ ceat, de ea re noſtrûm ſententia omnium
„ data eſt. Si L. Cornelius Scipio Aſiaticus
„ collegæ arbitratu prædes dabit collegæ, ne
„ eum in vincula ducat, intercedemus. Cum
„ autem Augurinus Tribunus pleb. L. Sci
„ pionem prædes non dantem prehendi, &
„ in carcerem duci juſſiſſet, tum Gracchus
„ ita decrevit: Cum L. Cornelius Scipio Aſia-
„ ticus triumphans hoſtium duces in carce-
„ rem conjectaverit, alienum videtur eſſe à
„ dignitate populi Rom. in eum locum Im-
„ peratorem populi Rom. duci, in quem lo
„ cum ab eo conjecti ſunt duces hoſtium; B
„ itaque L. Cornelium Scipionem Aſiaticum
„ à collegæ vi prohibeo.

Populare autem auxilium ſignificavit Ci
cero, cum dixit: „ multas res ad placan-
„ dum, atque ad miſericordiam eſſe conceſ
„ ſas, exorabilem populum, facilem pro ſa
„ lute ſupplicationem fuiſſe; ſignificat autem
humiles reorum preces, atque cognatorum,
amicorumque pro iis ſupplicationes, & pren-
ſationes. Etenim cum ipſi die ſibi dicta mu
tata veſte ſordidati, ac barba, & capillo pro-
miſſo prenſarunt populum, tum nobiles etiam,
qui idem pro ſe facerent, habuerunt. Livius: C
„ App. Claudio Tribuni pl. diem dixeront;
„ nunquam antea tam inviſus plebi reus ad
„ judicium vocatus populi eſt, Senatus eum
„ perpellere non potuit, ut veſtem mutaret,
„ ac ſupplex prenſaret. *Item*: Virginius Tri
„ bunus pleb. Appio diem dixit. C. Claudius
„ patruus cum gentilibus, clientibuſque in
„ foro prenſabat ſingulos; *item*: Tribuni pl.
„ diem Manlio dicunt; commota plebs eſt
„ utique poſtquam ſordidatum reum vide-
„ runt; nec cum eo non modo patrum quen-
„ quam, ſed ne cognatos quidem, aut affi
„ nes, poſtremo ne fratres quidem quod ad
„ eam diem nunquam uſu veniſſet, ut in
„ tanto diſcrimine non etiam proximi veſtem D
„ mutarent. *Gellius libro III*: Scipioni Æmi-
„ liano dies dicta eſt ad populum à Claudio
„ Aſello Tribuno pleb. is cum eſſet reus,
„ neque barbam deſiit radi, neque non can
„ dida veſte uti, neque fuit ſolito cultu reo-
„ rum. Recte; tum enim vulgo barbam ra
debant, & quotidiana toga alba fuit; quare
in reatu atram induebant. Ceterum, ut in
quit Feſtus: „ cum reus populum comitiis
„ oraverat per deos, ut eo periculo liberare
„ tur, jubebat magiſtratus eum reſecrare,
„ id eſt, populum religione abſolvere; ut ita
„ demum populus religione teneretur, ſi is,
„ qui per deos oraverat, inſons, innocenſ-
„ que eſſet. E

Tertium vero auxilium, quod à lege
præbitum eſt, fuit duplex, auſpicia, & ex-
cuſatio. Unde Cicero dixit: „ Si qua res
„ diem judicii aut auſpiciis, aut excuſatione
„ ſuſtuliſſet, totam cauſſam, judiciumque
„ ſublatum eſſe. Quod autem auſpiciis inquit
judicium diſcuſſum eſſe, comprobatur exem-
plo P. Clodii, qui, ut inquit Valerius, ob-
jectus populo cum effugere debitam pœnam
non poſſet, ſubito coorti imbris beneficio
tutus fuit à damnatione: „ diſcuſſa enim
„ quæſtione aliam, velut diis interpellanti-
„ bus, deintegro inſtaurari non placuit; &
Livius libro XL.: „ De mulcta certatum ad
„ populum. Cum plures jam tribus intro vo-
„ catæ dicto eſſe audientem Pontifici Duum-
„ virum juberent, mulctamque remitti, ſi
„ magiſtratu ſe abdicaſſet, vitium de cœlo,
„ quod comitia turbaret, intervenit. Excu-
ſationis autem ratio fuit hujuſmodi. Citato
reo licuit non adeſſe, ſi excuſaretur: Excu-
ſatio vero aut morbi fuit, aut exilii volun-
tarii, aut funeris curandi; morbi, ut in P.
Scipione, de quo Livius: „ P. Scipio die
„ longiore producta in Liternum conceſſit
„ certo conſilio, ne ad cauſſam dicendam
„ adeſſet; major animus & natura erat, ac
„ majori fortunæ aſſuetus, quàm ut reus eſſe
„ ſciret, & ſubmittere ſe in humilitatem
„ cauſſam dicentium; ubi dies venit, citari-
„ que abſens cœptus eſt, L. Scipio fratri mor-
„ bum cauſſam eſſe, cur abeſſet, excuſabat;
„ quam excuſationem qui diem dixerant,
„ cum non acciperent, Tribuni pl. appellati
„ ab L. Scipione ita decreverunt: ut ſi mor-
„ bi cauſſa excuſaretur, ſibi placere accipi
„ eam cauſſam, diemque à collegis produci.
„ Gracchus cum vetuiſſet, nomen ſuum de-
„ cetero collegarum aſcribi, ita decrevit:
„ Cum L. Scipio excuſet, morbum eſſe cauſ-
„ ſam fratri, ſatis id ſibi videri, ſe P. Sci-
„ pionem, priuſquam domum rediſſet, accu-
„ ſari non paſſurum. Exilii, ut Cæſoni Quin-
ctio; de quo idem: „ Judicii die cum excu-
„ ſaretur ſolum vertiſſe exilii cauſſa, nihilo-
„ minus Virginio comitia habente collegæ
„ appellati dimiſere concilium. Funeria, ut
Cicero pro Rabirio perduellionis reo: „ Cum
„ ad judicii moram familiaris funeris excu-
„ ſatio quæreretur.

Quartum præſidium ab accuſatore peti-
tum eſt; id autem fuit, quoties accuſator ac-
cepta excuſatione, aliave de cauſſa aut diem
produxit, aut omnino incœpto deſtitit, ut de
Appio Livius: „ Appius adeo conſtantia
„ ſua Tribunos obſtupefecit, ut diem ipſi
„ ſua voluntate producerent; *& de Scipione*:
„ Orationibus in noctem perductis dies pro-
„ ducta eſt; *& de P. Manlio*: Filius Tribu-
„ num jurare mortem intentans coëgit, ſe
„ patris ſui accuſandi cauſſa concilium plebis
„ nunquam habiturum; juravit, & præ ſe
„ deinde tulit, ea vi ſubactum incœpto de-
„ ſtitiſſe; *& de Acilio*: Centum millium æris
„ mulcta Acilio irrogata erat; bis de ea cer-
„ tatum eſt; tertio, cum de petitione deſti-
„ tiſſet reus, nec populus de mulcta ferre
„ ſuffragium voluit; & Tribuni eo negocio
„ deſtiterunt; item de Milonis judicio inten-
tato à Clodio Cicero ad fratrem: „ Ante
„ diem tertium Nonas Milo affuit; ei Pom-
„ pejus advocatus venit; dixit Marcellus à
„ me rogatus; honeſte diſceſſimus, producta
„ dies eſt in VIII. Idus. Ante diem VIII.
„ Idus Milo affuit, dixit Pompejus, ſive vo-
„ luit; nam, ut ſurrexit operæ Clodianæ cla-
„ morem ſuſtulerunt; idque ei perpetua ora-
„ tione contigit, non modo ut acclamatione,
„ ſed ut convicio, & maledictis impedire-
„ tur; ſurrexit Clodius, ei tantus clamor à
„ noſtris, ut neque mente, neque lingua,
„ neque ore conſiſteret; res in poſterum di-
„ lata eſt. Clodius in Quirinalia produxit diem.
Ceterum formula dimittendi rei fuit: „ Non
„ moror. *Livius libro IV.*: Tum Hortenſius,
„ Non videbit, inquit, plebs Romana ſordi-
„ datos Tribunos ſuos. C. Sempronium ni-
„ hil moror.

CAP.

CAP. XIV.

De evocando reo.

QUod ſi reus per præconem ex Roſtris citatus ab accuſatore non aſſuiſſet, in arcem, & ante fores per cornicinem evocabatur. Scriptum hoc eſt, licet obſcure, apud Varronem libro V. de lingua Latina: „ Iodicat, *inquit*, commentarium vetus anquiſitionis M. Sergii Manii filii quæſtoris, qui capitis anquiſivit Trogum, in quo ſic eſt: Auſpicio orando ſede in templo auſpicii, dum aut ad Prætorem, aut ad Conſulem mittas auſpicium petitum cum eat, præco reum vocet ad ſe, & eum de mœris vocet; præconi id imperare oportet; cornicinem ad privati januam, & in arcem mittat, ubi canat claſſicum T. Trogo, & comitia edicat è Roſtris; argentarii tabernas occludant, patres cenſeant, exquiras, & adeſſe jubeas; *& paulo poſt*: Qui de cenſoribus claſſicum ad comitia centuriata redemptum habent, uti curent eo die, quo die comitia erunt, in arce claſſicus canat, tum circumque mœros, & ante privati hujuſce T. Quinctii Trogi ſceleroſi hominis oſtium canat, & ut in campo prima luce adſit. Item Plutarchus in Gracchis: „ Moris eſt Romanis, ſi quis capitis anquiſitus non adſit, cornicinem ſummo mane ad fores ejus venientem claſſico evocare, neque prius de eo judices ſententias ferre. *Tacitus lib. II.*: In P. Marcium Conſules extra portam Eſquilinam, cum claſſicum canere juſſiſſent, more priſco animadvertere. Inde, ſi ne ita quidem affuiſſet reus, exilium ei ſciſcebatur; aut ſi exilii cauſſa ſolum vertiſſet, ei juſtum id eſſe exilium jubebatur. Livius de Poſtumio: „ Poſtumius vadibus datis non affuit, Tribuni vocaverunt plebem, quæ ita ſcivit: Si M. Poſtumius ante Kalendas Majas non prodiſſet, citatuſque eo die non reſpondiſſet, neque excuſatus eſſet, videri eum in exilio eſſe; *& de Fulvio*: Priuſquam dies comitiorum aderat, Cn. Fulvius Tarquinios abiit; id ei juſtum exilium eſſe ſcivit plebs. Quo loco notandum eſt, quicunque citati non affuiſſent, iis exilium eſſe juſſum tributis comitiis, non centuriatis, quamvis centuriatis tantum de capite ageretur, ut diximus; ſi præſentes fuiſſent, centuriatis opus fuiſſe. Quare ne hac quidem ratione defendi Clodius potuit, qui Ciceronem neque citatum, neque excuſatum, & abſentem tributis in exilium pepulit, ut ipſe pro domo queritur.

CAP. XV.

De rogatione ferenda, & judicio faciendo.

UBi vero ſummus judicii dies eſt conſtitutus, tum magiſtratus, qui accuſaverat, & propterea comitia indixerat, reum per præconem rurſus citavit, ac populum advocavit. Reque agi cœpta populum in tribus, aut in centurias diſcedere juſſit, omnibus rebus obſervatis, quæ in habendis comitiis ſolennes erant; quæ repetere non eſt hoc loco neceſſe. Inde Rogationem per ſcribam recitari populo juſſit, de qua ſuffragia popu- A lum ferre oportuit; ac demum populum, num eam acciperet, rogavit. Formula rogandi fuit: „ Rogo vos, Velitis jubeatis ne, ut M. Tullio, aqua, & igni interdicatur, quod falſum Senatus conſultum retulerit, quod cives Rom. indicta cauſſa necandos curarit; ſic enim & pœna, & crimen, quæ erat pœnæ cauſſa, rogabatur. Cicero pro domo: „ Quæro quid ſit aliud proſcribere, Velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne ſit, bonaque ejus ut mea ſint; ita enim fecit, & ſi aliis verbis tulit; & paulo poſt: „ At quid tulit legum ſcriptor peritus? ut M. Tullio aqua, & igni interdictum ſit; non tulit, ut interdicatur; quid B ergo? ut interdictum ſit. Quid ſi his verbis ſcripta eſt iſta proſcriptio, ut ſe ipſa diſſolvat? eſt enim: Quod M. Tullius falſum S. C. retulerit. *Item*: Tuliſti de me ne reciperer, non ut exirem ubi caviſti, ne meo loco cenſor in Senatum legeret? quod de omnibus etiam, quibus damnatis interdictum eſt, ſcriptum eſt in legibus; & poſt: „ In me, cui dies dicta nunquam eſt, qui reus non fui, qui nunquam ſum à Tribuno pl. citatus, damnati pœna eſſe potuit ea præſertim, quæ ne ipſa quidem rogatione perſcripta eſt? Recitata rogatione, & rogato populo populus in ſuffragia mittebatur ab eodem illo, qui rogator comi- C tiorum erat, eo modo, qui in legibus ferendis, & magiſtratibus creandis obſervabatur; ſcilicet ut per pontes in ſepta tranſirent; & ad pontes tabellas ſententiæ ſuæ indices cuſtodibus comitiorum darent. Aſconius in Cornelianam: „ Domitius Tribunus pleb Silanum ad populum accuſavit, criminatus bellum cum Cimbris injuſſu populi geſſiſſe; ac de eo tabellam quoque dedit. Eſt autem repetendum, primis temporibus ſuffragia in judiciis ferri voce ſolita. Anno vero DCXVI. L. Caſſius Tribunus pleb. legem tulit, ut in omnibus judiciis præterquam perduellionis populus tabella ſuffragium ferret; neque ita multo poſt Cœlius idem etiam in perduellio- D ne ſervari voluit; ut in libris de jure civium Rom. diximus; cum autem populus legem accipiebat, rogatus nihil aliud reſpondebat, niſi, *Volo Jubeo, uti rogas*; aut tabellam dabat, in qua ſcriptum erat, *Uti rogas*: quo facto condemnaſſe dicebatur, aut ſe rogationem antiquare ſignificabat, quo pacto pœnam remittere, & abſolvere demonſtrabat. Cicero pro domo: „ Tu jure munitam civitatem, & libertatem noſtram putas eſſe oportere, ut ſi Tribuno pl. rogante, Velitis, jubeatiſne, Seduli centum, ſe velle, & jubere dixerint, poſſit unuſquiſque noſtrum amittere civitatem? Livius libro XLIII.: „ C. Lucretium, ubi dies, quæ di- E cta erat, venit, Tribuni ad plebem accuſarunt, mulctam decies centum millium æris dixerunt; comitiis habitis omnes quinque & triginta tribus eum condemnarunt. Item: „ Prior Claudius cauſſam dixit; & cum ex decem & octo centuriis equitum octo condemnaſſent, multæque aliæ primæ claſſis, extemplo principes civitatis in conſpectu populi annulis aureis poſitis veſtem mutarunt, ut ſupplices plebem circumirent; maxime tamen ſententiam mutaſſe dicitur Ti. Gracchus, quod cum clamor undique plebis eſſet, periculum Graccho non eſſe, conceptis verbis juravit, ſi collega dam-

„ na-

„ natus eſſet, non expectato de ſe judicio A
„ comitem exilii ejus futurum; adeo tamen
„ ad extremum ſpei venit, ut octo centuriæ
„ ad damnationem defuerint. *Aſconius*:
„ Scaurus ita abſolutus eſt, ut à tribus tri-
„ bubus damnaretur, à triginta duabus ab
„ ſolveretur, & in eis pauca puncta inter
„ damnationem, & abſolutionem intereſſent.

Illud etiam poſt reges exactos in per-
duellione, id eſt, in mortis pœna retentum
eſt, ut Duumviri crearentur, qui perduellio-
nem judicarent; resque inde per provocatio-
nem ad populum transferretur. Meminit hu-
jus conſuetudinis Livius in judicio Manlii ita
ſcribens libro VI.: „ Sunt qui Duumviros,
„ qui de perduellione anquirerent, creatos B
„ auctores ſint; & Dio in Conſulatu Cice-
ronis: „ Tulit, *inquit*, T. Labienus Tribu-
„ nus pleb. ut Duumviri crearentur, qui Ra
„ birio perduellionem judicarent, quod Sa
„ turninum Tribunum pleb. in tumultu ci
„ vitatis occiderat; atque Duumviri tum à
„ Prætore urbano, non ut moris erat, à po
„ pulo Cajus, & Lucius Cæſares conſtituti
„ perduellionem ei judicarunt; verum cum
„ provocaſſet ad populum, à Cicerone Con-
„ ſule oratione, quæ extat, defenſus evaſit,
„ conſilio Metelli Celeris Prætoris, & augu-
„ ris, qui vexillo è Janiculo remoto populi
„ ſcitum, qui in campo centuriatim judica-
„ bat, irritum fecit; nec Labienus eam quæ- C
„ ſtionem inſtaurare alio die curavit. Hanc
autem judicii formam vetuſtate obſoletam ſe
Conſule à Labieno Tribuno pl. relatam con-
tendit Cicero in oratione ipſa pro Rabirio:
„ De perduellionis judicio, quod à me ſub
„ latum criminari ſoles, meum crimen eſt,
„ non Rabirii. Quod utinam Quirites ego
„ id aut primus, aut ſolus ex hac Republica
„ ſuſtuliſſem, utinam quod ille crimen eſſe
„ vult, proprium teſtimonium meæ laudis
„ eſſet; quid enim optari poteſt, quod ego
„ mallem, quam me in Conſulatu meo car-
„ nificem de foro, crucem de campo ſuſtu
„ liſſe? ſed iſta laus eſt propria majorum
„ noſtrorum, qui expulſis regibus nullum in D
„ libero populo veſtigium crudelitatis regiæ
„ retinuerunt; deinde multorum virorum
„ fortium, qui veſtram libertatem non acer
„ bitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate
„ legum munitam eſſe voluerunt; *& poſt*:
„ Namque hæc tua, i lictor, colliga manus,
„ iſta ſunt cruciatus crimina, quæ libentiſſi-
„ me commemoras, Caput obnubito, arbori
„ infelici ſuſpendito; quæ verba Quirites
„ jampridem in hac Republica non ſolum
„ tenebris vetuſtatis, verum etiam luce li-
„ bertatis oppreſſa ſunt. Atque hæc quidem
ſive de mulcta, ſive de capite, ſive de per-
duellione tributis, aut centuriatis comitiis
agerctur, hoc modo acta ſunt. E

CAP. XVI.

De animadverſione.

JUdicio facto ſuſcepta eſt animadverſio.
Hæc in cæteris pœnarum generibus eo-
dem modo in populi judicio facta eſt, at-
que in Prætorio. De quibus, ſupra ſatis di-
ctum eſſe videtur. Nunc, quod reliquum
eſt, de ſervitute, & nece dicamus.

Servitus, ut diximus, per venditionem
inducta eſt. Venditio vero, quæ & auctio
dicta eſt, ſub haſta eſt facta magiſtratu ei,
qui pluris licitatus eſſet, hominem addicen-
te. Varro, teſte Nonio: „ Manius Curius
„ Conſul in Capitolio cum delictum habe-
„ ret, nec citatus in tribu civis reſpondiſſet,
„ vendidit tenebrionem. Idem ſcribit, &
multo clarius Valerius: „ Curius conjectis
„ omnibus in ſortem tribubus primum no-
„ men urna extractum citari juſſit; neque
„ eo reſpondente bona adoleſcentis haſtæ
„ ſubjecit. Quod ut illi nunciatum eſt, ad
„ Conſulis Tribunal cucurrit, collegiumque
„ Tribunorum appellavit. Tum Curius &
„ bona ejus, & ipſum vendidit. (6)

Necis autem genera hoc modo ſuſcepta
ſunt. Percuſſio ſecuri facta eſt per lictorem
prægreſſa verberatione, quæ virgis adhibe-
batur. Livius libro ſecundo: „ Stabant deli-
„ gati ad palum nobiliſſimi juvenes; Conſu-
„ les in ſedem proceſſere ſuam, miſſique li-
„ ctores ad ſumendum ſupplicium nudatos
„ virgis cædunt, ſecurique feriunt. Eadem
ratio ſervata in aliis, ut in Campanis, libro
XXVI.: „ Producti omnes virgiſque cæſi, ac
„ ſecuri percuſſi; inde citato equo Cales Pro-
„ conſul percurrit; ubi cum in Tribunali
„ conſediſſet, productique Campani deliga-
„ rentur ad palum, præconi imperat, ut le-
„ ge agere juberet. Ita de iis quoque ſum-
„ ptum ſupplicium.

Jam vero ſtrangulatio, quæ laqueo fie-
bat, & præcipitatio, quæ de Robore, ambæ
ſuſcipiebantur in carcere. Carceris vero duæ
præcipue fuere partes, Tullianum, & Ro-
bur. Tullianum à Ser. Tullio rege eſt addi-
tum; de quo Salluſtius: „ Eſt locus in car-
„ cere, quod Tullianum appellatur, ubi pau-
„ latim aſcenderis ad lævam, circiter XII.
„ pedes humi depreſſus; eum muniunt undi-
„ que parietes, atque inſuper camera lapi-
„ deis fornicibus juncta, ſed inculta tenebris,
„ odore fœda, atque terribilis ejus facies eſt.
De Robore ſic Feſtus: „ Robur dictus eſt in
„ carcere ia locus, quo præcipitatur malefi-
„ corum genus, quod ante arcis robuſteis
„ includebatur. Carceris vero cura Trium-
viris erat commiſſa, ut eorum interventu
ſupplicium ſumeretur. Pomponius D. de ori-
gine juris: „ Triumviri capitales conſtituti,
„ qui carceris cuſtodiam haberent, &c, cum
„ animadverti oporteret, interventu eorum
„ fieret. Unde Cicero quoque ſanxit in Le-
gibus: „ Vincula ſontium ſervanto, capi-
„ talia vindicanto; & in Catilinam di-
xit: „ Carcerem vindicem nefariorum, ac
„ manifeſtorum ſcelerum majores noſtri eſſe
„ voluerunt. His cognitis, dico ſtrangula-
tionem factam eſſe in Tulliano, præcipitatio-
nem vero de Robore, utrumque autem per
carnificem juſſu Triumviri capitalis. Audia-
mus Salluſtium: „ In Tullianum poſtquam
„ demiſſus eſt Lentulus, judices rerum capi-
„ talium, quibus præceptum erat, laqueo
„ gulam fregerunt; & Ciceronem in Vati-
nium: „ Quæro, fregeris ne in carcere cer-
„ vices illi ipſi Vectio, ne quod judicium
„ corrupti judicii extaret? Valerius autem
de præcipitatione teſtis eſt, libro VII.:
„ Quia

(6) Unde Cic. pro A. Cæcin. *Populus cum vendit eum, qui miles factus non eſt, non adimit ei libertatem, ſed judicat non eſſe eum liberum, qui ut liber ſit, adire periculum noluit.*

„ Quin etiam familiares Gracchorum, ne quis Reipublicæ inimicus amicus eſſe vellet, de Robore præcipitati ſunt. Livius libro XXXVIII.: „ Ut in carcere vir clariſſimus inter fures, & latrones includatur, „ & in Robore, ac tenebris expiret; & libro VI.: „ Eum pati vinctum in carcere in tenebris obnoxiam carnificis arbitrio „ ducere animam. Plautus in Curculione: „ At ego faciam vos ambo in Robuſto „ carcere ut pereatis. De Triumviro quoque illud eſt apud Valerium libro ſexto: „ Mulierem damnatam Prætor Triumviro necandam in carcere tradidit; quam receptam „ is, qui cuſtodiæ præerat, miſericordia motus non protinus ſtrangulavit, aditum „ etiam filiæ dedit, ſed diligenter excuſſæ, „ nequid cibi inferret, exiſtimans futurum, „ ut inedia conſumeretur; cum vero animadvertiſſet, filiam lactia ſui præſidio ſuſtentantem, rem ad Triumvirum, Triumvir ad Prætorem, Prætor ad conſilium Judicum pertulit, & remiſſionem pœnæ mulieri impetravit. Dejectio item è rupe, ſive è ſaxo Tarpejo per carnificem facta eſt, prægreſſa verberatione juſſu magiſtratus, eoque ſupplicio liberi homines affecti, ut ſcribit libro tertio Civilium Appianus: Gellius tamen libro decimo cap. XVIII. poſuit: „ Decemviri ſervos manifeſti furti prehenſos „ verberibus affici, & de ſaxo præcipitati „ juſſerunt. *Livius libro ſexto*: Manlium „ Tribuni de Saxo præcipitarunt; id eſt, præcipitari juſſerunt. Ut autem liberi de Saxo dejiciebantur, ſic ſervi in crucem agebantur. Cicero decimo tertio ad Atticum: „ O mirificum Dolabellam meum; magnam „ ἀναθεώρησιν res habet; de Saxo; in crucem; & in prima in Antonium: „ Talis animadverſio fuit Dolabellæ, cum in audaces, „ ſceleratoſque ſervos, tum in impuros, nefarioſque liberos; nimirum ſervos in crucem actos ſignificans, liberos de Saxo præcipitatos. Hoc etiam ſupplicium interventu Triumviri per carnificem ſumptum eſt. Valerius libro octavo: „ Fannii ſervus Alexander, cum in ſummam veniſſet ſuſpicionem „ C. Flavii equitis Romani occiſi, ſepties „ tortus pernegavit ei ſe culpæ affinem eſſe; „ ſed perinde atque confeſſus, & à judicibus „ damnatus, & à L. Calpurnio Triumviro „ in crucem actus eſt. Opera vero carnificis Triumvirum id feciſſe crediderim, ſiquidem Cicero in oratione pro Rabirio gloriatur, ſe carnificem de foro, crucem de campo ſuſtuliſſe. De verberatione teſtatur idem in primo de Divinatione: „ Servus per circum cum „ virgis cæderetur furcam ferens ductus eſt. Verberatio vero fiebat per lictorem. Unde erant illa ſolemnia: „ I lictor, colliga manus, verberato, caput obnubito, arbori „ infelici ſuſpendito. Erant autem Crux, patibulum, & arbori infelici ſuſpenſio idem. Salluſtius, teſte Nonio: „ Notiſſimus quiſque aut malo dependens verberabatur, „ aut immutilato corpore improbi patibulo eminens affigebatur. Iſidorus libro quinto: „ Patibulum vulgo furca appellatur: „ ſed patibuli minor pœna, quàm crucis; „ nam patibulum appenſos ſtatim exanimat, „ crux autem affixos diu excruciat.

De culleo, & profluente ſatis ſupra dictum eſt. Aliquando etiam contumeliæ cauſſa cadavera in Tiberim, aut in ſcalas Gemonias (7) projecta; cujus rei exempla non deſunt. His de extremo ſupplicio explicatis, quoniam ſupra de tormentis egimus, hic de torquendi inſtrumento, quod Eculeum dixerunt, nonnulla ſubjiciemus.

CAP. XVII.

De tormentis in eculeo.

QUis vero, aut qualis Eculeus fuerit, qui inter antiqua tormentorum genera numeratur, nemo adhuc literis prodidit. Quantum autem ex veterum non leviſſimis elici monumentis poteſt, Eculeus cataſta fuit lignea, cochleata, ad intendendum, ac remittendum apta, atque ad torquendos homines, ut facti veritas eliceretur, inſtituta. Tormenti vero genus erat hujuſmodi: Ubi cataſtæ huic brachia, pedeſque ejus, qui torquendus erat, nervis quibuſdam, quæ fidiculæ dicebantur, alligaverant, tum cataſta intenta, atque in altum erecta, ut ex eo quaſi ex cruce quadam miſer ille penderet, primum compagem ipſam oſſium illius divellebant, deinde candentibus ejuſdem corpori laminis admotis, atque biſulcis ungulis ferreis lateribus laniatis doloris acerbitatem augebant.

Ac cataſtam quidem ligneam, atque in altum erigi ſolitam fuiſſe, oſtendunt aperte Sozomenus Hiſt. Eccleſiaſticæ libro V., & Prudentius in hymno D. Vincentii Martyris, quorum ille eculeum *lignum tortorium*, hic *ſtipitem noxalem* appellat. Siquidem inquit Sozomenus: *Καὶ προσαγαγὼν πρὸς τὸ βασανιστήριον ξύλον αἰωρήδην ἐκέλευσεν*. id eſt, *Et cum ad tortorium lignum adduxiſſet, in ſublime tolli juſſit*; & Euſebius Hiſt. Eccl. lib. V. *τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν*. id eſt, *Pedum extenſiones in ligno*. Prudentius autem: *Incenſus his Aſclepiades juſſerat*.

Eviſcerandum corpus eculeo eminus
Pendere; & paulo poſt:
Jubet amoveri noxialem ſtipitem,
Plebeja clarum pœna ne damnet virum.

At paulo poſt, qui in eculeum eſſet conjectus, ex eo, quaſi ex alto ligno pependiſſe, oſtendit multo apertius, cum eundem Martyrem ex eculeo ita vociferantem inducit:

Audite cuncti, clamo longe, ac prædico,
Emitto vocem de cataſta celſior.

Ean-

---

(7) Ad ſcalas Gemonias, quandoque etiam inde in Tiberim unco trahebantur eorum cadavera. Ita enim res fiebat: carnifex ſtrangulabat: poſt unco tractum cadaver in ſcalas Gemonias præcipitabat. Inde etiam unco trahebat in Tiberim. Itaque Suet. in Tib. cap 54. narrans crudelitatem Tiberii in nepotes: *putant*, inquit, *Neronem ad voluntariam mortem coactum, quum ei carnifex, quaſi ex Senatus authoritate miſſus, laqueos, & uncos oſtentaret*. Et cap. 53. de crudelitate, & odio in nurum: *imputavit etiam, quod non laqueo ſtrangulatam in gemonias abjecerit*. Et cap. 61. de omni genere crudelitatis: *nemo punitorum, non & in gemonias abjectus, uncoque tractus*. Unde Dio lib. 58. *Sejanus in carcerem conjicitur, nullaque interjecta mora, eadem die Senatus eum damnavit. Itaque capite multatus in Gemonias projectus eſt, eumque totum triduum populus ludibrio habitum in Tiberim miſit*. Et Juvenal. ſat. 10.

----- „ Sejanus ducitur unco
„ Spectandus: gaudent omnes.

Eandem autem machinam cochleatam fuiſſe, ex verſu veteris poëtæ Pomponii dicitur, qui à Nonio Marcello profertur:

Et ubi inſilui in cochleatum eculeum,
Ibi tolutim tortor: id eſt, torquenr.

Quod autem brachiis, pedibuſque eculeo fidiculis alligatis eculeus diſtentus oſſium commiſſuras cum dolore diſtraxerit, ex multis locis cognoſcitur; primum ex eodem hymno, ubi ita tyranaus imperat:

Vinctum retortis brachiis
Surſum, ac deorſum extendite,
Compago donec oſſium
Divulſa membratim crepet.

deinde ex hymno D. Romani Martyris, in quo Martyr ipſe ita ex eculeo loquitur:

Miſerum putatis, quod retortis pendeo
Extentus ulnis, quod revelluntur pedes,
Compago nervis quod ſonat crepantibus.

& Aſconio: *De ſervo Alicore quæſtio ita habita, ut is articulatim conſecaretur.*

Quibus verbis ſatis, quæ figura fuerit ejus, qui in eculeo torqueretur, oſtenditur, cum ſe pendere brachiis, pedibuſque retortis extentum ait, nervis ſcilicet, quibus devincta membra erant, propter ſummam intentionem crepantibus: His autem addere poſſumus etiam Svetonium de Tiberio ita ſcribentem: „ Excogitaverat inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per „ fallaciam oneratos repente veretris deligatis, fidicularum ſimul, urinæque tormento diſtenderet. Ex quibus apparet, nullum alium cruciatum à fidiculis, quibus membra eculeo adhærebant, niſi diſtenſionis eſſe profectum. Unde Iſidorus non omnino malus auctor antiquitatis jure ſuo, Eculeum dictum, *quod extenderet*, ſcripſit. Euſebius autem ſumme diſtentum ait, cum ad quintum foramen perveniſſet; inquit enim lib. V. *ὡς ἐν τῷ ξύλῳ ἐκτείνοντες τὼ πόδε ἐπὶ πέμπτον διατεινόμενον τρύπημα.*

Ut autem incitandi doloris cauſſa eculeus, aut fidiculæ tendebantur, ſic ejuſdem remittendi eadem laxabantur. Quocirca Valerius de patientia ita ſcriptum reliquit: „ Zeno cum à Nearcho tyranno torqueretur, „ eſſe dixit, quod ſecreto audire eum maxime expediret, laxatoque eculeo autem „ ejus morſu corripuit, atque abſcidit. In „ Theodoro autem Hieronymus tyrannus „ tortorum manus fruſtra fatigavit; rupit „ enim verbera, fidiculas laxavit, ſolvit eculeum, laminaſque extinxit prius, quam „ efficeret, ut tyrannici odii conſcios in„ dicaret; & Quintilianus declamatione ultima ita: „ An quæſtionem illam fuiſſe „ credis, qualis vernilibus corporibus adhi„ betur. Ideo enim eculeum movebam artifex ſenex, tenebam fidiculas ratione ſævi„ tiæ, ut leniter ſedibus ſuis remota com„ pago per ſingulos artus membra laxaret. Ex quibus verbis, qui in laxando eculeo leniter fidiculas remiſiſſet, eum aliqua ex parte doloris acerbitati conſuluiſſe apparet.

Poſtremo vero laminarum candentium, & ungularum effodientium ita multa teſtimonia extant, ut ea referre putidum magis, quam neceſſarium eſſe videatur. Cyprianus ad Donat: „ Haſta illic, & gladius, & car„ nifex præſto eſt; ungula effodiens latera, „ & deradens, eculeus extendens, ignis „ exurens, hominis corpus unum, ſuppli„ cia plura, quam membra; & de laude

A martyrii: „ Hoc vero quod eculeo corpus „ extenſum candentes ſtridet ad laminas, „ non exempti ſanguinis, ſed tentationis eſt „ cauſſa; & Prudentius in hymno D. Vincentii.

Extorque, ſi potes, fidem,
Tormenta, carcer, ungulæ,
Stridenſque flammis lamina,
Atque ipſa pœnarum ultima
Mors Chriſtianis ludus eſt; & poſt:
Ridebat hæc miles Dei
Manus cruentas increpans,
Quod fixa non profundius
Intraret artus ungula;

& in hymno D. Romani:

B *Amor coronæ pene prævenit trucem*
Lictoris artem ſponte nudas offerens
Coſtas biſulcis exarandas ungulis; & poſt:
Non ungularum tanta vis latus fodit
Mucrone, quanta dira pulſat pleureſis,
Nec inuſta laminis ardet cutis,
Ut febris atro felle venas exedit.

Et Cicero in Verrem: „ Quid cum ardentes laminæ, ceterique cruciatus admove„ bantur. *Et Seneca libro III. de Ira*: Traſerat „ per omnia, quæ in rerum natura triſtiſſima „ ſunt, fidiculis, tribularibus, & eculeo, „ igne, vultu ſuo; *& in Antonium*: Ponite „ ante oculos vincula, verbera, eculeum, „ carnificem, tortoremque Samarium.

C Extorquendæ autem de ſervis veritatis cauſſa, eculeum adhibitum fuiſſe & ſupra ſignificavimus, cum de quæſtionibus diximus, & docet Cicero pro Dejotaro, cum ait: „ Cum more majorum de ſervo in do„ minum ne tormentis quidem quæri liceat, „ in qua quæſtione dolor veram vocem eli„ cere poſſit etiam ab invito, exortus eſt „ ſervus, qui quem in eculeo appellare non „ poſſet, eum accuſet ſolutus; *pro Milone*: „ Sed quæſtiones urgent Milonem; quibuſ„ nam de ſervis? *item*: Facti quæſtio in „ eculeo, juris in judicio. Translatus eſt inde eculeus ad cruciandos homines, & acerbiore ſupplicio afficiendos; quod in Chriſtianis Martyribus patuit.

D

CAP. XVIII.

De toga.

AC de judiciis quidem Romanorum hæc hactenus. Nunc, quoniam dum ſuperiore jura tractavimus, veſtitûs ſæpe, cultûſque Romani meminimus; neque ſatis is nobis locus præſertim alio properantibus eſt purgatus, pauca hoc loco de toga, tunicaque Romanorum ſubjicere placet; quæ adeo variatæ ſunt, ut cives à peregrinis, viros à pueris, equites à Senatoribus, privatos à

E magiſtratibus, magiſtratus ab imperatoribus, ſepararint.

Toga amictus fuit exterior, à tegendo, ut ſcribit Varro, corpore appellata. Hæc fuit lanea, ſemicircularis, tunica ſuperior, ad talos fluens, eademque aperta. Laneam fuiſſe, oſtendit multis in locis Martialis. Itemque Varro, cum inquit: „ Læna, quod „ de lana multa; duarum enim togarum „ inſtar. Semicircularem, docet Dionyſius in Priſco, cum ſcribit: „ togam pictam „ amictum fuiſſe, non ut Lydorum, quadra„ tum, ſed ſemicircularem, eamque à Ro„ manis togam, à Græcis *τήβεννον* appellatam;

& Iſi-

& Iſidorus libro XIX. ſcribens: „ togam pallium eſſe purum forma rotunda; menſuram vero togæ juſtæ eſſe ſex ulnas. Contra vero quadratum fuiſſe innuit Athenæus libro V., cum inquit: „ Romani in Aſia ut vim Mithridatis effugerent, ad templa confugerunt, & quadratis veſtimentis abjectis pallia ſumpſerunt; togas autem eas fuiſſe, Cicero indicat in oratione pro Poſtumo: „ P. Rutilium, *inquit*, facilius certe neceſſitatis excuſatio defendet, qui cum à Mithridate Mytilenis oppreſſus eſſet, crudelitatem regis in togatos veſtitus mutatione vitavit; ergo ille P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus noſtris virtutis, antiquitatis, prudentiæ, conſularis homo ſoccos habuit, & pallium. Tunicæ porro ſuper injectam, omnia teſtimonio ſunt; præcipue autem quod, ut ſcribit Gellius libro VII., antiquitus ſine tunicis ſola toga amicti fuerunt; &, ut Aſconius ſcripſit in Scaurianam: „ Cato Prætor judicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus; in forum quoque ſic deſcenderat, juſque dicebat; idque repetierat ex vetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli ætatis ſtatuæ in Capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis; & quod Plutarchus ſcribit, Tiberium Gracchum fugientem togam dimiſiſſe, atque in tonica cecidiſſe. Fluxiſſe autem eam ad talos, elicitur ex verbis Ciceronis de toga prætexta Quinctii Tribuni pl. loquentis in Cluentiana: „ Facite ut non ſolum mores ejus, & arrogantiam, ſed etiam vultum, atque amictum, atque illam uſque ad talos demiſſam purpuram recordemini. Apertam fuiſſe, cognoſcitur ex Valerio de Naſica loquense libro III.: „ Lævam manum apertæ togæ circundedit; & ex eo, quod toga dicebantur amicti, ipſaque amictus, & amiculum vocabatur; unde idem libro II.: „ Juſſit eum toga laciniis abſciſſis amictum, diſcinctaque tunica indutum nudis pedibus adeſſe; & Gellius libro XI.: „ obtentu togæ tanquam ſe amiciens.

Hujus porro togæ partes quodammodo fuerunt lacinia & ſinus. Laciniæ partes apertæ togæ fuerunt, ſinus præcinctæ. Laciniæ meminit Vellejus: „ Scipio Naſica circumdata lævo brachio togæ lacinia in Gracchum irruit; id quod Valerius dixit: „ Lævam manum aperta toga circundedit; & libro II.: „ Juſſit cum toga laciniis abſciſſis amictum adeſſe.

Cinctura vero, unde ſinus profluxit, fuit triplex, laxior, aſtrictior, & cinctus Gabinus; laxior fuit, qua togæ lacinia trahebatur; de qua Macrobius libro II.: „ Cæſar ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam, velut mollis incederet, ut Sylla tanquam providus dixerit Pompejo, cave tibi illum puerum male præcinctum; & de eodem Svetonius: „ Cæſarem fuiſſe cultu notabilem ferunt, uſum enim lato clavo ad manus fimbriato; nec ut unquam aliter, quam ut ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura; unde emanaſſe Syllæ dictum conſtat, optimates ſæpius admonentis, ut male præcinctum puerum caverent; *& Horatius primo ſermonum*: Rideri poſſit eo, quod Ruſticius tonſo toga defluit. Aſtrictior fuit, qua ſinus togæ in anteriore parte conficiebatur; nec toga ad pedes devenire permittebatur; unde alte præcincti pro expeditis dicti, Svetonius de eodem Cæſare jam ſene: „ Cæſar, cum interficeretur, toga caput obvolvit, ſinum ſiniſtra manu ad ima crura deduxit, quo honeſtius caderet; *& Macrobius*: Hortenſius ad ſpeculum ſe intuens togam corpori ſic applicabat; ut rugæ non forte, ſed induſtria locatas artifex nodus aſtringeret, & ſinus ex compoſito defluens lateris modum ambiret. *Frontinus libro IV.*: Piſo Titium Præfectum cohortis, quod loco fugitivis ceſſerat, cincto togæ præciſo, ſoluta tunica, nudis pedibus, in principiis quotidie ſtare juſſit.

De cinctu Gabino ſic Iſidorus: „ Cinctus Gabinus dicitur, cum ita imponitur toga, ut togæ lacinia, quæ poſt rejicitur, attraheretur ad pectus, ita ut ex utroque latere penderet; ut ſacerdotes pingebantur. Item Servius exponens verſum illum:

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul.

„ *inquit*, Gabinus cinctus eſt toga ſic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia à tergo revocata hominem cingat; hoc autem veſtimenti genere utebatur Conſul bella indicturus; ideo quia cum Gabii Campaniæ civitas ſacris operaretur, bellum ſubito venit; tum cives accincti togis ſuis ab agris ad bella profecti ſunt; & adepti victoriam; unde hic eſt ortus mos. Livius lib. VIII. de Decio Conſule ſe devovente: „ Pontifex eum togam prætextam ſumere juſſit, & velato capite manu ſubter togam ad mentum exerta ſuper telum ſubjectum pedibus ſtantem dicere. *Mox*: Ipſe incinctus cinctu Gabino armatus in equum inſiluit, & ſe in medios hoſtes immiſit. Item Valerius de religione: „ Fabius Gabino cinctu cinctus manibus, humeriſque ſacra gerens ex Capitolio deſcendit. Ex his apparet, quemadmodum ſinus præcinctæ togæ pars fuerit. Quin etiam ſinus togæ gremium fuit. Unde illud Livii de Fabio legato in Senatu Carthaginis: *Sinu ex toga facto*; item: *Sinu effuſo*; quod dixit Florus: *Excuſſo togæ gremio*.

Uſus autem togæ proprius Romanorum fuit, ut Græcorum pallium. Itaque Togati pro Romanis dicti, ut palliati pro Græcis; & fabulæ togatæ fuerunt, in quibus Romani inducebantur, ut palliatæ, in quibus Græci; & Galli, atque Hiſpani, teſte Strabone, Togati vocati, qui victum, cultumque Romanorum aſciverunt. Quare Svetonius: „ Auguſtus, *inquit*, inter varia munuſcula togas inſuper, & pallia diſtribuit lege propoſita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu uterentur. Cicero pro Rabirio, objectum dixit Rabirio, quod Alexandriæ palliatus fuiſſet, & Scipioni objectum inquit Livius, quod cum pallio, crepidiſque inambulaſſet in gymnaſio. Cicero etiam objecit Verri, quod *ſteterit ſoleatus Prætor cum pallio purpureo muliercula nixus in litore*; & in Antonium dixit de judice Græco Romæ judicante: *Judex modo palliatus, modo togatus*.

Eadem toga pacis fuit inſigne, ut ſagum belli, unde togati ſagatis oppoſiti. Etenim in tumultu privati togas, magiſtratus prætextas ponebant, & ſaga militaria ſumebant; ut idem oſtendit eodem in loco. His in univer-

A verſum de toga cognitis, nunc de generibus ejus agamus; fuerunt autem hæc, pura, candida, pulla, prætexta, paludamentum, picta, trabea.

TOGA PURA fuit communis toga hominum privatorum, eorumque virorum. Itaque etiam virilis eſt appellata. Ac pura quidem dicta, quod albi coloris eſſet, nulla admiſta purpura; virilis vero, quia pueris virilem ætatem ingredientibus dabatur. Albam fuiſſe oſtendit Pollux, [illegible] & [illegible] appellans; item Martialis, cum ait:

Et toga non tactas vincere juſſa nives;

& Papinius:

Nec ſaltem teneris oſtrum juvenile lacertis
Exuit, albentique humeros induxit amictu.

B & Gellius qui ſcribit: „ Scipionem Æmilianum reum ad populum factum candida veſte, non autem ſolito reorum cultu fuiſſe; & pura quidem etiam dicta reſpectu prætextæ, quæ admiſtam habebat purpuram; itaque à Plutarcho in Bruto dicitur ἀπόρφυρον id eſt expers purpuræ.

Prætexta vero utebantur pueri uſque ad annum XVI., qui annus tyrocinii dicebatur; tum vero togam virilem, puramve ſumebant in Capitolio. Valerius libro V.: „ Cotta ipſo die, quo togam ſumpſit virilem, protinus ut è Capitolio deſcendit, C. Carbonem accuſavit. *Plin. libro VIII.*: Tirones recta tunica ſimul cum toga pura induebantur; C *Cicero ad Atticum*: Ego meo Ciceroni Arpini potiſſimum togam puram dedit. *Suetonius*: Auguſtus duodecimum annum agens aviam Juliam defunctam pro concione laudavit, quadriennio poſt virili toga ſumpta militaribus donis triumpho C. Cæſaris Africano donatus eſt. Seneca primo epiſtolarum: „ Tenes utique memoria, quantum ſenſeris gaudium, cum, prætexta poſita, ſumpſiſti virilem togam. Hæc autem ita totum corpus amicivit, & ita quodammodo impedivit, ut etiam brachium utrumque cohibuerit. Unde loquens Cicero de pueris virilem ſumentibus dixit pro Cœlio: „ Nobis olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga conſtitutus; D & Horatius loquens de petitoribus honorum, emere eos debere monuit ſervum: *Lævum*

Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram
Porrigere.

nimirum pondus intelligens togæ, quæ brachium manumque cohibebat.

Ceterum cum communis, & quotidiana toga eſſet alba, tum vero, ſi petendi honores erant, induebant candidam, eaque ſignum erat petitionis. Erat autem candida, ut inquit Iſidorus „ cui intendendæ albedinis cauſſa cretam addiderant. Eſt enim plus candidum, quam album, Macrobius libro primo: „ Mos fuit petitoribus, ut ſumpta E candida toga nundinis in Comitium venirent, & in colle conſiderent, unde coram poſſent ab univerſis videri. Hinc candidati vocati, de quibus alio loco ſatis.

Toga vero PULLA fuit atri coloris, quam induebant luctus, & reatus cauſſa; tumque dicebantur veſte mutata. In luctu autem atrati, in reatu ſordidati appellabantur. De luctu Cicero in Vatinium: „ Qua mente feciſti, ut in epulo Q. Arrii cum toga pulla accumberes? *item*: Quis in funere familiari cœnavit cum toga pulla? *item*: Quis unquam cœnavit atratus, cum ipſe epuli dominus Q. Arrius albatus eſſet? De reatu Livius libro VI.: „ Tribuni pl. diem Manlio dicunt; converſa plebs eſt, utique poſtquam ſordidatum reum viderunt; nec cum eo non modo patrum quenquam, ſed ne cognatos quidem aut affines, quod ad eam diem nunquam uſu veniſſet, ut in tanto diſcrimine non & proximi veſtem mutarent.

Toga vero PRÆTEXTA, hæc enim ſequitur, fuit toga alba illa quidem, *ſed cui purpura*, ut inquit Macrobius, *erat prætexta*, id eſt quæ in ora habebat purpuram, unde eam Græci ſcriptores περιπόρφυρον vocant, id eſt circunquaque purpuram habentem. Hæc vero fuit puerorum, magiſtratuum, ſacerdotum, & eorum, qui publicum munus curarent. Hoc oſtendit Valerius Tribunus pl. apud Livium libro XXXIV.: „ Purpura viri utemur prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis, liberi quoque noſtri prætextis purpura togis utentur; magiſtratibus in coloniis, municipiiſque, hic Romæ infimo genere magiſtris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permittemus, nec id ut vivi ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam ut cum eo crementur mortui, feminis duntaxat purpureo uſu interdicemus? & cum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula uti, matrem familias tuam purpureum amictum habere non ſines? & equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quàm uxor veſtita? De eadem re ſic Macrobius in primo: „ Tullus Hoſtilius Rex Romanorum tertius debellatis Etruſcis ſellam curulem, lictoreſque, & togam pictam, atque prætextam, quæ inſignia magiſtratuum Etruſcorum erant, primus ut Romæ haberentur, inſtituit. Sed prætextam illo ſæculo puerilis non uſurpabat ætas; erat enim, ut cetera, quæ enumeravi, honoris habitus. Sed poſtea Tarquinius Priſcus Rex quintus de Sabinis egit triumphum; quo bello filium ſuum annos quatuordecim natum, quod hoſtem manu percuſſerat, & pro concione laudavit, & bulla aurea, prætextaque donavit, inſigniens puerum ultra annos fortem præmiis virilitatis, & honoris; nam ſicut prætexta magiſtratuum, ita bulla geſtamen erat triumphantium. Hinc deductus mos, ut prætexta, & bulla in uſum puerorum nobilium uſurparentur ad omen, & vota conciliandæ virtutis ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Alii putant, eundem Priſcum, cum is ſtatum civium ſolertia providi principis ordinaret, cultum quoque ingenuorum puerorum inter præcipua duxiſſe, inſtituiſſeque, ut patricii bulla aurea cum toga, cui purpura prætexeretur, uterentur, ſed uſque ad eos, quorum parentes equo ſtipendia juſta meruiſſent. Libertinis vero nullo jure uti prætexta licebat, ac multo minus peregrinis, quibus nulla eſſet cum Romanis neceſſitudo. Sed poſtea libertinorum quoque filiis prætexta conceſſa eſt bello Punico ſecundo. Alii à Romulo hoc inſtitutum retulerunt, qui primum filium ex Sabinis mulieribus procreatum bulla aurea, ac prætexta inſignibus decoraverit. Nonnulli credunt, ingenuis togam prætextam additam, ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore regerentur. Valerius cap. de indole: „ Statua bullata, & incincta prætexta S. C. puero poſita eſt. De prætexta ma-

magiſtratuum non eſt opus pluribus exem- A plis, quam quæ ſupra prolata ſunt. Hinc prætextati dicti, & qui in ætate eſſent prætextata, id eſt puerili, & qui *in* magiſtratu.

Jam vero PALUDAMENTUM fuit toga imperatoria, non ſolum purpura, ſed cocco etiam, auroque diſtincta, ut ſcripſit Iſidorus. Plutarchus purpuream, Silius coccineam, ut ſupra diximus, appellavit; unde Plinius ſcripſit libro XXVII.: „ Coccum imperatoriis palu-„ damentis fuiſſe dicatum; de eo ſatis etiam ſupra eſt diſputatum. Hæc Græco vocabulo chlamys, teſte Nonio, appellata; de qua Iſidorus: „ Chlamys eſt, quæ ex una parte in-„ duitur, neque conſuitur, ſed fibula infrenatur; & Valerius libro III.: „ L. Scipionis ſtatuam B „ chlamydatam, & crepidatam in Capitolio „ cernimus; quo habitu quia aliquando uſus „ erat, effigiem ſuam formatam poni voluit. „ L quoque Sylla cum imperator eſſet, chla-„ mydato ſibi ac crepidato ambulare defor-„ me non duxit. Quod ſi chlamys Græcis non omnino idem, ac paludamentum Romanis fuit, certe tamen & ipſa veſtis imperatoria fuit.

Toga vero PICTA primum purpurea, deinde picta, item palmata, ac triumphalis appellata; purpurea, quod tota coloris eſſet purpurei, picta, quod in ea imagines aliquot acu depictæ eſſent, palmata, quod victorias cum palmis intextas haberet, triumphalis, C quia ea triumphantes ornarentur. Dionyſius de Priſco rege loquens *τηβέννον περιπόρφυρον ποικίλην* vocat, id eſt amictum purpureum varium. Plutarchus in Æmilio *ἁλουργίδα χρυσόπαστον*, id eſt veſtem purpuream auro intextam. Feſtus: „ Picta, quæ nunc toga dicitur, „ purpurea antea vocitata eſt, eaque erat „ ſine pictura; *Iſidorus libro XIX.*: Toga „ palmata dicebatur, quam merebantur ii, „ qui reportabant de hoſtibus palmas, quæ „ vocabatur & toga picta, eo quod victorias „ cum palmis intextas haberet; *Livius libro* „ *XXXI.*: Dona ampla data, quæ ferret rex, „ toga purpurea, & toga prætexta; *Cicero* „ *in Antonio*: Cæſar ſedebat in Roſtris ami- D „ ctus toga purpurea in ſella aurea corona-„ tus; *Plutarchus*: Cæſar ſedit in foro in „ tribunali triumphali veſte ornatus; Auſonius in Panegyrico ad Gratianum: „ Palma-„ tam, inquis, tibi miſi, in qua Divus Con-„ ſtantius parens noſter intextus eſt.

Præter has omnes erat TRABEA; hanc etiam ut prætextam quoque, & togam pictam ab Etruſcis ad Romanos translatam ſcribit Florus: „ Trabearum, *inquit Servius*, tria „ genera: unum, quod diis ſacratur, & eſt „ totum purpureum: alterum, quod eſt re-„ gum, quod eſt purpureum, ſed habet ali-„ quid albi, tertium augurale & purpura, „ & cocco mixtum. De regia trabea ſic Iſi- E dorus libro XIX.: „ Trabea togæ ſpecies ex „ purpura, & cocco; qua operti Romano-„ rum reges initio incedebant; hanc primum „ Romulus inveniſſe fertur ad diſcretionem „ regii habitus; *Dionyſius in ſecundo*: Trabea „ toga fuit, quæ fibula aſtringebatur; ubi vero de Saliis loquitur, trabeas vocat togas *περιπορφύρους*, id eſt prætextas punico colore. Plinius libro VIII.: „ Trabeis uſos reges ac-„ cepimus; *& libro IX.*: Romulum purpura „ uſus eſt in trabea; *& Plutarchus*: Romu-„ lus ſedit *ἁλουργίδι*, id eſt purpurea veſte, „ ornatus. Præter reges etiam Conſules tra-

beam uſurparunt. Virgilius libro VII.:

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul.

Claudianus in Panegyrico ſecundo:

Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Indueris, faſtiſque ſuum conceſſerit annum.

Livius libro XXXII.: „ Conſul vere primo „ in contionem trabeatus ad hoſtem pergit. Item equites. Valerius de inſtitutis: „ Equites „ trabeati Idibus Quinctilis tranſvehi ſoliti; Tacitus libro III.: „ In funere Germanici „ atrata plebs, trabeati equites fuerunt. Hæc de togis, & earum generibus; præter has vero fuit læna, palla, lacerna, & penula.

Læna fuit toga pinguior hiberno tempori apta. Unde Martialis de læna loquens dixit:

Tempore brumali non multum levis proſunt,
Calfaciunt villi pallia veſtra mei; unde proverbium natum eſt: *Æſtate lænam teris*.

De hac Varro ita: *Læna quod de lana multa; duarum enim togarum inſtar; ut antiquiſſimum mulierum ricinium, ſic hoc duplex virorum.* Feſtus: *Læna veſtimenti genus, habitus duplicis; quidam appellatam exiſtimant Tuſce, quidam Græce, quam χλαῖναν dicunt.* Nonius: *Læna veſtimentum militare, quod ſupra omnia veſtimenta ſumitur.* Virgilius: *Tyrioque ardebat murice læna.* Ibi Servius: *Læna genus veſtis eſt; eſt autem proprie toga duplex; amictus auguralis.* Cicero in Bruto: *M. Popilius cum Conſul eſſet, eodemque tempore ſacrificium cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis.* Plutarchus in Numa: *Quas ferebant reges lænas, Juba inquit χλαίνας eſſe.*

Palla toga ſcenica fuit; Cicero in Antonium: *Tuditanus inſanus cum palla & cothurnis nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat.* Svetonius: *Caligula tres conſulares ſuper pulpitum collocavit, deinde repente magno tibiarum, & ſcabellorum crepitu cum palla tunicaque talari proſiluit, ac deſaltato cantico abiit.*

Lacerna vero, ut inquit Feſtus, dicta, *quod capitio ſit minor. Hæc utrinque indui potuit, & utrinque rejici*, & fere togæ ſuperjecta eſt; diverſorum vero colorum fuit, nimirum aut albi, aut atri, aut purpurei; uſuſque varii; nam & imbris cauſſa, & frigoris adhibita eſt, ut in circo ludorum cauſſa, & in caſtris. Hæc quæ dixi, proximæ probant auctoritates. Martialis libro XIV.: *Amphitheatrales nos commendamur ad uſus, cum tegit algentes noſtra lacerna togas*; & in VIII.: *O quantos riſus pariter ſpectata movebit trita Palatina noſtra lacerna toga.* Juvenalis ſatyra IX.: *Pingues aliquando lacernas Munimenta togæ duri, craſſique coloris.* Item Horatius in quarto: *Spectabat modo ſolus inter omnes Nigris omnium Horatius lacernis, Cum plebs, & minor ordo, maximuſque ſancto cum duce candidus ſederet.* Item: *Et quæ Tyron toties epotavere lacernæ.* Plinius libro XVIII.: *Vergiliæ nubilo occaſu pluvioſam hiemem denunciant, ſtatimque augentur lacernarum pretia.* Valerius lib. II. ſcribit, Octavium in bello lacernatum fuiſſe; & Iſidorus togatos pro urbanis, lacernatos pro militibus uſurpatos ſcribit. Cicero vero objecit Antonio, quod lacernatus in urbem rediſſet, non togatus: *Quod quærebas*, inquit, *quemadmodum rediſſem; primum luce, non tenebris, deinde cum calceis, & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna.* Quin etiam lacernas pro togis in orbe uſurpatas aliquando apparet. Indicat Svetonius cum ſcribit: *Auguſtus viſa pro concione pullatorum turba negotium dedit*

ædilibus, ne quem poſthac paterentur in foro, circove niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere.; & apud Gellium libro XIII.: Caſtricius Hadriano imperante quoſdam Senatores reprehendit, *tunicis, & lacernis indutos, & gallicis calceatos, non togatos*.

Extremum præceptum ſit de penula. Hæc ex lana alba, aut ex gauſape fuit confecta pluviæ, atque itineris cauſſa, non togæ, ut lacerna, ſed tunicæ ſuperimpoſita. Lampridius: „ Alexander Imp. penulis intra „ urbem frigoris cauſſa, ut ſenes uterentur, „ permiſit; cum veſtimenti genus ſemper iti„ nerarium, aut pluviæ fuiſſet. *Nonius*: Pe„ nula veſtis, quam ſupra tunicam accipimus. Varro virgula divina: „ Non quærenda eſt „ homini, qui habet virtutem, penula in imbri. Quintilianus: „ Galba penulam roganti reſ„ pondit, ſi non pluit, non eſt opus tibi, „ ſi pluit, ipſe utar. Horatius in epiſto„ lis:

Rhodos, aut Mitylenæ pulchra facit, quod
Penula ſolſtitio, campeſtre nivalibus auris.

Spartianus „ Tribunus pl. factus Hadrianus „ ad perpetuam Tribuniciam poteſtatem omen „ ſibi factum aſſerit, quod penulas amiſerit, „ quibus uti Tribuni plebis pluviæ tempore „ ſolebant. De penula gauſapina ſic Martialis:

Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta,
Ut me vel media ſumere meſſe velis.

Ac de toga quidem, ejuſque generibus, quod ad hunc locum mihi pertinere viſum eſt, hactenus.

CAP. XIX.

De tunica.

TOGÆ vero ſuppoſitæ tunicæ plures fuerunt; ſed quæ togam proxime attigit, ea proprio nomine TUNICA dicta eſt. Hæc anguſtior, & brevior, quam toga, fuit, ac primum ſine manicis, deinde manicata, ac cinctura conſtricta eſt. De modo Tunicæ Quintilianus libro XI.: „ Cui lati clavi jus „ non erit, ita cingatur, ut tunicæ priori„ bus oris infra genua paullulum, poſterio„ ribus ad medios poplites uſque perveniant; „ nam infra mulierum eſt, ſupra centurio„ num. Hinc talares tunicæ, id eſt uſque ad talos demiſſæ, ſemper probro objectæ ſunt; De manicis Gellius libro VII.: „ Tunicis uti „ virum prolixis ultra brachia, & uſque in „ primores manus, ac prope in digitos Ro„ mæ atque omni in Latio indecorum fuit; „ eas tunicas Græco vocabulo noſtri χειρο„ δύτους appellaverunt; fœminiſque ſolis ve„ ſtem longe, lateque diffuſam decere exiſti„ maverunt ad ulnas, cruraque adverſus „ oculos protegenda. Viri autem Romani „ primo quidem ſine tunicis toga ſola amicti „ fuerunt, poſtea ſubſtrictas, & breves tuni„ cas citra humerum deſinentes habebant; „ quod genus Græci dicunt ἐξωμίδας. Hac „ antiquitate inductus P. Africanus Paulli „ filius P. Sulpicio Gallo homini delicato „ inter pleraque alia, quæ objectabat, id „ quoque probro dedit, quod tunicis utere„ tur manus totas operientibus. Qui cum „ chirodota tunica inferior accubuerit. Item Cicero in Catilinam: „ Quos pexo capillo „ nitidos, aut imberbes, aut barbatos vide„ tis manicatis, & talaribus tunicis, velis „ amictos, non togis. Scribit porro Plutarchus, Catonem majorem *per hiemem tunica exomide ſumpta per æſtatem nudum opus in agro perfeciſſe*. Juvenes tunicatos in campo ſe exercuiſſe, ſcriptum eſt apud Ciceronem in Cluentiana, plebeculam vero Romanam tunicatam inceſſiſſe, ſignificavit Horatius, cum popellum eam tunicatum vocavit.

Cum ergo cives omnes Romani tunica uterentur, factum eſt, ut tunica ordines diſtinxerint; nam Senatores, & Equites tunicam clavatam induerunt, plebs rectam, & ſine clavis. Clavata tunica fuit, quæ clavos purpureos intextos habuit, aut latos, aut anguſtos; fuerunt autem clavi, quaſi flores panno inteſti; unde Martialis dixit: *Lato mapalia clavo*. Feſtus clavata veſtimenta ſcribit fuiſſe clavis intertexta. Varro in octavo addit: „ Si quis tunicam in uſu ita conſuit, ut al„ tera plagula ſit anguſtis clavis, altera latis, „ utraque pars in ſuo genere caret analogia. Plinius libro IX.: „ Toga prætexta, & la„ tiore clavo è regibus primum uſum Etru„ ſcis devictis Tullum Hoſtilium ſatis conſtat. Silius: „ Sacrificum lato veſtem diſtinguere „ clavo. Varro Modio, teſte Nonio: *Iſtorum vitreæ togæ oſtentant tunicæ clavos*. Ceterum tunica latos clavos purpureos inteſtos habens, quæ & latus clavus, & tunica lati clavi dicta eſt, propria fuit Senatorum; atque ampliſſimi ordinis inſigne. Indicat Svetonius, ut ante dictum eſt loquens de Auguſto: „ So„ menti virilem togam tunica lati clavi re„ ſuta ea utraque parte ad pedes decidit; „ fuerunt qui interpretarentur, non aliud ſi„ gnificare, quam quod is ordo, cujus inſi„ gne id eſſet, quandoque ei ſubjiceretur. Item: „ Liberis Senatorum, quo celerius „ Reipublicæ aſſueſcerent, protinus à virili „ toga latum clavum induere, & curiæ in„ tereſſe permiſit; *& de Tiberio*: Senatori la„ tum clavum ademit; *& de Cajo*: Latum „ clavum, quanquam initio affirmaſſet, non „ lecturum Senatorem, niſi civis Rom. ab„ nepotem, etiam libertini filio tradidit. Ut autem latus clavus fuit Senatorum, ſic anguſtus clavus equitum Romanorum; oſtendit Paterculus de Mæcenate ſcribens, qui equeſtri dignitate contentus erat: „ Mæcenas non „ minus Agrippa Cæſari carus, ſed minus „ honoratus; quippe vixit anguſto clavo „ pæne contentus. Lampridius item in Alexandro: „ Tum ſatis eſſe conſtituit, ut equi„ tes Romani à Senatoribus clavi qualita„ te diſcernerentur. Eademque ratione Papinius:

Non ſanguine cretus
Turmali, trabeaque Remi, & paupere clavo
Auguſtam ſedem, & Latii penetrale Senatus
Advena pulſaſti.
Primaque patricia clauſit veſtigia luna,
Mox Tyrios ex more ſinus, tunicamque patentem
Agnovere humeri.

Quippe turmalem ſanguinem, trabeam Remi, & pauperem clavum vocat locum equeſtrem; nam equitum erant turmæ, trabea, & anguſtus clavus; ſed trabeis utebantur, cum tranſvehebantur Idibus Quinctilis. Item Ovidius in quarto Triſtium:

Curia reſtabat, clavi menſura coacta eſt.

Id eſt, poſtquam egreſſus ſum è pueris, reſtabat ordo Senatorius, ut latum clavum continuarem; at clavi menſura coacta eſt, & anguſtum ſumpſi cum virili toga. Hinc Senatores laticlavii, equites Rom. anguſticlavii dicti,

cti, quorum Svetonius meminit in Auguſto: „ Ac ne expers caſtrorum eſſet, binos ple„ runque laticlavios præpoſuit ſingulis alis; in Othone etiam anguſticlavii meminit.

Recta vero tunica erat, ut arbitror, ſine clavis; ſiquidem ſcribit Plinius libro VIII.: „ Tanaquil primo rectam tunicam texuit, „ qua cum toga pura induebantur tirones, „ & novæ nuptæ.

Ut autem tunica recta togæ puræ, clavata præteatæ, ſic palmata togæ pictæ reſpondit. Feſtus: „ Tunica palmata à latitu„ dine clavorum dicebatur, quæ nunc à ge„ nere picturæ palmata appellatur; id eſt, tunica, quæ ante à latitudine clavorum dicebatur, nunc palmata vocatur à genere picturæ. Ut enim toga picta olim purpurea, poſt picta fuit, ſic tunica ſocia pictæ togæ olim latus clavus, poſt palmata à genere picturæ vocata, & ſimul cum toga picta triumphantibus data. Livius libro X.: „ Quos vos ſel„ lis curulibus, toga prætexta, tunica pal„ mata, toga picta, corona triumphali, & „ laurea honoratis; *& libro XXX.*: Toga pi„ cta, & palmata tunica donat. Florus addit, ab Etruſcis trabeam, præteatam, togam pictam, & tunicam palmatam fluxiſſe. Idem ſcribit Dionyſius libro tertio, ubi tunicam palmatam vocat tunicam purpuream auro ſignatam; & ubi loquitur de Saliis, vocat *tunicam variam*, id eſt pictam, ſic enim quoque togam pictam nuncupat. Eodemque modo Livius in primo dixit, *tunicam pictam Saliorum*. Tunicam porro multi & privati, & in magiſtratu omiſerunt; teſtis eſt Acro, qui rationem reddens, cur Horatius *Cethegos cinctutos* dixerit, ſic inquit: *Cinctuti Cethegi tunicas non gerebant, ſed pro tunica cinctum, vel campeſtre ab umbilico ad pedes reliquo corpore exerto, & nudo niſi toga tegeretur*. Unde Lucanus: *Exertique manus veſana Cethegi*. Porphirio vero cinctutos vocatos ſcribit *à cinctu, qui tunicæ aptatus eſſet infra pectus*; ſed eo cinctu videntur, tanquam ſubligaculo, pudenda etiam velata fuiſſe. Hinc Luperci cinctuti. Ovidius:

Semica percol...ris cinctutis Faune Lupercis;

quod ſubligaculis eſſent vincti. Unde Plutarchus ſcripſit: *Lupercos nudos in ſubligaculis diſcurrere*. Idem etiam candidatos ſine tunica cum toga candida prenſaſſe ſcripſit in Coriolano. Pedianus Catonem jus dixiſſe, cum eſſet Prætor, ſine tunica, campeſtri ſub toga cinctum, notavit, eumque morem repetiſſe ex ſtatuis Romuli, & Camilli ætate factis. Ejuſdem campeſtris meminit Iſidorus: *Cincto juvenes in exercitatione campeſtri verecunda velabant; unde & campeſtre dicebatur*. Cicero item pro Cluentio: *Nobis olim annus erat unus ad cohibendum bracchium toga conſtitutus, & ut exercitatione, ludoque, campeſtri tunicati uteremur*; & Horatius:

Facit quod
Penula ſolſtitio, campeſtre nivalibus auris.

Scio multa de tunicarum interiorum generibus adjici poſſe. Verum ego, quæ jus diſtinguere civium Romanorum potuerunt, mihi tantummodo attingenda putavi. Quamobrem non nihil de calceis quoque Senatorum ſubjiciam.

CAP. XX.

De calceis.

CAlciamentorum porro genera duo fuerunt, calceus, & ſolea; calceus totum pedem texit, ſolea plantam tantum, pars enim ſuperior habenis devincta fuit; ſed & calceorum, & ſolearum multa genera. Ceterum calceus aſtringit magis pedem, quam ſolea; unde illud Paulli Æmilii, de quo Plutarchus: „ Non ne hic calceus pulcher eſt? „ at neſcis qua ea parte pedem meum tor„ queat. *Cicero in Rhetoricis*: Si multus erat „ in calceis pulvis, ea itinere eum venire „ oportebat. *Horatius Satyra tertia*: Et male „ laxus in pede calceus hæret. *Suetonius*: „ Auguſtus forenſia, & calceos nunquam „ non intra cubiculum habuit ad ſubitos, „ repentinoſque caſus parata. Erant præterea calcei Senatorum à calceis aliorum diverſi. Docent hoc multi; in primis Zonaras: „ Patricii, *inquit*, geſtabant in urbe calceos „ urbanos forma literæ Rho, ut à centum „ Senatoribus trahere originem viderentur; „ aut quod prima eſſet litera Romanorum. Iſidorus calceos lunatos Senatorum vocat, additque: „ Romulum calceos patricios re„ periſſe, aſſuta Luna. Luna vero non ſyde„ ris in eis formam, ſed notam centenarii „ numeri ſignificabant, quod initio patricii „ centum fuerint. *Hinc Cicero in Philippicis*: „ Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus „ ipſe à ſe, apertam curiam vidit poſt Cæſa„ ris mortem, mutavit calceos; repente pa„ ter conſcriptus factus eſt. *Suetonius*: Cæſar „ veſte laxiore, & calceo alto, & rubro uſus „ eſt ſecundum reges Albanos, ad quos re„ ferebat genus propter Julum. *Item*: Augu„ ſtus calciamentis altiuſculis uſus eſt, ut „ procerior, quam erat, videretur.

De ſoleis ſic Gellius libro XIII: „ Om„ nia id genus, quibus plantarum calces „ tantum infime teguntur, cetera prope nu„ da, & teretibus habenis juncta ſunt, ſo„ leas dixerunt, nonnunquam voce Græca „ crepidulas. Gallicas autem opinor eſſe „ verbum novum non diu ante ætatem M. „ Ciceronis uſurpari cœptum; itaque ab eo „ ipſo poſitum in ſecunda Antonianarum. „ Cum Gallicis inquit, & lacerna cucurri„ ſti. *Idem in Verrem*: Stetit ſoleatus Prætor „ populi Romani cum pallio purpureo, tuni„ caque talari, muliercula nixus in litore; „ *& in Piſonem*: Cum ad te quinta ferme „ hora cum C. Piſone veniſſem, memini ne„ ſcio quo è gurguſtio te prodire involuto „ capite ſoleatum; *& in Antonium*: Redivi „ cum calceis, & toga, nullis nec Gallicis, „ nec lacerna.

HÆC SUNT fere, quæ de antiquo jure populi Romani diuturnis quæſita laboribus ego potui reperire. Quod opus cum ego Venetiis, libris duobus de Civitate Romana editis jam ante annos quindecim inchoaſſem, ac continuo Patavii tribus de Italia additis provexiſſem, ad extremum Bononiæ, (his enim omnibus in locis hæc mihi profiteri ſtudia contigit,) Provinciis, Judiciiſque attextis anno ſalutis MDLXXIV. perfeci. Quod admonuiſſe volui, ne quis hæc præcepta perinde mihi ad colligendum, digerendumve facilia, atque ſibi ad legendum, cognoſcendum.

dumque proclivia exiſtimaret; verum quæ à me de ſingulis hujus juris partibus conſtituta ſunt, ea ſciret longiore animi conſultatione confecta. Quod ſi quis noſtram multis in locis diligentiam, aut perſpicaciam quærat, is ſcito, non noſtram illum tam induſtriam, quam rerum ipſarum, quas tractavimus, naturam arguere; quæ quoniam ab hominum voluntate, ac temporum inclinatione tota manarunt, ſolidam nullam fieri conſtantiam potuerunt; & propter ſcriptorum inopiam conjecturis interdum, ac ſuſpicionibus potius, quam certis veteris conſuetudinis auctoritatibus nixæ fuerunt. Quod in ve-

A

tere jure populi Romani enucleando elaboravi, idem in ATHENIENSIUM quoque Republica libris quatuor Bononiæ quoque editis præſtiti; atque ad extremum REGNUM etiam Italiæ memoriæ conſecrare ingreſſus rem lib. XV. ad annum uſque ſalutis noſtræ milleſimum ducenteſimumque, ſed alia ſcribendi ratione, perduxi. Ex quibus, aliiſque item ejuſmodi generis lucubrationibus plurimis facile intelligere homines poterunt, ad hæc ſublevanda ſtudia non voluntatem mihi, aut induſtriam, verum aut nervos defuiſſe, aut fortunam.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX GENERALIS RERUM, ET NOMINUM

IN LIBRIS

CAROLI SIGONII

DE ANTIQUO JURE CIVIUM ROMANORUM, ITALIÆ, ET PROVINCIARUM, NECNON DE JUDICIIS.

ABalienatio quæ, & quotuplex. 141. A.
Abdicatio filiarum apud Romanos, & Græcos. 120. (81) C.
Abductiones poſt judicium. 580. E.
Abella Campaniæ Oppidum. 368 C.
Aborigines Italiæ vetuſtiſſimi agros privatos non habent. 132. (86) B. latrociniis vivunt. E.
Abrem Lot ſpolia hoſtium diſtribuit. 135. (88) B. C.
Accenſi qui, eorum officium. 855 D. E.
Accenſus, militaris promotionis gradus. 560. A. 562. D. & ſeq. inſtrumentum ad citandum. 576. A.
Acerrani civitas ſine ſuffragio, vel cum eo eis data. 424. A.
Acerræ Campaniæ oppidum. 368 C. ab Inſubribus amiſſæ. 368. E. inter præfecturas enumeratæ. 409. A.
Aciris fluvius Bruttiorum. 334. C.
Acto Caninenſium Rex. 141 E.
Accuſatio quid. 632. E. quando prohibita. 763. D. E. apud Romanos in dedecus. 764. C. in judiciis, ejus ordo. 776. E. 780. B. D. de die ea dicenda. 837 C triplex. 838. E. & quarta. 841. A. idem, & perpetua oratio in crimina inferenda. 778. A. (9)
Achæi Philotæ. 505. D. eminentes. E. & ſeq. eorum jus. 507 D. Romanis ſuſpecti. 508. A. perſequendi. B funditus everſi. D. liberi. 509. C.
Achaje, ejus ſitus & incolæ. 505. B
Actio compoſita quæ. 695. A. in judiciis quæ. 705. D. (32) ejus diviſio. 706 B. (33) (34) (35) illius editio in judiciis. 710. B. & poſtulatio. 713 B vindicationis duplex. 716 A. dua in rem, quæ. 724. E. item mixta. 726 E. maleficiorum triplices. 727 A. arbitrariæ. 728 E.
Actius Navius de nomine Tribubus imponendo. 29. (32) B.
Actor ex 450 Judicibus eligere habebat jus. 769. E.
Addicti qui ſint, & eorum a ſervis differentia. 77. B. C.
Additiones poſt judicium. 580. E. in judiciis quæ. 748 D. (47)
Adduas ex monte in Padum. 358 B. (32) E.
Adoptati, adoptantis facti obſtricti. 96. A. ejus nomen, cognomen, prænomen, aſſumunt. 130. A.
Adoptio quintuplex, vel ejus adrogatio. 121. (8e) E. Magiſtratuum imperio fit. 121, & 122 (8e) A. B. & ſeq. ejus correctio. 124. 125. D.
Adria ad eam Lingones pertingebant. 366. B. ejus finus citeriorem Galliam definit. 357. E. ibi Veneti ſedes poſuerunt. 372. B. C.
Adrogationis ſolemnitates. 216. (82) A. B C. D. E. mutationes. 117. (82) A. B C. D. correcta. 125. (82) dignitatem non aufert, ſed auget. 117. (8e) quomodo fieret. 128. B. C. D 129 A. B. nomenclatarius. 129 C. (86) neceſſaria ætas. 128. C. 130. B. qui in eis teſtes. 130 C. quot Patres veniunt. 127. (84) D quibus ſuffragiis. 617. C. in judiciis quæ. 697. A. (19)
Adquiſitio è patribus per filios temperata. 122. (82) B. C. & ſeq. in judiciis ejus formula. 839. C.
Adventitia bona filiis ſancita. 124. A. (8e)
Adulterium in ea uxores deprehenſas maritis enecare permiſſum. 106. C. D.
Ædiles, eorum edicta. 54. (44) eorum animadverſio in deorum cultu. 91. B. 92. A. quando creati, eorum munus. 195. C. curules. D. tributis comit. creati. 615. E. minores magiſtratus quare. 616 A. eorum coercitio poteſtatem tantum includit. 619. B. pleb. à Gracchis patricii aſſerti. 621 A. eorum juriſdictio. 693. D.
Ædui Gallorum populi in Italiam tranſgreſſi. 366. C. 494. B. a Romanis fratres, & conſanguinei appellati. 432. (17) D.
Ægina inſula Attalo donata. 511. A.
Ægyptus additus Rom. Imp. 1. (1) C.
Ætolis pop. Rom. teſtata. 510. A. prov. facta. 513. A.
Æmilia via ubi, à quo ſtrata. 170. D.
Æmilius Probus ſororem ducit. 101. A.
Æpulo Iſtrorum Regulus ſibi mortem affert. 498. B.
Æqui cum Latinis recenſiti. 354. E. Romanis pertinſenſi. 314. E. quæ oppida incoluêre in Latium. 300. A Volſcis adjuncti. 315 C. eis pœna inflicta. ibid. D. E. à Volſcis deficiunt. ibid. E. 316. A. iterum fuſi. B. C. deleti. D. in coloniam redacti, iterum ſubacti. E. Volſcis, & Sabinis adjuncti a Rom. ſubacti. 343. E. cum Sabinis in agrum Rom. inſurgunt, pœnaque luunt. 344. A. Marſis confines. 345. D. eorum nomen ad internecionem uſque deletum. 346. D.
Ærarii, qui. 187. D.
Ærarium in æde Saturni ad colligenda tributa, à quo deſignatum, & cur. 177 D. Romanum locupletatum. 181. A. B. bello Marſico exinanitum. C. civilibus bellis exhauſtum. D. à Pompejo bello civili apertum, & a Cæſare refractum. 182. A. ejus diſpenſatio. 544. D 551. C. exhauſtum. 552. A ſub quorum cuſtodia. 565. A. quæ pecunia conſtitutum, a quibus curatum. 598. E. & ſeq. de ejus rationibus. 608. B. & ſeq.
Æs, quid. 110. (82) D.
Æſernia opp. in Samnitibus. 347. B. 354. A. colonia deducta. 410. B.
Æſernini bello Perſico Romanos auxiliantur. 354. A.
Æſis terminus nedum Italicorum, ſed & Picentum. 339 B ultra Æſim uſque ad Vitim Galli Senones. ibid. 366 D.
Æſium Umbriæ oppidum. 341. C.
Æſtimatio Litis, quid erat. 785. B.
Æſulum colonia deducta. 410. B.
Æra militaris quæ, & à quo inſtituta. 156. C.
Ætoli primi in Rom. ſocietatem. 506. B. C. fœderi adverſi. D reſipiſcentes. E. devicti. 507. B.
Æx Marſorum oppidum. 345. D.
Afranius in Hiſp. Legitus pugnat. 492. A. B.
Africa, plura ejus oppida Latini juris. 480. B. ejus regiones, & cohærentia. 528. A. Reges & bella. C. provincia facta. 529. C. tributaria. 530. A. ejus conventus. C.
Agelus portus Dauniorum in Apulia. 336. C.
Ager controverſus è populo Romano adjudicatus. 25 (28) E. à Romulo XXX. Curiis partitus. 26. C. finitimorum è populo Romano venditus, aliis civibus modica perſoluta mercede adſignati. 228 B. Romani definitio, & varii confines. 19 C. 20. & ſeq. à Fabio Pictore deſcriptus. 20 A. ejus diviſio. ibid. diverſi à Latinis culti. 21. & 22. eorum adſignatio cui tribuenda, & qua lege. 134. (88) A. B. dividendorum quæque lex. 383. C D. E. 384. C. ejus jugera lege Caſſii. 385. B. dividendorum ratio. 387 A. B. C. ne amplius dividerentur. ib D. quibus eorum diviſio, & coloniæ deducendæ. 388. ad 393. coloniarum quomodo dictus. 394. B. & circumſcriptus. 397. A. publice Ciliciæ. 519. E. ſociis Rom. donati. 529. C. Cyrenis invaſi. 531. E. 532. A.
Agnati qui, & quomodo a Gentilibus diſtent. 81. C.
Agonides in ſervitutem Veneri adjudicata. 584 B.
Agrarii: Magiſtratus in Rempublicam illati. 196 A.
Agrippa Menenius Coſ. de Sabinis triumphat. 141. D.
Alafius mons Campaniæ. 328. C.
Alba Ligurum oppidum Pompeje appellata. 544. C. è quo Latinitate donata. 449. C. propter vicinitatem Æquorum modò, modo Marſorum fuit. 345. D. colonia deducta. 408 D. fœderis ejus cum populo Romano formula. 430. (17) D E.
Albani Romanis devicti. 98. B. in Senatum introducti. 202. C. in Patricios ab Romulo adſciti. 81. E.
Albigaunum oppidum marit. Liguræ. 359. A.
Albium Intemelium opp. in Ligur. maritim. 359. A.
Albulates fio. apud Picentes. 338. A.
Albutius Silus Mediolani reum defendens. 576. C.
Alcibiades uxorem repud. 107. D. (81)
Alecis flu. Bruttiorum. 334. C.

INDEX GENERALIS

Aleria Urbs ſul. Rom. 481. B.
Aletium oppidum Bruttiorum. 334. D.
Alexander M. tori Græciæ imponit. 505. D. Syriæ dominator. 580. E.
Alfabucelis Marſorum oppidum. 345. D.
Alimenta pub. V. Victus.
Alliſæ Samnitibus ademptæ. 349. A. inter Præfecturas recenſitæ. 429. B.
Alliſæ oppidum in Samnitibus. 347. B.
Allobroges qui. 494. A. domiti. 495. A. provinc. Narbonenſ. C. Prætoribus obediunt. 496 A.
Alpium crepidine Gallia citerior continetur. 357 E.
Alſium oppidum Etruriæ maritimæ. 321. E. Colonia deducta. 410. B.
Ambarri Gallorum populi in Italiam tranſgreſſi. 366. C.
Ambitus, quid in judiciis. 807. B. 810. A. Præturæ lege frænatus. 545. B.
Ameria Umbriæ oppidum. 341. C.
Amilcar eo duce Galli Boji, Inſubres, Cœnomani, cæterique magno prælio vincuntur. 369. C. Hiſpanias primus occupat. 488. E. maximus Carthagin. Dux. 528 C. (11)
Amita idem & Matertera. 812. D.
Amiternini inter ſocios populi Romani. 344. C.
Amiternum Sab. oppidum. 342. B. modò in Veſtinis, modò in Sabinis numeratur. 344 E. 345 A. in Samnitibus. 347 B. vi captum. 350. C. auxilia P. Scipioni præſtat. 355. C.
Ampliatio in judiciis, quid. 782. C. 784 B.
Ana flu. Rom. terminus. 489. C.
Anagnia inter Præfecturas recenſita. 429 B.
Anagninis civitas ſine ſuffragio data; concilia, connubiaque adempta. 424. C.
Anamari pop. ad Rom. amicitiam. 359. D.
Anares populi, quem locum occupaverint. 366. B. à Bojis everſi. ibid. E.
Anaſtaſius de Divortiis Leg. fert. 109. (81) D.
Ancon in coloniam militarem à Cæſare deducta. 462. D.
Andriſcus Pſeudophilippus Maced. belligerat. 502. B. (6) 502. E. 503. E. & ſeq.
Andrones Artemonis fil. hoſpes P. Servilii. 570. E.
Angulum oppidum Veſtinorum. 345. A.
Anidum mons in Liguſtinis. 359. C.
Annibal tres modios annulloram cæſis Romanis Carthaginem miſit. 218. C. ex Gallia in Etruria irrumpit. 321 C. agros apud Picenos devaſtat. 338 B. in Ital. cauſſa Illyrici belli. 497. D. Philippo fœderatus. 506. B. imperat. 528. D. jurans. (11) E.
Anienes amnis ad eum Senones victi. 359. D. inter ipſum & Narim Sabini. 341. E. unde defluat, quoſque agros diſterminet. 342. B. circa ipſum cædes, incendia. 344. A.
Animadverſio in judiciis, quid. 785. E. 847. E.
Annibal ad eum Campani fœderati. 331 (18) E.
Annus CDXXII. corrigendus ſub anno CCCCXXVI. 389 (16) E.
Antemnæ in Sabin. 342 C.
Antemnates una cum Cruſtumerinis à Romanis fuſi. 342 E. colonia a Romulo deducta. 404. D.
Antigonus Gonatas Græciæ R. 506 B.
Antigonus Philippi tutor Græc. R. ibid.
Antiochenſes ſalvis tributis, coloni facti. 352. E.
Antiochus Syriæ R. in Græciam advocatus. 507. B. in eum Eumenes. 511. A. Soter, alius Theus, alius Magnus, qui Regno addit. 581. A. mulctatur. B. Philopater, alius Epiphanes, alius Eupater. ibi; alius Euſebes, alius Cizycenus. C Euſebis fil. Aſiaticus dictus Syriæ regno permiſſus, deio privatus. 581. C. munera mittens. 600. C.
Antiochus Seleuci fil. multor locor. R. ſuperatus 510 E.
Antium oppidum captum, Romaniſque colonis firmatum 315 D 384 D. 406. B.
Antoninus Pius L. de pupillis adrogandis. 216 (82) E.
Anxa, alias Gallipolis apud Bruttios. 334. D.
Anxatini Frentanorum populi. 337. C. inter Marſos a Plinio relati. 345. D.
Anxur colonia deducta. 402. A.
Apparitores pro Decemviris. 622. E. Magiſtratuum qui. 255 A.
Appellatio Tribunorum pl. 736 C. (42)
Apeneſte Dauniorum opp. maritim. Apul. 336. A.
Apenninus mons. 358. A D.
App. Claudius, Tribui nomen dat. 37. E. patricius fit. 82. B. curatorem abrogat. 116. (82) E. ejus hiſtoria 224. (16) E. una cum P. Servilio in Volſcos ducit, Pometiam oppugnat. 315. B. de Picentibus triumphat. 338. D. 340. D de Sabinis triumphat. 343. E. legem de agro dividendo per Trib. pleb. promulgatam, impedivit. 324. E.
App. Claudius Cæcus Cenſ. Viam munit. 436. E.
Ap. Claudius Caudex Conſ. bellum init. 483. B.
Ap. Claudius Imp. Thracum domitor. 504. D. Ciliciæ Procoſ. ei Diœceſes additæ. 519. A. 527. A.
Appius Claudius Pulcher Ciliciæ Procoſ. 519. B epiſtolæ ejus citatæ. B. C. legum interpres. 550. A. (20) cauſſam querelæ Ciceroni dat. 572. C. item & Lentulo viciſſim obvius. 601. B. curiatam deſiderat provinciâ ſorciturus. 649. E. & ſeq.
Ap. Gabinius Syriæ Coſ. 581 D.
Apollonia Illyrici civitas libere, in Rom. amicitiam. 497. C. in Maced. provinc. 504. B.
Apua in Liguria. 359. A.
Apulia domita. 333. B. 337. A. ejus termini. 336. A.
Apuli in fœdus à Rom. ſuſcepti, bellum commovent, inde aut ſubacti, aut in ſocietatem accepti. C. D. E. auxilio Samnitum occurrentes. 349 D eorum pars ad Pœnum Victorem à Romanis deficit. 356. C. eorum nomen evanuit. 357 B.
Aquæ Statiellorum oppid. in Ligur. Ciſapenn. 359 B.
Aquæ Sextiæ a victore nominatæ. 494. C.
Aquileja Galliam exteriorem vallat. 358 D Carnorum oppid. fuit. 376. B. colonia deducta. 418 E.
Aquilifer qui. 559 E.
Aquilonia oppid. in Samnitibus. 347. B. capta 350. C.
Acquirendi modi, & jura. 112. (88) E. 133. (88) A.
Aratores pretio determinato coacti. 478. C.
Arca Japygia promontorium Bruttiorum. 334. D.
Archelaus Mithridatis præfectus. 509. B.
Archias civ. Rom. ut comes ad rationes referendas delatus. 609. C.
Architecti pro Decemviris. 622. E.
Ardea colonia deducta inteſtino tumultu. 406. C (12) B. 407 E. 408. E.
Ardeates Patricios inter, & plebejos diſſenſionis cauſſa. 309. (10) D. cæt. vid. Luceres.
Arelate inter colon. deducta. 496. B.
Areopagitæ eorum judicium. 583. C.
Arevacci XX. millia occiſi. 491. D.
Argentum ſignatum primò Romæ, quo tempore. 213. (82) B.
Argentarii qui eſſent, quæ eos inter, & Menſarios differentia. 235. (20) D. ad 238. A. eorum mercenarii coactores nuncupati. 239. A. D. eorum ars parùm honeſta apud cives Rom. habita. ibid. C. ad eorum compeſcendam avaritiam leges latæ. 239 D. E. 240. A. ad 241. A. inde labefactatæ. 242. C.
Aricini eorum connubia. 99. (70) E. eis civitas data, & ſacra reddita. 423. B.
Aricomici qui. 494. A. provinc. Narbonenſ 495. C.
Ariminum Senogall. Region. oppid. 339. C. flum. ibid. Gallis Senon. pulſis in colonos a Romanis erectum. 340. D. 409. D. Italici non Provinc. Galliæ juris fuit. 375. B. primùm oppidum Gallis in Italiam venientibus occurrit. ibid. D. qua de cauſa communi ſermone pro Gallia uſurpatum. 376. A.
Ariobarzanes Cappad. R. ejectus. 518. A.
Arioviſtus Germanus cum pop. Rom. ſine fœdere amicus. 432. (17) D.
Ariſtio Tyrannus, belli Græci cauſſa. 509. B.
Ariſtonicus Eumenis nothus Aſiam concitans ſuperatus. 512. C. in carcere moritur. D. vel capite truncatus. 513. A. commemoratur. 524. B.
Arna Umbriæ oppidum. 341. C.
Arnienſes, qui & Flaantini Claſiæ Tranſimenæ populi. 322. A.
Arnus fluvius. 321. B. E. 357. E. 358. E.
Arpi oppid. Mediterr. in Apul. 336. B.
Arpinatibus civitas ſine ſuffragio data, deinde ſuffragium impertitum. 424. C.
Arpinum inter Præfecturas nominatum. 429. B.
Arretium Etruriæ oppidum. 321. C. colonia deducta. 460. B. ad ipſum Flaminius Conſ. D. Annibali occurrit. ibid.
Arretini auxilia P. Scipioni præſtitere. 355. C.
Arrogatio in judiciis, quæ. 684. B.
Artifices. V. Opifices.
Aruſpices, extorrum diſciplinam tenent. 189. A. a quo illati. ibid. E.
Arverni in Italiam tranſgreſſi. 366. C. qui. 494. A.
Aſculum Picentum oppid. 338. A. a Sempronio domitum. E. ibi P. Servilius occiditur. 355. B.
Aſdrubal Hiſpan. occupat. 488. E. victus. 489. A. pulſus. B.
Aſellio Prætor in foro occiſus. 241. C.
Aſia omnium terrarum fertiliſſima. 221. C. ſumpta tribus modis. 509. B. pluribus. 510. A. concitata deficit. 512. B. ſervitute mulctata. C. cis Taurum in provinc. redacta. 513. A. legibus beata. C.

ejus

Digitized by Google

ejus vectigalia. E. conventus ejus. 514. C. aliquæ civitates ejus liberæ. E. 523. A. ejus quædam Diœceſes demptæ quare. 519. A. abſque curiata lege provincia ejus commiſſa. 552. A.
Aſinates Lucanorum. 333. A.
Aſſiduitas, quæ. 809. E.
Aſtapa trans Bætim ſuperata. 489. B.
Aſtures populi, qui. 488. D. in Romanorum poteſtatem quando relati. 492. A. B.
Atalus Aſiæ Rex cum populo Romano amicitia uſus. 432. (17) D.
Atella Campaniæ oppidum. 328. C. in deditionem accepta. 356. D. inter Præfecturas recenſita. 429. A.
Atellani ad Pœnos in Italia defecerunt. 147. A.
Aterius legifer Aterius Tarpeja dicta. 753. A.
Aternus amnis Frentanorum finis. 337. B. C. Veſtinum agrum à Marrucino ſecretum faciens. 344. E. Veſtinis ab Oriente finis. 345. A. Cis Aternum Marrucini. B.
Athenienſes, repudium apud eos receptum. 107. (81) D. militiâ excelluere. 505. D. liberi. 509. C. Judices triſtiores. 583. C.
Athesis flu. Cenomanorum finis. 367. B. & Venetorum. 372. B.
Atilia lex de tutoribus, à quibus dandis. 151. A. B.
Atinates, quæ loca tenent. 316. C. inter Marſos à Plinio relati. 345. D.
Atinia lex. 134. (88) D. de rerum furtivarum uſucapione. 142. E.
Atintani, qui. 496. E. ſolicitati. 497. D. inter Macedones. 500. E.
Attalus Philometor Pergami R. populo Rom. Aſiam teſtatur 512. A. ſocius pop. Romani. E. a Senatu R. appellatur. 511. A.
Attalus alter Eumeni ſucceſſor beneficiis auctus, &
Attalus III. heredem pop. Rom. reliquit. 512. B.
Atticus legationem renuens quare. 554. C.
Auctiones; in iis coronæ ſignum uſurpatum, & quando. 136 (88) D. jus ejus, quarum rerum. 143. C. D.
Avernus ſinus in Campania. 328. C.
Aufidena oppidum in Samnitibus. 347. B.
Aufidius Lurco Trib. pl. legis Aufidiæ conditor. 816. D.
Aufidus amnis Peucetiorum in Apulia. 336. A.
Auginum mons in Liguſtia. 359. C.
Augures auſpiciorum diſciplinam tenent. 189. A. à quo illati. E. quando aucti, & qua lege. 190. A. eorum munus in Cœli obſervatione. 194. D.
Augures plebeji. 83. (19) D. a patrio jure ſoluti, & cur. 185. (84) B. C. Augures in coloniis. 403. E.
Auguſta-Emerita in Hiſpania, Auguſta Prætoria, & Auguſta Taurinorum in Italia ab Auguſto nuncupatæ. 438. B.
Auguſtus; ejus de reſciſſione teſtamentorum decreta. 121. (81) A. B. C. addidit Rom. Imp. Ægyptum, & Germaniam. 3. (1) C. peculium Caſtrenſe inſtituit. 122. (82) D. qua lege Agrippam, & Tiberium adoptat. 129. D. ejus in milites liberalitas. 173. B. Rom. libertatem evertit. 68. D. patricios adlegit. 82. B. comitia reſtituit. 188. A. vectigalia ſuſtulit, tributa in Provinciis inſtituit, cenſuſque in toto Imp. Rom. orbe indixit, Italia immunis relicta. 152. C. D. agros diviſiſſe conſtat. 391. ejus corpus a Nola Bovillas à quibus deportatum. 402. E. epocharum terminus. 338. C. quid ſenſerit de locatione Mulorum, & Tabernaculorum. 662. A.
Aventinus ab Anco Rege latinis conceſſus. 18. C. eum Claudius Imp. Pomerio includit. ibid.
Avia Veſtinorum oppidum. 345. A.
Aulerci Gallorum populi in Italiam tranſgreſſi. 366. C. D.
A. Atilius Prætor urbanus, ejus acta. 386. B. laudes. 287. B. ejus Edictum de deorum colendorum ritu. 92. B. 93. A.
A. Cornelius Coſ. de Samnitibus triumph. 348. (22) E.
A. Cornelius Arvinus Dictat. de Samnitibus triumph. 349. B.
A. Gabinius Coſ. 526. B. Trib. pl. 544. D. ne legaretur impeditus. 554. B.
A. Hirtius Coſ. uſquequo Senat. provideat. 547. A. ei ſupplicationes decretæ. 398. D.
A. Manlius Coſ. malam pugnam recuperat. 498. A. B.
A. Poſthumius Coſ. Ligures perdomuit. 361. E. iterum. 362. A.
A. Virginius Coſ. 343. E.
Aurelia via quo uſque, & à quo ducta. 437. B.
Aurunci Campaniæ populi. 328. C. in deditionem accepti. 329. D.
Auſpicia, eorum genera. 83. B. (65) C. D. E. quibus prima tradita. 82. E. ad plebejos tranſlata. 83. A. 84. A. B. Magiſtratus ineundi qualia fuerint. 85. (65) D. E. duo maximè præter cætera uſurpata auſpicia, & quæ, & ubi, & cur. 94. A. in nuptiis adhibita. 101. A. eorum mos, à quo proceſſerit. 198. A. & unde. (8) E. propria Magiſtratus, & Comitiorum curiatorum. 558. A. C. obſervata. 568. A. Imperatoris. 590. B. & inf. duplicis generis. 591. A. majora majoribus magiſtratibus, plebejis nulla. 616. A. comitiorum propria. 618. D. coloniar. deducendar. 622. E. horum ratio triplex. 629. B. omnibus Magiſtratibus competunt. 630. E. 632. D. primis temporibus non, novis verò competentia Tribunis. 631. D. comitia dirimentia. 632. E. quomodo paſſicentur judiciis. 634. C. imperii. 635. A. & ſeq. ſimilia ac ſi militaria. 645. C. an ſemper legis curiatæ. 651. C. in judiciis, quæ. 843. E.
Authoritas, quid. 133. (88) C. unde jus auctoritatis quæſitum dicitur. 143. D.
Autrigones populi, qui. 488. D.
Auſetani populi, qui. ibid. ſubacti. 489. bellum ſuſcitant. 490. A.
Auſones in Latium. 321. A. quod ſolum incoluêre. 318. D. E. 319. A. B. C. in græca hiſtoria quomodo nuncupati. 319. C. ſubacti, eorumque Urbs Calem dicta. 330. (14) E. oppreſſi. ibid. (14) E. Campaniæ populi. 328. C. Sidicinis conjuncti, eorum Urbs in coloniam deducta. 329. E. 330. A. C. D.
Auxiliatores, eorum à Latinis ſociis differentia. 159. (105) qui ſint. 160. (105) C. D.
Auxilia poſtmodum ſacramento adacta, & à quibus. 161. (105) E. quid eſſent, & quid agerent. ibid. B. C. unde dicta. 164. (106) D. cum legionibus exercitum componunt. 554. E.
Auximum oppidum Picentum. 338. A. colonia deducta. 413. D.

Bæbius Prætor Galliæ. 539. C.
Bæturia Hiſp. Turditan. pars, ibi pugna. 490. B.
Bibius Campanus a Criſpino ſuperatur. 15. (21) E.
Bajæ Campaniæ oppidum. 328. C.
Balbus ad rationes referendas delatus. 609. C.
Balcium Bruttiorum oppidum. 334. E.
Baliares inſulæ in Rom. poteſtatem. 492. B. D.
Baliſta mons in Liguſtia. 359. C.
Bantini Lucanorum. 333. B.
Barduli populi, qui. 488. D.
Barguſii populi, qui. 488. D. ſubacti. 489. A.
Baſilicæ locus ſtatuendi. 376. C.
Baſtetani, ſeu Baſtuli populi, qui. 488. D.
Batinum flum. apud Picentes. 338. A.
Belli Celtiberorum gens, quibus contradiviſa. 488. E.
Bellum: in Cæſarem. 9. E. civile renovatum. 10. C. Latinum ubi, & quando. 58. C. Romanorum in barbaros. 132. (88) D. Volſco, quot Legiones Romanorum adhibitæ, & earum numerus. 162. A. B. Gallico, Latino, Punico, Perſico, & Macedonico. 163. A. Hiſpanico. B. quomodo juſſum. 198. B. Conſulum prim. 328. E. prima hor. rit. bene geſta. 329. A. primum Punicum, & duplex Siciliæ inſigne, & ſervile. 482. D. 484. E. quadruplex. 485. B. domeſticum Africæ, & Sardicum. 487. B. Africanum. 488. A. Æolicum & Sardicum. B. Hiſpanicum. 490. A. iterum magnum. B. D. Celtibericum & Luſitanicum. E. Numantinum & Viriathinum. 491. A. Celtibericum. C. Gallicum Allobrogicum. 494. B. 495. A. Illyrici multiplex. 497. A. Annibalis & Philippicum. E. 498. A. Iſtrorum. B. Perſei Macedonis. C. Illyricorum diverſorum. 499. A. & ſeq. Macedonicum. 501. B. & ſeq. in Thracee. 504. D. Græcorum. 506. B. Ætolorum. 507. B. Perſei. E. Achæorum. 508. B. Mithridaticum & Græcorum. 509. B. Macedonicum & Antiochenum. 511. A. in Galatas. C. Aſiaticum. 518. B. repetitum. in ſeq. Cilicum. 517. D. & ſeq. Piraticum, & Prædonum. 518. C. Lyſimachum Aſiaticum. 521. A. Mithridaticum & Syriacum. C. Syriæ civile. 522. A. Ponticum & Bithynicum. 524. C. Lyſimach. Ponticum Pompeji. 525. A. (10) Africanum triplex. 528. B. (11) Carthaginienſ. veterum. 529. B. Jugurthinum. E. Creticum. 531. D. 532. B. Jugurthinum. 533. A. Numidiæ. B. Civile. C. Mauritanicum. 534. D. Punicum & Perſicum tempora dividunt. 538. A. Sertorianum. 544. B. Piraticum & Mithridaticum præciſa curiata lege peracta. 558. A. Gallogræcum & Perſicum. 584. D. Samniticum. 592. A. (14) Iſtricum & Samniticum. 593. D. Punicum. E. Æolicum. 595. E. Jugurthinum. 596. B. Samniticum. C. Macedonicum. 597. D. in Sabinos in Vejos, Mithridaticum, Gallicum. 598. D.
Beneventum Hirpinorum oppid. 347. B. ad eum Samnites ſuſi profugiunt. 349. D. colonia deducta. 409.

Digitized by Google

INDEX GENERALIS

409 E. Maleventum ante appellatum. *ibid.*
Benignitas in judiciis, quid. 811. C.
Bereira oppidum Pænutianis aſſignatum. 338. B.
Berini Juris Italici ſunt. 352 D.
Betuitus Arvernorum Rex victus. 494. C.
Bibulus Syriæ Procoſ. præjudicium Magiſtratus edi-
xit. 574. C. ejus rationes ærario relatæ. 608 E
609. B. non armis quæta contendens. 637. E.
Bithynia, ejus ſitus & termini. 583. A. ejus regum
ſucceſſio & vices. B. *& ſeq.* vectigalis. 585. D.
pr. cia curiata lege ejus provincia commiſſa.
352. A.
Bituriges Gallorum populi in Italiam tranſgreſſi.
360. C.
Blanda Lucanorum oppidum. 333. A.
Blanditia, quæ. 809. D.
Blera Etruriæ Tranſcimin. oppidum. 321. E.
Bocchus Mauritaniæ R. Rom. ſoc. parte donatur.
533. A.
Bœoti militia excellunt. 505. D.
Boetius de mancipatione per neuum. 141. B.
Boja nomine Vinrulorum. 753. A.
Boji, ubi inſederint. 366 B. E. 367. A. B. devicti. E.
denuo armati dubiè pugnant. *ibid.* à Romanis
oppreſſi. 368. A. pecuniam parantibus Romani
vetant, mutuam dare. B. C. in Etruriam irrum-
pentes profligantur. D. in Ciſalpinæ Galliæ par-
tem redacti. E. cum Inſubribus ad Annibalem
deficiunt. 369. B. ab iisdem L. Poſtumius Albi-
nus opprimitur. *ibid.* cum cæteris Gallis cædun-
tur. D. 370. A. in deditionem venere. *ibid.* ite-
rum cæduntur. B. radicitus ſublati. 371. A. qui
hæc nomen reliquerint. B. C. D. E.
Bononia olim Bojorum oppidum. 367. B. colonia
deducta. 412 D.
Bononienſis ager ab Apuanis depopulatus per C. Flam.
liberatus. 360. D.
Bovianum oppidum Pentrorum. 347 B.
Bovillæ L. Sylla colonia deducta. 461. A.
Brigantium Gallæcior. opp. in poteſtatem Rom. 491. E.
Briniates pop. Liguſtin. 359 B.
Britannia primùm acquiſita Rom. Imp. à Cæſare.
3. (1) C.
Brixia Galliam citeriorem vallat. 358. E. inter Cæ-
nomanos. 367. C.
Brixillum olim Bojorum oppidum. *ibid.* B.
Brundiſium Bruttiorum oppidum. 334. D. à Sallen-
tinis captum. 335. D. colonia deducta. 410 B.
Bruttii eorum fœdus. 333. D. quam Italiæ partem
occuparint. 334 A. cum quibus fœderati. 335 A.
de iis triumphatum. B. eis oppid. adempta. C.
ob initam cum Annibale ſocietatem, quæ pœnæ
inflictæ. (20) E. ad Pœnum defecere. 355. B. iterum
quæ pœnæ illatæ. 357. B. 335. (20) E.
Buca oppid. Frentanorum. 337. C.
Bulliones, qui. 496 E
Butrium inter Cænomanos rarenſitem. 367. C.
Buxentum Lucaniæ oppidum. 333. A. colonia dedu-
cta. 411. D.

Cacus, ejus fabula, quid indicat. 132 (88) D.
Cæcilius J. C. de ſecandis debitoribus. 78. B.
Cæcilius Baſſus Pompejanus exercitu ſpoliatur. 522. A.
Quæſt. de peculatu arguitur. 600. A.
Cædes Variæ vario modo nuncupatæ. 820. C.
Cælia opp. Mediter. Peucetior. in Apul. 336. B.
Cænina in Sabinis. 342. C. colonia deducta. 404 D.
Cænomani eorum fines. 366. B. 367. B C. non eorum
Cremona. 369 B. Placentiam invaſi, vincuntur.
369. D. 370 A. inſontibus arma adempta, & red-
dita. C. patriis everſi ſedibus. 372. B.
Cære oppidum Etruriæ maritimæ. 321. E. inter Præ-
fecturas nominatum. 429 B.
Cærites publ. hoſpitio excipiebantur, & quare. 15.
(21) E. eorum commune conſilium. 321. A. bellu
petiti. 325. C. auxilia P. Scipioni præbuere. 355. C.
civitatis nomen acquirunt. 422 D.
Cæſarienſes coloni facti capitis tributo remiſſo. 352. E.
Caſena olim Bojorum opp. 367 B.
C. Adrianus Præt. Uticæ combuſtus. 530. C.
C. Æmilius Barbula Conſ. 336. E.
C. Antiſtius Syriæ Coſ. obſeſſus. 522. A.
C. Antonius Macedon. 547 A. triumphus ei negatus.
607. E. armis contendit. 637. E. Præt. Urb. 757 B.
C. Atilius Regulus Coſ. 354 A. Bojos profligat. 368 C.
C. Julius Cæſar, ejus de invaſione ſtudium. 9. A. in-
vadit. 10 B. an Tyrannus. C. ejus dotes. (14) E.
geſta. 82. B. 110. B. Gallias adjecit Rom. Imp.,
& Britanniam. 3. (1) C. 9. B. C. delectus. E.
Ægyptum vincit Pontum ſuperat. 10. A. Pom-
pejam repudiat. 110 B. ejus cenſus. 159. (102)
C. D. milites in Italia dimittit. 174. B. per quos
fines Corfinio in Apuliam tenderit. 337. D. Gal-
liæ Procoſ. 375. C. auctor legis Juliæ. 390. A.
cui addit. (4) C. E. primus exteris donator.
481. C. Liſſum oppugnat. 481. A. ulter Hiſpan.
Præt. pugnat. 491. B. *& ſeq.* civitates ejus nomi-
ne inſignitæ. 492 E. conventus Gaditani Quæſt.
493. C. Hiſpanias fluminibus diſcernit. E. victor
Galliar. 495 B. C. Senatores Gallos allicit. 496. B.
donator libertatis. 505. A. vectigalia in tributum
transfert. 514. C. fautores habet in bello civili
Syriæ. 522. A. de Ponto triumphaturus, ſenten-
tia. 324. B (10) Arſinoes beneficus. 528. A. inſtau-
rator coloniæ. 530 B. Zamâ Uticam ſe confert.
531. D. colon. deducit. 534 A. Epocharum ini-
tium & terminus. 538. C. ei ſtipendium decre-
tum. 543 C. imperium extraordinarium. 544 C.
de Pompejo conqueritur. 546 A. legifer de Præt.
& Conſul. prov cavet. B. Trib. milit à pop.
obtinet. 556. A. Procoſ. æſtatem rei milit. hie-
mem prætoriæ cognitioni dicarit. 569 C. Hiſpan.
Quæſt. Gadibus ingemuit. 584. A. frumenti &
drachmar. diſtributor. 588. A. in Jubam tendens
verſo ad melius omina. 593. A. ei XV. XX &
L. dies ſupplicationis conceſſi. 598. D. in Hiſp.
decedit 602. B. legifer pecun. 603. C. ad ærarium
pro rationibus referendis. 609. C. lege Vatinii
Galliam adeptus. 619. C. Duumvir & Decemvir.
633 E. 634. A. quare non armis contendens 637 E.
à Senatu imp. recipit. 647. A. legislator Juliæ.
797. E. 802. A. 805 C. D.
C. Octavius, à quibus adoptatus. 110 B.
C. Cæſar Octavianus, qua partitione Gallias aſſequu-
tus. 496. D. Japudes alios recipit, alios ſubigit.
499. D. E. utramque Africam. 534. A. inde Nami-
diam obtinet, & Lepidum. B. Coſ. II. utram-
que Mauritaniam prov. facit. D. Tribun. à Se-
natu. 344 B. in Gall. miſſus. 552. B.
C. Caſſius prov. repudiat. 547. A.
C. Calpurnius Præt. Urb. de eo diſput. Grach. & Si-
gon. 644. A B.
C. Calviſius Africam ſortitus, qua deceſſerat divi-
nans. 547. A.
C. Carbo ocium civile perturbat. 387. B.
C. Caſſius in Syria Quæſtor. 521. D. interfectus. 524. A.
in Macedonia profligatus 496 D. Præt. Cyrenis
& Cretæ. 538. C. corona inverſa ei porrecta.
389. A.
C. Cethegus Procoſ. Hiſp. 489 D.
C. Cicerejus Præt. Corſos vincit. 487. E.
C. Claudius Pulcher Coſ. victor ex Iſtria Ligures ce-
dit. 362. B.
C. Claudius de Bruttiis, Tarentiniſque triumphat.
335. B. Procoſ. Mutinenſium agrum oppugnat.
362. C.
C. Claudius Canina Conſ. triumphat. 333. D. de Sam-
nitibus. 351. A. B.
C. Claudius Coſ. Illyrii oppida capit & delet. 498 B.
nocte profectus quare. 639. D
C. Claudius Marcellus Coſ. an magiſtratus Theſſalon.
creaverit. 652. A. B. C.
C. Cornelius Cethegus Coſ. Bojos, Inſubres, & Cæ-
nomanos cecidit. 369 D. 370. A.
C. Cornel. Lentulus Procoſ. in Hiſp. 541. D.
C. Cornelius Trib. pl. legem tulit de edictis Præto-
rum. 689. A
C. Coruncanius ad Illyrii Reginam Legatus. 497. B.
C. Cotta Gall. Coſ. ſortit. 543. D.
C. Curio Imp. Thracum domitor. 504 D.
C. Duilius primus in monte Albano triumphat. 648. A.
C. Fabius de Bruttiis, Tarentiniſque triumphat.
335. B.
C. Fabricius Conſ. triumphat. 333. D.
C. Fabricius triumphat de Bruttiis, & Tarentinis.
335. B. & de Samnitibus. 351 A.
C. Flaminius Coſ. Trib. pleb. legiſ. de agro Piceno
dividendo. 339. A. Cenſor Viam Flamin. muni-
vit. 340 D. Friniates vincit, Ligures Apuanos
domat. 360. C. Trib. pleb. adverſus Senat. 368. B.
de Inſubribus victor. E. primus in Sicil. Præt.
483. E. 487. D. Iluciam capit. 490. B. in Anniba-
lem omine neglecto. 591. A. abiens Coſ. II. init.
650. C. an ſine curiata. D. E.
C. Gracchus legem fert de ætate militari. 164. D.
Rom. pleb. ſtudioſiſſimus. 172. B. legifer de dan-
dis militibus veſtibus. C. legem de capite Civ.
Rom. tulit. 816. A.
C. Junius de Bruttiis, ac Tarentinis triumphat. 335.
B. ob id interfectus. 387. C.
C. Junius Bubulcus Conſ. 336. E. 350. (26) E.
C. Junius Brutus Conſ. triumphat. 333 D. 351. A.
C. Lælius recuperator datur. 389. C. Coſ. comitia
habens. 648. E.

C. Len-

Digitized by Google

C. Lentulus Procoſ. Hiſp. 489. A.
C. Licinius Prætor pro Ligurum libertate orat. 365. A. Trib. pleb. legem de divitibus privatis agro pellendis ad extremum pertulit. 383. C. ſua lege damnatus. 385 B.
C. Licinius Varrus Coſ. ſubigit Corſos. 487 C.
C. Luratius Coſ. alpes Illyrii penetrat. 497 D.
C. Macer Trib. Juris plebis detrimenta deplorat. 75. C. 76. A.
C. Mænius Dict. quæſtionem agit de Campanor. conjuratione 330. C.
C. Maleolus Dolabellæ Quæſt. occiſ. 565. C. in Cilicia Procoſ. 582. C. in Aſia judicat 583. C. E. damnatus. 608. D. dolo ejectus. 610. A.
C. Mamilius Limitanus. 758 C.
C. Marcius Trib. pl. 555. D. cur triumphare impeditus. 603. A.
C. Marcius Figulus Coſ. Delmatas vincit. 499. A.
C. Marcius Rutilius Dict. invitis PP. triumphat. 324 E.
C. Marius col. deducit. 481. B. triumphator. 511 A. Urbe pulſ. B. Trib. mil. 556. A. ejus geſta. 494 E. Coſ. 517. E. Romæ & Hiſp. Prætor. Numidiæ Coſ. 543 B. abſens Coſ. III. an ſine curiata. 650. D. E. Trib. pleb. legis Mariæ auctor. 814. B.
C. Memmius pactionem in Sen. recitat de curiata. 650. B.
C. Oppius Præf. Bojorum agrum invadit. 369. C.
C. Papirius Maſo Coſ. de Corſis triumphat. 487. C. in monte Albano. 608. A.
C. Pœtelius Trib. pleb. legis Pœtiliæ auctor. 813. B. Conſ. de Gallis Senonib. triumph. 339. D. Samnitibus tria opp. eripit. 349 B.
C. Pontinius Præt. Allobroges domat. 495. A.
C. Popilius Coſ. in Ligures profectus 394 C.
C. Publilius Conſ. de Apulis triumph. 336 D.
C. Sacerdos Præt. Verris prædeceſſor, accuſatum liberat. 582. D.
C. Salluſtius primus Numidiæ Præf. 513. D. Procoſ. E.
C. Sempronius Gracchus Juris plebis retinentiſſimus. 72 D.
C. Sempronius Gracchus primos colonias in provinc. collocat. 481. A. Aſiæ Trib. vectigalia imponit. 513. E. Carthaginis nequit. 530. B. legiſer juei Senatus favet. 542 C. in Sardin. Quæſt. 602. B.
C. Sempronius Tuditanus Coſ. citer. Hiſp. Præt. 489. D. Iſtros & Japudes ſubigit 499. B Illyrici Coſ. 541 A.
C. Servilius Glaucia Præt. legis Serviliæ promulgator. 793. B.
C. Sextius Calvinus Coſ. Gallos vincit. 494. C.
C. Sulpicius Conſ. 316. C. Dictat. de Gall. Senon. triumph. 339 E. de Liguribus, & Gallis alpinis triumph. 305 A.
C. Sulpicius Præt. tres leg. nominat. 554. C.
C. Terentius Varro Conſ. ejus origo & mores. 334. D. Præt. Urb. et tuenda ora maris cum imp. 644. A.
C. Tettius à patre exhæredatus decreto Aug. in paterna redit. 121. B (82)
C. Verres Sicil. Præt. 486 A. 567. A. 568. B. primus imperat. C. Dolabellæ legatus. 518 A. ejus Quæſtor 519. A. 550 B. 543. D. per trienn. 544. A. legationem expugnans. 554 B. ex Sen. C. Quæſtor. 365. A. Pro-Quæſt. alienus. C. in ſingulis Diœceſibus mulierem delegerat. 572. E. venalis. 577. C. doloſe dicam quærit. 578 D. de cohorte ſua recuperatores inſtituens. 580. A. fortunas ſuas agi dicit. 582. C. perverſor trium judicior. D. frumentaria poteſtate abutitur. 585. D. & pecunis. 586. A. 587 A. 559 E. 600. C. D. E. in ratione ad ærarium referenda. 608. E. 610. B Præt. Urb. quæſtionem de veneno exercens. 757. E.
C. Vibius Panſa Coſ. uſquequo Senat. provideat. 547. A. et ſupplicationes decreta. 598 D.
Calabria, quæ fuerit. 334. A. Cura ab Authore omiſſa. 39. (33) B. ei bellum indictum. 335. D.
Calatia Campaniæ opp. 326 C. inter Præfectur. nominata. 489 A. in deditionem accepta. 356. col. deducta. 462. C.
Calatini ad Pœnum defecerunt. 347. A. 355. B. pœna mulcti. 356 D.
Calceamenta generum duor. 862. A.
Cales Campaniæ opp. in eos bellum decretum. 330. A. in eorum agro præda ſpoliantur Samnites. 350. A. col. deducta, quæ Auſonum fuit. 407. E. civitate donatur. 424 E.
Calibes Campaniæ opp. 328. C.
Callirula Campaniæ opp. 328. C.
Callitæ opp. in Samnitibus. 347. B. Samnitibus adempta. 349. A.
Calumnia de judicio, quæ. 749. D. ipſius judicium, & pœna. 786. E.
Camarinum Umbriæ oppid. 341. C.
Cameria, ſeu Camerium col. deducta. 404. D. E.
Camertes civitate donati. 434. B. cum his amicitia inita. 341. C. auxiliantur P. Scipioni. 355. C.
Camillus Dictator cur hoſtium ſpoliorum partem vovet. 135. (88) D. Conſ. de Latinis ad Sen. 291. (1) E. 292. Dictator quæ in Etruria gerit. 324. C. D. Vejis captis, ei ſupplicatio in quatriduum. 598. D. Dictat. ſeditionis ſedandæ ſacramento adigit omnes. 643. B. de comitiis loquens. 649. A. C. D.
Campani, eorum connubiorum jus. 98. D. cenſiti. 153. (95) B. eorum ager & fœdera. 328. B & ſeq. auxilia petunt. 347. (22) D. Rom. dediti. 328. C. D. E. Romanis auxiliantur. 354 A. ad Pœnum deficiunt. 356. C. pœna inflicta. D. eorum ager Jul. lege diviſus. 390. E. eorum equitibus civitas ſine ſuffr. data. 423. E. apud eos Senatum, pl. conſil. ſummum magiſt. 431. B.
Caninius Bibuli Quæſt. rationes ærario referens. 600. B.
Cannenſes legiones ſtipendiis privatæ. 171. D.
Cantabri pop. qui. 488 D. nondum in Rom. poteſtatem. 492. A. quando in provinciam relati. B. 487. C.
Canulejus legiſer de Connubiis Patr. & pleb. 98. D.
Canuſini dediti in ſocietatem accepti. 336 D.
Canuſium opp. Mediter. Dauniorum in Apul. 336. B.
Canuſium Aufido amne perfunditur. 348. A.
Capena Ciſciminia Etruriæ opp. 321. E. col. deducta. 462. E.
Capitones jus patrium ſolvit. 125. (82) D.
Capua in tertia Campan. parte. 328 B. ex tribus maximis orbis civitates. E. ejus ager & fœdera in ſeq. capta. 356. D. aſperius habita. 427. D. ibi Magiſtrat. in diſtributione. 432. B. col. deducta. 461. B. labefactata, & reſtituta. E.
Caraceni inter Samnites. 347. A. eorum opp. Cominium. 347. B.
Carcer ſub nom. Vinculor. 753. A. à quo ædificatus. B. quando rei in ipſo detinebantur. (1)
Carentini Frentanorum populi. 337. C.
Caria pop. Rom. donata. 510. A. ejus varia acceptio. 511. B. & ſeq. data. 312. A. prov. facta. 513. B. ejus terminus. 517. A.
Cariſtum opp. in Ligur. Ciſapenn. 359 B.
Carni eorum fines. 372. B. & vices in ſeq. 376 D.
Carnifex nec civis, nec incola Rom., ejus officium. 459. C.
Carnutes in Italiam tranſgreſſi. 366 C.
Carpetani pop. qui. 488 E. ſubacti. 489. B 490. B. C. D.
Carrea opp. in Liguribus Ciſapennin. 359. A.
Carſeoli col. deducta. 346 D. 409 A.
Carthago prima extra Ital. col. 481 A. nova ſuperata. 469 B. ejus dominium & bella tria. 528. B. diruta ſolo æquato. 529. C.
Caſilinum cum Sylva Gallinaria Campaniæ oppid. 328 C. D. in Præfecturam erectum. 489. A. & in col. milit. deductum. 461. B. & a M. Antonio. 463. A.
Caſſinum Campaniæ opp. 328. C. col. deducta. 411 C.
Caſſiterides Hiſp. inſula in Rom. poteſtatem. 492. B. D.
Caſtella. quibus tale jus. 380. B. (1) D.
Caſtrenſe peculium, quid. 112. (82) B. C. D. E. jus de eo teſtandi. 121. C. (82)
Caſtrorum Portorium col. deducta. 411 C.
Caſtrum-Novum Etruriæ maritimæ oppidum. 321. E. opud Picentes. 338. A. colonia deducta. 410. A.
Caſtrum Cupra Picenum. 337 E.
Caſtulo Oretanor. in Hiſp. victoriar. Rom. limes. 489 B. 492. A.
Caſtulonenſes Latii oppidani facti. 353 A.
Catenæ. V. Vincula.
Catilina, ejus conjuratione bellum excitatum. 495 A.
Cavarei, qui. 454. A. 495 C.
Caudium opp. in Samnitibus. 347. B. ibi Samnites ſub jugo miſſi. 349. B.
Caulon Bruttiorum oppid.
Caulla: earum diſcuſſio. 581 E.
Celelates populi Ligurum. 359 E. ad deditionem compulſi. 359 E.
Celtæ qui, & quot. 494 A.
Celtiberia in Rom. poteſtatem. 491. B. C. D.
Celtiberi, qui. 488 E. 489 E. ulteriorem Provinciam vaſtantes. 490 A. dimicantes. B. C. D.
Cenſi capite ad militiam, a quo admiſſi. 165. A.
Cenſor plebejus. 53 (15) D.
Cenſores, eorum poteſtas in Tribus. 38. C. D. E. edicta proponunt. 54. (45) C. eorum jus. 152. A. def. à Varrone. 158 C. Magiſtratu a ceteris diſtincta 156 (98) E. quando creati, cur, & eorum poteſtas. 195. C. in coloniis egerunt, ac Romani Romæ. 403 C. D. frumenti venditores. 478 C. Ponti legibus quibuſdam ſubjecti. 524. C. decumas Romæ vendentes. 585. C. pop. luſtrant. 589. A. eis centuriata lex ferenda. 614 D. majores magiſtratus. 616. A. C. deſignandi. 621. E. confirmandi. 622. C. quinquennales non. 631. A. inter eos & Imp.

INDEX GENERALIS

Imp. diverſitas. 638. C. eorum jus militare. 641 D. 645 D. E.

Cenſoria locatio in Sicil. 485 B.

Cenſus inſtitutus in cives Rom. 39 (34) E. quomodo. 45 A. C. quis inſtituit 152 B. ejus finis. 152. (95) D. E. ejus jus. ad 160. novus modus cenſendi, & cur. 152 (95) C. D. & ſeq. ratio. 152. 153. C. per eum civitas acquiſita. 153. A. B. E. quot hominum millia cenſa juxta ejus repetitionem. 155. B. fortunatum comprobatus. 157. B. C. 158. A. B. a delectibus diverſus. 156 (98) E.

Centumviri, numerus & qualitas. 731. B. officium. 741. A.

Centuriæ quot, & à quo inſtit. &c. 26. C. D. 40. D. 41. 42. (34) ex ſingulis Tribubus conſcriptæ, & nominatæ. 29. B. diſtributio. 41. A. numerus. 44. (34) in unum corpus cum Tribubus, & Curiis. 46. B. an ad Tribus vel iſtæ ad centurias traductæ. 626. A.

Centuriati pedites dicti. 561. D.

Centuriones, eorum comitatus. 553. B. qui, quot, & cæt. ad hos pertinentia. 556. E. & ſeq. quæ in re militari miniſtrent. 395. A. ad ærarium pro rationibus. 608. B. 609. D.

Centuripini latinæ conditionis. 487. A.

Cerbalus amnis Daumorum finis. 336. B.

Cerdiciates pop. Liguſt. 359. B. dediti. E.

Ceterii Sacerdotes, ex quibus adlecti. 434. C.

Cerretani pop. qui. 488. D.

Cherronenſes Aſiæ Regibus donati. 504. D.

Cherſoneſus Eumeni adjecta. 512. A.

Cilicia prov. Romana. 510. B. tres ejus Diœceſes. 514. E. ejus termini. 517. A. prov. facta D. 518. A. B. vectigalis. C. a Pompejo recuperata. D. tribus conſtans regionibus totidem conventus. E. ei quandam Diœceſes additæ quare. 519 A. libera vectigalis. 520 B. Syriæ Regno adju. 524 521. A. Diœceſes ablatæ. 527. B. certa lege præcita. ejus prov. commiſſa. 552. A.

Cimetria opp. in Samnitibus. 347. B. capta. 349. D.

Ciminius mons Etruriam Ciſciminiam vallans. 321 E.

Cincinnatus Dictat. rei gerendæ creatus, judicio præfuit. 643 B.

Cingilia in Veſtinis vi capta, ac militibus depredanda. 346. C.

Cingulani Picentum populi. 338 B.

Circejos in Volſcis col. deduxit Rex Superbus. 405. B. (12) D.

Ciſciminia pars Etruriæ. 321 D.

Citatio accuſatoris, & rei quomodo fiebat. 768. E. ejus ordo. 818. D.

Cives: Romani qui. 3. A. ejus varia genera. 12. A. 13. A. (21) ejus definitio. 15. B. num alios coluerint agros. 22. C. alterius Urbis numero adſcriptus ab Romanis excluſus. 25. A. eorum jus. 46. D. conditiones. 61. B. a verberibus excepti. 67 E. (57) portoriis immunes. 182. D. ſuffragiis affecti. 185. D. eorum ordines. 199 A. C. & diviſiones. (1) ad 200. 201. A. B. a quo inſtituti. ibid. ad 210. eorum ab Ariſtot. definitio. 263. E. (29) in Aſia uno die trucidati omnes. 513. D. 524 C. in Heraclea. 525. C.

Civitas quomodo ab Ariſtotele definita. 4. (3) C. communis ratio. 15. C. ubi patoit. 16. D. civitatis ſequendæ, mutandæ, & ammittendæ modi. 64. (56) invito non eripienda. 67. D. cui optimo jure competat. 91. B. Campanis equitibus cur & quomodo conceſſa. 329. D. item & Privernatibus. 415. D. fœderatarum jus & reſpub. 430. B. & ſeq. ad 435 item 453. D. E. ſingulæ juxta meritum leges receperunt. 477. D. quibus competat. 481. A. & ſeq.

Clades memorabiles tres. 548. B. 646 E. 647. D.

Claſſes inſtitutæ. 40. D. quot, & quomodo efformatæ, earum munera. 41. 42. (34) earum navales ſocii partim occiſi. 331. A.

Claſtidium in Ligur. Ciſapenn. 359. B. fruſtra ab Inſubribus obſeſſum. 368 E.

Claterna olim Bojorum opp. 367. B.

Claudii, unde Romam commigrarunt. 342. D.

Claudius Clinia in Corſos præmiſſus. 487. C.

Cleopatra caſtra prætoria ei conceſſa. 642. D.

Cliternia oppid. in Apulia. 336. C.

Cn. Bæbius Coſ. 361 B.

Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus Coſ. ex lata curiata. 652. D. E.

Cn. Cornelius Procoſ. imp. à plebe recipit. 647 A.

Cn. Dolabella Procoſ. Ciliciæ. 518 A. ei Diœceſes additæ. 519. A. litis æſtimationem refert. 520. C. nimia Verri indulgentia. 600 D.

Cn. Domitius Ahenobarbus Coſ. in Gallos. 494. C. Viam Domitiam nomine inſignivit. D.

Cn. Domitius, ejus lege de Sacerdotibus. 190. E. Coſ. 351 A. 507 D. ei Bojorum Senatus cum liberis, & præfecti cum equitatu ſe dediderunt. 370 B. Coſ. 507 B. pro Conſulatu competit 650.

Cn. Fulvius Centumalus Coſ. in Illyrios. 497. B.

Cn. Lentulus Syriæ Præt. 521. D.

Cn. Manlius Vulſo, Dux in veterem Phrygiam. 511. C. bello Gallogræco Coſ. 588 D. Coſ. a Collega dictus. 648 E.

Cn. Octavius ei triumphus decretus. 603 C.

Cn. Papirius Carbo Coſ. Quæſt. & Pro-Quæſt. habuit. 565. C. particeps judicior. lectus. 580 C. improbus Verri. 600 C.

Cn. Piſo Tribun. a Senatu, Quæſt. & Pro-præt. 544 B.

Cn. Pompejus M. in Hiſp. victor. 491. D. E. ejus filii ibi pugnant. 492 A. Aſiam ſervat. 513 D. Cilicibus regiones adimit, prov. facit. 517 D. 518. C. D. E. Luculli facta deſtruit. 521. C. fautores habet in bello civili Syriæ 522. A. in Mithrid. Eupatorem provinciam initit. 524. C. Eupatoris everſor E. Ponti victor. 525 A. Numidiæ 533. C. Hiſpan. Tribun. 544 B. extraordinarius Trib. pl. D. de ſortitione jurat. 545. A. a Cæſare accuſatur. 546. A. privatus bellum egerat. 351 A. à Senatu in Hiſp. miſſ. D. exercitum brevi paraverat. 553. A. quindecim legatos habet. 534 D. Hiſpan. per legatos miniſtrans. 568. B. ei duodecim dies ſupplicationis conceſſi. 598 D. ægre fert deceſſorem. 601 B. cum exercitu in Macedon. 602. B. quare in Urbe, vel extra. 640. A. in Sertorium cum imperio Præt. miſſus S. C. extraord. 644 B. Milonis defenſor. 652. D. L. tulit, ut Quæſitor ex Conſularibus crearetur. 758. D.

Cn. Pompejus Strabo Magni pater; primus provinciæ latinitatem, & civitatem dat. 481. C.

Cn. Scipio Coſ. in Inſubres triumphat. 368. E. Procoſ. in Hiſpan. Dux. 489. A. imò fratris legatus. (3)

Cn. Servilius Coſ. in Senatu relator. 551. B.

Cn. Sicinius Prætor Ligures in libertatem reſtituit. 365. A.

Cœlium Brutt. oppid. 334 E.

Cœlius Quæſt. a Cic. præt. & laudatus. 602. D. 602. A.

Coemptio quæ, & ejus ratio. 105. A. B.

Coercitio quid. 576. A. minor & major. 629. D. & ſeq. juriſdictioni convenit. 631. B. C.

Cognati triumphantis in partem triumphi. 605. A.

Cohors ornamentum quibus, a quo aſſignandum. 548 E. qui eam componant. 553 B. C. Prætoria. 563. B. 673 D. ejus viaticum unde. 599. A.

Cohortes, earum varia in Livio. 561. C. D. E. 562. (106) B. C. pro manipulis ſumptæ. ibid. D. E. niſi Romanis civi permiſſæ. 171. A.

Colenda Celtiberor. Urbs, capta. 491 D.

Collatia in Sabinis. 302 C. ademptæ. 303 B.

Collybus, quid ſit. 816 D. ex quo Collybiſta. E.

Coloni, eorum jura. 93. B. 94. A.

Coloniæ quæ ſint, earumque origo. 381. D. E. 382. (2) E. ad 397. de ear. jure. 398. B. & ſeq. de ear. Repub. 401 E. quæ ante bellum Italicum deductæ. 404. C. ad 414 de iis ante legem Juliam, & poſt. 453. A. B. militar. 457. A. cur deductæ. B. earumque conſuetudo. C. D. 458. 459. A. D. (22) E. deductarum nomina. 460 461. item a Cæſare deductæ. 461. E. 402 a M. Antonio. 463. A. B. C. Triumvirales. D. E. ab Octavio. 464. E. 463. 466 A. provinciarum. 481. A. in Balearibus. 492. E. Calliar. 494. E. 495. Illyrici. 500 B. Corinthi. 509. C. Rom. civitatis Heracleæ. 525. B. Carthaginis. 530. B. Cirta ſeu Sittianos. 534. A.

Colophonii immunitate donati 511 D.

Cominium oppid. Caracenorum. 347. B. direptum, & concrematum. 350 C.

Cominius Trib. pl. 560 D.

Comitatus Magiſtratuum. V. Ornamenta.

Comitia Centuriata quæ. 83 (65) C. 187 A. 198. A. B. 645. E. 691 C. (15) Curiata. 89 B. 347. E. 548 A. 645. A. in genere, eorum definitio. 185. C. eorum auſpices. D. E. ratio. 186. A. B. C. E. de his controverſia. 513. A. 615. D. de adoptione & imper. 617. C. E. 618. A. 622. A. quæ in uſu Ciceronis ævo. 623. C. nova binos. comitior. conſuetudo. 624. A. B. 628. A. imperii. 635. A. & ſeq. Centur. 647 B.

Comites Magiſtratuum in prov. qui & eor. off. 608. C. 609 C. diverſi. 629 A.

Commentarienſis, qui gradus. 560. A. ſcriba quidam cuſtos carceris. 753. C.

Commercium antiquum primis mundi incunabulis. 131. (83) A. quibus legibus confirmatum. B. C.

Commodatum quid. 685. A.

Compedes. V. Vincula. 757. A.

Comperendinatio quid, nominis & rei. 780. B. ab

am-

Digitized by Google

ampliatione diverſa. 784 C.
Compenſatio in judiciis, quæ. 746. C. (46)
Compitalia quæ. 89. B.
Compromiſſa ante judicium. 580. E.
Compſa Lucaniæ oppidum. 333. A.
Comum Gall. citer. vallat. 357. E. ab inſubribus amiſſum. 368. E. colon. conſtitut. latinit. donatum. 450. C. D. per Cæſ. auctum etiam nomine. 451. C.
Conciliabula æquè ac in foris aliquando jus dictum. 435. E. eis civitas communicata. 454 D. quæ ad jus municipiorum redigi poſſunt. 436 A.
Concio tria ſignificat. 26. (29) E.
Condemnatio quomodo pronunciabatur. 783. C. (12)
Conditio, conditione quomodo acquirimus. 140. (88) E.
Confarreatio quæ. 104. C. 105. A. (78)
Congiaria quæ. 811. C.
Connubia quæ. 98. B. in Italia. 99. (70) E. eorum jura, & variationes. 100. (71) D. 73) E. 103. & ſeq. 104 A. uſus. B. C. (78)
Conſentia Bruttiorum oppid. 334. C.
Conſilia publica duo. 193 D.
Conſtantinus Magnus, ejus de Caſtrenſi peculio privil. 103. (80 E. à Conſtantio Cæſare confirmat. ibid. & 103. (82) A. an de eo poſſent filii teſtari. ibid. (8e) C.
Conſuetudo Romæ, & in Prov. diverſa. 580. E. 581. C. eadem. 583. D.
Conſulatus à Plebe obtinetur. 13. (19) E.
Conſules, eorum edicta. 54. à ſcribendis legibus abdicati. 48. C. ſacra colunt. 89. (69) C. à patrio jure ſoluti. 105. 82) C. quando conditi, & eorum poteſtas. 195. A. B. provinciar. eor. jura. 537. C. eor. inſignia. 538. A. eor. ſortitio. 539 C. comparatio. 540. A. & poteſtas. 571. D. militum quomodo mandandi. 547. E. in comitiis curiatis. 548. A. C. eor. judicio Trib. militum faciendi. 555. E. 556. C. eor. profectio. 566 D. & ſeq. eor. paludam. 568. C. non niſi auſpicio rem aggredientes. 591. A. omeo accipientes. 593. B. immolantes. D. in æſtiva cum milite. 596 C. primùm triumphantes. 607 A. legem curiatam ferentes. 615 B. ex majori magiſtratu. 616. A. C. quid ets turpe. 617. B. non tributis comitiis deſignati. 618 C. quibus legibus obtineant provinciam. 619 A. B. deſignati comitiis, lex iis ferenda. 621 E. idemne ac Prætores & Imper. 628. D. eorum jus. 629 C. eorum conceſſio poteſtatem & imperium. E. 633. D. quomodo creati. 635 E. eorum lictores proprii. 636. C. 637 D. 638. A. 639. A. E. 640. A. 641. B. eorum in cœna triumphantis locus. C. eorum jus militare. D. 64e D. 654 D. E. 645. A. poſt imper. imperatores. 646 B. D. Dictatorem dicunt. 648 E. provinciis eum ſeceſſ., exercitui cum habent imperant. 651 B. D. qui ſummo S. C. ornati erant. 656. D. E.
Conteſtani pop. qui. 488. D.
Conteſt. tio litis 716 E.
Contrebia Hiſp. capta. 490. C.
Controverſiæ earum varietas. 573. A. (86) uſq 581. C. 637. A. civiles, ſive privatæ quæ. 681. D. ad perſonas pertinentes. 682. B. de rebus. C.
Contubernales qui. 561 D.
Corcyra Nigra Illyrici inſ. 497. A. occupatur. B. C. in Maced. numerata. 504 C.
Corduba res geſtæ monum. 490 E. ibi juridicus conventus. 493. C.
Corfinium Pelignorum oppid. 345. C.
Corinthus Achæis reddenda. 506 E. coloniam deducit. 508 C.
Coriolanus, vir Patricius exilio damnatus. 186 D.
Cornelius Lictor à Philodamo occiſ. 582. B.
Cornicularius, qui gradus. 560. A. Trib. milit. miniſter. D.
Coronæ militares, eorum diverſa genera ad quid traditæ. 172. D. 173 A. B. C. 604. C. inverſa Caſſio porrecta. 589. A. varius uſus ear. 604. C.
Corſica in ditionem pop. Rom. 487. C. rebellis. D. in duas colon. 488. A. ſtipendiaria. B.
Cortenebra & Cortuoſſa opp. agri Tarquinienſ. 312. A. capta. 314. C. 460 B.
Cortona Tranſciminiæ Etruriæ opp. colonia deducta. 460. B.
Coſſa oppidum Etruriæ maritimæ. 3er. E.
Coſſa Hirpinorum oppid. 347. B. colonia deducta. 409. D.
Coſſetani pop. qui. 488 C.
Craſſus, ejus ſtudium & ſimultates in Remp. 9. B.
Crater ſinus in Campania. 328. C.
Cremera, flu. Thuſciæ, unde illuſtris. 98. C.
Cremona Inſubrium Urbs. 367. D. deducta adverſus Gallicos tumultus oppoſita. 369. A. C. col. deducta. 410. C.
Creta inſ. 530 D. antiqua ejus libertas. 532. A. bello victa. B. prov. facta. C. libera. D.
Crimina, quæ in judiciis. 751. C. de eorum pœnis. ibid. idem & maleficia. 832. B. ad populi judicium adducta. ibid.
Criſpinus Romanus Badium Campanum ſuperat. 15. (21) E.
Criſpus Salluſtius calumnia impeditur ne triumpharet. 603. A.
Critolaus Achæor. Dux. 508. C.
Croton Bruttiorum oppid. 334. C. eis ademptum. 334. C. 335. B. col. deducta. 411 E.
Crotonienſes ad Pœnum defecerunt. 355. C.
Cruſtumerium in Sabinis. 342. C. bellum Romulo facit. 340. E. col. deducta. 404. D.
Cruſtumium flum. in reg. Senogall. 319 C.
Crux, patibulum apud Romanos. 849. E. extra Urbem. 259 (24) C.
Cultrum antiquis legibus damnatum. 820 D.
Cumæ in ſecunda Campan. parte, aliter in Opicia. 328. C. Præfectum à pop. Rom. accip. 439. A.
Cumani immunitate donati. 511. D.
Cumani, eis petentibus publicè latinè loqui conceſſum. 308. (9) E. Campaniæ populi. 328. C. eis civitas ſine ſuffragio data. 401 E.
Cupra marit. & montana oppid. Picentum. 337. E. 338. A.
Curatio, ejus lex. 149 C.
Curator, ejus munus, & quouſque duret. 149. (93) C.
Cureuſes bellum indicunt, in amicitiam Romulo. 342. E.
Cures Sabin. oppid. ibid. C.
Curiæ, unde provectæ, & à quo inſtitutæ. 26. B. C. D. 27 (31) C. D. 39. A. earum ſignificatio triplex. 38 E. g. vera. 39 A. D. (33) definita. 111. (8e) C. Calabra Curia ab authore omiſſa. 39. 33) E. novæ, ubi ædificatæ. C. nullæ in agro. 40 A. earum ſacra. B. in unum corpus cum Tribubus, Claſſibus, & Centuriis collatæ. 46 B. triginta. 615. C. per 30 Lictores an ſuppleantur. 617. A.
Curiones ſocos colunt. 89. A. quot ſunt. 189. E.
Currus pro triumphis proprius. 604. E.
Cutina in Veſtinis capta, prædata. 346. C.
Cyprii extra inſ. ad judicia non evocandi. 584 B.
Cyprus, ejus antiqui Reges. 526 A. quomodo in Rom. poteſtatem. C. prov. inſtituta. D. & ſeq. ejus Diœceſes. 527. B. dono datur. 528. A.
Cyrenaica. V. Libya.

Daorſei, Daſſaretii, Daulantii qui. 496 E.
Daunii, ſeu Apuli eor. opp. 316. A. & terminus. 348. A. & nomen obſoletum. 357. B.
Debitores ſecandi. 78 B.
Decetes pop. Gall. 358. D.
Decem citatur, initium. 12. (19) D. Sacrorum. 13. (19) B.
Decemviri ad leges ſcribendas electi. 48. C. ad agros dividendos. 391. B. ſine curiate, poteſtate privati. 615. A. E. an extraordinarie. 616. D. 619 E. quid de illis Rulli lex. 622. A. D. litibus judicandis conſtituti. 691. E.
Decidius Saxa pro M. Ant. in Syria Legatus. 520 B.
D. Brutus Coſ. 346. A. in Luſitanos cognominatur. 491 B. Comatam Gall. obtinet. 496. C. victus. D. 547 C. acclamatus. 597. C.
D. Junius Pera Conſ. triumph. 335. E. 341 E.
D. Lælius Africæ Præt. 534 A.
Decimus Gallus alter Coſ. 546. B.
Decretum: ex partibus ſtatuendi, una. 577. B. & ſeq. ex partibus juriſdictionis. 629. A. quor. ſit proprium. 611. E.
Decuma tributum quid. 478. A. ei ſubjectus Sicil. ager. 485. D. 585. C.
Decumæ, à quibus exigerentur. 183. C.
Decumani, de his judicium. 575. B. exercitium. 586. A.
Decuriati equites dicti. 561. D.
Decuriones, unde dicti. 164. (106) E. qui. 561. A. & ſeq. qui in re militari muniſtrent. 595. A.
Deditio hoſtibus an libertatem Romanam tollat. 67. B. C.
Deditii tertia manumiſſione cives Romani cenſebantur. 253. E. qui ſint. 297 D. 429 (17) E.
Deductores, eorum officium. 808. B.
Defenſio reorum. 831 B. in judiciis. 778. B.
Dejectus è Saxo Tarpejo. 849. B.
Dejurare, quid in L. Servilia. 766. A.
Delatio, quid apud Rom. 765 E.
Delectus, quis. 156 (98) E. Varii Variis bellis, & ubi habiti. 156 C. & (98) ibid. & 158. (98) D. quomodo fieret. 166. C. D. 167. A. B.
Delmatæ qui. 496. E. eor. terminus. 497. A. ſubacti. 499.

Digitized by Google

INDEX GENERALIS

499. A. B. in Liburnos. D. in Romanos. D. E.
Demetrius Antigoni fil. Maced. R. 506. B.
Demetrius Pharius in Rom. movet, fugit. 497. D E.
Depoſitum quid. 685. A.
Derthona opp. Ligur Ciſpenn. 359 A. col. deducta. 414 E. an a C. Cæſare Juliæ Derth 462. E.
Diæus Achæorum Dux fugatus. 508 D.
Dica quid. 578 C. ſortitio. 579 D. 584. B.
Dictatores plebeii. 13. (19) D E. in curiatis comitiis. 548 A. primum triumphantes. 607. A. majores magiſtrat. 616 A. quid eis incongruum. 617 B. eor. coercitio ultra poteſtatem. 629. E jus. 633. D 638. C. 648 B militaris. 641. D. 642 E. 643 A. convocandi exercit urb. 644. E. 645 A. extraord. cum imp. 646. D. non à curiata Dictaturam habent. 647. E.
Dies Nundinæ, qui. 37. A. feſti. 587. D. Faſti, Nefaſti, Interciſi. 691. B.
Diffarreatio quæ, & unde dicta. 102. A.
Dii, qui. 90. A. eorum templa, nomina, novitas. A. B. Cultus. V. Ritus &c. eorum varii curatores. 188 D 189. A.
Diœceſes diverſæ. 479. A. Aſiæ collectæ. 514. D. harum quædam demptæ quare. 519. A 549. C. diverſæ enumeratæ, & conventus edicti. 571. E. & ſeq. ſingulæ a Præt. perluſtratæ. 572. D.
Dimalum Illyrii expugnatum. 497. E.
Diminutio capit quæque ſolvit jus patrium, quotuplex. 115 (82) D.
Dionyſius Valer. Col. de agro Romano. 20. (16) Tribus ab eo appellata. 27 A. libertinis a Servio aſcitis. 61. (54) patribus, eorum inſtitutione & munere. 80 (64) auſpiciis magiſtratus. 85. (65) E. ſacris Curialibus. 89. (67) & de Coſs 90. (69) B. latinis feriis. 95. (67) C. D. matrimonio per confarreationem. 103. (78) patria poteſtate. 125. 126. 127 A.
Divortium cum uxore, quem habuit auctorem. 55 D. qua lege inſtitutum. 107. 108. A. de ejus bona gratia, qua lege. (81) 109. D ejus forma B. primus uſus. C. inde frequentia. 110. A. ejus pudicitiæ periculum. B.
Domicilium quomodo in Civitatibus contrahatur. 417. (15) E.
Doriſſa int. dono data. 511 D.
Dorolacer Inſubrium, Boiorumque Dux cæſus. 370 B.
Doris pop Rom donata. 510. A. prov. facta. 513 B.
Dos: ejus reſtitutio divortio ſine mulieris culpa facto 110. A.
Drachmæ viritim diſtributæ. 189 A.
Duelium, à quo denominatum. 324. E. (21)
Duplicarii qui, & unde dicti. 164 (106) E.
Duriæ duæ in Padum ex alpibus influentes. 352. B.
Duronia opp in Samnitibus. 347. B. a Papirio expugnata. 350. C.
Duumviri Sybillini ſacra librorum ſybillinorum curant. 189 A. a quo creati. 190 A navales, eorum jus. 646 B perduellionem judicant. 815. A.
Dyrrachium in Maced. provinc. 504. E.

Ebrietas graviſſimum delictum. 104. (78) E. 105. E 106. B.
Eboria Hiſp. ibi caſtra vocata. 490 C.
Eburini Lucanorum. 331. B.
Ecetras in Volſcis an col deducta. 405. C.
Eculeus inter antiqua tormenta. 830. B. ejus figura. 851. A.
Edetani pop. qui. 488. D
Edicta quid ſint, & a quibus lata. 53. 54. 574. B. 575 A. 579 D quomodo a Tribunis lata. 54. (45) de Diis colendis. 52. B. 53 A eorum genera quot. 191 B. 192 A. per hæc adminiſtrantur omnia. 585. B repentina a quibus, & propter quid. 587. D. in re militari. 588 D. magiſtratus duplicis generis. 628. E. 632. D. an leges. 468. D.
Egnatia Peucetiorum opp. in Apulia. 336. A.
Elbius Volturenus Etruſcorum Rex ultimus, cæſus. 327 E.
Electio judicum quomodo fiebat. 769. C. 770. A.
Elephantes a Carthaginienſ. tribuebat. 580. B.
Emancipati, qui a patre, & a ſacris 96 A.
Emancipatio triplex liberat filios a jure patrio. 127. B. (64) quid ſit, & ejus modus. C. D. 128. A. 696. C (17) (18)
Emeriti ſtipendiis ad arma extra ordinem vocati qui. 164 B. C.
Emilienſium civitas colonia, & juris Italici facta, & a quo. 358 E.
Emptio, ejus formula. 812. (82) C. leges. 130. E. 132. 133. (87) quomodo ante pecuniæ inventionem fieret. 132. (86) A. 133 (86) D. ſub corona. 134. (88) E. quid. 135. (88) E. an idem & ſub haſta. 136. (88) B. ejus ritus. D. vis, & effectus. 142. A. B. C.
Emptor bonæ fidei, qui. 134. (88) B.
Epanterii pop. Liguſtinor. 359. B.
Epidamnus Illyris libera, in Rom. amicitiam. 497. C.
Epirotæ Rom. deducti. 508. A.
Epirus, ejus ſitus & incolæ. 505. B. & ſeq. depredatur. 507. E.
Eporedia col. deducta. 414. C.
Epulones, qui. 189. A. a quo, & quando creati. 190. A
Equites, a quo inſtituti, & quo numero. 211. A B variis nominibus cur dicti. C. D. (*) E. eorum ab initio exiguæ opes, tandem copioſiſſimæ 212. A. C. quid deſiit cum in Senatum erant adſciti. 213. A. Romani, qui fuerunt. 214 D. patrimonio abſumpto equeſtris dignitas deperibat. 215. D primores Rom. juventutis. (12) E. Magiſtratus non capiebant. 216. A. D. eorum propria inſignia. 222. C D. in XIV. gradibus conſidebant. 219. A.
Equum adimere, quo nota eſſet. 260 B. C.
Eretum in agro Sabinorum, ibi Etruſci victi. 322 D 342. C.
Erycis portus in Liguribus Tranſalpinis. 359 A.
Erythræi agro donati, & honorati. 511. D.
Etruſci, quibus finibus incluſi. 321. B C. D. oppida ipſis attributa. E. 322. A. principes qui. B. quibus conditionibus pacem obtinuere. C. jus antiquum recuperarunt. D. E. depelluntur. 324. D. inducias obtinuere. 325. C. nonniſi Etruriæ pars Romanis adjuncta. D. varia bella. E. inducias impetrant. 326. A. B iterum. C. eoſi. D. E. 327. A B. devicti eorum Res ad latinas litteras aliici non potuit. E. in Rom. ſocietatem. 328. A. à qua regione Liburnos, & Siculos expulerint. 319. B. de his triumphatum. 351. A. auxilia Romanis tulère. 354. A.
Euganei antiqui ad ſinum Adriaticum incolæ à Venetis inde pulſi. 372. B.
Eumenes Pergami R. 510. E.
Eumenes alter Perg. R. Attalo ſucceſſor, ejus regnum a Ro. auctum. 521. A.
Evocatio reorum in judiciis. 845. A.
Exculcatio in judiciis, quæ. 841. E. 884. A.
Exercitus Romanorum, & Latinorum ratio. 160. (105) B. C ejus denominatio, & inſtructio. 165. (106) D. magnitudo ejus cur compertæ mandari. 548. E. diebus 40. paratus. 553. A. in eo Imperium Præſidibus conceſſum. 588. A. ejus poteſtas penes conſiliom. 596. A ejus ſtipend. 599. A. a deceſſore tradendus. 601. B Pompeji in Maced. 602 B. cui ſubjectus. 637. A. ejus locorum termini. 619. A. & ſeq in triumpho, nec ne. 630 D. urbanus cui ſubſit. 644. E. a quibus convocandus. 645. E.
Exheredandi poteſtas coercita. 181. (62) A.
Exilium nulla lege ſancitum. 74. (61) E. quid apud Romanos. 754. B. (2) inter pœnas primum receptum. 815. E. (19)
Exteri ab omnibus Romanis ſacris, & juribus excluſi, niſi a Senatu impetraverint. 94. (69) C. 96. (69) C D.

Fabia lex de plagiariis. 67. D ſacra. 91. A. B. 95. Fabii CCCVI. ad Cremeram amnem deleti. 322. E. 323 A.
Fabius Labeon improbum, ejus de finibus controverſis judicium. 15. (12) E.
Fabius, poſt alios interfectos uxorem ducit. 98. C.
Fabius Q. Maximi filius, ejus factum, quo ad juriſdictionem in patrem. 126 (83) C.
Fabius auſpicans. 591. E. ei a pop. Coſ., à Sen. imp prorogatus. 638. A.
Fabius peregrinus exercitum ſcribere juſs. quid inde ap Gruch. & Sigon. 644. C.
Fabius Pictor, quid de agro Romano ſenſerit. 20 A. verum non cenſetur. 24. (28) E.
Fabrateria colonia deducta. 413. D.
Fæſulæ in Etruria numeratæ, ejus agri depopulati. 321. C. Etruriæ nequaquam inittum. D. col. deducta. 460. B.
Fagi populi inter Samnites à Plinio recenſiti. 347. B.
Falarienſes populi apud Picentes. 338. B.
Falcidia unde orta. 181 (82) C. D. aucta. E.
Falernum Campaniæ mons. 338 C.
Falernus ager plebi Romanæ diviſus. 385. D.
Faliſci Vejentibus adjuncti fuſi. 321. A. B. C. memorabili juſtitiæ exemplo in fidem recepit. D. demum una ceduntur. 324 E. 325. A. 327. D.
Fana, Profidum pr[illegible]. 587. D
Fanum Fortunæ Senogall. opp. 319. C. inter Umbriæ opp. recenſitum. 341. A.

Fanum,

Digitized by Google

Fanum, quod Julia Fanenſis, deductum a C. Cæſare opinatum. 462. E.
Faſces eorum uſus. 538. A. 554. E. Summi imperii ſigna. 556. D. 563. A. Laureati quandiu. 603. A. cujus. 635. D.
Faventia olim Bojorum Opp. 367. B.
Ferentinum Opp. in Samnitibus. 347. B. oppugnatum 349. D. captum. 350. B. civitate donatum. 424 E.
Ferentum in Apul. captum. 337 A.
Feriæ latinæ. 95. (69) C. D. inſtitutæ. 302. B. cur ſolemne. D.
Feriales belli, & pacis diſciplinam ferunt. 189. A. 323. B.
Feroniæ lucus in Liguribus maritimis. 359. A.
Ficulenſes inter Samnites recenſiti. 347. B.
Fidejuſſor quid. 685 B.
Fidena in Sabinis. 342 D. col. deducta. 404. D. E.
Finates prœlio victi. 382. B.
Fidentia olim Bojor. opp. 367. B.
Fiducia contracta quid. 127. (84) E.
Filia patrem quoad connubium. 100 B. (75)
Filii ter a patre venditi jure publico ſolvuntur. 212. (81) famil. adventitia bona ſancita. 124. 82) A. ut reviviſcant in jus patrium recidunt. 124. (82) C. cor. ſuitatis & agnationis jura. 125 C. ad dignit. evehi poſſunt, unà cum patribus. 126. C. in privatis negotiis juriſdictionem habent in patrem. 126. C.
Fines Nolanos inter, & Neapolitanos controverſi judicati. 25. (18) E.
Firmani auxilia Rom præſtantes. 354 A.
Firmum opp. Picentum. 338. A. col. deducta. 339. A. 410 A.
Fiſcellus mons in Vestinis. 344. E.
Fiternus amnis Apulis confinis. 336. A.
Fiternus Dauniorum opp. in Apulia ad mare. *ibid.*
Flaccus Aſiæ prætor pecuniam deſcribit. 514. B.
Flagellum ejus uſus in triumphis. 605. A.
Flamen dialis a patria poteſtate liber. 125. (82) C.
Flaminia via quæ. 340. D. quouſque deducta. 436. E. altera à quo & ubi. 437. A.
Flamines tres à quo dati. 190. (65) A. XII. aucti ſingulatim nominati. B. E.
Flaminius Coſ è plebe auſpicia contemnit. 84. C. 85. A. (65) Ilucium & Toletum capit. 490. B
Florentinus de libertate & ſervitute. 57 (51) C.
Fluentini, ſeu Arnienſes Transcimini Etruriæ opp. 322. A.
Foci publici, qui, & à quibus culti. 89. A.
Fœdera ferientes Romani, leges inde præſcribunt. 293. C. (2) à ſponſione, & pactione diverſa. 294. A. ad 297. quando non ſervata. C. toilerata 295 (4) pactio quædam ſocietatis. 296. A. conſuetudo B. C. ineundor. uſus immutatos B. ejus generatria. 297. B alia aliis æquiora. 298. B æquiſſima, & ſolemnia. C. D. 299 A. Latinor. 300. ad 307. Volſcor. & Æquor. 314 E Hernicor 317 A Oleor. & Auſonum. 318 B. Etruſcor. 321 B. Campanor 328. B Lucanor. 333. A. Bruttior. Meſſapior & Sallentinor. D. Apulor. 336 A Frentanor. 337. B. Picentum. E. Umbror 341. A. Sabinor. E. Veſtinor. Marucinor. Marſor. Peligmor. 344 D. Samnitium. 346 E. Ligurum. 358 C & ſeq. Gallor. 366. A. Venetor. & Carnor. 372 A. eorum uſus & maxima ſolemnitate. 429 (17) quarundam civitatum, & formula. 430. B quo tempore pacis vel belli. 431. D E. quid a fœderatis tribuendum. 433. B. (18) D. E quid eis conferrent. 434. B. 445. E. gentium alpinar. 446 D quorum. 479. A Rom. & Philippi. 501 C. (6) Theſſalor. & Rom. D Græcor. 506. B & ſeq. Regis Ponti. 524. A. Rom. cum Antiocho & Galatis. 517. C. cum Pœnis. 528. B 529 A.
Fœminæ ut adoptari poſſent, & cujus conſtitut. cur non. 117. (83) A. D a tutela repulſæ matres, mox admiſſæ. 149. (93) E. à nullo prov. magiſtratu ad extern. trahendæ. 564 B.
Fœneratores iidem ac argentarii. 235. A. B. & ſeq. 238 B C. ob id in hominum odia. 239. C ſeditionum, diſcordiarumque cauſa. *ibid* D. E. cujus uſuram maximam æſtimarunt Rom. 240. A. de ipſis lex unciaria. B. condemnati. C. in eos leges latæ. 240 E. 241. A. 242. C. ab eis Prætor in foro occiſus. 248 C. D.
Feſta paganalitia unde dicta à quo, & cur inſtituta. 252. (55) C.
Fora eorum ſignificationes. 435. A. B. C. juncta ad jus municipiorum pertinuiſſe. 436. A. eorum nomen plura Ital. opp. cur ſortiere. 436. C. D. 437. 438 diverſa. 479. A. certa in diem edicenda. 572. E.
Formianum civitas data, & ſuffragium. 423. D.
Formion fl. eo Gallia citer. definitur. 357. E. Italiæ terminus. 496. E.
Formula pronunciand. condemnation. 783. C. rei dimittendi. 844 E.
Foroauguſtanæ in Hiſpania jus Italiæ datum. 353. A. ab Auguſto ſic appellata. 418. A.
Foruli Sabin. opp 342. B.
Forum-Decii in Sabinis. 344. C.
Forum-Fulvii. 365. C.
Forum-novum in Sabinis. 344 C.
Foſſæ Cleliæ, ſeu Cluſiæ diviſoriæ Ro. ab Albano agro. 21. D. unde ſic dictæ. (87)
Foſſæ Marianæ victoriæ monum. 494 E.
Fratres arvales arvorum fruges curant. 189. A.
Fraternium Bruttiorum opp. 334. D.
Fregellæ eorum connubia. 299. (70) C. Latinorum Opp 319. B. capta Volſcis. 349. A. Colonia deducta. 408 A. 410. B.
Frentana regio in Apulia. 316. C.
Frentani eorum fines, & oppida. 337 B. C. D à Pelignis flum. diſcreti. 345. C. a Romanis cæſi amicitiam obtinent. 346 D. auxilia Ro. tulere. 354. A.
Frento flum. Dauniorum in Apul. 336. C. 337 C.
Freſilia Marſorum opp. 345. D. eaque capta & reſtituta. 346 E.
Friniates populi Liguſtin. 359 B. ad deditionem compulſi armiſque privati. 360. C.
Frumentum extrahendum trium generum. 478. B. Hiſpaniæ impoſitum. 493. A. Afris. 530 B ejus varius uſus pub 585. C. honorarium. 586. B. luſtrationis cauſa diſtributum. 589. A. in ærario quam pecuniam conferat. 599. E.
Fruſinon inter præfecturas recenſitum. 429. B.
Fucenſes inter Marſos. 345 D.
Fuſcius Fango Legatus Africæ Præf 534. B.
Fuguli inter Samnites. 347 B.
Fulginum Umbriæ opp. 341. C.
Fundi populi qui fuerint. 417. B. eis civitas data & ſuffragium. 423. D. inter præfecturas recenſiti. 429. B.
Fundus pro Auctore ſumptus. 307. D. 308. A. C. (9. E.
Furia lex de Teſtamentis cur lata. 146. B.
Furtum pecuniæ publicæ, idem & peculatus. 800. B.
Fuſia Caniria de ſervis manumittendis 147. A.
Fuſius Calenus pro Antonio Gallias regit. 496. D.
Fuſtigatio quid. 757 D.

Gabellus flu. in Padum influens. 358. B.
Gabii in Sabinis. 342 D.
Gabinius ei ſupplicatio denegata. 598. C.
Gades Romanis fœderatur. 492. B. C. ibi conventus. 493. C.
Galba Piſonem adoptat. 116. (82) D.
Gallæci pop. qui. 488 D.
Gallæcia in poteſtate Rom. 491. B.
Galatia prov. facta. 513 A.
Galeſus fluvius apud Bruttios. 334. D.
Gallia adjecta Rom. Imp. 3. (1) C ejus fines & opp. 339 B 434. A 481. B togata. 340 D. tranſalpina. 366 A. variis bellis & fœderibus vias mutans. 367 A. ad 371. Venetis proxima. B. ejus provinciæ jus. 375. A. ad 379. ager Romanus vocata. 386. A. B. jus Ro. civitatis adepta. 449. A. ad 453. provincia Italiæ. 539. B. Narbonenſis & Comata. 491. D Bracata. 494. E. Comata. 495. A. B. C. D. & variis Imperia. 496.
Galli vitæ & necis jura in uxores, & liberos utuntur. 109 E. (81) eor. ager, & de Senonibus. 339. B. Geſſati. C. Boii finitimi Senonibus conſuſi. 340 C. nomine variati. E. in armis. 351. A. qui alpes tranſcenderunt. 366. C.
Gallinaria Sylva in Campania. 328. C.
Gallipolis oppid. Bruttiorum. 334. D.
Gares Dux Teanorum. 336. C.
Garganus mons Dauniorum in Apul. ad mare. 336. A. C.
Garnæ portus Dauniorum. *ibid.*
Garuli populi Liguſtin. 359 B.
Gaurus mons Campaniæ. 328. C. ap. ipſum pugnatum; 348. C. E. 349. A. (22) E.
Gelon Syracuſar. R. 482. D.
Gentiles, qui. 81. C. D.
Gentilitia ſacra inter privatos. 89. (69) D.
Gentius Illyrii Rex devictur. 498. C. & ſeq.
Genua opp. in Liguribus maritimis. 359. A. ibi exercitus Rom. adductur in Anamaros. 359. E.
Genucius primus de plebe Conſ. an ſub auſpiciis; 84. A. B.
Germania adjuncta Imp. Rom. 3. (1) C.
Geſſati Galli. 339. C.
Gladius Prætorum inſigne. 691. A.

INDEX GENERALIS

Gracchorum hiſtoria. 8. (13)
Gracchurium victoriæ monum. 490 D.
Gradus ſanguinis permiſſi uxori. 100. B. (75)
Græcia pene tota ad Pœn. deficit. 336. C. duplex ejus ſitus, & incolæ. 505. C. D viciſſitudines. E. reipublicæ ſumtiſſa. 506. A. Reges. B. Rom fœderata. C. pace fœdus extenditur. D. E. libera, immunis, ſuis legibus relicta. 507 A. provincia facta. 508. D. tributaria. E. et mulcta condonata. 509 A. C.
Graviſcæ Etruriæ Tranſciminiæ opp. 341. E. col. deducta. 413 B.
Grumentum Lucaniæ opp. 333. A B.

Hadria opp. Picentum. 338. A. ejus ager. 339. A. devaſtat. B. 410. A B.
Hadrianus victor acclamatus. 697. C.
Haleſina, &
Halycia Sicil. Urbes liberæ. 485. D.
Haſta opp. in Ligur. Ciſpenn. 359 A.
Haſtæ in triumphis divitiæ. 604 C. juriſdictionis ſignum. 691 A
Haſtati unde dicti. 163 (106) C. qui lecti. 536 E.
Helvetii qui. 494 B in 4 pagos diviſi. 379 (1) D.
Helvinum flu. apud Picentes. 338 A.
Heraclea, ejus vices. 525. A.
Heraclea Campaniæ civitas. 128. C.
Heraclea idem et Siris Brutt. oppid. 334. C. ejus fœdus cum Rom 335. C. (20) E. apud ipſam Romani pulſi a Pyrrho. *ibid.*
Heraclienſes fœderati pop. Rom. civitate donati 434. B.
Heraclius querit a Verre ſuum declinare. 578. D.
Hercates pop. Liguſtin. 359. B.
Herculaneum opp. Hirpinorum. 347. B. captum. 350. C.
Herculeum promont. apud Bruttios. 334. C.
Herculis Fanum in Liguribus marit. 358. E.
Herculis portus in Liguribus marit. 359. A.
Hereditas inter prima hominum inſtituta, quotuplex, & ejus leges. 139. 88) E. 683. D. (8) a jure civili derivata. 144. E. ad repudiatam redire, quis poſſit. 122 (82) A B.
Heres, ejus inſtitutio. 120. (82) D. qua lege. 140. (88) A. B. C.
Hernici, eorum oppida. 317 A. B. ſuperati. D. eor. leges. 318 A. B in Latium. 301. A. in civitatem adſciti 344. C
Hetruſci; in captos eorum crudelitas. 132. (88) C.
Hiero Rex Syracuſanorum pop. Rom. amicus cur ſagittarios Punico bello ad Romanos miſerit. 355. A.
Hippoo Bruttiorum oppid. 334. C. ademptam Bruttiis. 335. B.
Hirpini inter Samnites. 347 A. & Romanos. *ibid.* eorum oppida. B. ex eor municipibus Aufidus amnis; bello Italico celebres. 348 A. ad Pœnum victorem defecerunt. 356. B.
Hiſpali ibi conventus. 491 C.
Hiſpania ejus oppida Latini & Italici juris. 482. B. citerior & ulter 488 C. ejus invaſionis cauſa. E. fere tota ſub Ro 489. C. novis legibus ornata. 491. C. vectigalibus liberata. 492. A iterum ſubjecta. 493. A. juridici conventus ibi multi. C. duplex prov. 537 C.
Hiſpanæ mulieres ex his Romaniſque militibus procreati num ſervorum numero adjungantur. 57. B (52) E.
Hiſpellum Umbriæ opp. 341. C. deductum a C. Cæſare, 462. E.
Hiſtonium opp. Frentanorum. 337 C.
Hiſtriones a militaribus ſtipendiis repulſi. 165. D.
Homicidium quodcumque parricidium dictum. 120. B.
Honores eorum jus. 188. B. genera & ſpecies. *ibi & ſeq.*
Hoſpites. 15. (21) E.
Hydruntum Bruttiorum opp. 334. D.
Hyrium Dauniorum opp. in Apul. ad mare. 336. A.

Jacetani pop. qui. 488. D ſubacti. 489. A.
Jactum flum in Padum influens. 354 B.
Japigæ idem ac Apuli, 336 A. legiones adductæ ad opp ſubigendum. 337. A. auxilia tulere Romanis. 354. A. bello Italico nominati. 557. B.
Japigium Promontor. Bruttior. 334 D.
Japides qui. 496. E. eor. terminus. 497. A. devicti. 499. D.
Iberus flum finis Punici Imperii 480. A.
Ignobiles qui appellati. 271. D 272. E. 273 A.
Ignominia id & infamia. 754 B.
Iguvium opp Picentum. 338. A.
Ilercaones pop. qui. 488. C.
Ilergetes pop. qui. 488. C. in Rom. poteſtate. 491. D. ſubacti. 489. A.
Ilvates pop. Liguſtin. 359. B. ex integro ſubacti. 359. E. 360. A. 369. D.
Ilucia Hiſp. opp. capta. 490 B.
Illyricum Latini juris. 482. B. ſitus, termini, & gentes. 496. E. bella. 497. A. *& ſeq.* in tres partes diviſum. 498 E. provincia conſtitutum. 499. D. 500. A. juriſdictio. B.
Imago ejus jus. 271. D. E. ad quid valuit. 272. A. Qui primi poſuerunt. C. D ſummo ſtudio cultæ. 273 E. in funeribus delatæ. 274. A in ædibus collocatæ. 274. D.
Immolationes triumphi & orationis propriæ. 606 D.
Immunitas quid. 478. A. 479. A. ejus formula. 480. B Illyrior. aliquor. 498 D. vectigalium Antiochi 511 B. pop. Ro adhærentium. C Colophonior. & alior. D. quor. Aſianor. 514. E. *& ſeq.* Lyciæ. 510 C. Lepcis in Africa. 530. C.
Imperator primo dictus. 10. (14) B 14. 20) B. 590. E. 597. A. 598. C. diu edit ante triumphum militibus pecuniam. 173. C D. quomodo ad bellum deligeretur. 197. B. C. & 198. B. C bellum miniſtrans. 477 A. mulctam & præmium ponit. 479. A. ejus paludamentum. 367 C. exercitum luſtrat. 389. A vitæ & necis arbiter. B. ejus conſultores. 595. B C D. poteſtas legibus compreſſa. 396. A. ejus triumphus. 602. B. *& ſeq* ejus lex curiata. 628. B. jus & quidditas. 635. A. *& ſeq.* a Conſule ſeparatus. 640 D.
Imperium legitimum definitur. 14. (20) C. Magiſtratus quibus in rebus poſitum. 191. A 196. B. formulæ, & diverſitas. 177. A Præſidum, & ejus inſignia. 538. B. 547. D. 548 A. 586. A. recte miniſtrantibus quid. 597. A. a Prætoribus mandatum. 600 C. an idem ſit cum Magiſtrat. 628. D. jus. 635. A. *& ſeq.* an inſitum Magiſtratui. D. 638. D. E. triumphale dici. 639. B. proprium triumphantium. 641 A. militare. 642. A 643 A. D E. 644. A 645 A. ſimile. C. direct. modo collatum. 646 D. 647. A. Urb. & militare diſtincta. 650 C. Prætor. 651 C. *& ſeq.* merum, non merum & mixtum quid. 758 E 759. A.
Incenſi qui libertatem amitterent. 63. (55) B. eorum pœna. 139. A.
Incola. eorum definitio. 14. (21) E.
Indigetes pop. qui. 488 C.
Induciæ quæ ſint. 295. B. C.
Induſtria opp. in Ligur. Ciſpenn. 359. A.
Infamia idem & ignominia. 754. B.
Infans expoſitus jure patrio ſolutus. 125. (82) E. & 126. (82) B.
Ingenui, qui Libertinis oppoſiti. 58. A. B. (52) 60. C. E. eis libertinæ uxores permiſſæ. 99 B.
Injuria quæ. 687. A. B. D. E lex de ea. *ibid* (12)
Inofficioſi teſtamenti querela ad quid inſtituta. 121. (82) A.
Inquilinus: ejus definitio. 14. (21) D.
Inſignia *V.* Ornamenta.
Inſtituta quid, 55. C. D. varia Romanorum inſtituta. 56. A
Inſubres Italiam invadunt. 359. B. eorum fines, & oppida. 367. D. pacem petunt. 368. A cum Boiis ſocietatem adverſus Rom. ineunt. C de iis victoriæ. D. in Provinciam redacti. 368 E ab eis Cremona erepta. 369. A. deficiunt. B. duplici prœlio victi. D. 370 A.
Intentio actionis, ſive litis. 715. A. (42)
Interceſſio in comitiis de Imper. 617. C.
Interdicti aqua, & igne jus patrium amittunt & cur. 124. (82) C.
Interdictum, ejus poſtulatio & interpoſitio. 702. (23) C. (24) (25 703. A. (26) quid differat ab Edicto. 703. D (27) idem ad ſacra. C. de vi armata. 705. (29) & ſine armis. (30)
Interocrea Sabin. opp. 342. B.
Interpretes qui, quot. 256. B.
Interreges qui, & quando. 198. A.
Interrex, ejus jus. 633 D. an imper. milit. 644. D. E.
Interamna opp. Aſtaurum. 358 B.
Interamna Umbriæ opp. 341. C. 342. C.
Interamnates inter Sabinos a Samnitibus turbati. 350. C 708. D.
Interpretes in ſtatuendo ad quid. 578. A.
Ionia pop. Ro. donata. 510 A. prov. facta. 513. A.
Irrogatio quid. 632 D. 633.
Iſauria a piratis occupata prov. facta. 517. D. 518. B. vectigalis. C. E.
Iſſa Illyrici inſ. 497. A. libera in Rom. amicitiam. C.
Iſthmus qui fuerit. 334 A.
Iſtri qui. 496. E. a Japudibus diſcreti. 497. A.

Ita-

Digitized by Google

Italiæ ejus triplex jus. 289. A. antiquus ſtatus. C. fines. 290. A. 406 E. populi. 291. A. ditata per fœdera, & leges in ſeq., ut addita jure. 466. B. & Gallia. 340. E. ejus jus. 351. D. utriuſque cenſus immunis. 352. C. (28) numquam per Proconſ. adminiſtratu. 418 D. vectigalis ſed libera. 477. C. ujus terminus. 496 B.
Itali quando dominantes. 138. (88) B. priſci non repellebant à tutela mulieres. 149. (93) E. eorum jura. 289. D. 355. B. C. 356 A. Janates qui. 292. A. eorumque diverſitas (1) quando dedititii. 297. C. ub Italicæ diſtincti. 340. D quæ arma Ro. præbuerint. 354. A. idem & latini. 355. A. in civitates diſtributi. 379. A. in colon. 381. C. quando eis civitas datu. 445. B. in novas vel veteres tribus D. & 446. ad 449.
Judæa, ſeu Palæſtina Syriæ pars. 520. D. ſuis Regibus relicta. 521. D. 520. B.
Judex arbiter quid. 730. D. recuperator. E. in arbitrio Prætoris dandus. 731 B.
Judices qui. 203. (3) D. E. 204. D. eorum exceptio. E. eorum Decuriæ. 203. A. ad jus civitatis pertinentes qua ætate. 669. D E ſortiendi. 581. E. ſi nullus reperiatur idoneus cauſſa rejicienda. 581. E. eos duae quibus propium. 631. E. Quæſtionum qui. 759. E 761. A. a quibus ordinibus legendi eorum numerus, ætas. 761. D. 762. A. (5) 769. C. 770. A. ſelecti qui. 762. B. numera. ib C.
Judicium Populi Rom de agro inter Arvinos & Ardeates. 65 (18) E. 263. C. ordinum ornamenta quot diſtinguerentur. 264. A B. à quibus, & penes quos. C. ad equites etiam translatum. 264. D. 265. A. B. (31) D. E. quot diſcordiarum civilium fons. 266 A. quo tempore, & qua de cauſa. B. C. 267. A. & ſeq. du his quid ſulcuit M. Plautius ut Senatui facerent ſatis. 268 A. B. quid inde L. Sylla Dictator. C. tres ordines inde duos ad iſta advocat. D E. legendis cenſus ſpectatus. 269. A. & ſeq. ex partibus ſtatuendi altera. 578. A & ſeq. eo edicto. 579 D. quibus verbis dicta. E. cum perito Judicis in conſilium advocato. 580 D. E. publicum in prov Præſidibus conceſſum. 581. C actionibus tribus 582. A. 610. C. 629 A triplex iniquum. B. omnibus competit Magiſtratibus. 630. E. nam Magiſtratui. 652. D. E. 631. A ad pop duobus modis. E cum euſpiciis convenit. 634. C. privata quæ 681. A. & B. publica 751. A quæ capitalia. 755. A. poſtulandum quid 732. B. quomodo exequendum. 738. B. de eo falſi. 750 C. (49) de reis ante, & poſt confeſſionem 751. B (1) de eis quæſitor. ordinar & extraordinar. 758. E. publicor leges 788. D. Populi quæ. 831. A. cuſtitu. 834. D. dies quo indicebatur. 842. A.
Iventius Laterenſis Cyrenar. Quæſt. 532. D.
Jugera agrorum eſſignenda lege præſinitur. 193.
Jugurtha Numidiæ R. in triumphum ductus. 533. A.
Junius Ferentum opp. in Apul. potius. 337. A.
Juriſconſulti de Conſul. vel Procoſ officio quid agunt. 638. A. in judicium ſocii Judicibus appellati. 740. A.
Juriſdictio quas partes habuit 190. A. quibus data. (113) E 415. ſi propie dicta quid. 584 C. 617. A. à Prætoribus mandatu. 600. C duas habet partes. 629. A. coercitioni convenit. 633 B E ſingulor. diſtincta. 617. C. Lege curiata fortita 644. A. Prætor ucenturiatis comitiis. 654 B. quando duplex. 757. A C. eor qui eu privatis in prov. miſſi. 682. C. vel ad bellu. 664. A 666 C. militaris quando ad Proconſules pertinebat. 665 B. 667 D & ſeq. Urbanu, & peregrina Prætoribus datu. 690. B. quomodo exercenda. 694 C. Cæt V. Jus.
Jus: ejus gradus. 1. B. diſtributio. 2. ſi. quibus conveniat (1) plebis. 12. (19) C. varietas. 13 A. (21) incolarum. 14. (21. E. auctor, qui. 15. C. Pomerii, quibus datum. 18. A. Romani deperditi. 25 A. divini Romani auctor, qui. 39. (34) E. civium Rom. quod, & a quibus. 46. C. 47 A. Papirianum. ſi. C. civile. 50 A. non ſcriptum. 56. A. B. libertatis. C. & ſeq 64. A. B. a Regibus & Tyrannis. 68. A. B. C. everſum. D. contra Conſules. 69. A. quibus legibus ſancitum. B. C. 70. A. fœneratoc. & creditoc. 76 A. gentilitatis. 80. A. & ſeq ab agnationis jure diſtinctum. 82. C. ſacror. 88. C. & ſeq (69) 87. E. 88. D. E. connubior. 98. A. & ſeq. patrium. 110. C. in filios. (82) D. 118. D. ſublatum. 119 A. & 120. exheredandi coercium. 122. A. teſtandi. 124. B. 145. C. Romanor. proprium à Romulo in filios permiſſum. 125. 126. 127. patronorum. 128. (84) D. legitimi dominii. 130. C. & ſeq. hereditarium. 134. A. ejus ceſſio quid. 139. (88) D. 142. B. C. quod Quiritium dictum. 145. A. tutelarum. 148. D. cenſus. 150. & ſeq. militiæ. 160. A. & ſeq. tributor. & vectigalium. 177. A. & ſeq. ſuffragior. 185. C. & ſeq. immunitatum. 187. D. honor. 188. B C. Sacerdotum. D. Magiſtratuum. 191. A. quodnam mixtum, & gladii. (113) C. vocandi. 192 A. referendi. 193. D. auſpicandi. E Tribunis conceſſum. 194 C D. imaginis. 271. E. Italor. cur diverſum. 289. A. 291. C. 298. D. 351 D. latinorum. 299. A. latii. 307. A. Quiritium. 308. C. ſponſaliorum. 309. A. tutelarum & in mulieribus. (10) variar. gentium pop. Rom. ſubject. 310. C. 314. E. 317. A. 318 ſi 355 D. 375. A. 466 D. 477. B 486. C. 487. D. 495. A. 504 E 505 A 507. D 509 D. 514. C. 518. B. 519. E. 520 B. 524. C. 527. A. 530 A. 531. C. 510. A. civitatum, & coloniar. 379. A 452. E. magiſtrat. & provinc 537. A 538 C (13) 571 E. 622. B. 629. A. 612. D. & ſeq. vitæ, & necis. 589. B. pub. & privat. 590 A. variium. 594. E. 595. A. Quintorum. 598. E & Præſidum. 601 A. triumphantium. 607. C. pro ærario. 608. C. vetus. 609 A. imperii. 635. A. & ſeq 636. E. 637. A. ſi 638. C. E. 639 A. & inf. loci in cœna. 641. C. conſuetum. D. & Prætor. E. 642 A militare. B. 643. D. centuriator. comitior. 644. D. Cenſor. 645. D. Tribunor. milit. 646. A. Duumvir. navalium. B. Dictator. 648. A. gentium. 681. A. Quiritium civile. B. (7) illud dicentes qui. 689. C. Flavianum & Ælianum. 695. C.
Juſjurandum ad Rom. bona cenſenda. 41. (34) B. à quo, & unde conceptum. 128 C. formula. 167. C. D. 268. A. B. C. 738. E.
Juſtinianus, ejus explicatio circa juſtas nuptias. 99. (70) veterem adoptionem corrigit 114. 115. (82) D. 116. (82) A. B. & uſucapionem. 134. (88) E. ejus de rebus mancipi, vel non mancipi, & du commercio proviſio. 139. (88) C. D.
Juvenes ad bella gerenda deſtinati. 40. (34) E.

Kalendar. Januarii diu inibatur magiſtratus, non. imper. 636. B.

Labeates qui. 496 B.
Labeatium Illyrii opp. in Rom. poteſt. 498 D.
Labro Etruriæ Truncimenta oppidum. 321. E.
Lacedæmonii militiâ excellentes. 505. D. & ſeq. conqueruntur. 508 A. exercerati. B.
Lacerna, Togæ ſpecies. 858 D.
Lacinium Promont. Bruttiorum. 334. C.
Lælius Quæſt. extra ſortem ex S. C 565. ſi.
Læna, idem Toga pro hiberno tempore. 858. B.
Lævi, ubi incoluerint, à quibus expulſi. 365. D.
Lai populi ex Gallis, ubi inſederint. 366. B. E.
Laletani pop. qui. 488 C. bellum movent. 490. A.
Lambrus flu. in Padum influens. 358. B.
Lampſaceni Græci ſunt. 352. A.
Lanuenſes Frentanorum pop. 337 A.
Lanuvini eis civitas data, & ſacra reddita. 483. B.
Lanuvium col. militaris deducta. 462. D.
Lao flu. Lucanorum conterm. 333. A.
Laodicea in Syria juris Italici. 352. D.
Lapicini pop. Liguſtin. 359. B.
Larinum opp. in Apulia. 336. C 337 C.
Lartes Tolumnius Rex occiditur. 323. A.
Latinæ coloniæ quæ. 398 D. E ad 402. 408. D. 410. D.
Latinas indicere, & celebrare quid. 642 E.
Latini manumiſſione civitatem Rom. adquirebant. 58. (52) E. & 253. (20) E. ad templum Dianæ cor. jus 94. (69) C. E 95. (69) B. C 98 E. Romæ a cenſu aufugiunt. 156 C 157. A. eorum ſocietas Rum. 159 (105) E. 160. B. 254 E. Camillus Conſ. de his diſſerit. 291 E. 292 C. D eor. varia nomina. 299 C. (6) E 300. A B. gloriæ illuſtriores. 307. E. eorum Concilium. 302. A. ſi. eor. cum Romanis fœdera multa. 300 ad 307. jure ſponſaliorum uſi. 309 B. C. qui cenſi fuerint. ibid & 310. A. (11) E. tributorum onere non vacui. B. de eorum militia, eorumque copiis. 310. C. D 311. A. B. C. D E. (10) 312 A. 313. A quo jure Magiſtratum functi. 313. E. 314. A. inter eos & ſocios fremitus ob tributa. 352 B. auxilia Romanis præbent. 353 A. eis civitas datu. 355 D. 439. A. 449. beneficio aucti. 356. C. victi mulctati. 385 D.
Latium duplex. 301. A. 318 C. D a quibus vindicatum. E ejus jus. 307. A. ad 314. E. 449. C. 477. B. 481. A. & ſeq.
Laudatio in judiciis, quæ. 779 C.
Laudatores in judiciis, qui. 779. C. eor. numerus. D.
Lavici col. deducende. 384 D 407 B.
Lavinii ſacram qui faciant. 642 E.
Lavinium, ubi legitur: Lanuvium ſcribendum. 418. (*) E.

Lau-

Digitized by Google

INDEX GENERALIS

Laurea cujus. 836. C.

Laus Pompeja cur appellata, à quo latinitate donata. 449. C. col deducta, & jus et Latii datum. 450. C. D. ad Leutulos ancip. prœlio dimicatam. 349. C.

Lebecii, qui & Lebui ubi. 366. A. E. 367. D.

Lectus maritalis quomodo vocatus. 103. A.

Legaria flu. Bruttiorum. 334. C.

Legati, eorum uſus a Senatu ad Imper. 479. B. ad Philippum, & Illyrii Reges. 497. E. ad Macedonas. 308. A. ad Achæos violati. B. decem ad Eumenem. 512. A. & ſeq. Aſiam ad componendam, 512. D. ad Antiochum Epiphanem, & ad Eupatorem. 521. B pro Bithyniæ rege eorum viaticum. 548 E. 550. A. veſtis. 551. A. quindecim in bello piratico. 352. A eor. comitatus 553. B. à Quæſtoribus contra-diſtincti. 564. C. alimenta habent. 365 C. ſingula jumenta imperantes quare. 570. B. vices Præſidum gerentes. 584. A. ad quæ eos agenda ſe extendat. 595. A. per eos imperatum tributum. 595 E. acclamati. 597 D. eorum viaticum unde ſumendum. 599. A. triumphatori affectantes. 603. E. ad ærarium pro rationibus. 609. D. quibus legibus ſubjecti delinquentes. 610. C. jure ſuo imperarunt. 631. B. his Senatus, a quibus dandae. 642. E.

Legationes in præmium Prætoribus conceſſæ. 587. D.

Leges: Ætatis Miln. 159. C. Aurelia. 268 C. 269 A. de Apparitoribus. 257. & 260. Æbutia. 292. A. de Agris dividendis. 339 A. Aſiaticæ. 513. C Ateria ſeu Tarpeja. 753. A. Apuleja. 83. D Aufidia. 816 D. Agraria. 8 (11) 78. E. 178. E 208. A. 382 D 442. E. Abolitæ, vel ſervatæ. 47 E. Æris. 76 B. Antoniana. 204. A. Aſinia. 834. C. 140 C. 142 E. Bæbia. 823. B. Cæcilia. 150 A. 352. C. 791. B. Claudia 440. D. Cornelia. 460. D. 660 A. 663 C 804 B 822. B 825. A. 824 A 822. E. 821. B 824 C. Celibatus. 490. D. Cilicum. 519 E. Clodia. 129 D 526 B. Cypriorum. 527 A. Creteoſium. 532. C. Centuriata. 647 D Calpurnia. 791. B. 814. B Caſſia 78. E. 79 A 82. A. 586 A. Corneliana. 78. E. Cœlia. 79. A. Curiata. 889 D 110 A. 197. A 613. A. 620. D 621. A 638 D. 641. A. 648. C. 657. D. 638. A. Connubiorum. 98 C 99 B 100. A. 105 B. Coemptionis. 105. A de Contubibus. 9 (14) de Divortiis 102 A 109 D Fulvia. 442 B. 814. A. Fabia. 67 D. (57) 814. C Falſi. 825. A Gabinia. 79. A. 532. A. 803. D Gracchia. 443 A. Hieronica. 483. E. de Judicibus 685 E 687. C. 756. D 762. A. 769. E 788 D 789. C. 829 C Incertæ. 814. A. 820. E. Julia 109 D 254. B 271. A 293. A. 314. A. 353. D. 381. B 401. D 439. A 454 D. 608. C. 797. E. 802 A. 805. C. 819. D 820. A. 818 D. Junia. 241 253 B. 289 D. 441 E 732 D Licinia 183. D. 443 B 817. B. Latinorum. 311. D. Legitotum 145 D. 146. A. Magiſtratuum 193. E 140. B 194. B Mucia. 142. E 443. B. Manilia. 550 A Majeſtatis. 802. D. Marzia. 814. A. Ogutnia 890 A de Provocatione. 195. B. de Peregrinis 445. D Provinciarum. 338 C. 575 C. de Prætoribus. 699. A. de Pecuniis. 756. D. 789 D. Porcia 67 E 71. (61) 174. A 790. B. Potilia. 813 B. Plautia. 826. A Patriæ poteſtatis. 112. E ad 129. Papiria. 79 A Pompeja. 9. C. 818 D. Papia 99 B. 100. A 109. D 188 B. Poppea 99. B. 200 A 140 C 204. A. Roſciana. 271. A. Rupilia 486 D 570 A. 581. C. Rulli 522 D. Remnia. 786. E. Regiæ XII Tabb 47 A 48 A. 50 A 55 B 71. C. 81 C 99. (73) 103 A. 108 A. 110 D 137 C. 138. 132 139 140 E 142 C 145 D. 149 B 150 E 239. D. 241. C 253 A. Senatorum. 203. A. de Scribis. 231 A Semptonia. 53 C. 264 D. 483. C. 545 A. Servilia 267. A 443 B. 769. E. 793. B Syllana 268. C Siculorum. 484 E 485 A Sardiniæ & Corſicæ. 487 D Servia. 62. B. Scatia Licinia. 190. B. Sæ..ia 82. A. B. de Statu libero. 131. 132. de Teſtamentorum jure 145. D. Thoria. 184. A. Trib. Pleb. 240. B 241 B Terentia 386 A. Tullia. 815. E. 834. E. Vitellia. 26 E. 217 E. Valeria. 67 A. 69. B. 70. A. 71 B. Voconia. 47 B 148 B.

Legio, quid, & quæ quadrata. 161. A B 900 militum numero. 162. A. (100) qualitas. 164 A B. C D. 165. D 166 A B. jure jurando obſtricta, 167. C. D. 168. A. B. C. una Cæſaris ex Coloniis Balearibus. 493. A. exercitum cum auxiliis componunt. 554. E. quibus conſtarent, & ſubjicerentur. 555. A. & ſeq. quot cohortes, manipulos, & centurias habuerit. 557 E. 559 A. & ſeq.

Legitimatio quotuplex 110 & ſeq. (82) E.

Lepidus libertatis vindex. 68. D. comprehenſus. 534. B dejectus 648 C.

Lepſitani ſemper fideles. 330. C.

Letum mons in Liguſtin. 359 C.

Leucapp Bruttiorum. 334 D.

Leucopetra Bruttiorum Promont. 334. C.

Libarna opp. Ligur. Ciſapennin. 359 A.

Liberi qui. 57. A 58. A. 60. E. eorum conditio. 61. B. à verberibus immunes. 67. D. triumphantis in parte triumphi 605. A.

Libertas ejus jus. 56 C. ad 80. D. ejus ſignum. 59. D. civium Rom. origo 68. B. pro ea vindicanda quid. C eversa. D. effrænata coercenda (58) hujus leges. 69. A. (60) & ſeq. quorum 479. A. ejus formula 480 B. Saguntinæ 489 A Maſſilienſium. 496. B Illyrii. 497. B. C. 498 E. Macedoniæ & Theſſaliæ 501. C. 502 A & ſeq. 503. B E. 505 A. Græciæ 505 A. 507. A. 509. B. Athenienſium & Achæor. C. E vectigalium Antiochi 511. B. de ejus conceſſione 512. C ad 513. B. Phrygiæ. 513 B. Aſiæ. 514 A E. & 515 A. 516 A. Lyciæ. 517. C. 520. A B. Ponticos 523 E 524. A. Heracleæ. 525. B Carthaginienſium. 529. A. Aceillæ & Leptis. 530. C. Libyæ Cyrenaicæ. E. à Senatu donata. 531. B Cretenſium. 532. A. D. a provinciæ Præſidum jure eximit. 573. C.

Libertini honoribus prohibiti. 26. 21) E. eorum definitio. 39. A. 60. A. B. 61. (53) C. eorum conjugia cum eis. 100. (72) D. vicesima vectigali adſtricti. 181. E. eorum conditio. 249 A. in Eſquilinam Tribum redacti 249. D 250 A. B. leges ſuper id latæ. C. D. ſuffragio, ſicut & ſtipendio eatuere conſcripti. 251. A. B. C. eor. numerus 252. A. de iis manumittendis leges C. D E. 253 A. eorum ſtatus. B Latini imperfectum civitatis jus adquirebant. 254 B. ad ſeptem millia paſſuum ab Urbe commorari licuit. E eis curiæ, & tribus repletæ, iique Miniſtri Magiſtratibus, ac Sacerdotibus dati. 255. B.

Libertus quis. 62 D ejus conditio. 61. (53) B.

Librarii pro Decemviris. 622. E.

Liburni, quam regionem incoluerint, & à quibus expulſi. 339. B qui. 496. E. eor. terminus. 497. A. à Delmatis vaſtati. 499. D.

Libya prov. ejus leges. 529. C Cyrenaica, & Arida, earum Reges, Urbes, & fines. 330. D. E. prov. facta. 531. B. 533 E.

Licinius Nerva acclamatus Imp. 597 D.

Lictores in uſu quot. 256 D. eorum munus. E. qui & quot. 257. A. Bruttiani dicti, & cur. B. Prætorum provinciar. & Conſulum. 537 D. cohortis prætoriæ 553. C. eis uſi ſunt legati. 554. E. & Quæſtores 566 A D paludati. 567 A. coercitionis inſtrumenta. 576. A tribunali aſſiſtentes. C. Laureati quibus. 597 E quandiu. 603. A. curiarum triginta. 615 C D an ſuffragium tulerint. 617. A. quibus nomen proprii. 689 A. togati, vel paludati 616. B. dimittendi. E. hor. XXX. populus, gratie, vocati. 648 B an curiatam antiquare poſſent 651. E. 652. C. 656. B. legem curiatam jubent. 637. D.

Liguſtinum mare. 357 E. 358. D

Ligures ante Gallos in Italia. 358. D. eor. diverſa nomina, & oppida. E. 359 A B. eor. defectio a Romanis vindicata. 339. E. 360. A pluribus bellis conquiſiti. C Romanos convenerunt. 360 E. Apuani dejecti, Ingauni expugnati. 361. A. B C. unde Babiani vel Corneliani. D. 6113 0 alii diverſi. E 362. A. 363. 364 eiſdem trans Padum ager deſtinatus. 363. A Alpini, & Salaſſi ultra Lebecios conſtituti. 367 D. Galliæ Togatæ finibus comprehenſi. 376 D. auxiliis ſtipendia fecerunt. 378. B.

Lilybæum Quæſtoris ſedes. 564. D

Lingones ubi inſederint. 366 B C. à Bojis everſi. E.

Liſſum Illyrici Urbs. 482. A.

Litana Silva in qua Bojorum fraus. 369. B.

Litationes, ſeu Literæ quid & quando 593. B. & inf.

Liternum Mare apud Campaniam. 328 C

Liternum col. deducta. 411. D. in Præfecturam recenſitum. 489. A.

Litubium opp. in Ligur. Ciſapenn. 359. B. in deditionem. E.

Livius Conſ. Prætores ſortiri jubet. 539. C.

Loca diverſa quid inferant. 639. A.

Locrenſes ad Pœnum deficiunt. 356 C.

Longinus Hiſpan. Proprætor. 493. C. legionibus in hiberna diſpoſ. ad jus ſe contulit. 369. C. nullum quæſtum prætermittens. 572. D. commemoratur. 381. D.

Luca Etruſcorum inter Ligures numerata. 320. C. 359. A. 362 A. prima, in qua Monœci portus. 376. A. col. deducta. 483 C

Lucani, eor. fines. 333 A. fœdus. B. & ſeq fabulai. 336. C. 337. A. eor. defectio. 346. A. Samnitibus ſo-

Digitized by Google

ſociati. 353. A. auxilia ſulere Romanis. 354. A. iterum defectione. 356 B. depreſſi. 357. A. B.
Lucenſes inter Marſos à Plinio relati. 345. D.
Luceres qui. 28. B. unde ſic appellati. 29. A.
Luceria opp. mediterran Daunicorum in Apul. 336. B. apud eam prœliant. 349. B. 350. B. C. col. deducta. 408. B.
L. Acidinus Procoſ ulter. Hiſp. 489 D.
L. Æmilius Coſ Seticulam oppugnat. 349. C.
L. Æmilius Barbula Procoſ. de Samnitibus triumphat. 351. A.
L. Æmilius Papus Coſ 354. A.
L. Æmilius Paullus Macedonicâ victoriâ annum finit. 181. A. B. ei a Senatu triumphus decretus. 603. C. deſcribitur. 605. D. Coſ. 361. B. in Illyrico victor. 497. D fœderis inſignis auctor. 502. B. & ſeq. Epirotas deprædatur. 507 E. in bello Perſico. 588. D. auſpicium obſervans. 692 A.
L. Albinus Coſ in Illyrios. 497 B.
L. Anicius Præt Regem & Regnum vincit. 498. C. ei a Senatu triumphus decretus, 603. C.
L. Annius nihil vult. 547. A.
L. Appulejus Saturninus legis Appulejæ auctor. 803. D.
L. Atilius Trib. pl. 555. D.
L. Aurelius Oreſtes Sardiniæ Coſ. 543. A.
L. Calpurnius Piſo Trib. pleb Epochar. terminus, & initium. 518. C. 542. A. homo teterrimus. 544. E. legifer, 570 C. 792. B.
L. Calpurnius Cæſoninus Cæſaris ſocer Maced. Procoſ. 504. B. Coſ. 526. B. 551. E. ei Ciceronis objectio. 558. C.
L. Caſſius Aſiæ Procoſ Mithridati occurrit. 518. A. legator. numerus ipſi auctus. 554. C. Legifer. 846. C.
L. Catilina conjuræ auctor. 530. C.
L. Cinna prov negligens. 547 A.
L. Cornelius Lentulus Procoſ citer Hiſp. 489. D. ovans ingreditur. 607. A B C.
L. Cornel. Lentul. Croſcellos Coſ an Magiſtratus Theſſal. creaverit. 652 A B. C.
L. Cornel. Scipio Aſiaticus Africani fr. Imp. victor. 522 A
L. Cornel. Sylla Dict Senatum num auget. 203. C. Legifer 388 B. Aſiam recuperat. 513. D. Procoſ. Bithyniæ 523. D. triumphus ei negatur. 607. E.
L. Cornel. Sylla Dict Rom. libertatem concutit. 75. A. Aleriam in Col. deducit. 481. B 488. A. ejus inimicitia 491 D. duobus bellis victor. 509 B. C. Aſiam mulctat. 514. B. Ciliciæ Præt 518. A in Eupatorem Ponti Regem. 524. C indignatus 533. C. Marium pellit. 533 B Epocharum initium & terminus 538. C. 543 C. Romæ dein Ciliciæ Præt. ibi. B. Legifer. C 568 C. D. 601. B. 804. B. 825. A. tollere voluit plebiſcitum. 550. C. 822. B. 823. B.
L. Coruncanius ad Illyrii Reginam Legatur. 497 B.
L. Craſſus Galliæ Coſ. 543 B. inimico ſuo locum in tribunali participem aſſignavit. 580. C
L. Domitius Ahenobarbus Galliar. utramque prov. obtinet. 496 C 655 B.
L. Flaccus Aſiæ Prætor quibus non præfuit. 519 D.
L. Flavius Trib. pleb. Legifer. 189. B. (3) D.
L. Fulvius Coſ de Samnitibus triumphat. 349. A.
L. Furius Camillus Coſ. Gallos Senon. in Apuliam compulit. 340 A.
L. Furius Purpureo Præt. plures nationes devincit. 369. C. Bojorum agrum atque Bononiam in deditionem accepit. 372 A. triumphari petit. 603. B.
L. Icilius Siciliam ſortit. 547. A.
L. Julius Libo Coſ. de Salentinis triomphat. 335. D.
L. Junius Brutus primus Coſ. qui de conjuratis ult. ſupplicium ſumpſit. 755 E
L. Lentulus Coſ triomphat. 333. D. & de Samnitibus. 351 A. 359. C. Coſ. Ital. 539. C. nullius prov. Coſ. 546. D.
L. Licinius Lucullus parum in milites liberalis. 125. (88) D. in Luſitanos. 491. A. Aſiam novis legibus moderatur, exemplar laudatur. 513. D. E. Tigranem perſequitur, Syriam permittit. 521. C. Coſ. Bithyniæ regnum proc. ſoſtis. 523. D in Mithridatem Eupatorem 524 C. Cyreneorum Quæſt. Reip. conſtituit. 531. C. Africæ Præt. & Gal. Coſ. fortit. 543. D. per ſeptem annos. 544. A. ſucceſſoris colloquium vitat. 601. B. in Aſia Quæſt. 602. B. rationes ærario referens. 609. C.
L. Manlius Criminatus de uſu patriæ poteſtatis jure necis. 119. (82) C. item Lucio Genucio 2. ibid. Coſ in Liguribus. 362. A. 364. C.
L. Marcius Philippus Trib. pleb. Legifer. 388. D. cum Gaditanis fœderatur. 492. B. Syriæ Præt. 521. D. Proconſulem mittit. 544. B. de ſortitione provinciarum judicat. 546. E. Coſ. an curiatâ. 652. D. E.
L. Marius Trib. pl. 607 D.
L. Martius Cenſorinus Coſ. 542. A.
L. Metellus Pont. Max. cur criminatus fuerit. 758. B.
L. Metellus Delmaticus Coſ. triumphi avidus. 499 C. calumniâ impeditus. 603. A.
L. Mummius Coſ. ad Achæos perſequendos. 508. B. victor. D. & ſeq. vectigalia auget. 509 D.
L. Murena Galliæ Præt. iterum. 543. D. Aſiam conſervat. 513. D. 602. B. Prætor Urb. 757. E.
L. Octavius Ciliciæ Coſ. fortit 543. B.
L. Opimius Præt triumphus ei vetitus. 607. E.
L. Papirius Curſor Coſ Luceriam præſit. 336. D. finem imponit. 381. B.
L. Papirius Coſ. equites donis militaribus ornat. 173. B triumphat. 333. D. 335. A. Samnites ſub jugo miſit. 349. A. 350. C. curſ. triumphans pictus. 694. A.
L. Piſo Trib. pleb. legem primus de repetundis condit 756. D.
L. Plancus Coſ. Comatam Gal. obtinet. 496 C.
L. Plautius Coſ. Teanenſes, & Canuſinos in deditionem accipit. 336. D.
L. Poſtumius Albinus Ligures vincit. 359. D. Præt à Bojis opprimitur. 369. C. cujus calva. (38) E. malum exemplum graviorum impenſarum præbet. 570. A. juſſu populi à ſen. negato triumphat 642. C Coſ. Silvium oppid. in poteſtatem redigit. 337. A. ejus Conſulatu Æquorum nomen deletum 346. D. duo oppida Samnitum capit. 350 B. Coſ. a Senatu ad agrum publicum à privato terminandum in Campaniam miſſus. 386. D.
L. Poſtumius Megellus Coſ. 350. (26) E.
L. Quinctius Coſ. Ligures afflictat. 368. B.
L. Saturninus Trib. pleb tulit & ipſe legem Agrariam, juſſitque, ut Senatores in eam legem jurarent 388. A.
L. Setius Numidiæ Præf. 534. A.
L. Sextius Trib. pleb Legifer. 383 C.
L. Statius Murcus Pompejan civili bello. 522. A.
L. Stertinius Procoſ. Hiſp. 489 D. imp. à plebe recipit. 541. D. 647 A.
L. Tarquinius Priſcus Reipub. finium propagator. 20. B. 141. B
L. Tarquinius Superbus Tyran. Romæ. 7 (9 D fœdus Romanorum inſtituit. 159. (105) E. & 160. (105) B.
L. Torquatus acclamatus. 598. A.
L. Valerius Flaccus Procoſ. Inſubrium Bojorumque 10 millia cædit. 370. B.
L. Valerius Merula Coſ. apud Mutinam Bojorum 18 millia concidit. 370. B.
L. Valerius Poplicola Potitus Coſ 143. E. 598. C. hoc Coſ. de agrorum diviſione actum. 384. C. invitis PP. triumphat 608 A.
L. Veturius Coſ. alpes Illyrii penetrat. 497 D.
L. Volcatius Tullus Coſ. 534 D
L. Volumnius Coſ. Samnites cædit. 350. A. iterum II. Coſ. 409. B.
L. Volumnius Procoſ Samnites cædit. 350. B.
Lucrinus ſinus in Campania. 328. E.
Ludi, & ex iis maximi. 90 (69) D E. eor. pompa & pecunia decreta. 91. (69) B. C. D E. 92. (69) B.
Luna opp. in Liguribus maritimis. 359. A. Ad ejus portum uſque ſalvus apertus. 361. A.
Luperci Panis Sacrorum curatores. 188. D. Sacerdotum antiquiſſimi. 189 E.
Lupia opp Brutiorum. 334. E
Luſitani pop qui. 488 D. præda ſpoliati. 490. B. latrones. 491. A.
Luſitania in Rom. poteſtatem. 491. B. D.
Luſones in Ro. movent. 490 B.
Luſtratio exercitus quid. 588 E.
Luſtrum quid. 152 (95) E varia à quibus facta. 154 A. 155 (96) E. & 156. (98) D. quinquennale unde dictum. 184 E. 185 A.
Lycaonia pop. Ro donata. 510 A. prov. facta. 513. A vel Ariarathi conceſſa. B.
Lycia data Rhodiis. 512 A ejus termini. 517 A. Antiocho adempta. C. libera tributaria ejus jus. 520. A immunis C.
Lyciarcha primùm delectus. 520. B.
Lydia pop. Rom. donata. 510. A. prov. facta. 513. B.

Macedonia ejus termini. 500. C. regiones. 503. B. provincia facta. 504. A. C. E.
Macra flum. Ligures Tranſapenninos diſtinens. 358. D. E. poſt eam Ericis portus. 359. A. 360. E. 361. A.
Macri Campi olim Bojorum. 367. B.
Mævonia Umbriæ opp. 551. C.

INDEX GENERALIS

Magiſter equitum Plebejus. 13. (19) D. jus ejus. 633. D.
Magiſtri militum à jure patrio ſoluti. 125. (82) C.
Magiſtratus promiſcuus. 13. (19) E. ejus jura. 191. A. 1313. B. C. D. E. 192. D. (113) varii mali in Remp. 194. E. 195. & ſeq. Provinciales conditi. 196. A. con. jus. 513. E. 514. A. B. C. D. Romanus 478. C. 493. B. Macedoniæ. 502. B. 503. A. Cyrenaicor. 510. A. centuriat. comit. 548. A. 551. A. C. 552. A. B. D. 564. B. 570. B. 576. C. 591. A. 607. A. 614. D. patricius & plebejus. 615. D. 616. A. 618. A. 620. D. 621. E. 622. C. 628. D. 631. B. 632. C. ab imperio diverſum. 635. D. 637. B. Gracchi di. viſio. 638. D. a quibus creandi. 642. E. in campo profectus, an imper. habeat. 645. C. 647. B.
Magmentæ litationum ſpecies quid. 594. D.
Magon Pœnorum Dux Hiſpan. pulſus. 489. B.
Malitioſa Silva, ubi Sabini profligantur. 341. A.
Mamercus Dictat. legis. 643. B.
Mamerc. Curius Dentat. Conſ. 344. B.
Mamertini Romanos ad bellum invitant. 483. B. navem tribuunt. 486. A. cives Ro. 487. A. pro eis bellum. 588. C.
Mancipatio quid, unde. 112. (82) D. 141. A. ejus ritus. 113. (82) D. E. in quibus adhibita, & introducta. 136. 88) 137. A. 138. 88) B.
Mancipium unde dictum. 138. (88) B. ejus jus. 137. C. 138. A. 640. A. 683. A.
Mancipes qui. 220. B.
Manduria op. mediterran. Brutt. 334. E.
Manicæ ſub nom. vinculor. 753. A.
Manipuli Scipionis qui. 162. (106) E. unde dicti. 164. (106) E.
Manius Manilius Coſ. 542. A.
Manlius ejus poteſtas patria in filium exercita. 116. (82) B.
Manlius Torquatus Coſ. Sardiniam domuit. 487. B.
Manlius Procoſ. Turditanos pacat. 450. A. egregiè litane. 591. D.
Mantua inter Cænomanos recenſita. 367. C.
Manumiſſi. V. Libertini.
Manumiſſio quæ. 59. E. in judiciis. 697. C. (20)
Manumittendi leges quæ. 250. C. D. E. 253. A.
Marcellus. 361. B.
M. Æmilius Lepidus Coſ. Ligures vincit. 363. B. viam Æmiliam inſtituit. 370. D. 371. A. Col. Gal. Narbon. cum Hiſp. obtinet. 496. C.
M. Æmilius Paullus fœderatur Veſtinis. 346. D. Marſos fudit. 346. E. Ligures ſubegit. 360. D. E.
M. Æmilius Scaurus Coſ. victoria Ligures in Provinciam redigit. 365. D.
M. Æmilius Barbula Coſ. 368. A.
M. Agrippa Coſ. pro Octaviano Gallias regit. 456. D.
M. Antonius Triumviri pater bello cretico mor. 532. D.
M. Antonius Coſ. agint diviſit. 391. B. Siculis favet. 481. C. Gal. Com. obtinet. 496. D. de Cilicibus triumphat. 517. D. E. immunitatem concedit. 520. C. Arſinoæ beneficus. 528. A. a plebe in Coſ. lectus. 546. C. nil vult. 547. A. ei a Ser. Macedonia decreta. B. Quæſt. 565. B. 615. A. B. C. D. caſtra Cleopatræ concedit. 642. D.
M. Antuianus. 546. E.
M. Aquillius Coſ. Siciliam liberat. 485. A. B. Coſ. in Aſiaticos. 512. C. D. triumphat. 513. A. damnatus. B.
M. Atilius Regulus Coſ. de Sallent. triumph. 335. D. in Samnites. 350. B.
M. Bæbius Tamphilus Ligures Ingaunos opprimit. 363. D. Trib. pleb., Triumvir, Legiſer. 387. D. 813. D.
M. Bibulus Syriæ Coſ. 521. A. ea S. C. ſortit. C.
M. Camillus Trib. Milit. ejus exemplum juſtitiæ memorabile. 123. D. Dictator de Gallis Senonibus triumph. 335. D.
M. Carlcdanos ejus teſtamentum. 121. (82) B.
M. Cato Prætor. 526. B. C. D. Trib. Mil. 556. A. triumphat. 603. C. pœnam Imperatoribus lege minatur. 607. D.
M. Claudius Marcellus Coſ. de Inſubribus Gæſatis Gallis triumph. 362. E. Coſ. III. Syracuſ. capit. 484. A. dies feſtus ei a Siculis inſtitutus. 587. E.
M. Claud. Marcel. *hujus nominis II.* Coſ. Comenſium caſtella, & Bonon. vincit. 370. A.
M. Claud. Marcell. *hujus nominis IV.* Coſ. de Liguribus & Gallis Alpinis triumph. 365. A. Coſ. III. Cordubam condit. 490. E. auſpicium omittit. 592. B. in litatione obſervat. 594. imper. & triumph. ei decreta. 603. B. in monte Albano. 608. B.
M. Cotta Coſ. Bithyniæ regnum prov. inſtit. 523. D. ſorte Coſ. 543. D.
M. Craſſus Syriæ Coſ. à Parthis interfectus. 521. D. 568. C. ovans. 606. E.
M. Criſpus Pompejan. in bello civili Syriæ. 522. A.
M. Curius Coſ. de Samnitibus triumphat. 351. B. 333. D.
M. Curius Dentatus Coſ. opes Sabinorum protrivit. 344. B. 350. D. (26) E.
M. Fabius C. f. Samnites in fœdus accipit. 348. B.
M. Fannius Prætor. 757. E.
M. Fulvius Flaccus occiſus. 387. C. 494. C. D. 604. A.
M. Fulvius Nobilior Procoſ. de Liguribus Veleatibus triumphat. 365. B. Legiſ. 507. B. Procoſ. ex Ætolia. 603. B. Coſ. unus creatur. 648. E.
M. Fulvius Pætinus Coſ. 338. C. Nequinum oppid. capit. 341. D.
M. Furius Prætor Cœnomanis arma adimit. 370. C.
M. Helvius Blaſio Procoſ. ulter. Hiſp. 489. D.
M. Horatius Barbatus Coſ. 344. A.
M. Junius Brutus Coſ. Iſtros vincit. 498. B. Cretæ Procoſ. 531. D. Gall. citer. ei demandata. 546. C. ei numerus Legator. auctus. 554. C.
M. Junius Pennus Trib. pleb. Legiſ. 792. D.
M. Junius Pera Coſ. 368. A.
M. Lævinus ædilis curulis a privato ad Prætorem injuſ. 625. D.
M. Lucretius Trib. militum. 560. D. dedicationem ædis accipit. 621. B.
M. Livius Denter Coſ. fœdus cum Veſtinis init. 346. B.
M. Livius Salinator bello Illyrico victor. 497. E.
M. Livius Druſus leges ejus quomodo ſublatæ. 203. A. Trib. pleb. Legiſer interficitur. 388. E.
M. Minucius Coſ. naves adducit. 497. D.
M. Perpenna cur damnatus. 188. C. Coſ. 512. B. mortuus. D. 513. A.
M. Petilius Eques Ro. 582. D.
M. Piſo ſe addictum Sen. fatetur. 546. E.
M. Popillius Lænas Coſ. 334. B.
M. Popillius Lænas *alter* Coſ. Perentum capit. 337. A. 348. B.
M. Popillius Lænas *iter alter* Coſ. 363. C. 364. A. B. C. (33) (34) 365. A. 35) 570. A.
M. Porcius Cato Coſ. Hiſpanos rebelles ſubigit. 490. A. militem voluntarium habet. 558. A. Prætor in Sardin. 570. A. captivos vendi jubet. 600. C. 790. A.
M. Poſtumius Quæſt. 579. D. 584. B.
M. Scaurus Syriæ Præf. 521. D.
M. Sempronius Tuditanus Apuanorum Ligurum vaſtat agros. 360. E. 361. A. 589. C.
M. Terentius Varro Lucullus Im. Thracum domitor. 504. D. Macedoniæ Coſ. ſortit. 543. D.
M. Terentius Varro de Urbis appellatione. 18. (21) E. de vocatione & prehenſione. 193. C. D. in Hiſp. Legat. pugnat. 492. A. Quæſt. 566. A.
M. Titius Præt. a Sen. prorogatus. 638. A.
M. T. Cicero inſtitutos Rempub. 4. B. 8. (13) 50. (40) C. de XII. Tab. obſcurit. 51. A. B. de jure Rom. libertatis. 64. A. B. 65. 66. 67. A. ejuſque vindex 68. D. de legibus Romanam libertatem firmantibus. 72. C. D. E. Balbum de civitate defendens. 34. C. de jure ſacrorum privatorum. 96. A. B. 97. A. Civem Romanum fuiſſe Archiam probat. 135. A. in defenſione Cæcinæ. *ibid.* A. 136. A. de juris civilis laudibus, & in Rom. pop. effectibus 144. 145. A. de juriſdictione & edictis. 191. A. Ciliciæ Procoſ. 519. A. & C. jus diſtinguit. D. ei honos. 527. A. Galliam deponit. 545. A. Ciliciam ex S. C. ſortit. C. Quæſt. perductus. 566. B. ad rem militarem accedit. 565. D. cum Appio deceſſore conqueritur. 572. C. divitias fratri præcipit. 573. A. cum Attico. 374. B. de edictis oppoſitis redarguit Verrem. 575. D. 579. C. recuperatorum incompetentium inſtitutorem. 580. A. B. in Piſonem. 581. D. in Ver. ad Att. ad fratrem 584. B. ſtatuas, & ſuas ſibi erigi vetat. 587. E. in Cilicia quid egerit. 588. E. acclamatus. 597. C. ſe diligentiſſimum Quæſt. dicit. 600. E. in rationibus ærario referendis. 608. E. & ſeq. 615. D. 616. D. 622. A. ejus verbum judicium interpretatus. 631. E. leges de Magiſtratibus ab eo poſitæ. 632. C. Milonis defenſor. 652. D.
M. Valerius Poplicola fr. Conſ. de Sabinis triumphat 343. C.
M. Valerius Corvus unde agnominatus. 340. A. de Samnitibus triumphat. 348. C. *ibid.* (12) E.
M. Valerius Lævinus Conſ. verſùs Syracuſ. vincit. 484. B. 485. B. primus Corſicæ Præt. 487. D.
M. Valerius Maximus Dictat. de Sabinis triumph. 343. E.
M. Valerius Meſſala Coſ. in Ligur. 360. C.
M. Vebilius ſub auct. Sen. ſe fatetur. 546. E.

Ma-

Digitized by Google

Mariana Corſicæ Urbs in Col. Rom. 481. B.
Maronea opp. in Samnitibus 347 B.
Marſi ab Annibale devaſtati. 338. B. cum Romanis ſteteru. 349. C. eor. fines & oppida. 345. D. Oratores mittunt. 346. C. D. auxiliantur Romanis. 354 A. tum P. Scipioni. 355. C. 356. A.
Marrucini ab Annibale devaſtati. 338. B. eorum fines & opp 345. B. C. E. cæſi. 346. A B. pacem petunt ibid 346. C D auxiliantur Romanis. 354. A. & P. Scipioni. 355. C.
Maruvii inter Marſos a Plinio relati. 345. D.
Maſſiniſſa Maſſylor. R. in Numidia Romam venire petit. 94. (69) E. qua ætate filium gignit. 102. (75) ejuſdem cum pop Rom. amicitia. 432. (17) D. Rom. ſocius ei conſtitutio., 529. B. cum parte Getulor. 532. E. toga pro triumpho donatus. 604. A.
Maſſilia Ligurum maritimorum terminus. 358 B.
Maſſilienſes primi Rom. ſocii. 494. B. laus. 496. A. B.
Maſſurius Sabinus. 128. A.
Matresfamilias quæ. 105 C D.
Matrimonium uſu fieri quod. 104. B.
Matrina amnis in Piceno. 338. A.
Matronæ quæ. 105. C.
Mauritania duplex utraque donata. 533. A. ejus cohærentiæ & Reges. 534 C. prov. facta. D. 535 A.
Mediolanum urbs a quibus condita 366. D. ab Inſubribus Gallis amittitur. 368. E. apud eam Bojorum 10 millia cæſi. 370. B.
Medullia Col. deducta. 403. (10) 404. D. 405. D.
Melites Illyrici inſ. 497. A.
Melphes fl. Lucanorum. 333. B.
Menſarii qui. 215. 216. A. (20) B. 217 A. B.
Mercatores qui cenſeantur 232. D E. duo genera. 233. A. eor Collegium Romæ B. C D.
Meſſapia opp. apud Brutios. 334. D.
Meſſapii ubi 334 A. domiti. 335 D. auxiliantur Romanis. 354. A. iidem ac Apuli. 336 A.
Metapontini ad Pœnum deficiunt. 356. C.
Metapontum Bruttiorum opp 334. C.
Metaurum opp in Umbria, ibi pugna. 341. A.
Metaurus fl. Bruttiorum. 334. C & Senogall. 339. C.
Mileſii immunitate donati. 511. E.
Militia, quibus conceſſa. 37. A. ejus jus. 160. A. in duas partes diviſa. 161. A variatio 162 A. 554. E. 556. E. 561. (21) numerus. 163. A. ex quibus. 164 A. qua ætate. D. 165. ſub quibus. D. 166. quo ſacramento. 167 B ad 169 B. 170. A præmia. D. ad 174. D. locus ſenturit. ibi. hibernalia. 175. A. pœnæ. B. ad 177. regimen 196. B. ad 199. columnarum. 457. A. ad 466. auſpicium. 590. C. cura eis præcipua. 595 B. poteſtas. 596 A. B. 644. E. 645 A. ad 675.
Milo de vi poſtulatus. 632 D & inf.
Milonia Marſorum opp. 345 D. capta, ac reſtituta. 346 E in Samnitibus. 347 B. capta. 350. B.
Mincius ex Benaco in Padum influens. 358 B.
Minerva promontorium Campaniæ opp. 328. D.
Minervium col. deducta. 414. B.
Minio Leg Antiochi R. ad Sulpic. Coſ. 352. B.
Miniſtri pub. in triumpho coronam ſuſtinent. 604. A.
Miniſtri Magiſtratus Provincias. 537. B. eorum comitatus. 553. B. ſpecies. 562. D. 566. A. 576. C. vocatio. 629. A.
Minius, ſeu Bænum flu. Iberiæ Rom. terminus. 491. B.
Minturnæ Auſonum urbs, in Rom poteſtatem. 330. C. col. deducta. 409. B. 461. D.
Mithridates, ejus bellum. 509. B. C. pecuniam Conſuli dat 513. B. Aſiam occupat. D. Cappadociam. 518. A. perſequutus. 521. C. 524 B E.
Monetales conduti. 196 A.
Monœci portus in Ligus. maritim 359 A 376 A.
Morgus flu ex alpibus in Padum. 358. B.
Mors, jus patrium ſolvit. 124. (82) C.
Moris ab inſtituto, quæ differentia. 55 B.
Moſcovitæ patria poteſtate gaudent. 110. (81) D
Mucia feſtum ab Aſianis inſtitutum. 513. D. 537. D.
Mulcta ab Imperatore conſulto ſenatu. 472. B Aſiæ. 512. B. 514 B. Antiochi M. 521. A. coercitionis pars apud magiſtratum. 632. C. 633. C D. E. pro pecunia. 757. A. ejus irrogatio. 840. B.
Mulieres: Sabinæ nomen donant Tribubus. 26. A. Romanæ a Latinis diſcedunt, Latinæ à Romanis nullæ. 98. C. ab iis non nuptis, qui ſuſcepti. 99. A. raptæ in connubium, quo jure donatæ. 100. (70) C. teſtari neqoibant. 146. A. in perpetua tutela poſitæ. 150. C. (94) D. 151. A. abſtemiæ, quidque bibere aſſuetæ. 106. C. eor. teſtimonium, quando admiſſum. 504 C.
Mummius Prætor Sardin. 539. C.
Municipia, quæ. 15. A. 93. E. ſacra. 97. D E. eorum jus connubii. 98. E. 416 ad 425. cenſendi. 310. A. cur & quando in Rempubl. inducta. 425. B. diverſis provinciar. quæ. 481. A.
Murgantia opp. in Samnit. 347 B.
Mutina a Liguribus capta, & reſtituta. 362. C. olim Bojor. opp. 367. B. defenſata. 369. B. (17) D. apud eam Bojor. iam. cæſi. 370. B. col. deduc. 412. E. 413. A. col. liberata. 598. D.
Myſia pop. Ro. donata. 510. A. duplex. B. ejus fines. C. & viciſſitudines. in ſeq. prov. conſtit. 513. A.

Nabis Lacedæmonios. tyran. Romanis fœderati. 506. D. victus. 507. A. D.
Narbo Gal. Urbs col deducta. 481. B ab ipſa Tectoſagum col 494. E ejus vectigal. 495. D. ejus oppidoe laus. 496. A. B.
Naris flum juxta Sempron. Umbrorum, & Sabinor. terminus. 341. B. 344. E.
Narnia idem ac Nequinum. 341. C. à Nare fl. nuncup. col. deducta. D.
Natiſo fl. Venetor. finis. 372. B.
Naves à Siculis tributæ 485 E. earum materia Macedonibus impoſita. 503 B. à Carthaginienſ. danda. 589 B. impoſitæ. 586. D.
Navigia pub. quibus data. 570. E.
Neapolis in Campania. 328 C. fœderatus. 330 C.
Negotiatores qui. 232 D. eor. domicil & ſedes. 233. A. ad cauſſas decidendas electi. 234 C. (*) D.
Nemauſus Arecomicos. opp. in provinc. Narbon. 495. C. ejus incolæ privatam Rempub. tenent. 496. A.
Nepet Etruriæ Ciſcimeniæ opp. 188 E. defectionis auctoribus ſecuri percuſſis. 324. D. col. deducta. 407. D.
Nepini Latinæ conditionis. 487. A.
Neptunia col. deducta. 414 B.
Nequinum Umbriæ opp. 341. C. captum in col. deduc. 341. D. 408 E.
Neritum Brutt. opp. 334. E.
Nero Conſ. 539. C. Aſiæ Prætor. 582. C.
Nervi inter vincula comput. 77. A. 753. A.
Nerulus captus. 333. B.
Necis genera varia. 848. B.
Nexus libertatem tollens, cur, quando deſiit. 77. B. 78 B.
Nexus in venditione. 112. (82) C. quid. 137. 138 A. (88) E. jus ejus. 139 140. A. cui proprium 142. A.
Nicæa in Liguribus montanis, Tranſapenninorum finis. 358. E 359. A.
Nicia flu in Padum influens. 358. B.
Nicomedes Philopator Bithyniæ R. bis pulſus, & reſtitutus. 523. D ejus fil. regnum pop. Ro teſtatur ibid
Nobiles Majorum ſuorum habuere imagines. 271. D. E. 272. A Patricii ex plebejis, nobilibuſque mixtis una pars. 273 E. veri qui. 274. E. hi in novis ſolùm populis 275. A.
Nola urbs Campan. 328 C. capta. 330. E.
Nolani Palæpolitanis adjuncti. 330. E. col. deducta. 461. A.
Nomenclator quid. 808 E.
Nomentanis civitas data, & ſacra reddita. 423 B.
Nomentum opp Umbror. & Veſtinor. terminus. 342. A. B.
Nota ordinum cenſoria, quæ. 260. A. ad 263.
Novana opp apud Picentes. 338. B.
Nuceria opp. Campan 328. B D. 331 A. Umbriæ oppid 341 B. olim Bojorum. 367. B.
Numa Romuli inſtituta obſervat 15. B. vaſtam ſacraverat. 89. A. Sac. colit. (60) B. de ejus libris igne crematis hiſtoria. 96. (69) D.
Numana opp. Picentum 337 E. 338. B.
Numantia Arevacum movit. 491 A.
Numerius in Fabiis quomodo. 98 C.
N. Fabius Pictor Col. triumph. 141. D.
Numeſtrani Lucanorum. 333. B.
Numidia ejus diviſio. 528. B. 532. E. vices & Reges. 533. A.
Numiſma quid. 31. (88) D.
Nummus ejus hiſtoria. 113 A. B. C. 137. (88) E. eo vendere vel emere quid. 216. B.
Numiſtrum Bruttiorum opp. 334. C.
Nundinæ dies qui. 107. A.
Nuptiæ quo jure initæ. 99. (70) D explicatæ. ibid. D. E. 110. (81) E. inter quos prohibitæ. 102. (75) B.
Nurſia inter Præfecturas. 429. B.
Nurſini inter Sabinos. 342. C. 344. C. 351. C.

Obligatio triplex quæ. 684. C. (9)
Obnunciatio in comitiis de Impec. 617. B.
Obſervatio cœli quibus competit, ad quid. 194. A.

Mi-

INDEX GENERALIS

Obſides ab Ætolia tribuendi quot. 507. B. C.
Obſidium unde dictum. 164. (106) D.
Octavianus ſolus regnat. 10. C.
Ocriculi Umbrorum opp. 341. C
Ocriculani in amicitiam accepti. 340. D.
Oenotrii antiquitus qui. 334 A.
Olcinium Illyrici Urbs Ro. dedita. 498. D.
Ollius ex Sabinis in Padum influit. 358. B.
Omina obſervata quæ. 592. C.
Opici Campaniæ pop. 328. C.
Opitergium Galliam citeriorem vallat. 358. E. Venetor. opp. fuit. 372. C. 376. B.
Oppida conſtitui curantur. 26. B. quæ ſint. 379. (1) D. 380 B. 454. E. victoriæ monum. 489. C.
Opifices artes ſordidæ illiberales a plebe exercitæ 242. E & 244. A B. C. 245. A. B. in collegia diſtributi. 243. A. diminuti, vel ſeſtituti, vel aucti. C. D. E. a tributo exempti. 245. B. ad tribus evocati. C. ad honores provecti. 246. C. D.
Optimates qui cenſebantur. 275. D. eos popularium-que diſſenſiones. D. E. 279. B. quid ſint. 276 A. B. eor. forma. 277. A B. ad 269.
Optio quid, in turmis Centurionum. 559. D. (62) Decurionum. 561. C.
Ordines militares. 167. (106) E. civium Rom. 199. A. ad 201 D. & ſeq. de eorum jure. 263. ſingulorum jus in ſpectaculis. 270. A. 271. D. 808. A. comitior. centuriator. 836. B.
Oreſtes Sardin. Procoſ. 602. B.
Oretani pop. qui 482. D.
Ornamenta a quibus conferenda. 548. E. & ſeq. quot. 551. A. Magiſtratuum. 553. B. & ſeq. Præſidum. & Quæſtor. 566. D & ſeq. ab urbis egreſſu. 571. D. in triumphis. 604. C.
Ortona opp. Frentanorum. 337. C. 365 C.
Oſci in Latium. 301. A eor. ager. 318. E. nullum bellum memoriæ proditum ſeu (14) E.
Oſtia in ore Tiberis a quo condita, & Col. deducta. 405. A.
Otacilia à Fabio in uxorem ducta. 48. C.
Ovatio quid. 600. C. & ſeq.
Oxybii Ligures Galliam ulteriorem incoluerunt. 358. D.

Pactio an idem & fœdus, ac ſponſio. 294. A. 295. A. B.
Pactius amnis pediculorum. 336. B
Pacuvius Calavius nob. Campanus affinis Coſs. triumphab. Ro. 98. D.
Padus flu. Galliam citeriorem mediat. 358 A B. circum ejus fontes qui. 366 A. B. C. E. Venetorum finis. 372. B.
Pæſtum, quæ & Poſſidonia Lucanorum col. deducta. 405. D
Paganalia quæ. 89. B. unde dicta. ibid. (69) E.
Palla, Togæ ſtemica. 858. C.
Palæpolis urbs Neapolis. 330 B.
Palæpolitani in Romanos moliti puniuntur. ibid. C.
Palinurus caſt. Lucanorum. 333 A.
Palmenſis ager apud Picentes. 336. A.
Paludamentum. 566 D 527 A. C. ad Imperatorem pertinet. 615. D 857 A. ejus mutatio. 636. B. C. nonniſi Senatu diſpoſitum 639 E.
Palumbinum opp. in Samnitibus. 347 B. à Carvilio captum. 350. C.
Pamphylia, ejus termini. 517. A. C. prov. facta. D. 518. A. ibi conventum. E. libera, vectigalis. 520 B.
Pandoſia Lucanorum interior. 333. B. eadem ac Heraclea. 334 C.
Panormum Sicil. Urbs libera. 485. D.
Pantanus lacus Dauniorum in Apul. 336. C.
Paphii Cyprus adjecti commendati. 527. C.
Paphlagonia ex ea profecti Veneti. 372. B.
Papirius Papiriani Juris auctor. 87. (67) D. Dictator legifer. 548. B. 643. B. 647. E. auſpicium obſervat. 592 A.
Papilii patricii. 86. D. & 87.
Parma olim Bojorum opp. 367. B.
Parma col. deducta. 412. E.
Parochi qui. 571. B.
Parricida, qui. 820 C. 822. A.
Parthi ultra Syriam dominat. 521. D.
Parthini, qui. 456. E. dati. 498. A. in Maced. provinc. 504. B
Patavini eor. ſeditio compreſſa. 371. C. D. eor. libertas. (41)
Patavium Venetorum opp. 372. C. 376 B.
Patres, ſeu Patricii qui, & unde dicti. 80. B. (64) ingenui appellati. 81. A. quomodo facti. ib. E. 82. A. B. C. cuſpicia. E. 83. C. honores. 85. C. D. eor. geneſis dum. 86. C. (67) inter eos additus exitus, vel reditus quomodo. 87. A. (66)
Paterfamilias, eorum poteſtas. 107. (80) A. 109. (82) jus. 110. ad 130.
Patroni ſcorum olim IV., poſtea XII. 768. C.
Paulus Æmilius Papiriam repudiat. 010. B. Macedoniam ordinat. 224. B. cum Perſeu bellans. 524. A. omen accipiens. 593. A. variam diſciplinam complexus. 595. A.
Pauſulani pop. ap. Picentes. 338. B.
Pax cum Pœnis. 485. C. 529. A. cum Syris. 521. A.
Peculatus, quid. 800 B.
Peculium Caſtrenſe, quid. 122 (82) B. quaſi Caſtrenſe. D. ſtatibus an conferatur. 121. (82) A. ejus jus. B C.
Pecunia quotannis impenſa ludis & ſacrif. 90. (69) D. unde appellata. 113 (82 B. ejus inventio. 131. (88 D. E 132. A. 133. A provincialis duplex. 599. A. pro rebus militaribus. 662. A. de eis repetundis lex. 756 D. 789 D.
Pedani civitas eis data, & tecta reddita. 423. B.
Pediculi iidem ac Apuli. 336 A. 357 B.
Pedica ſub nomine Vinculorum. 753. A.
Peligni pop. devaſtati. 338. B. eor. oppida. 345. C. Oratores mittunt. 346. B C. armis ſubacti. D circumveniunt Samnites. 350. A. auxiliantur. 355. C.
Peltuinates pop. in Veſtinis. 345. A.
Pentapolis tota Rom. 530 E.
Pentri Samnitum pop. 347. A. eor. opp. Bovianum. B.
Penula Veſtis Romanor. itineris cauſa. 859. A.
Perduellio a quibus judicabatur. 835. A. (3)
Peregrinus; ejus definitio. 15. (21) E idem ac hoſtes. 142. D. eorum poſſeſſionis, & domicilii ratio. 143. C. 144. A. 445. D. E. 448. B. C. D. eorum jus. 537 B.
Peremptorium in judiciis quid. 739. D.
Permutatio rerum prima commercii ratio. 135. (88) A. 137. (88) C D.
Perſæ patria poteſt. fruuntur. 109. (83) E.
Perſeus Maced. Rex victus. 498. C. & ſeq. 501. C. Græciæ dominator. 506 B.
Peruſini auxilia P. Scipioni præſtitere. 355. C.
Petelia Lucaniæ caput. 333 A.
Petilius Præt. Urb. 544. C.
Petitores candidati vocati. 811. B.
Petrejus in Hiſp. Legatus pugnat. 492. A. B.
Peucetii iidem ac Apuli, eor. opp. 336. A. nomen deletum. 357. B.
Pharus Illyrici inſ. 497. A.
Philetærus Lyſimachi Maced. Præf. Pergami R. 510. E.
Philippus Maced. R. 500. D. Græciæ dominator. 505 D
Philippus Demetrii fil. quas habuerit civitates. 505. E. 506 A. victus. E.
Philodamus occiſor, cum filio damnatus. 582. C. D.
Phregenæ Etruriæ maritimæ oppid. 321. E.
Phrygia pop. Ro donata. 510. A. duplex. C. ejus termini. D. & viciſſitudines in ſeq. 512 A. 513. A. B. C. 520. B.
Picentes eor. oppid. 337. E. 338. C. Ro. fœderati 338. C. victi. E. mulctati. 339. A. 357. B. eor. ager diviſus. 383 E.
Pignus quid. 685. A.
Pilani unde dicti. 163. (106) E.
Pineus Agronis Regis infans. 497. A. ſtipendiarius Rom. C.
Pinna Veſtinorum oppid. 345. A.
Pipulum pro convicio apud Veteres. 773. E. (7)
Piræus concrematur. 509. C.
Piſæ Etruriæ maritimæ oppid. 321. E. 358. E. 359. C. 413 C.
Piſeni a Sardis direpti. 488. A.
Piſaurum Regio Senogall. oppid. 339. C. Col. deducta. 403. D.
Piſidia pop. Ro. donata. 510. A. prov. facta. 513. A. duplex ibi Thermeſus. 515 A. vectigalis libera. 520. B.
Piſtorium Etruriæ Traſimenæ oppid. 322. A.
Placentia olim Bojorum oppid. 367 B. adverſus Gallicos tumultus oppoſita. 369. A B (37) D. una cum Cremona in fide Rom. 369. C. Col. deducta. 410 C.
Plagiarii puniti per legem. 62. (57) E.
Plegium quid. ibid.
Plancius Quæſt. Dyrrachii. 566. B.
Plebejæ familiæ ſimul & patricii. 87. 88. A.
Plebejorum Sacra. 97. A. B. cum Patribus interdicta connubia qua lege, & cur. 100. (75) A.
Plebiſcita. 12. (19) 50 B. C.
Plebis ſeceſſio in montem Sacrum unde orta. 76. B. ſeu Plebei quid. 80. B 81. E. depreſſa ſub patriciis. 82 C 85. D. 86. A. D.
Plebiſcitum à pop. diverſum. 548. D. de Decemviris 616. B. 618 A. ad imp. requiſitum. 640. D 647. A. 655. D. 656. C.

Plebs Tribubus exonerata. 177. D. B. gravata. 178. B. C. D. 225. C. in duas partes diviſa. 226. A. urbana 228. 229. A. B. 630. A.
Plebs à Rullo elata. 602. A.
Pleminius legatus imperium paſſus. 554. E.
Pleuienſes populi apud Picentes. 338. B.
Pleſtinia Marſor. oppid. 145. D. capta, itemque reſtituta. 146. E.
Plinius quid de peninſula Tarentum inter, & Brundiſium. 334. D. E. quid de Preutanis. 337. B. de Picentibus, ac Prætutiana Regione. 338. A. B.
Plinius Bithyniæ Præt. 124. C. ad Trajan. ſcribit. 573. A.
Pliſtia oppid. in Samnitibus. 347. B. à Taran. circumſeſſa. 349. C.
Pneventia Picentum oppid. 338. A.
Poblitius Malleolus matris occiſor. 825. A.
Pœnæ, earum genera. 833. C.
Pœna capitis cum pecunia non conjungebatur. 840. B.
Pœni odio flagrantes in Ro. 483. A. B. pacificati. C. Sicilià ejecti. 484. B. fœderati cum Ro. 488. E.
Polentia opp. in Ligur. Ciſapennin. 359. A.
Pollentia Col. deducta. 412. D.
Polientini populi apud Picent. 338. B.
Pomœrium quid. 17. B. jus. 18. A. a Romulo primò inſtitutum. 17. (24) E. quam ob cauſam Pompeja Cæſaris uxor repudiatur. 110. B.
Pompeji pop. in Campania. 328. C. 461. B.
Pompejopolis victoriæ monum. 491. E.
Pompejus: ejus ſimultates. 9. (14) B. ejus bona haſtæ ſubjecta. 143. E.
Pons, de ponte ſexagenarios dejicere, quid eſſet. 187. A. B. C.
Pontiæ colonia deducta. 408. D.
Pontifices plebeji. 13. (19) D. ſacra promiſcuè curant. 189. A. & ſeq. legum actiones inſeruut. 52. A. in colonias aliam extiterunt. 403. E. uſum adrogationis examinant. 116. (82) C. patriæ jure facilè ſoluti. 125. (85) C. ad cauſas adoptionis cognoſcendas deſtinati. 118. (82) D. 228. C. 630. A. cor. inſtitutio. 190. A. aucti. B.
Pontifices maximi an habuerint milit. Imp. 644. D. 645. A.
Pontus Regnum, ejus fines. 583. A. Reges. E. Ro. fœderatur. 584. A. prov. inſtituitur. C. D. novi fines. 585. A. vectigalis. D.
Pontinius triumphare volens. 603. C.
Popilius Rom. Legatus, ejus inſigne factum. 521. B. (9)
Populare auxilium, quid. 842. B.
Populares, qui fuerint. 275. D.
Popularium, ac optimatum diſſidio. 279. B. (34) D.
Populi pro... ritis leges recipiunt. 477. D. ſeptemdecim in Sicil. 485. E. amplius centum viginti Ro. Imp. additi. 489. A.
Populos Etruriæ maritimæ opp. 361. E.
Populus Ro. in judicium vocatus. 25. (28) E. 405. (12) D. E. 406. D. E. 407. E. 408. E. de ipſis judicia. 831. A. 835. C. tabellas in judiciis ferebat. 846. C.
Populus Ro. Senatus conſulto alendus. 478. C. Attali heres. 510. A. E. ſui libertum regem videt. 521. C. Bithyniæ regnum acquirit. D. ſocium Regem habet. 524. B. in luxuriem converſus. 528. (11) E. uſquequo liber quos provincias habuerit. 534. E. & ſeq. languet ejus diſciplina. 546. A. ejus poteſtati additio. 551. D. creans Tribunos. 554. D. renuente Sen. triumphum concedit. 607. E. injuſſu ejus haberi quæſtio nequit. 637. D. continuus conſulatum. 638. A. triumphare concedit. 642. C.
Porcus feriendus quando inſtitut. ritus mutat. 196. D. 197. A.
Porſenna Rex. 322. E.
Portoria quæ, à quibus exacta, à quibus, & ubi locata. 182. D. E. quando ſublata, & quomodo. 183. A. B. peregrinorum mercium. ibid. 298. D.
Portorium tributum quid. 478. A. vini. 586. D. in ærario. 599. D.
Poſſeſſio bonorum, ejus poſtulatio & datio. 698. B. 699. (22)
Poſſidonia, ſeu Pœſtum Lucaniæ oppidum. 333. A.
Poſtulatio quid. 763. C.
Poſtumus Cominius Conſul Volſcorum oppida in poteſtatem pop. Rom. redegit. 325. C.
Potentia in ora Cluana apud Picentes. 338. B.
Potentia pro Carrea opp. in Ligur. Ciſapenn. 359. A.
Potentia oppidum Lucanorum. 333. A. col. deducta. 412. D.
Poteſtas patris in filium, & domini in ſervum. 127. A. Præſidum. 538. B. 574. A. 581. C. 585. B. magiſtratus lictorum. 637. A. civilis, & imper. 639. A. & ſeq.
Potitii Herculis ſacrorum curatores. 188. D. Sacerdotum antiquiſſimi. ibid. E. a quo in Italiam illati. ibid.
Precationes univerſorum. 90. (69) C. 92. (69) C. D. E. privata imitatione factæ. 91. (69) B. C. qui earum fiebant participes. 91. (69) E. qua de cauſa. ibid. 95. (69) E.
Præcipitatu fiebat in carcere. 848. E.
Præconum uſus varius. 256. C. liberi fuere. ibid. pro decemviris. 612. E. V. Miniſtri.
Præda de hoſtibus capta, qua lege. 135. (88)
Præfecti prætorio a jure patrio ſoluti. 125. (82) C. item præfecti utriuſque Romæ. ibid.
Præfecti equitum Decuriones vocati. 561. A. B. ſociorum qui. 562. A. in re militari. 595. A.
Præfectus urbi quis. 195. A.
Præfecturæ, ear. jus. 425. C. 426. B. conditio. ibid. formula. ibid. D. origo. ibid. duo genera. (16) E. jus incommodiſſimum. 426. C. ad eam jus ſuffragiorum non pertinuiſſe. 427. A. ipſæ ante bellum Italicum conſtitutæ. 429. A. Picenis. 430. A. Magiſtratuum. 453. C. in exercitu. 562. B.
Præfectus Gaditanis miſſus. 492. B.
Prehenſio, quale jus. 629. A.
Præmia & pœnæ in militem Rom. 174. A.
Præmia à Ro. per gradus Italis data. 296. B. & ſeq.
Præmium ab Imperatore conſulto Senatu. 479. B. Præſidum. 587. D.
Præneſte colonia deducta. 460. D.
Prenſare, quid in judiciis. 810. B.
Præſides, ear. Imperium. 547. D. 563. B. 564. D. 565. B. 569. A. a Senatu ornandi. 549. A. 551. B. eor. comitatus. 553. B. profectio. 566. D. paludati. 567. A. ſalutati. E. 568. C. adverſ. eos leges 570. C. 574. B. 610. C. liberos ſubjiciunt. 595. A. eor. decreta quid. 577. A. quid judicia. 578. A. 581. C. 583. E. 584. C. omnia per edicta miniſtrant. 585. B. 587. D. 597. E. eor. ſtipendium unde ſumendum. 599. A. deceſſio. 601. A. & ſeq. ad ærarium pro rationibus. 609. D. omnes cum imper. milit. 637. B.
Præſidium, unde dictum. 164. (106) D.
Prætores plebeji. 13. (19) D. eorum edicta. 54. teſtes in adoptionibus. 130. C. quando conditi. 195. D. ſingularum Provinciae 477. C. in Sicilia. 483. B. 484. C. 486. D. Sardiniæ & Corſicæ. 487. C. Hiſp. 489. D. 492. B. Cypri. 527. B. annui. 529. D. eor. jus. 581. C. 537. B. 633. E. 644. D. inſignia. D. ſorte vel a Senatu determinandi. 540. & ſeq. in curiatis comitiis. 548. A. D. 555. E. 556. C. 566. D. & ſeq. paludati. 567. C. D. delecti. 568. A. 569. A. eor. libido. E. 571. A. ſinguli conventus peragrant. 572. D. quæ jam annulo obſignarent. E. de eor. edictis. 574. B. 575. B. D. locus. 576. C. 577. A. 578. A. 579. D. quando cum conſilio cognoſcentes. 582. A. 583. D. 584. C. 585. A. horum poteſtas in re frumentaria. B. honorarium. 586. B. tributa imponunt. D. 587. D. ſine auſpicio nil aggredientes. 591. A. in æſtiva cum milite. 596. C. pecuniam Urbani Romæ curant. 598. E. 599. A. Quæſtoribus mandant. 600. C. triumphantes. 607. A. rationes ad ærarium referunt. 608. C. majores magiſtratus. 616. A. C. quid eis turpe. 617. B. non tributis comitiis deſignati. 618. C. 622. A. D. eor. coercitio ultra poteſtatem. 629. E. proprios habent lictores. 636. D. 637. B. eos inter & Imp. varietas. 638. A. B. C. 640. A. eor. jus militare. 641. D. 653. C. 642. A. 643. D. poſt imper. imperatores. 646. B. D. provinciæ. 655. A. 689. C. duo in Urbe. 693. C. olim bini, poſtea ſex. 757. A. octo quot annis creabantur. B.
Prætutiana Regio. 338. A.
Prætutianus ager apud Picentes. B.
Prævaricatio, quid in judiciis. 786. E. 789. D.
Principes de Haſtatis, qui legendi. 556. E.
Principiis quinam locus. 590. B. C.
Priſcus ab Appiolis ſpolia hoſtium in quod convertit. 135. (88) C.
Privernatibus Civitas data. 424. A.
Privernum inter præf. recenſitum. 429. B.
Proconſules qui. 547. C. D. ſine magiſtratu. 591. B. bella gerentes ſine auſpiciis. 531. B. cæt. V. Conſules.
Proletarii, qui. 45. C.
Proprætores, qui. 547. C. D. non de magiſtratu. 591. B. cæt. V. Primores.
Prorogatio Imper. & Magiſtrat. diverſa. 638. A.
Provinciæ quid. 477. A. jus earum. C. 480. E. termini. 489. E. 491. B. Gallia comata conſtituta.

INDEX GENERALIS

495. B. & Narbonenſ. C. Illyrici pars. 499 D. 500 A. Macedonia. 501. C. (6) 502. E. 503 E. 504. A. Græcia. 508. D. Aſia cis Taurum. 513. A. Pamphylia, Iſauria, Cilicia. 517. D. E. & 518. earum fines. 519. A. Syria. 520 A 521. D. Bithynia. 523. D. Pontus. 524. C. Cyprus. 526 C. 527. A. Africa, ſeu Libya. 529. C. Cyrenaica, & Libya Arida. 531 A. Creta. D Numidia 533 C. Mauritania. 534 D. earum uſque ad victoriam Actiacam numerantur. E. & 535. 536. 537. C. 539. C 540. A. C Prætoriæ octo. 545. D. a Triumviris libidine partitæ. 547 C. ear. ornamenta. 548 E. & ſeq. quænam, præcipua curiata lege, ſint commiſſæ. 550 A. privatis quomodo concelſæ. D. ſingulæ ſingulos habent Quæſtores. 564. D. duæ urbanæ, reliquæ Provinciales. 565. A. ob ear. jure liberi exempti. 573. C. in eis ad ſtatos ligent. 574. D. in his, quæ ratio in judicium. 580 E. 581 C. D. 610 C. 654. A.
Provocatio quid 630 D 633 & ſeq.
Ptolemæi II. Reges. 530. E.
Ptolomæi Reges Ægypti pop. Rom. amici. 432. D.
Ptolemæus Philometor Ægypti R. juvatus. 521. B fratrum hiſtor. (9)
Ptolemæus Cypri R. a Clodio male habitus. 566. A. & ſeq.
Ptolomæus Frentanorum oppido cenſet. 337 D.
Publicani, qui fuere. 185. A. 220. B. eorum diverſa nomina. 221. B. in ſocietates diviſi. 222 D. officium. 222. (13) E. 222. D. 223. A B. non omnes Equites publicani. 224. A. eorum avaritia. B. illius effectus. 225. A. decumani dicti. 478. C. cenſores locaturos. 513 E. ſervituti tradit. 522. C. D. eor ſocietates. 530. B Cyrenenſes. 531. E. ab his pecunia exigenda. 600 B.
P. Ælius Col. una cum C. Popilio Coſ. in Ligures profectus. 364. C Oppium præfecturam Bojorum invadere juſſit. 369. C.
P. Claudius captos ſub haſta vendit. 136. (88) A.
P. Clodius in Ciceronis caput legem fert peratam. 12. A. adoptatus. 329 D
P. Clodius Trib. plebis in Cyprios legifer. 526. B. Reipub. infeſtus 554 B. 630 D. 633. A B.
P. Cornelius Caudinus recuperator datus. 589. C.
P. Cornelius Cethegus Col imperat in Ligures. 361. D.
P. Cornelius Lentulus Spinther Coſ. 526 C.
P. Cornelius Rufinus Coſ. 350. D. (20) E. Samnites detutbat. 351 A.
P. Corn. Scipio Africanus pater Conſ. 370 A.
P. Cornel Scipio P F Africanus appellatus 489 B. 589 A. naves adducit. 457. D. primus conſuler. petens. 540. C. ejus ſeveritas. 589. B acclamatus. 597. C. togam pro triompho præbet. 604 A triumphat. 607. A. ad ærarium pro rationibus. 610 A. acclamatur a cenſuris. 636. A. 647 B. non privatim ſibi ipſi Conſ creatus. 641. D.
P. Cornel Scipio Africanus Æmilianus ex Triumviris precibus fatigatus domi interfectus. 347. B.
P. Scipio Africanus, ejus judicium per Tribunos. 53 D E 54 A B
P. Scipio Æmilianus in Africa victor. 529. C. bis Africæ & Hiſp Coſ 542 B. munera ad ſe miſſa in ærar refert. 600. C.
P. Scipio fratri adjunctos novos pop. ſubigit. 489. B.
P. Scipio Pompeji ſocer Syriæ Coſ. 655 B. profligatus. 522. A. venalis. C. D.
P. Cornel. Scipio L. ſe. auxilia ab italis obtinet. 355 B.
P. Cornel. Scipio Naſica, ejus jocoſum dictum. 627 E. ſummo prœlio Bojos compolit. 370 B. Præt. Luſitanos opprimit. 450. B. Col. II. Delmatum victor. 499 A
P. Craſſus Coſ. Caſſiteridas vincit. 492. D. in Aſiaticos. 518 B. occiſus. C.
P. Decius Coſ. 346. C. de Samnitibus triumph 349 D. de iiſdem victoria. 350. A.
P. Decius Mus Coſ. 567. E.
P. Dolabella Coſ Gallos Senon. ſuperat. 340. C. 351. A.
P. Dolabella Coſ Bojos devicit. 367 E.
P. Dolabella Syriæ Coſ. Trebonii ſucceſſor. 522. A. Cilicia prov. ei obtigit. 554. B. Pro-quæſtor Ciciliæ. 565 C.
P. Fonteius Clodium adoptat. 129. D E. 130. A.
P. Furius Coſ. Inſubres profligat. 366 E.
P. Furius Philus de Liguſtinis triumphat. 359 D.
P. Horatius, ut perduellio à Duumviris damnatus, a populo abſolvitur. 71. 72 73 (61) E.
P. Lentulus, Senatus princeps, miſſus ad agros coëmendos. 366 D.
P. Lentulus, Ciliciæ Procoſ. ei Diœceſes additæ. 519. A. 517. A. legitur. C. cum Appio vicisſim obvius. 601. C.
P. Licinius Coſ. 566 E.
P. Licinius Calvus Trib. mil. 627. A.
P. Mucius Coſ. tumulium in Liguria compreſſit. 363. A. B. C. legiſ. 386 E.
P. Scævola Trib. pleb. 758 B.
P. Naſo nuſſius prov. Coſ. 546 E.
P. Oppius de ſortitione prov. judicat. 546. E.
P. Porcius Læca Prætor. 359. C.
P. Poſtumius Tubertus ovans. 606. E.
P. Poſtumius Coſ de Sabinis triumphat. 340. C. primus ovans urbem ingreſſus. 343 D.
P. Quinctius Coſ. 343. E
P. Rufus Legiſat. 335 C E.
P. Rullus Trib. pleb. legifer. 531. E. 616. D. 619. E. 622. D 623. A.
P. Rupilius Conſ. ſervile bellum conficit. 484. E. 485. B.
P. Rutilius, ejus hiſtoria. 223. (16) E.
P. Rutilius Quæſt. damnatur. 600 B.
P. Scaptius è plebe magnu natu, quid de ambiguo agro Coriolanor. diſſerit. 405. (12) E.
P. Sempronius Conſ. de Picentibus triumph. Telluri Deæ primùm ob terræmotum promiſſa æde placata. 338 E. 340 D.
P. Servilius Vulſcos fudit. 325 B.
P. Servilius Coſ. de Sabinis triumphat. 343. E.
P. Servilius Rullus legiſ 389. A.
P. Servilius Ciliciam prov. facit. 517. D victor. 518. A. Iſauricus. C. Aſiæ Procoſ. quibus jus dixerit. 519. D. E prædones delet. 520 B. hoſpitem habet. 570. E. Prætor cui obvius. 601. C.
P. Servilius Priſcus Coſ. triumphat. 608. A.
P. Sittius eques Ro. ex Uticenſi conventu. 482. A.
P. Sulpicius Galba Dictat. 356. E. 357 A
P. Valerius de Sabinis triumphat. 343. C. 344. A.
P. Valerius Falto Coſ. 359 C 367 E
P. Valerius Poblicola manumiſſionem per vindictam inſtituit, & quando. 59. C. D Saturni ærarium & quæſtores deſtinat ad tributa unienda. 177. D.
P. Vatinius in Delmatas & Japudes 499 D.
P. Vatinius Reipub. infenſ. 552. D. 554. A. Trib. pl. 619 E.
P. Ventidius pro Antonio Gellias regit. 496 D. pro eod. in Syr. legatus. 522 B. 551 B.
Pueri a Comitiis excluſi. 187. A. & à Germanorum civium numero. ibid C.
Pupillaris ſubſtitutio. 118. (82) E.
Pupilli, eorum definitio. 149 A.
Puteol idem & era. 719 A.
Puteoli Campaniæ civitas. 328. C. colonia deducta; 411 D. inter præfecturas recenſiti. 469. A.
Pyrgi Etrur. Maſib. oppid. 321. E.
Pyrrho utpote inimico in urbem recipi negatum eſt. 25. (21) E.
Pyrrhi cum Bruttiis &c. ſocietas. 335. A. ab eo Romani pulſi. ibid. C. a Sallentinis receptus. D.

Querela in off Teſt. unde orta. 121. (82) B. quid de ex Græci. ibid qua lege. ibid. 122 (82) A.
Quæſitores parricidii, quando inſtituti. 756. A.
Quæſitores ordinarii, & extraordinarii. 758. D.
Quæſitor ex Conſularibus, quando creatus. 758 D.
Quæſitor, ejus officium dum cauſſa agebatur. 760 E.
Quæſtiones. 581 C. 637 A. & ſeq. Judicium publicum.
Quæſtiones publicæ quomodo exercitæ uſque ad an. DCIV. 756. C. D. quatuor. 757. A.
Quæſtio perpetua quando ſumta. 756 D E.
Quæſtio quando merum Imperium appellata. 758 E.
Quæſtiones an ultimæ in ordine probationum. 771. E. (4) quomodo fiebant. ibid B.
Quæſtores quando creati. 195. E. ærarii qui. 210. B. in qualibet Provincia. 477. C. quomodo electi. 537. A. primus in Sicil. 483. E 484. D. Cypri. 527. B. contubernales habent. 564. D. a pop. poteſtat. 564 C. 565. A. Pro Quæſt 566. A. ad deceſſor. edictum mittunt. 568 E. ex his duo Præſides. 569. A. 584. A. in re militari 595 A. 597. D. 598 E. & ſeq. a Prætoribus juſſi. 600. C E. 601. A. & ſeq. 608. C. quibus legibus ſubjecti. 610. C. 619. A. B. eor jus. 629 C. E.
Quinctius Prætor Urbanus. 539 C.
Q. Appuleius Coſ. de Nequinenſ. triumph. 341. D.
Q. Arrius ſortitionem refutat. 545. A.
Q. Aulius Conſul. 336. D.
Q. Acilius Conſ. Frentanos debellat. 337 D.
Q. Cæcilius Metellus Macedonicus. 501. C. 504. A. victor. 508 C. & ſeq.
Q. Cæcilius Metellus Nepos Coſ. 526 C.
Q. Cæcilius Metellus Creticus Coſ. legifer, & triumphator. 521 B C.
Q. Metellus Numidicus victor. 533. A. ejus ſeveritas. 589. B.

Q. Cæ-

Digitized by Google

Q. Cæpio bellum Viriathinum abſolvit. 491. A.
Q. Caſſius Quæſt. 565 B. 615. C. Præt. 603. C.
Q. Caſſius Hiſpan. tollit. 547. A.
Q. Catulus Coſ. 517. E. triumphus ei negatus. 607. E. armis contendit pro jure. 637. E.
Q. Catulus Conſul legiſ. 826. A.
Q. Coroſicius Atticæ Præſ. 534. A.
Q. Cicero Aſiæ Præt. 554 C. a fratre laudatus. 571 A. hibernis & Ciliciæ Præfectus. 572. B. de ejus emulo. 573. A.
Q. Febii edictum de ſervorum venditione ſub haſta. 136. (86) B.
Q. Fabius Conſ. 346. C. de Samnitibus triumph. 349. D. 350. A.
Q. Fabius Gurges Conſ. triumphat. 333. D. a Samnitibus fugatus, inde ipſos ſub jugo mittit. 350. D. (25) E. iterum de Samnitibus triumph. 351. B.
Q. Fabius Labeo Coſ. 361. A.
Q. Fabius Maximus Conſ. prædas in Apulia agit; 336. D. Gallos Senon. vincit. 340. B. 341. C.
Q. Fab. Max. Ligures cædit. 359. D. 606. B. agrum Picenum, Gallicumque dividit. 380. A. in Gallos 494. C. cognomine Allobrogicus. D.
Q. Fabius Pictor Conſ. 338 D.
Q. Fabius Rullianus Fabii Gurgitis Pater filium infamiâ notatum liberat. 350. D. (25) C.
Q. Fabius Max. Rullianus Coſ. 637. B.
Q. Flaccus Coſ. 359. C.
Q. Fulginius vulneratus ex primo haſtatu. 558. D.
Q. Fulvius Coſ. Apuanos Ligures in deditionem accepit. 361 E. 364 C. de Bojis triumphat. 368 D.
Q. Fulvius Flaccus Coſ. Ligures devincit. 362. A.
Q. Fulvius Flaccus. 332. C. (18) in Hiſp. fœliciter pugnat. 490 B. C. D.
Q. Hortenſ. Coſ. 531. B. Cretæ Coſ. 543. B. 545. A.
Q. Lutatius Catulus Conſ. bellum conficit. 483. C. 485. B. de ejus triumpho templum. 607 D.
Q. Marcius Rex Conſ. 381. B. 481 B. 494. E. 597. D.
Q. Marcius Philippus Conſ. ab Liguribus fugatus. 360. E.
Q. Metellus Celer Galliæ Præt. 543 D.
Q. Metellus Pius Hiſpan. recipit. 491. D. coloniarum auctor. 492. D. E.
Q. Minucius Coſ. Anamaros ad deditionem compulit. 359. E.
Q. Minucius Sermus Coſ. de Liguribus triumphat. 360 A. B.
Q. Minucius eques Ro. Sopatris defenſor. 582. D.
Q. Mutius Scævola. 128. C. celebratos quare. 513 D. Aſiæ Coſ. 541. B. ejus edictum. 572. C. ei dies feſtus inſtitutus. 587 E. malum permittit. 600. B.
Q. Ogulnius Gallus Conſ. 338. D.
Q. Oppius Proconſ. Pamphyliæ. 518. A.
Q. Petilius Coſ. a Liguribus occiſus. 363. A.
Q. Petilius ſacrificans. 593. D.
Q. Publilius Philo primus Conſ. triumphavit. 607. A.
Q. Publilius Philo. 636. A. primus in imp. prorogatus. 638 B.
Q. Servilius Ahala. 119 C.
Q. Servilius Coſ. de Sabinis triumphat. 344. A.
Q. Servilius Proconſ. ab Italicis occiſus. 355. B.
Q. Valerius Falto primus Præt. triumphavit. 607. A. E.
Q. Varius Trib. pl. legiſ. 804 A.
Q. Voluſius ut privatus miſſus. 567. D.
Quirinus Syriæ Præfect primus totius Orbis deſcriptionem egit. 352. D.

Rabirius reus in judicio. 634. A.
Ramnenſes, qui. 28. B.
Rapina, quid. 687. A.
Raptus ſinitimarum mulierum juſſus, à quo, & cur. 99. E. 100. C. (70) E.
Raudusculus, quid. 112 (82) E. 113. (82) A. B. C. ejus uſus in mancip. 141. C. D.
Ravennæ Bojorum alias oppidum. 367 B.
Raurecu a quo, & quando condita. 496. C.
Reate Sabin. oppid. 342. B. 429. B.
Reatini inter ſocios pop. Rom. 344. C. auxilia P. Scipioni præſtitère. 355. C.
Recuperatores in judicio. 579. D. 580. A. 583. D.
Reges, qui Romanam Rempub. tenuerunt. 7. (8) D.
Rex optimus. 4. (4) ſacrificulus. 189. A. à quo creatus. 190. A.
Regillus lacus. 98. B.
Regillus oppid. in Sabinis. 342. D.
Regium Lepidi, Galliæ citerior. oppid. 136. D. quis illud tali nomine inſignieris. 437. B.
Rejectio judicum Romæ, & in prov. permiſſa. 580. C. 581. E. 583. D.
Religio, ejus forma pro vario tempore mutata. 96. (69) C. D. E. quomodo læſa. 567. A.
Repudium, apud Athenienſes acceptum. 107. (80) D. ejus lex. 109. A. forma. B. cauſæ. 107. (81) D. E. 108. B. pœnæ. ibid C. D.
Repudium inter & Divortium, quid. 109. B.
Reſpublica: ejus diverſitas. 3. B. (4) temperatio. 8. A. (11) varietas. (14) duplex. 21. A. Ro. invaſa. 496. D. ejus diſciplina. 546. A. 552. B. 592. B. 642. E.
Res ſacræ extra patrimonium dictæ. 682. C. (4) quæ. ibid. (5) corporales. 682. D. (6)
Reſtitutio in integrum, quid. 747. B.
Reus, qua veſte utebatur. 768. B. ex reo. Judicibus ſuum eligebat 50. 770. A. ad pedes Judicum dum ſententiam ferebat. 783. B. (11) ejus dimittendi formula. 844 E. ejus evocandi modus. 845. A.
Rhæti Galliam citeriorem vallant. 355. E.
Rhegium Bruttiorum oppid. 334. C.
Rhenus flu. in Padum influens. 358. B.
Rhizon Illyrii urbs Ro. dedita. 498. D.
Rhodii in amicitia cum pop. Rom. 432. D.
Rhudiæ oppid. Bruttior. 334. E.
Rhudiæ oppid. Pediculorum. 336. B.
Ricinenſes populi apud Picentes. 338. B.
Ritus ſacrorum peragendorum. 91. A. B. 92. A. B. priſcati damnati. 91 A. nuptiarum. 102. A. & ſeq. 103. B. 106. (*) divortii. 109 D (81)
Robur, locus in carcere, quo præcipitabatur. 848. D.
Rogara, quid in judiciis. 840. C.
Rogatio, ejus verba. 128. C. D. in comitiis, quid. 618. A. in judiciis. 845 E. ejus formula. 846. A.
Roma: ejus diverſa jora. 1. B. (1) diverſitas gubernii. 6. A. (5) (6) (7) è Gallis recepta. 322. B. capta, incenſaque. 339 C. ibi dum provinciæ juriſdicundi cauſſa. 539. B. Syracuſis ad eam inſignia devecta. 484 B. ibi decumæ exceptis Siculis venduntur. 585. C.
Romani, quibus populis conſtati. 16. A. Albanis devicti. 98. B. pro jure rerum dominiu commutent. 136. (88) E. unà cum Gallis Senonibus, quæ bella ſuſtinerint. 339 D. E. 340. A. B. C. fœminas e tutela non excludunt. 149 (93) E.
Romilius primus de legum latoribus auctor. 48. A.
Romolea opp. in Samnitibus. 347. B. a Coſs. capta 349. D.
Romulus Juris auctor, & conditor. 15. C. agrum Romanum ultra Tyberim provexit. 20. A. ejus acta. 17. (24) E. 26. A. 37. A. 55. B. 62. A. 80. A. (64) 82. B. 89. (69) B. C. 99. (70) E. 100. (72) C. 105. D. E. 106. A. 107. 108. A. (80) B. C. 110. (82) D. 125. 126. 137. A. 185. C.
Rubiconem uſque Italia protenſa. 340. E. 341. B. 357. E. Gallis finis. 375. C. ejus deſcriptio. ibid.
Rudusculum, quid. 153. (62) A.
Rufrium opp. in Samnitibus. 347 B. 349. A.
Ruſellæ oppidum Etruriæ Tranſciminum. 322. A.
Ruſellani auxilia P. Scipioni præſtitère. 353. C.
Ruſtica vita commendata. 36. E. 37. A. C.
Ruteni, qui. 494. B.
Rutilius Rufus legifer. 555. C. D.
Rutuli in Latium. 301. A.

Sabatia Vada Galliam cis. vallant. 357. E.
Sabata opp. Etruriæ maritimæ. 321. E.
Sabatini apud hoſtes qui eſſent, quæ pœna inflicta: 356. D.
Sabini, qui. 81. E. eis ſacra Romana communicata. 93. A. 115. (82) E. 126. (82) in Senatum introducti. 202. C. E. ubi ſiti. 341. E. 342. A. & ſeq. eor. pars a T. Tatio Rege Romam tranſlata. 343. A. victi. ibid. B. C. D. E. 344. A. civitate donantur. ibid. B. C. Veliinis cumulet. 345. A. Rom. annumerantur. 354. A. 355. C. eor. ager plebi Rom. dividitur. 385. E. devicti. 598. C.
Sacerdotes plebeji. 13. (10) D. à quo inſtituti. 89. (69) B. C. eorum definitio. 188. D. initiati, quo nomine vocati. 188. E. 189. A. eorum proprietates. 190. C. D. emancipari. 96. A. etiam in colonis. 403. E. eor. jus. 631. B.
Sacra quot, & a quibus inſtituta. 88. D. 89. A. (69) B.
Sacramentum in judiciis, quod. 719. B. 741. E. (44) populi, & exercitus quale. 645 B. E.
Sacrificium ad imperat. pertinet. 635. D. quando. 641. C. 96. (69) D.
Sacroſanctum, quid cenſendum. 71. A.
Sagum belli ſignum. 854. E.
Saguntini eis libertas traditæ. 489. A.
Saguntum receptum. 489. A. 528. D.
Sal invectum vetitum. 502. A. ejus commercium datum. B.
Salapia oppid. ad mare Daunicum in Apulia. 336. A. B.

Sa-

INDEX GENERALIS

Salaſſi Galliam citeriorem vallant. 357. E.
Sallentini, ubi incoluerint. 334. A. eis arma illata. 335. D.
Salernum oppidum in Campania. 328 C.
Salernum adverſus Lucanos communitum. 357. B. colonia deducta. 411 D.
Salii Martis curatores, a quo dati. 190 A.
Salona Illyrici urbs civium Rom conventus. 482 A. ſubacta. 499 C. ibi conventus juriſdicundi. 500 B.
Salpinates Etruriæ Traſſimenis populi. 324. A. 332 A
Saltus Marsius, unde appellatus. 360. E.
Salvatores, eorum officium. 808. A.
Salvia urbs apud Picentes. 338. B.
Salvius Julianus legiſter. 689. B.
Salyes Galliam ulteriorem incoluerunt. 358. D. in pop. Rom. ditionem redacti. 365. C. 369. D. 494. A 495. C. Prætoribus obedientes. 496. A.
Samnites prælio fracti. 329 E. eor ſocietas infida. 330. A. repreſſi 331. B. in Lucanorum finibus. 333. C eor. cum Pyrrho Epirot. Reg ſocietas. 335 A. victi. 346 C. eor. oppida. 347. A B gens ferociſſima. 348 A B. (22) D E. 349 E. cum eis fœdus. 349. A. (23) E. (24) E. cæſi. 350. A. B. C. D. (25) de iis triumphatum. 351. A. dein ſubacti. 352. (27) E. auxilia Romanis tulêre. 354. A. ad Pœnam defecerunt. 355. B. eor. agro metiendo, dividendoque decemviri creati 386. B. IV millia familiarum ab iis Fregellas tranſiſſe queſti ſunt. 440 B.
Sanates, qui dicti fuere. 291 (1) C. 292. B. de eor. jure quid ſentiendum. 291 (1) C D. E.
Sangrus flu. Pelignos inter & Frentanos. 345. C.
Santones populi ex Gallis in Italiam tranſgreſſi. 366. C.
Sardi venales in proverb. 487. E. Pilanor. direptores. 488. A.
Sardinia ex II & IV. provinciis una. 537. C. 539. B. in poteſtatem Rom. 487. B. D. E. ſtipendiaria. 488. B.
Saſſina Umbriæ oppid. 341. C.
Saticula oppid. in Samnitibus. 347 B. colonia deducta. 408 D. ibi Samnites fuſi. 348. C. (22) E. oppugnata. 349 C.
Satiſdatio litis. 716 E. in judiciis, quæ. 720 B.
Satiſdationes ante judicium. 580 E.
Satricum colonia deducta. 407 C.
Saturnia colonia deducta. 413. A. inter præfecturas. 429. B.
Scævolæ, eorum gloria in jure condendo. 50 A.
Scalæ Gemoniæ, ibi quomodo ſupplicium ſumebatur. 850. A. (7)
Scodra Illyrici opp Regium à Rom capitur. 498. D.
Scribæ, eorum munus. 230. E 562 D. 566 A 570. C. arrogantia 231. B. mercedes. C. dignitas. D. in multas tribus ſunt decurias. E. ordo 232 B. C. de cohorte prætoria. 553. C quibus legibus ſubjecti. 610 C. pro decemviris. 622. E.
Scriptura vectigal. V. Vectigal.
Scriptura tributum, quid. 478 B.
Scultenna flu in Padum influens. 358 B.
Scylacium Bruttiorum oppid. 334 C. colonia deducta. 414. B.
Sectatorem, eorum officium. 808. B.
Sectio, quid eſſet. 135. (86) E. ejus ſignum. 136. (88) C.
Secures, ear uſus. 538. A. ſummi imp. inſignia. 556. D 563. B.
Sedetani bellum movent. 490. A.
Seditiones in Repub. unde emanant. 88. A. B. militares. 589 E.
Segeda Arevacorum, ſeu Bellorum tributa Ro. denegat. 490. D.
Segeſta Sicil. Urbs libera. 489. C. latinæ conditionis. 487 A.
Seguſiani, qui. 494 B.
Sella curulis, quæ. 690 E.
Seleucus Nicator regnum Syriæ conſtituit. 520. E. Callinicus & Ceraunus ejus ſucceſſores. 521. A.
Sempronius Gracchus Scipionem Africanum defendit. 53 (a 45) E.
Semproniæ leges. 73 74. C.
Sena Etruriæ Traſſimenis oppid. 322. A.
Sena Senogallia oppidum. 339 C. Romana colonia. 340 D. inter Umbriæ oppida. 341. A. ubi interfectus Valerius Aſdrubal. ibid.
Senatores, iis interdicta uxores libertinæ. 99 B. qui. 199 (1) 201. D patres, a quo dicti. E. (2) eorum varia lectio. 202 A. B. numerus auctus & imminutus. 205 (3) (4)
Senatuſconſulta in Cæſarem. 9. (14) E.
Senatu movere, quæ nota eſſet. 160. B. eorum pro diverſo tempore varietas. 51. (43) de Campanis decernit. 332. E.
Senatus Cœnomanis arma reddit. 370. C. tributorum conſultor. 479. A. primam coloniæ deductionem irritat. 481. B in eum Galli introducti. 496. B. libertatem Illyriis concedit. 498 E. prædam exercitui. 507 E. Attalum Regem appellat. 511. A. Lycaoniam concedit, Aquilium damnat, Phrygiam liberat. 513. B. Syriæ providet. 522. A. quem appellat Regem. 523 D. prov. inſtit. 524. C. ſocium Regem appellat. 526 A. libertatis Cyrenaicos donatos. 531 B C. (12) provincias in ſui poteſtate habet. 538 C. 539. A. 540 C. & ſeq 545. B. C & 546. D. & 547 B. ornamenta provinciar. confert. 548 E. & ſeq ejus poteſtatis diminutio. 551. D. Legatos aſſignat Præſidibus. 553. E. de militum Tribunatu arbitrium decernit. 555. D. aliquando Quæſtores deputaut. 565. A. contra Trib. pl S. C. 566 C. quaſi caſtrenſis. 595. D. quem ſemper appellare conſueverit. 598. C. obvius triumphatori. 603. D. 607. E. jus quod non diu retinuit. 622. B. 637. C. E. imper. prorogat. 638 A. triumphum negat. 642. C. quando requiſitus ad imp 646. D. 647. A. imp. ornamenta tribuit. 654. B.
Senes a comitiis expulſi. 187. A B. C à Germanorum civium numero remoti. ibid E.
Seniores Urbis cuſtodiæ addicti. 40 (34) E.
Senogallia, unde ſic appellata. 119. B.
Senones. V. Galli Senones.
Sententia quomodo ferebatur. 744. D. (45) in judiciis. 781. C.
Sentinum Umbriæ oppid. 341. C.
Sepinum oppid in Samnitibus. 347. B.
Septempeda Picentum oppid. 338. A.
Septemviri ad agros dividendos creati. 393. B.
Septicia Trachalorum mater. rus (82) B.
Sepulcra a familiis cuſtodita. 97. C. D.
Sequani qui. 494 B.
Sertorius in Luſitania bellans occiſ. 491. D.
Servitus, quid. 478 A 483. D. 504 A. 683. C. ejus pœna. 834. A. (1) per venditionem inducta 842. A. Aſiaticor. 512. C. publicanor. 522. C. D.
Servi, eor. generu. 57. A. B. (52) E. juribus omnibus deſtituti. 58. A. cenſu Romanam civitatem acquirebant. 58. (52) D. 59. B. C. ab add ſtit diſtincti, 77. B. jure patrio deſtituti. 124. (82) C. Magiſtratibus apparebant. 259. A. B in quæſtionibus coacti. 771. C. quando contra dominos torqueri poterant. ibid.
Ser. Galba Prætor in Luſitanos trucidatur. 491. A.
Ser Fulvius Flaccus Coſ. Vardæos ſubigit. 499. B.
Ser. Sulpicius ſortitionem refutat. 545. A. Col. Achajæ. 546. B.
Servius Tullius Tribus augrt. 29. & 30. & cur. ibid. dividit. 31. D 35 36. C nuncupat. 32. A. claſſes, & centurias inſtituit. 40 D (14) 41. (14) cenſum inſtituit. 39 (14) B. Seniores ad Urbis cuſtodium, Juvenes ad externa bella vult. 40. (34) E. 45. A. feſta Paganalia inſtituit. 36. B. quomodo diſtribuit. 43. A. milites. 45. C nummum invenit, & neum. 137. (88) E. manumiſſionem per cenſum inſtituit. 59. B. libertinos in civitatem adſciſcit. 62. A.
Servius Rex agros novis civibus diviſit. 381. D.
Seſſilis flu. ex Alpibus in Padum influens. 358 B.
Seſtilius Rufus Cypri Quæſt & Procoſ. 527. C. quæſt. D.
Setia colonia deducta 407 D.
Sextius apud C. Jul. Decemvirum judicem, & accuſatorem. 634. A.
Sex. Julius Syriæ Coſ à Pompejanis deletur. 520. A.
Sex. Peducæus criminat L. Metellum Pont. Max., & totum Colleg Pontif 758. B.
Sex. Pompejus Cn. fil. in Hiſp pugnat. 402. A.
Sex. Titius Trib. pleb. legiſ. 388 B. C.
Sica, fuit ferreum cultrum. 820. C.
Sicarii, a Sica dicti. ibid.
Sicilia, ibi bella inſign. 482 D in provinciam redacta. 483. C Ro juris 527. (11) ex II. & IV. prov. una. 537. G. 539. B. duos habet Quæſt. 564 C.
Sicinius Dentatus, donis militaribus inſignitus, & quibus. 171. A.
Siculi pulſi ab Umbris, & Etruſcis. 339. B. civitate & Lat donati. 481. C. 486 C.
Sidicini Campaniæ populi. 328 C. in agro eor. Capuani fuſi. 329 A. de iis Torquatus triumphat. B. C D 347. (22) C. Auruncam delent. 329 E. victi. 330. A. B iterum 347. 22 C D.
Signia à Rege Superbo colonia deducta 405. B. (11) E.
Silanus patriæ in adoptivum filium poteſtate privatus ſe ſuſpendit. 116. (82) B. Si-

Digitized by Google

Silaris antiquæ Campaniæ finis. 332. B. & Lucanorum. 333 A. ibi Picentes traducti. 339. A.
Silii carmina de Sabino agro. 342. C.
Simulachra in triumphus. 605 B.
Sinueſſa Campaniæ oppidum. 328. C.
Sinueſſa primùm Synope Græca urbs appellata. 331. B. colonia deducta. 409 B.
Sipontum col. deducta. 411. D.
Sipus opp. Dauniorum in Apulia ad mare. 336. A.
Sirini Lucanorum. 333. B.
Siris fluvius Bruttiorum. 334 C.
Smyrnæa materfam. venefica non abſolvenda, nec punienda. 383. C.
Smyrnæi Græci ſunt. 352 A.
Smyrnæi dono aucti, & honorati. 512. B.
Societates, quæ. 808. A.
Sodalitates, quæ. 807. E.
Sodalitia, quæ. 812. B.
Sodales Titii curatores Sacr. Sabinorum. 189. D. à quo dati. 190 A.
Solctum Bruttiorum oppid. 334. D.
Sontini Lucanorum. 333. B.
Sopater Halycienſ. judicatur. 582. D.
Sora col. Rom. capta. 349 C. colonia deducta. 408. D.
Sors, quomodo ſorte acquirimus. 140. (88) D
Sortitio Conſul & Prætor. 539. A. 540. C. 541. C 541. A. in lite. D. 543 A. D 545. A C. D. 546. A. C. D. impugnata. 547. A in uſu. 548. A. C D. 545. C. 550. A. 551 B. C. 565. A. 568 B 578 C. fraudata. 579 A. Judicum ea lege. 581. E. Conſulum, & Quæſtor. 619. B prov. 654 A.
Spartacus ovans laurea coronatus. 606 E.
Spoletum Umbriæ oppid. 341. C. colonia deducta. 410 C.
Spolia hoſtium, ejus diſtributio cui ſpectet. 135. (88) A. eorum decima pars a Loto Melchiſedech tradita. ibid. C. in quod opus à Romanis victorum conversa. ibid. cur vanditione vendita. 136. (88) B. in triomphis. 604. B
Sponſio in judiciis, quid. 719. E ante ipſos. 580 E.
Sp. Carvilius Ruga primus divortium facit. 109. C.
Sp. Carvilius Conſ triumphat. 333 D Amiternum vi capit. 350. C Cominium Samnitibus expugnat. 350. C. 351. B. in Corſos. 427. C.
Sp. Caſſius Coſ. de Sabinis triumphat. 343. D. legiſ. 381. B.
Sp. Liguſtinus vacatione oneretur. 169. C D donis militaribus cumulatus. ibid & 173. B. 559 A.
Sp. Mecilius, & Metilius Tribuni pleb. civitatem turbant 384 E.
Sp. Nautius Coſ. Terentum vi capit. 337. A. 349 C.
Sp. Poſtumius Coſ. 349. B.
Sp. Thorius Trib. pleb. legiſ 387 E.
Stabiæ in Campaniæ oppid. 328. C.
Statellorum Aquæ opp in Ligur. Ciſapenn. 359. B.
Statio Militum apud Bruttios opp. prope portum Tarentinum 334. C.
Stativa duo. 596. B.
Statuæ honorificæ Præſidibus erectæ 587. D.
Stellates Etruriæ Tranſciminiæ oppid. 322. A.
Stellates campus in Campania. 328. C.
Sthenius abſens, damnatur. 583 B.
Stipendiarii, qui 479. A. 488. B. Hiſpani. 493. A. Galli. 495. D. E. Pinei Illyrii Regis. 497. C. Afri. 530. A.
Stipendium, quando Ro peditibus aſſignatum. 171. B. equitibus. C. militare. 172. B. 548. E. Cæſaris decretum. 543 C. a Pomp. non acceptum. 553. A. annuum varium. 556. B. ſexquiplex, uberius annuum. 563. C. Magiſtratuum & Miniſtror. 599. A. & ſeq.
Stipulatio, quid. 685. R
Stupri origo ebrietas ab Romulo judicata. 105 E. in id declamatio. 567. A.
Stura flu. ex Alpibus in Padum influens. 358. B.
Subſidium, unde dictum. 164 (106) D.
Subſcriptio in accuſationibus. 767. B.
Subſcriptor, quid in ciſd. 765. D.
Sueſſa in Campania. 328. C. colonia deducta. 330. C. E. 408. D
Sueſſetani pop. 488 D. bellum movent. 490. A.
Suinum flum. apud Picentes. 338. A.
Suitas, quid. 180. (82) E. 181. (82) A. ejus effectus. 182. (82) A.
Sueſſula oppidum in Campania. 328. A. ibi de Samnitibus triumphatum. 349. A. inter Præfecturas enumerata. 429. A. colonia deducta a L. Sylla. 461. B.
Suffragia, ubi ferrentur, & eorum auctor. 185. C. eorum jus. 187. D. reſtitutum. 188. A. penes populum. 415. D. (14) E. 416. A. E. in judiciis. 846. C. D.
Suiſmontium mons in Liguſtin. 359. B.
Sulla. V. Sylla.
Sulmo oppid. Pelignorum. 345. C.
Supplicatio quibus, & quando competens. 590. E. honos. 597. E. Gabinio denegata. 598. C.
Surrentum oppidum in Campania. 328 C.
Surrentini à Romanis ad Pœnum defecerunt. 355 B.
Sutrium Etruriæ Tranſciminiæ oppidum à Rom. occupatum, a Camillo Dictatore recuperatur. 324. C. colonia deducta. 407 C. 462. E.
Sybaris Bruttiorum oppid. 334. C.
Sylva Scantia. 758 B.
Syracuſæ Regni empor. 482. D. capta. 484. A. Quæſtoris ſedes. 564. D
Syria provincia Pop. Rom 510. A. ejus termini, Regiones. 520 D. viciſſitudines. 521. prov. conſtituta. D. Dinaſtiæ. 522. B. jura. C. D.

Tabellæ in judiciis, quot. 782. B.
Tabulæ novæ, quæ. 77 E.
Tabulæ XII. V. Leges XII. Tabularum.
Tabulæ, ideſt omne genus Scripturæ. 775. E.
Talaſſio, quæ vox. 102. B.
Talio, quid fuit 754. A.
Tanarus flu. in Padum influens. 358 B.
Tanetum olim Bojorum oppid. 367. B.
Tarraco victoriæ monum. 489 C.
Tarentum oppidum Bruttiorum. 334. D. à Romanis captum 335 A.
Tarentum colonia deducta. 424. B.
Tarentum una ex Ital. provinciis. 539 C.
Tarentini, eorum fœdus. 333 D. Romanam claſſem diruperunt 335. A. ſocietas ibid. de iis triumphatum, pace, ac libertate donati, ac ut fœderati dimiſſi. 335. B.
Tarquinii Superbi ager S C plebi conceſſus. 383. D.
Tarquinii oppidum Etruriæ maritimæ. 321. E.
Tarquinienſes victi. 322. E. oppreſſi 323 E. CCCVI. milites Romanos captos immolaverunt 358 E. nobilioribus Romam miſſi virgis ceduntur, ac ſecuri ſunt percuſſi. 324. E. 325. A. B. inducias petunt. 325. C. P. Scipioni auxilia præſtitere. 355. C.
Tarus flu. in Padum influens. 358. B.
Tarenſes, qui. 28. B.
Taulantii in Maced. provinc 504. B.
Taurini Galliam citeriorem vallant. 357. E.
Taurus Philoſophus, ejus ſententia de filii, qui è magiſtratu eſt in patrem juriſdictione 186 (82) D.
Teanenſes in deditionem accepti. 336. D fœderati. E.
Teanum, ſeu Apulum oppid Mediterr. Dauniorum in Apul. 336. B 337. C.
Teanum Sidicinum civitate donatum. 424. E.
Teata Marrucinorum caput. 345. C.
Tectoſages, qui. 494 A provinc. Narbonenſ 495. C.
Telamon Etruriæ maritimæ oppidum. 321. E.
Teleſia oppid in Samnitibus. 347. B.
Templa, quibus Diis dicata. 90. A. B. à quibus adita. 92. (69) C. eorum frequantatio. 93. (69) D.
Tempſa Bruttiorum oppid. 334 C. colonia deducta 411 D.
Terræ motus Picentum exercitum, & Romanum deterret 338 D.
Tergeſte Galliam citeriorem vallat. 358. E. Carnorum oppid fuit. 376. B.
Tergilani Lucanorum. 333 B.
Tergiverſatio in judiciis, quid. 787. E. (14)
Terina Bruttiorum oppid. 334. B.
Termeſtini pop. Caliberi, quot. Urbs mœnibus nudata. 491. D.
Teſtes, eorum numerus in judiciis. 735. E. qui. 772 C. de ipſis Lex. 773 E. (6) quando coacti. 774. B. (8) quando in judicium vocati. 775. B. citandi. 581. E.
Teſtamentum, a quo vires capit. 140. (88) A. B. ejus jus. 145. C. & leges. ibid. D. 146. A. (90) E 825 C. eorum diverſa genera. (90) E. 147 B. C. D. E. 148. A. B. C. ejuſd. inofficioſi querela ad quid inventa. 521. (82) A.
Teuta Regina terria Romanis adverſa. 497. A. C.
Teutomalius Salyum Rex victus. 494. C.
Thebæ Lucanorum interitæ. 333. B.
Theſſalia, quibus incluſa terminis. 500. E. & ſeq. 521. B. 504. A. libera. 505. A.
Thraces multi Maced. Procoſ. ſubjecti. 504. C.
Thurinum colonia deducta. 412. B.
Thurium Bruttiorum oppid. 334. C.

 Ti-

Tiberiſ flu. Vejentem agrum a Cruſtumino, ac Fidenate dirimit, ſicut Latinum a Vaticano. 342. B.

Tiberius unus ex Triumvir. necatus. 387 A.

Tib. Sempronius Gracchus Conſ cum Liguribus pugnat. 359 C. ab eo arma Bojis ill ita. 367. E. Trib. pl. leviſ. 326. C. E. Coſ Sardos domat. 487 E. 488. B. Celtiberos vincit. 490 C. D Sardin. Coſ 539 B.

Tib Sempronius Longus Coſ 369. A. cum Bojis acriè. 370 B Trib pl od Senat. ſupplex. 607. C.

Tib. Nero Tiberii pater. 496. B.

Ticinum flu. in Padum influens à lacu Verbano, quas abluat regiones. 357. 358. (32) E. apud ipſum Tuſci a Gallis fuſi. 366. C. ibique hi inſedêre. 367 C.

Ticinum oppidum à quibus conditum. ib. D.

Ticinum Inſubrium finis fuit. ibid.

Tifernus amnis in Apul. 336 C.

Tifernus mons in Samnitibus. 347 B

Tigranes Armeniæ R. Ciliciâ ſpoliatur. 518 D 521.C.

Tigulia opp in Liguribus maritimis. 359. A

Tintinnabulum, ejus uſus in triumphis. 605. A.

Tit. Annilius Queſt ſignandæ pecun. præeſt. 600. C. abſque ſucceſſore decedit. 602 B.

T. Didius Coſ. Celtiberos domat. 491. C.

T Flamininus, ejus triumphus. 605 C.

T. Lucretius Coſ. de Sabinis triumphat. 343. C.

T. Mælius Præt Urb 644 C.

T. Manlius Torquatus accuſatus, punitus. 116. (82) B Conſul 338. C. ejus hiſtoria. 119 (82 D E. 120. (82) A. unde Torquati nomen ſumpſerit. 339 D.

T. Manlius Conſ Bojos ad deditionem compulit. 368 D.

T. Minutius Conſ Silvium opp in poteſt. redigit. 337 A. ſub eod. Æquorum nomen prope deletum 346. C.

T. Numicius Priſcus Coſ. 343 E.

T Quinctius Capitolinus de Gallis Sen. triumphat. 339 D

T. Quinctius Flamininus Dux debellator fœdus facit. 501 B D leges pacis Græcis tribuit. 506 E. Coſ. 507. D.

T Tabienus Galliæ Togatæ præfectus 450. B.

T. Tatius Curenſium Rex in Romulum arma movet. 342. E Sabinorum partem Romam tranſtulit. 343 A.

T. Tinca Placentinus Orator facetiſſimus. 372. A.

T. Statilius Tauri victor. 534. B.

T. Veturius Coſ 343 E.

T. Veturius Coſ. 349 B.

Titthi Celtiberor. gens. 488 E.

Toga atra rei utebantur. 708 B. candida à petitoribus induta 813. B prohibita. 813. A. Romanorum, quæ. 852 D. ejus forma, menſura. 853. A. uſus. 854. D ſignum pacis. ibid E. pura. 855 A. prætextata. ib B. 856. A. candida. ib. C. pulla. 161. E. imperatoria. 857. A. picta. ib B trabea. ib. D. lana. 858. A palla. ib. C. lacerna. ib D.

Toletum captum. 490 B

Tollentinates populi apud Picentes. 338 B.

Toloſa Tectoſagum in prov Narbon 495 C.

Trachali a matre præteriti, cujus decreto Teſtam. reſcindunt. 121 (84) B.

Traditio, quid. 139 (88) B.

Tr. jaunt patrem cogi filium emancipare. 119 (82) C.

Traſimenum lacus Etruriæ Tranſciminiæ oppidum. 322. A

Trebellius Quæſt. in Maced. victor. 597. D.

Trebia flu. in Padum influens. 358. B.

Trebulani cognominati Mutuſcæi. 342. C. D. eis civitas data. 424. C.

Trebura Sabin. oppid 342. C.

Treventinates inter Samnites. 347. B.

Triacenſes populi apud Picentes. 338 B.

Triarii ex quibus, & qui. 556 E & ſeq.

Tribunal ſtatuendi. 5/6. C. D. in Comitio, ubi. 691. C. (15)

Tribunatus. initium. 12. (19) C.

Tribuni, eorum munus 54 (45) jura. 192. (123) B. C. D. 194. C. D quando conditi. 195. B. celerum qui: A Æraru dicti. 204. (3) D. militum. 547. E. conſulares. 548. B. 550. C. legiſeri. 551. D. 553 B 554 E & ſeq ærarii. 599. A. 609. D. intercitatis comitiis. 614 D. plebis patricii. 621. A. plebis, eor jus. 629 C. 630. A. & ſeq. 633 D. 634 C pernicioſi. 642. E. 646. A. 647. B. C. D. collegis aſſumentes. 648. E.

Tribus, quid fuerint. 25 & ſeq. (29) à quo inſtitutæ. 26 B. (31) idem ac Curiæ. 27. (31) D 28. B earum diſtinctio, & diſtributio. 28 (31) C 29. C. D. 30. A. auctæ. B. 33. C. earum ratio mutata. 36. E. tribus Claudia. 37. E. Fabio, & Scaptia. 38. A. ſacra eis aſſignata. 40. B. cum centuriis, curiis, claſſibuſque collatæ. 46. B.

Tribu moveri quæ nota, & à quibus inflicta. 260. C. 261. C. ipſ honor. 38. C. nomina. 455. A. 456. A. 457. 458. a principio tres. 555. B. 561. C. ad comitia. 615. E 618. A 619. A. 620. A. 622. A. & ſeq. jura. 624. A & ſeq. an ad centurias vel centuriæ ad ipſas traductæ. 626. A.

Tributum, quid. 177 A. ex cenſu. 178. D. quæ plebs ex eſſet. ibid. A. B tributum temerarium. 179 D. 180 A. D. quare tale dictum. C. annuam. 181. A. B. comitium. 185. D 186 A. duplex. 478 A. Siculor. 484. C. & ſeq. Macedonum. 502. B. Ætolorum. 507. D. univerſæ Græciæ. 508. E. Aſiæ. 514 B. Lyciæ. 520 A totius Libyæ. 529. C. Hiſpaniæ. 530. A S C. Prætor. honorarium. 586. A. pecuniarium. 587. A. ærarium. 599. A.

Tridentum inter Cœnomanos recenſitum. 367. C.

Trinium flumen in ora Frentanorum. 337. C.

Tripudium, quibus competit. 194 A.

Trica oppid in Ligur. Ciſapenn. 359. A.

Triremes a Carthaginienſibus tribuendæ. 529 B.

Triumphus, quibus & quando competens. 590. E. 602. D & ſeq 604. C. ab ovatione diverſus. 606 C. 640. E. cum exercitu nec ne. ibi A. ad D. 641. A.

Triumvirator ſinitus. 9. (14) C.

Trium virorum bini creati. 157. (98) D 164. B. 190. A. ad agros dividendos. 593. A. B. carcerem cuſtodes. 848 D.

Trophæa in triumphis. 625. B.

Troſſulum Etruriæ Tranſciminiæ oppid. 321. E.

Truentum cum amne apud Picentes. 338. A.

Trumentum oppid. Picentum. 337 E.

Tuder Umbriæ oppid. 341 C.

Tullianum, locus in carcere. 848. C.

Tullus Attius Rex. 315. D.

Tullus Hoſtilius cum Sabinis bellum ſuſcepit. 343. A.

Tullus an primus legem perduellionis tuliſſet. 834. E (2)

Tumultus provinciar. à quibus judicandi. 537. C.

Tunica Togæ ſuppoſita. 859. B. C. Clavata Senatorum, & Equitum. 860. A. recta pro plebe. ibid Prætexta pro Regibus. ibid B Palmata. 861. A.

Turba forenſis, quæ. 246. B & 247. C D. 248. A.

Turditania Hiſp pars, ibi pugna. 490 B.

Turditani pop qui. 488. D. venditi. 489. B. in Romoerunt 490 A.

Turduli pop qui. 488 D.

Turma, unde dicta. 164 (106) E.

Tuſci è propriis ſedibus à Gallis deturbati. 366. A. eorum imperium. ibid. B.

Tuſculanis civitatis jus cum ſuffragio datum. 422. E. 432. B.

Tutela, ejus definitio. 148. D 149. A. C. earum ordo. ibid. D

Tutor, a quo datur. 150. A. B. de eo poſtulatio, & datio. 698 B

Tyrannis an in Remp. Rom. 10. C.

Tyrannus definitur. 4. (4) E.

Tyriorum Civitas juris Italici facta, à quibus. 552. D.

Vaccæi Celtiberor. gens. 488. E. dimicantes. 490. B.

Vada Sabatia in Liguribus maritimis. 359. A.

Vadationes ante judicium. 580. E.

Vadimonis lacus in Etruria Tranſciminia. 321. E. 367 E.

Vadimonium, quid 714. B de eo lex. ibid. (42)

Valentia colonia deducta. 410 C.

Valerius Aſdrubal, ubi interfectus. 341. A.

Vardæi, qui. 496. E. devicti. 499 A.

Varus flu. in Ligur. marit. Italiæ finis. 359. A.

Vaſcones pop qui. 488 D in Rom. poteſtatem. 491. D.

Vectigal, ejus definitio. 177 A. eorum genera. 182. C. a quibus inſtitutum. ibid E quando ſublatum. 183 A B C Scriptura, quod. ibid. ſalis. 184. C. D vicesima. E.

Vectigal campanor 330 B. Siculor. 484 A. Hiſpanor. & Pœnor. 485 B. Siculor. E. 490. A. tollitur. 492 A. ſtipendiarium, & frumentarium. 493. A. Bracatæ & Comatæ Galliar. 495. D. Illyriorum. 498 E. Macedonum. 503. A. 504 E. Græcor. 509 B. Corinthios D. Eumeni aſſignatum. 511 B D. magnam Aſianorum. 513. E. & ſeq. Lyciæ. 517. C. Iſauriæ & Ciliciæ. 518 C. Lyciæ Pamphyliæ, Piſidiæ, Phrygiæ, Ciliciæ. 520. B C. Syriæ & publicanor. 522 C. D. Bithyniæ. 525 D Carthaginienſium. 529 B. 530. A. Cyrenaicor. E. 531. B. vini & frumenti. 586 A 587. D. ærarium quomodo conſtit. 599. A.

Vectones pop. qui. 488. E. dimicantes. 490. B.

Ve-

RERUM, ET NOMINUM.

Vejentium ager à Tiberi diviſus. 322. B. C. eor. direptio. 383. A. B. C. D. ad ipſos Sabini confugiunt. 343. A. ad eos colonia deducta. 462. E.
Velia Lucaniæ oppidum. 333. A. oppid. in Samnitibus. 347. B.
Velia a Carvilio capta. 350. C.
Velites lecti. 556. E.
Velitræ colonia deducta. 405. C. 406. A.
Vellejus Narbonem in col. deducit. 481. B.
Venafrum inter præfecturas recenſitum. 429. E.
Venditio pœnarum. 112. (81) C.
Venditio ſub corona. *V.* Emptio.
Venditio per nexis. *V.* Mancipatio.
Venditio ſub haſta fiebat. 848. A.
Veneficium nec abſolvendum, nec damnandum. 583. C. quomodo punitum. 881. A.
Veneris Portus in Liguribus maritimis. 359. A.
Veneti unde profecti, eorum fines, & oppida. 372. B. (40) C. D. in Provinciæ formam redacti. 373. A. B. C. D. 374. A. 375. E. 376. E. Galliæ finibus comprehenſi. 376. D. unà cum Gallis Ciſalpinis in civitatem accepti. 449. B.
Venetorum ager, & fœdera. 372. E.
Venuſia oppid. mediterran. Peucet. in Apul. 336. B.
Venuſia in Apulia colonia deducta. 409. C.
Veragrani Picentum populi. 338. B.
Verbera, quomodo utebantur. 753. D.
Vercellæ oppid. Lebeciis adſignatum. 367. D.
Verone Galliam citeriorem vallat. 358. E.
Verona, quam interfluit Atheſis inter Cœnomanos. 367. C. colonia deducta. 450. C. D.
Verſura, quæ ſit 240. C. D. E.
Veſcia urbs Auſonum in Romanorum poteſtatem venit. 330. C. 350. C.
Veſta inter Penates relata, & à quo. 89. A.
Veſtales, de foco publico. *ibid.*
Veſtales a patria poteſtate immunes. 125. (81) C.
Veſtales curatores Eam. 189. A. à quo datæ. 190. A. a quo auctæ. B.
Veſtini quos inter populos medii conſederint. 344. D. cum Sabinis. E. a Campanis diſtincti. 345. A. eorum fines. *ibid.* oppida. *ibid.* bellum. 346. B.
Veſtis de publico, quibus. 551. A.
Veſuvius mons in Campania. 328. C. 329. B.
Vexillum, quot homines duceret. 174. (106) E. 644. E.
Viaticum, cui competat mandare. 548. E. & quibus. 550. A. *& ſeq.*
Viatores, unde ſic nuncupati. 857. B. 858. B.
Viator miſſus. 636. E.
Vibon colonia deducta. 412. B.
Vicentia Galliam citeriorem vallat. 358. E. Venetorum fuit 372. C. 376. B.
Viceſima vectigal. *V.* Vectigal.
Vici, qui ſint. 379. (1) D. 380. B.
Victus publicus, quibus. 550. A. 554. E. 565. C. D. 599. D.
Vidanum oppidum mediterr. Daunorum in Apul. 336. B.
Vigintiviri ad agros dividendos. 393. C.
Villius Conſ. Macedoniæ, inde Sardiniæ. 539. C.
Vinculorum ſub nomine, quæ. 753. A.
Vindicatio in judiciis, quid. 696. A. quæ. 707. A. (36)
Vindiciæ in judiciis, quæ. 717. C.
Vindicta liberati, qui. 59. B. C.
Vinum honorarium. 586. B.
Virdumarus Gallorum Geſſatorum Rex interficitur. 368. E.
Virgines in uxorem ductæ. 102. B. ritus. 102. A.
Virginius Cameria receptam evertit. 343. E.
Viriathus paſtor & latro bellum movet. 491. A.
Viri poteſtas in uxorem. 107. (80) A.
Viriplaca Dea, ejus Templum. 106. D. E.
Vita ruſtica honori à Romanis habita. 36. E. 37. A. B. C. D.
Vitellia colonia deducta. 407. B.
Vitis Centurionum inſigne. 559. B.
Ultio neceſſitudinum non damnanda. 583. C.
Umbri, a qua Regione expulſi. 339. B. unde eorum opp. deturbati. 340. E. 366. E. fines. 341. B. fuſi. C. D. auxilia tulere Romanis. 354. A. P. Scipioni. 355. C. in fide ſe continuis. 356. C.
Vocatio, quid. 629. A. ejus poteſtas. 637. A. in jus. 710. A. illius lex. *ibid.* E. (40) 763. A.
Vocontii Ligures, qui. 358. D. 494. A. provinc. Narbonenſ. 495. C. privatam Rempubl. tenentes. 496. A.
Volcentani Lucanorum. 333. B.
Volſci, an in Latinis enumerati. 314. E. eor. in Latium, quæ oppida. 301. A. C. bello perſecuti. 315. A. C. ipſi perdomiti. 316. C. D. (13) E. cum Sabinis fœderati. 343. E. eis Fregellæ ademptæ. 349. A.
Volturnæ Fanum. 322. A.
Vomanum flu. apud Picentes. 338. A.
Vota ad imperatorem pertinent. 635. D.
Urbis definitio. 17. B. 18. (15) unde dicta. 18. (25) E. à Romulo in tres partes diſtributa. 26. A. 397. A. (6) E.
Urbinum Umbriæ oppid. 341. C.
Uria oppid. apud Bruttios. 314. D.
Uria oppid. Daunorum in Apul. 336. B.
Urnæ in Tribunali paratæ, ad quid eor. numerus. 781. A. 782. A.
Urſentini Lucanorum. 333. B.
Uſucapio, quid. 104. C. 133. (88) B. ejus jus. *ibid.* nomine uſurpationis ab Oratoribus ſumpta. 134. (88) C. ejus correctio. *ibid.* D. 142. C. D. E.
Uſu matrimonium fieri, quod dicebatur. 104. B.
Uſura, de ea Lege. 239. C. D. E. unciaria, quæ. 240. A. 241. C.
Utica Afr. Urbs, civium Rom. conventus. 482. A. egregie donata. 529. C.
Vulſinienſes fuſi. 324. A. B. eor. Caſtella capta. 326. C. de ei triumphatum. 327. E.
Vulturnus amnis labens per mediam Campaniam, à quo Vulturnum ejuſdem Campaniæ oppidum. 328. D.
Uxores libertinæ, quibus permiſſæ, & non. 99. B. duo eorum genera. 103. C. 104. A. B. C. 105. C. D. (79) uxores in manu mariti, qua poteſtate ſpoliatæ. 105. D. E. 106. A. eor. delicta. D. rixæ. D. E. 107. A. (80) D. a Magiſtratu nullo ad cateros trahendæ. 564. B.

F I N I S.

A01 1168100

Digitized by Google

1736. 15. Maji.

Vidit Saxius pro Sanctiſſima Inquiſitione.

IMPRIMATUR.

Fr. Sylveſter Martini Inquiſitor Generalis Sancti Officii Mediol.

Curionus pro Eminentiſs. & Reverendiſs. D. D. Card. Archiep.

Carlius pro Excellentiſſimo Senatu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google